POSTILLAE MAIORES, SEU ENARRATIONES IN EPISTOLAS & EUANGELIA TOTIUS ANNI, EX N. DE...

Coll. Rom. Soc. Jesu catal. inscr.

POSTILLAE MAIORES, SEV ENARRATIONES IN EPISTOLAS & Euangelia totius anni,

Ex N. de Lyra, aliisque Doctoribus, quorum nomina sequens pagina recenset.

His accesiere F. Antonij Betontini Quaestiones, tum D. Ioannis Verdellay Annotationes, tum etiam Pauli ad Senecam, & Senecae ad Paulum, Epistolae,

Cum duplici Indice: priore Epistolarum & Euangeliorum, altero rerum & verborum, magna ex parte locupletato.

Omnia denuò exactiore diligentia, quàm antehac, excusa.

IN VIRTVTE,



ET FORTVNA.

LVGDVNI,

APVD GVLIEL. ROVILLIVM,

SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXIX.

B. S.

NOMINA AVTHORVM SACRAE paginæ interpretum, ex quibus hæc, quæ in toto habentur Opere, desumpta sunt.

S. Augustinus.
Gregorius.
Hieronymus.
Ambrosius.
Beda.
Glossa interlinearis.
Glossa ordinaria.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus de Gorra.
Thomas de Aquino.
Gulielmus Lugdunensis.
Iordanus.
Rabanus.
Alexander de Hales.
Albertus Magnus.
Bernardus.
Bonauentura.
Ioannes de Turre cremata, Cardinalis.
Chrysostomus.
Angelus de Clauasio.
Nicolaus de Nyse.
Hugo de Prato.
Hugo de S. Victore.
Magister Sententiarum.
Nicolaus de Orbellis.
Origenes Adornantius.
Rabbi Salomon.
Ricardus de media Villa.
Vincentius.
Isidorus de Summo Bono.

IOANNIS DE VERDELLAY, ARTIVM INTERPRETIS, ET IN DEcretis Bachalarij ad Lectorem

Præfatio in Epistolas quæ in sancta Dei Ecclesia per annum leguntur.

* *
*

CVm ex officio vnusquisque fidelis Christicola in Dei ecclesia, & eius vero cultu laborare summopere teneatur: exẽplo quidem illius euangelij fidelis serui charitate, ac fidelitate sursum quilibet excitatur, propter quas quidem virtutes dominus illi dixit, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Tum etiam domino Iesu id suadente cùm ait, Ite & vos Christicolę & fideles, scilicet serui, in vineam meam, quæ eius ecclesia & sponsa est, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Igitur ego inter cæteros minimus, qui sacras literas norunt, zelo cordis charitate motus, quia rogastis me amici, reipublicæ fautores optimi de Dei auxilio & eius bonitate fretus, ac confidens, quanquam immeritus pauca prænotatu digna præfari, ac prænotare decreui in epistolas quæ ex sacris Scripturis in Dei ecclesia pro lectionibus anno completè leguntur, non quidem vt humanam laudem (quæ nec mihi debetur) ego solus inter tantos orthodoxos, ac catholicos Doctores meo paruo præfamine demererer. Sed vt ille Dominus omnium retributor, qui me in vineam suam, misit duntaxat mihi dicat, Accipe denarium diurnum, veni, fac conuiuium mecum, imò etiam & fratribus meis, qui in Christo sunt ad animarum salutem quæ Christus est, ipse proficerem. Nam id scio (vt aliqui mihi familiares retulerunt) quòd multi sunt in Dei ecclesia prophetias epistoláſque legentes, ac etiam interpretantes, qui minus sapiunt quid sit epistola, aut prophetia, & nescientes cur in ecclesia earum lectiones legantur. Quamobrem illorum ignorantiæ compatiens, quia docere indoctos pium est, id dignum duxi vestris, inquam, rogationibus conuictus pro rudibus & non quidem doctis ac formatis viris esse annotandas quaspiam paruas annotationes, quibus multorum ignorantiæ nebulas effugarem. Ne deinceps aliquem nisi pigros, vel molles, aut lentos, quæ de epistolis scire debent, ignorare contingeret, iisque suffragarer, quos librorum inopia multo æuo ignorare coëgit.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAS TOTIVS ANNI, QVAS QVILIBET ECCLESIAsticus præscire ac notare debet.

ET quia prius scire oportet quid est de quo disputatur vt vult Romanus orator dicens primo Officioru, Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à diffinitione proficisci vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. Et diuus Aug. Prius oportet scire, quid est, quàm scire quare est. Ideo prius mihi placet diffinire, quid epistola est, & vnde dicitur. Vnde epistola est literarum legatio, personæ absenti voluntatem mittentis planè significans. Et dicitur epistola ab epi, quod est supra, & stolon missio, quasi supra facta missio, quia ad eum ad quem mittitur supra intentionem mittentis nuntij officium gerit.

Quæ communiter in forma & pro materia Epistola continet.

AVthores sacrarum Literarum qui epistolas ediderunt, veluti ille diuus pater Aug. & Hier. sanctorum idiomatum interpretes, soliti sunt prius sumere materiam subiectam, quæ quidem diuersa est, cùm epistolarum genera diuersa sint. Attàmen vno totali subiecto earum quæ leguntur in Dei ecclesia dicere potes, quòd confirmatio & robur fidei, & totius ecclesiæ ad fidem instructio, necnon illuminatio, atque Christi vera cognitio, vnum sunt totale subiectum: Commune quidem generale, & non speciale. Nam tot sunt in speciali subiecta, quot sunt specie & numero Epistolæ. Ideo cũ in speciali difficile sit in vnaquaque epistola assignare subiectum, ego tantùm in communi & generali secundùm ecclesiasticam eruditionem id docendum esse curaui. In forma verò quæ est artificialis epistola, tria in se continere solet, scilicet exordium in principio epistolæ sumptum, ab exordiot iris. dictum. Nam cum eo quæ in epistolis narrantur exordiuntur, id est contexuntur, habet, & post illud in se medium, scilicet in quo materia subiecta enarratur, dehinc habet conclusionem, quæ & finis dicitur, in qua quidem de ipsa materia enarrata cõcluditur, & finis in his apponitur quę ab exordio sumpta, ac medio enarrata manet.

Quare Epistolæ mittantur ad absentes.

EPistolæ quidem, quia nuntij officium gerunt, id est ea suo tenore narrant quæ nuntius narraret, & sanius ad mentem mittentis multo meliùs quàm ipse nuntius verbo efferre posset. ad absentes igitur mitti solent, non solùm quidem ea de causa, sed etiam vt enarrata memoriæ longius ac tenacius inhærerent. Nam quæ chartæ impressæ mandare solemus perpetuam quasi nobis efficiunt memoriam, ipsa verò citò efficiunt. Item aliquando qui ad alterum epistolam mittit, grauem materiam verbis ac narratu difficilia inserere solet, quapropter multo melius est scripto mandare, vt mentis conceptus clarius & apertius eius qui mittit, apprehendi possit. Sic etiam epistolæ mitti solent, quod arcana inter negotiantes in rebus priuatis, seu publicis non detegantur, sed vsque in tempus occulta fiant. Quæ quidem epistolæ clausæ dicuntur. Sunt & aliæ epistolæ quæ apertæ sunt, & ad omnes qui vnà versantur, vnòque negotio intendunt, seu satagunt, mitti solent, vt de rebus quæ in communi sunt, agatur rectius in agendis consultetur. Hę quoque epistolæ quæ de rei communis negotio habentur ad diuersos loca disparata habitantes mitti solent. Cùm ergo docuit qui mittit, & pro tota communitate est, agit, cum ad omnes pro re consulenda vnà via pergere non posset, quòd ad eos quos ipsius rei negotium tangit, epistolas per nuntios destinaret, vt habitis epistolis omnes quasi vno ore de re agenda simul consulerent. Quod Romani sæpius fecère, cum orbi dominarentur, & adhuc sub Ioue viuerent. Sic quoque beati Apostoli & saluatoris Iesu Christi facere sancta & catholica Dei ecclesia fidelibus crescente, Maximè ille diuus Paulus vas electionis qui post suam beatam conuersionem ad Dei vineam, missus exiens circa horam nonam vocatúsque à Domino Iesu ad Iudæos, & ad omnes gentes Dei colens vineam, id est ecclesiam charitate festinans iussus velox perrexit. Et iam cum præ multitudine credentium apud omnes celer se recipere non posset, per discipulos quos in Christo sua sancta doctrina sibi creauerat, epistolas ad fratres in Christum Iesum credentes misit ad noua corda in fidem corroboranda, & Dei ecclesiam illustrandam, & vt leuius tribulationes insultúsque tyrannorum martyria pessimorúmque minas sustinerent, atque magis illis obstarent qui Dei ecclesiam confundere nisi sunt, vt per patientiam spem haberent, nam, vt Saluator ait, In patientia, iusti animas possident, idque plurimum necesse erat, quòd fideles in Euangelio Dei & Christi, aut per verba, vel per scripturas veritatem docerentur. Quod verè videns ille diuus Apostolus multa pericula subiens, charitate feruens, omni labori pro Christi nomine libere sese exposuit, non solùm in epistolis scribendis, sed etiam verbum Dei exponendo in ieiuniis, ac vigiliis multis, velut in Actibus Apostolorum clarè patet. Sic quoque cæteri Apostoli ac Iesu Christi discipuli, videlicet beatus Petrus Apostolorum princeps, Iacobus & Ioannes, inter quos tamen beatus Paulus in epistolis scribendis, ac grauissimis laborum sudoribus primatum, ac lauream obtineat, vt plenius per eum gestis patet.

Quare ecclesia Dei, diui Pauli in Missis celebrandis ex epistolis lectiones sumpsit, & quid lectio sit.

ECclesia Dei in primis quando clarere incœpit, ante Missę officium completum, & à sanctis Patribus institutum psalmos & cantica decantabat in principio Missæ loco introitus, & epistolæ, & responsoriorum, & versuum. Dehinc sancti Patres officium inordinatum, ac incompletum videntes, statuerunt introitus pro initio Missarum decantandos, deinde orationes, postea epistolarum lectiones, prophetias, & alias lectiones ex Act. Apostolor. Sic & alias ex Ecclesiaste, ex Ecclesiastico, & Canticis, & ex lib. Sap. tam ex vet. quàm ex nouo Test. prout tempus & officiorum diuinorum res exigebant. Sed quia hic de epistolarum lectione tractãdum est, priùs quidem dicendum quid sit lectio, & quare ab ecclesia introducta: vnde lectio in sacris Scripturis & diuinis officiis est eorum quæ sunt nostrę sanctæ fidei, sancta eruditio, doctrina catholica, vera, nos dirigens ad bene operandum, piè credendum, & præceptis catholicę ecclesiæ esse obediendum. Ex qua quidem descriptione satis patet quare ecclesia catholica populo, imò vt vult beatus Isidorus de summo Bono, lib. iiij. cap. viij. orationibus Deo gratis & lectionibus deuotè attentis mundamur & instruimur, ait ille, Orationibus mundamur, lectionibus instruimur, epistolas legendas assumpserit. Nam ea causa est, vt fideles credentes, ac conuersos in fide instrueret & dociles, ac attẽtos magis ad verbum Dei audiendum, ac suscipiendum efficeret. Nam lectio ea est introductiua oratio qua indocti scrutando proficiunt, & ingenio rudes informantur. Et id istud volunt nostri oratores, ecclesiáque epistolas legere populo existente voluit, quoniam multitudine credentium in Dei ecclesia affluente conueniens erat, quòd vnusquisque se reciperet vnà ad Verbum Dei audiendum, quoniam difficile erat ad vnumquenque credentem & conuersum mittere epistolas: ideo fidelibus Christicolis in vnum conuenientibus, vt vnusquisque in sapientia Dei proficeret, & verbum Christi corde susciperet, necesse fuit, quòd catholica ecclesia populo lectiones legendas introduceret, vt vnusquisque ex interpretatione lectionis, & ipsius eruditione in fide roboratus corde credens clarius de verbo Euangelij, i. veritatis in ipsa veritate informaretur Domino nostro Iesu Christo vnumquenque in veritate dirigente.

Breuis ratio quare è veteri & nouo Testamento ab ecclesia lectiones legendæ sumantur.

SOlet ab aliquibus orthodoxis ex vtroque Testamento induci ratio, qua quidem simul edocetur ipsa veritas, & dubium tolli videtur. Ea námque est: Aiunt quidem ipsi orthodoxi lectiones legendas ab ecclesia ex veteri & nouo Testamentis assumptas esse. Quia Ioannes Baptista Domini præcursor diuinum officium ex vtraque lege sumptum nobis significat, quoniam in veteri lege natus, lege gratiæ tunc incipiente Christum præsentem demonstrauit, & prius in veteri pœnitentiam peccatoribus de suis peccatis esse agendam prædicauit, baptisma fluminis incœpit, quod incœptum in Christo Domino ad Iordanem baptizando adimpleuit, quod & Christus post suam mirabilẽ & triumphantem resurrectionem confirmauit, dicens, Ite baptizantes omnes gentes in nomine Patris, &c. Ideo vt nobis officium diui athletę indicarẽt, ex vtraque lege lectiones quippè legẽdę exortę sunt. Sed etiam mihi videtur porro rationabiliter dici posse, quòd legendæ lectiones in Dei ecclesia leguntur nobis filij Christi, & nostri redemptoris significantes vtriusque naturæ vnionem, scilicet, diuinæ, & humanæ ad vnum suppositum vnitæ, quod quidem ecclesia Dei prædicat & credit verũm Deum & hominem factum sub lege, vt nos mortales redimeret, & etiam vt de Christo veritas ipsa vtriusque Testamenti testimonio nobis manifestè cognita fieret, eodem Domino qui est veritas, corda nostra illuminante.

Quare lectiones epistolarum prophetiarum, & aliorum librorum Testamenti veteris post orationem & ante Euangelium legantur.

ORatio quidem est breuis verborum quædam petitio, qua mentes nostras dũm oramus, in Deum dirigimus, ad id obtinendum quod poscimus, ipsa oratio præcedit, vt mentes nostras Christus saluator illustret, ac corroboret ad lectiones ipsas fideliter perscrutandas, & intelligendas. Nam lectio est sanctæ doctrinæ eruditio, qua audita vnusquisque proficit, sed proficere non possumus in lectionibus audiendis, nisi Domino Iesu Christo nos dirigente: igitur sanè prius ad Dominum oramus antequam lectiones sacras audiamus, imò etiam prius oramus vt ne aliqua tentatio vana, aut cogitatio contra documenta fidei nos eleuet aut ab eis diuertat. Lectiones autem Euang. præcedunt: nam lectiones ipsæ significant eam fidem informem, quæ in catechumenis est. Euangelium verò significat eos qui iam sunt fide & actu, & habitu formati, aut ipsam fidem quæ est cum spe & charitate in perfectis, aut ipsa quidem lectio ante Euangelium ab ecclesia legitur, nobis insinuans, & nos instruens, quòd antequam sacri Euangelij verba diuinitatis audiamus, & perscrutemur, nos prius oportet sacris lectionibus eruditos esse, vt facilius diuinam doctrinam intelligere possimus, quia ineruditos ad sacras Euangeliorum doctrinas accedere non licet, nisi prius introductio per epistolarum lectiones fiat. Aut dici potest quòd lectiones Euangelium præcedunt, quia nobis significant veterem legem Mosaicam, &

Euangelium legem gratiæ,& sic nox præcessit, i. lex Mosaica, & dies appropinquauit, id est, lex gratiæ, quæ nobis per lectiones & Euangelium significantur, vt vtriusque Testamenti rerum gestarum & Dei operum ad nostram introductionem recordemur,& in fide corroboremur cum sanctis in charitate Dei firmiter credentes,& ambulemus Domino Iesu mentes nostras dirigente,ac in lumine fidei illustrante.

Quare in principio lectionum diui Pauli præferimus, Fratres,& in principio Canonicarum, Charissimi,& in lectionibus, Actuum Apostolorum dicitur, In diebus illis.

QVæri solet à nonnullis,cur ecclesia Dei dum epistolarum lectiones populo fideli ad diuina audienda congregato exaltata voce leguntur,præferat,Fratres,in iis lectionibus quæ ab epistolis Pauli educuntur.Nonnulli orthodoxi respondere solent quod diuus Paulus suas epistolas ad conuersos mittebat, inter quos quidem spiritualis germanitas esse debet,ideo Fratres Dei ecclesia in iis præfert, vt eos qui germana fraternitate ad Christum conuersi sunt pariter, vna fide Christo reconciliet,spe ac charitate confirmet, stabiléque corroboret. Alia autem ratio assignari solet quæ hæc est, Paulus Apostolus inter cæteros post sui conuersionem prædicationis officium obtinuit,éstque vocatus vas electionis,quia à domino prædicator veritatis electus est, de his doctor gentium appellatus. Volens igitur ille diuus Paulus omnes ad Christum fieri conuersos,& in eum credentes eos ad quos suas epistolas diuo sale conditas mittebat dulcitérque monens vt dulcius conuerteret,fratres appellabat,& rectè,nam omnes in Christo credentes vnum sumus in Christo, & fratres. Quamobrem,& quia frater, dulcis vox est,hominem quemque alliciens ad pietatem, & charitatem commonens, ecclesia conuersos vt suis sacris lectionibus attentius erudiret,fratres appellauit,vt quod eos videlicet ad vnam hæreditatem prouocaret & cohæredes faceret.In exordio autem lectionum canonicarum ecclesia, Charissimi præferre solet, quia qui Canonicas scripserunt ad vniuersos qui in charitate erant, & fide roborati mandabant,inter quos erat mutua charitas,& in Christo feruens dilectio.Item in principio lectionum Act.Apostolorum,Apocaly.& prophetiarum ecclesia præfert,In diebus illis,quia per illos nobis significatur tempus rei gestæ, & iam præteritæ, & etiam futuræ vt Apocalypsis habet:ideo in exordio earum dicitur,In diebus illis,quod sic intelligi debet,Hæc facta sunt quę sequuntur in lectione, aut futura sunt.In cæteris autem lectionibus quæ in Dei ecclesia leguntur, solitum est,si sint ex Salomone sic præferre, videlicet, Lectio lib.Sap. quia in iis Salomon ex sapientia Dei locutus est, in eisque est veritas veræ sapientiæ, quæ omnibus communicanda est. Ideo vt vnusquisque in Dei sapientia proficiat & sciat, quòd lectio ex vera sapientia est, quam quilibet homo expetere debet,quia qui eam inuenit inueniet vitam,& hauriet salutem à Domino:igitur hęc præferuntur,videlicet,Lectio lib.Sap.Si autem ex Ecclesiastico sumpta sit,dicitur, Lectio libr. Eccles.vt discernas verba autoris à verbis Salomonis. Nam cum legendo sacras lectiones diuus pręco cantat,Lectio lib.Sap.apertè significatur quòd ex Salomone est lectio.Cum autem canendo ait,Lectio lib.Eccles. tunc nobis ex Ecclesiastico lectionem esse significat & autorem(& non Salomonem)eum esse indicat.Sed bene quidem si ex Ecclesiaste est.Breuitatis causa cætera omitto,vt saluator Iesus nostros intellectus facilius sua diuina doctrina informet,edoceat ac corroboret.

De modo legendi seu interpretandi in sacris lectionibus & epistolis.

QVoniam multi in bene docendo,& sacras lectiones interpretando sępiùs errant,imò quia modum in legendo minus obseruant,verbis superfluis nimium abundantes, audientium mentes à se Deóque separatas remittunt, placuit ne deinceps contingat, modum interpretandi describere.Eia bone interpres paucis attende,quando sacras lectiones interpretaturus es,vt breuius poteris facito lectionis & eius sensus summam,sic procedendo.Primò per punctos & commata facito distinctiones. Deinde per partes diuidas, quamlibet partem exponendo secundum sensum ecclesiasticum, & non id velis, scilicet, te nimis sensatum interpretem ostentare. Nam melius est inexposita verba relinquere, quam verum sensum in falsum diuertere. Posteà verba ordinatè in vera Grammatices constructione expone,& ordina iuxta idioma & audientium capacitatem.Postremò super verbis lectionum parua annotanda clarè edoceas quæ scribenda iubeas:intentio tua autem sit Christus,qui tibi condignam mercedem conferet.

Annotationum in Epistolas totius anni,

FINIS.

INDEX EPISTOLARVM ET EVANGELIORVM QVÆ PER ANNVM IN TEMPLIS

leguntur: in quo prior numerus, Epistolam indicat, alter verò Euangelium demonstrat.

ADVENTVS.

NATALIS DOMINI.

COMMVNE SANctorum.

FINIS.

VERBORVM ET SENTENTIARVM, OMNIVMQVE RERVM MEMORABILIVM, QVÆ in hoc Opere dignæ animaduersione habentur, Index copiosissimus.

A

B

C

Damna

D

E

F

G

H

I

K

L

T

V

FINIS.

*** 2

EPISTOLAE SENECAE AD PAVLVM, ET PAVLI AD SENECAM.

SENECA PAVLO, S. I.

CRedo Paule tibi nuntiatum esse, quid sermonis heri cum Lucilio nostro de Apocrysiis, & aliis rebus habuerimus. Erant quidam disciplinarum tuarum comites mecum: nam in hortos Sallustianos recesseramus. Quo in loco ij de quibus dixi, aliò tendentes: occasione nostri visis nobis adiuncti sunt. Certè quòd præsentiam tui optauerimus: & hoc scias velim. Libello tuo lecto, id est, de plurimis aliquas literas, quas ad ciuitatem aliquam, seu prouinciæ caput direxisti: mira exhortatione vitam moralem continentes, vsque refecti fuimus. Quos sensus non puto ex te dictos, sed per te: certè aliquando & ex te, & per te: tanta est enim maiestas earum rerum, tantaque generositate clarent: vt vix suffecturas putem ætates hominum, quibus institui perficique posint. Bene te valere frater cupio.

SENECAE PAVLVS, S. I.

LIteras tuas hilaris heri accepi: ad quas rescribere statim potui, si præsentiam iuuenis quem ad te missurus eram, habuissem. Scis enim quando, & per quem, & quo tempore, & cui, quid dari, committique debeat. Rogo ergo, ne putes neglectum, dum personæ qualitatem inspicio. Sed quòd literas à vobis alicubi bene acceptas scribis: me fœlicem arbitror tanti viri iudicio. Neque enim hoc diceres, censor sophista, magister tanti principis, etiam omnium, nisi quia vera dicis. Opto te diu bene valere.

SENECA PAVLO, II.

QVædã volumina ordinaui: & eis diuisionibus suis statum feci: ea quoque Cæsari legere sum deliberatus. Et si modò sors prosperè annuerit, vt nouas aures accommodet: eris forsitan & tu præsens. Sin aliâs, reddam tibi diem, vt hoc opus inuicem inspiciamus, & posim ei non prius hanc edere scripturam, quàm tecum conferam. Si modò impune hoc fieri posset, vt scires, non te præterirem. Vale Paule charisime.

SENECAE PAVLVS, S. II.

QVoties literas tuas audio, præsentiã tui cogito: nec aliud existimo, quàm omni tempore te nobiscum esse. Cùm primùm itaque venire cœperis nos inuicem, & è proximo videbimus. Bene valere te opto.

SENECA, ET LVCILIVS PAVLO, S. III.

NImio tuo angimur secessu. Quid est vel quę te res remoratum faciunt? si indignatio domini, quòd à ritu & secta veteri recesseris, & alios rursus conuerteris: erit postulandi locus, vt ratione factum non leuitate hoc existimet. Vale Paule charissime.

SENECAE ET LVCILIO PAVLVS, S. III.

DE iis quibus mihi scripsistis, non licet arundine & attramẽto loqui: quarum rerum altera notat & designat aliquid, altera euidenter ostendit. Præcipuè cùm sciam inter vos esse, hoc est apud vos & in vobis, qui me intelligunt. Honor omnibus habẽdus est tanto magis quanto indignandi occasionem optant: quibus si patientiã demus, omnimodo eos ex quacunque parte vincemus si modò ij sunt, qui pœnitentiam sui gerant. Bene valete.

ANNAEVS SENECA PAVLO & Theophilo. S. IIII.

PRofiteor me bene affectum lectione literarũ tuarum: quas Galathis, Corinthiis, & Acheis misisti. Et ita inuicem viuamus vt & cum honore diuino eas impleamus: Spiritus enim sanctus in te & supra te, excelsos, sublimes, & satis venerabiles exprimit sensus. Vellem itaque cùm res eximias proferas, vt maiestati earum cultus sermonis non desit. Et nequid frater tibi surripiam, aut conscientiæ meæ debeam: cõfiteor Augustum sensibus tuis permotum. Cui læto virtutis in te exordio, ista vox fuit, Mirari se posse, vt qui non legitimè imbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, Solere deos ore innocentium effari: aut eorum qui præuaricari doctrina sua non possunt. Et dato ei exemplo Vatinij, hominis rusticuli, cui cùm duo viri apparuissent in agro Reatino, qui posteà Castor & Polux sunt nominati, satis instructus videtur. Vale.

SENECAE PAVLVS S. IIII.

LIcet non ignorem Cæsarem nostrum, rerum admirandarum, si quando desint, amatorem esse: permittes tamen te non lædi sed admoneri. Puto enim te grauiter fecisse, quòd ei in notitiã perferre voluisti, quòd ritui, & disciplinæ eius sit contrariũ. Cùm enim

ille gentium deos colat, quid tibi visum sit, vt hoc eum scire velles: nisi nimio amore mei fecisse te hoc existimem? Rogo ergo te, in futurum ne id agas. Cauendum enim est: dum me diligis offensam dominæ facias: cuius quidem offensa nec oberit, si perseuerauerit, neque si non sit, proderit: si est regina, nō indignabitur, si mulier offendetur. Bene vale.

SENECA PAVLO, S. V.

SCio te non tam tui causa commotum literis, quas ad te dedi, de editione literarum tuarum Cęsari quàm natura rerum: quę ita mentes hominum ab omnibus artibus, & moribus rectis reuocat, vt non hodie admirer, quippe, vt is, qui multis documentis hoc iam notissimum habeam. Igitur nunc agamus: vt si quid in præterito factum est, facile veniam irroges. Misi tibi librum de verborū copia. Vale Paule charissime. V.

QVoties tibi scribo, & nomen meum tibi subsecundo, grauem & sectæ meæ, & incongruam rem facio: debeo enim, vt sæpè professus sum, omnibus omnia esse: & id obseruare in tua persona, quod lex Romana honori senatus concessit: perlecta epistola vltimum locum eligere, ne cum aporta & dedecore, cupiam efficere, quod mei arbitrij fuerit. Vale Paule.

PAVLO SENECA, VI.

AVe mi Paule charissime. Si mihi nominique meo, omnibus modis non dico fueris iunctus, sed necessariò mixtus, actum erit de tuo Seneca. Cùm sis igitur vertex, & altissimū omnium montium cacumen: non ergo vis læter, si ita tibi sim proximus, vt alter similis tui iudicer? Haud itaque te indignum prima fronte epistolarum nominandum sentias, ne non tam tentare me, quàm ludere videaris: quippe qui scias te ciuem esse Romanū. Nam qui meus, tuus & qui apud tuos, tuus est locus: velim, vt apud meos, meus. Vale mi Paule charissime.

PAVLO SENECA, VII.

AVe mi Paule charissime, Putásne me cōtristari, & luctuosum esse, quòd de innocentia vestra subinde supplicium sumatur? deinde quòd tam durè, tanquàm obnoxios reatui, vos omnis populus iudicet: putans à vobis fieri quod vbi contrarium sit? Sed feramus æquo animo, & vtamur foro quod sors concesserit, donec inuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit & priscorum ætas Macedonem Philippi filium, Persam Darium, & Dionysium, nostrum

quoque Caium Cęſarem:quibus quicquid libuit,licuit.Incendium vrbs Romana manifeſtè vnde ſæpè patiatur conſtat.Sed ſi effari humilitas potuiſſet, quid cauſæ ſit, & impune in tenebris loqui licuiſſet:iam omnes omnia viderent.At Chriſtiani,& Iudæi quaſi machinatores incēdij ſupplicio offici ſolent.Craſſator ille quiſquis eſt cui voluptas eſt carnificina, & mendacium velamentum: tempori ſuo deſtinatus eſt:& vt optimus quiſque vnum pro multis donatum eſt caput: ita & hic donatus pro omnibus,igni cremabitur, cxxxij.domus,inſulæ iiij.ſex diebus arſere.Septimus pauſam dedit.
Bene valere te frater opto.

PAVLO SENECA, VIII.

AVe mi Paule.Allegoricè,&ænigmaticè,multa à te vſquequaque conduntur opera. Et ideo rerum & munerum tanta vis tibi tributa,non ornamento verborum,ſed cultu quodam decoranda.Nec vereare,quòd ſæpius te retineo dixiſſe: multos qui talia affectent,ſenſus corrumpere,rerum virtutes eneruare:verùm mihi concedas velim Latinitati morem gerere,honeſtis vocibus ſpeciem adhibere,vt generoſi muneris conceſsio,dignè à te poſsit expediri.
Bene vale.

SENECAE PAVLVS, VI.

PErpendenti tibi ea ſunt reuelata, quæ paucis diuinitas conceſſit.Certus igitur iam ego ſum,quòd in agro fertili ſemen fortiſſimum ſero,non quidem materiam quæ corrumpi videtur, ſed Verbum Dei ſtabile deriuamentū boni creſcentis & manentis in æternum. Quod prudētia tua aſſecuta eſt indeficiēs fore debebit, ethnicorum & Iſraelitarum obſeruationes cenſere vitandas. Nouum te authorem feceris Chriſti Ieſu : pręconiis oſtendendo rhetoricis irreprehenſibilem ſapientiam:quam propemodum adeptus,regi temporali,eiúſque domeſticis,atque fidis amicis inſinuabis:quibus aſpera & ægrè captabilis erit perſuaſio, cùm plerique eorū minimè flectantur inſtitutionibus tuis. Quibus vitale commodum ſermo Dei inſtillat:nouum hominem ſine corruptela,perpetuámque animam parit,ad Deum iſtinc rectè properantem. Vale Seneca chariſſime nobis.

EPISTOLARVM SENECAE
ET DIVI PAVLI
FINIS.

POSTILLÆ MAIORES SVPER EVANGELIA ET EPISTOLAS TOTIVS anni, cum Quæstionibus, &c.

Epistola Dominicæ primæ, in Aduentu Domini, Paul. ad Rom. cap. xiij.

FRATRES, [b] scientes, quia hora est [c] iam nos de somno surgere: [d] nunc autem [e] propior est nostra salus, [f] quàm cùm credidimus. [g] Nox præcessit, [h] dies autem appropinquauit. [i] Abiiciamus ergo opera tenebrarum, [k] & induamur arma lucis: [l] sicut in die [m] honestè ambulemus: [n] nó [o] in comessationibus, † [p] & ebrietatibus: [q] non in cubilibus, [r] & impudicitiis: [s] nó in contentioné, [t] & æmulatione, [v] sed induimini Dominum Iesum Christum.

Non in comessationib[us]. Sobrietas est moderata ciborum alimonia vitæ humanæ congruẽs, non degluttiẽs, neque languens, sed quod nimiũ est fugiẽs, quod satis est quoque sumens. Et sic moderata, inter parũ & nimis obiectũ habetur: hæc definitio habetur ex causa, denique sacerdotes & diaco. dist. v. Et à Christo multisque aliis Doctorib[us] cõmẽdatur, à dnio Petro q ait, Fratres, sobrij estote & vigilate

POSTILLA.

FRatres, scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Verba præposita originaliter ad Rom. xiij c. sunt scripta, & in Epistola hodierna lectionaliter recitata. Ante initium huius Epistolæ scribit S. Pau. in eod. c. dicens, Nemini quicquã debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Post hoc sequitur, Sciẽtes quia hora est, &c. Vbi sciendum ꝙ Epist. hodierna & Euang. hodiernum concordant: quia in Euangelio intimatur nobis aduentus regis cælestis: hic in Epistola monet nos Apostolus Paulus, vt præparemus nos in aduentum tanti regis, dicens, a [Fratres.] Vbi nota ꝙ sanct. Paul. Apost. communiter in Epistolis suis præmittit Fratres: & ratio est ista, quia in suis Epistolis nititur homines inducere ad amorẽ fraternitatis. Etiam præsentem Epistolam scribit Romanis, & Romani sunt qui in partibus Italiæ de Iudæis & Gentilibus conuersi sunt ad fidem per doctrinam ipsius Apost. Vnde scribit ipsis per Timotheum discipulum suum, à Corintho ciuitate quę est in Achaia, dicẽs, b [Scientes quia ho. e st.] s. in tempore gratiæ. c [Iam nos de somno sur.] Ly. de otio surgere ad opera charitatis. Greg. Charitas operatur magna si est, si autem operari renuit, charitas non est. d [Nunc autem.] i. tempore gratiæ. e [Propior est nostra sa.] Ly. quia per Christum ianua cælestis est aperta, quæ tempore legis erat clausa: ideò subditur. f [Quam cum cred.] i. plusquam ante aduentum Christi: tunc enim sciebant se Patres antiqui descensuros ad limbum. Vnde patriarcha Iacob dicit Gen. xxvij. Descẽdam ad filium meum, lugens in infernum, &c. g [Nox præcessit.] Lyr. i. obscuritas figurarum veteris legis. h [Dies autem appropinquauit.] i. claritas veritatis reuelatæ in noua lege. i [Abiiciamus ergo opera teneb.] i. peccata quæ ad tenebras ducũt. Mat. xxij. k [Et induamur arma lucis] i. virtutes quæ illuminant mentem, & finaliter ad vitam æternam perducunt. l [Sicut in die.] Ly. iudicij extremi. m [Honestè ambulemus.] i. ad gloriã. n [Non.] s. ambulemus. o [In comessationibus] s. vitando peccata gulæ. p [Et ebrietatibus] i. potationibus immoderatis. q [Non in cubilibus.] Gor. i. pigritiis dormientium. r [Et impudicitiis] i. luxuriosis actibus: qui proueniunt ex superfluitate cibi, & potus, & somni. s [Non in contẽtione,] s. qua vnus cõtendit contra alium. t [Et æmulatione.] Gor. qua vnus alteri inuidet de sua prosperitate. v [Sed induimini Dominũ Iesum Christum] Ly. s. imitando sanctitatẽ conuersationis suę: quia secũdũ Aug. non est verus Christianus, qui non imitatur vestigia Christi.

in orationibus, & B. Paulus hodie, Nõ in cõme. ait, &c. quia corpori & animę salutifera est: nã per sobrietatẽ multi diu vixerũt, & animabus pmia acquisierunt & p ingluuiem cibo rum multi perierunt, vt Holophernes, & plures alii. E contra sobrietas, seu ingluuies, est ciborũ & pot[us] naturæ officiẽs & animæ: vltra id quod satis est immoderata refectio. Ista dãnabilis est. Nã p eam pater noster Adam periit: & nos secum ad pœnas contraxit, & originis culpam nobis ingenuit: hæc difinitio habetur ex ca. vi. die. dist. xxx v. super versibus, vbi cibus, & infrà, Culpa per cibũ.

QVÆSTIONES IN omnes Epistolas de tempore, fratris Antonij Betontini, & aliorum Doctorum.

QVÆSTIO I.

SVper verbis Epistolæ primę Dominicę Aduentus quæ habentur ad Rom. xij. s. Non in comessationibus & ebrietatibus. oritur q. de ebrietate, Vtrum ebrietas sit mortale peccatum? Arguitur quòd non, Omne peccatum mortale est volũtarium, sed nullus vult esse ebrius: quia nullus vult priuari vsu rationis: quæ priuatio habetur per ebrietatem. Ergo ebrietas non est peccatum mortale. In oppositum: nil prohibetur nisi mortale peccatum. Ebrietas ab Apostolo prohibetur in Epistola: ergo est peccatũ. Ad argum. dicitur, quòd illa obiectio procedit ex defectu consequenti, qui est inuoluntarius, sed immoderatus vsus vini, est voluntarius, in quo consistit peccati ratio. Ad q. respondendum est secundùm Thom. ij. ij. q. cl. quòd ebrietas con-

ſiſtit in inordinato vſu & concupiſcentia vini: quod contingit tripliciter. Vno modo ſic quòd heſciat potum eſſe immoderatum & inebriare potantem: & ſic ebrietas poteſt capi ſine peccato. alio modo ſic quòd aliquis percipiat potum eſſe immoderatum non tamē exiſtimat potum inebriare potantem: & ſic ebrietas poteſt eſſe peccatū veniale. Tertio modo poteſt eſſe quòd aliquis bene aduertat potū eſſe immoderatū & inebriantē: & tamē magis vult ebrietatē incurrere, quàm à potu abſtinere: & ſic ebrietas eſt peccatum mortale. Et ebrietas eſt priuatio vſus intellect⁹, facta ad aliquod tp̄s, ex immoderato potu vini, vel cuiuſcunq; alterius rei potabilis.

Domin. ij. in Aduen. Domini, ad Rom. xv.

FRatres, [a] quæcunque ſcripta ſunt, [b] ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, [c] vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, [e] ſpem † habeamus. [f] Deum autem patientiæ, [g] & ſolatij, [h] det vobis idipſum [i] ſapere in alterutrum, [k] ſecundùm Ieſum Chriſtum, vt [l] vnanimes, [m] vno ore, [n] honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. [o] Propter quod ſuſcipite inuicem, [p] ſicut & Chriſtus [q] ſuſcepit nos, [r] in honorem Dei: [s] dico enim Chriſtū Ieſum miniſtrum [t] fuiſſe circunciſionis, [v] propter veritatem Dei [x] ad confirmandas promiſsiones Patrum. [y] Gentes autem, [z] ſuper miſericordia honorate Deum [a] ſicut ſcriptum eſt, [b] Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, [c] & nomini tuo cantabo. [d] Et iterum dicit, [e] Lætamini gentes, [f] cum plebe eius. [g] Et iterum, [h] Laudate Dominum omnes gentes, [i] & magnificate eum omnes populi. [k] Et rurſum, Iſaias ait, [l] Erit radix Ieſſe: [m] & qui exſurget regere gentes, [n] in eum gentes ſperabunt. [o] Deus autem ſpei, [p] repleat vos omni gaudio, [q] & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, [r] & virtute Spirituſſancti.

† Spē habeamus. Spes eſt virtus theologalis qua ſpiritualia & æterna bona ſperantur, i. cum fiducia expectantur. & hęc virtus eſt de inuiſibilibus, ſicut fides: quia ea q̄ ſperamus & credimus non videm⁹: vt vult magiſt. ſētē. lib. iii. diſtin. xxvi. Fides & ſpes hic nūc habētur in via, & deſinēt in Patria, q̄ his q̄ hic creduntur & ſperantur, in Patria conſecutis & adeptis: ſpes de his quidē non erit nec fides.

POSTILLA.

FRatres, quæcunque ſcripta ſunt, &c. Rom. xv. Ante initium huius Epiſtolæ ſcribit ſanctus Paulus in principio illius capituli dicens, Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere & non nobis placere. Poſt hoc ſequitur Epiſtola hodierna, Quæcunque ſcripta ſunt, &c. Concordant Epiſt. & Euang. quia in Euangelio hodierno, agitur de Aduentu Chriſti ad iudicium, vbi quædam ad terrorem malorum: quædam, ad conſolationem bonorum, tanguntur. Sic etiam Apoſt. in Epiſt. hodierna, adducit ſacram ſcripturam, quæ hominem ad præparandum ſe, ad iſtum aduentum dirigit & informat, dicens, a [Quæcunque ſcripta ſunt.] Gorr. de domino ſicut Chriſto in diuinis libris, & etiam de ſanctis veteris Teſtamenti, ſicut de Iacob & de Tobia. & etiam de ſanctis noui Teſtamenti, ſcilicet, de Apoſtolis, de Martyribus, & de aliis ſanctis. b [Ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.] quia omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ij. ad Tim. iij. c [Vt per patientiam] ſcilicet, in aduerſis. d [Et conſolationem Scripturarum.] id eſt, conſolationem quam dant Scripturæ. Conſolantur enim Scripturæ, in incolatu vitæ præſentis. e [Spem habeamus.] ſcilicet, de beatitudine æterna quę ex ſcripturis promittitur. f [Deus autem patientiæ.] id eſt, Deus qui eſt dator patientiæ, in aduerſis. g [Et ſolatij.] id eſt, conſolationis poſt tribulationem: quia ipſe conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. ij. Cor. h [Det vobis idipſum ſapere.] id eſt, ſentire. i [In alterutrum.] id eſt, conformiter. k [ſecundùm Ieſum Chriſtum.] id eſt, ſecundùm doctrinam Ieſu Chriſti. l [vnanimes.] id eſt, eadem voluntate. m [Vno ore.] eadem vocis confeſſione. n [Honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.] Lyr. quantùm ad veritatem operis: quia fides ſine operibus mortua eſt. Iacob. ij. o [Propter quod ſuſcipite inuicem.] id eſt, infirmos ad conſolandum. p [Sicut & ipſe.] ſcilicet, Chriſtus. q [Suſcepit nos.] infirmos. r [In honorem Dei.] id eſt, vt in nobis honorificetur Deus s [Dico enim Ieſum Chriſtum miniſtrum.] id eſt, prædicatorem. t [Fuiſſe circunciſionis.] Iudæis circunciſis: ideo ipſe Chriſtus dixit Matt. xv. cap. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. v [Propter veritatem Dei.] Vincen. id eſt, vt Deus verax habeatur. x [Ad confirmandas promiſſiones Patrum,] factas ipſis: quia Iudæorum aſſumptio ad fidem & ad ſalutem fuit ex debito, promiſſionibus Patribus eorum factis. Luc. j. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſecula. y [Gentes autem.] id eſt, Pagani ſupple debent z [Honorare Deum ſuper miſericordia] eis adhibita, ſine præcedente promiſſione: quia gentium aſſumptio, ad fidem & ſalutem: fuit ex ſola miſericordia ſine promiſſione: quia lex non fuit data patribus eorum, neque prophetiæ, ſicut Iudæis. a [Sicut ſcriptum eſt.] in Pſal. xvij. vbi Chriſtus loquitur ad Patrem. b [Propterea confitebor tibi in gentibus Domine.] id eſt, faciam tibi gentes confiteri voce laudando. c [Nomini tuo cantabo,] Gorr. id eſt, faciam tibi cantare canticum laudis. Pſal. nonageſimoquinto.

Cantate Domino cãticũ nouũ. d[Et iterum] s. scriptura Isaiæ xxxv. e[Lætamini gentes.]i. Pagani conuersi ad fidem, f[Cum plebe eius.] i. cum Iudæis factũ est vnum ouile, de Iudæis & gentilibus. Vnde Ioã.x. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor. g[Et iterum dicit Dauid,]in Ps. xcvj. h[Laudate Dominum omnes gẽtes.]i. Pagani conuersi ad fidem. i[Et magnificate eum omnes populi.] Vinc.i. omnes tribus filiorum Israel. k[Et rursum Isa. ait]ix.c.l[Erit radix Iesse.]s. qui & Isai pater Dauid, j. Regum xvj. de qua stirpe natus est Christus secundũ carnem. m[Et qui exsurget regere gentes.] s. in fide & bonis operibus: & gentes conuersas ad fidem, n[In eum gentes sperabũt.] Gen. xlix. Ipse erit expectatio gentiũ: quia habẽt spem per ipsum consequi vitam æternam. o[Deus autem spei] in quo sperãdum est, p[Repleat vos omni gaudio.]spirituali q[Et pace in credendo, vt abundetis in spe;]Lyr. per cumulum meritorũ. r[Et virtute Spiritussancti.]cuius sunt principaliter omnia opera meritoria: quia sine virtute Spiritussancti, nullę virtutes vel opera placẽt Deo.

QVAESTIO II.

SVper verbis Epistolæ secundæ Dominicæ Aduentus quę habentur ad Ro. xv. f. Per patientiam spem habeamus. oritur q. de patientia, Vtrum patientia sit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus in malis potest inueniri: patet, quia virtus & vitium sunt duo opposita, quæ in eodem subiecto esse non possunt: & virtus, vt inquit Arist. est quę bonum facit habentem: sed patientia nonnunquam in malis inuenitur, vt patet in auaris: quia multa mala patienter tolerant vt pecunias congregent, ergo patientia non est virtus. In oppositum, ait Aug. li. de Patientia, Virtus animi quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, vt etiã ipsius qui nobis eam largitur patientia prædicetur. Igitur patientia est virtus. Ad argumentum respondendum est quòd in illis qui mala sustinent vt mala faciant laudanda non est patientia, quæ nulla est, sed miranda duritia, negandã patientia: quare dico quòd patientia quæ in talibus reperitur hominibus, non est propriè patientia: sed secundùm quid. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxxv. quòd virtutes morales ordinantur ad bonum, inquantum conseruant bonum rationis, nõ impetus passionum: quare necessarium est habere aliquam virtutem, per quam bonum rationis cõseruetur contra tristitiam, ne ratio succumbat, quòd facit patientia, quę dicitur virtus, quã mala æquo animo toleramus: de qua patientia ego loquens, dico quòd triplex est patientia, scilicet, patientia clericorum: quibus incumbit vitia corrigere, quod non faciunt: patientia mundanorum: & tales patientiæ, non sunt virtutes: patientia studiosorum, & talis est virtus.

Epistola Domin. iij. in Aduen. ad Philip. iiij.

FRatres, a gaudete in Dño b semper: c iterũ dico gaudete. d Modestia † vestra e nota sit oĩbus hominib9 f Dñs enim propè est: g nihil soliciti sitis: h sed in omni oratione, & obsecratione, i cũ gratiarũ actiõe petitiones vestræ k innotescãt apud Deũ. l Et pax Dei, m quę exuperat n oẽm sẽsum, o custodiat corda vestra p & intelligẽtias vestras. In Xp̃o Iesu Dño nostro.

† Modestia vestra. Modestia, vt vult Tullius in Rhetorica nostra, est ea tẽperata animi qualitas p quã pudor honestatis parã & stabilẽ cõpa at authoritatẽ. Hæc verò versat circa timorẽ turpitudinis & circa inde ẽtiam: nec propriè nõ est virtus, nisi prout tẽperantiæ concernit.

POSTILLA.

GAudete in Domino semper, &c. Phil. iiij. Ante initiũ huius Epistolæ, scribit S. Paulus dicens, Fratres nostra conuersatio in cælis est. Vnde saluatorem expectamus, Dominũ nostrũ Iesũ Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. Tunc sequitur Epist. hodierna, Gaudete in Domino, &c. Sciendum q̃ Epist. & Euang. concordant: quia in Euang. docemur qualiter Domino viã præparare debemus, per verã pœnitentiam, vt dignè suscipere possimus iã venturũ in carnem. Et debet hoc fieri cum gaudio spirituali quod gaudiũ necessariũ est in tẽpore tribulationis, secundum illud Iac. Omne gaudiũ existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Et cũ illo gaudio spirituali benè fiat contritio cordis: quia secundũ Aug. Pœnitẽs de peccatis dolet, & de dolore gaudet. Sic etiã Apost. Paulus, in Epist. hodier. nos informat, qualiter in domino gaudere debemus, dicens, Gaudete in Domino. Et præsentem Epist. scrib. Philipẽsibus: & Philippenses nominãtur à ciuitate Philippis: quę est in Grecia. Vnde d. a[Fratres, gaudete in Domino.] non in hoc seculo. Ratio illius est: quia sicut nemo potest duobus dominis seruire, Mat. vj. sic nemo potest gaudere in hoc seculo & cũ hoc in Domino. b[Sẽper.]Ly. non vna hora, sed quotidiè. c[Iterũ dico gaudete.]nõ solũ exterius; sed etiã in corde interius. d[Modestia vestra.]Ly. in conuersatione & vita. e[Nota sit omnibus hominibus] Vincentius, tam malis quam bonis. Ly. vt boni meliores fiant vestro exẽplo: & alij mali cõuertãtur. f[Dominus enim propè est] Gor. Ideo debetis gaudere: quia Dominus propè est paratus dare quod est necessariũ. g[Nihil soliciti sitis.]Vincentius, s. de tẽporalibus: sed iactantes curã vestrã in Domino, & ipse vos enutriet, iuxta illud Mat. vj. Nolite soliciti esse dicẽtes, Quid manducabimus aut q̃d bibemus, &c. h[Sed in omni oratione & obsecratiõe,]Vincẽtius, de q̃bus cũ q; rebus. i[Cũ gratiarũ actione.] quia qui vult alia impetrare, gratus debet esse de præteritis. Vnde Chry. sup Mat. Gratiarũ actio est inuita-

tio ad plus dãdũ. k [Petitiões vestrę innotescãt apud Deũ.] i. ita feruẽtes sint, vt apud Deũ perueniãt. l [Et pax Dei] i. Deus qui est pax, & quies mentis. m [Quæ exuperat.] i. excedit. n [Omnẽ sensum] Vincentius, i. omnẽ intellectũ tã Angelicum quàm humanum o [Custodiat corda vestra.] i. voluntates vestras in bono. p [Et intelligẽtias vestras. in Christo Iesu Domino nostro] Gor. vt nil extra ipsũ appetatis vel intelligatis.

QVAESTIO III.

Super verbis epistolę tertię Dominicæ aduẽtus, quę habentur ad Philip. iiij. c. nihil soliciti sitis, oritur q. de solicitudine, Vtrùm solicitudinẽ habere de rebus tẽporalibus sit licitum. Arguitur ꝙ sic, vnusquisq; solicitus est de fine, propter quẽ operatur: sed licitũ est hoẽm operari ꝓpter tẽporalia, quibus vitã sustentet, vt patet per Apostolũ, ij. Thes. iij. Si qs non vult operari, nõ mãducet: ergo de reb⁹ tẽpalibus solicitudinẽ habere licitũ est. In oppositũ Mat. xj. Nolite solicit esse dicẽtes, Quid mãducabimus, aut qd bibemus, aut quo operiemur? quę tamẽ maximè sũt necessaria: igitur, &c. Ad argumẽtum dicitur ꝙ solicitudo eius qui corporali labore panẽ acquirit nõ est illicita si moderata, bene tamẽ, si est immoderata. Ad quæstionem respõdendũ est secundũ Tho. ij. ij. q. lv. ꝙ solicitudo tẽporalium rerũ, tripliciter potest esse illicita. Vno modo ex parte eius, de quo solicitamur: si tẽporalia tanquã finẽ quæramus. Alio modo solicitudo tẽporaliũ põt esse illicita propter superfluũ studiũ quod apponitur ad tpalia procuranda propter quę homo à spiritualibus quibus principalius seruire debet retrahitur, ideo dicitur. Mat. xij. Solicitudo seculi suffocat verbũ. Tertio mõ dicitur illicita ex parte timoris superflui: qñ aliquis timet ne faciẽdo quod debet, necessaria sibi deficiãt, quod Dominus tripliciter excludit. Primò propter maiora beneficia huiusmodi diuinitus præstita. Secundò propter subuẽtionẽ quã De⁹ animalibus & plãtis subuenit, quæ nõ laborãt. Tertiò ex diuina prouidentia, quã Deus erga nos habet, & ideo dico, ꝙ solicitudo primis duob⁹ modis est mortale peccatũ, vltimo veniale, dum quis nil facere vellet contra Dei præcepta, neque omittere.

Feria iiij. in ieiunijs quatuor tẽporum Aduentus, Lectio Isaiæ prophetæ, cap. ij.

In diebus illis, dixit Isaias ꝓpheta, a Erit in nouissimis dieb⁹ ꝑparatus b mõs domus† Domini in vertice mõtiũ: c & eleuabitur super colles. d Et fluent ad eũ oẽs gẽtes: & ibũt populi multi. Et dicẽt, e Venite ascẽdamus ad montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob f: & docebit nos vias suas, & ambulem⁹ in semitis eius. g Quia de Sion exibit lex, & verbũ Dñi, de Ierusalem. h Et iudicabit gẽtes i & arguet populos multos k Et conflabunt gladios suos in vomeres: & lanceas suas, in falces. l Nõ leuabit gẽs cõtra gentẽ gladiũ: nec exercebuntur vltrà ad præliũ. m Domus Iacob venite, & n ambulem⁹ in lumĩe Dñi Dei nostri.

Dom⁹ Domini, Ecclesia Dei in noua lege, & in sacris Scripturis, sæpè appellatur dom⁹, vt Christ⁹ ait, Do m⁹ mea dom⁹ orationis vocabitur. Appellat ùrque sponsa & Christi fœmina, vt Isido. de sum. Bono, lib. i. ca. Fœmina. & dicit catholica, inquit ille. Secũdò Ecclesia ideo dicitur catholica pro eo ꝙ vniuersaliter per omnẽ mundũ diffusa sit; in veteri verò Testamento domus Domini, intelligitur tẽplũ. Ecclesia Dei bonos vt recipiat, & vt malos repellat, à Christo sta tota est, &c.

POSTILLA.

In diebus illis, dixit Isaias propheta, Erit in nouissimis, &c. Postquã propheta descripsit in j. c. regni Iudę desolatiõnẽ: hìc consequenter describit regni Christi, s. Ecclesiæ militãtis erectionem: dicit igitur, a [Erit in nouis. die.] i. in tẽpore legis gratię, quod dicitur nouissimũ, respectu tẽporis legis naturæ, & legis scriptæ. Et hoc modo dicitur j. Ioã. ij. Nouissima hora est. b [Mons domus Domini.] i. Ecclesia quæ dicitur hic domus Domini. Tũ quia fundata fuit per prædicationẽ Christi & eius miracula in mõte Sion vbi erat tẽplum Domini, vt patet ex dictis in j. c. Tum quia Ecclesia quæ est domus Domini sua dignitate excellit oẽm aliam cõgregationem à mũdi principio ad Dei cultũ ordinatam c [Et eleuabitur sup col.] i. super terrę principes quia à tpe Constantini cœperunt se supponere iugo Christi. d [Et fluent ad eũ omnes gẽtes.] i. aliqui de omnibus gẽtibus. Et sic debet exponi, vt patet in multis locis sacræ Scrip. Vel põt dici ꝙ est locutio hyperbolica: ad designãdum multitudinẽ gẽtiliũ quæ fidẽ Christi suscepit, Iudæis pro maiori parte excæcatis in infidelitate, secũdùm illud ad Ro. xj. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, sicut dicitur, Omnes de ciuitate currunt ad tale spectaculũ, ad designandũ multitudinẽ currentiũ: licet aliquãdo maior pars nõ currat. [Et dicẽt,] e [Venite, ascendamus, &c.] Quia illi qui recipiebãt fidẽ Christi, hortabãtur ad similiter agedũ. f [Et docebit nos vias suas, &c.] quia adulti veniẽtes ad fidẽ Christi, antequam baptizarẽtur, catechizabãtur, & instruebantur de his quæ pertinẽt ad fidẽ. g [Quia de Siõ exibit lex, & verbũ, &c.] hoc nõ est referẽdũ ad credentes, quasi sit verbũ ipsorũ: sed est verbũ Isa. reddẽtis causã & modũ, de dicta multitudine gentiũ ad fidẽ Christi cõsequendã: qa de Ierusalẽ & Iudæa exierũt Apostoli aliiq; Discipuli, ad prædicandũ gentibus fidẽ Christi. Propter quod dicitur Act. xiiij. Vobis oportebat primũ loq Verbũ Dei: sed qa repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, conuertimur ad gẽtes: sic enim nobis ꝓcepit Dñs. h [Et iudicabit gẽtes.] iudicio discretionis, quo ꝑ pdicationẽ Apostolorũ aliquos de gẽtibus vocauit ad fidẽ, aliis in infidelitate dimissis, quod quidem iudicium iustũ est, licèt nobis occultum. i [Et arguet populos multos] de infidelitate, &

aliis malis suis. Sicut patet in Act. Apostolorū, & aliis Legendis Sanctorum. k [Et conflabunt gladios suos, &c.] hoc dicitur ad designandum diuturnitatem pacis, quæ fuit vbique natiuitatis tēpore: & durauit in Iudæa (de qua terra Isa. principaliter loquebatur) à xx. ann. & plus ante natiuitatē Christi, vsque post mortem eius per xl. an. vel circiter, sub dominio Romanorum, vt potest colligi ex dictis Iosephi & aliorum Historiographorum. Sed Iudæis finaliter rebellantibus, per Romanos destructi sunt, & captiuati per Titum, an. xlij. à passione Christi. Verisimile autem est quòd in pace tam longa, cessantibus bellis, multa arma & instrumenta bellica fuerunt conuersa in instrumenta agriculturę apta: sicut euidēter videtur in terris, vbi post bella sequitur pax diuturna: l [Non leuabit, &c.] hyperbolica locutio est, ad designādum pacis diuturnitatem, prout dicitur de antiquo negotio, quod protrahitur vltra modum cōsuetum: istud negotium nunquā terminabitur, licèt aliquando terminetur infra annum, vel infra mensem: seu etiam in minori spatio, secundùm conditionem negotij. Et hic modus loquendi hyperbolicus frequens est in prophetis. m [Domus Iacob, &c.] Hic post conuersionem Gentilium, ponitur conuersio Iudæorū, qui circa finem mundi recipient fidem Christi generaliter, & tempore Christi vsque nunc, recipiunt eam aliqui particulariter. Et quia ad hoc inducti sunt per Doctores conuersos ad fidem de gentilitate: vel in se. Sicut patet de Aug. & Ambr. & aliis multis: vel in parentibus suis, sicut est de illis Doctoribus qui nati sunt de parentibus Christianis tamen parentes eorum propinqui, vel longinqui fuerunt de gentibus conuersi ad fidem Christi. Et in persona talium dicitur hîc Iudæis, n [Domus Iacob, &c.] i. in lumine fidei Christianæ.

QVAESTIO IIII.

SVper verbis lectio. fer. iiij. in ieiuniis quatuor temporum Aduentus, quæ habentur Isa. ij. c. Iudicabit gentes. oritur q. de iudicio vniuersali, Vtrum tempus futuri iudicij possit determinatè sciri ab aliquo homine? Arguitur q. sic: per signa deuenimus in cognitionem signatorum: sed de iudicio multa sunt signa: vt patet Luc. xxj. ergo in cognitionem illius temporis possumus deuenire. In oppositum, Matt. xxiiij. de die illa & hora nemo scit, nec angeli cælorum. igitur, &c. Ad argum. dicitur quòd illa signa in Euang. scripta sunt ad manifestandum quando mundus finietur: non autem ad determinādum certum tempus quando finietur. Ad q. respondendum est secundùm magist. Ioan. de Turr. crem. in Quæstionibus super Euangeliis, quòd tempus determinatum futuri iudicij, non potest cognosci ab aliquo puro homine: à solo enim Deo & ab homine Christo cognoscitur: patet conclusio secundùm Tho. in q. de Potentia Dei, q. v. art. vj. duplex est modus quo possumus cognoscere futura. Primus dicitur naturalis, eoq; modo, & illa cognitione, futuri iudicij tēpus cognoscere non possumus: quia eius non est alia causa nisi volūtas diuina, quam causam naturali cognitione cognoscere non possumus. Alius modus futura cognoscendi, est reuelatio diuina, & sic tali cognitione futuri iudicij tēpus cognoscere valemus, nō tamē reuelare cōgruū est: nā finis mundi nō erit nisi numero electorū cōpleto, cuius cōpletio est executio totius diuinę prędestinationis. De isto iudicio dico, q. erit in valle Iosaphat, in qua boni erūt in aëre, non lōge à terra, mali super terrā, quorū erit disceptatio & sententiæ prolatio vocalis: ad quod iudiciū apportabitur crux Christi per ministeriū angelorū, ad quod Christus veniet successiuè.

Eodem die Lect. Isaiæ Proph. cap. vij.

IN diebus illis, [a] locutus est dominus ad Achaz, [b] dicēs, Pete tibi signū, [c] à Domino Deo tuo [d] in profundm inferni, [e] siue excelsum suprà: [f] & dixit Achaz, Non petam, [g] & non tentabo Dominum, & dixit, Audite ergo domus Dauid, [h] Nunquid parū est vobis molestos esse hominibus, [i] quia molesti estis & Deo meo? [k] Propter hoc [l] dabit Dominus ipse vobis signū. [m] Ecce virgo † concipiet & pariet filium, [n] & vocabitur nomē eius Emmanuel. [o] Butyrum & mel comedet, [p] vt sciat reprobare malū, & eligere bonū.

Ecce virgo, concipiet. Naturales Philosophi nō posiūt credere, nec admittere volūt istā, videlicet, quòd fœmina virgo, i. sine viri copula concipere, & virgo parere possit. Tamē Doct. sacrę Paginæ, istam cōceptionē supernaturalē, opere Spiritus sancti factā, piè admittunt & concedūt, quòd beata Virgo, Dominum in suo sacratissimo vtero verbo concepit, ex

POSTILLA.

IN diebus illis, locutus est Dominus ad Achaz, &c. Postquam Isa. in c. pręcedenti regni Iudę denunciauit punitionem hîc denunciat eius liberationem, à persecutione duorum regū, vt tanquam bonus Samaritanus post vinū mortificatiuum, infundat & oleum linitiuum. Sciendum tamen q. principalis intētio Prophetæ est denunciare Christi aduentū, qui interponitur, & cōtinetur in pręsenti lectione, quę posita est in medio pręsentis capituli. Vnde dicit Rabbi Salomō super ix. Zac. q. vniuersi prophetę non sunt locuti: nisi super annos redēptionis, & ad dies Messię: quod est intelligēdū de principali intento. Et ideo ad intelligēdum pręsentē lectionē, sciēdum q. totū istud vij. c. in tres partes diuiditur. Quia primò per signū dictę liberationis, denūciatur Christi incarnatio. Secūdò, eius resurrectio, & pręcipuè c. seq. Tertiò verò eius ascēsio, sed manifestius & ampliori mō, c. ix. Vel pōt sic diuidi præsens cap. quia primò ponitur regno Iudæ imminēs periculū. Secūdò, promittitur liberationis beneficiū. Tertiò dicitur huius liberationis signū. Sed pręsens lectio solū cōtinet istā tertiā partē in qua de prędicti imminētis periculi (s. de euer

purissimis guttis sui sanguinis, ex quibus virtute & opere Spiritussancti formatum est sacratissimũ corpus Iesu Christi nostri saluatoris in instãti, & anima infusa cũ diuinitate humanam naturam assumente: tamẽ in hac cõceptione vna natura nõ est alteri commista: vt vult magi. Sẽtẽ. li.iij. dist. ij. iij. & iiij.

sione regni Iudæ.]liberatione propheta regem Achaz certificat, b[Dicẽs pete,&c.]liberationis tuæ, & populi tui, vt prædixi. c[A domino Deo tuo]& nõ ab idolis quæ colis. d[In profundũ inferni.] secũdũ Rab. Salo. hic accipitur infernus pro fossa, siue sepulchro, i. pete tibi signũ per resurrectionẽ alicuius mortui. e[Siue in excel. suprà.]i. in aere vel in aliquo cælorũ, sicut factum fuit tẽpore Iosue, per stationẽ Solis, Ios. x. f[Et dixit Achaz, Nõ petã.]Eò quod, secũdũ quod dicit Rab. Sal. cũ Achaz esset idololatra pessimus, signũ renuit: nolẽs quod aliquid ad Dei gloriã mõstraretur, ideo subditur, g[Et nõ tẽta. Dominũ.] fuit excusatio ficta, ad cõplẽdũ malũ suum propter quod Isaias intulit, dicẽs, h[Nunquid parũ est vobis, molestos esse hominibus.]i. prophetis quos sæpe molestabãt, deridẽdo, affligẽdo, & aliquãdo occidendo. vt patet iiij. Reg. & Para. in pluribus locis. i[Quia molesti, &c.]i. signum ab eo oblatũ renuẽdo, ne nomen eius glorificetur k[Propter hoc.] i. ad declarationẽ nominis sui principaliter. l[Dabit Dominus, &c.]s. liberationis vestræ cõsequẽter: quãuis sitis ingrati, quia Deus multa bona facit etiã ingratis & inuitis. Vnde dicitur Mat. vlt. Pater vester cælestis solẽ suũ facit oriri super bonos & malos. m[Ecce virgo, &c.] Hic cõsequẽter ponitur signũ: sed scriptura ab antiquo peruersa est, & adhuc multipliciter peruertitur à Iudæis, & maximè ista. Sed pro resolutione istius materiæ accipiẽdũ est illud quod dicitur Mat. j. Hoc autẽ totũ factũ est, vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per Prophetã dicẽtẽ, Ecce virgo habebit in vtero, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Ex hoc patet quod ista scriptura Isa. loquitur de Domino Iesu Christo: cũ Matth. Apost. & Euange. spiritusancto plenus magis quã fuerint prophetæ veteris Test. dicat eã fuisse impletã in natiuitate Christi. Et secũdũ hoc sic exponitur à Doctoribus catholicis, Ecce virgo, &c. i. beata virgo Maria à Prophetis denũtiata fuit, quę cõcepit & peperit manẽs virgo. n[Et voc. nomẽ eius Emma.]quia vocatus est Christus: quod nomẽ significat duplicẽ naturã in vno supposito, diuinã, s. & humanã: & hoc idẽ designat Em. quod interpretatur nobiscũ Deus. o[Butyr. & mel co.]Hoc dicit ad denotãdũ verã eius humanitatẽ, quę talibus alimentis nutritur, maximè in pueritia. p[Vt sciat reprobare, &c.]Ly. Vt nõ tenetur causatiuè, sed consecutiuè: quia ab infantia sua habuit plenitudinẽ sciẽtiæ, ad reprobãdũ malũ, & eligẽdũ bonũ, loquẽdo de scientia humana. Et istã habuit ab instãti suę cõceptiõis, & nõ antè.

QVAESTIO V.

SVper verbis lectionis eiusdem diei, quæ habetur Isa. vij. in quibus fit mentio de Aduentu Christi in carnẽ, cum dicitur, Ecce virgo. oritur q. de incarnatione Filij Dei, Vtrum pro redemptione generis humani necessarium fuerit Filium Dei incarnari. Arguitur quòd non: quicunque potest satisfacere pro maiori peccato, potest satisfacere pro minori. Sed mortale peccatũ actuale, est maius originali: quia plus habet de voluntario, ergo cum non posset satisfacere pro mortali peccato multo fortius pro originali satisfacere potuerit, & sic non fuit necessarium filium Dei incarnari. In oppositum: illud per quod humanum genus liberatur à perditione est necessarium ad humanam salutem: sed mysterium diuinæ incarnationis est huiusmodi. Igitur. Ad argum. dicitur, negando quòd actuale sit maius malum: quantum ad satisfactionem, pro actuali sufficit actus cuiuscunque hominis cùm gratia diuina, non autem ad satisfactionem pro peccato originali, nisi actio illius hominis plus valeret, quàm totum bonum humanæ naturæ, sic non possit esse purus homo & sic oportuit esse Deum & hominem, qui pro originali satisfaceret. Ad q. respondendum est secundùm Tho. iij. Par. q. j. ar. ij. quod ad finem aliquid dicitur esse necessariũ dupliciter. Vno modo simpliciter sine quo finis haberi nõ potest, sicut cibus est necessarius ad cõseruationem humanæ vitæ, & sic dicitur quod pro redemptione generis humani Filij Dei incarnatio non fuit necessaria, quia Deus per suã virtutẽ potuit aliis modis redimere. Alio modo ex cõditione, s. quo melius ad finem peruenit, & sic fuit necessariũ Filiũ Dei incarnari ex parte Patris, vt ostẽderet suã potentiã: ex parte Filij, vt demonstraret suã sapiẽtiam: Spiritussancti, suam misericordiam.

Feria vj. Lectio Isa. Prophe. cap. xj.

HAec dicit Dominus Deus, a Egredietur virga de radice Iesse, b & flos de radice eius ascendet, c & requiescet super eum spiritus Domini, d spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. e Non secundum visionem oculorum f iudicabit, g neque secundùm auditum aurium arguet. h Sed iudicabit in iustitia pauperes, i & arguet in ęquitate, pro mansuetis terræ. k Et percutiet terram l virga oris sui. m & spiritu labiorum suorum interficiet impium: n & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

Non secundũ visionẽ ocu. Terreni iudices nõ debent iudicare simpliciter secũdũ alle. & pb. & per ea quæ exterius, i. foris apparent, sed debẽt subtiliter & per cõiecturas & examinatiões occultas inquirere veritatẽ, exẽplo Salomonis, q de duabus meretrici-

POSTILLA.

HAec dicit Dominus Deus, Egredietur virga, &c. In capit. præced. Propheta conclusit ex prædictis omnibus, populi Israel exterminationẽ propter ipsius malitiam & obstinationem, hìc autem reuertitur ad describendum Christi mysterium, quod erat suum principale intentum. Et diuiditur hæc pręsens lectio in duas partes. Quia primò describitur ipsius Christi natiuitas. Secũdò, eius sanctitas. circa primũ sciẽdũ, quod nõ solũ hęc

bus indicauit, vt iii. Regum, c. iii. & Christ⁹ de adultera, vt Io annis viii. & similiter Daniel de Susanna p duos veteranos pſbyteros accuſata, optimè iudicauit: vt Dan. xiii. ca. Item iudex nō debet eſſe acceptor pſonarū, donorum ſeu munerum: quia tunc iuſtitiā corrūpit & veritatē puertit. Vnde Iſid. de Sū. Bo. li. iii. c. lvii. Non eſt pſona obſeruanda, ſed cauſa. Idē ca. ſeq. Acceptio munerū præuaricatio veritatis eſt.

præſens lectio, quæ eſt principiū ca. ſed totum ipſum cap. exponitur ad literā de Chriſto à Doctis Hebræis & Catholicis. Vnde in trāſlatione Chaldaica ſic habetur, Exibit rex de filiis Iſai, & Meſſias de filiis filiorū eius, &c. Iudæi tñ hoc expectāt futurū. Chriſtiani verò dicūt hoc eſſe impletū in Ieſu Nazareno, & ſecundū hoc dicitur hic, a [Eg. virga.] i. virgo Maria Ieſſe, i. Iſai, quæ dicitur virga gracilis paupertate & humilitate, flexibilis pietate. b [Et flos.] i. Chriſtus qui dicitur flos rōne puritatis: quoniā nullum peccatū actuale ſeu originale habuit in eo locū. Et protulit fructū noſtræ ſalutis. Heb. autē exponūt vtrūq; de Chriſtō, qui dicitur hic virga propter regiā dignitatē, & flos ꝑpter vitæ puritatē. Et dicitur aſcēdiſſe de radice Ieſſe: qa pater Dauid vocatus fuit Iſai, & Ieſſe, Chriſt⁹ autem deſcēdit de Dauid ſecūdū eos. [Et requieſcet &c.] Hic cōſe. deſcribit ipſi⁹ Chriſti ſanctitas. Et primò in ſeipſo. Secūdo in corpore eius myſtico, ibi, Et erit iuſtitia, &c. Circa primū dicitur, c [Et req.] qa in baptiſmo eius apparuit Spiritusſan. in ſpecie colūbæ ſuper eū. Mat. iij. Ad deſignādū plenitudinē omnis gratiæ in eo ideo ſubditur [Spūs ſap.] i. dator ſapiētię vel ſpiritus qui eſt ſapiētia: & ſic intelligitur de aliis, cū dicitur, Et intellectus, &c. Enumerātur hic ſeptē dona Spiritusſan. Quorū ſufficiētia ſic accipitur. Dona enim Spiritusſan. ꝑficiūt animā, ad hoc vt ſit bene mobilis ſecundū inſtinctum ipſius Dei tanq̃ quodā motiuo principio & ſuperiori, ſecūdū illud Ro. viij. Quicūq; enim ſpiritu Dei agūtur, filij Dei ſunt, & ideo dona ſunt in ratione & volūtate. Rō verò ſpeculatiua eſt vel practica, & in vtraq; cōſyderatur, apprehēſio veritatis, quę ꝑtinet ad inuētionē & iudiciū de veritate. Ad apprehēſionem igitur veritatis perficitur ſpeculatiua rō ꝑ donū intellect⁹: practica verò ꝑ donū cōſilij. Ad rectè verò iudicādū ſpeculatiua ratio ꝑficitur per donū ſapiētię, practica verò per donū ſciētiæ: volūtas autē in his quæ ſunt ad alterū ꝑficitur per donū pietatis: in his āt quæ ſunt ad ſeipſ̄m, perficitur ꝑ donū fortitudinis cōtra terrorē periculorū. Contra cōcupiſcētiā verò inordinatā delectabiliū, perficitur per donū timoris, ſecūdū illud Prou. xxvj. Timore Domini declinatur à malo. Et ſic patet, ꝙ dona ſe extēdūt ad omnia: ad q̃ ſe extēdunt virtutes intellectuales, & morales. Iſta autem dona perfectiſſimè fuērūt in anima Chriſti, quæ fuit perfectiſſima in omnibus donis, & chariſmatib⁹ Spiritusſan. e [Nō ſecundū vi.] ſ. corporaliū. f [Iudi.] quod exponit Rab. Sal. dicens, ꝙ Meſſias iudicabit per ſciētiā Dei in eo exiſtētē, per quā cognoſcet, qs ſit innocēs & qs reus: & in hoc bene dicit. Sed ſecundū Catholicos, iſta ſciētia Dei exiſtens in Chriſto, duplex eſt. Vna increata, quæ cōuenit ei inquātū Deus de qua dicitur, j. Reg. xvj. Hō videt ea quæ patent, De⁹ autē intuetur cor. Alia creata, quæ cōpetit ei inquātū hō, diuinitus tamen ei data. Et iſta ſciētia ſe extēdit ad omnia quæ cognoſcit De⁹ ſciētia viſionis, ſ. ad oīa quę ſunt, fuerunt, vel erūt ſecundū quācumq; differētiā tēporis, quātumcūq; ſint occulta. Et ſic de vtraq; ſcientia verificatur de Chriſto, ꝙ per ſciētiā Dei in eo latētē cognoſcit cordiū occulta, & ad idē refertur qđ ſubditur, g [Neq; ſecūdū auditū, &c.] Et hoc impletū fuiſſe in Chriſto dicitur Ioā. ij. Opus enim nō erat vt qs teſtimoniū ꝑhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat qđ eſſet in homine. h [Sed iudicabit, &c] ſ. Euāgelicos, iudicās eos diuitiis cęleſtibus dignos. Mat. v. Beati pauperes ſpū. i [Et arguet in ęquitate pro māſuetis terrę.] Quod fuit impletū quādo Phariſęos arguit ꝓ Apoſt. quos falſo notabāt de trāſgreſſione ſabbati, Mat. xij. k [Et percutiet terrā,] i. homines terrenos. l [Virga.] i. doctrina arguendo eorū pctā. m [Et ſpū labiorū.] i. Antichri. ſecūdū quod dicitur ij. Theſ. ij. Tunc reuelabitur ille iniquus, quē dominus Ieſus interficiet ſpū oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. n [Et erit, &c.] Hic cōſequēter deſcribitur ſanctitas in Chriſti corpore myſtico, cū dicitur, Et erit iuſtitia, &c. i. iuſti & fideles adhęrebunt ſibi ſicut cingulū & lūbare adhęrēt homini: vnde trāſlatio Chaldaica hic habet, Et erūt iuſti circū circa eū, & agentes fideliter appropinquātes ei: & hoc patet impletū in Apoſt. aliiſq; diſcip. & fidelibus ſibi per fidē & charitatē adhærētibus.

QVAESTIO VI.

SVper verbis lectiōis ſextę feriæ iiij. tēporū Aduētus, q̃ habētur Iſa. xij. in qb⁹ ſit mētio de origine virg. Mariæ cū dicitur, Egredietur virga. oritur qō de puritate ipſius Virginis, Vtrū virgo Maria fuerit cōcepta in pctō originali? Arguitur ꝙ ſic. Ait Aug. de Fide ad Petrū, Firmiſſimè tene, oēm hominē q per cōcubitū viri & mulieris concipitur, cū pctō originali naſci. Similiter habetur ad Ro. v. Oēs in Adā peccauerūt. Similiter ait mag. Sē. ij. Peccatū Adæ, nō ſolū necauit ſeipſ̄m: ſed ēt oē gen⁹ humanū. Ait etiā Gre. & allegatur à Mag. vbi ſuprà, Oēs in pctō nati ſum⁹, & ex carnis delectatiōe cōcepti culpā originalē nobiſcū traxim⁹. Ait ēt Leo papa in ſer. de Natiuit. Sicut nullū à reatu liberū reperit: ita ꝓ liberādis omnib⁹ venit. igitur. in oppoſitū Aug. de Nat. & Gratia ait, Cū de pctīs agitur: nullā de Maria volo habere qōnē, ergo virgo Maria nō fuit cōcepta in pctō originali. Ad arg. dicitur, ꝙ authoritates verę ſunt de lege ordinata: nō tñ ꝓſeruata, potuit enim De⁹ in primo inſtāti ſuæ creationis, Mariæ gratiā cōferre, abſq; hoc ꝙ careret iuſtitia originali, qđ fecit, & hoc ex merito Xp̄i. Ad qōnē rñdēdū eſt ſecūdū magiſtrū Nic. de Orb. ij. Sē. di. iij. ꝙ virgo Maria nō fuit cōcepta in peccato originali: quod patet duab⁹ rōnib⁹. Prima, Perfectiſſim⁹ mediator habet actū ꝑfectiſſimū mediandi reſpectu alicuius pſonę: ſed reſpectu nullius habuit excellētiorē quàm reſpectu Marię matris ſuę: ergo circa ipſā habuit: igitur eā à peccato

originali præseruauit. Secunda, Christus qui præcepit honorare parẽtes Matrẽ suam honorauit: qđ nõ fecisset si eã fuisset cõceptã in originali peccato. Igitur. Si quis dicat, Ergo adæquatur Christo, dico ꝙ nõ sequitur, quia Christus nõ indiguit præseruari. Si quis dicat, Ergo non indiguit redẽptore, Dico ꝙ præueniente.

Sabbato, Lectio Isa. Prophe. xix. cap.

Clamabũt. Sancti patres & pphi Iudæi aduenientes Christo, redẽpti sunt: nam captiuitas Iudæorũ desinit in Aegypto, & alijs pũnitus, & sancti patres, ex limbo soluti sunt. & secũdũ hunc sensum sic expone, Sancti patres & Iudæi clamabũt ad Dominũ Deum à facie tribulantis, i. Dæmonis, & populi Gẽtilis eos affligẽtis, dicentes, Mitte domine quẽ missurus es. Et tũc misit eis Saluatorem.

IN diebus illis, a †clamabunt ad Dominũ b à facie tribulantis: c & mittet eis saluatorẽ & propugnatorem, d qui liberet eos: e & cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dñm in die illa. Et colẽt eũ in hostiis & in munerib' & vota vouebũt Dño & soluẽt: f & percutiet Dñs Aegytum plaga: g & sanabit eos, h & reuertẽtur ad Dñm, i & placabit eis, & sanabit eos dñs de' vester.

POSTILLA.

IN diebus illis, clamabunt ad Dominum, &c. In hoc totali cap. denũciatur punitio Aegyptiorũ, per Ro. fienda. Ad cuius intelligẽtiã sciendũ, ꝙ Anth. collega Aug. Cæsaris (sub quo natus fuit Christus) amore Cleopatræ Reginæ Aegyp. captus: repudiauit vxorẽ suã, Aug. sororẽ, & Cleopatrã accepit: & Augusto bellũ indixit, à quo tamen fuit debellatus & victus & capta Aegyp. Et quia tẽpore Aug. Christus fuit nat' & in Aegytũ portatus: iõ ab hoc incipit pphetia. Sed pñs lectio ponitur circa finẽ capituli, in quo solũ cõtinetur, quõ Aegyptij tpe belli & suæ necessitatis: cognoscẽtes idola eorũ vana recurrebãt ad Deũ Hebr. & iõ dicit, a [Clamabũt ad dominũ.] s. Aegyptij. b [A facie tribulãtis] s. Dæmonis eos persequẽtis per bella ppter eorũ pctã. c [Et mittet eis saluatorẽ.] videlicet Iesũ Christũ ab eis receptũ p verã fidem, ab Apost. ab eo missis pdicatã. d [Qui liberet eos] de tenebris erroris & ptãte Dæmonis: iõ subditur, e [Et cognoscetur Dominus.] hostia noui Test. est Eucharistia: & dicitur hic Hostiæ in plurali, quia succedit omnibus hostiis & sacrificiis vet. Te. Potest etiã referri, non solũ ad Eucharistiam, sed ad orationes & suffragia Ecclesiæ, quæ dicuntur hostiæ, ps. xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me, &c. f [Et percutiet, &c.] s. tẽporali pœna: vt dictũ est, ad eius castigationẽ & vitæ emendationẽ & correctionẽ. g [Et sanabit eos.] per verã fidẽ. h [Et reuertentur ad Dominũ] veraciter & perfectẽ: ideo subditur, i [Et placabitur eis & sanabit eos.] s. eos eripiendo à damnatione æterna, & dando eis legem veritatis.

QVAESTIO VII.

SVper verbis lectionis in sabbato iiij. temporum Aduentus, quæ habetur Isa. xix. in quibus mẽtio fit de punitione Aegyptiorũ quę dicũt, Clamabũt ad Dñm, quæ intelligũtur de Patribus & eorũ liberatione p Christũ faciẽda. quæritur qõ de liberatione ipsorũ, Vtrũ Christ' statim introduxerit in cælos animas quas liberauit de inferno? Arguitur ꝙ sic: habetur Luc. xxiij. dixit Christus latroni, Hodie mecũ eris in Paradiso. & cõstat ꝙ illud nõ intelligitur de Paradiso terrestri: qa nõ esset magnũ ibi esse in illo Paradiso: ergo intelligitur de cęlesti. in op. Mi. ij. de Christo dicitur, Ascẽdit pãdẽs iter añ eos: sed Christus nõ ascẽdit ad cælos, vsq; ad xl. diẽ post resurrectionẽ, ergo nec animæ aliorũ Sanctorũ, qui erãt in limbo. Ad arg. dicitur, ꝙ paradisus in authoritate Luc. intelligitur de Dei visione, quæ dicitur verus Paradisus, & de Paradiso cælesti nõ terrestri. Ad qõnẽ rñdẽdũ est secundũ mag. Nico. de Orb. sup iij. Sen. dist. xxxiij. q. iij. ꝙ animæ Sãctorũ nõ statim post mortẽ Xpi pductæ sunt in cęlos quãtũ ad locũ: statim tamẽ post resolutionẽ animæ à corpore in Christi descẽsu ad Inferos viderunt lumẽ animæ, & beatæ factæ sunt qũtũ ad pręmiũ, & sic in loco infernali existẽtes habuerũt Paradisum, s. apertã Dei visionẽ, quæ est vita æterna: locum autẽ beatitudinis, nõ statim sunt adeptæ: quia nulla anima in cælũ debuit ascẽdere ante Christũ q est primogenitus in multis fratribus tanquã caput omniũ: de hoc dico, quòd animæ eorum qui in originali pctõ decesserũt, talẽ fruitionẽ nõ habuerũt, nec liberatæ fuerũt, nec animæ reproborũ qui in Inferno erãt demersi: qa de membris Christi non erant: ideo efficacia passionis Christi ad eos non se extendebat.

Eodem die Lectio Isa. xxxv. cap.

HAec dicit Dominus De' a Lætabitur deserta b & inuia, c & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. e Germinans germinabit, f & exultabit lætabunda, g & laudãs. h Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. i Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. k †Cõfortate manus dissolutas l & genua debilia m roborate. n Dicite o pusillanimis, p Confortamini, q & nolite timere. r Ecce Deus vester vltionẽ adducet retributionis, s Deus ipse veniet, & saluabit nos. t Tunc aperientur oculi cæcorũ, v & aures surdorum patebunt x Tunc saliet sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorũ, y quia scissæ sunt in deserto aquæ, z & torrentes in solitudine. a Et quæ erat arida erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum: b ait Dominus omnipotens.

Confortate. Prędicatores cæterique plati debẽt subiectos in afflictionib' & ærumnis cõstitutos, cõfortare, & cõtra tyrãnorũ minas, verbo cõsolationis roborare, ne a fide deficientes, incidant in laqueus dia

bolis quod summopere cauẽdũ est, vt beatus Petrus monet, dicens, Fratres vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus, tãquã leo rugiẽs, circuit, quærens quem deuoret, cui resistite, fortes in fide, &c.

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus, Lętabitur deserta, &c. Andræas, & aliqui Expositores catholici, in hoc ipsum sequẽtes: exponũt istud capitulũ ad literã nimis Iudaicè, s. de prosperitate Iudæorũ post reditũ de Babylone. Sed hoc nõ videtur rationabiliter dictum, quia ab illo tẽpore, vsq; ad Christũ, fuerunt in seruitute, quãuis in terra fuerũt etiã in multis afflictionibus & angustiis, vt patet in lib. Esdræ & Nehem. & Dan. Et ideo prosperitas & iucũditas quę in hoc capitulo describuntur: ad tẽpus illud, nullo modo referri videtur, & ideo assumendo quod verum est, s. quòd hoc capitulũ sit ad tẽpus Christi referẽdum, sic est intelligẽda litera, a [Læta. deser.] Iudęa quę fuit deserta, i. derelicta in multis prosperitatibus & superemineñtiis, in tẽplo, & in sacrificiis: vt patere potest volenti super hoc capi. Expositores videre. b [Et ianua.] Tẽpore enim primi tẽpli Prophetæ discurrebãt per Iudæã, populũ à malis retrahendo, & ad bonũ exhortãdo. Tẽpore verò secundi tẽpli, nõ leguntur habuisse, nisi Aggæũ, Zachariã, & Malachiã: qui prophetizauerunt tẽpore reparationis secundi tẽpli. Sed posteà populus Iudaicus caruit Prophetis talibus, per ccc. ann. & amplius, vsq; ad tẽpus Ioãnis Baptistæ: qui cœpit pœnitẽtiã prædicare, & aduentũ Christi nuntiare, ideo dicitur, Lętabitur deserta, i. Iudæa quæ fuerat prædicto modo deserta, & inuia, in aduẽtu Christi habebit materiã gaudij quantũ ad defunctos: quos Christus de limbo Patrũ transtulit ad gloriã, & quantũ ad viuos credẽtes in eum. Quod potissimè fuit impletum recepto Spiritusancto in die Pẽtecostes, qui cõfidẽter & magna voce laudabant Dominum, Act. ij. c [Exultabit solitudo] i. Gentilitas: quæ ad modũ solitudinis, caruerat cultu legis, & Prophetarũ, & cum gaudio suscepit fidẽ Christi, ad prędicationẽ Apostolorum. d [Et florebit quasi liliũ] decore sanctitatis, & odore bonæ famæ. e [Germinãs germinabit.] Per talẽ replicationẽ, & reduplicationẽ intelligitur multitudo Gentiliũ recipiẽs Christi fidẽ. f [Et exultabit lætabunda] corde. g [Et laudãs] ore. h [Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.] Per ista tria loca: quæ præ aliis in Iudæa fuerunt amœna & fertilia: intelligitur, quòd quicquid erat pulchritudinis, & amœnitatis, in sanctitate; & honestate in Synagoga, translatũ est ad Ecclesiã ex Iudęis & Gentibus congregatã. i [Ipsi videbunt gloriã Domini] i. ipsius Christi quẽ viderunt Apostoli, aliiq; Discipuli oculis corporeis, quãtùm ad humanitatem: & oculis mentis, quãtùm ad deitatẽ. Io. j. Vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti à Patre, &c. Viderunt etiã gloriã eius in miraculorũ operatione: & viderũt resurrectionẽ eius, & ascẽnsionẽ. Gentiles etiam posteà ad finem conuersi viderunt gloriã eius in miraculis factis per Apostolos, in nomine Christi. [Confortate] Hic cõsequenter denũtiatur materia gaudij ex roboratione credentiũ, cùm dicitur, Cõfortate, &c. & est verbum Proph. ad Apostolos. k [Cõfortate manus dissolutas] i. Gentiliũ, qui ante erãt tardi & pigri ad opus bonũ. l [Et genua debilia] ipsorũ Gentilium. m [Roborate] s. verbo & exẽplo, ad quæcunq; aspera pro Christo sustinẽda. n [Dicite] i. cõmuniter prędicate. o [Pusillanimes] tempore præcedenti. p [Confortamini] in virtute Christi. q [Et nolite timere] s. tormenta Tyrannorum. Cuius causa subditur, r [Ecce Deus vester vltionẽ adducet] super vestros persecutores. s [Deus ipse veniet & saluabit vos] s. per passiones modicas ad gloriã vos reducendo. Et sic factum fuit in primitiua Ecclesia: per lõgum tempus posteà: quia multi Gentiles ad Christũ conuersi, ita erãt in Domino confortati, quòd non timebãt tormenta, sed magis appetebãt, vt patet in Legẽdis Sanctorũ. t [Tunc aperientur oculi cæcorum, &c.] Ista enim miracula corporaliter fuerunt facta per Christum: postea per Apostolos, & alios credẽtes in nomine Christi: vt patet in Euangeliis & in aliis Actibus Apostolorum. Et fuerunt facta spiritualiter in illuminatione infidelium, fidẽ recipiendo. v [Et aures surdorũ patebunt] fuerunt enim apertæ mandatis Christi obẽdiẽdo. x [Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum] per viã morum incedendo: & multi loquelam receperunt fidem Christi confitendo. Cuius causa subditur, y [Quia scissæ sunt in deserto] i. Iudæ & Gentilitatis: vt patet ex supradictis [Aquæ] s. sacramẽti baptismi. z [Et torrẽtes in solitudine] i. variæ gratiæ Spiritussancti de quibus dicitur, j. Cor. xij. Alij quidẽ per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo sciẽtiæ, secundùm eundem spiritum, &c. a [Et quæ erat arida erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.] Per hoc notatur plenitudo gratiæ datæ tempore Ecclesię primitiuæ. b [Ait Dominus omnipotens.] Hæc clausula frequenter ponitur in fine prophetiarum.

QVAESTIO VIII.

SVper verbis lectionis eiusdem diei, quæ habẽtur Isa. xxxv. s. Nolite timere, oritur theologalis quæstio de timore, Vtrum timor sit peccatum? Arguitur quòd non: timor est passio quædam, sed ex passionibus non laudamur neque vituperamur, vt patet in ij. Ethi. cùm ergo omne peccatum est vituperabile, videtur quòd timor non sit peccatum. In oppositum Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: quod non prohiberet, nisi esset peccatum: igitur timor est peccatum. Ad argumentũ dicitur, quòd timor cõmuniter dictus secundùm rationem importat vniuersaliter fugam, vnde quantùm ad hoc non importat rationem boni vel mali, & similiter est de qualibet alia passione, ideo Philosophus dicit, quòd passiones non sunt laudabiles neque vituperabiles, s. quia non laudantur neque vituperantur qui irascuntur vel timẽt, sed

quia circa hæc ordinatè aut inordinatè se habent. Ad quęst. respódendum est, secundũ Tho. ij.ij.q.cxxv. quòd timor inordinatus est peccatum, putà quãdo appetitus fugit quæ ratio dictat esse sustinenda, ne desistat ab aliis quæ magis prosequi debet. si verò appetitus mouetur ad refugiẽdum secundùm rationẽ, est timor ordinatus: & talis timor non est peccatũ, de quo timore aliqua dico. Primò enim dico quòd est aliquis timor filialis, quo homo timet offensam Dei quem diligit, & timet ab eo separari, xxiij.q.vj.§.ex his. & iste timor est bonus. Alius timor dicitur seruilis, & iste causatur ex amore sui, vnde quia pœna est detrimẽtum proprij boni ideo timet: dicto §. ex his. & iste dicitur initialis, quia est principiũ cõuertendi. de cons. dist. ij. si cũ charitate, si sine charitate malus est non de se: patet quia à mala procedit radice, s. ab inordinato amore sui. Alius timor est mundanus, quo homo distinguitur à Deo si homo propter illum non est natus facere contra Dei pręcepta venialis est: si sic, est mortale peccatũ.

Eodem die, Lectio Isa Proph. xlv. c.

HÆc dicit Dominus Deus [a] christo meo Cyro, cuius [b] apprehendi dexterã [c] vt subiiciã ante faciem eius gẽtes, & dorsa Regum vertã, [d] & aperiã corã eo ianuas: & portæ non claudẽtur. [e] Ego ante te ibo, [f] & gloriosos terræ humiliabo. [g] Portas æreas conterã, & vectes ferreos confringã. [h] Et ego dabo tibi thesauros abscõditos, [i] & arcana secretorum reuelabo. [k] Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel [l] propter seruũ meum Iacob, & Israel electũ meum. [m] Et vocaui te nomine tuo, [n] assimilaui te, [o] & non cognouisti me. Ego Dominus & nõ est amplius, extra me non est Deus. [p] Accinxi te, [q] & nõ cognouisti me, [r] vt sciãt hi qui ab ortu Solis & qui ab Occidente [s] quoniam absque me non est Deus. Ego Dominus [t] & nõ est alter. [t] Formãs lucẽ [v] & creans tenebras, [x] faciens pacẽ, [y] & creans malum. Ego Dominus faciẽs omnia hæc. [z] Rorate cæli desuper [a] & nubes pluant iustũ, [b] aperiatur terra, [c] & germinet Saluatorẽ. [d] Et iustitia oriatur simul. [e] Ego Dñs creaui eum.

Ego Dominus &. Dñs Deus omnes idololatras de eorum impio cultu increpat, eo q̃ plures Deos colere vellet & adorare, q̃a ipse est Dñs Deus

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus christo meo Cyro. In cap. præcedenti Isaias inducit populum ad expectandum diuina promissa, tanquã certitudinaliter adimplẽda, hic consequenter prosequitur magis in speciali illa beneficia. Et primò quãtùm ad liberationẽ in malis. Secundò quãtùm ad cõuersationẽ in bonis. Secunda pars nõ ponitur in præsenti lectione. Circa primum sciendum quòd Rabbi Salomõ exponẽs hanc literã dicit, Magistri nostri sic dixerũt. Et vocat magistros suos, Doctores antiquos Hebræorum, quorum plures fuerunt ante Christi aduentum: Deus sanctus & benedictus dixit Messiæ suo, i. Messiæ in lege & Prophetis promisso, apponens, Ego ante te ipsi Cyro. i. designans te per Cyrum. Ex quo patet quòd secundùm intentionẽ Hebræorũ antiquorũ, per Cyrum hic introductum, liberationẽ populi de Babylone, principaliter intelligitur hic Christus mundi saluator. Et per saluatorem populi de Babylone partialem: intelligitur principaliter saluator mundi generalis. Sciendũ tamẽ quòd figura non correspondet in omnibus figurato: quia tunc nõ esset figura vel similitudo: sed idẽtitas. Et ideo Cyrus non fuit Christi figura in omnibus quæ de eo dicuntur, vtpote illis quæ sunt imperfectionis, vt cùm dicitur, Nõ cognouisti me. quod dicitur de Cyro tantum. Et ecõtra: illa quæ sunt perfectionis simpliciter intelligenda sunt de Christo solum. Et sic aliqua dicuntur de Cyro tantum ad literã, & aliqua de Christo tãtùm, sed de tẽpore Christi, & aliqua de vtroque, s. illa in quibus Cyrus fuit Christi figura. Et verificãtur de vtroque principaliter tamen de Christo, siue de redẽptione facta per Christum. b [Cuius] s. Cyri. c [Apprehẽdi dexterã] vt subiiciã, &c. dans ei fortitudinẽ ad Babyloniorum & aliarum Gentium subiectionẽ. d [Et aperiã coram eo ianuas] i. faciam aperiri, quia Dominus tantùm immittebat timorẽ in aliquibus, quòd recipiebãt Cyrum in dominũ sine contradictione. e [Ego ante te ibo] fortitudinem tuam populis incutiẽdo. f [Et gloriosos terræ humiliabo eos] s. tibi subiiciendo. g [Portas æreas cõteram] s. ciuitatum tibi resistentiũ. h [Et dabo, &c.] à Regibus Babylonis & aliis. i [Et arcana secre. reue. &c.] i. pretiosissima magis secreta seruata. k [Vt scias quia ego sum Dominus] trãsferẽs regna & potestates de gente in gentem secundùm voluntatem meã: hæc enim recognouit Cyrus, vt habetur j. Esd. j. hęc dicit Cyrus Rex Persarum, Omnia regna terrę dabit mihi Dominus cæli & terræ. l [Propter seruum meum Iacob] i. propter populum descẽdentẽ à Iacob per te liberãdum. m [Et vocaui te nomine tuo] i. nomen tuum reuelaui longè ante tempus tuũ. n [Assimilaui te] notabilibus personis quorum nomina prædixi ante tempora eorum; vt Ismaeli. Gen. xvj. & Iosue iij. Reg. xiij. o [Et non cognouisti me] quia adhuc non eras. p [Accinxi te] fortitudine ad debellãdum Gentes & regna. q [Et nõ cogno. me] etiã postquam dedi tibi fortitudinem: quãuis enim Cy

vnus, trinus in personis solus, bonus, omnipotens, immensus, æternus, sine principio, & fine: qui adorandus est, vt Romana Ecclesia credit, & docet. de sũ. tri. & fide cat. c. firmiter credimus, inquit Rõ. Pontif. & simpliciter confitemur, quòd vnus, solus verus Deus, æternus immẽsus, incommutabilis, incomprehẽsibilis, omnipotẽs, &c.

rus recognouit omnia regna à Deo sibi data, vt prædictum est: tamen non cognouit eum tanquam solum adorandum, quia colebat idola. r [Vt sciant, &c.] Hic consequenter ponitur potestatis Cyri sequẽs fructus, s. in liberatione populi Iudæ de Babylone in cõfessione potestatis diuinę: quia sicut habetur j. Esd. j. Cyrus verbis & literis significauit per totum suum imperiũ monarchiã à Deo sibi datam: & ab eo sibi mandatum fuisse de tẽpli reædificatione: & ad hoc faciendum populum Iudæ ad terram suam remittere. Et hoc est quòd dicitur, Vt sciant qui ab, &c. i. per totum imperium Cyri per literas eius missas modo prædicto. s [Quoniã absque me non est Deus] qui possit tot & tanta facere. t [Formans lucem] Iudæis, ipsos de carceribus educẽdo. v [Et creãs tenebras] Babylonis ipsos per Cyrum destruendo. x [Faciens pacem] Iudæis reuertentibus Ierusalem. y [Et creans malum] s. pœnæ ad punitionẽ peccatorum. z [Rorate cæli desuper, &c.] Hic cõsequenter describitur liberatoris natiuitas. Sicut dictũ est, principalis intẽtio Prophetę est hic designare Christum per Cyrum: sic designatur Christi natiuitas per natiuitatem Cyri. Primò ergo exponitur figura, ad cuius intellectũ sciendum, quòd Astyages rex Medorum & Persarum vidit in somnis, de genitalibus suæ filiæ vitẽ oriri, quæ totam Asiam occupabat, & dictum fuit à coniectoribus de ea filium nasciturum, qui totã terram illã occuparet, quod impletum fuit in Cyro filiæ Astyagis filio. Et ideo natiuitas Cyri hic describitur sub metaphora vitis seu plantæ orientis de terra: ad quam requiritur influẽtia cælestis, & dispositio terræ per descẽsum super eam pluuiæ, & roris. Et hoc est quod dicitur, Rorate cæli desu. rorem & influentiã emittendo. a [Et nubes pluant iustum] i. disponatur materia ad ortum iusti, i. Cyri: qui vocatur hic iustus, quia fuit executor diuinæ iustitiæ erga Babylonios. b [Aperiatur ter] Astyagis filia. c [Et germinet salua] Cyrum ad saluandum populũ Iudæ à Babylonica captiuitate. d [Et iustitia oriatur simul] i. virtus exequendi iustitiã meã. e [Ego Dominus creaui eum.] Dando ei imperium. Sicut Papa vel Imperator dicitur creari quãdo promouetur ad talem dignitatem. Consequenter exponatur litera de re figurata, i. de Christi natiuitate. Rorate cęli desuper, &c. Pro ista quæ germinat saluatorem est beata Virgo cõcipiẽs Saluatorẽ mundi, nõ ex virili semine: sed virtute Spiritussancti, tãquã rore cęlesti. Et quia principalis intẽtio Prophetę est hoc significare: ideo sub isto sensu hæc autoritas allegatur in multis locis, Et iustitia oriatur simul. i. gratia iustificans. Io. j. Gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Ego Dominus creaui eũ, quãtum ad humanitatẽ, quæ est creatura Dei.

QVAESTIO IX.

SVper verbis Epist. lectionis eiusdẽ diei quę habentur Isa. xlv. s. absque me non est Deus. oritur q. de Deo, Vtrum sit tantum vnus Deus. Arguitur quòd non: plura bona sunt meliora paucioribus bonis: sed quæcunq; meliora, ponẽda sunt in vniuerso: ergo. In oppositũ Deut. vj. Audi Israel, Domin⁹ Deus tuus vnus est: igitur nõ est nisi vnus Deus. Ad argum. dicitur q pluralitas deorũ non est melior vnitate Dei, cũ nõ sit bonũ quòd sit pluralitas principatuũ. xij. Meta. ex quo includit contradictionẽ & repugnantiã. Ad quæst. respõdendum est secũdùm M. Nicol. de Orbellis super Sen. di. ij. q. iij. quòd non est nisi vnus Deus. qđ tripliciter patet. Primò si sint duo dij, sint a, & b, aut igitur, a, fruitur b, aut vtitur: si vtitur, ergo habet volũtatem inordinatã, si fruitur ergo est beatus in duobus obiectis totalibus quorũ neutrum depẽdet ab alio, s. in se & in b, sed cõsequens est impossibile, quia nihil potest esse beatũ actu in duobus obiectis beatificãtibus totalib⁹: quia vtrolibet eorũ destructo nihilominus esset: igitur neuter esset beatus, quod est falsum, igitur. Secũdò patet sic, Quæcunq; possessio potest numerari in diuersis, plus perfectionis habet in pluribus: quã in vno, sic de Trinitate, ergo cùm infinitũ non possit excedi, non potest in pluribus numerari: sequitur quòd quia Deus est infinitus, nõ potest numerari, ergo nõ est nisi vn⁹ Deus. Tertiò patet sic, Si sunt duo dij vterque illorũ faceret alterum nullipotẽtem prohibendo per suũ nolle esse. & sic nullus illorum esset omnipotẽs quod est falsum: iterum vterque illorum posset per suum velle annihilare nam a, vult quòd b, annihiletur, & b, vult a, etiã annihilare: sequitur hoc facto quòd nullus esset Deus, quod est inconueniens: ergo non est nisi vnus Deus in tribus personis, scilicet Patris & Filij & Spiritussancti, & de Filij Christi natiuitate lectio mentionem facit, cùm dicit, Rorate cæli, &c.

Eodem die lectio Dan. iij. cap.

In diebus illis, angelus Domini ascendit cum Azaria, &c.

Hæc lectio ponitur infrà in aliis quatuor temporibus sequentibus.

Eodem die lectio Epist. beati Pauli Apostoli, ij. ad Thessal. ij. cap.

FRatres, [a] rogamus vos per aduentum Domini nostri Iesu Christi, [b] & nostræ cõgregationis in idipsum, [c] vt nõ citò moueamini à vestro sensu. [d] Neq; terreamini, [e] neque per spiritum, [f] neque per sermonẽ, [g] neque per epistolã, tanquã per nos missam, [h] quasi instet dies Domini. [i] Ne quis vos seducat vllo modo, [k] quoniã nisi venerit discessio primũ, [l] & reuelatus fuerit [m] homo peccati, [n] filius pditio-

Non citò. Non debemus inniti ꝓprio sensui, nec audiẽdi sunt pseudoꝓphetæ, qui Antichristum iam aduenisse falso mentiũtur, cuius aduentum & exitum hic describit B. Paulus. Sic Christus saluator suos discipulos ꝓuidere docebat, dicẽs, Cauete a falsis Prophetis qui venũt ad vos. itẽ multi pseudoprophetę venient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus.

nis, [o] qui aduersatur & extollitur [p] supra omne quod dicitur Deus, [q] aut quod colitur, [r] ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. [s] Num retinetis quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? [t] Et nunc quid detineat, [v] scitis: [x] vt reueletur in suo tempore. [y] Nam mysteriũ [z] iam operatur iniquitatis, [b] tantum [c] vt qui tenet nunc, [d] teneat, donec de medio fiat. [e] Et tunc reuelabitur ille iniquus, [f] quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, [g] & destruet, [h] illustratione aduentus sui.

POSTILLA.

FRatres, rogamus vos. In hac Epistola reddit Apostol. Thessal. cautos: circa quod sciendum est, quòd aliqui Thessalonicensium credebant diem iudicij vniuersalis esse propinquam, tum propter tribulationes quas sustinebant: quia Christus in Euangelio dixerat Ecclesiam maximè tribulari appropinquante die iudicij, vt patet Mat. xxiiij. propter quod timebant adhuc maiores persecutiones incurrere: tum quia Apost. dixerat prius in j. Epist. c. iiij. Nos qui viuimus, qui relinquimur, &c. Obuiam Christo, s. ad iudicium venienti. Quod aliqui Thessal. malè intelligentes, credebant illam obuiationem tempore Pauli futuram, eò ꝙ dixerat, Nos qui viuimus simul rapiemur, &c. propter ꝙ eos assecurat de diei iudicij longa distantia, reddens eos cautos, vt non decipiantur. Circa hoc est cuiuscunque doctrina. Dicit ergo, a [Rogamus vos fratres per aduen. Domin.] ad iudicium. Et est notandum de quadruplici aduentu, s. in mentem, in mortem, in carnem, & ad iudicium: vt latè patet in principio Legendæ Sanctorum, quæ dicitur Legenda Aurea. Et quia tempore aduentus Domini in carnem officium Ecclesiasticum communiter est, de aduentu ad iudicium fit mentio de eo in Epist. b [Et nostræ congreg. &c.] Tunc enim electi congregabuntur ad eum Mat. xxiiij. Vbicunque fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. c [Vt non citò, &c.] i. à vero intellectu. d [Neque terreamini.] quia instat tribulatio maxima quę prędicta est fore prope diem iudicij e [Neque per spiritum] s. malignũ transfiguratum in Angelum lucis, & asserentem vobis contrariũ, s. ꝙ dies iudicij sit propinqua. f [Neque per sermonem.] alicuius pseudoapost. g [Neque per Epist. &c.] Nã aliquando falsi Apost. & Hæretici mittebant epist. sub nomine verorũ Apostolorum ad Christi fidelium deceptionẽ. Alio modo sic, Neque per epist. &c. nostram præcedentem. h [Quasi instet dies Domini.] Eò quòd ibi diximus, Deinde nos qui viuimus, &c. Et quia non fuit intellectus noster, ꝙ dies iudicij esset propinqua, i [Ne quis vos seducat vllo modo] hoc addit ad excludẽdum deceptionis omnem modum. Quoniam, &c. Hic consequenter docet circa diem iudicij veritatem, de quo dixit ꝙ duo notabilia præcedent. Primum ponitur cùm dicit, k [Quoniam nisi venerit discessio primum] quod exponunt aliqui de discessione à Romano Imperio, quod florebat tempore Pauli, à quo recesserunt quasi omnia regna repugnãtia ei subiici & redditionem tributi iam à multis annis. Illud etiam Imperium caruit Imperatore pluribus annis. Et tamen non venit Antichristus, qui tamen debet venire secũdùm istam expositionem completa illa discessione, videbitur Apost. dicere infrà, Et tunc reuelabitur ille iniquus, &c. Propter quod alij exponũt de recessu ab obedientia Ecclesiæ Rom. à qua iamdiu est quòd recessit Græcia. Sed saluo meliori iudicio, mihi videtur melius intelligendum: de recessu à fide Catholica, sicut exponũt aliqui, non tamen intelligendo, ꝙ omnes sint à fide Catholica recessuri: sicut exponunt aliqui, quia durabit in aliquibus vsque ad finem mundi: sed quia maior pars credentium discedet ab ea, quia secundùm dictum Saluatoris Matth. xxiiij. Appropinquante Antichristi tempore, abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum. Et per consequens, fides vera deficiet in multis, & tunc veniet Antichrist. facta dispositione ad eius receptionem. Huic etiam dicto concordat dictum Apost. infrà, j. ad Timot. iiij. vbi dicit quòd in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attẽdentes spiritui erroris. Et ij. ad eundem, iij. ca. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, &c. sequitur ibidem, Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. l [Et reuelatus, &c.] Hic ponitur secundum notabile quod præcedet diem iudicij, s. aduentus Antichristi, cuius primò ponitur superbiæ excessus. Secundò, tempus veniendi & eius casus. Tertiò, Dæmonis effectus. Excessus verò superbiæ erit, quia faciet se sicut Deum adorari. dicit igitur, Et reuelatus fuerit, i. manifestè ostensus. m [Homo peccati.] i. totaliter deditus peccato. sicut homo deditus agriculturæ, dicitur homo agri. n [Filius perditionis.] i. dignus perditione: sicut dicitur ij. Reg. xij. Filius mortis, quia dignus morte. o [Qui aduersatur & extol.] Loquitur de futuro, per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ: loquitur enim de Antichristo propheticè. p [Supra omne quod dicitur Deus.] quantum ad Deos Gentilium, qui dicuntur dij, sed non sunt. q [Aut quod colitur] quantũ ad sanctam Trinit. quæ colitur vt vnus verus Deus. Omnem enim talem cultum exterminare conabitur, vt ipse solus tãquã Deus ab omnibus adoretur. Similiter dicitur Iud. iij. Nabuch. q ꝑcepit exterminare oẽs Deos terrę, vt ipse solus Deus adoraretur. r [Ita vt in tẽ. Dei

sedeat]reædificato ab ipso,& Iudæis sibi adhærentibus. Alij exponunt in tēplo,i.sic se ostēdet ac si ipse sit templum Dei, eo modo quo humanitas Christi est Dei tēplū. s [Nū retinetis,&c.] q.d.Non deberet elabi à memoria vestra. t [Et nūc quid detineat]i.quæ sit causa moræ ipsius. v [Scitis,&c.]Sciebat enimquòd omnia futura à Deo sunt disposita determinatis temporibus vētura:ideo subditur, x [Vt re.in suo tēpore]à Deo disposito.Licèt autem Antichristus sit venturus personaliter: venit tamē singulariter.Sicut dicitur de Antiocho illustri, Da.xj.qui etiā fuit figura Antichristi. Et eodem modo dicitur de Nerone,qui tūc imperabat,& primus de Romanis principib' mouit persecutionē Ecclesiæ cū dicitur. y [Nā mysteriū]i.figura. z [Iniquitatis] Antichr.quæ dicitur iniquitas in abstracto:propter excessum suæ malitiæ.Sicut homo multū liberalis dicitur liberalitas. a [Iam operat.]in Nerone Ecclesiā persequēte. b [Tantū] supple restat. c [Vt qui tenet nunc] i.Romanū Imperiū,vt exponunt aliqui. d [Teneāt donec de medio fiat]i.donec deficiat Rom.Imperium per discessum ab obediētia ipsius.Sed mihi vidētur melius exponi de discessione à fide Ecclesiæ Romanæ suprà dicta:tantùm supple restat, vt qui tenet nūc fidem Catholicā,teneat eā firmiter in persecutione Neronis,& aliorū tyrannorum persequentium, donec de medio fiat, i. donec deficiat modo suprà dicto. e[Et tūc,&c.] Quia sicut suprà dictum est deficiente sic fide apparebit Antichristus , ideo dicitur, [Et tunc reuelabitur ille iniquus]sic anthonomasicè dictus. f[Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui]quia de mandato eius fulminabitur per ministerium Michaëlis Archangeli, g [Et destruet]in anima & corpore. h [Illustratione aduentus sui]in aduentu suo claro.

QVAESTIO X.

SVper verbis Epistolæ eiusdē diei, quæ habentur ad Thes.ij Rogamus vos per aduentum,s.ad iudicium vniuersale. oritur q.de iudicio vniuersali, Vtrum omnes in iudicio vniuersali videbunt filiū hominis, i.Christū in forma humana gloriosa iudicantē?Arguitur quòd nō: oculus non glorificatus, non potest videre claritatē corporis glorificati cùm sit improportionatus.ergo cùm multi, vtpotè mali,non habebunt oculos glorificatos , non poterunt videre Christū iudicantē in forma gloriosa. In oppositum habetur Lu.xxj.Videbunt filium hominis venientē in nube cum potestate magna & maiestate:maiestas autē& potestas ad gloriā pertinent,ergo in forma gloriosa apparebit: & ab omnibus videbitur. Ad argu.dicitur negando conseq. & ratio est quia corpus gloriosum habet in potestate sua, vt se demonstret vel nō se demonstret oculo non glorioso: ideo in forma gloriosa,Christus ab omnib' poterit videri. Ad quæst. respondendum est secundùm M.Ioā.de Tur.cre.in Quæstionibus super Euāg. q.ij.Dominica Aduen.quòd omnes in iudicio vniuersali videbunt filiū hominis , i.Christū in forma humana gloriosa iudicātē.Quod tripliciter patet. Primò sic,Christus in iudicio apparebit in forma humana,vt patet in Euang prædicto.Secundò sic, Eius est iudicare,cuius legē cōdere: sed Christus in humana natura apparēs nobis legē Euangelij dedit:ergo in eadē natura apparens iudicabit. Tertiò patet sic,Christus secundùm illā formā iudicabit : in qua iudicatus est vt possit ab impiis videri. Sed iudicatus est in forma humanitatis,igitur in tali forma apparebit:quòd in forma gloriosa patet sic,Ille qui iudicat debet eminere illis,qui iudicātur:sed illi putà electi qui iudicabunt corpora gloriosa habebunt,& Christus qui iudicabit : sed ista gloriosa apparitio erit reprobis tristis, & beatis delectabilis,&c.

Domin.iiij.in Aduen.j.Corint.iiij.

FRatres,[a] sic nos [t] existimet homo vt ministros Christi [b] & dispensatores [c] mysteriorū Dei. [d] Hîc iam quæritur [e] inter dispensatores , vt fidelis quis inueniatur. [f] Mihi autē pro minimo est [g] vt à vobis iudicer,haut ab humano die. [i] Sed neq; meipsum iudico. [k] Nihil enim mihi cōscius sum, [l] sed non in hoc iustificatus sum. [m] Qui autem iudicat me,Dominus est. [n] Itaq;, nolite ante tempus iudicare, [o] quoad usque veniat Dominus, [p] qui & illuminabit [q] abscondita tenebrarum, [r] & manifestabit consilia cordium: [s] & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Sic nos' Null' Laic' debet iudicare de viris ecclesiasticis, siue aliqd mali psumere nisi cōtrarium appareat, & sit notoriū. Tū q̄a viri Ecclesiastici Laicis digniores sunt & superiores & inferiores nō debēt iudicare de suis Superioribus. Tū vt scādalum vitetur. Tum etiā quia in iure prohibitum est.

POSTILLA.

FRatres,sic nos.j.Cor.iiij. Ante initiū huius Epistolæ scribit S. Paulus dicens,Templum Dei sanctū est quod estis vos. Si quis inter vos videtur esse sapiens in hoc seculo,stultus fiat sicut insipiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deū. Tunc post hoc sequitur Epistola hodier., Sic nos existimet homo. Sciendum quòd Epistola & Euangeliū concordant:quia in Euangelio agitur de spirituali aduentu Christi.In signū huius tunc Euāgelium dicitur de S.Ioanne,qui interpretatur in quo est gratia : sic & etiā Apostolus Paulus in Epistola hodierna,suadet prælatis quòd debeant diligenter exequi, sibi iniunctum officium & ministerium : ergo dicit,Sic nos existimet homo,&c. Et hanc Epistolā scribit Corinthiis. Et Corinthij nominantur à quadā ciuitate quæ dicitur Corinthus & est metropolis in Achaiæ partibus. Achaia verò est quoddam territorium in terra Græciæ,& illos arguit de iudicio temerario , quia nimis

temerariè iudicabant Apostolũ cum suis, ergo dicit, a [Sic nos existimet homo, vt ministros Christi.] Vincẽtius, q.d. Taliter viuimus & cõuersamur, quòd quilibet homo possit verè existimare de nobis quòd sumus fideles ministri Christi. Vnde Bonau. super iij. Sen. dist. xvj. de quolibet præsumendum est bonum nisi probetur contrarium. b [Et dispensatores] i. distributores. c [Mysteriorum Dei] i. sacramentorum diuinorũ. d [Hic iam quæritur] à vobis. e [Inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur.] Prou. xv. Multi homines vocãtur misericordes, virũ autem fidelem, quis inueniet? Thomas, Fidelis minister est, qui in omnibus intendit honorem Dei & vtilitatem populi. Sed ipsi Corinthij iudicabant plures esse infideles, nec aliquem putantes esse fidelem. f [Mihi autẽ pro mini. est.] Gor. i. parũ puto. g [Vt à vobis iudicer.] Tho. s. esse fidelis vel infidelis. h [Aut ab humano die] i. ab homine dũ est in suo die, i. in præsenti tempore. i [Sed nec meip. iu.] Vinc. Fidelẽ vel infidelẽ ministrum Christi, cùm non possim scire certitudinali sciẽtia: sed ex cõiecturis existimo me bene esse fidelẽ dispensatorẽ. Vnde dicitur Eccles. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. k [Nihil enim mihi conscius sum] i. in nullo remordet conscientia mea. l [Sed non in hoc iustifi. sum] Gor. i. nõ ideo me iustũ reputo: quia potest esse aliquod delictũ, quod nescio. Psal. xviij Delicta quis intelligit? m [Qui autẽ iudicat me Dominus est] qui solus nouit secreta cordis mei, melius quã ego ipse. Itaq; n [Nolite ante tẽpus iudicare] s. iudicij extremi: quia modò nõ est tẽpus iudicãdi. o [Quoadusq; veniat Domi.] sup. ad iudicandũ. p [Qui & illuminabit] i. aperta faciet. q [Abscõdita tenebra.] i. occulta peccata. r [Et manife. cõsilia cord.] i. cogitata: quia tunc libri conscientiarũ aperiẽtur. s [Et tunc laus erit] i. remuneratio. t [Vnicuique à Deo] bene agenti vel cogitanti, &c.

QVAESTIO XI.

SVper verbis Epist. iiij. Domin. Aduẽ. quæ habentur, j. Cor. iiij. s. Non in hoc iustificatus sum. oritur q. de iustificatione impij, Vtrũ impius possit iustificari, & peccatorũ remissionẽ suscipere, sine pœnitentia? Argui. quòd sic: non est minor virtus Dei, circa adultos, quàm circa pueros: sed Deus pueris peccata dimittit sine pœnitẽtia, ergo etiã adultis. In oppositũ. Lu. xiij. Si pœnitentiã nõ egeritis, simul omnes peribitis. Igitur. Ad arg. dicitur, negãdo cõsequentiã: & ratio est, quia in pueris nõ est nisi peccatum originale, quod non consistit in actuali deordinatione volũtatis, sed quadã habituali deordinatione naturæ. Ideo remittitur eis peccatum pro habituali mutatione, per infusionẽ gratiæ, nõ autẽ cũ actuali, sed adulto in quo sunt actualia peccata quæ cõsistunt in actuali deordinatione volũtatis actualis nõ remittũtur peccata, etiam in baptismo sine actuali pœnitentia. Ad quæst. respõdendũ est, quòd impius nõ potest iustificari, & peccatorum remissionẽ suscipere sine pœnitẽtia. quod patet duabus cõclusionibus. Prima est, Nullus potest cõsequi peccatorũ remissionẽ, & iustificare sine pœnitẽtia, quæ est virtus: patet, cum peccatũ sit Dei offensa, eo modo Deus peccatũ dimittit quo remitit offẽsam in se cõmissam, offensa autẽ opponitur gratiæ ex hoc quòd voluntas hominis est auersa à Deo per cõuersionẽ ad aliquod bonum cõmutabile: vnde requiritur ad remissionem offensę diuinæ, quod voluntas hominis sic mutetur vt cõuertatur ad Deũ cum detestatione prędictæ auersiõis, & proposito emẽdę quod pertinet ad rationẽ pœnitẽtiæ, secundũ quod est virtus. Igitur. Secũda est, Nullus põt peccatorũ remissionẽ habere & iustificari sine cõtritione, satisfactiõe, & cõfessiõe, q̃ sunt partes pœnitẽtię. Igit.

In vigi. Nati. Domini, Epist. ad Ro. j. c.

FRatres, [a] Paulus seruus Iesu Christi [b] vocat⁹ Apostolus [c] segregatus in Euãgeliũ Dei, [d] quod antè promiserat [e] per Prophetas suos in Scripturis sanctis, [f] de Filio suo: [g] qui factus est ei ex semine Dauid sc̃dm carnem. [h] Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, [i] sec̃dm spiritũ sanctificationis, [k] ex resurrectiõe mortuorũ [l] Iesu Christi Domini nostri. [m] Per quẽ accepim⁹ gratiã & Apostolatũ, [n] ad obediendũ fidei, [o] in omnib⁹ gẽtibus [p] pro nomine eius. [q] In quibus [r] estis & vos vocati Iesu Christi Domini nostri.

Prædestinatus. Dei Filius ab æterno & ab initio in mẽte diuina præordinatus fuit, vt veniret in humanã carnem ad ipsum gen⁹ humanum redimendũ, itaque à Deo patre in abscõditis diuinitatis ipse Dei Filius prædestinatus, & à Deo dehinc præordinatus vt Dei patris sapientia primi hominis lapsum repararet, quod congruũ erat, q̃a primus homo per insipientiã peccauerat, ergo necesse fuit q̃ per

POSTILLA.

FRatres, Paulus seruus, &c. Primò enim vocatus fuit Saulus, Act. viij. sed postea vocatus est Paulus à quodã eius notabili facto, s. à conuersione Pauli Procõsulis, Act. xiij. Sicut Iacob fuit vocatus Israel, ex eo q̃ vidit Dominũ: vel potius ex eo q̃ est luctatus cum Angelo, vt patet Gen. xxxij. & Simõ vocatus est Petrus ex cõfessione diuinitatis in Christo. Mat. xvj. Secundò descri bitur ex religiõe cũ dicitur, Seru⁹ Iesu Christi, verus Christianus. Tertiò ex officij dignitate, cũ dicitur, Vocat⁹ Apostolus. Et q̃a Apostolat⁹, est excellẽtior Ecclesię status, ad quẽ null⁹ ascẽdit rectè nisi à Deo vocatus, ideo bene dicitur, b [Voca. Apo.] s. à Deo, secũdũ istud Heb v. Nec quisquã assumat sibi honorẽ: sed qui vocatur à Deo tanquã Aarõ. Quartò ex modo vocatiõis suę, cũ dicitur. c [Segregatus in Euãgeliũ Dei] per verbũ enim Spiritus sancti fuit segregatus à cœtu Apostolorũ aliorumq; Discipulorũ ad prædicãdum per orbẽ Euãgelium Christi, Act. xiij. Et tunc vocatus fuit ad Apostolatum, prius tamen vocatus fuit ad fidẽ, Act. ix. d [Quod an-

Epistiam, i. Dei Filiũ homo redimeret. Nã homo sua culpa ad gratiã & gloriam ꝓmerẽdã impotẽs factus est, ex quo sequitur, quòd oportuit vnũ hominẽ & plus quã hominem esse, q hominis culpã deleret, quem Dei Filiũ redẽptorẽ esse oportuit, q hominem ex culpa lauaret & potẽtẽ ad vitã, gratiam & gloriã ꝓmerẽdum faceret: vt de iis habetur à mag. Sẽten. li. iiii. dist. vii. & ab Aug. in li. ad Prosperũ, & Hilariũ dicẽte, Prædestinat⁹ est Iesus, vt qui futur⁹ erat secundum carnẽ fili⁹ Dauid, esset in virtute Filius Dei. & ab eodẽ mag. di. xi. parte Deinde.

tè promiserat, &c.] Hic cõsequẽter declaratur primum. Secũdò secundũ. Primũ autẽ est quia dixerat, Segregatus in Euang. Dei: ideo declarat, quale sit illud Euang. i. bonum nuncium, à Deo Patribus veteris Testamenti promissum; & hoc est quod dicit, Quod antè promiserat. s. Deus pater. e[Per Prophetas suos in Scripturis san.] sicut patet Iere. xxxj. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriã domui Israel, & domui Iuda, fœdus nouũ, nõ secũdũ pactũ quod pepigi cũ Patribus vestris in die illa qua apprehẽdi manũ eorũ vt educerẽ eos de terra Ægypti. Sed erit pactum quod feriã cũ domo Israel: & sequitur, dabo legẽ meã in visceribus eorum & in corde eorum scribã eã. Christus enim legẽ nouam, in Euang. contentã, non tradidit scrip. sed verbo suo & Spiritusancto de cælo misso impressit illam in cordibus Apost. & aliorum Discip. sed ipsi postea scripserũt ad memoriam futurorum. Et ideo dicitur Isa. xl. Cõsolamini, cõsolamini popule meus, dicit dominus Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem: quia sicut dictũ est lex noua scripta fuit super hominum corda. Secundò ostendit, quale sit Euang. istud ex subiecto cùm dicitur, f [De Filio suo.] qui est vn⁹ Deus cũ Patre ab æterno, & ver⁹ homo ex tempore ideo subditur, g [Qui factus est ex semine Dauid secundũ carnem.] non enim Dei Filius, vel ipse potest dici factus absolutè: quia suppositum Filij est ęternum, sicut suppositum Patris: potest tamen dici factũ cum determinatione, s. homo secundùm carnẽ: quia natura humana Christi facta est & est vnita ad suppositũ diuinum & hoc in tempore. h [Qui prędestin. est Filius Dei in virtute] i. in æqualitate potentiæ cũ Deo Patre. Ad cuius intellectũ sciẽdum quòd prædestinatio est æterna Dei ordinatio, de agẽdis in tempore per gratiã eius. Est enim præparatio gratiæ in pręsenti & gloriæ in futuro, propter quod importat antecessionẽ respectu prædestinati. Filius etsi nõ potest dici prædestinatus: sed in humana natura posterior est Patre quæ vnita est Deitati in tempore. Et hæc vnio facta est ex Dei ꝓdestinatione: aliter eius deitati de nouo aliquid incideret, quod est impossibile. Et est ex eius mera gratia. Propter qđ cadit sub ꝓdestinatiõe diuina. Et ideo sicut hęc propositio, Hõ factus est Deus vel Filius Dei: est vera, ita vera & hęc, Christus scđm ꝙ homo prædestinat⁹ est esse Filius Dei: q tñ in natura ęqualis est Patri in potẽtia. i [Scđm spi. sanctificationis] Hoc refertur ad illud quod ꝓmittitur, Qui factus est ei ex semine Dauid scđm carnẽ. Ne fortè aliquis crederet, ꝙ descẽdisset de Dauid per virtutẽ generatiuã, sicut alij: quod est falsum: quia de eo descẽdit tantũ secundũ corpulentã substantiam de Virgine assumptã, & virtute Spiritussancti formatã, qui virginẽ sanctificauit & imprægnauit. k [Ex resurrectione mortuorũ] Hoc refertur ad illud quod prædicitur, Qui prędestinatus est Filius Dei in virtute, i. in ęqualitate potẽtiæ: vt dictũ est quę apparuit in Christo: in resurrectione mortuorũ, ad quam requiritur potẽtia infinita, per quã se & alios mortuos suscitauit. l [Iesu Xp̃i Domini nostri.] i. à Christo Dño nostro: & ponitur hic genitiuus ꝓ ablatiuo. m [Per quẽ accepimus gratiã & Apostolatũ, &c.] Hic declarat secundũ dictum, s. qualiter accept⁹ est ad apostolatũ. s. per Iesum Christũ q est Dei mediator & hominũ: & ideo dona Spiritussancti veniũt ad homines per Christũ. Dictũ autem est suprà, ꝙ hæc vocatio fuit per Spiritũsanctũ. Et sequitur ꝙ mediãte Christo àpostolatus cõcessus fuit Pau. Ideo sequitur, m [Per quẽ accepimus gratiã & apostolatũ] Et iũgit hęc duo simul: quia natura nõ deficit in necessariis, licet cũ forma substantiali dat proprietates quæ sunt necessaria in operibus cõgruẽtibus ipsi formæ. Et multò magis author naturę nõ deficit in necessariis, propter quod concedẽs dignitatẽ apostolicã, simul dat gratiã ad exequendũ cõuenientèr officiũ pertinens ad illã dignitatẽ, nisi suscipiẽs obicẽ sibi ponat. n [Ad obediendũ fidei,] i. paratus sum taliter me exponere obsequo fidei. o [In omnibus gẽtibus.] i. vt fides dilataretur apud oẽs gẽtes. p [Pro nomĩe ei⁹] i. ad gloriã nominis Christi. q [In quibus.] s. fidelib⁹. r [Estis & vos vocati ad, &c.] i. à Iesu Xp̃o, à quo hæc est vocatio.

QVAESTIO XII.

Super verbis epistolæ vigiliæ Natiuitatis, quæ habentur ad Rom. j. s. Qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnẽ. oritur q. de ipsius Dei incarnatione, Vtrũ Deus sit factus homo? Arguitur quòd non: fieri hominem est mutari, sed Deus nullo modo potest dici mutatus. vnde Malach. iij. Ego Dominus & non mutor. Ergo. In oppositum, Ioã. j. Verbum caro factum est, i. Filius Dei est factus homo. Igitur Ad arg. dicitur, quòd esse hominem prędicatur de nouo, de Deo, absque eius mutatiõe per mutationem humanę naturæ quæ assumitur ad diuinam personam. Ideoque cum dicitur, Deus factus est homo non intelligitur aliqua mutatio realis ex parte Dei: sed solũ ex parte humanæ naturæ. Ad quæstionẽ respondendum est secundũ magistrũ Nico. de Orbel. iij. Sẽt. d. vij. q. vij. ꝙ hæc propositio simpliciter est vera, Deus factus est homo, nõ quòd diuina natura sit mutata in humanam, sed quia humana natura vnita est personæ filij Dei. Nam quòd Deus sit factus homo, probo per talẽ conclusionẽ, Omne quod est & non fuit prius, dicitur esse factum: sed hæc est vera, Deus est hõ: & nõ fuit semper vera, quia non conuenit Deo esse hominẽ ab æterno, sed ex tẽpore per assumptionẽ humanæ naturæ, ergo hæc est vera, Deus factus est homo. Si aliquis diceret, Fieri hominẽ est fieri simpliciter. sed hoc est falsum, Deus est factus simpliciter. Ergo hoc est falsum: Deus fact⁹ est homo. Dico ad hoc, quòd Deũ fieri hominem

non est fieri simpliciter: nam Deus dicitur factus homo, eò quòd humana natura incipit esse in supposito diuinæ naturæ ab æterno existente. Ideo sensus propositionis est iste, Factũ est quòd Deus est homo.

In nocte Natiuitatis Domini, ad primam Missam, Epist. ad Titum ij.

CHarissime, [a] apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri [b] omnibus hominibus, [c] erudiens nos, [d] vt abnegantes impietatem, [e] & secularia desyderia, [f] sobriè, [g] iustè, [h] & piè, [i] viuamus in hoc seculo, [k] expectãtes beatã spem, [l] & aduentũ gloriæ [m] magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. [n] Qui [o] dedit † [p] semetipsum [q] pro nobis, [r] vt nos redimeret [s] ab omni iniquitate, [t] & mundaret sibi populum [v] acceptabilem [x] sectatorẽ bonorum operũ. [y] Hæc loquere, [z] & exhortare, in Christo Iesu Domino nostro.

Dedit semetipsum. Iesus Christus verus De⁹ & Saluator ex sua clemẽtia voluit nasci in humana carne, in qua anima & spiritu, & non sua diuinitate fieret passibilis pro nobis, q\̃ nulla alia psona cõgruè & cõdignè generis humani reparationẽ facere poterat. Nã homo lapsus solus de se resurgere non poterat. Nã sua iniquitate ad gratiã & gloriam pmerẽdã impotẽs factus erat.

POSTILLA.

CHarissime, apparuit eñ gratia Dei, &c. Hodie ab Ecclesia Dei celebratur Natiuitas Domini, sicut Christus dominus noster, de virgine Maria natus est verus Deus, & verus homo, in quo magnã misericordiã hominibus ostendit: quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secũdùm magnã misericordiã saluos nos fecit: Ergo Apostolus Paulus in officio primæ Missę, quę in media nocte celebratur, insinuat Dei misericordiã nobis exhibitã dicẽs, Apparuit enim gratia Dei, &c. Ante initiũ huius Episto. scribit S. Paulus exhortãdo Titum discipulũ suum, dicens, Loquere quæ decent sanã doctrinã, senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione & patientia, & in omnibus teipsum prębe exẽplum bonorum operum. Tunc sequitur præsens Epistola, a [Apparuit enim gratia Dei.] Ly. in carne, pro nobis assumpta. b [Omnibus hominibus.] Gor. ad vtilitatẽ omniũ hominũ. c [Erudiẽs nos] verbo & exemplo. d [Vt abnegantes impieta.] Lyr. i. idololatriã sicut & per oppositum, pietas dicitur cultus diuinus. e [Et secul.] Ly. quæ tendunt ad diuitias, & honor. & delit. corporis. f [Sobriè.] Lyr. in nobis. g [Et iustè] ad proximũ. h [Et piè] ad Deũ. i [Viuamus in hoc seculo] i. in mũdo fragili, & trãsitorio. k [Expectantes beatã spem] i. beatitudinem speratã, vt per hoc libentius & facilius faciamus bona opera. l [Et aduentũ gloriæ] i. manifestationem gloriosam. m [Magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.] Gor. i. aduẽtũ Christi ad iudicium: qui est magnus Deus saluator noster. Nam in primo aduentu venit vt puer paruulus. In secundo aduentu veniet, vt Deus magnus, cũ potestate & maiestate. n [Qui] supple Christus. o [Dedit] gratis & sine meritis. p [Semetipsum] in pretium & nullam aliã creaturam q [Pro nobis] adhuc inimicis. r [Vt nos redimeret] per pretium sanguinis. s [Ab omni iniquitate] tam actuali quam originali. t [Et mundaret sibi populum] per sacramentum baptismi. v [Acceptabilem] i. gratum per charitatem. x [Sectatorem bonorum operum.] Ly. ita quòd gratia quæ datur in baptismo, non datur in vacuum, sed ad bene operandum. y [Hæc loquere.] Lyr. ignorantes docendo. z [Et exhortare] iam scientes, ad melius inducẽdo, in Christo Iesu Domino nostro.

QVAESTIO XIII.

SVper verbis Epistolæ in nocte Natiuitatis Dom. in prima Missa, quę habentur ad Titũ ij. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri, s. in carne pro nobis assumpta: quia Christus hac nocte natus est. oritur quæstio de ipsius Christi natiuitate, Vtrùm Christo sit attribuẽda aliqua natiuitas tẽporalis? Argui. quòd nõ, nasci enim est sicut quidã motus rei nõ existẽtis, antequã nascatur: sed Christus ab æterno fuit: ergo non potuit temporaliter nasci. In oppositũ. Euangelia non sunt à veritate aliena: sed Euãgelia temporalem Christi natiuitatẽ ponunt: ergo Christo est attribuenda temporalis natiuitas. Ad argum. dicitur negando conseq. & ratio est: quia Christus nõ dicitur tẽporaliter nasci, eò quòd temporaliter cœperit esse: sed dicitur secundũ humanitatem temporaliter nasci, quia vniuit sibi in vnitate personæ naturã humanã quam tẽporaliter in vtero Virginis assumpsit: & sicut eam temporaliter assumpsit, ita secũdùm eam temporaliter natus est. Ad quæstionem respondendum est secundùm M. Ioan. de Turre cre. in Quæstionibus super Euãgeliis, quòd necessarium est ponere in Christo duas natiuitates, vnam ęternam: alteram temporalem. Ait enim Damas. iij lib. Confitemur Christi duas natiuitates, vnam quæ est ex Patre æternam: & vnã quæ est in vltimis tẽporibus, propter nos. Quę conclusio, ostẽditur sic, Natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motum, vel mutationem: motus interdum significatur secundùm diuersitatẽ terminorũ: vt ait Phil. v. Phy. in Christo autẽ est duplex natura: quarum vnã accepit ab æterno, à Patre: alteram autem accepit temporaliter à matre, ideo necesse est Christo attribuere duas natiuitates, vnam æternã, & alteram temporalem. igitur, &c.

In secunda Missa Natiuitatis Christi, Epistola ad Titum iij.

CHarissime, [a] apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, [b] non ex operibus iustitiæ quæ fecim

fecimus nos:[e] sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit[d] per lauacrum regenerationis[e] & renouationis Spiritussancti[f] quē effudit in nos abundè[g] per [t] Iesum Christum Saluatorem nostrum,[h] vt iustificati gratia ipsius hęredes simus[i] secundum spem[k] vitę ęternę, in Christo Iesu Domino nostro.

Per Iesum. Iesus Christus verus Deus & homo, est mediator totius nostrę redēptionis ipsiusq; dicitur esse author: quāquam tota Trinitas operata sit, tamen Dei Filius in redimēdo & in opere nostrę redēptionis dicit esse propri^ author potissimè quo ad exteri^ opus.

POSTILLA.

CHarissime, apparuit benig. &c. Tit. iij Ante initium huius Episto. scribit S. Pau. Tit. discip. suo, dicens, Loquere & exhortare illos, principibus, & potestatibus subditos ad omne opus bonum esse: & post pauca sequitur Epist hod. a[Apparuit benignitas, &c.] quia magnam misericordiam nobis Deus exhibuit in hoc ꝙ pro nobis humanitatem assumpsit. b[Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos.] Gorr. quia nulla bona fecimus: imò potius cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo. c[Sed secundùm suam misericordiam, &c.] Lyr. salus enim æterna, excedit totaliter facultatem humanæ naturæ: propter quod non potest attingere eam quis nisi ex largitate diuinæ misericordiæ. d[Per lauac. rege.] i. baptismi per quem fit regeneratio à culpa, generatio enim inquinat. ps. l. Ecce enim in iniquitati. concep. &c. sed regeneratio lauat. Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto non potest intrare regnum Dei e[Et renoua. Spiritussancti] quia Spiritussanctus in baptismo datus terminat vitam veterem quæ est sub peccato: & inchoat illam quæ est sub gratia. f[Quem effudit, &c.] Ly. ad deletionē omnium peccatorum & copiam virtutum. g[Per Iesum Christum Saluatorem, &c.] Ly. ex eius passione habet efficaciam sacramentum baptismi. h[Vt iustificati gratia, &c.] quia gratia facit nos filios Dei adoptiuos & hęredes regni. i[Secundū spem] in præsenti. k[Vitæ æternæ.] s. in futuro.

QVAESTIO XIIII.

SVper verbis Epist ij. missæ natiuitatis, quæ habentur ad Tit. iij. s. secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. oritur q. de misericòrdia, Vtrùm in Deo sit misericordia? Arguitur ꝙ non: ait Dam. ij. Sent. misericordia est tristitia de alienis malis: sed tristitia est quædam passio, & in Deo nulla est passio: ergo in Deo nulla est misericordia. In oppositum, Luc. vj. Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est. igitur in Deo est misericordia. Ad q. respondendum est secundùm Tho. j. part. q. xxj. quòd de misericordia diuina possumus loqui dupliciter: vno modo quātum ad passionis affectum & sic in Deo non est misericordia, cùm sit quædam tristitia. Exemplum: ego video hominem nudum morientem frigore, quem videndo doleo in mente. Iste dolor dicitur affectus misericordiæ, & est quædam tristitia de alienis malis, quæ Deo non conuenit. Secundò, possumus loqui de misericordia quantum ad effectum: effectus enim misericordiæ dicuntur opera per quæ quis à miseria est eleuatus, & sic dicēdum est ꝙ in Deo est misericordia, quod patet tripliciter. Primò ex generali potestate, quia potens. Secundò, ex naturali proprietate, quia propriū Dei est misereri. Tertiò, ex experimentali necessitate. Ex dictis patet solutio argumenti probantis, ꝙ in Deo non est misericordia. Si quis dicat, Ad officiū veri misericordis pertinet omnes saluare & non damnare, quod Deus non facit: igitur in Deo non est misericordia. Dicendum secundùm Scotum iiij. dist. xvj quia Deus quātū est in se, vult omnes homines saluos fieri: si tamē non saluātur hoc nō est ex parte Dei, sed hominis. Exēplū de cibo qui habet prębere nutrimētum, sed non in illo qui nō comederit.

In die Natalis Domini ad summam Missam, Epist. ad Hebr. j. cap.

FRatres,[a] multiphariè multísque modis[b] olim Deus loquens Patribus in Prophetis,[c] nouissimè diebus istis[d] locutus est nobis in Filio,[e] quem[f] constituit hæredem[g] vniuersorū[h] per quem[i] fecit[k] & secula.[l] Qui cùm sit splendor gloriæ,[m] & figura substantiæ eius,[n] portánsque[o] omnia[p] verbo virtutis suæ,[q] purgationem peccatorum faciens,[r] sedet[s] ad dexteram[t] maiestatis in excelsis.[v] Tantò melior[x] angelis [t] effectus: quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.[y] Cui enim dixit aliquando angelorum,[z] Filius meus es tu,[a] ego hodie genui te?[b] Et rursum,[c] Ego ero illi in patrem,[d] & ipse erit mihi in filium.[e] Et cùm iterum[f] introduxit primogenitum[g] in orbem terræ,[h] dicit,[i] Et adorent eum[k] omnes angeli Dei.[l] Et ad angelos quidem dicit, Qui facit[m] angelos suos spiritus,[n] & ministros suos[o] flammā ignis.[p] Ad filium autem,[q] Thronus tuus[r] Deus[s] in seculum seculi,[t] virga ęquitatis,[v] virga regni tui.[x] Dilexisti iustitiam,[y] & odisti iniquitatem,[z] propterea[a] vnxit te[b] Deus Deus tuus[c] oleo exultationis,[d] prę participibus tuis.[e] Et tu[f] in principio Domine[g] terram fundasti,[h] opera manuum tuarum sunt cæli.[i] Ipsi

Melior effectus. Christi natura inter naturas tā angelicam quā humanā multo melior fuit maximè prout concernit habitum interiorem: quia eius anima multo nobilior aliis spiritibus fuit. Nam cum oīum sapientia infusa est corpori, sic & omnis sciētia in ea fuit omnibusque simul virtutibu

peribunt, k tu autem permanebis, l & omnes sicut m vestimentum veterascét. n Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: o tu autem p idem ipse es, q & anni tui non deficient.

præ lit...: vna habitu...ta, quæ verò præ-dicta angelus sua natura nō habuit. Sed dono Dei illorum gratiam obtinuit. Sic nullus homo pa... ter hanc sapiētiæ & scientiarum plenitudinē vnquā obtinuit: bona autem ratio dehis dari potest quę sic formatur, Oportuit eū meliorem naturasse qui super bonā naturam præsidere debet. Sed Xp̄s Domi... præsidere debebat & debet super angelicā naturā & humanam quæ natura est bona. Igitur natura Christi melior fuit & est superangelicā naturam & humanam vt vult mag. Sent. li. iii.

POSTILLA.

MVltipariè, &c. ad Heb. j. Hanc Epist. scribit S. Paul. ad Hebr. Hebræi sunt, qui sunt conuersi ad fidem Christi de Iudaismo: & in alia epist. ponit dignitatem noui Testamenti respectu veter. Testa. quamuis vtrunque Testamentum sit à Deo datum: vetus tamen tradidit per angelum qui loquebatur Moysi in persona Dei: vt habetur Act. vij. Ioan. ix. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus. Nouum autem Testamentum tradidit Deus per seipsum, quia per Filium suum incarnatum: qui est vnus cum Patre. Item quia vetus Testamentum traditum est obscurè sub velaminibus & figuris: nouum autem Testamētum traditum est lucidè & apertè, & in signum huius dicit Apost. a [Fratres multipariè] i. multis locutionibus, i. Abrahæ, Isaac, & Iacob & cæteris: & eisdem sæpe multisque modis: quia modò per somnia, vt Danieli, modò aperta voce, vt Moysi, modò interiori inspiratione, vt Dauid. b [Olim Deus loquens patribus in prophetis], Lyr. s. per prophetas quibus angeli reuelabant occulta diuina: & ipsi vlterius populo nunciabant. c [Nouissimè diebus istis.] Ly. tempore gratiæ & veritatis reuelatæ. d [Locutus est nobis in Filio.] per Filium incarnatum: qui maior est in prophetis. e [Quem] Filium secundùm humanam naturam Deus Pater. f [Const. hær.] i. dominum perpetuum. g [Vniuersorum] super omnem creaturam. h [Per quem.] Gor. supple Christum secundùm diuinam naturam: secundùm quam coæternus est Patri. i [Fecit] non solùm inuisibilia, sed k [Et secula] contra Manichęos, Ioā. j. Omnia per ipsum facta sunt. l [Qui cùm sit splendor gloriæ.] quia Filius procedit à Patre, vt splendor à sole. m [Et figura substantiæ eius.] i. eiusdē substantiæ cum patre. n [Portans.] i. sustentans & conseruans in esse. o [Omnia.] i. cælestia & terrestria. p [Verbo virtutis suæ.] i. solo imperio potestatis & bonitatis suæ. q [Purgationem peccatorum faciens] Gor. tam originalium quàm actualium, & ipse Christus. r [Sedet] i. quiescit & regnat post multum laborem & humiliationem sublimatus. s [Ad dexteram.] i. æqualitatem paternæ t [Maiestatis in excelsis] i. in potioribus bonis Patris. v [Tanto melior] i. proportionabilior x [Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.] Ly. quia ipse dicitur verus Deus & Dominus consubstantialis Patri: ipsi autem angeli dicuntur serui. y [Cui enim dixit aliquando ang.] Gor. non solùm minorum: sed etiam maiorum. z [Filius meus es tu.] i. mihi proprius & cōsubstantialis. a [Ego hod. gen. te.] i. æternaliter: quia eius generatio non transit in præteritum. b [Et rursum] supple dicit Deus Pater. c [Ego ero illi in patrem.] Gor. eum protegendo. d [Et ipse erit mihi in filium,] mihi per omnia obediēdo. e [Et cùm iterum.] Gorr. s. Deus Pater. f [Introduxit primogenitum.] Filium suum. g [In orbem terræ] i. cùm eum qui prius erat in mundo inuisibilis, mundo apparere visibilem fecit. h [Dicit.] scriptura de Christo. i [Et adorent eum] i. hominem Christum secūdùm humanitatem passum & mortuum. k [Omnes ang. Dei.] s. iussioni eius obtemperando. l [Et ad angelos quidem dicit, Qui facit, &c.] Gor. cælestes. m [Angel. suos.] i. nuntios suos cum leuia nunciant. n [Et minist. suos] facit. o [Flammam ignis] cum eos ad exercitium vindictæ mittit, sicut fuerunt duo angeli missi ad Sodom. Gen. ix. p [Ad Filium autem] dicit Deus Pater. q [Thronus tuus] i. regnum tuum. r [Deus] O deus fili. s [In seculum sec.] i. permanet in æternum. t [Virga æquit.] i. regula directa. v [Virg. reg. tui] i. disciplina, qua bonos regis, & malos percutis. x [Dilexisti iust.] Gorr. s. omne bonum. y [Et odisti iniquitatem] i. omne malum. z [Propterea.] i. quia hoc facit. a [Vnxit te.] secundùm hominem: vt regem & pontificem. b [Deus tuus] i. ipse Deus Pater. c [Oleo exultationis.] Gor. gratiæ conscientiam exhilarantis: propter peccati immunitatem. d [Præ participibus tuis.] i. præ omnibus sanctis, qui de plenitudine tua participant. e [Et tu domine.] s. Fili Dei. f [In princip.] rerum creandarum g [Terram fundasti] i. creasti. h [Et opera manuum tuarum sunt cæli.] Gor. dicuntur cæli specialiter opera manuum eius: quia in ipsis maximè relucet eius potentia & bonitas: potentia in magnitudine, bonitas in vtilitate. i [Ipsi enim peribunt.] quantùm ad formam: non quantùm ad substantiam. k [Tu autem permanebis.] s. immutabilis. l [Et omnes.] cæli aërei. m [Sicut vestimentum veter.] Gor. i. ad interitum accedent. n [Et velut amictum mutabis eos, &c.] in nouam figuram. Vnde Apocalyps. xxj. Vidi cælos nouos, & terram nouam. o [Tu autem.] scilicet, Deus fili. p [Idem ipse es.] omninò immutabilis. q [Et anni tui non deficient.] i. æternitas tua non habet finem.

QVAESTIO XV.

SVper verbis Epistolæ in die Natiuitatis Domini, quæ habentur ad Rom. j. s. Ego hodie genui te. oritur quæst. de tempore natiuitatis Domini & loco ipsius, Vtrum Christus congruo tempore & loco fuerit natus? Arguitur quòd non: primò quantùm ad locum, tali medio, Aliquis denominatur à loco suæ natiuitatis, sed Christus dicitur Nazarenus, vt patet Matth. ij. ergo debuit nasci in Nazareth, igitur, &c. Secundò, quantùm ad tempus: Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret, sed ipse Christus natus est tempore seruitutis: quo totus orbis Augusti præcepto describitur, i. tributarius factus est, vt habetur Luc. ij. cap. ergo

videtur quòd Chriſtus non congruo tempore & loco fuerit natus. In oppoſitum: quæ à Deo ſunt ordinata, ſunt conuenienter diſpoſita, ſed tempus & locus natiuitatis Chriſti erát à Deo ordinata, ergo erant conuenienter diſpoſita: ſequitur quòd Chriſtus congruo tempore & loco fuit natus. Ad argumentum dicitur quantùm ad primam partem, quòd Chriſtus florere voluit ſecundùm virtuoſam conuerſationem: non ſecundũ carnis originẽ, & ideo in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, & in Beth-lehem naſci. Quantũ ad ſecundũ dicitur, quòd natus eſt congruo tempore, quia conueniebat Chriſto vt poſteà dicemus. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundum magiſtrum Ioã. de Tur. cre. in Quæſtionibus ſuper Euangeliis, quòd Chriſtus loco conuenienti ſit natus, ſ. in Beth-lehem, patet ex Greg. in homil. Beth-lehẽ domus panis interpretatur, Chriſt⁹ dixit, Ego ſum panis viuus. igitur locus natiuitatis Chriſti fuit cõgruus. Quòd tẽpus fuerit cõgruum, patet: cõueniebat enim vt Chriſtus in illo tẽpore naſceretur qui eſt pax noſtra, faciẽs vtraque vnũ, ſed tẽpus natiuitatis Chriſti erat tẽpus pacis: ergo conuenienter in illo tẽpore natus eſt.

In feſto ſancti Stephani protomartyris, Actuum vj. & vij. cap.

Stephan⁹ plenus gratia. Glorioſus protomartyr ſanct⁹ Stephanus gratia Spirit⁹ ſancti, qua plenus erat in ciuitate Ieruſalem, in nomine Ieſu tot & tãta miracu. faciebat, q̃ ſynagogã veterem Iudæorũ cõfundebat, & multos ad Chriſtũ conuertebat, dicit ergo B. Luc. Stephan⁹ glorioſus ꝓtomar. plen⁹ gratia Spiritusſancti & fortitudine animi & fidei faciebat dño agente ꝓdigia, & miracula, q̃ natura facere nõ poterat quæ ſua monſtra ... dæis videbantur: & ſigna puta in nomine Ieſu ligui dos curabat, &c.

IN dieb⁹ illis, [a] Stephanus plenus gratia [b] & fortitudine, [c] faciebat prodigia & ſigna magna in populo. [d] Surrexerũt autẽ quidam de ſynagoga quę appellabatur Libertinorũ, [e] & Cyrenenſiũ, [f] & Alexãdrinorum, [g] & eorum qui erant à Cilicia & Aſia, [h] diſputantes cũ Stephano: [i] & nõ poterãt reſiſtere ſapiẽtię & ſpiritui qui loquebatur. [k] Audiẽtes autẽ hęc diſſecabantur cordibus ſuis, [l] & ſtridebãt dentibus in eum. [m] Cùm autẽ eſſet Stephanus plenus Spirituſancto, intendens [n] in cælũ vidit gloriã Dei, [o] & Ieſum ſtantem à dextris Dei, [p] & ait, Ecce video cælos apertos, & filiũ hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. [q] Exclamantes autẽ voce magna, [r] continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eũ, [s] & eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant, [t] & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus: [v] & lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, [x] exclamauit voce magna [y] dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum: [z] & cum hoc dixiſſet, [a] obdormiuit in Domino.

POSTILLA.

IN diebus illis, Stephanus plenus gratia, &c. Ante initium huius epiſtolę ſcribit S. Lucas quòd poſt aſcenſionem Ieſu Chriſti Verbum Domini creſcebat & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valdè: multa etiã turba ſacerdotum obediebat fidei. Tunc ſtatim ſequitur epiſtola præſens. a [Stephanus autem plenus gratia] Ly. ad benè operandum. b [Et fortitudine] aduerſa tolerando. c [Faciebat prodigia & ſigna magna in populo.] ad veritatem fidei catholicæ confirmãdam. d [Surrexerunt autem quidam de ſynagoga quæ appellabatur Libertinorum.] à regione ſic nominatorum: vt dicit gloſ. interlinearis. e [Et Cyrenenſium,] à Cyrene ciuitate. f [Et Alexandrinorum] i. ab Alexandria metropoli Ægypti. g [Et eorũ qui erãt à Cilicia & Aſia.] nomina ſunt regionum Iudææ propinquarum. h [Diſputantes cum Stephano.] fidem catholicam verbis quantùm poterant impugnando. i [Et non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur] ſ. ſecundum quòd promiſerat Saluator, dicẽs, Lu. xxj. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Tunc poſt hoc capitulum ſequitur, Redarguebat eos acriter dicens, Dura ceruice, i. obſtinata mente, & incircuncisi cordibus & auribus, i. à vitiis & ſordibus: vos ſemper Spirituiſancto reſiſtitis: qui locutus eſt per prophetas de Chriſto, cuius tunc proditores & homicidæ fuiſtis. Ly. eius crucifixionem procurando. k [Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis.] Lyr. quia non habebant rationem interficiendi eum: & tamen omnibus modis interficere volebant. Et ſic diſſecabantur interius, quia paſſio præualẽs diſcrepabat à ratione. l [Et ſtridebant dentibus in eũ.] ſicut canes rabidi. m [Cùm autem eſſet Stephanus plenus Spirituſancto intendens in cælum.] vbi fiduciam ſuam collocauerat n [Vidit gloriã Dei.] ad confirmationem ſuam ex ſpeciali gratia. o [Et Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei.] Ly. ad deſignandum quòd erat paratus ad eius roborationem, quia ſtare proprium eſt adiuuantis in prælio. Sedere autem proprium eſt iudicantis vel regnãtis. p [Et ait, Ecce video cælos.] Ly. non eſt hoc intelligendum, quòd cæli fuerunt diuiſi, cùm ſint incorruptibiles: ſed quia ſic clarè vidit, ac ſi nullum eſſet obſtaculum intermedium. q [Exclamantes autem voce magna.] ne audirent Stephani verba. r [Continuerunt aures ſuas, &c.] nõ ratione ſed furia moti. s [Et eiiciẽtes.] tanquam blaſphemum. Modus enim erat blaſphemos extra ciuitatẽ lapidari.

Vnde dicit dominus ad Moysem Leuiti.xxiiij. Educ blasphemũ: & obruet eũ omnis populus lapidibus.t[Et testes deposuerũt vestimẽ. sua.] Ly.vt expeditius & celerius eum interficerent. v [Et lapidabant Steph. inuocantem & dicentẽ, Domine Iesu suscipe spiritum meũ. Positis autem genibus.] Ly.vt in orãdo modus esset deuotus.x [Exclamauit voce magna] quia procedebat ex affectu magno ad proximorũ salutẽ. y[Dicẽs domine ne statuas illis hoc peccatum] Ly.reseruando eis pœnam æternam: sed da eis pœnitẽtiam. Vnde Beda, Steph. pro seipso stando orauit: sed pro inimicis flexis genibus,&c. y [Et cùm hoc dixisset.] ex feruore charitatis: secundùm dictũ Saluatoris Matt.v. Orate pro calumniantibus & persequentibus vos.a[Obdormiuit in domino] Nã anima eius sanctissima absorpta fuit in abysso supernæ charitatis,&c. Seq. in textu, Saulus autẽ erat cõsentiẽs neci eius. Facta est autẽ illa die persecutio magna in ecclesia quę erat Ierosolymis,& omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apostolos. Sepelierunt autẽ Stephanũ. Ly i.decenter spelierunt: viri timorati,i.timentes Deum. Inter quos Gamaliel fuit principalis, & fecerunt planctum magnum super eum.

QVAESTIO XVI.

SVper verbis epistolæ de festo S. Stephani quæ habentur Act.vj.f.Lapidabant Stephanum.oritur quæstio, Vtrũ Christus conuenienter misit ad Iudęos prophetas, scribas & sapientes, sciens ipsos occidendos per Iudæos? Arguitur quòd non, hoc videtur sapere quãdam crudelitatem, sicut mittere innocentes oues ad lupos per eos diripiendas. Igitur in oppositum, Christus iniustè nihil egit: quia non peccauit nec peccare potuit, tum quia diuinitas erat vnita humanitati: tũ quia ipse Christus inquantùm homo: erat cõfirmatus in gratia. Sed Christus misit scribas, prophetas & sapientes ad Iudæos: ergo non inconuenienter,&c. Ad argumentum dicitur, ꝙ talis missio non sapit crudelitatem: quia non misit eos hac intentione vt à Iudæis interficerentur: bene tamen dedit eis bonam voluntatem, vt si contingeret eos morti tradi: patienter & libenter mortem susciperent. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Ioãnem de Turre cremata in Quæstionibus super Euangeliis, ꝙ conuenienter Christus misit ad Iudæos prophetas & scribas & sapientes ad eorum instructionem: non ad hoc vt occiderẽtur ab eis, licèt benè prçuiderit quòd essent per eos occidendi. Si aliquis dicat, Christus misit eos & sciuit eos occidẽdos: ergo voluit eos mori: sed hoc voluerũt Iudæi, ergo Iudæi cõformauerunt voluntates suas voluntati diuinæ, ergo non peccauerunt: quod patet, quia peccatũ nihil aliud est quàm dictum vel factum contra voluntatem Dei. Dicitur ad hoc quòd conformitas voluntatis humanæ ad diuinam non est simpliciter in volendo quod Deus vult: sed in volendo ex modo. Horatius enim dicit, Est modus in rebus. Modus enim volendi ex modo est ex charitate, sicut Deus vult per eiusdem fidem, quod Iudæi non fecerunt interficiendo ad eos missos.

In festo sancti Ioannis apostoli & Euangelistæ, Epistola.

Qui timet Deũ, faciet bona,&c.

Quære inferius in communi sanctorum de Euangelistis.

In festo puerorũ innocentiũ, Apoc.xiiij.ca.

IN diebus illis,[a] vidi supra montem Sion [b] agnum stãtem, [c] & cum eo centum quadraginta quatuor millia,[d] habentes nomen eius & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui vocem† de cælo tanquam vocem aquarum multarum,[e] & vocem tonitrui magni.[f] Et vocẽ, quam audiui, sicut cytharœdorum cytharizantium in cytharis suis.[g] Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem,[i] & ante quatuor animalia & seniores.[k] Et nemo poterat discere cãticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.[l] Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt hi sequuntur agnum quocumque ierit.[m] Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno.[n] Et in ore ipsorũ non est inuentum mendacium:[o] sine macula enim sunt ante thronũ Dei.

Audiui vocem de cęlo. Beatus Ioã. etiam sanctorum innocẽtũ fœlicitatẽ collaudat, dicens, ꝙ in Spiritus sancti reuelatione audiuit sacras voces puerorũ innocẽtiũ Deũ & saluatorẽ nostrum Iesũ Christum collaudãtium & benedicẽtium: & nos hic viuentes sic facere debemus omni hora, in qua de Deo recordamur, & eius beneficiis. Vnde psa.cxlv. Lauda aĩa mea do minũ: laudabo Dominum in vita mea.

POSTILLA.

IN diebus illis, a[Vidi supra montem Sion,&c.] Ly.i.in ecclesia triumphante, quæ dicitur mons Sion: vt habetur Hebr xij.b [Agnum stantem.] id est, Christum qui est agnus Dei: vt habetur Io. j. c[Et cum eo centum quadragintaquatuor millia] i. tali numero venerantur pueri innocentes, quorum festum paragitur secundum illam visionem quæ ostensa est Ioanni quando à Domitiano Cæsare in exilium missus fuit vbi scripsit librum Apocalyp. sed tamen certus numerus puerorum innocentium non reperitur certitudinaliter in Scripturis.d[Habentes nomen eius & nomẽ patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarũ.]i.multitudinis sanctorum.e[Et tãquam vocem tonitrui magni.] In quo designatur multitudo laudis huius, non solum laudantium multitudinem, sed etiam ex modo laudis & qualitate.f[Et vocem quam

audiui sicut cytharœdorum cytharizantium in cytharis suis.] Nam hæc laus est coram Deo & angelis eius gratiosa. g [Et cantabant, &c.] qui dicti laudantes sunt de numero sanctorum noui Testamenti. h [Ante sedem.] s. Dei. i [Et ante quatuor, &c] i. in præsentia sanctorum Patriarcharum & Prophetarum in cælo existentium. k [Et nemo poterat discere cantic. nouum. &c.] s. de sanguine Christi. l [Hi sunt qui cum mulieribus, &c.] integritatem carnis seruando. m [Hi sequuntur agnum quocunque ierit, &c.] i. gratiosi sunt primi fructus, & magis delectabiles. n [Et in ore ipsorum, &c.] Nam pueri isti veritatem fidei non loquendo, sed moriendo confessi sunt. o [Sine macula, &c.] nam macula peccati orig. purgata fuit virtute sui martyrij.

QVAESTIO XVII.

SVper verbis epist. in festo Innocentium, quę habentur Apoc. xiiij. s. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. oritur q. de ipsis Innocentibus, Vtrum Innocentes veraciter dicantur martyres casu? Arg. quòd non: nulla passio videtur meritoria, & martyrij corona digna nisi sit voluntaria. Sed passio istorum Innocentium non potuit esse voluntaria, cùm vsum rationis non haberent, ergo non videntur posse dici martyres. In oppositum, fides Ecclesiæ colit eorum martyrium tanquam verum. Sed talis fides nihil falsè agit: ergo Innocentes, dicuntur veri martyres Christi. Ad argumentum dicitur, quòd intelligitur de martyrio in adultis: in quibus ad meritum martyrum & coronæ gloriæ consecutionem requiritur propria voluntas: sed in paruulis pro Christo occisis, Christi meritum operatur totum in illis sine vsu liberi arbitrij, & ita non loquendo: sed moriendo testes sunt Christi. Ad q. respondendum est secundùm magistr. Ioan. de Tur. crem. in quæstionibus super Euangeliis, quòd martyrij gloriam quam in aliis propria voluntas meretur: illi paruuli occisi pro Christo, per Dei gratiam sunt adepti, nam effusio sanguinis pro Christo, vim gerit baptismatis: vnde sicut pueris baptizatis, per gratiam baptismalem meritum Christi operatur ad gloriam obtinendam: ita in occisis propter Christum meritum martyrij Christi operatur ad palmam martyrij consequendam. Si quis dicat, Martyrium est actus virtutis: & omnis actus virtutis est voluntarius. Sed talis non fuit in illis pueris: igitur non dicuntur martyres. dicitur quòd minor est vera in adultis: non in pueris. Si quis dicat Martyr in Græco dicitur testis fidei Christianæ. Sed illi Innocentes non potuerunt dici testes fidei Christianæ, cùm vsum liberi arbitrij non haberent. Ergo martyres veraciter dici non possunt dicitur ꝙ verum est loquendo, non tamen moriendo, vt dictum est. Dicunt tamen nonnulli, quòd acceleratus fuit in illis vsus liberi arbitrij, sicut in Ioanne Baptista in vtero.

Dominica infra octauas Natiuitatis Domini, ad Gal. iiij.

FRatres, [a] quanto tempore, [b] hæres, [c] paruulus est: [d] non differt à seruo, [e] cum sit dominus omnium, [f] sed sub tutoribus & actoribus est, [g] vsque ad præfinitum tempus à patre. [h] Itaque & nos cùm essemus paruuli, [i] sub elementis mundi huius eramus seruientes. [k] At vbi venit plenitudo temporis: [l] misit Deus filium suum: [m] natum ex muliere: [n] factum sub lege: † [o] vt eos qui sub lege erant [p] redimeret [q] vt adoptionem filiorum reciperemus. [r] Quoniam autem estis filij Dei: misit Deus spiritum filij sui: [s] in corda vestra, [t] clamantem: abba Pater. [v] Itáque iam non est seruus, sed filius. [x] Quòd si filius, [y] & hæres [z] per Deum.

Factum sub lege. Paulus dicit Christũ factũ quẽ credimus natũ. Quia Christi caro non humano semine, sed virtute Spiritus sancti congregata est & in vtero virginis corpus effecta, magi. Sent. li. iii. distin. iiii.

POSTILLA.

QVanto tempore hæres paruulus, &c. ad Gal. iiij. Ante initium huius Epistolæ, scribit S. Paulus, dicens, Omnes enim vos vnum corpus estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes. Tunc statim sequitur epistola hodierna, Quanto tempore hęres paruulus, &c. Hanc autem epistolam scribit sanctus Paulus ad Gal. & Galatæ sunt Græci, & Galatia est nomen regionis Græciæ. Ex quo illo sacro tempore Natiuitatis Christi, sancta mater Ecclesia recolit, qualiter ille sine æstimatione magnus, pro nobis paruulus factus sit: tunc Epistol. & Euangelium concordant, quia Euangelium dicit quomodo puer Iesus crescebat, & confortabatur plenus sapientia & gratia. Sic Apostolus Paulus in epistola hodier. exprimit effectum & vtilitatem dominicæ natiuitatis Christi, secundùm carnem, quia de seruitute transiuimus in filiorum adoptionem: sicut patet in præsenti Epistola, vnde dicit, a [Fratres, quanto tempore.] Vin. i. per quantum tempus. b [Hæres] i. Filius, cui de iure debetur hæreditas. c [Paruulus est] s. infra annos discretionis. d [Nihil differt à seruo.] Gorr. quia ad modum serui cogitur, nec habet aliquam potestatem rerum suarum. e [Cùm sit dominus omnium,] i. bonorum paternorum. f [Sub tutoribus & actoribus est] Gorr. Tutores dicuntur qui eum tuentur, contra aduersos: actores qui agunt causas eius. g [Vsque ad præfinitum tempus à patre] Lyr. i. vsque ad ætatem adultam. h [Itaque & nos cùm essemus paruuli] Vin. intellectu & sapientia. i [Sub elementis mundi huius eramus seruientes.] Gorr. i. subie-

Qui dicantur tutores.

di seruituti legis. Sciendum, quòd legales obseruantiæ fuerunt figuræ disponentes ad Christum, ideo eius aduentu sunt dimissæ: ergo subditur, k[At vbi venit plenitudo temporis]i.tempus gratiæ. l[Misit Deus Filium suum.] non Angelum. m[Natum ex muliere]Ly.quantùm ad corpus sumptum de Maria virgine. n[Factum sub lege.] quia voluit legalia seruare. o[Vt eos qui sub lege erant.]Ly.s.legalibus obseruantiis obligati. p[Redimeret] per passionem suam. q[Vt adoptionem filiorum reciperemus] s. per Christum qui est naturalis Filius Dei. r[Quoniam autem estis Filij Dei, misit Deus spiritum Filij sui]Lyr.i.Spiritumsanctum qui dicitur, Spiritus Filij, sicut & Patris: ex eo quòd procedit ab vtroque. s[In corda vestra.] per infusionem gratiæ. t[Clamantem, Abba Pater.]i. Pater noster. v[Itáque iam non est seruus: sed filius.]Lyr.quicunque fideliter confitetur Deum Patrem. x[Quòd si filius] Vn. in præsenti per gratiam. y[Et hæres.]s.erit in futuro. z[Per Deum]qui ipsum adoptauit in hæreditatem cælestis patriæ.

Triplex est gratia, scilicet gratia gratis data & gratũ faciens.

A doptare est in filiũ accipere.

QVAESTIO XVIII.

SVper verbis Epistolæ dominic. infra octa. Natiuit. Domini, quæ habentur ad Gal.iiij. s.Misit Deus Filium suum natum ex muliere, i. Maria. oritur quæst. de ipsa Maria: Vtrum secundùm temporalem natiuitatem: virgo Maria possit dici mater Christi & Dei? Arguitur quòd non: & primò quòd non mater Christi. Christus ex beata virgine miraculosè natus est: sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis, vel filiationis: non enim dicimus Euam filiam Adæ fuisse: ergo videtur quòd nec Christus debeat dici filius beatæ Virginis. Quòd non dicatur mater Dei patet, non enim aliqua dicitur mater alicuius, nisi secundùm naturam quam ab eo accepit: sed non accepit ab ea diuinitatem, sed humanitatem tantùm: ergo Maria virgo non dicitur mater Dei. In oppositum, pro primo, virgo Maria peperit filium, i. Christum, ergo dicitur mater Christi. Pro secundo, Damasc.lib.iij.Theotocon, i. Dei genitricem verè & principaliter prædicamus virginem: igitur virgo Maria est mater Christi & Dei. Ad argumentum dicitur pro primo, quòd natiuitas Christi ex parte operationis Spiritussancti fuit miraculosa: ex parte tamen matris, fuit naturalis: quia dicitur mater Christi. Pro secundo dicitur quòd ratio non procedit: quia vna persona est quæ subsistit in humanitate & diuinitate: & ideo naturæ communicant sua idiomata, i. proprietates: ideo virgo Maria dicitur mater Dei. Ad q. respondendum secundùm magistr. Ioan. de Tur. crem. in q. super Euang. per duas conclus. prima est, Secundùm temporalem natiuitatem conuenienter & veraciter beata Maria dicitur mater Christi: patet, Ipsa contulit in generatione Christi, quicquid alia mater conferre debet ad generationem filij sui. Secunda conclusio, Beata Maria verè dicitur mater Dei: patet, Propter vnionem naturarum in vna persona verè dicimus Deum esse passum secundùm humanam naturam, si ergo virgo dicitur mater Christi secundùm humanam naturam: ergo, & Dei.

In festo Circuncisionis Domini, ad Gal. iij.

FRatres, [a] priusquam veniret fides, [b] sub lege custodiebamur: [c] conclusi [d] in eandem fidem quæ reuelanda erat. [e] Itáque lex pædagogus noster fuit in Christo, [f] vt ex fide [g] iustificemur. [h] At vbi venit fides [i] iam non sub pædagogo sumus. [k] Omnes enim filij Dei estis [l] per fidem quæ est in Christo Iesu. [m] Quicunque † enim in Christo baptizati estis [n] Christum induistis. [o] Non est Iudæus [p] neque Græcus: [q] non est seruus neque liber, [r] non est masculus neque fœmina: [s] omnes enim vos vnum estis [t] in Christo Iesu. [v] Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen [x] estis: [y] secundùm promissionem hæredes. Dico autem quanto tempore hæres paruulus est: nihil differt à seruo, cũ sit dominus omnium, sed sub tutoribus est & actoribus vsque ad præfinitum tempus à patre.

Quicũq; Baptism. Xpi vnãquamque creaturam rationalẽ à mũdi pec causis lauat, in illũ piè credẽtem, & corde confitentem. mag. lib. iiii. dist. v. parte, Hoc quæritur.

POSTILLA.

PRiusquam veniret fides sub lege custodie. Gal. iij. Ante initium huius epist. scribit S Pau. in eo. c. dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Tunc sequitur epist. hod. Priusquã veniret fides: quia hodie agitur de circunc. Dom. & in vet. Test. hoc fecit circuncisio, quod hodie facit Baptismus, præterquam quòd ianuam cæli non aperuit: sed circuncisi venerunt ad limbum sanctorum Patrum: & ibi expectabant aduentum Christi. Baptizati autem iam absque vllo medio euolant ad cœlum, quod figuratum fuit: quod Christo Baptizato cœlum apertum est super ipsum. Vnde Euang. & epist. concordant, quia Euan. dicit de circuncisione: similiter in epist. habetur de circuncisione, & de baptismo qui datur in locum circuncisionis. Vnde dicit Apost. a[Fratres, &c.]Ly. s. reuelata & explicita in Euan. b[Sub lege cust.] Gor. i. sub legis onere. c[Conclusi.] i. timore legis ligati & comprehensi, ne deflueremus ad vitia. d[In eadẽ fide, &c.] tempore gratiæ. Sciendũ est quòd eadem fides est in nouo & vet. Test. sed in veteri erat implicita, & figuris velata: in nouo verò explicita & reuelata. e[Itaq; &c.]Ly. i. ad Christũ disponẽs sicut pędag. disponit puerũ ad virtutẽ

tēpe futuro habē lī. Paruulorū enim est habere pedagogos quousq; crescūt in viros pfectos: qui eos ad recta dirigant timore pœnarū. f[Et ex fide.]Lyr.reuelāda. g[Iustificemur.]iustitia infusa. h[At vbi venit fides.] postquā reuelata est fides Christi quæ erat occulta antiquis Patribus. i[Iam nō sub pædagogo.]Go. i.sub coa ctione & seruitute legis,sed sub Euangelica libertate Ly.sicut puer adueniente ætate adulta, iam nō est ampli⁹ sub pædagogi disciplina: & eadē rōne, adueniēte Euāgelio cessant legalia. k[Omnes enim filij Dei estis.] Gor.non serui. l[Per fidē quæ est in Christo Iesu.]Fides enim facit filiū Dei.Io.j.Dedit eis ptatē filios Dei fieri,his qui credūt in nomine eius.m[Quicūque enim in Christo baptizati estis.] i.in fide Iesu Christi.n[Christū indui.]i.christo cōformes facti estis. p vitæ cōformitatē & sacramēti susceptionē. Pulchra enim vestis est indui Christū! ipse est enim sol iustitię. Vnde in signū īnocētię datur vestis cādida puero baptizato. o[Nō est Iudę⁹.]s.sub lege Moysi.p[Neq; Græcus.]sub lege naturali. q[Nō est seru⁹ neq; lib.] s. melior seruo. r[Nō est ma. neque fœ.]s.dignior altero in fide Christi.s[Omnes enim vos estis vnum.] Go.nō differētes in aliquo. t[In Christo Iesu.] i.in fide Xpi.v[Si aūt vos Christi.]s.p Fidē x[Ergo semē Abrahæ estis]per imitationē iustitiæ. y[Secūdū promis.hæredes]quantū ad futuram beatitudinem in Christo Iesu Domino nostro.

QVÆSTIO XIX.

SVper verbis epi de festo circūci. Domini, q̄ habētur ad Gal.iij.s. At vbi venit fides iā nō sub pædagogo sumus i.sub seruitute legis & coactione oritur q.de circūcisione: vtrū circuncisio tūc tēpore gratiæ cessare debuit? Arguitur q nō: omnis Christi actio est nostra instructio: vnde habetur Io.xiij. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū feci vobis, & vos ita faciatis: sed Christus fuit circūcisus, ergo exēplo suo debemus circūcidi, & p cōsequēs circūcisio cessare nō debuit. In oppositū ad Heb.vij.dicit Apostolus q translato sacerdotio necesse est, vt legis trāslatio fiat: sed oportuit sacerdotiū trāsferri. Ergo & legem & omnia sacramēta legalia: sed inter hęc præcipuū est circūcisio, ergo. Ad argumentū dicitur q Christ⁹ nō voluit circūcidi, vt alij imitarentur eum quò ad hoc: sed magis vt ex hoc erudirētur, putā, vt nobis virtutem obedientiæ præberet. Ad q. respōdendū est secundum magistrū Io.de Tur.cre.in q.super Euā q circūcisio tpe gratię cessare debuit, qđ patet sic, Quando venit qđ perfectū est, euacuari debet quod est imperfectū, sed circūcisio erat imperfecta respectu baptismi: patet quātū ad significationē: qa nō seruabat ita expressè condēnationē totius hoīs ab immūditia culpæ originalis, sicut ablutio Baptismalis, igitur. dicitur etiā imperfecta quātū ad efficaciā: quia nō ita abūdās gratia ad operādū & reprimēdū fomitem in circuncisione dabatur sicut in baptismo. igitur. Dicitur etiā imperfecta quātū ad vtilitatē quia nō erat eis ita vtilis sicut Baptism⁹ qa habebat determinatū populū, determinatū tēpus, & determinatū sexū: qđ in baptismo non accidit, ideo adueniēte tēporis plenitudine, circūcisio debuit cessare, baptismo īstituto, à Christo.

In Epiphania Domini, Lectio Isaiæ lx.

SVrge illuminare[a] Ierusalē bquia venit lumen tuū:[c] & gloria Domini, d super te orta est:[e] qa ecce tenebræ [f]operient terrā:[g] & caligo[h] populos. Super te[i] autem orietur Dominus: i & gloria eius in te videbitur.[k] Et ambulabūt gētes[l] in lumine tuo,[m] & Reges in splēdore ortus tui. n Leua in circuitu o oculos tuos, p & vide:[q] oēs isti cōgregati sunt,[r] venerūt tibi. Filij tui [s]de lōgè veniēt, & filiæ tuæ de latere [t]surgēt.[v] Tūc videbis[x] & afflues, y & mirabitur, z & dilatabitur cor tuum [a]qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris, b fortitudo gētiū[c] venerit tibi. [d]Inūdatio camelorū, operiet te: e dromedarij Madiā & Epha.[f] Omnes de Saba veniēt aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annūtiantes.

Super te &c. Quando Dominus Iesus Christ⁹ in terris na: est, pax creaturis mūdi data est, & gaudiū in terris omnib⁹ hominib⁹ bonæ volū tatis, vt Luc. ij. Ecce enī euangelizo vobis gaudiū magnū qđ erit omni populo.

POSTILLA.

SVrge illuminare Ierusalē, &c. Ante initium huius prophetiæ scribit Isa. proph. dicens, Spiritus meus qui est in te, verba mea quæ posui in corde tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui dicit dominus à modò & vsq; in sempiternum. Tunc statim sequitur prophetia ista, Surge illuminare Ierusalē. Festū hodiernū à fidelibus Epiphania nuncupatur, pro eo q stella, tribus regibus apparuit: & ipsos, vsq; ad prēsepiū domini decimatertia die à natiuitate Christi perduxit. Et dicitur ad epi, qđ est supra, & phanos, apparitio. Et de hoc agitur in epist. & Euā. Nam in Euāg. dicitur, Obtulerunt magi Domino, aurū, thus, & myrrhā, &c. Similiter in epistola dicitur, Oēs de Saba veniēt, aurū & thus deferētes, & laudē dño annuntiātes, vnde Isaias prophetando de natiuitate Christi, a[O Ierusalem.]i. Ecclesia. b[Surge illumi. quia venit lumen tuū.]i. Christ⁹ homo factus, quæ est lux vera quæ illuminat oēm hominem venientem in hunc mundū. Io.j quia nullus illuminatur nisi per ipsum. c[Et gloria Dñi.]i. Filius Dei, qui est gloria Patris. d[Super te orta est.]Ly. natura humana assumpta. e [Quia ecce tenebræ.] infidelitatis & ignorantiæ hic in præsenti. f[Operiēt terram.]i. homines carnales terrena amantes. g [Et caligo.] peccatorum h [Populos. super

te autē orietur Dominus.]quasi sol verus.i [Et gloria eius in te videbitur.]Ly.per operationē miraculorū, s.leprosorū mūdationē, cæcorū illuminationē mortuorū suscitationē.k[Et ambulabunt gentes.]qui prius in tenebris idololatriæ fuerant.l[In lumine tuo.]Ly.i.in lumine fidei Christianæ.m[Et reges in splend.ortus tui] hoc intelligitur de tribus Regibus venientibus orta stella ad præsepia Domini.n [Leua in circuitu.]s.mundi.o[Oculos tuos.]Ly.ad omnem differentiam orbis respectu Ierusalem, vbi primò prædicatum est Euangelium:& inde alibi per Christi discipulos deriuatum. p [Et vide.] i.intellige.q[Omnes isti congregati sunt.]fideles in virtute fidei Christianæ.r [Venerunt tibi filij tui.]i.paruuli in Christo.s [De lōgè veniēt & filię de latere.]Ly.i.de propè.t[Surgent.]perforato in cruce Christi latere effluxit sanguis redemptionis,& aqua Baptismi, de quibus sancta Ecclesia:sicut ex costa lateris est facta Eua mater omnium viuentium. v [Tunc videbis.] Ly.multitudinem credētium.x[Et afflues] consolationibus diuinis.y[Et mirabitur]ex tam veloci multiplicatione:quia tempore Apostolorum deriuata est fides Christiana ad omnes partes terræ habitabiles. z [Et dilatabitur cor tuum.]Ly.præ gaudio.a[Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris]Ly.i.habitātium in insulis,sicut patet de Sicilia, Anglia,& aliis insulis maris. b [Fortitudo gentium.]i.Ly.Imperium Romanum,quod toti mundo dominabitur.c {Venerit tibi]quod impletum est tempore Constantini imperatoris. d [Innundatio camelorum operiet te.]Constātinus enim imperator,& multi alij potētes exemplo Imperatoris annuatim diuitias multas,per orbem miserunt super talia animalia ad sustentationē ministrorum Ecclesię,& pauperum Christi,& ędificationem Ecclesiarū.e [Dromedarij Madian & Epha.] Madian & Epha regiones sunt trans Arabiam : & in istis terris nascuntur talia animalia fortia.Et dromedarius est animal camelo minus,sed velocius.Vnde Plinius dicit quòd dromedarius est animal velocissimum gracile & neruosum, camelo minus : licet longa habens crura & longissimum passum, tam suauem quod sine magno labore suo, & sine fatigatione magna dromedantis, id est, insidentis ipsi animali, currit infra diem naturalem centum parua miliaria: cortices arborū comedit, aut modicum fœnum vel ossa dactylorū. Hæc ille. f[Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes , & laudem Domino annuntiantes] Lyr. hoc impletum est in illis tribus Regibus, qui venerunt ad adorandum Christum natum.

Quid sit dromedarius, apud Plinium.

QVAESTIO XX.

SVper verbis epistolæ, in Epi. Domini, quæ habētur Isa.lx.s.Ambulabūt Reges in splendore ortus tui, id est, tres Reges venientes ad pręsepium Domini,orta stella.oritur q. de ipsa stella, Vtrùm stella Magis apparēs, fuit vna de cęlestibus stellis? Arguitur quòd sic: Angeli apparentes pastoribus fuerūt verè de cælestibus Angelis,ergo etiam stella Magis apparēs, fuit vna de cælestibus stellis. In oppositū, Aug.ait contra Faustum, Non ex illis erat stella,quæ ab initio creaturæ itinerum suorum ordinem sub creationis legem custodiunt:sed in nouo virginis partu,nouum sydus apparuit:igitur. Ad argu.dicitur,quòd non est similis ratio:quia ipsi cælestes Angeli ex suo officio ad nos descendunt, vt in ministerium missi. Sed stellæ cælestes suum situm non mutant. Ad q.respondendum est secundum magi.Ioan.de Tur.cre.in q. super Euang. quòd stella illa apparens Magis, non fuit vna de cælestibus.Ista conclusio probatur ex multiplici distinc. quod stella illa distinguebatur à cælestibus:primò distinguebatur à natura,quia erat corruptibilis,& nō de natura cæli:nam peracto ministerio,fuit conuersa in præiacentem materiam. Secundò in situ, quia non fuit in alto cum aliis stellis in firmamento,sed in spatio huius aeris, vicina loca tenebat. Tertiò distinguebatur in motu : quia cùm aliæ stellæ in circuitu voluerentur:hæc,sola recta linea tendebat ab origine,quæ est versus Aquilonem Occidentem declinans ad Meridiem vsque Iudæam,vbi erat Christus.Quartò, distinguebatur in claritate:quia erat cæteris splendidior:ideo cōstat,ꝙ non fuit ex cęlestibus stellis:ideo sequitur,quòd sicut ista stella non fuit sita in cælo,ꝙ nō fuit Cometa:quia Cometa est sicut facula ardens,& non diu stat.

Dominica infra octa.Epipha.Rom.xij.

FRatres,[a] obsecro vos,per misericordiam Dei , [b] vt exhibeatis corda vestra, [c] hostiam viuentem, sanctam , Deo placentem [d] rationabile [e] obsequium vestrum: [f] & nolite* conformari huic seculo: [g] sed renouamini in nouitate sensus vestri, [h] vt probetis, [i] quæ sit voluntas Dei bona , & bene placēs [k] & perfecta. [l] Dico [†] enim [m] per gratiam : quæ [n] data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, [o] nō plus sapere, [p] quàm oportet sapere, [q] sed sapere, ad sobrietatem, [r] & vnicuique, [s] sicut Deus diuisit, [t] secundùm mensuram fidei. [v] Sicut enim in hoc corpore , [x] multa membra habemus, omnia [y] autem membra non eundem actum habent. [z] Ita multi vnum corpus sumus, [a] in Christo, [b] singuli autem, alter alterius membra in Christo Iesu Domino nostro.

Aliàs configurari.

Dico enim Gratia dei viuific ãs & coadiuuãs homines si volūt: viuificat & coadiuuat. Paulus , Omnibus gratia data est. Idē mag. Sen. lib.ii.dist. xxvi. Nullus Deum comprehēdere potest inquātùm est incōprehensibilis: bene tamen per suos effectus.

POSTILLA.

Obsecro vos per misericordiã Dei,&c. Ante initiũ huius Epist.scribit S.Paulus Romanis,dicens,O altitudo diuitiarũ sapientiæ & sciẽtiæ Dei,quàm incõprehensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viæ eius. Tunc post hoc sequitur Epistola hodierna. Obsecro vos per misericordiã Dei,&c.Epistola, & Euangelium, concordant: quia duo sunt homini necessaria ad salutem: s. humilitas mẽtis, & munditia carnis. Ad humilitatem mentis incitamur in Euangelio,exemplo Christi, cùm in fine Euangelij dicitur, Et erat subditus illis,s.Mariæ & Ioseph. Ad munditiã carnis,incitamur in Epist.hodier.vbi Apostolus dicit, a [Obsecro vos per misericordiam Dei]s.exhibitam vobis à Deo. b [Vt exhibeatis corda vestra]s.volũtaria corpora vestra. Ly. non aliena contra illos qui saluari credunt per pœnitentiam aliorum. c [Hostiam viuentem, sanctam,Deo placentem.] i.quod hostia sit viuens, sancta & Deo placens. d [Rationabile.] scilicet sit. e [Obsequium vestrum] Gorra, Vt sic mortificentur vitia, vt seruetur natura. In omni enim sacrificio in veteri Testamẽto præcipitur offerri sal, Leui. ij. Quicquid obtuleris sacrificium sale condies:& sal significat sapientiam siue discretionem. f [Et nolite conformari huic seculo] id est,malis hominibus. Anima enim habet se sicut speculum: quia sicut speculum ostendit similitudinem illius rei, quæ sibi obiicitur : sic anima illi quod diligit cõformatur. August.Si terrã diligis,terra es: si Deũ diligis,Deus es:si aurum diligis,aurum es participatiuè:secundùm illud psal lxxxj. Ego dixi,Dij estis.g [Renouamini in nouitate sensus vestri] Ly. imago enim Dei,ad quam sumus formati, deformatur in nobis per peccatũ : sed per gratiam Dei reformatur. h [Vt probetis] Ly.i.experiri possitis,per Spiritum sanctũ habitantem in vobis. i [Quæ sit voluntas Dei bona] quantùm ad proficientes. k [Et perfecta,] quantum ad perfectos. l [Dico enim.] i. præcipio vobis. m [Per gratiã] Apostolatus. n [Quæ data est mihi,omnibus,qui sunt inter vos.] cuiuscũque status vel cõditionis. o [Nõ plus sapere.] Gor. de diuinis mysteriis. p [Quam oportet sapere.] Damascenus, Omnino non audendum est de Deo dicere,vltra hæc quę tradita sunt à sanctis Prophetis,& à sanctis Apostolis, & etiam à sanctis Doctoribus. q [Sed sapere ad sobrietatẽ.] Gorra sine præsumptione. Eccl. iiij. Altiora te ne quæsieris,&c.sed quę præcepit tibi Deus,illa cogita semper. r [Vnicuique] scilicet debere sapere. s [Sicut Deus diuisit.] Deus enim dat vnum donum vni,alterum alteri: & idẽ donum dat vni magis excellẽter, & alteri minus. t [Secũdùm mensuram fidei.] quia huiusmodi dona,donãtur secundũ quod homo plus vel minus meretur per fidẽ. v [Sicut enim in vno corpore.] Gor. naturali. x [Multa membra habemus] distincta. y [Omnia autem mẽbra non eũdem actum habẽt.] hoc patet : quia oculi vident,manus tãgunt,pedes ambulãt, &c. z [Ita multi vnũ corpus sumus.] Gor. i. vna Ecclesia. a [In Christo.] in capite. b [Singuli autẽ alter alterius mẽbra.] inuicẽ subministrãdo: hoc est quando homo illud quod Deus sibi cõtulit alteri libenter impartitur.Gor. Corpus est Ecclesia,caput Christus,mẽbra fides.Fœlix mẽbrum quod viuit in hoc corpore sub hoc capite.

Anima est similis speculo.

Fides est virtus qua creduntur quæ nõ videtur: magister, iii. Sentent.

QVAESTIO XXI.

Svper Verbis epistolæ dominicæ Infra octauas epiphaniæ, quæ habentur ad Rom. xij. scilicet, Renouamini in nouitate sensus vestri. Anima enim deformata est per peccatum : & renouatur per gratiam.oritur quęstio,de modo renouandi, Vtrum ad hominem renouandum, ipse homo teneatur confiteri omnia peccata mortalia, tam secreta quàm publica? Arguitur quòd non : confessio est per quam morbus latens in spe veniæ aperitur: ergo homo non tenetur confiteri de patentibus peccatis. In oppositum : homo tenetur integrè pœnitere de quolibet peccato mortali: sed pœnitentia comprehẽdit omnem peccatorum mortalium confessionem & contritionem & satisfactionem, igitur. Ad argumentum dicitur,quòd quãtumcunque morbus peccati sit patens hominibus in effectu, tamen latens est exterius in sua causa. Ad quæstionem respondendum est secũdùm Ric.de media Villa,iiij.Senten. dis. xvij. art.iiij. q.iiij.quòd antequàm homo renouetur tenetur confiteri omnia peccata mortalia tam secreta quàm publica : & sic secreta mori debent interius,per cõtritionem, deferri tamen debent ad sepeliẽdum exterius per confessionẽ: quia non sufficit aliquid esse notum in forma iudici, nisi sit ei notũ in forma iudicij:quia, vt dicitur iij. q.vij.c.iudicet. Iudex debet iudicare secundum allegata , ergo peccata publica quãuis sint manifesta sacerdoti sicut homini : quia tamen non sunt ei manifesta sicut vicario Dei oportet ea confiteri. Cõfessio enim est quædã punitio peccati, & per eã peccator fit humilior: ideo debet omnia peccata confiteri antequàm renouetur.

Domin.j post oct.epiph.Ro.xij.

Fratres, [a] habentes donationes,secũdum gratiam, quæ data est vobis differẽtes.[b] Siue prophetiam, secundùm rationem fidei : [c] siue ministerium in ministrando: [d] siue qui docet in doctrina , [e] qui exhortatur in exhortãdo: [f] qui tribuit,[g] in simplicitate: [h] qui præest,[i] in solicitudinẽ: [k] qui miseretur in hilaritate. [m] † Dilectio sine simulatione: [n] odiẽtes malum, [o] & adhærentes bono: charitatẽ

Dilectio. Qui Christũ Dominum diligere vult vera charitate sine dissimulatione quẽ amat diligere debet. mag. Lyr.iiii.di. xxvii. & de pœ.di. ii.c. Charitas est.

fraternitatis inuicē diligentes, [p] honore inuicē præuenientes. [q] Solicitudine nō pigri: [r] spiritu seruētes, [s] Domino seruientes: [t] spe gaudentes, [v] in tribulatione patiētes: orationi instātes, [x] necessitatibus [y] sanctorū [z] communicantes. [a] Hospitalitatem sectantes, Domino seruientes, [b] Benedicite persequētibus vos: [c] benedicite & nolite maledicere. [d] Gaudete cum gaudentibus, [e] flete cum flentibus: [f] idipsum inuicē sentientes. [g] Non alta sapiētes, [h] sed humilibus cōsentientes.

POSTILLA.

FRatres, habentes donationes secundùm gratiam, &c. Ante initiū huius Epist. scribit S. Paulus, dicens, Sicut in vno corpore multa habemus mēbra: omnia autem membra eundem actum nō habent: ita multi vnum corpus sumus in ipso: singuli autē alter alterius membra, &c. Tunc statim sequitur Epist. hod. a [Habentes donationes.] Qualiter autem Epist. cum Euāg. hod. cōueniat: notandum, quòd in Euang. hod. agitur de nuptiis in quibus Christus in cōsolatione cōuiuantium aquā in vinum conuertit: quę nuptiæ factę sunt in Cana Galilęę: & significāt spirituales nuptias, quas Christus habet cum anima fideli. Ad quas spirituales nuptias requirūtur virtutes quas Apostolus Paulus in Epist. hod. enumerat dicens, a [Habētes donationes secundùm gratiā] i. vos qui habetis diuersa bona & diuersa officia donata vobis ex gratia diuersimodè, vnus alteri ex charitate fraternali subministrare & impartiri & cōmunicare, sicut membra corporis. b [Siue prophetiā: secūdùm rationē fidei.] Vin. in donum reuelationis futurorū occultorū, secundùm quòd exigit fides. c [Siue ministeriū in ministrando] s. sacramenta. d [Siue qui docet in doctrina] i. gratiā habet docēdi. e [Qui exhortatur in exhortādo] Gor. i. gratiā habet exhortationis, sicut membra cōmunicare proximis. f [Qui tribuit] sup. eleemosynas. g [In simplicitate] i. in simplici intentione: s. in sola intentione vitæ æternæ; vt nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, Matth. vj. h [Qui præest] i. gratiā prælationis habet. i [In solicitudine] qui rationē redditurus est. k [Qui miseretur] i. qui habet misericordiā cōpatiēdo afflictis. l [In hilaritate] Lyr. hoc facit cōtra illos qui austeritatē in vultu & verbis ostēdunt miseris antequā releuent eos in aliquo. m [Dilectio sine simulatiōe] Gor. vt dilectio proximi sit vera & non falsa nec ficta. j. Io. iij. Filioli nō diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & virtute. n [Odientes malum] s. in proximis. o [Adhęrentes bono, charitatē fraternitatis inuicem diligentes] Vinc. non solum diligatis vos mutuò, sed etiam de hoc gaudendum quòd alij se mutuò diligunt. p [Honore inuicē præuenientes] Lyr. quilibet enim deficit in aliquo bono quod est in altero, & sic potest eum considerare, vt meliorē se & sic honore præuenire. q [Solicitudine non pigri] Ly. præstando humanitatem proximi in effectu. r [Spiritu feruētes] Ly. vt hoc fiat ex bono affectu. s [Domino seruientes.] Vinc. vt per ea quæ proximis impenditis, Deo seruiatis. t [Spe gaudentes.] Vin. vt executione præmissorū, speretis ęterna gaudia. v [In tribulatione patientes: orationi instantes] Vin. non solum pro salute vestra: sed etiā pro salute proximorū. x [Necessitatibus] Gor. i. penuriis. y [Sanctorum] vobiscum cōmorantium. z [Cōmunicantes] vestra bona temporalia. a [Hospitalitatem sectantes] quò ad peregrinos, exēplo Abrahæ & Loth qui receperunt Angelos in forma hominum in hospitio. Gen. xx. b [Benedicite persequentibus vos] Gor. i. bona eis optate. c [Benedicite, & nolite maledicere] quia maledicti regnum Dei non possidebunt. d [Gaudete cum gaudentibus] i. congratulando eis. e [Flete cum flentibus] s. compatiēdo eis. f [Idipsum inuicem sentiētes] i. cum aliis fratribus. g [Non alta sapientes] Ly. proximum conculcando. h [Sed humilibus consentientes] cum eis humiliter conuersando.

QVAESTIO XXII.

SVper verbis epistolæ primæ dominicę post oct. Epipha. quæ habentur ad Rom. xij. scilicet, Orationibus instantes. oritur quæstio de oratione, Vtrum solus Deus sit orandus? Arguitur quòd sic: frustrà porrigitur oratio ad eum qui orationem non cognoscit: sed solius Dei est orationem cognoscere: patet per Aug. in lib. de Cura pro Mortuis agenda, Nesciunt mortui etiam Sancti quid agunt viuentes eorum filij: ergo oratio non est nisi Deo porrigenda. In oppositum, Iob v. Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum cōuertere: igitur. Ad argumētum dicitur quòd mortui ea quæ in hoc mundo aguntur considerata eorū naturali conditione non cognoscunt, & præcipuè inferiores motus cordis: sed Beatis manifestatur in verbo illud quod decet eos cognoscere de eis quæ circa eos aguntur: ideo petitiones quas ad eos dirigimus Deo manifestante cognoscunt. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij. ij. q. lxxxiij. oratio porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quasi per ipsum implēda: alio modo, vt sic per ipsum impetranda. Primo modo soli Deo orationē porrigimus, cui omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam & gloriam consequendam, quæ petentibus Deus dat. Secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis & hominibus, non vt per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorū precibus & meritis orationes nostræ sortiantur effectū: à sancta enim Trinitate petim⁹ vt nostri misereatur, ab aliis

autem Sanctis quibuscumque petimus, vt orẽt pro nobis. Si aliquis dicat, Oratio est actus religionis: sed solus Deus est religione colẽdus: ergo solus Deus est orandus. Dicitur ad hoc ꝙ illi soli impendimus orando religionis cultum à quo quærimus obtinere quod oramus: non autem eis quos requirimus, scilicet interpellatores nostros apud Deum.

Dominica ij.post. octa.Epiph. Rom. xij. c.

FRatres, [a] nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos, [b] nulli malũ pro malo reddentes. [c] Prouidentes bona non tãtum coram Deo [d] sed etiam coram omnibus hominibus. [e] Si fieri potest quod ex vobis est cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes [f] nõ vosmet. ipsos defendẽtes [g] charissimi, sed date locũ iræ. [h] Scriptũ est enim, [i] Mihi [t] vindictã, [k] & ego retribuã, [l] dicit Dominus. [m] Sed si esurierit inimicus tuus, ciba, illũ. Si sitit, potũ da illi. [n] Hoc enim faciens [o] carbones ignis [p] cõgeres [q] super caput ei⁹. [r] Noli vinci [s] à malo: [t] sed vince in bono [v] malũ.

Mihi vindictam. Quid hoc si propter præceptũ Domini nimirũ diligis, si illi benefacis, & ab inimicitia & odio nõ discedit? dilectio tua & benefacta tua, erunt causa grauioris, eius punitionis a Deo, qui dicit, Mihi vindictã, & ego retribuã & dilectio tua & beneficia tua in eum dum obduratus in odio pseuerarct, erũt in die retributionis & vindictæ, carbones ignis, & tormẽta ignita in caput eius coniecta. Non tamẽ adhoc cibare eũ debes aut potare cũ indiget, vt sic illi pœnas congeras: sed propter Deum qui præcipit: aut si nosti inimicũ, & infensum, vere cõcilies tibi, & recõciliatũ Deo restitues: & sic salues fratrẽ tuum, hoc enim est spiritualiter, & in simplicitate ante Deũ conuersari: & huic beatissimi Pauli sententiæ adstipulatur, id qđ Prouerb. xxv. dicit, Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Si sitit da ei aquã bibere: prunas enim congregabis super caput eius: & Domin⁹ reddet tibi.

POSTILLA.

FRatres, nolite esse prudentes apud vosmetipsos, &c. Ista epistola ĩmediatè sequitur epistolam præcedentis Dominicæ: & concordat cum Euang. quia in euág. legitur de leproso quem Christus solo verbo curauit, dicens, Volo, mundare: & curatio leprosi significat mysticè mundationem animæ à lepra peccatorũ. Sic etiam in epistola hod. Apostolus Paulus dissuadet nobis vitia per quę anima maculatur, & hortatur nos ad virtutes per quas anima mũdatur & decoratur, dicens, a [Fratres nolite esse.] i. non tantam confidentiá habeatis in ingenio vestro, ꝙ magis proprio sensui velitis credere: quã alieno, quia istud est testamẽtum sancti Bernardi, quòd quilibet homo debet magis credere sensui alieno quàm proprio. b [Nulli malum pro malo reddentes.] i. nulli iniuriá pro iniuria inferentes. Gor. multominus malum pro bono. ps. xxiiij. Retribuebát mihi mala pro bonis, &c c [Prouidentes bona.] Gor. i. in secreto cordis: quia intuetur cor, d [Sed etiam corá omnibus hoĩbus.] i. in manifesto, ne proximus scãdalizetur: q̃a scãdalũ vitare debemus, quantũ possumus iuxta illud Mat. xviij. Væ homini illi per quẽ scãdalũ venit. e [Si fieri põt ꝙ ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.] i. quantum in vobis est non detis occa sionẽ discordiæ vel distractionem pacis. f [Nõ vosmet ipsos defendentes.] i. non sitis percutientes aduersarios, sed facite sicut Christ⁹ dicit, Luc. vj. Si te quis percusserit in vnã maxillã, præbe ei & alteram. g [Charissimi, sed date locum iræ.] Gor. i. Dei vindictæ. Ira dicitur diuinũ iudiciũ: ergo dicitur dies irę h [Scriptũ est enim.] s. Deu. xvij. c. i [Mihi vindictam.] s. reseruate. k [Et ego retribuã] i. vindicabo. l [Dicit dominus.] Dam. Quando enim vos puniretis eos: iam Deo locus non est in eis vt eos puniat in die iræ. Seipsum enim vindicare, est rapinam committere, & Deũ contemnere. m [Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum, &c.] i. porrige ei necessaria in extrema necessitate. n [Hoc enim faciẽs.] s. cibando & potando illum. o [Carbones ignis.] i. ardorem charitatis. p [Congeres.] i. cõgregabis. q [Super caput eius.] Prouer. xxv. id est, supra mentem eius, quatenus tua benignitate incipiat diligere te quem prius oderat. r [Nol. vinci.] per impatientiam. s [A malo.] sup. homine. t [Sed vince in bono.] scilicet patientiæ. v [Malum.] sup. hominem.

QVAESTIO. XXIIII.

SVper verbis epistolæ dominicæ secundæ post oct. Epiphan. quæ habẽtur ad Ro. xij. s. Nolite esse prudentes. oritur qõ de prudentia, Vtrum in peccatoribus reperiatur prudentia? Arguitur quòd sic: prudẽtis hoc opus maximè dicimus, benè cõsiliari: vt dicit Arist. vj. Ethic. sed multi peccatores sunt boni consilij, ergo habent prudentiam. In oppositum ait Ari. vj. Eth. impossibile est pudentẽ esse non autẽ bonum: sed nullus peccator est bonus: ergo. Ad argumentum dicitur, ꝙ verum est quantùm ad aliquem malum, nõ autem bonum, & propter bonum finem, in Deum tendentẽ, & principaliter propter Deum factum. Ad quęstionẽ respõdendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xlvij. ꝙ prudentia dicitur, tripliciter: est aliqua prudentia falsa siue per similitudinem dicta: vt cùm quis disponit aliqua propter malum finem, vt patet de latrone, qui cõuenientes vias adinuenit ad latrociniũ. & sic de similibus, & de ista loquitur Apostolus ad Ro. viij. Prudẽtia carnis mors est. Secunda prudentia est vera quæ adinuenit vias accõmodas ad finem verè bonum: sed est imperfecta, quia illud bonum, quod accipitur pro fine, nõ est communis totius humanæ vitæ: sed alicuius specialis negotij, putà, cũ aliquis adinuenit vias accõmodas ad negotiãdum, dicitur prudens negotiator. Tertia autẽ prudentia est vera & perfecta, quæ ad bonũ finem totius vitę rectè cõsiliat, iudicat, & pręcipit. hæc in peccatoribus esse non potest: quia est quædã virtus. nullus enim homo potest esse vitiosus & virtuosus: & talis prudentia in tribus cõsistit, s. in pręteritorũ recordatione, præsentiũ ordinatione, futurorũ prouisione, & est cognitio boni & mali cũ electione vnius, scilicet, boni: prudens est qui cum tribus tẽporibus dispensat: præsentia ordinat, futura prouidet, præterita recordatur.

Triplex est prudẽtia. vna quæ nobis proponitur imitanda, vt animalibus: alia detestanda, vt in peccatoribus: alia amplexãda, & talis est virtus.

Domin. iij. post oct. Epi. Rom. cap. xiij.

Inuicem diligatis. Dñs iubet vnũquenque verum Christianum suum proximũ vera charitate diligere, nam' sine charitate & proximi dilectione, nullus ad vitam perueniet, imò manet in morte: vñ i. Ioan. ca. iii. Qui nõ diligit, manet in morte.

FRatres, [a] nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis. † Qui enim diligit proximũ legem impleuit. [b] Nam non adulterabis, [c] nõ occides, [d] non furaberis, [e] non falsum testimoniũ dices, non concupisces rem proximi tui: [f] & si quod est aliud mãdatũ in hoc verbo instauratur, [g] Diliges proximum tuum sicut teipsum. [h] Dilectio proximi malum non operatur. [i] Plenitudo ergo legis est dilectio.

POSTILLA.

FRatres, nemini quicquàm debeatis nisi vt inuicem diligatis. Ante initiũ huius Epist. scribit S. Paulus, dicẽs, Omnis anima potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit: nõ enim est potestas nisi à Deo. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. tũc sequitur Epistola præsens, a [Nemini quicquã] hæc Epist. & Euang. concordant: quia in Euang. legitur quomodo Christus fuit cum discipulis suis in nauicula ad transmigrãdum: & orta est tempestas magna in mari, per quam tempestatẽ designatur magna tẽtatio huius seculi sic etiã S. Paulus Apostolus in Epist. hac docet nos quomodò debeamus transmigrare & tentationes vincere per virtutes, quas enumerat in Epist. hod. dicẽs, Nemini quicquã debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximũ legẽ impleuit. Ly. Omnia enim mandata decalogi ordinãt ad actum diligẽdi, quia præcepta primæ tabulæ, ordinantur ad diligendum Deum, præcepta secundę tabulæ, ordinantur ad diligẽdum proximũ, & ita in dilectione impletur lex. b [Nam nõ adulterabis] Gor. hic prohibetur nocumentum proximi in persona sibi cõiuncta. c [Non occides,] in quo prohibetur nocumentum proximi, in propria persona. d [Non furaberis] in quo prohibetur nocumentum proximi, in rebus tẽporalibus. e [Non falsum testimonium dices] in quo prohibetur nocumentum proximi sui. f [Et si quod est aliud mandatũ in hoc verbo instauratur] i. impletur. g [Diliges proximũ tuum, sicut teipsum] Gor. sic debes diligere, sicut teipsum, in bono, & non in malo. Tho. Sic, quòd nil mali propter amorẽ proximi committas. h [Dilectio proximi, malum non operatur] i. cauet inferre malum proximo. i [Plenitudo ergo legis, est dilectio] Thomas, id est per dilectionem lex impletur.

QVAESTIO XXIIII.

SVper verbis Epist. domin. ij. post oct. Epiph. quę habetur ad Ro. xiij. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. oritur q. de dilectione proximi, Vtrùm homo ex charitate non magis debeat diligere seipsum, quàm proximũ? Arguitur quod non: ad Cor. iij. dicitur, Charitas non quęrit quę sua sunt, sed illud maximè amamus cuius bonum maximè quærimus, ergo per charitatem aliquis nõ amat seipsum: magis quàm proximũ. In oppositum habetur, Matt xxij. Diliges proximũ tuum, sicut teipsum. ex quo videtur quòd dilectio hominis ad seipsum, est sicut exẽplar dilectionis, quæ habetur ad alterutrum: sed exemplar potius est quam exemplatum, ergo homo ex charitate magis debet diligere seipsum, quam proximum. Ad argumentum dicitur, quòd intelligitur prius anteponi: semper autem cõmune bonum est magis amabile vnicuique quam proprium. Ad quæst. respondendũ est secũdùm Tho. ij. ij. q. xxvj. quòd in homine duo sunt, scilicet natura spiritualis, & natura corporalis: per hoc autẽ homo debet diligere seipsum quòd diligit se secundùm naturam spiritualem, & secundùm hoc, homo debet magis se diligere post Deum, quàm quemcunque alium, & hoc patet ex ipsa ratione diligendi: nam Deus diligitur, vt præcipuum bonũ super quo fundatur dilectio charitatis: homo autem seipsum diligit ex charitate, secundùm rationem quæ est particeps prædicti boni: proximus autem diligitur secundùm rationem societatis in ipsis bonis: consociatio autem est ratio dilectionis, secundùm quandam vnionem in ordine ad Deum: vnde sicut vnus potior est quam vnio, ita quòd homo ipse participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quam alius qui afficitur sibi in hac participatione: ideo homo ex charitate, debet magis seipsum diligere quàm proximum: & huius signum est, quòd homo non debet subire aliquod malum nec perperi, quod contrariatur participationi beatitudinis, vt proximũ liberet à peccato: sed loquẽdo de natura corporali dicitur, quòd homo plus debet diligere proximum quàm corpus proprium & hoc est quantùm ad salutem animæ proximi quam debemus velle.

Dominica iiij. post oct. Epiph. Col. iij. c.

Induite vos. Qui vult à Dño deo de peccatis suis misericordiam obtinere, primo suoste humilitati misericordiam facere debet a lioquin nõ fiet misericordia pecẽti in mortis hora: vñ I. Iaco. iudicium enim fiet sine misericordia illi qui non facit misericordiam.

FRatres, [a] † induite vos, [b] sicut electi Dei, [c] sancti, [d] & dilecti, [e] viscera misericordiæ, [f] benignitatẽ, [g] humilitatẽ, mansuetudinẽ, [h] modestiam, [i] patientiã, [k] supportantes [l] inuicẽ & donantes vobismetipsis. [m] Si quis aduersus aliquẽ habet querelã: [n] sicut & Dominus donauit vobis, [o] ita & vos. [p] Super omnia autem hæc charitatẽ habete, [q] quod est vinculũ perfectionis. [r] Et pax Christi, [s] exultet, [t] in cordib⁹ vestris: in qua, & vos vocati estis in vno corpore, [v] & grati estote. [x] Verbũ Christi habitet in vobis [y] abundãter: [z] in omni sapientia,

[a] docētes, [b] & cōmonentes [c] vosmetipsos, [d] in psalmis, hymnis, & canticis spiritualib⁹, [e] in gratia: [f] cātantes & psallētes in cordibus vestris, [g] Domino. Omne autē, quodcunq; facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, facite. Gratias agētes Deo, & Patri, per Iesum Christum Dominum nostrū.

POSTILLA.

INduite vos sicut, &c. Ante initiū huius epist. scribit S. Pau. di. Nolite mētiri inuicē, exspoliantes vos veterē hominē cum actibus suis: & induentes nouū hominē, qui renouatur in agnitione Dei, secūdū imaginē eius qui creauit illū. Tūc sequitur epist. hodier. quā scribit Colossensib⁹ & Colossenses nominantur, à ciuitate Colossis. a [Fratres, induite vos] s. veste spirituali. b [Sicut electi Dei] per fidē. c [Sancti] per spē. d [Et dilecti] per charitatē. vel sic [electi Dei.] Ly. per æternā prædestinationē: sancti, per sacramentorum perceptionē, & dilecti per augmētationē gratiæ. e [Viscera misericordiæ] Ly. quantū ad pietatis affectū. f [Benignitatē] quātum ad eius effectū. g [Humilitatē] quæ est virtutū custodia & fundamentū. h [Modestiā] benè vtendo prosperis. i [Patientiā] benè habendo se in aduersis k [Supportātes inuicē] in infirmitatibus & defectibus. l [Et donantes vosmetipsis.] Lyr. offensas remittendo, quod est necessitatis. m [Si quis aduersus aliquē habet querelā] i. querelæ materiam. n [Sicut & Domi. do. nobis] ita purè & integrè. o [Ita & vos] inuicē remittite peccata. p [Super omnia autē hęc charitatē habete] quæ est maior cæteris virtutib⁹. q [Quod est vinculū perfectionis] Gor. quia omnia quæ ad perfectionē pertinent simul ligat. r [Vt pax Christi.] Ly. data & cōmēdata à Christo. s [Exultet] i. sit causa exultationis. t [In cord. ve. in qua & vos vo. &c.] s. ecclesiæ sub capite Christ. Gor. omnes enim vnum corpus sumus in Christo. v [Et grati estote] s. Deo datori de tanto beneficio. x [Verbū Christi] i. doctrina Euāgelij, quæ spiritualiter verbū Christi est, quia de eius ore processit. y [Abundāte] i. nō solùm ad vestram, sed ad aliorū ædificationē. z [In omni sapiētia] i. in omniū Scripturarū intelligentia: vt omniū Scripturarū intelligētiā & intellectū habeatis. a [Docētes] s. ignaros homines. b [Et cōmonētes] pigros. c [Vosmetipsos] i. vnus aliū. vos mutuò ad diuinas laudes excitando ex hoc. d [In psal. hy. & canti. spiritua.] Gor. de ęternis bonis agētibus, & cælestē iucunditatē ostēdentibus. e [In gratia.] Go. cōsyderatiōe beneficiorū Dei erga vos. f [Cantantes & psal. in cor. ve.] Gor. i. non tantū labiis, sicut illi de quibus dicitur Isa. xxix. Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longè est à me. g [Domino,] i. ad honorem Domini in Christo Iesu Domino nostro.

QVAESTIO XXV.

SVper verbis epist. v. domin. post oct. epiph. quæ habentur ad Col. iij. s. Induite viscera misericordiæ. oritur q. de misericordia, Vtrum misericordia sit maxima virtutū? Arguit. quòd sic: tantò aliqua virtus est melior, quantò facit hominē Deo similiorē, quia per hoc est homo melior, quia Deo est similior: sed misericordia maximè facit hominē Deo similiorē, vt patet Lu. vj. estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est: ergo misericordia est maxima virtus. In oppositum, Induite vos viscera misericordiæ: demū dicit, Super omnia charitatem habete: igitur misericordia nō est maxima virtutum. Ad argu. dicitur, quòd per charitatē homo magis assimilatur Deo quā per misericordiam: quoniā per charitatē assimilatur Deo tanquā ei per affectū vniti: & ideo potior est quā misericordia, per quam assimilatur Deo secundùm similitudinē operationis. Ad quæst. respōdēdum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxx. quòd aliqua virtus potest esse maxima dupliciter: vno modo secundùm se, alio modo per cōparationem ad habentem. secundùm se quidē misericordia maxima est: pertinet enim ad misericordiā quòd alij effundat, & quod plus est q̀ defectus aliorū subleuet, & hoc maximè Superioris est: vnde & misereri ponitur propriū Deo, & in hoc maximè dicitur eius omnipotentia manifestari: sed quò ad habentē misericordiā nō est maxima, nisi ille qui habet sit maximus, qui nullū supra se habeat, sed omnia sub se: ei enim qui supra se aliquē habet maius est & melius coniungi Superiori quā supplere defectū inferioris: ideo quātum ad hominē qui habet Deū superiorē, charitas per quā Deo vnitus est, potior est quā misericor. per quā defect⁹ ꝓximorū suppletur: sed inter oēs virtutes q̄ ad proximū ꝑtinēt potissima est misericordia, sicut etiā est potioris act⁹: nā supplere defectū alterius in quātū huiusmodi est, Sup̱ioris & melioris, &c.

Domin. in Septuagesima, j. Cor. ix. cap.

FRatres, [a] nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidē currūt, [b] sed vnus [†] accipit brauium? Sic currite, [c] vt cōprehēdatis: [e] omnis enim q̀ in agone [f] cōtendit [g] ab omnibus se abstinet. [h] Et illi quidē vt corruptibilē coronā accipiāt, nos autem incorruptā. [i] Ego igitur sic curro [k] nō quasi in incertū: [l] sic pugno, [m] nō quasi aerem verberās, [n] sed castigo corpus meū, [o] & in seruitutē redigo, [p] ne fortè cū aliis prædicauerim, ipse [q] reprobus efficiar. [r] Nolo enim vos ignorare

† Accipit brauium. Oēs mortales I hoc mundo viuentes in stadio currimus, i. in hac breui vita, quæ est sicut ventus prę teriens in facie nobis, sed q præcurre-

rit, & legitime certauerit: coronabitur, & in gaudiũ domini sui intrabit, vnde Mat. xxv. dicitur, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

fratres, [s] qm̃ Patres nostri oẽs [t] sub nube fuerũt, [v] & oẽs mare trãsierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, [y] & oẽs eandẽ escã spiritualẽ mãducauerũt, & omnes eundẽ potum spiritualẽ biberunt. [z] Bibebant autem de spirituali, [a] consequẽte eos petra. [b] Petra autem erat Christus.

POSTILLA.

NEscitis quòd hi qui in stadio currũt, &c. Ante initiũ huius epist. scribit S. Paulus, dicens, Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnia autẽ facio propter Euang. vt particeps eius efficiar. Tũc sequitur epls. a [Nesci. quod hi qui in sta. cur.] Vbi nota, quòd tempus quod hodie ecclesia incipit, est tempus deuotionis & pœnitentiæ. In signum huius sancta mater Ecclesia in hoc sacro tẽpore in cãtu, lectionibus, & in matutinis nobis insinuat quòd à Deo sumus elõgati, & spiritualibus bonis spoliati propter inobedientiã Adæ & Euæ. Vnde Epist. & Euang. in hoc cõcordãt, quòd omnes depauperati sumus: tunc S. Matth. in Euãg. hod. inuitat nos ad laborãdũ in vinea Domini, vt dicemus. Et quia etiã à Deo elongati sumus: tunc S. Paulus in epist. hodi. proponit nobis cursum: vt ad brauiũ diuinę visionis redeamus, dicens, a [Fratres, nescitis quòd hi qui in sta. &c.] q. a omnes homines ad beatitudinem nituntur peruenire quocunq; diuerso tramite incedãt, vt dicit Boe. de Conso. Philosophiæ, lib. iiij. prosa ij. b [Sed vnus accipit brauiũ] i. prędmiũ cursus. Nota ꝙ stadiũ est spatiũ in quo pedites currũt, qđ Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autẽ vnũ stadiũ cxxv. passus. Et stadiũ dicitur à stando, quia tot passus currebat & postea stabat & respirabat. In fine huius spatij ponebatur aliquid qđ erat prędmiũ cursus: vt equus, vel purpureus pãnus, & hoc dicitur brauium. Et licet omnes in hoc stadio currãt: vnus tamẽ solus accipiebat hoc brauiũ, s. qui citiùs perueniebat. Sic in cursu spirituali vnus tantũ, s. perseuerãs accipit brauiũ: quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. c [Sic currite] s. per bona opera. d [Vt cõprehẽdatis] per brauiũ ęterni. e [Omnis eñ qui in agone] i. in pugna. f [Cõtendit] cũ aduersario. g [Ab omnibus se abstinet] s. quæ impediunt ipsum pro assecutione victoriæ. h [Et illi quidẽ, vt corrup. co. accipiãt, nos, &c.] Ly. q. d. Si hoc faciunt pro tẽporali prędmio, multò magis debemus hoc facere pro æterno præmio, abstinendo ab omnib[9] impedimẽtis nostræ salutis, exercitãdo nos in omnibus promotiuis. i [Ego igitur sic cur.] Gor. bonũ operãdo. k [Nõ quasi in incer.] Ly. quia S. Paulus certus erat de beatitudine futura per reuelationẽ diuinã. l [Sic pugn.] s. cõtra tentationes. m [Nõ quasi aërem ver.] i. nõ inaniter, sicut ille qui aërem percutit pro hoste. n [Sed casti. cor. meũ.] Gor. i. motus carnis illicitos reprimo. o [Et in ser. redi.] s. per operationẽ boni. p [Ne fortè cũ aliis prędica.] Ly. s. inducẽdo eos ad opera perfectiõis. q [Ipse re. effi.] Gor. i. à Deo reprobatus, qđ turpe esset. r [Nolo enim vos ignor.] Ly. sed diligẽter attẽdere. s [Quoniã patres nostri omnes] tam boni quã mali. t [Sub nube fue.] s. eos protegẽte ab æstu de die in diẽ, Exo. xiij. v [Et omnes mare transie. &c.] Ly. i. signũ baptismatis receperũt: quia trãsitus ille maris & protectio nubis figura fuit baptismatis. x [Et omnes ean. escã spi. mandu.] Ly. i. mãna qđ dicitur esca spiritualis: quia nõ virtute naturæ sed virtute diuinæ potẽtię fuit data de cælo. Et etiã fuit figura eucharistiæ quæ spiritualẽ hominẽ nutrit. y [Et omnes eundẽ potum spiritualẽ biberunt] s. aquam de petra eductã virtute diuina, quãdo Moyses bis percussit petrã Exo. xvij. z [Bibebãt autem de spirituali] i. potum datũ virtute Christi, qui figurabat aquã gratiæ per Christũ dãdã. a [Cõsequẽte eos petra.] Gor. quę vbiq; sequebatur eos. b [Petra autẽ erat Christus.] Vinc. nõ in re, sed in figura, de qua petra fluxit sãguis & aqua per apertionẽ lateris Christi in die parasceues.

Quid sit stadium & vnde dicatur.

Difficile est bene operari illis qui sunt in peccato mortali.

Figura baptismi.

QVAESTIO XXVI.

SVper verbis Epist. domin. in lxx. quæ habentur, j. Cor. ix. s. Omnes quidẽ currũt, i. ad beatitudinẽ nituũtur peruenire. oritur q. de beatitudine, Vtrum omnes homines appetãt beatitudinẽ? Arguitur ꝙ nõ, Augu. x. de Trinit. j. firmissimè nouimus amari nisi nota nõ posse, sed non omnes homines cognoscũt beatitudinẽ, quod patet, quia secundum Philosophũ, j. Ethic. c. vj. quidã posuerunt eam in voluptatib[9], quidã in diuitiis: quidã in honorib[9]. ergo nõ omnes appetunt beatitudinẽ. In oppositũ, ait Arist. iij. Topic. Maximũ bonũ omnes maximè appetũt, sed beatitudo est maximũ bonũ: ergo omnes homines maximè appetunt beatitudinẽ. Ad argum. dicitur, quòd quãuis non omnes nouerint beatitudinẽ in suo esse specialissimo, nec etiã speciali, tamen omnes nouerũt eã in esse suo generalissimo. Ad q. respõdendũ est secundũ Ric. de med. Vil. super iiij. Sẽ. di. xlix. ar. ij. q. j. ꝙ beatitudo põt dupliciter consyderari, s. in generali, inquantũ est bonũ quoddã sufficientissimũ, vel in speciali inquantũ cõsistit in clara Dei visione, & perfecta eius dilectione & gaudio, quod habetur de Dei bonitate prędsenti per clarã eius visionem & perfectã dilectionẽ: primo modo beatitudo est omnibus nota, quilibet enim scit quòd est bonũ & quòd est esse sufficientissimũ. Secundo modo non est omnibus nota, vnde nõ omnes eam appetunt: sed primo modo omnes appetũt, quia appetitus eius naturalis est. Animus enim naturaliter est capax beatitudinis: nulla autẽ creatura capax naturaliter alicuius boni est derelicta omni naturali inclinatiõe, appetere enim beatitudinẽ in generali naturale est homini ratione formæ & nõ ratione mate-

riæ: quia illud quod est naturale ratione materiæ, non oportet quòd omnibus conueniat in eadem specie: quia res non reponuntur in specie per materiam, sed per formam: & ideo illud quod naturaliter conuenit alicui ratione formæ: conuenit omnibus in eadem specie: esse enim homines ratione formæ conuenit omnibus hominibus, quare appetere beatitudinem in generali naturale est homini.

Domini. in Sexagesima, ij. ad Cor. xj c.

Libenter suffertis insipiẽtes Sapientes viri animo prudenti insipientiã virorũ indoctorum patienter si non nocet, sufferre debent, & iniquos indoctósque vias, i. pręcepta Domini edocere: vnde Dauid psal. L. Docebo iniquos vias tuas.

FRatres,[a] libenter[b] † suffertis[c] insipientes,[d] cum sitis ipsi[e] sapientes.[f] Sustinetis enim[g] si quis vos[h] in seruitutem redigit,[i] si quis deuorat,[k] si quis accipit,[l] si quis extollitur,[m] si quis in faciem vos[n] cædit. Secundùm ignobilitatem dico,[o] quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.[p] In quo quis audet, in insipientia dico,[q] audeo & ego.[r] Hebræi sunt,[s] & ego.[t] Israelitæ sunt,[v] & ego.[x] Semen Abrahæ sunt,[y] & ego.[z] Ministri Christi sunt,[a] & ego:[b] vt minùs sapiens dico[c] plus ego.[d] In laboribus plurimis,[e] in carceribus abundantius,[f] in plagis supra modum,[g] in mortibus frequenter.[h] A Iudæis quinquies[i] quadragenas,[k] vna minus[l] accepi.[m] Ter virgis cæsus sum,[n] semel lapidatus sum,[o] ter naufragium[p] feci, nocte & die in profundo maris fui.[q] In itineribus sæpè,[r] periculis fluminum,[s] periculis latronum,[t] periculis ex genere,[v] periculis ex gentibus,[x] periculis in ciuitate,[y] periculis in solitudine,[z] periculis in mari,[a] periculis in falsis fratribus.[b] In labore[c] & ærumna,[d] in vigiliis multis,[e] in fame & siti,[f] in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus[g] sunt,[h] instantia mea quotidiana,[i] solicitudo omnium ecclesiarum.[k] Quis infirmatur,[l] & ego nõ infirmor?[m] Quis scandalizatur,[n] & ego non vror?[o] Si[p] gloriari oportet,[q] quæ infirmitatis meæ sunt,[r] gloriabor.[s] Deus & pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula quòd non mentior.[t] Damasci præpositus gentis Aretę regis custodiebat ciuitatem Damascenorum,[v] vt me comprehenderet,[x] & per fenestram in sporta demissus sum per murum,[y] & sic effugi manus eius.[z] Si gloriari oportet[a] non expedit quidem.[b] Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. Scio hominem[c] in Christo ante an. xiiii.[e] (siue in corpore,[f] siue extra corpus[g] nescio deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum.[h] Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, quoniam raptus est in Paradisum,[i] Et audiuit[k] arcana verba[l] quę nõ licet[m] homini loqui.[n] Pro huiusmodi[o] gloriabor,[p] pro me autem nihil,[q] nisi in infirmitatibus meis.[r] Nam etsi voluero gloriari,[s] non ero insipiens.[t] Veritatem enim dicã. Parco autem[v] ne quis existimet me[x] supra id quod videt in me,[y] aut audit aliquid ex me.[z] Et ne magnitudo reuelationum[a] extollat me,[b] datus est mihi stimulus[c] carnis meæ angelus satanæ[d] qui me colaphizet.[e] Propter quod ter Dominum rogaui vt discederet à me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.[f] Nam virtus in infirmitate perficitur.[g] Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis,[h] vt inhabitet in me virt[us] Christi.

Præceptũ ieiunii est affirmatiuum, quia nõ obligat ad semper.

Persius pœma satyra dicit, Nec te quæsieris extrà.

POSTILLA.

LIbenter suffertis insipientes, &c. Ante initium huius Epist. scribit S. Pau. dicens, Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Nõ est ergo magnum, si ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiæ. Tunc sequitur epist. hodier. & præsens epist. & euangel. hodier. in hoc concordant, quia euang. dicit de seminatore, qui exiit seminare semen suum: sic etiam episto. dicit de prædicatore, s. S. Paulo qui semen verbi Dei seminauit per totum mundum, sicut patet in collecta de S. Paulo, Deus qui vniuersum mũdum beati Pau. prædicatione docuisti: da nobis quęsumus, &c. a [Fratres, libenter suffertis insipientes, &c] Pro intellectu huius epist. notãdum est, quòd tempore apostolorum erant quidã pseudoapost. qui gloriabantur & iactabant se esse Iudęos natione, & de semine Abrahę descendisse. Et hoc faciebant vt per hoc in maiori authoritate haberentur, & eorum falsæ doctrinę magis crederetur. Et nitebantur Corinthios à libertate Euangelij reducere ad obseruantiam legis Mosaicæ. Et ipsi Corinth. sufferebant eos & eis beneficiebant. Et eos Apostolo præferebant, minus reputantes Apostolum quàm illos: &

de hoc apostolus eos reprehēdit in hac epist.& ostēdit quomodo habeat maiorē materiā gloriandi quā isti,si expediat. Et in præsenti epist. enumerat Apostolus plurima martyria sua, & beneficia,& opera bona facta pro vtilitate ecclesiæ, & etiam enumerat plurima quæ passus est pro fide & nomine Iesu Christi. Et hoc Apostolus faciebat vt illorū pseudoapostolorū falsitatem repelleret, & maiorē fructū faceret ad Dei laudem & fideliū salutē:propter quod sua gloriatio erat virtuosa,illorū autē vitiosa: vnde dicit fratres,Vin.i.fratres Cor.b[Libēter sustinetis]i.sustinetis patienter.c[Insipiētes.]i.falsos apostolos de falsis falsè gloriātes,quod proprium est insipientium.d[Cùm sitis ipsi]i. esse debētis.e [Sapiētes.]quòd talibus falsis apostolis & seductoribus non creditis. f[Sustinetis enim si quis.] Ly.pseudoapostol.g[Vos.]s.à seruitute Christi & euāgelij.h [In seruitutem redigit.]i.in obseruantiā legis,dicentes debere eos seruare legalia cū euāgelio.i[Si quis deuorat.] Ly.quia de bonis Cor.autē viuebāt. k[Et si qs accipit bona vestra.]decipiēdo vos falsis & mēdacibus verbis.l[Si quis extollitur.]quia pseudoapostoli iactabāt se super Cor.dicē.se filios Abrahæ.Corint. autē filios gētiliū idololatriæ deditorū & incircuncisorū.m[Si quis vos in faciem cædit.]Go.in præsentia vos vituperat improperādo,s.vobis genus, ꝙ sitis gētiles. vnde Amb. In faciem cæditur, cui iniuria irrogatur. n[Secūdū ignobilitatē dico]Go.quā vobis obiiciunt quidā Iudæi de semine Abrahæ se iactantes,& vos spernātes tanquā ignobiliores ipsis. o[Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.]impotentes gloriari de generis nobilitate,sed nō sumus.p[In quo quis audet in insipiētia dico.] Gor. quia æstimat seipsum iactare & laudare. q[Audeo & ego.]i.audere possum & ego.r[Hebræi sunt.]Ly.i.de lingua & natione Hebraica gloriātur.s [Et ego.]s.sum sicut & ipsi sunt.t[Israelitę sunt.]i.gloriātur ꝙ de patriarcha Iacob descēderūt.v[Et ego]similiter discēdi.x [Semē Abrahę sunt.]cuius semini factę sunt repromissiones.y [Et ego]s. sum de eodē genere:& ideo de omnibus istis possum gloriari. z[Ministri Christi sunt.]i.dicunt se esse ministros Christi. a[Et ego.]s.sum similiter. b [Vt minus sapiens dico.]quia nō est hominis sapiētis seipsum laudare:& per hoc ostendit se coactum in laudem suā ꝓrupisse. c[Plus ego.] s.sum minister Christi quā ipsi. Hoc patet ex eo, quia plura passus sum propter ministerium Christi.Tūc enumerat dicēs,d[In laborib⁹ plurimis]quā ipsi. e[In carceribus abundantius.]Lyr.propter prædicationē Euangelij. f [In plagis supra modum.]i. vltra mensuram aliorum. g [In mortibus frequenter.]i.in periculis mortis fui. g [A Iudæis quinquies.]i.quinq; vicibus.i[Quadragenas.] s.persecutiones vel plagas.k[Vna min⁹.]hoc est trigintanouem.l [Accepi.]Præceptū enim erat in lege Deute. xxv. si eū qui peccauerat dignū viderent plagis prosternerent eū ante se & coram se facerent verberari,& pro mensura peccati erat & modus plagarum, ita duntaxat vt quadragenarium numerū non excederent.Ne igitur immisericordes viderētur subtrahebāt minus quod poterant,s. vnam plagam. m [Ter virgis cęsus sum.]sed hoc à gētilibus pass⁹ est. n[Semel lapidatus sum]à Iudæis. Act.xiiij. Lapidantes Paulū traxerunt eum extra ciuitatē, existimantes eum mortuum esse. o [Ter naufragiū feci.]i.pertuli.p[Nocte & die in profundo maris fui.] Ly. s. ad diuersas partes terræ & insulas nauigādo propter prędicationē euāgelij. Alij exponūt dicentes,quòd naufragiū passus stetit sub aqua per diē & noctē virtute Dei ipsum protegēte.q[In itineribus sæpè]propter prædicationē euāgelij.r[Periculis fluminum.] Ly. in hyeme inundātiū:& sic sunt magna pericula in trāsitu aquarū.s[Periculis latronū]diabolo eos cōcitante contra Paulū,vt prædicatio verbi Dei & salus animarū impediretur.t[Periculis ex genere.]supple meo,i.à Iudæis volētibus Paulū occidere: eò quòd lege eorū deserta,ad Christū se conuertit.v [Periculis ex gētibus.]Lyr. i. gentilibus mortē eius quęrētibus. quia cōtra idololatriā prędicabat,& sic nec inter suos,nec inter alienos securus fuerat. x[Periculis in ciuitate.]Ly.sup.commota cōtra me. y [Periculis in solitudine.] Ly.à bestiis occurrentibus.z [Periculis in mari.] à pyratis & naufragiis.a[Periculis in falsis fratribus.]Ly.quod est periculosius: quia nulla pestis efficacior est ad nocendum:quam familiaris inimicus. b[In labore.] sup.manuali. c [Et ærumna.] i.in paupertate.d[In vigiliis.] multis propter laborem manualem & etiam orationem.e [In fame & siti,in ieiuniis multis,in frigore & nuditate.]qa nō habebat quandoq; sufficientē victū & amictū.f[Pręter illa quæ extrinsecus sunt.]Ly.ꝑter illa mala iam enumerata, quæ me exterius affligunt.g[Sunt alia quæ affligūt me.] interius, s.h[Instantia mea quotidiana.]Gor.quæ nec vna hora remittitur.i[Solicitudo omnium ecclesiarum.]Ly.incumbebat enim sibi quotidie regimen ecclesiarum in magna affectione mentis,ideo subditur.k[Quis infirmatur.]Ly.in fide & moribus.l[Et ego non infirmor?] dolens de malo eius,s.q.d.Nullus.m [Quis scandalizatur.] Ly.s.ruēs in peccatum exemplo alterius. n[Et ego non vror.]per compassionē.q.d.Nullus.o[Si.]pro quia.p[Gloriari oportet]qa oportebat Paulum sic facere ad expellendū iactantiam & superbiam pseudo apostolorū.q [Quæ infirmitatis meæ sunt.]Lyr.i.quę pertinent ad infirmitatem meā.r [Gloriabor.] hoc dicit cōtra falsos apostolos, qui de nobilitate generis gloriabantur. s [Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi scit, &c.] Tunc hic consequenter enumerat mala quæ euasit. Dum enim pergeret Damascum ad persequendum Christianos miraculosè fuit conuersus, & post baptismum intra

Pyratæ sunt latrones maris

Vbi fit infirmitas animæ.

Deus Pater Christi quantū ad æternā generationē.

intrauit synagogam, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, propter quod suaserunt præposito ciuitatis, vt caperetur & occideretur: vt habetur Act. ix. ergo dicit, r[Præpositus gentis, &c.] i. custodire fecit per homines armatos. v[Vt me comprehend.] Ly. vt traderer Iudæis ad occidendum. x[Et per fenestram, &c.] s. à Christianis. y[Et sic effugi, &c.] Si pro quia. z[Gloriari oport. me.] commendando propter pseudoapost. a[Non expedit quidem] propter me, licèt expediat propter vestram vtilitatem. b[Veniam autem ad visiones, &c.] Gor. de se tanquam de alio loquitur in sui commēdationem, vt vitet iactantiam. c[In Christo.] manentē per gratiam: & sibi vnitum per fidem & charitatem. d[Ante annos xiiij.] ot enim anni fuerunt inter visionem & narrationem. Ex quo apparet hoc eum narrare non ex iactantia: sed ex necessitate propter vtilitatem. e[Siue in corp.] Gor. s. manente anima. f[Siue extra corpus] assumpta. n[Nescio, Deus scit raptum, &c.] i. empyreum.

De raptu Pauli. Creditur raptus iste fuisse in sua conuersione, quando fuerat tribus diebus & tribus noctibus nec comedens nec bibens. h[Et scio huiusmodi hominem, &c.] Gor. in eam trāquillitatem quā fruuntur illi qui sunt in cælesti Ierusalem. i[Et audiuit.] i. percepit. k[Arcana verba.] de Dei essentia. l[Quæ non lic.] i. non est possibile. m[Homini loqui.] i. verbis explicare. n[Pro huiusmodi.] s. visionibus. o[Gloriabor.] & rectè. p[Pro me autem nihil.] Lyr. à me nullam habeo materiam gloriandi. q[Nisi in infirmitatibus meis.] i. tribulationibus meis quas patior quæ sunt gloriæ acquirendæ. r[Nam & si voluero gloriari.] Ly. de donis mihi à Deo datis. s[Non ero insipiens.] quia hoc non facio inaniter & sine causa. t[Veritatem enim dicam. Parco autem.] Lyr. i. Parcè me laudo. v[Ne quis existimet me.] s. gloriari inaniter. x[Supra id quod videt in me.] i. in conuersatione mea. y[Aut audit aliquid ex me.] id est, in doctrina mea.

De donis in Paulo latentibus. Multa enim dona Dei latebant in Apostolo: quæ non manifestabat nisi prout & quantùm ad Dei gloriam, & fidelium salutem expediebat. z[Et ne magnitudo reuelationum] diuinarum. a[Extollat me.] scilicet, in superbiam. b[Datus est mihi stimulus carnis meæ.] Gor. id est, tentatio libidinis. c[Angelus Satanæ.] id est Angelus malignus missus à Satana ad meam subuersionem. d[Qui me colaphizet.] id est, me affligat. e[Propter quod ter Dominum rogaui vt discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.] Lyr. quasi dicat, Non est tibi necessarium vel vtile quòd ad te discedat tentatio carnis. f[Nam virtus in infirmitate perficitur.] Gorr. quia dum certat & vincit roboratur & augetur. g[Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis.] Gorr. non in vna tantum, sed pluribus. h[Vt inhabitet in me virtus Christi.] id est, gratia in me non consumatur, sed perficiatur.

Duplex est necessariū simpliciter & conditionatū. Thom. ii. parte.

QVAESTIO XXVII.

Super verbis Epist. domin. in lx. quæ habentur ij. Corin. xj. s. Libenter suffertis insipientes. oritur q. de insipientia siue stultitia, Vtrum stultitia sit peccatum? Arguitur quòd non: omne peccatum, est voluntarium: sed stultitia non est voluntaria, ergo non est peccatum. In oppositum, Prouerb. j. Prosperitas stultorum perdet eos: sed nullus perdetur nisi pro peccato, ergo stultitia est peccatum. Ad argumentum dicitur, quòd quamuis stultitiam nullus velit: vult tamen ea ad quæ consequitur esse stultum, scilicet, abstrahere sensum suum à spiritualibus, & immergere terrenis, & etiam idem contingit in aliis peccatis: nam luxuriosus vult delectationem sine qua non est peccatum, quamuis simpliciter non velit peccatum, vellet tamen frui delectatione sine peccato. Ad quæstionem respondēdum est secundùm Tho. ij. ij. dist. lxvj. quòd stultitia importat quendam stuporem sensus in iudicando, & præcipuè circa altissimam causam quę est finis vltimus, & summum bonum, circa quod aliquis participat stuporem in iudicando dupliciter: vno modo ex dispositione naturali, sicut patet de amentibus, & talis stultitia non est peccatum. Alio modo inquantum immergit homo sensum suum rebus terrenis, ex quo redditur sensus eius ineptus ad percipiendū diuina: & talis stultitia est peccatum.

Domin. in Quinquag. j. ad Cor. xiij c.

FRatres, [a] si linguis hominum loquar [b] & Angelorum, [c] charitatem autem non habeam factus sum velut æs sonans [d] aut cymbalum tinniens. [e] Et si habuero prophetiam, [f] & nouerim mysteria omnia, [g] & omnem scientiam: [h] & si habuero omnem fidem [i] ita vt montes transferam, [k] charitatem autem non habuero † nihil sum: [l] & si distribuero [m] omnes facultates meas [n] in cibos pauperum [o] & tradidero corpus meum [p] ita vt ardeam, [q] charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. [r] Charitas patiens est, [s] benigna est. [t] Charitas non æmulatur, [v] non agit perperam, [x] non inflatur, [y] non est ambitiosa, [z] non quærit quæ sua sunt, [a] non irritatur, [b] non cogitat malum, [c] non gaudet super iniquitate [d] congaudet autem veritati, [e] omnia suffert, [f] omnia credit, [g] omnia sperat, [h] omnia sustinet. [i] Charitas autem nunquam excidit. [k] Siue prophetiæ [l] euacuabuntur, [m] si-

Charitatē autem non habuero. Si homo mortalis in charitate omnes virtutes habere posset: & charitatē non haberet, cæteras haberet, ad cælestē vitam nihil prodest quia charitas est forma omnium aliarum virtutū & in

ipsa omnes boni actus, & sine ipsa nihil boni fieri potest. vñ de pœ. dist. ii. charitas est vt ibi videtur, recta volūtas ab omnibus terrenis & præsentibus prorsus auersa. & infra, Summa actionũ bonorum, salus morũ, finis cælestium præceptorum mors criminum, vita virtutũ.

ue linguæ cessabunt, [n] siue scientia [o] destruetur. [p] Ex parte enim cognoscimus, [q] & ex parte prophetamus, [r] Cùm autem venerit quod perfectum est, [s] euacuabitur quod ex parte est: [t] cum essem paruulus, [v] loquebar vt paruulus, [x] sapiebam vt paruulus, [y] cogitabam vt paruulus. [z] Quando autem factus sum vir, [a] euacuaui quæ erant paruuli. [b] Videmus nunc [c] per speculum in ænigmate, [d] tunc autem [e] facie ad faciem. [f] Nunc cognosco [g] ex parte, [h] tunc autem [i] cognoscam sicut [k] cognitus sum: [l] nunc autem, [m] manent fides, [n] spes [o] charitas: tria hæc, [p] maior autem horum est charitas.

POSTILLA.

SI linguis hominum loquar, & Angelorũ, &c. Ante initium huius Epist. scribit S. Pau. dicens, Si quid patitur vnum membrum compatiũtur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Tunc sequitur epist. hod. a [Fratres] Si linguis hominũ loquar. Apost. in hac epist. maximè commendat charitatem Dei & proximi. Vnde Epist. & Euangel. concordant: quia Euangelium dicit de passione Christi, quomodo est traditus, consputus, flagellatus, crucifixus, in quibus omnibus nobis ostendit suam maximam charitatem. Ioan. xv. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Similiter in epist. hod. Apost. Paul. ostendit nobis vtilitatem charitatis dicens, a [Si linguis hominum loquar.] Gorr. i. omnium hominum per donum linguarum. b [Et Angelorum.] s. quod plus est. c [Charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans.] s. aliis seruiens, & seipsum destruens. d [Aut cymb. tinniens] s. alios delectãs & seipsum consumens. e [Et si habuer. &c.] Gor. qua occùlta diuina manifestantur & reuelãtur. f [Et nouerim, &c.] i. occulta veter. & noui Test. g [Et omnem scient.] s. diuinam & humanam. h [Et si habuero, &c.] s. tam perfectam, i [Ita vt montes transf.] virtute fidei de loco ad locum. k [Charitatem autem, &c.] Ly. quantum ad esse gratiæ. l [Et si distribuero.] i. pluribus diuisero. m [In cibos pauperum.] non in conuiuia diuitum. n [Omnes facultates meas.] non alienas. o [Et si tradid. corp. meum.] Gorr. voluntariè ad martyrium. p [Ita vt ardeam.] i. ad comburendum, sicut B. Laurent. quod est acerbissimum martyrium. q [Charitatem autem, &c.] ad vitam æternam. r [Charitas patiens est.] Ly. i. facit patientiam in malis sustinendis, s [Benigna est.] i. facit benignitatem in bonis operandis, t [Charit. non æmul.] non inuidet. v [Non agit perperam.] i. peruersè, i. impediendo bona ne fiant. x [Non inflatur.] contra proximum, etiam si prosperè succedat sibi. y [Non est ambit.] i. aliis non vult præponi. z [Non quærit, &c.] tantùm, sed etiam quæ aliorum sunt procurat. a [Non irritat.] Gorr. i. non prouocatur ad iram vel vindictam propter iniurias sibi illatas. b [Non cogitat malum.] i. non permittit hominem cogitare qualiter perficiat malum in opere. c [Non gaud. sup. iniq.] sed potius dolet: si videt aliquem peccare. d [Congaudet autem veritati.] i. verbis veritatis, e [Omnia suffert.] Ly. infirmitates proximi superando. f [Omnia credit] s. quæ diuinitùs sunt tradita. g [Omnia sperat] s. diuinitus promissa. h [Omnia sustinet] Ly. per longanimitatem patienter expectando promissa. i [Charitas nunquam excidit.] nec in hoc seculo nec in futuro, sed potius augmentabitur k [Siue prophetiæ.] s. futurorum. l [Euacuabuntur.] in futuro: quia omnia erunt præsentia. m [Siue linguæ cessabunt.] in futuro, quando non erunt diuersæ sicut iam, sed omnes vna & eadem lingua laudabunt Deum. n [Siue scientia.] s. acquisita, o [Destruetur.] quantùm ad actum ratiocinandi. p [Ex parte enim cognoscimus.] Gorr. imperfectè cognoscimus Deum, propter imperfectionem intellectus & tenebrositatem præsentis status. q [Ex parte prophetamus.] i. imperfectè futura prædicimus. r [Cùm autem venerit quod perfectum est.] futura beatitudo. s [Euacuabitur quod ex parte est, quod imperfectum est.] s. scientia prophetica & fides. Et iam dicta Apost. declarat per simile, de statu puerili imperfecto: qui cessat adueniente statu virili perfecto: ergo dicit, t [Cum essem paruulus.] s. ætate, v [Loquebar vt paruulus.] imperfectè more pueri balbutientis. x [Sapiebam vt paruulus.] res humanas. y [Cogitabam vt paruulus.] s. vana & inutilia. z [Quando autem factus sum vir, &c.] Gor. perfectæ ætatis a [Euacuaui quæ sunt paruuli.] Vin. s. in loquendo, cogitando, sapiendo. b [Videmus autem.] i. in præsenti Deum. c [Per speculum in ænigmate.] i. obscurè, hoc est per creaturas: quia in magnitudine potentiam, in pulchritudine sapientiam in vtilitate bonitatem. d [Tunc autem.] i. in futura beatitudine. e [Facie ad faciem] Ly. i. clarè & nudè videbimus diuinam essentiam. f [Nunc cognosco.] s. Deum. g [Ex parte.] imperfectè & obscurè. h [Tunc autem.] i. in futuro. i [Cognoscam] perfectè & præsentialiter Deum. k [Sicut cognitus sum.] id est, præuisus cognoscere. l [Nunc autem.] id est, tempore vitæ. m [Manent fides:] in rationali. n [Spes.] in irascibili. o [Charitas.] in concupiscibili. p [Tria hæc: maior autem horum est charitas.] Gorr. quia cæteris decedentibus permanebit.

QVAESTIO XXVIII.

SVper verbis Epist. dominic. in l. quæ habentur j. ad Cor. xij. s. charitas non gaudet super iniquitate, oritur q. de charitate, Vtrùm pecca-

tores sint ex charitate diligẽdi. Arguitur quod dicitur in psal. Iniquos odio habui, & legẽ tuã dilexi. Dauid pfectam charitatẽ habebat, ergo ex charitate magis sunt odiẽdi peccatores, quã diligẽdi. In oppositũ, Aug. dicit in primo de Doctrina Christiana, q cũ dicitur, Diliges proximũ tuũ: manifestũ est omnẽ hoĩem proximum esse deputandũ: sed peccatores nõ desinũt esse homines: quia peccatũ nõ tollit naturam: ergo peccatores sunt ex charitate diligendi. Ad arg. dicitur q iniquos propheta odio habuit, inquãtùm iniqui sunt, habens odio iniquitatem ipsorum, quod est ipsorum malum, & hoc est perfectum odiũ, de quo ipse dicit, perfecto odio oderam illos: eiusdem autẽ rationis est odire malum alicuius, & diligere bonũ eius, vnde etiam illud odiũ ad charitatem pertinet. Ad q. respondendũ est secundũ Tho. ij. ij. q. xxv. q in peccatoribus duo possunt cõsyderari, s. natura & culpa, secundũ naturã q dẽ quã à Deo habẽt capaces sunt beatitudinis sup cui⁹ cõicatione charitas fundatur: & ideo secundùm naturã suam sunt ex charitate diligẽdi, sed culpa eorũ Deo cõtrariatur & est beatitudinis impedimẽtum: vnde secũdum culpã quæ Deo aduersatur sunt odiendi quicunq; pctõres: etiã pater & mater & ppinqui: debem⁹ enim pctõres odire vt peccatores, sed diligere vt hoĩes, qa sunt beatitudinis capaces, & hoc est eos ex charitate diligere propter Deũ ad quem omnia sunt referẽda.

Feria iiij. Cinerum, Lect. Ioel ij.

HÆc dicit Dominus Deus, aCõuertimini ad me in toto corde vestro, bin ieiunio, & fletu, & plãctu. c Et scindite corda vestra, d& nõ vestimẽta vestra, e& cõuertimini ad Dominum Deũ vestrũ, f quia benignus g& misericors est, hpatiens, i& multę misericordiæ, k& præstabilis super malitia. lQuis scit si cõuertatur & ignoscat Deus, m & relinquat post se benedictionẽ? nSacrificiũ & libamẽ domino Deo nostro. o Canite tuba in Sion, p sanctificate ieiuniũ, q vocate cœtum, cõgregate populũ, sanctificate Ecclesiã, coadunate senes, cõgregate paruulos & sugẽtes vbera. r Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. s Inter vestibulum t & altare v plorabũt sacerdotes ministri Dei dicentes, x Parce Domine, parce populo tuo, y & ne des hęreditatem tuã z in opprobriũ, a vt dominentur in eis nationes. b Quare dicũt in populis, Vbi est Deus eorũ? c Lætatus est Dominus super terrã, pepercit populo suo. Et respõdit Domin⁹ & dixit populo suo, d Ecce ego mittã vobis frumẽtũ & vinũ & oleũ, & replebimini in eis e & nõ dabo vos vltra ĩ opprobriũ gẽtib⁹, dicit Dñs oĩpotens.

Conuertimi. ad me Si quis ad dominum conuerti vult & peccata sua plangere toto corde in fletu conterẽdo conuertatur & peccata suapenitus relinquat & dimittat: quia q mittit manum ad aratrũ & inde retro, aspicit nõ est Christo dignus de his habetur de pœ. dist. i. Perfecta pœnitentia coget peccatorẽ omnia libẽter suf-

ferre: s. cor de cũ contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas.

POSTILLA.

IN prima parte huius ca. Ioel Proph. prædixit desolatoria Iudæorũ populi & vrbis eorum capitalis quæ erat Ierusalem. Hic autẽ incipit denũciare consolatoria. Et quia actus actiuorum sunt in patiẽte prædisposito. Ideo primò inducit populum ad debitam dispositionẽ. Secũdò denuntiat diuinam consolationẽ ibi, Zelatus est. Debita verò dispositio ad perceptionẽ diuinæ cõsolationis est veritas pœnitentię & cõtritionis. Mat. v. Beati qui lugẽt quoniã ipsi consolabuntur, ideo dicitur in persona domini, a[Conuertimini ad me, &c.] i. veraciter & integraliter. b[In ieiunio & fle. & plã.] carnem affligendo: vt spiritus ad Deum eleuetur. c[Et scindite corda vestra.] s. malas cogitationes rescindendo. d[Et non vestimenta vestra.] Mos enim erat Iudæis in tristitia positis sua scindere vestimẽta vt patet in pluribus locis ve. Test. sed hoc parũ valet aut nihil: nisi scissio cordis modo dicto. e[Et conuer. ad Dom.] eius misericordiam implorãdo. f[Quia benignus,] in effectu. g[Et misericors est.] in affectu. Dicitur enim misericors qui miseriã alterius corde accipit ad releuãdã. h[Patiens.] conuersionẽ peccatorum expectando. i[Et multæ misericordiæ.] circa condignũ puniẽdo. k[Et præstabilis.] peccata condonando. l[Quis scit si conuertãtur & ignoscat Deus.] Spiritussanctus enim tangit corda prophetarum secundùm suũ arbitrium plus & minus. Et ideo aliquando per eos denũtiat sic pœnas futuras, q licet tũc sint certi quòd talis reuelatio est à Deo, tamen adhuc ignorant aliquando vtrùm sit prophetia prædestinationis, quæ semper impletur, vel solùm comminationis quę propter pœnitentiam impeditur. Sicut Ionas dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et tunc ignorauit quòd hoc esset impediendum propter pœnitentiam Niniuitarum. Et sic iste propheta de plagis suprà positis ignorabat. Et ideo verbum istud, Quis scit, &c. non dicitur in persona Domini qui certitudinaliter cognoscit omnia futura. Sed in persona prophetę. m[Et relinquat post se benedictionem.] i. suam gratiam in beneficiis spiritualibus & temporalibus. n[Sacrificium & libamẽ domino Deo nostro] subintelligatur fiat ad placandum iram suam. o[Canite tuba in Sion] ad Populi conuocationem. p[Sanctificate ieiunium.] per carnis mortificationem. q[Vocate cœtũ, &c.] scilicet omnes vtriusque sexus

Misericordia dicitur in Deo quãtùm ad effectũ, quia est quædã passio, tamen nõ dicit in Deo quantũ ad affectum.

Quomodo ieiuniũ est sanctificandum.

& ætatis: vt ex cõmuni afflictione & deprecatione citius placetur Deus. Et hoc modo fecerunt Niniuitæ: vt habetur Ionæ iij. c. r[Egrediatur sponsus, &c.] quasi dicat, Nõ est tempus vacandi amplexibus, sed luctibus. s[Inter vestibulum.] s. templi. t[Et altare.] s. holocausti. v[Plorabunt sacerdotes.] cum lachrymis & deuotè deprecantes. x[Parce domine parce populo tuo.] à pœna quam demeruit pro suo peccato. y[Et ne des hæreditatem tuam] i. Iudæam quæ dicitur Dei hæreditas ratione suprà dicta & capitulo primo. z[In opprobrium.] s. seruitutis gentibus alienis. Ideo subditur, a[Vt dominentur eis nationes.] ex hoc patet quod supradictũ est, s. quod Ioel non solùm prophetauerat de vastatione terræ per erucam & bruchum, &c. vt dicit Ra. Sa. quæ non habent dominium super homines: sed etiã, de vastationibus futuris super quatuor regna, de quibus in pluribus locis sacræ Scripturæ fit mentio quæ successiuè acceperunt dominium in Iudæa. b[Quare dicũt in populis: vbi est Deus eorum.] Sic enim dixerũt gentiles post vastationem Iudæorum, derisoriè insultantes quòd Deus eorum non poterat eos saluare. c[Lætatus est dominus.] Hic cõsequenter propheta prædicit diuinã consolationem: & primò quantùm ad multiplicationem in bonis: secundò quantum ad vltionem de inimicis ibi, Verùm quid mihi. Prima diuiditur in duas partes. Primò pręmittit bona tẽporalia secundò spiritualia vt ex sensibilibus ad intelligibilia deducãtur. Secunda ibi, Et erit. Circa primum pro vastatione terræ nascentium per erucam & bruchum, &c. denũtiat fertilitatem fructuum loquens in persona domini, & dicit. d[Ecce ego mittam vobis frumentum.] Dicit enim Ra. Sa. ꝙ post illam famem quæ fuit tempore Ioræ, secuta est adeò magna fertilitas propter quod mulier quæ cũ filio peregrinata fuerat in terra Philisthinorum de cõsilio Elisei reuersa est in Iudæã fame trãsacta, iiij. Reg. viij. e[Et non dabo vos vltrà in opprobrium gentibus.] Tempore enim illius famis multi rogabant exire de illa terra & sustinere opprobria in terra aliena. Sciendum tamen quòd per ly vltrà non intelligitur perpetuitas: sed aliqua temporis longitudo, sicut diffusiùs dicitur super illud Isaiæ ij. Non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur vltrà ad prælium. Hæc sufficiant pro præsenti litera.

Peccatum mortale obligat hominem ad pœnã æternam ex parte illius in quẽ fit peccatum & Dei qui est infinit⁹ & ex parte peccantis: quia si semper vixisset, semper peccasset.

QVAESTIO XXIX.

SVper verbis Epistolæ quartæ feriæ Cinerũ, quæ habentur Ioel ij. s. Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, oritur quæstio de ieiunio, Vtrũ gula frangat ieiuniũ? Arguitur ꝙ non: dissolutè loqui, & ludere cũ iuuenculis magis excitat carnalem concupiscentiã quàm gula. Sed tales non frangunt ieiunium: ergo nec gulosi. In oppositum: habetur dist. xlj. Delitiæ viles cibi appetẽter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Sed quod abstinentiæ profectũ impedit, frangit ieiuniũ: ergo gula quæ est immoderata sumptio cibi frangit ieiunium. Ad argumentum dicitur ꝙ quamuis dissolutè loqui & ludere cũ iuuenculis multùm incitet carnalẽ concupiscentiam: hoc tamen non est per illum modum per quẽ incitat gula, quia gula incitat multiplicando materiam luxuriæ. Sed ludere cum iuuenculis, & dissolutè loqui, incitat per pręsentiam delectationis. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardũ de media Villa, iiij. Sen. dist. xv. ar. ij. q. vj. quòd triplex est ieiunium. Vnum est ab iniquitatibus abstinere & ab illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectũ ieiunium. De conse. dist. v. c. ieiuniũ, & illud soluitur per quodcunque peccatum mortale. Aliud quod est actus virtutis abstinentiæ. De quo dicitur, distinctione x. c. sit tibi quotidiana. & hoc ieiunium frangitur per gulam quæ est mortale peccatum. Tertium est ieiunium institutum ab ecclesia: & hoc ieiuniũ frangitur per quamlibet gulam, quæ est peccatũ mortale inquantùm includitur bonũ, quod est necessarium ad actum virtutis, id est abstinentiæ & inquãtum ad statum ecclesiæ frangitur per gulã quæ fit comedẽdo plus quam semel vel cibos ieiunantibus interdictos & præueniendo tempus.

Feria quinta post Cineres, Lectio Isaiæ xxxviij. capit.

IN diebus illis, a ęgrotauit Ezechias vsque ad mortẽ: & introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta: & dixit ei, Hęc dicit Dominus, b Dispone domui c tuę, quia morieris tu & nõ viues: d & cõuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit, e Obsecro Domine memẽto quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis fecerim: & fleuit Ezechias fletu magno. f Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens, Vade & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. g Ecce ego adijciam super dies tuos, h quindecim annos, & de manu Regis Assyriorũ eruam te & ciuitatẽ istam, & protegã eã: i ait Domin⁹ omnipotẽs.

POSTILLA.

IN diebus illis, &c. scilicet post liberationem Ezechiæ ab hoste. Hic cõsequenter ponitur eius liberatio ab infirmitate. Circa quod primò po-

nitur eius mirabilis sanatio. Secundò, reprimitur ex hoc insurgens elatio. Sed hoc habetur in cap. sequenti. Prima diuiditur in tres: quia primò denuntiatur sanatio. Secundò interponitur Ezechiæ oratio: ibi scriptura. Tertiò, sanationis executio. ibi, Et iussit. Prima in duas, quia primò sanatio nuntiatur. Secundò, ad hoc signum mirabile datur, ibi, Hoc autem. Circa primum præmittitur infirmitas. Secundò, nuntiatur sanitas, ibi, Et factum est. Vnde hæc præsens epistola continebit tantùm istam particulam sequentem. Circa primum dicit, a [In diebus illis, ægrotauit, &c.] s. taliter quòd non poterat curari per naturam. Dicunt aliqui quòd hoc contigit ex eo quòd non reddiderat gratias Domino sufficienter de persecutione exercitus Sennacherib. Sed hoc improbat Rabb. Salo. per hoc quòd Isaias sibi dixit postea, Et de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam. Ex quo videtur, quòd illa persecutio exercitus fuit post infirmitatem Ezechiæ, & non antè: propter quod dicit hoc ei accidisse eò quòd noluerat vxorem accipere: quod tamen facere tenebatur, vt linea Dauid in Regno per ipsum continuaretur, propter quod conualescens accepit vxorem, de qua genuit Manassen. Et huic dicto concordare videtur quod habetur iiij. Reg. xxij. vbi dicitur quòd Manasses erat duodecim annor. cùm regnare cœpisset immediatè post mortem Ezechiæ, qui vixit quindecim annis post sanationem istam. Ideo dixit Rabbi Sal. illud quod sequitur, b [Dispone domui tuæ, &c.] quod debet sic intelligi, Fac testamentum. c [Tuæ.] dixit Isaias Ezechiæ, s. tertia die ante persecutionem exercitus Sennacherib, & tertia die sequenti, qua fuit illa persecutio facta Ezechias sanatus ascendit in domum domini, vt habetur iiij. Reg. xxv. d [Et conuertit Ezechias, &c.] vt oraret secretius & deuotius, vt nō impediretur ab assistentibus dicit, e [Obsecro Domine, &c.] Hoc non dixit ad iactantiam, sed magis ad gratiarum actionem, recognoscens quòd hoc processit ex bonitate diuina, vt sic gratus de præcedentibus vlteriorem gratiam impetraret. f [Et factum est.] Hic consequenter denuntiatur eius sanitas: & est patens litera vsque ibi. g [Ecce ego adiiciam, &c.] quos iam perdidisti. h [Quindecim annos.] ista fuit prophetia prædestinationis, quæ est quando fit reuelatio prophetiæ alicuius futuri prout est in dispositione diuina & eius præscientia. Et hoc infallibiliter impletur quia diuina præscientia est immutabilis. prophetia autem suprà posita qua dixit, Morieris tu, & non viues, fuit prophetia comminabilis, quæ est quando reuelatur aliquid futurum: non prout est in mente diuina: sed prout est in causis inferioribus. Et sic erat de infirmitate Ezechiæ, quæ erat incurabilis per naturam: non tamen per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur, & ideo talis prophetia non semper impletur. [Hoc autem] hæc sunt aliæ partes huius capituli, quæ tamen non sunt de præsenti epistola: pro cuius declaratione dicta sufficiant. In fine additur more ecclesiastico, i [Ait Dominus omnipotens.]

QVAESTIO XXX.

SVper verbis Epistolę fer. v. post cineres, quę habentur Isa. xxxviij. s. dispone domui tuæ: quia cras morieris. oritur quæst. de ipsa morte, Vtrùm mors sit pœna peccati? Arguitur quòd non: mors inuenitur in aliis animalibus sicut in hominibus: sed in animalibus brutis mors non est pœna peccati: ergo etiam neque in hominibus. In oppositum ad Roma. v. Per peccatum mors. Igitur. Ad argumētum dicitur quòd similitudo illa hominis ad alia animalia attenditur ad rationem naturæ, i. quantùm ad corpus ex cōtrariis compositum: non autem quantùm ad formam, nam anima hominis est immortalis, animę verò brutorum sunt mortales. Ad q. respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxliiij. quòd si aliquis propter culpam suam priuetur aliquo beneficio sibi dato: carentia illius beneficij est pœna culpæ illi. sed homini in sui prima institutione hoc beneficium fuit collatum diuinitus, vt quandiu mens esset Deo subiecta: inferiores vires animæ subiicerentur rationali menti, & corpus animæ subiiceretur: sed quia mens hominis per peccatum à diuina subiectione recessit, consecutum est, vt nec inferiores vires totaliter subiicerentur rationi, vnde tanta est rebellio carnis appetitus ad rationem, vt nec corpus totaliter subiiciatur animæ: vnde sequitur quòd mors est pœna peccati, tum mors naturæ: quæ est separatio corporis ab anima, tum mors culpæ, quæ est separatio gratiæ Dei ab anima, quæ gratia est vita animæ, qua separata anima spiritualiter moritur: tum mors gehennæ, quæ est damnatio æterna, de qua loquitur Dauid, Mors peccatorum pessima. Primi parentes habuerunt posse mori per naturam non per gratiam scilicet, iustitiam originalem qua perdita fuere morti obnoxij.

Feria vj. post Cineres, Lect. Isa. lviij. c.

HAec dicit Dominus Deus, [a] Clama ne cesses: [b] quasi tuba exalta vocem tuam [c] & annuntia populo meo [d] scelera eorum: [e] & domui Iacob [f] peccata eorum. [g] Me etenim de die in diem quærunt, [h] & scire vias meas volunt: [i] quasi gens quæ iustitiam fecerit: & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. [k] Rogant me iudicia iustitiæ: [l] & appropinquare Deo volunt. [m] Quare ieiunauimus, & non aspexisti? [n] humiliauimus animas nostras, [o] & nescisti? [p] Ecce [q] in die ieiunij

Ecce in die ieiunij vestri. In diuinis præceptis prohibetur sub peccato mortali in diebus festiuis & solennibus ne quis repetat à suis debitoribus debita & cætera negotia. Quia contra Dei præceptum est: vnde dicitur Leuit. xxiij. Omne opus seruile non facietis in eo. & in præceptis decalogi dicitur, Sabbata sanctifices.

†vestri inuenitur voluntas vestra, [r] & omnes debitores vestros repetitis. [s] Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: [t] & percutitis pugno impiè. [v] Nolite ieiunare sicut vsque ad hãc diem, [x] vt audiatur in excelso clamor vester. [y] Nunquid tale est ieiunium quod elegi [z] per diem affligere hominem animam suam? [a] Nunquid contorqueri quasi circulum [b] caput [c] & saccum & cinerem sternere? [d] Nunquid istud vocaui ieiunium quod elegi & diem acceptabilem Domino? [e] Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? [f] Dissolue colligationes impietatis, [g] solue fasciculos deprimentes, [h] dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam. Cùm videris nudum operi eum & carnem tuam ne despexeris. [i] Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: [k] & sanitas tua citiùs orietur. [l] Et anteibit faciẽ tuam iustitia, [m] & gloria domini colliget te. [n] Tunc innocabis: & dominus exaudiet. [o] Clamabis, [p] & dicet, [q] Ecce adsum, [r] quia misericors sum Dominus Deus tuus.

POSTILLA.

Errores propter quos populus Iudæorum non liberabatur à malis: erant tres.

Clama ne cesses. Visum fuit in præcedenti quomodo erãt aliqua propter quæ populus Iudæorum non liberabatur à malis: & dictum fuit quod hoc maximè erat propter tres errores qui erant in Iudæa eo tempore. Primus erat de defectu naturali, s. generis & prolis. Ex hoc enim quòd gentiles conuersi ad Iudaismum, non ad zelum Iudæorum æqualiter: quia recipiebantur ad legis obseruationem: non tamen admittebantur statim ad ea quæ erant honoris, sed aliqui in tertia generatione, & aliqui in x. & alij nũquàm, ideo multi gentiles nolebant fieri Iudæi, sed erant eorum inimici. Secundus error erat ex defectu pœnali, nam hi gẽtiles qui conuersi fuerunt ad Iudaismum maiora onera patiebantur, & præ cæteris affligebãtur. Tertius error procedebat ex defectu morali: aliqui enim confidentes de apparenti iustitia seu simulata per hæc præsumebant, & gentiles ad Iudaismum conuersos spernebãt: & isti tres errores multùm vigebant tempore Christi, vt patet ex discursu Euangelij vbi multùm arguitur hypocrisis Pharisæorum, sacerdotum & legisperitorum. Vnde in principio huius Epist. Deus Pater alloquitur hominẽ Christum, dicens, a [Cla. ne cess.] i. prædicationẽ tuam sanctã debitè continuando. b [Quasi tuba exalta, &c.] s. manifestè docendo. hoc enim modo prædicauit Christus, vt patet in Euang. c [Et annun. pop. meo.] s. Israel. d [Scel. eorum.] i. peccata eorum contra Deum commissa. e [Et domui Iacob] qui alio nomine dictus est Israel. f [Peccata eorum.] s. cõmissa in proximum: huic enim populo prædicauit Christus in propria persona, propter quod ipse dicit Matth. xv. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. g [Me etenim, &c.] legendo scripturas: de quibus multum gloriabãtur tamen hoc magis faciebant ad habendum dominium super populum qui tunc gubernabatur per sacerdotes & legisperitos: quam propter notitiam veritatis: x [Et scire vias meas, &c.] i. prætendunt quod hoc velint. i [Quasi gens quæ iustitiam fecerit, &c.] cum tamen contrarium egerint. Secundò, gloriabantur de oratione & quantùm ad hoc dicitur, k [Rogant me, &c.] s. quòd ego iudicem pro eis contra Romanos qui eos tenebant subiectos. l [Et appropinquare, &c.] s. in iudicio ad allegandum suam iustitiam. Ideo subditur in persona eorum. m [Quare ieiunauimus, &c.] per exauditionem. n [Humiliauimus animas nost.] i. nosmetipsos in cilicio & cinere. o [Et nescisti.] s. per approbationem. Quod autem tempore Christi talia ieiunia facerent, patet Matt. ix. vbi discipuli Ioannis dixerunt Christo, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli non ieiunant. p [Ecce.] Hic excluditur remedium falsum pro responsione Domini: cùm dicitur, q [Ecce in die ieiunij vestri, &c.] & accipitur voluntas pro appetitu sensitiuo: quem sequebantur contra dictamen rectæ rationis & diuinæ legis: ideo subditur, r [Et omnes debitores vestros repetitis] cum austeritate etiam imponentes ad soluendum & tempore prohibito, s. anno vij. qui est remissionis: vt habetur Deut. xv. s [Ecce ad lites & contentiones ieiunatis] i. in die ieiunij vestri talia exercetis. t [Et percutitis pugno impiè] s. in iniuriando proximo: & non solum verbis, sed etiam factis: ideò subditur. v [Nolite ieiunare.] s. per talem modum, x [Et audiatur clamor vester in excelso.] i. per vos contentiones & brigas suscitatas. y [Nunquid tale est ieiunium quod elegi.] s. approbaui. z [Per diem affligere hominem animam suam] i. seipsum per abstinentiam absque pietate, q. d. Non: quia exercitatio corporalis ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia: j. ad Tim. vj. a [Nunquid contorquere quasi circulum.] in Hebræo autem habetur quasi hamum. b [Caput tuum] quod faciebant ad ostensionem ieiunij: in hoc designantes dolorem capitis ex ieiunio. c [Et saccum & cinerem sternere.] i. pro lecto sibi parare. d [Nunquid istud vocaui ieiunium] s. Deo acceptum, quasi dicat, Non, ex quo est pietate & virtute vacuum. e [Nónne hoc est mag. &c.]

Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei.

Quomodo ieiunandum non est.

Hic consequenter verũ remedium cõcluditur & primò quantũ ad pietatis exercitiũ. Secundò quantùm ad diuinum cultũ ibi, Si aduerteris. Ad primum dicitur, (Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi.)i. approbaui, s. in quo fit abstinentia à vitiis : & exercitium in operibus pietatis : ideo subditur, f[Dissolue colligationes impietatis.]i. cauillationes quibus sacerdotes & Pharisæi inuoluebãt simplices ad pecunias eorum extrahẽdũ. g[Solue fasciculos deprimẽtes,]i. pœnas graues quas imponebãt super populũ secũdùm quod dicitur Mat. xxiiij. Alligãt enim onera grauia & importabilia super humeros hominũ. h[Dimitte eos qui confracti sunt liberos.] ex dura seruitute. Cætera verò huius literæ patẽt vsq; ibi, i[Tunc erũpet quasi mane lumen tuũ.] s. oriẽte tibi iustitiæ sole per gratiam. k[Et sanitas tua citiùs orietur] sub infirmitate culpæ. l[Et anteibit faciẽ tuam iust. tua.] s. per Angelum te custodientẽ coram Deo præsentata. m[Et gloria Domini colliget te.] s. tandẽ in morte. n[Tũc inuoc. & Dominus exau.] Hic finaliter cõcluditur remediũ verum quantũ ad orationem cum dicitur, tũc inuocabis, &c. s. quãdo exercueris opa pietatis. o[Clamabis.] s. in feruore orationis. [Et.] q[Dicet, Ecce adsum.] s. per exauditionis affectũ: & subditur, r[Quia misericors sum Dñs Deus tuus] Non est in Hebræo nec in libris correctis : sed tantũ per modũ glos. interlinearis adiũgi solet.

QVAESTIO XXXI.

SVper verbis epist. fe. vj. post cineres quæ habentur Isaiæ viij. c. s. Frãge esuriẽti panem tuum, &c. oritur q. de eleemosyna, Vtrũ eleemosyna sit abundãter faciẽda. Arguitur ꝙ nõ : ait Ambrosius in primo de Officiis, Nõ debẽt simul effundi opes sed dispensari. Sed abundãtia eleemosynarum ad effusionem pertinet : ergo eleemosyna non debet fieri abundãter. In oppositum dicitur Tob. iiij. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Igitur. Ad argumentum dicitur quod authoritas illa loquitur de abundãtia eleemosynæ ex parte donãtis sed intelligendũ est ꝙ Deus nõ vult simul effũdi omnes opes : nisi in mutatione status, vnde subditur ibidem, Nisi forte vt Eliseus boues suos occidit & pauit pauperes eos quos habuit, vt nulla cura domestica teneretur. Ad quæstionẽ respõdendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxij. Abundantia eleemosynæ potest cõsyderari ex parte dantis & ex parte recipiẽtis. Ex parte quidem dãtis, cùm, s. aliquis dat quod est multũ secundùm proportionẽ propriç facultatis, laudabile est abundanter dare. Ex parte verò eius cui datur, est abundans eleemosyna dupliciter. Vno modo quod suppleat sufficienter eius indigentiam, & sic laudabile est abundanter eleemosynam tribuere. Alio modo vt superabũdet ad superfluitatẽ: & hoc nõ est laudabile: sed melius est pluribus indigentibus elargiri : nã dicit gl. super hoc quod habetur j. ad Cor. xiij. Si distribuero. Per hoc cautela eleemosynæ docetur vt non vni: sed multis detur vt pluribus prosit, & ad eleemosynæ abũdantiã tenẽtur beneficiati.

Sabbato post Cineres, Lectio Isa. lviij. cap.

HÆc dicit Dominus Deus, [a] Si abstuleris de medio tui catenã, [b] & desieris digitum tuũ extẽdere, [c] & loqui quod nõ prodest: [d] cum effuderis esurienti animã tuã, [e] & animam afflictam repleueris, [f] orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt sicut meridies. [g] Et requiẽ tibi [h] dabit Dominus Deus tuus semper [i] & implebit splẽdoribus animã tuã: [k] & ossa tua liberabit. [l] Et erit quasi hort⁹ irriguus & sicut fons aquarũ, cuius nõ deficiẽt aquæ, & ædificabũtur in te deserta seculorum, [n] fundamẽta generationis, & generationis suscitabis. [o] Et vocaberis ædificator sepium [p] auertens semitas iniquitatũ. [q] Si auerteris à sabbato pedẽ tuũ [r] facere voluntatẽ tuã in die sancto meo, [s] & vocaueris sabbatũ delicatũ & sanctũ Dei gloriosũ [t] & glorificaueris eũ [v] dum nõ feceris vias tuas: [x] & non inuenitur voluntas tua, [y] vt loquaris sermonem, [z] tunc delectaberis super Domino : [a] & sustollam te super altitudines terræ, [b] & cibabo te hçreditate Iacob patris tui. [c] Os enim Domini locutum est.

Cùm effuderis esurienti animam tuã: Diuites q̃ possũt pa operibus esurientibus dare eleemosynam tenentur. Quia Dñs Deus illis bona contulit nõ vt ea deuorẽt, sed vt pauperib⁹ elargiantur. Nam grauiter delinquũt qui ita nõ agunt. vide Isid. de sum. Bono lib. iii. cap. lxiiii. In Deum delinquunt q diuitus a Deo concessis non in rebus salutaribus, sed in vsus prauos vtuntur.

POSTILLA.

SI abstuleris de medio tui catenã, &c. Hçc litera cõtinuatur immediatè literæ prçcedẽtis Epistolç, & sic debet intelligi. a[Si abstul. de medio, &c.] hoc est si inter opera misericordiæ corporalia adimplendo, incarceratos relaxaueris, vel simplices psonas nõ inuolueris in cauillationẽ & volẽtes eos inuoluere phibueris. b[Et desieris extẽ. digitũ] s. alios de peccatis notãdo, increpãdo & arguẽdo, sicut faciebat Pharisæ⁹, Luc. xxviij. c[Et loqui qđ nõ pdest.] s. alios vituperando, & te recõmendãdo. Sicut ille Pharisçus dicebat, Nõ sũ sicut cçteri hominũ, raptores, adulteri: ieiuno bis in sabbato, &c. d[Cũ effuderis esurienti animã tuã] p pietatis affectũ & etiã si facultas adsit p effectũ: ideo subditur, e[Et animã afflictã reple.]i. eius defectus subleuando. f[Orietur in tenebris lux tua.] i. mutaberis de tenebris culpç ad lucem gratiç. g[Et requiẽ.] s. mentis. h[Dabit tibi Domin. Deus tuus semp.] Ex quo patet ꝙ nõ loqtur de requie tẽporali q̃

frequenter interrũpitur, & maximè iustis qui de cõi cursu plus cæteris cõmuniter affligũtur saltē tēporaliter, vt patet ij. ad Tim. iij. Qui piè volũt viuere in Christo Iesu persecutionem patiuntur. i[Et implebit splēdoribus] diuinę notitiæ & virtutis. k[Et ossa tua liberabit] ab infirmitate corporis. l[Et eris quasi hort' irriguus.] i. in bonis operibus fœcũdus. m[Et ædificabũt in te deserta sanctorũ] i. gētiles adiungētur tibi in vna ecclesia q fuerũt deserti in pristinis sęculis: inquãtũ caruerũt lege & Prophetis. n[Fũdamenta generationis & generationis suscitabis.] i. per generationũ successionē adduces aliquos ad fidem: quod impletũ est in Apostolis & in aliis credētibus de Iudęis, per quorũ prædicationem & doctrinã in scripturis eorũ relictã cõuertũtur gētiles ad fidē. o[Et vocaberis ædificator sepiũ.] Nã ędificare sepes materiales est officium pauperũ & rusticorũ: & ideo nõ est tale quid, quod debeat promitti pro operibus virtutũ. Et ideo per sepes hic intelligũtur impedimenta peccatorũ quæ fiũt per sanã doctrinam prædicantiũ & ordinationes sacras à prioribus & maioribus, nostris institutas. Et hoc impletũ est in Apo. & eorũ successoribus q per sanã doctrinã & sacræ ecclesiæ instituta opposuerunt peccãtibus obstacula. Et ideo subditur, p[Auertens semitas iniquitatũ] sic est in Hebræo & libris correctis. Ad cessationē enim peccatorũ sequitur quies mētis, propter quod dicitur in fine capituli præcedētis, Non est pax dixit Deus meus impiis. q[Si auerteris.] Hic ponitur verũ remediũ quãtum ad Dei cultũ. Circa quod sciēdum, ꝙ per obseruationē sabbati hic intelligũtur omnia quę pertinēt ad debitũ Dei cultum, sicut & in præcepto Decalogi. Exod. x. Memento vt diem sabbati sanctifices. Ad cuius obseruationem requiritur cessatio ab operibus peccatorũ quæ maximè sunt seruiliã. vnde Io. viij. dicitur, qui facit peccatũ seru' est peccati: ideo dicitur, [Si auerteris à sabbato pedem tuũ.] f. vt non procedas ad malè agendũ & subditur. r[Facere vo.tuam] f. sequendo appetitum tuum irrationabilē. Secũdò ad obseruationē sabbati requiritur occupatio & meditatio circa diuina ideo subditur, s[Et vocaueris sabbatum delicatum.] f. intendendo diuinis. t[Et glorificaueris eum.] i. honoraueris Deum & sabbatum eius, f. debitè obseruãdo. v[Dũ non feceris vias tuas.] f. sequendo tuas cõcupiscentias. x[Et nõ inuenitur volũtas tua.] i. affectus sensibilis appetitus non impletur. y[Vt loquaris sermonem.] f. malum contra Deum vel proximũ: sed magis sis intentus ad Deũ laudãdum. z[Tunc delectaberis super domino.] f. sentiēdo in te intrare cõsolationes diuinas. a[Et sustollã te super altitudines terrę.] f. per contēptum terrestriũ & appetitũ cęlestiũ. b[Et cibabo te, &c.] f. in beatitudine cęlesti. Bona enim terrena cũ sint multo minora operibus virtutum non potest esse principale principium promissum patriarchis pro operibus virtutis, sicut declaratum fuit diffusius Gen. xv. cap. c[Os enim domini locutum est.] quasi dicat, Hoc stabile est & firmum.

QVAESTIO XXXII.

SVper verbis epistolæ, sabbato post cineres, quæ habentur Isaiæ lviij. f. Si abstuleris de medio tui catenã, id est, peccatum de conscientia, orietur lux tua, id est, mutaberis de tenebris culpæ ad lucem gratię. oritur quęstio theologalis de iustificatione impij, Vtrum ad iustificationem impij requiratur gratiæ infusio? Arguitur quòd non: quicquid Deus potest facere mediante causa secunda potest facere sine ea. Ergo si Deus potest impium iustificare mediante gratia, potest etiam sine gratia. Item habetur Io. vj. Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum: tractus autem motus violentus est: sed Deus potest mouere voluntatem ad se violenter sine gratia, ergo ad iustificationem impij non est necessaria gratia. In oppositum non expellitur tenebra corporalis nisi per lumen corporale: ergo nec tenebra peccati expellitur nisi per gratiam, quod est lumen spirituale. Item, anima aut est Deo inimica aut amica, si amica non est nisi per gratiam, si inimica, ergo cùm desinit esse inimica per iustificationē oportet quòd detur sibi gratia, igitur. Ad argumentum dicitur quòd illa propositio intelligenda est de secunda causa efficiente, gratia autem est iustificationis causa secunda formalis non efficiens: & ideò sicut Deus non potest facere aliquid esse album sine albedine: sic nec iustum sine gratia: & ad authoritatem dicitur, quòd non loquitur de tractu violento: sed capitur pro voluntatis inclinatione. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardum iiij. Sen. dist. xvij. ar. iiij. q. ij quòd si ex vno elemento fit aliud concurrunt quatuor, scilicet vnius formæ corruptio & alterius generatio, & dispositio ad corruptionem vnius, & dispositio ad generationem alterius, sic cùm de impio fit iustus requiruntur, quatuor, scilicet impietatis destructio quæ est culpæ remissio: & gratię infusio: & dispositio ad destructionem impietatis quæ est culpæ detestatio: & dispositio ad susceptionem gratiæ quæ est liberi arbitrij ad Deum conuersio: & sic patet quòd gratiæ infusio requiritur ad iustificationem impij.

Domin. prima in Quadrages. ij. Cor. vj.

FRatres, [a] hortamur vos †[b]ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. [c] Ait enim, [d]Tempore accepto exaudiui te, [f] & [e]in die salutis [g] adiuui te, [h]Ecce nunc tempus acceptabile, [i] ecce nunc dies salutis. [k] Nemini dantes vllam offensionem [l] vt non [m] vituperetur ministerium nostrum. [n]Sed

Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Cùm aliquis de peccatis suis pœnitentiam obtinuit & per Dei gratiã remissio-

in omnib' exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros °in multa patientia, ᵖin tribulationibus, ᑫin necessitatibus ʳ in angustiis, ˢin plagis, ᵗin carceribus, ᵛin seditionib', ˣin laboribus ʸin vigiliis & ieiuniis, in castitate, ᶻin scientia ᵃ in longanimitate, ᵇ in suauitate, in Spiritusancto, ᶜ in charitate non ficta, ᵈ in verbo veritatis, ᵉ in virtute Dei, ᶠ per arma iustitiæ, ᵍ à dextris, ʰ & à sinistris, ⁱ per gloriam & ignobilitatem, ᵏper infamiam & bonam famam, ˡ vt seductores ᵐ & veraces, ⁿ sicut ignoti & cogniti, °quasi morientes, ᵖ& ecce viuimus, ᑫvt castigati, ʳ& non mortificati, ˢquasi tristes ᵗsemper autem gaudentes, ᵛsicut egentes, ˣmultos autẽ locupletãtes: ʸtanquàm nihil habentes, ᶻ& omnia possidentes.

nempe ceatorum ite rũ ad peccata reuertens Dei gratiam in vacuũ recipit: ut isc̃ que pœnitentiæ dicitur: vnde de pœ. dis. iii. ca. irrisor est non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet. Triplices enim sunt leges, scilicet lex naturæ, quæ durauit ab Adã vsque ad Abrahã: lex scripturę, quę durauit ab Abraham vsque ad ad Christũ lex gratię, quę durabit à Christo, vsque ad finem mundi.

POSTILLA.

Hortamur vos ne in vacuũ gratiã, &c. Ante initium huius Epist. scribit S. Paulus dicens, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonũ siue malum. Tunc postmodũ sequitur Epist. hod. Et in præsenti Epist. hortatur nos Apostolus ad gratiæ habitæ exercitationem dicens, a [Fratres hortamur vos.] Vin. admonitione charitatiua inducendo. b [Ne in vacuum gratiã Dei recipiatis.] Vin. Gratia in vacuum recipitur quando homo post peccatorum remissionem se non exercet in bonis operibus. c [Ait enim] Dominus Isa. xlix. d [Tẽpore accepto] Ly. tẽpore nouæ legis quod est tempus gratiæ. e [Exaudiui te] s. orantẽ pro peccatis. f [Et in die salutis] in qua potest salutẽ suã operari. g [Adiuui te.] Ly. i. opera perficiendo. h [Ecce nunc tẽpus acceptabile.] Vin. s. ad merendum. i [Ecce nunc dies salutis] quantùm ad præmium consequendũ: quia nunc statim post obitũ salus datur fidelibus, sed in veteri Testamẽto differebatur. Vnde Lu. xxiij. Hodie mecũ eris in paradiso. k [Nemini dantes vllã offensionem.] Gor. i. neminem verbo vel facto scandalizãtes. l [Vt non] i. per vos. m [Vituperetur ministerium nostrum] quia mala subditorum redundant in vituperium Prælatorũ. n [Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros] s. Christi: Christo nos conformando quãtum possumus. o [In multa patien.] Gor. s. cordis, oris & operis. p [In tribulationibus] s. multiplicibus. q [In necessitatibus] s. victus & vestitus. r [In angustiis] i. curis. s [In plagis] i. in verberibus corporis. t [In carceribus] Ly. ne possimus ad prædicãdum discurrere. v [In seditionibus] i. in commotionibus Populi contra me. x [In laboribus] s. manuum. y [In vigiliis: in ieiuniis, in castitate] s. mentis & corporis. z [In scientia] s. scripturarum. a [In longanimitate] s. expectatione præmij. b [In suauitate, in Spiritusancto.] Ly. qui fecit hominem dulcem & suauem proximi verbo & facto. c [In charitate nõ ficta] i. simulata: cõtra hypocritas. d [In verbo veritatis] s. loquẽdo cum proximo. e [In virtute Dei] i. in Deo, non in nobis sperando & confidendo. f [Per arma iustitiæ] i. opera iustitiæ nos protegentia. g [A dextris] Lyr. i. ne in prosperis per superbiam eleuemur. h [Et à sinistris] i. ne in aduersis deiiciamur. i [Per gloriã & ignobilitatem] Ly. aliquando Apostoli reputati fuerunt gloriosi: econuerso aliquando incarcerati fuerunt, vt viles & abiecti: sicut patet in Legendis Apostolorum & aliorum Sanctorum. k [Per infamiam & bonam famam.] Lyr. quia ab aliquibus dicebantur seductores: ab aliis verò dicebantur Apostoli veritatis prædicatores. l [Vt seductores] s. reputati in æstimatione malorum hominũ, quia Christus qui est veritas, dictus est seductor. Matt. xxvij. m [Et veraces] apud Deum. n [Sicuti ignoti & cogniti.] Ly. i. reprobati à malis. o [Quasi moriẽtes] i. periculis mortis expositi. p [Et ecce viuimus] s. Deo per fidem & gratiã. q [Et castigati] Gor. flagellis & pressuris, vt cessatemus à prædestinatione. r [Non mortificati] desistendo à prædicatione: vel moriẽdo corporaliter. s [Quasi tristes] reputati. t [Semper autem gaudentes] s. veraciter in Domino. v [Sicut egẽtes] i. modici & pauperes. x [Multos autem locupletantes] s. diuitiis spiritualibus. y [Tanquam nihil habentes] Ly. quia Apostoli propter Christũ omnia temporalia reliquerunt. z [Et omnia possidentes] s. non solùm spiritualia: sed etiam temporalia, quia timentibus Deum, nihil deest.

QVAESTIO XXXIII.

Svper verbis Epist. domin. j. in xl quæ habentur ij. Cor. vj. s. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. oritur q. de patientia, Vtrum patientia sit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus in malis potest inueniri, quia virtus est quæ bonum facit habentẽ: sed patientia quandoque in malis hominibus inuenitur, sicut patet in auaris qui multa mala patienter tolerant vt pecunias cõgregent, ergo patientia non est virtus. In oppositum. Ait August. in lib. de Patientia, Virtus animi quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, vt etiam ipsius qui nobis eam largitur, patiẽtia prædicetur: ergo patientia est virtus. Ad argumentum dicitur quòd August. ait in lib. de Patientia, quòd patientes propriè dicuntur qui malunt mala non cõmittendo ferre: quàm non ferendo cõmittere. in illis autem qui mala sustinent: vt mala faciant nec mirãda nec laudanda est patientia quæ nulla est: sed miranda du-

ritia, neganda patientia. Ad quæst. respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxxv. quòd virtutes morales ordinãtur ad bonum inquãtùm conseruant bonũ rationis contra impetus passionum, inter alias autẽ passiones tristitia efficax est ad impediendum bonũ rationis: secundùm ij. Cor. vij. Seculi tristitia mortẽ operatur. Eccle. ij. multos occidit tristitia: & non est vtilitas in illa. vnde necesse est habere aliquã virtutem per quam bonum rationis conseruetur, quod cõmuniter facit patiẽtia. vnde Aug. ait in lib. de Patientia quòd patientia hominis est quòd mala æquo animo toleremus, i. perturbatione tristitiæ, nec animo iniquo bona deseramus, per quæ ad meliora perueniamus: vnde manifestũ est patientiã esse virtutẽ: in peccatoribus enim nulla reperitur patiẽtia prout est virtus.

Feria ij. post domin. j. in xl. Lect. Ezechielis proph. xxxiiij. cap.

Ego requiram oues. Christus oues suas, i. fideles animas visitat, nunc per consolationem nunc per tribulationem: iuxta illud, quos amo castigo.

HÆc dicit Dominus Deus, [a] Ecce † ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, [b] sicut visitat pastor gregẽ suum in die, quando fuerit in medio ouium suarũ: sic visitabo oues meas, [c] & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerunt in die nubis & caliginis. Et educã eas de populis, & cõgregabo eas de terris, [d] & inducã eas in terrã suã: [e] & pascã eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascã eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earũ. Ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel. Ego pascã oues meas, & ego accubare eas faciã, dicit Dñs Deus. [f] Quod perierat [g] requirã, [h] & quod abiectũ erat [i] reducã, & quod confractum fuerat alligabo, [k] & quod infirmum fuerat [l] cõsolidabo [m] & quod pingue & forte custodiã. [n] Et pascã illas in iudicio & iustitia, dicit Dominus omnipotens.

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse, &c. In principio huius capituli loquitur propheta specialiter cõtra pastores Israel vt patet intuẽti dictũ principiũ: hic verò circa desolatoria populi & vrbis Ierusalẽ promittitur per dictum Prophetam cõsolationis actus: cùm dicitur in persona Dei, Ecce ego ipse super pastores requirã gregem meũ de manu eorũ, &c. i. malorũ pastorũ ipsum gregẽ meum ab eis auferẽdo: & hoc fuit impletũ tempore Christi, vt patet ex textu Euangelij. Tunc enim sacerdotes & scribæ aliis onera grauia imponebãt & importabilia, vt habetur Matt. xxiij. à quibus liberati sunt fideles per libertatẽ Euangelij, secundùm quòd declarat Apostolus in Epist. ad Gal. diffusè. a [Ecce ego ipse requi. oues meas, &c.] per assumptionem carnis humanæ b [Sicut visitat pastor gregem suũ] s. misericorditer & benignè. c [Et liberabo eas de omnibus locis] cõgregando eas in vnitatem fidei & charitatis. d [Et inducã eas in terrã suam] i. in ecclesiam militãtem & posteà triumphantẽ, quod est in terra viuẽtium. e [Et pascã eas in montibus Israel] i. in ecclesia militante per dona gratiæ: & triumphãte per dona gloriæ, quæ designantur hic per pascua vberrima & corporalia, quia spiritualia sub similitudinibus corporalium in scriptura veteris & noui Testamenti frequenter designat. Vt secundũ quòd dicit Gregor. homil. xxxvij. insurgat animus ex his quæ nouit ad quę non nouit, ac per hæc quæ nouit diligere discat & incognita amare. f [Quod perierat] s. per defectum regiminis. g [Requiram] s. reducendo ad me per gratiam. h [Et quod abiectum erat] s. per pastorũ tyrannidem, i [Reducam] ad me, s. per benignã consolationem. k [Et quod infirmum fuerat] per pronitatem ad malum & exemplum malorum pastorum. l [Consolidabo] videlicet, firmando in bono. m [Et quod pingue & forte custodiam] in suo bono statu. In Hebræo autem habetur, Et quod pingue & forte consumam, id est diuites & potentes qui iniquè oppresserunt pauperes puniam: ideo subditur. n [Et pascam illas in iudicio & iustitia] iustè secũdùm demerita puniendo eo modo quo dicitur iij. Reg. vj. Tollite mihi, &c. Et subditur, Mittite virum iustum in carcerem & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ.

QVÆSTIO XXXIIII.

SVper verbis Epist. fer. ij. post j. domin. in xl. quæ habẽtur Ezec. xxxiiij. in quibus verbis fit mentio de Christo vero pastore, s. Liberabo eas. oritur q. de ipso, Vtrùm Christus bonus pastor posuit animam suam in pretium redemptionis pro ouibus suis? Arguitur quòd nõ: nullus emit nec redimit quod suum esse nõ desiit: Sed homines nunquàm desierunt esse filij Dei: ergo non dedit animã pro redemptione hominum. In oppositũ Io. x. Ego sum pastor bonus, &c. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd homo dicitur esse filius Dei dupliciter. Vno modo inquantùm subiicitur potestati eius, hoc modo homo non desiit filius Dei esse. Alio modo per vnionẽ charitatis ad eũ & hoc modo desiit esse filius Dei per peccatũ, ideo inquantùm fuit liberatus à peccato Christo passo satisfaciente per passionem. Ad quæst. respondendum est, secundùm M. Ioannem de Turre crem. in Quæstionibus super Euãgeliis per tres cõclusiones.

Prima est, Christus fuit bonus pastor ouium fidelium. Patet conclusio, Pastor est qui gregem suum gubernat & pascit quod Christus facit: pascit homines cibo corporali, cibo spirituali, sacra scriptura, & cibo sacramentali, s. corpore & sanguine suo. Dauid dicit, Dominus regit me, &c. Secunda conclusio, Christus fuit bonus pastor. patet conclusio: ipse Christus impleuit officium boni pastoris: quia animam suam pro ouibus posuit. Tertia cõclusio, Christus bonus pastor. posuit animam suam in redemptionis pretium pro ouibus suis: habetur enim Matth. xx. Filius hominis, i. Mariæ, s. Christus venit dare animam suam & mori in redemptionem pro multis. Dicitur, Pro multis & non pro omnibus, quia non omnes redempti sunt tamen passio Christi erat efficax pro omnium redemptione. Sed non se extendit efficacia ad illos qui non sunt illius efficaciæ capaces, vt sunt damnati & morientes in peccato.

Feria iij. post Domin. j. xl. Lect. Isa. lv. c.

IN diebus illis, [a] locutus est Isaias propheta dicens, Quærite Dominum [b] dum inueniri potest: [c] inuocate eum [d] dum propè est. [e] Derelinquat impius viam suam: [f] & vir iniquus cogitationes suas, [g] & reuertatur ad Dominum, [h] & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. [k] Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ: neque viæ meæ, vię vestræ, dicit Dominus. [l] Quia sicut exaltantur cęli à terra sic exaltatæ sunt vię meæ à viis vestris. [m] Et quomodo descendit imber & nix de cęlo & illud vltrà non reuertitur: [n] sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: [o] sic erit verbum [p] quod egredietur de ore meo. [q] Non reuertitur ad me vacuum: [r] sed faciet quæcunque volui, [s] & prosperabitur in his ad quæ misi illud: ait Dominus omnipotens.

Quærite Dominum dum inueniri potest. Dum hoc seculo mortales peccatores viuunt, de peccatis suis conterere & pœnitere debẽt, & Dominũ sibi placabilẽ facere & propitium quia extra viam non est tempus pœnitentiæ: vnde de pœ. dist. i. ca. iudicet seipsũ homo voluntate dñi potest &c.

POSTILLA.

IN diebus illis, a [locutus est Isa. &c.] Capitulum in quo describitur hæc præsens lect. diuiditur in tres partes. In prima describitur Christi magnifica liberalitas. In secunda ipsius summa dignitas. Et in tertia excitatur nostra sedulitas. & de hac tertia parte hic tantummodò loquitur propheta dum dicit. b [Quærite Dominum, &c.] i. in hoc tempore gratiæ & antequàm veniat seueritas iudicij. c [Inuocate eum.] per deuotam orationem. d [Dum propè est] ad exaudiendum paratus. Et quia peccatoris oratio non est exaudibilis ideò subditur, e [Derelinquat impius viam suam.] i. opera sua mala. f [Et vir iniquus cogit. suas.] Ex hoc patet falsitas Iosephi dicentis, quòd cogitationes infrà manentes non sunt peccata. g [Et reuertatur ad Dominum.] per veram pœnitentiam. h [Et miserebi. eius.] dando ei gratiam. i [Quoniam multus est ad ignosc.] i. pronior quàm ad condemnandum. k [Non enim, &c.] Hic consequenter declarat dictum suum: & primò de diuina pietate dicit, Non enim cogitationes meæ, &c. Cogitationes enim humanę sunt ad iniurias vindicandum, cogitationes autem diuinæ sunt magis ad miserandum. l [Quia sicut exalt. &c.] quia sicut cælũ sursum est, & terra deorsum: sic cogitationes diuinæ & opera sunt eleuata ad superiora, quod dicitur Prouerb. xvj. Vniuersa propter seipsum operatus est Dominus: cogitationes autem humanæ & opera tendunt deorsum. Gen. viij. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Secundò, quantùm ad verbi sui stabilitatem, cum dicit, m [Et quomodo descend. &c.] Absque effectu: ideò sequitur, n [Sic inebriat terram, &c.] vt patet vsque ibi, o [Sic erit verb. meum.] i. per prophetas dictum. Vel aliter verbum meum, i. Filius de quo dicitur Ioan. j. In principio erat, &c. p [Quod egredietur, &c.] quia semper nascitur à Patre. Ista enim diuinitas mensuratur ęternitate quæ complectitur omne tempus. q [Non reuertetur ad me vacuum.] filius enim procedens à patre, & veniens in mundum non rediit vacuus in cælũ: sed patres detentos in limbo adduxit secum: ideo subditur. r [Sed faciet quæcunque volui.] i. quæcunque per ipsum fieri disposui. Similiter si hoc referatur ad verbum domini per prophetas dictum nunquam frustratur effectu à Deo intento. s [Et prosperabitur in his ad quæ misi illud] quod impletum est in Christo de suis Apostolis & discipulis. Et sequitur tandem finis assuetus, Ait Dominus omnipotens.

Duplex est iudicij, s. vniuersale & particulare.

Filius indiuinis non dicitur à patre procedẽs imò spiritussandus.

QVAESTIO XXXV.

SVper verbis epist. fer. iij. post j. domin. In xl. quæ habentur Isa. lv. Derelinquat impius viam suam. oritur q. de iustificatione ipsius impij, Vtrum Deus possit remittere peccatum sine aliqua satisfactione? Arguitur ꝙ non: ait Ans. j. lib. Cur Deus homo. c. xij. Si peccatum non punitur, inordinatum dimittitur, sed Deus nihil inordinatum potest dimittere: ergo Deus sine satisfactione peccatum non potest remittere. In oppositum, Apost. ad Tit. iij. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Sed secũdùm suã misericordiam saluos nos fecit. Itẽ act. ix. Cùm Pau. esset in actu persequẽdi Christianos, Deus ipsum iustificauit. Item maior est misericordia Dei quàm illa quæ homini præcepit. Sed Deus præcepit homini dimittere offensam sibi factã

etiam si iniuriis nō satisfaciat: ergo videtur q̄ Deus facere possit & debeat. Ad argumentum dicitur, quia procedit de causa salutis quæ fuit incarnatio Filij Dei & eius mors sub merito nostro cadere nō poterunt. Ad q. respondendū est secundùm Ric. de me. Vi. iiij. Sen. di. xv. ar. j. q. vij. quòd de remissione peccati contingit loqui dupliciter: aut de lege communi, aut ex priuilegio speciali. Primo modo secundū omnes nunquā dimittitur actuale peccatum mortale sine aliqua satisfactione: quia semp ad hoc requiritur actus pœnitendi in quo principalior pars satisfactionis consistit. Secundo modo dicunt etiā multi q̄ nullo modo actuale peccatum mortale potest à Deo sine satisfactione remitti: quia Deus peccatū tale dimittere nō potest sine infusione gratiæ: & quia homo mortaliter peccādo oculū animæ clausit: ideo lumen gratiæ ad animam intrare non potest nisi aperiatur per actum pœnitendi: sicut lumen Solis non potest intrare domum: nisi aperiatur fenestra: ideo dicunt nonnulli, quod si ex impio fit iustus salutem operatur Christus in isto, sed non sine illo. Contrarium probat Ric. dicendo sic quod Deus potest facere mediante causa efficiente secunda, id est, remittere peccatum per satisfactionem: potest etiam remittere sine ea. Ad argumentum dicitur, quòd intelligitur de lege communi, & non speciali. De Paulo dicitur quod habuit gratiā gratis datā, &c.

Feria iiij. quatuor tēporum, sunt duæ lectiones, Lectio Exod. xxiiij. cap.

IN diebus illis, dixit Dominus ad Moysem, a Ascēde ad † me in montem, b & esto ibi, c daboque tibi duas tabulas lapideas, & legē ac mādata quę scripsi, vt doceas filios Israel. d Surrexerūt autē Moyses & Iosue minister eius. e Ascendensq; Moyses in montē Dei, f senioribus ait, g Expectate hîc, h donec reuertamur ad vos. i Habetis Aarō & Hur vobiscum k si quid natū fuerit quæstionis l referetis ad eos. m Cumq; ascēdisset Moyses, n operuit nubes montē: & habitauit gloria domini super Sinai, o tegēs illū nube sex diebus. p Septimo autē die vocauit eū Dominus de medio caliginis. Erat autē species gloriæ Domini quasi ignis ardēs super verticē montis, in conspectu filiorū Israel. Ingressúsq; Moyses mediū nebulæ ascēdit in montē. q Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Ascende ad me in montē. Domin⁹ Deus clemens & misericors vnūquēque verum fidelem ad montē pro amore vocat, i. ad regnum cælorum: & dicit, Ascē de ad me in mōtem, & esto ibi, i. in regno cæli, vbi Christ⁹ & fœlicitas perennis est: vñ beatus Augustinus de regno cęli ait in De Consuet. vitiorū & virtutum, Recedat a

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis, dixit Domin⁹ ad Moysem, Ascende ad me in montem, &c. Post dationē moraliū præceptorum & iudicialium: hic consequenter ponitur datio ceremonialium quantū ad scripturam tabernaculi & ordinationē ministrorum: vbi sic proceditur: q̄a primò describitur Moysi vocatio. Secundò ceremonialium traditio, i. in xxv. ca. Circa primum dicitur. a [Ascende ad me in montem.] s. solus. b [Et esto ibi.] per hoc designatur quòd Moyses deberet ibidē diu remanere dum non determinauit quandiu præcisè. c [Dabóque tibi tabu. lapi.] dicunt Heb. q̄ erāt de Sapphiro. d [Surrexerūtq; Moyses & Iosue.] qui s. Iosue fuit cum eo vsquead terminos montis, & ibi fixit tabernaculū suū ad manendum quousq; rediret Moyses de cacumine mōtis. Per hoc enim quod infrà xxij. c. dicit Iosue ad Moysem de cantantibus corā vitulo conflatili & vlulatu pugnæ auditæ in castris, patet q̄ non intrauerūt in castra quādo fecerūt vitulū & adorauerunt. e [Ascendensque Moys.] i. ascēdere volens. f [Senioribus ait.] & hoc fuit quando ipse & Iosue recesserunt de castris: ideo subditur. g [Expectate hic.] s. intendentes ad regimē populi. h [Donec reuertamur ad vos.] s. ego & Iosue. i [Habetis Aaron & Hur vobiscum.] Iste Hur. fuit maritus sororis Moysi vt dictum est suprà xvij. c k [Si quid natū fuerit quæstionis.] i. si aliquid videatur vobis difficile & ambiguum. l [Referetis ad eos.] s. ad determinandum, sicut referretis ad me si essem præsens. m [Cumq; ascendisset Moyses.] s. dimisso Iosue in loco suprà dicto. n [Operuit nu. mon.] quod erat signum diuinæ præsentiæ. o [Tegens illum nube, sex diebus] non quod recessisset vij. die nubes: sed per illos sex dies accipitur mora Moysi in monte, antequàm dominus cum eo loqueretur: ideo subditur, p [Septimo autem die vocauit eum, &c. Erat autem species gloriæ Domini quasi ignis] de superiore enim parte nubis quæ montem operuerat videbatur quasi ignis ascendere in altum, ita quòd videbatur de castris. q [Et fuit ibi xl. diebus & xl. noctibus] absque cibo & potu.

mor præsentis seculi in quo nullus ita nascitur vt non moriatur: succedat amor futuri seculi in quo omnes viuificantur ita vt deinceps non moriātur.

Moyses quot diebus fuerit in monte.

QVAESTIO XXXVI.

SVper verbis epistolæ Feriæ iiij. quatuor tēporū post j. dominicā xl. quæ habētur Exo. xxiiij. s. Dabo tibi mandata quæ scripsi: quædā verba Deus dixit Moysi, in quibus verbis efficitur mentio de mandatis Decalogi quæ quidem dedit Moysi, in monte. oritur quæstio de ipsis mandatis, Vtrum omnia præcepta decalogi sint de lege naturæ? Arguitur quòd non. In his quæ sunt de lege naturæ, non videtur Deū posse dispēsare quin talia habeāt necessariam bonitatem. sed Deus videtur dispensare in aliquibus quæ vidētur cōtra præcepta, vt putà in homicidio Gen. xxij. Vbi pcepit Abrahę vt immolaret filiū: & in furto Exo. xij. quod præce-

pit expoliationem Ægypti: ergo omnia pręcepta Decalogi non ſunt de lege naturæ. In oppoſitum Aug. ij. Cōfeſſionum & loquitur Deo dicens, Furtū punit lex tua, & lex in cordibus hominum ſcripta eſt: ſed lex ſcripta eſt naturalis, maximè ſi ſit ſcripta in cordibus nō furari eadem lege omnia alia ſunt de lege naturæ. Ad argumentū dicitur quòd nō diſpenſauit in homicidio ſimpliciter, ſed ex autoritate, nam homicidiū ex autoritate propria ſemper eſt prohibitum: ideo Abrahā non ex ſe ſed autoritate & Dei pręcepto illud faciebat. Ad q. reſpondendum eſt, ſecundùm Philippum Varāgium iiij. Sen. quòd duo præcepta primæ tabulæ, ſcilicet non habere deos alienos: & nō accipias nomē Dei in vanum, ſunt ſtrictè de lege naturæ: nam ſi proponātur intellectui apparent bona ex neceſſario bono. Tertium præceptū in prima tabula non eſt de lege naturæ ſtrictè, ſed eſt de lege naturæ in ſecundo gradu: & ſicut dico de illo, dico de aliis ſeptem in proximum ordinatis, vnde iſta nō apparent ita bona nec neceſſaria, ſicut prima: nec quòd non poſſet fieri oppoſitum: & iſta probatur eſſe bona: probantur ex modico diſcurſu ex primis, omnia enim præcepta Decalogi ordinātur in Deum vel in proximū: tria enim prima ordinantur in Deum & dicuntur præcepta primæ tabulæ, i. primæ faciei in mente: ſeptem autem vltima ordinātur in proximum & dicuntur præcepta ſecundæ tabulæ, & loquendo de diſpenſatione in præceptis: dico quòd propriè non poteſt fieri, & ſi Deus hoc faciat. Hoc eſt de potentia abſoluta, ideo talia Deus ſcripſit in tabulis lapideis ad denotandum perpetuale illorum.

Eadem die, Lectio lib. iiij. Reg. xj. c.

Petiuit animæ ſuæ vt moreretur. Multi homines in hoc ſeculo viuentes mortē ſibi volūt & mori appetunt alii præ anguſtia: aliqui in hoc mūdo neceſſaria nō habent. Sed iſte appetitus eſt vanus, & dānabilis alii autē mortem volūt, vt inde in pace cum Chriſto in gloria quieſcant, vt B. Paulus q mori volebat, dicēs, Cupio diſſolui ex hoc corpore, & eſſe cum Ieſu Chriſto.

IN dieb⁹ illis, [a] venit Elias in Berſabee Iuda, [b] & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertum viam vnius diei. Cúmque veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum, [c] petiuit animæ ſuæ vt moreretur † & ait, Sufficit mihi Domine: tolle, quæſo, animam meam. Neque enim melior ſum quàm patres mei: proiecitque ſe [d] & obdormiuit [e] in vmbra iuniperi. [f] Et ecce Angelus Domini tetigit illū. Dixitq; illi, Surge comede: & reſpexit. Et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis & vas aquæ: comedit ergo & bibit & rurſū obdormiuit. Reuerſuſq; eſt Angelus Domini ſecundò & tetigit eū, dixitq; illi, Surge & comede: grandis enim tibi reſtat via: qui cùm ſurrexiſſet comedit & bibit, & [g] ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus & quadraginta noctibus, [h] vſque ad montē Dei Oreb.

POSTILLA.

IN diebus illis, a [Venit Elias in Berſabee, &c.] Ante iſtam epiſtolam ponitur quomodò regina Iezabel miſit ad Eliā, dicens, Hæc mihi faciant dij, & hæc addāt niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animā vnius ex illis. Timuit ergo Elias & ſurgens abiit quocunque ferebat eum voluntas. b [Et dimiſit ibi puerum ſuum] filium mulieris viduæ quem ſuſcitauerat, & quem mulier ex deuotione ei tradiderat, vt eū erudiret: & puer Eliæ miniſtraret. Et iſte dicitur fuiſſe ſecūdùm aliquos Ionas propheta, veruntamē quia Elias volebat ingredi deſertum abſque vlla prouiſione, quod videbatur durū pro puero: ideo dimiſit eum. c [Petiuit animæ ſuæ vt moreretur] i. petiuit à Deo vt animam ſuā de corpore acciperet: optabat enim magis mori quàm viuere per idololatriam & cōtemptum Dei. d [Et obdormiuit] fatigatus ex labore & ieiunio. e [In vmbra iuniperi] quæ eſt arbor creſcens in deſertis, cuius vmbram ſerpentes fugiunt, vt dicit Plinius. Et ideo in vmbra eius homines ſecurè dormiunt. f [Et ecce Angelus.] Hic conſequenter circa Eliam ponitur Angelica prouiſio: videlicet de cibo, quia famelicus erat & laſſatus. Et eſt patens litera vſque ibi, g [Et ambulauit in fortitudine cibi illius, &c.] Ex hoc videtur Scriptura attribuere iter Eliæ ieiunandi, xl. diebus, & xl. noctibus virtute cibi illius: propter quod dicit Auguſt. lib. de Mirabilibus ſacræ Scripturæ quòd ille cibus Angelicis manibus præparatus habuit talem virtutem quòd potuit diu ſeruare naturam corporis à conſumptione calidi naturalis: propter quem requiritur ſumptio cibi ad reficiendum id quod conſumptum eſt, vt habetur in lib. de Generatione. h [Vſque ad montem Dei Oreb] in quo loco dederat Deus legē Moyſi. Et ideo ibidē voluit apparere Eliæ, qui fuit maximus zelator legis diuinæ.

QVAESTIO XXXVII.

SVper verbis Epiſt. eiuſdem diei quæ habentur iij. Reg. xix. ſcilicet, Elias exiſtēs in deſerto petiuit animæ ſuæ vt moreretur. oritur q. de morte, Vtrum omnes morientur? Arguitur quòd non: dicitur in Symbolo quòd Chriſtus venturus eſt iudicare viuos & mortuos. ergo aliqui iudicabuntur qui nunquam morientur. In oppoſitum ad Hebr. ix. Statutū eſt omnibus hominibus ſemel mori: ſed omnes obligantur ad ſtatutum qui nō excipiuntur: cùm ergo Scriptura nullum excipiat ab iſto ſtatuto, ergo omnes morientur. Ad argumentum dicitur, quòd per viuos intelliguntur illi qui nondum mortui ſunt: tamen poſtea morientur. Ad quæſt. reſpōdendum eſt ſecundùm Ric. de med. Vil. iiij.

Sen. di. xliij. ar. iiij. q. j. quòd omnes qui nõ sunt mortui morientur: vt patet per sacram Scripturam ad Ro. vj. Stipẽdia peccati, mors, licet omnes descendentes ab Adam secundùm legem propagationis naturalis peccatum originale contrahunt, & omnes moriẽtur. Patet iterum: resurrectio non est nisi à morte: sed omnes homines resurgent, ergo omnes morientur. Et de hoc dico: creatura humana erat creata cum dono originalis iustitiæ per quam anima habet perfectũ dominiũ super corpus, vt viuificare, regere sine læsione & sine quacunque infirmitate: & ideo habuit potentiam non moriendi. Illud autem dominium fuisset traductũ in prolem, quia fuit sibi datum pro se & suis hæredibus quamdiu esset Deo subiectus quando ergo peccauit perdidit meritò id bonum: & ideo deserẽte voluntate voluntariè Deum creatorem suum, anima incurrit necessitatem deserendi corpus suũ, sequitur quòd omnes homines moriuntur: quam mortẽ à natura incurrit inquantùm sit compositum ex contrariis, & per accidens inquantùm Adam peccat, sicut homines contrahunt omnia, ita pœnam sicut mortem.

Feria v. post j. Dominicam in xl. Lectio Ezech. Proph. xviij cap.

IN diebus illis, [a] factus est sermo Domini ad me dicẽs, [b] Quid est † qd inter vos parabolam vertitis in prouerbiũ istud, in terra Israel, [c] dicẽtes, Patres nostri comederũt vuam acerbã, [d] & dentes filiorum obstupescũt? [e] Viuo ego dicit Dominus Deus si fiet vltrà parabola hæc in prouerbium in Israel. [f] Ecce omnes animæ meæ sunt. Vt anima patris, ita & anima filij mea est. [g] Anima quæ peccauerit ipsa morietur, [h] & vir si fuerit [i] iustus, & fecerit iudiciũ & iustitiã, [k] in mõtibus nõ comederit, [l] & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem mẽstruatam non accesserit, & hominem non cõtristauerit, [m] pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit & panem suum esuriẽti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam: [n] & iudicium verum fecerit inter virum & virũ, & in preceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatẽ, hic iustus est: [o] vita viuet & non morietur, [p] ait Dominus omnipotens.

Quid est quod inter. Multi falsi Christiani sunt q verbum dei in quo omnis veritas audientes in derisũ habent, & in tabernis ad suas fabulas conuertunt: hi graui iudicio iudicabuntur: vnde Ioã. xi. Qui spernit me & nõ accipit verba mea habet qui iudicet eũ. Sermo quẽ locutus sũ ille iudicabit eum in nouissimo die, &c.

POSTILLA.

IN diebus illis, factus est sermo Domini ad me dicens, Quid est, &c. In hac lectione & in toto isto capitulo arguitur malitia Populi ex parabola vuæ acerbæ. Et ad intellectum huius literæ sciendum, quòd Iudæi murmurabãt cõtra iustitiã Dei dicentes, quòd iniustè eos puniebat pro peccatis parentũ: quod in hac lectione ostẽdit esse falsum, pœnæ enim sunt in duplici genere, quia aliquę sunt corporales, & aliquæ spirituales. Item corporalium aliquæ sunt temporales tantùm, aliæ æternæ sicut pœnæ gehẽnæ. Pœnæ verò corporales & tẽporales sunt quædam medicinæ illis qui cum eis puniuntur, vt cùm aliquis flagellatur vel incarceratur, ad sui correctionẽ, vel aliis: vt cũ aliquis pro malefactis suis occiditur vt alij terreãtur, & sic emendẽtur. Sunt nihilominus tales pœnæ medicinæ illis qui occiduntur: si patienter sustineãt, quia valent ad bonũ animæ suæ ad quod bona corporis finaliter ordinãtur. Et talibus pœnis corporalibus & temporalibus bene puniũtur filij à Deo & ab homine pro parẽtibus: quia secundùm corpus sunt res ipsorum parentum. Et sic Deus pro peccatis Dauid fecit filium suum de Beth-sabee natũ mori. ij. Reg. xij. Pœnis verò spiritualibus non puniuntur à Deo filij pro parentibus, quia secundùm animã nõ sunt res parentũ. Quia immediatè animæ à Deo per creationem infunduntur. Et in hoc sensu loquitur illud capitulum in parte, quòd quia filij nõ puniãtur pro patribus: pro ratione inducit dominus dicens, Ecce omnes animæ meæ sunt: quia sunt à me creatæ & infusæ. Et quia pœnæ æternæ etiã corporales non inferuntur nisi pro peccato mortali & proprio: ideo talibus pœnis nõ puniuntur filij pro parentibus. Sciendũ tamen quòd filij parentũ malorum frequenter imitatores sunt paternorum scelerum: eò quòd sunt inter eos nutriti & facta parentũ habẽt in autoritate maiori, & sic frequenter etiã puniuntur corporaliter & spiritualiter pro peccato parentum: occasionaliter tamen inquãtum accipiũt ab eis exemplum, sed pro peccatis propriis simpliciter. Et hoc modo proceditur in capitulo, quia Iudæi erant imitatores parentum in idololatria & in aliis facinorib' & sic iniustè murmurabant cõtra Deum dicẽtes, quòd puniebat eos tantummodò pro peccatis parẽtum. Vnde in principio dicitur in persona Dei. b [Quid est quod inter vos parabolã vertitis, &c.] inter vos frequentet de mea iustitia murmurando. q. d. Malè loquimini. c [Dicentes, Patres nostri comederunt vuam acerbã] i. cõmiserunt peccata Deum exacerbantia. d [Et dentes filiorũ obstupescunt] i. filij pœnã sustinẽt. e [Viuo ego, dicit

Sicut anima est vita corporis qua separata moritur, sic gratia est vita animę qua separata per peccatum anima moritur.

Dominus] i. sicut verum est quod ego viuo, sic verum est quòd hæc parabola non à vobis veraciter dicta neque rationabiliter, & accipitur ibi Si pro Nō, cùm dicit, Si erit, &c. f [Ecce omnes animæ] exponatur vt suprà. g [Anima quæ peccauerit, &c.] s. morte culpæ & posteà morte gehēnę si perseueret in peccatis. h [Et vir.] Hic ad propositum inducuntur exempla. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponūtur exēpla de perseuerātibus in bono vel in malo. Secūdò de non perseuerantibus, ibi, Si autem impius. Circa primū ponuntur tria exempla. Et est primum de patre iusto, & in iustitia perseuerante. Et est de se patens litera paucis exceptis. i [Et vir si fuerit] s. in animo. i [Iustus & fecerit iudicium & iustitiam] opera iustitiæ de facto. k [In montibus non comederit] de sacrificiis idololatriæ ad eorum reuerentiā. l [Et ocu. suos non leuauerit ad idola, &c.] i. sperando ab eis bona cōsequi. m [Pignus debitori reddiderit] sibi necessariū: secundùm quod præcipitur Exo. xxij. quòd si accipiat pro pignore operimentū pauperis necessarium sibi de nocte, reddat ante Solis occubitum, poterit tamen mane accipere. n [Et iudiciū verū fe. &c.] quòd pertinet ad iudices siue sint ordinarij, siue arbitrarij. o [Vita viuet] non solùm naturę: sed etiā gratiæ. p [Ait Dominus omni.] Hęc est clausula cōsueta poni in lectionibus prophetarum, quando finiuntur.

QVAESTIO XXXVIII.

SVper verbis epist. fer. v. post j. do. xl. quæ habentur Ezech. xviij. s. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. oritur quæst. de anima, Vtrū Deus debuerit vnire animam corpori quo corpore mediātę ipsa anima spiritualiter moritur & æternaliter? Omissis argumētis ad quæst. respondeo quòd sic propter tria. Primò propter diuinorum operum perfectionē; fecerat enim Deus creaturam purè spiritualem, s. Angelum: fecerat etiam creaturā purè corporalem vt cœlum & terras, ideo ad complemētum Vniuersi fecit creaturā partim corporalem & partim spiritualem scilicet hominē ex anima & corpore constitutum: ideo Deus debuit vnire animam corpori. Secundò propter meritorum acquisitionē, multipliciter enim mereri potest anima mediante corpore, peregrinando, martyrium sustinendo, flagellationes perferendo, ieiunando, vigilando, &c. igitur. Tertiò propter maioris beatitudinis participationē, maioris inquā extensiuè: quia per hoc est homo pluribus modis beatus scilicet in corpore & anima: ideo Deus debuit vnire animam corpori, non quia ad hoc faciendum esset astrictus: sed quia propter prædicta fuerat conueniens, vt hoc faceret: ideo dicit Ricardus iiij. dist. xliij. art. j. q. j. ad quintum, Anima data est corpori vt bene operetur per ipsum, etiā vt habeat perfectum essendi modum, secundùm exigentiam suæ naturæ, etiam vt remuneretur in ipso, etiam vt cōpletum sit Vniuersum. Sequitur ergo quòd Deus debuit vnire animam corpori.

Feria vj. post domin. j. xl. Lec. Eze. xviij.

HÆc dicit Dominus Deus, [a] Anima quæ peccauerit: ipsa morietur. †Filius nō portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatē filij. Iustitia iusti super eū erit: & impietas impij erit super eum. [b] Si autē impius egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, [c] & custodierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur: [d] omnium iniquitatum, etiā quas operatus est non recordabor: in iustitia sua quam operatus est viuet. [e] Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, non vt cōuertatur à viis suis & viuat? [f] Si autem auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem secundùm omnes abominationes quas operari solet impius, [g] nūquid viuet? [h] Omnes iustitiæ eius, quas fecerat [i] nō recordabuntur. In pręuaricatione sua qua præuaricatus est, & in peccato suo quo peccauit in ipsis morietur. [k] Et dixistis, [l] Non est æqua via Domini. [m] Audite ergo dom⁹ Israel, Nunquid via mea non est æqua, & nō magis viæ vestræ prauæ sunt? Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē, morietur in ea. In iniustitia sua quam operatus est, morietur. Et cùm auerterit se impius ab impietate sua quā operatus est, & fecerit iudicium & iustitiā, ipse animam suam viuificabit. Consyderans enim & auertens se ab omnibus iniquitatib⁹ suis, quas operatus est vita viuet & non morietur. [o] Idcirco vnū quemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus omnipotēs.

Anima quę peccauerit ipsa morietur. Sicut caliditate nimia & humido radicali deficiente corpora viuētia deficiunt & arēt ac moriuntur sic animæ hominum peccatorū in aculà & mala qualitate a Dei gratia arēt & æterna morte in gehenna moriūtur: Vnde ad Ro. v. Supēdia pec cati mors. item Iaco. Peccatum cùm consummatū fuerit generat mortem.

POSTILLA.

HÆc dicit dominus Deus, Anima quę peccauerit: ipsa morietur. Filius nō portabit iniquitatē patris, & pater nō portabit iniquitatē filij, &c. Litera de se est patēs, & iā prius declarata & habita

b [Si autem impius.] Hic consequenter ponuntur exempla de auertentibus se à suo proposito. Et primò de auertente se à malo. Secundò, de auertente se à bono, ibi, Si autem. Circa primum dicitur. [Si autem impius egerit pœnitentiam.] s. ab omnibus peccatis: quia non valet nisi integra. c [Et custodierit omnia præcepta mea] quia transgressio vnius facit hominem iniustum. d [Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor] ad puniendum æternaliter: punietur tamen benè temporaliter. e [Nunquid voluntatis meæ est mors impij] id est, vt moriatur in impietate sua: quasi diceret, Non: impietas enim non potest esse à Deo volita. Punitio autem impietatis bene est à Deo volita inquantùm est iusta. f [Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit, &c.] Hic ponit exemplum de auertente se à iustitia: & est patens litera vsque ibi, g [Nunquid viuet.] q. d. Non, saltem vita gratiæ quæ statim perditur per peccatum mortale. h [Omnes iustitiæ eius quas fecerat] s. in gratia existens. i [Non recordabuntur.] s. ad præmiandum æternaliter si perseueret in malo. Si autem recuperet gratiam viuificabitur. Et sic præmiabitur non solùm temporaliter, sed etiam æternaliter. k [Et dixistis.] s. loquendo erroneè l [Non est æqua via Domini in sic puniendo. m [Audite ergo domus Israel. Nunquid via mea non est æqua.] q. d. imò quia ego sum regula æquitatis. n [Et cùm auerterit se impius, &c.] in tali peccato in quali reperitur in morte in tali iudicandus est: ideo finaliter concluditur. o [Idcircò vnumquemque iuxta, &c.] Omnia alia quæ in litera ponuntur per se patent. More suo terminatur hæc lectio per hanc clausulam, Ait Dominus omnipotens.

Peccata non remanent impunita: quia deus punit aut homo. de pœnit. d. i. s. in.

Ad recuperandā Dei gratiam requiritur cōtritio, confessio & satisfactio.

QVÆSTIO XXXIX.

SVper verbis Epist. fer. vj. post j. dominic. in Quadragesima. quę habentur Ezech. xviij. s. si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis: vita viuet & non morietur. oritur quæst. de pœnitentia, Vtrùm peccator per pœnitentiam possit plusquam semel resurgere? Arguitur ꝙ non: qui non potest à vera pœnitentia cadere, non potest plusquàm semel per pœnitentiam resurgere: sed verè pœnitens non potest à pœnitentia cadere, vt habetur de pœ. dis. iij. cap. inanis. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. ergo peccator per pœnitentiam non potest resurgere plusquam semel. In oppositum misericordiam, non negat Deus homini quam præcepit homini ab homine impendi: sed vt habetur Matth. xv. Deus vult quod homo parcat homini quotiescumque in ipsum peccauerit: ergo Deus parcit homini quotiescunque pœnituerit. Ad argumentum dicitur quòd minor est falsa. & ad probationem dicitur quòd inanis dicitur pœnitentia, non quia fuerit vana: sed quia insufficiens ad vitam æternam obtinendam, vt carens fructu illius pœnitentię quam non sequitur culpa cuius fructus est vitatio gehennæ & adeptio gloriæ. Ad q. respondendum est secundùm Ric. de media Vil. iiij. Sent. dist. xiiij art. ix. q. ij quòd peccator per pœnitentiam potest plusquàm semel resurgere: quod patet, primò, Homo quandiu est in via potest facere quod in se est, vt sibi detur à Deo pœnitentia vera: sed omni facienti quod in se est Deus dat pœnitentiam veram: aliter enim nō pulsaret hominem vt faceret quod in se est, quod est falsum, vt patet Apoc. v. Ego sto ad ostium & pulso: igitur. secundò patet: ait August. libr. j. Retr. c. xviij. De quocunque pessimo in hac vita constituto non est desperádum: sed si per pœnitentiam homo non posset resurgere plusquàm semel de peccato mortali post pœnitentiam esset desperandum: ergo homo per pœnitentiam potest resurgere plusquàm semel: ergo quotiescunque verè pœnituerit pœnitentia vera non caret peccati remissione.

Sabbato post Domin. j. in Quadrag. Lectio Deut. xxvj. cap.

IN diebus illis, orauit [a] Moyses ad Dominum, dicens, [b] Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo: [c] benedic populo tuo † Israel & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris dare terram lacte & melle manātem. Audi Israel, [d] Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, [e] vt facias mandata eius [f] atque iudicia, & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. [g] Dominum elegisti hodie vt sit tibi Deus. Et ambules in viis eius, & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie, [h] vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi. Et custodias omnia præcepta eius, [i] & faciat te excelsiorem cunctis gentibus [k] quas creauit in laudem & nomen, & gloriam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est tibi.

Benedic ppl'o tuo. Benedictio omnipotentis Dei semp in omnib' humanis actibus cū humilitate & pie corde petenda est. Nam sine Dei benedictiōe nemo bene viuit: vnde Dauid in Cantic. graduū c. xxviii. eos increpat q Domini benedictionē fratribus suis non dāt dicēs, Et non dixerunt, q pteribant, Benedictio domini sup vos benediximus vobis in nomine Domini.

POSTILLA.

IN diebus illis, orauit Moyses ad Dominum dicens, Respice Domine de sanctuario tuo, &c. Ante præsentem lectionem posita sunt aliqua quæ sunt quædam conclusiones elicitæ ex præceptis Decalogi: & deinde posita est intenta conclusio respectu dictorū quæ in effectu continet vt homo sit gratus Deo de beneficiis acceptis: & ideo obediens eius mandatis. Gratitudo autem hominis

minis ad Deum non debet eſſe tantùm corde: ſed etiam ore & opere ſecundùm quòd dicitur ad Rom.x. Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem, &c. In hac pręſenti lectione oſtẽditur obedientia in diuinis mandatis: quæ eſt concluſio intenta. b [Reſpice Domine de ſanctuario tuo, &c.] q.d. Vide ſi ſemper videre potes obedientiam meam. Et ideo, c [Benedic populo tuo Iſrael, &c.] Litera eſt per ſe patens. d [Hodie dominus, &c.] Hæc eſt pars concluſionis intentæ, in qua dicitur, Hodie, &c.] i. ſemper debes eſſe paratus ad obediendum diuinis mandatis: quia non ſufficit tempus pręteritum, ſed requiritur præſens etiam futurum: ac ſi præſentialiter dominus præcipiat tibi, ſicut fecit in monte Sinai. e [Vt fac. mand. eius] quantùm ad moralia. f [Atque iud. vt cuſt. &c. quantum ad iudicialia. g [Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, &c.] Ita familiariter ſe habet ad te & ſemper habebit, ſicut ſe habuit in monte Sinai, dum tamen obedias ei. h [Vt ſis ei populus peculiaris] i. ſingulariter dilectus. i [Et fac. te excelſiorem cunct. &c.] in ſanctitate, fama & poteſtate, quod adimpletum eſt in Chriſto. k [Quas creauit in laudem, &c.] Quia quicquid excellentię & boni eſt in quacunque creatura ordinatur finaliter ad gloriam Dei.

QVAESTIO XL.

SVper verbis epiſt. Sabbato poſt j. domin. in Quadrag. quæ habentur Deut. xxvj. ſ. Orauit Moyſes, ſ. dicit, Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, vt obedias eius imperio. oritur q. de obedientia, Vtrùm ſit Deo obediendum in omnibus? Arguitur quòd non: quicunque obedit Deo, conformat voluntatem ſuam voluntati diuinæ in volito: ſed quantum ad omnia non tenemur conformare voluntatem noſtram voluntati diuinę. igitur. In oppoſitum, Exo. xxxiij. Omnia quæcunque locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes. Igitur. Ad arg. dicitur quòd ſi homo non teneatur ſemper velle quod Deus vult: ſemper tamen tenetur velle quod Deus vult eum velle, ideo tenetur homo eius imperio obedire cui vult quòd obediat. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm Tho. ij. ij. q. ciiij. quòd ille qui obedit, mouetur per imperium eius cui obedit, ſicut res naturales mouentur per ſuos motores: ſicut autem Deus eſt primus motor omnium quæ naturaliter mouentur, ita etiam eſt primus motor omnium voluntatum: ideo ſicut naturali neceſſitate omnia naturalia ſubduntur diuino motori, ita etiam quadam neceſſitate iuſtitiæ omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio, tum quia Dominus omnium eſt, tum quia nos creauit, tum quia nos redemit, tum quia tam bona ſpiritualia quàm corporalia nobis donat, tum quia gloriam nobis præbebit.

Eodem die, Lect. lib. Deut. xj. cap.

IN diebus illis, dixit Moyſes filiis Iſrael, [a] Si cuſtodieritis† mandata quę ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum veſtrũ, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, diſperdet Dominus omnes gentes ante faciẽ veſtram & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. [b] A deſerto & Libano, & flumine magno Euphrate, vſque ad mare occidentale erunt termini veſtri, nulluſque ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis. Sicut locutus eſt Dominus Deus noſter.

Si cuſtodieritis. In veteri lege mandata obſeruãti bona terræ promittebantur: in noua autem vita æterna & bona cæliſca promittũtur. Exod. Si præc. pta mea ſeruaueritis: bona terræ comedetis & Ioan. x. Si vis ingredi ad vitam, ſerua mandata.

POSTILLA.

IN diebus illis, dixit Moyſes filiis Iſrael, Si cuſtodieritis mandata quę ego pręcipio vobis, & feceritis ea, &c. In principio huius capituli poſita eſt concluſio, reſpectu plurium datiuorũ à principio vj. c. vſque ad pręſens, vbi incipit agere de dilectione Dei: quę quidem concluſio principaliter intenta, ſufficienter poteſt patere, volenti videre principium dicti capit. hìc verò inducit rationem prædictæ concluſionis ex debellatione aduerſariorum, ſi diligant Dominum & obediant ei. Et eſt patens litera vſque ibi, b [A deſerto & Libano, &c.] Hìc deſcribuntur termini terrę promiſſionis: quia terminus Auſtralis eſt deſertum Aegypti, & terminus Aquil. eſt mons Libani, Orient. flumen Euphrates, non habuerũt tamen terram vſque ad terminum illum vſque ad tempora Salomonis, Ideo alibi communiter ponitur terminus Orient. Iord. fluuius: quia vſque ad illum terminum terram poſſederunt, ſtatim ab ingreſſu ſuo: vt habetur in lib. Ioſ. Mare autem Mediterran. eſt terminus Occidentalis, & dicitur hoc mare Occidentale, ad differentiam maris mortui, quod eſt in parte Orientali.

QVAESTIO XLI.

SVper verbis lect. eiuſdem diei, quæ habentur Deut. xj. ſ. Si cuſtodieritis mandata, &c. oritur q. de mandatis Dei, de quibus loquitur Moyſes, Vtrum præcepta Decalogi ſint præcepta iuſtitiæ? Arguitur quòd non: ad iuſtitiam videntur pertinere præcipuè præcepta iudicialia, quæ contra moralia diſtinguuntur: ſed præcepta Decalogi ſunt præcepta moralia, ergo non ſunt præcepta iuſtitiæ. In oppoſitum: iuſtitia ſola videtur eſſe virtus, per quam ordinamur ad alterum. Sed per omnia pręcepta Decalogi ordinamur ad alterũ: ergo pertinent ad iuſtitiam.

Ad argumentum dicitur quòd iudicialia præcepta, sunt quædam determinationes moralium præceptorum: prout ordinantur ad proximum, sicut ceremonialia sunt quædam determinationes præceptorum moralium, prout ordinantur ad Deum: vnde neutra præcepta continentur in Decalogo: sunt tamen deriuationes præceptorum Decalogi, & sic ad iustitiam pertinent. Ad q respondendũ est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxij. quòd præcepta Decalogi sunt prima principia legis, quibus statim ratio naturalis assentit, sicut manifestissimis principiis. Manifestissima autem ratio debiti, quæ requiritur ad præcepta apparet in iustitia, quæ est ad alterum: quia in his quæ sunt ad seipsum, videtur primo aspectu quòd homo sit sui dominus, & quòd liceat ei facere quod libet. Sed in his quæ sunt ad alterum, apparet quòd homo obligatur alteri ad reddendum quod debet: ideo præcepta Decalogi oportuit ad iustitiam pertinere: tria prima sunt de actibus religionis, &c

Eodem die, Lect. lib ij. Mach j cap.

Orationẽ. Oratio vitiorũ tentamenta, voluptatẽ & malos affect^e extinguit, & Deum peccatis nostris placabilem efficit. Oratio nis quoq; effectum ĝ dabuntur. hoc vult Isido. de sũ mo Bono, lib. iii. cap. viii.

IN diebus illis, [a] orationem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo Israel, [b] Ionatha inchoante, [c] cęteris autem respondentibus & dicentibus, [d] Benefaciat vobis Deus, [e] & meminerit testamenti sui, [f] quod locutus est ad Abraham, [g] & Isaac [h] & Iacob seruorum suorum fidelium. [i] Et det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem. [k] Adaperiat cor vestrum in lege sua, [l] & in pręceptis suis, [m] & faciat pacem. [n] Exaudiat orationes vestras [o] & reconcilietur vobis, [p] nec vos deserat in tempore malo, [q] Dominus Deus noster.

POSTILLA.

IN diebus illis, orationem faciebant sacerd. &c. Ista lect. pro principio sui est tracta à medio sui capituli, & pro residuo à principio ipsius capituli. Ad cuius declarationem est præsupponendum, quomodò post mortem Alexandri magni posteriores sui, volentes dominari in Iudæa & Ierusalem, & ritum suum in sacrificiis obseruare, permisit Deus vt inter Iudæos reperiretur vir, qui violentiis gẽtilium resisteret. Et is quidem primus fuit Mathathias, qui cum filiis Deo permittente resistentiam talem dedit, vt nec quidem vnus ex dictis principibus gentilium dominatus fuerit Iudaicę generationi: vt patet ad longum in ij. libr. Mach. Sed vt veniam ad propositum nostræ lectionis regnantibus in Iudęa Machabæis filiis supradicti Mathathiæ, Ionathas vnus ex filiis, s. ipsius Mathathiæ: voluit vt celebrarentur festa inter Iudæos fieri consueta, & sacrificia redderentur in templo Domini secũdùm legem. Et quia in approbatione talium sacrificiorũ, Deus desuper mittebat ignem, permisit Deus vt tempore illo mitteretur Nehemias à Rege Persidis, sub quo datus vel inuentus est ignis ad sacrificium agendum. In pręsenti autem lect. habetur quomodo se habuerunt sacerdotes & templi ministri, quando hæc fiebant. Et quid tunc principes populi ad Iudæos in extremis regionibus habitantes, scripserant: dicit ergo primò sic, a [Orationem faciebant sacerd. &c.] Hic ponitur festi celebratio quantùm ad eius initium, & dicitur quòd daretur ignis ad consumptionem sacrificij, sicut datus fuerat tempore Eliæ post aspersionem aquæ, ij. Reg. xviij. Orationem faciebãt sacerdotes, &c. b [Ionatha inchoante.] principalis erat inter cantores, propter genus sacerdotale à quo descenderat: & sequitur, c [Cęteris respond. &c.] Tunc sequitur pars epist. quam ipsi Iudęi in Iudęa habitantes: ad fratres suos in externis regionibus habitantes, scripserunt. d [Benefaciat vobis.] Hinc captant eorum beneuolentiam vt pro eis exorent di. (Benefaciat vobis Deus.) s. in spiritualibus & temporalibus. e [Et meminerit, &c.] i. firmæ promissionis. f [Quod loc. est ad Abraham. Gen. xij. g [Et Isaac.] Gen. xxvj. h [Et Iac.] Gen. xxxviij. & supplendum est, qui sunt de numero seruorum fidelium. i [Et det vobis cor omnibus, &c.] fide, spe & charitate, quibus colitur Deus, cultu interiori: vt dicit Aug. in enchiri. Corde magno: quia Deo non placent sacrificia coacta, sed voluntaria. k [Adaperiat cor vestrum in lege sua.] s. ad omnia ista studenda, intelligenda & perficienda. Et ideo subditur l [Et in præceptis suis.] s. opere adimplendis. m [Et faciat pacem.] s. vt vacare talibus valeatis n [Exaudiat orationes vestras] vobis condescendendo. o [Et reconcilietur vobis.] s. peccata prę terita remittendo. p [Nec vos deserat in tempore malo] sed in tribulationibus vestris vos consolari dignetur. q [Dominus Deus noster.]

Oratio accipitur aliquãdo communissime, prout comprehẽdit omnẽ actũ bonũ: aliquando capitur cõmuniter prout cõprehendit omnẽ actũ contẽplatiuum relatũ ad Deũ: aliquando autem proprie prout est ascensus mentis in Deũ, ad aliqd impetrandũ, degustandum, perpetrandũ, persoluendum. Bo. Sentẽ. iiii. distin. xv. par. ii. arg. j. quęst. iiii.

QVAESTIO XLII.

SVper verbis lect. eiusdem diei, quæ habentur Mach. j. s. Deus exaudiat orationes vestras. oritur quæstio, de oratione, Vtrum oratio debito modo, facta semper exaudiatur? Arguitur quòd non: omnis oratio cùm exauditur est meritoria: sed oratio existentis in peccato mortali, non est meritoria: ergo oratio existentis in peccato mortali non exauditur. In oppositum, Matt. vij. Omnis qui petit accipit: igitur. Ad argumentum dicitur, quòd non est idem orationem exaudiri, & eam meritoriam esse: quia debito debetur merces secundùm iustitiam: sed oratio orãtis dicitur exaudiri per gratiam: ideo quãuis orationes factæ in mortali peccato non sint meritoriæ propriè loquendo de merito, ex audiuntur tamen quãtùm ad aliud quod pro se

petunt orantes, si adsint conditiones. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ric. de media Villa, iiij. Sent. dist. xv. ar. iiij. q. vij. quòd omnis oratio facta debito modo exauditur, nō semper statim: sed pro illo tempore quo diuina misericordia exauditionem cōspicit vtiliorem esse omnibus. Ad hoc autem quòd fiat modo debito quatuor requiruntur, scilicet vt ille qui petit, petat humiliter & frequenter, & bona intentione & perseueranter & vtilia ad salutem: & quòd per omnia sit cōstanter fundatus in fide: talis oratio semper exauditur quòd hęc omnia pro se pro populo tanto facilius necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur.

Eodem die Lect. lib. Sap. Eccle. xxxv. cap.

Miserere nostri. Quamuis tribulatio sit vehemens & ad perplexitatem inducens: semper tamen Deum cęli inuocare licet, q de quacūque tribulatione homines eripere potest, ex quo sequitur, q nullus de Dei misericordia diffidere debet. Dauid Psalm. cxix. Ad Dominum cū tribularer clamaui. & Psal. cxli. Voce mea ad Dominū clamaui, &c.

Miserere [a] nostri † Deus omnium, [b] & respice nos, [c] & ostende nobis lucem miserationum tuarū, [d] & immitte timorem tuum super gētes, quæ non exquisierunt te: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, [f] vt enarrent magnalia tua. [g] Alleua manum tuam super gentes alienas: vt videant potentiam tuam. [h] Sicut enim in conspectu eorum, sanctificatus es in nobis: [i] sic in conspectu nostro magnificaberis in illis, [k] vt cognoscāt te, sicut & nos cognouimus: quoniā non est Deus præter te Domine. Innoua signa, [m] & immuta mirabilia: [n] glorifica manum [o] & brachium dextrum. [p] Excita furorem [q] & effunde iram. [r] Extolle aduersarium, & afflige inimicum. [s] Festina tempus, [t] & memento finis, [v] vt enarrent mirabilia tua, [x] Domine Deus noster.

POSTILLA.

Miserere nostri Deus omniū, &c. Hic agitur de oratione prælati specialiter. Et est hæc oratio scriptoris huius libri, qui inter Iudæos fuit magnus & prælatus. Nam apud eos doctores habentur pro patribus. Et est totius ca. processus talis. Nā oratio primò ponitur, secundò corollarium infertur ibi, Omnē escā. Prima in duas. Nam primò orat pro Iudæis & gētilibus generaliter, secundò pro Iudæis specialiter: ibi, Miserere plebi tuæ. Prima adhuc in duas. Nā primò pro Iudæis & gētilibus conuertēdis, secundò pro obstinatis in idololatria puniēdis: ibi, Innoua signa, &c. Circa primū quod est electio nostra: totaliter orat, pro populo iudaico dicēs, a [Miserere nostri Deus omnium.] i. tu qui es Deus per creationē. Miserere nostri quorum es Deus specialiter per latriam & legē datam. b [Et respice nos.] s. oculo tuæ clementiæ. c [Et ostende nobis lucem miserationum tuarum.] erant enim tūc Iudęi in tenebris tribulationis: quia Ptolomæus Soter rex Ægypti sub specie sacrificandi intrauit Ierusalem in die sabbati sciens quia non arriperent arma Iudæi: & multa millia Iudæorū captiuorum duxit: quorum multi erāt eo tēpore in carceribus tenebrosis: reliqui verò in tenebris tribulationis & grauis seruitutis à quibus omnibus petit populum suum liberari. d [Et immitte timorem tuum super gētes, quæ non exquisier. te.] s. eos per pœnam edueendo, ad tuæ deitatis cognitionē. Et ideo subditur. e [Vt cognoscant quia non est Deus nisi tu.] s. quia sicut corde creditur ad iustitiā, ita fit ore cōfessio ad salutē. Ro. Et subditur. f [Vt enarrent magnalia tua] sicut de Helodoro dicitur, ij. Mach. iij quòd ipse fuit flagellatus, ideo confitebatur omnibus opera Dei Et ad idem facit quod subditur. g [Alleua manum tuam super gētes alienas:] h [Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis.] s. nos ab idololatria reducens ad cultum tuū per flagella. Nam ante captiuitatē Babylonicā, Iudæi fuerunt multū idololatriæ dediti: vt patet iiij. Reg. & ij. Para. Sed posteà non fuerunt idololatræ nisi aliqui pauci, Mach. tempore: & adhuc plures eorū hoc faciebant mortis timore. i [Sic in conspectu nostro magnificaberis in illis.] i. magnus apparebis. k [Vt cognoscant te.] s. gentiles conuersi, & rectam fidei cognitionem habeāt de te. Sicut & nos cognouimus quoniā nō est Deus præter te Domine. l [Innoua signa] hic consequenter orat pro gentilibus obstinatis in idololatria disperdendis: & per consequens pro Iudæis detentis apud eos & liberandis. Et hoc orat non ex zelo vindictæ sed ex zelo diuinæ iustitię, dicēs, [Innoua signa.] quibus Ægyptios obstinatos flagellasti: eadem renoua super obstinatis in idololatria. m [Et immuta mirabilia.] s. vnā plagā post aliā inducendo. sicut fecisti in Ægypto. n [Glorifica manū] tuæ iustitiæ super eos. o [Et brachium dextrum.] i. dextram clementiæ tuæ super nos. p [Excita furorem.] i. in punitionis eorum grauitate. q [Et effunde iram] in eis multiplicatam: hoc enim importat nomen infusionis. r [Extolle aduersarium.] i. extra vitam istā tolle eū. s [Festina tempus.] s. suæ punitionis & nostræ liberationis. t [Et memēto finis] qui apud Hebræos dicebatur, & adhuc dicitur apud modernos Aduētus Messiæ. Vnde dicit Rab. Sa. super Zachariam, quòd vniuersi prophetæ nō sunt locuti nisi ad dies messiæ, ita q eorū verba ad aduentū Messiæ ad finē sunt ordinata. Expectabāt enim Iudæi & adhuc expectant Moderni in aduentu Messię à seruitute gētiū liberari. Vnde & Autor huius libri qui longo tēpore præcessit aduētum Christi idē sensit, nō est mirabile: q discipuli Christi post eius resurrectionē quærebāt ab eo si tūc restitueret regnū Iudæorū: vt patet

Vnus est De⁹ in tribus per⁹nis. quia si ideo essent plures essent omnipotent: & vn⁹ posset alium destruere, & nō essent idem.

Act.j. v [Vt enarrent mirab. tua.] i. ipsi Iudęi liberati ab idololatrarū potētia. x [Domine De' noster.] hęc est clausula in fine apponi cōsueta.

QVAESTIO. XLIII.

SVper verbis epist. lectionis huius diei quæ habentur Ecclesi. xxxvj. c. Immitte timorem tuum super gentes. oritur quæstio de timore, Vtrùm timor sit peccatū vel virtus? Arguitur quòd non sit peccatum: nil quod in lege diuina mandatur est peccatum, quia lex Domini est immaculata: sed timor mandatur in lege Dei, vt habetur ad Ephe. vj. Serui obedite dominis vestris cum timore, ergo non est peccatum: sequitur quòd est virtus. In oppositū habetur Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus, igitur. Ad argumētum dicitur quòd timor ille ad quem inducit Apostolus est conueniens rationi, vt seruus timeat, ne deficiat in obsequiis quæ domino debet impendere. Ad quæstionem respondendum est secundū Tho. ij.ij. q. cxxv. quòd aliquid dicitur esse peccatū in actibus humanis propter deordinationem: nam bonum actus humani in ordine quodam consistit: est autem hic debitus ordo vt appetitus regimini rationis subdatur: ratio autem dictat aliqua esse fugienda, & aliqua esse prosequenda: & inter fugienda quædā dictat magis fugienda quàm alia, & similiter inter prosequenda: & quantū est bonū prosequendum tan tum est aliquando oppositum malum fugiendum: quando ergo appetitus fugit ea quæ ratio dictat esse sustinēda, ne desistat ab aliis quę magis prosequi debet, timor inordinatus est, & habet rationem peccati: quando autem appetitus timendo refugit id quod est secundum rationem fugiendū, tunc appetitus nō est inordinatus, nec peccatū: de timore enim loquor, & dico quòd triplex est timor: quidā filialis quo homo timet offensam Dei, quem diligit, & timet ab eo separari, xxiij. q. vj. ex his. & iste timor dicitur virtus: alius timor dicitur simulatus, & iste causatur ex amore sui: vnde quia pœna est detrimentum proprij boni, eam timet, ergo dicit si cum charitate, dicitur initialis: quia est principium conuertendi. de pœn. distin. ij. si sine charitate malus est, ex quo à mala radice processit: alius mundanus, & est peccatum.

Eadem die, Epistola, prima ad Thes. v.

FRatres, [a] rogamus vos: [b] corripite † inquietos, [c] consolamini pusillanimes, [d] suscipite infirmos, [e] patiētes estote ad omnes: [f] videte ne quis malum pro malo alicui reddat, [g] sed semper quod bonū est sectamini inuicem [h] & in omnes. [i] Semper autem gaudete, [k] sine intermissione orate. [l] In omnibus [m] gratias agite. [n] Hæc enim est voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis: [o] spiritum [p] nolite extinguere, [q] prophetias [r] nolite spernere: [s] omnia autem probate, [t] quod bonum est tenete. [v] Ab omni specie mala abstinete vos. [x] Ipse autem Deus pacis [y] sanctificet vos per omnia, [z] vt integer spiritus vester & anima & corp' sine querela [a] in aduētu Dñi nostri Iesu Christi [b] seruetur.

Corripite Magnum opus pietatis, est homines male moratos corripere & indoctos docere: sed maius est desolatos cō solari istud

que quilibet Christicola facere debet. Dauid in psal. Docebo iniquos, &c. Saluator Iesus, Si videris fratrem tuum peccantē, corripe eū.

POSTILLA.

FRatres, rogamus vos: corripite inquietos, &c. Ista epistola ponitur in fine huius capituli, vnde postquam Apostolus in quatuor cap. præcedētibus reddidit Thessaloniceñ. beneuolos & dociles, hic consequenter reddit eos cautos. Circa quod sciendum, quòd cautela maximè requiritur circa illa, de quibus certū est quòd veniēt, quarum tamen hora veniendi est simpliciter ignota: sic verum est de die iudicij, secundùm quod dicitur Matt. xxiij. De illa die & hora nemo scit, neque angeli, &c. propter quod Apostolus circa hanc diem, reddit Thessalonicenses cautos. Vnde dies iudicij dupliciter accipitur in Scripturis. Vno modo pro ipsa die iudicij generalis in fine mundi. Alio modo pro die iudicij particularis: quę est dies mortis cuiuslibet hominis. Nam in illo statu in iudicio finali præsentabitur in quo in morte inuenietur. Intentio verò Apostoli videtur magis esse de die mortis: quia ipse sciebat diem iudicij finalis multùm distare, vt patet in epistola sequenti. Ipse autem hortatur Thessalonicenses in toto isto capitulo, q̄ sint cauti ne repentè veniat super eos dies Domini, & non inuenientur pręparati. Vnde litera est plana. Sed veniamus ad lectionem nostram, quę sicut dictum est ponitur in fine capituli in qua dicitur, a [Rogamus autem vos fratres, corripite.] s. charitatiuè. b [Inquietos.] id est gyrouagos & contentiosos. c [Consolamini pusillanimes.] i. est in tribulationibus deficientes. d [Suscipite infirmos,] mente & corpore infirmitates eorum quātùm secundùm Deū potest fieri, supportā do. Quando enim ex tali supportatione insolescunt, eos non expedit supportare: quia hoc esset malum nutrire. e [Patientes estote ad omnes] non solùm ad fideles, sed etiam ad infideles. Et intelligitur ista patientia, quātùm ad actum animi interiorem: quantùm autem ad exteriorem scilicet, defendendi se vel sua, aut repetendi rem vel iniuriam à iudice, nō semper expedit vtpotè si ex hoc audacia malè faciēdi tribuatur. Nisi ex tali supportatione maius malum, vtpotè graue scandalum oriatur. f [Videte ne quis malum pro malo alicui reddat] hoc enim est vindicare seipsum: quod semper est malum, cùm nullus sit iudex in sua causa. Si tamen aliquis

Duplex est infirmitas corporalis & spiritualis.

non habeat superiorem iudicem: sibi iniuriam factam debet, vel potest punire, non tamen amore vindictæ: sed zelo iustitiæ. g [Sed semper quod est bonũ sect. inuic.] fideles, s. ad inuicem. h [Et in omnes] i. etiam erga infideles. i [Semp. gaud. in Dom.] Et sic non actu: quem oportet aliquando interrumpi, saltem in somniorum habitu. Et eodem modo intelligitur quod subditur, k [Sine intermis. orate.] Vel hoc referẽdum est ad horas, ad hoc aptas vel constitutas: quarum nulla est intermittenda. l [In omnibus.] s. prosperis & aduersis. m [Gratias agite Deo] qui aduersa ordinat ad salutem vestram, sicut & prospera, & hoc per meritum vestræ petitionis: sicut patet de S. Iob. Et subdit causam, n [Hæc est enim voluntas Dei, &c.] cui est in omnibus obtemperandum. o [Spiritum, &c.] Hæc est tertia pars in qua hortatur eos benè se habere erga Deum dicens, p [Nolite exting.] s. per immoderatam curã rerum temporalium (spiritum.) s. deuotionis erga Deum. q [Prophetias.] s. Scripturarum sacrarum expositores. r [Nolite spernere.] quia frequenter reuelatur intellectus homini simplici, qui tamen occultatur prudenti. Vnde Matth. xj. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Veruntamen quia expositores aliquando deficiunt ideo subdit, s [Omnia autem prob.] i. dicta eorum discutite. t [Quod bonum est tenete.] hoc præceptum est contra multos, qui in locutionibus & prędicationibus mala dicta, melius retinent quàm vtilia. v [Ab omni spec. mala, &c.] Non solùm enim abstinendum est à malo: sed etiam ab eo quod habet apparentiam mali, propter scandalum vitandum saltem quousque declaretur quòd illud est licitum. x [Ipse autem Deus pacis.] i. auctor, & dator pacis. y [Sanctificet vos per omnia.] s. ad corpus & animam pertinentia. z [Vt integer spirit. vester, &c.] Et dicitur spiritus quantum ad superiorem animę partem, & dicitur anima quantum ad inferiorem. a [In aduentu Domini.] s. ad iudicium. b [Seruetur.] Et quòd istud sit sperandum subditur, Fidelis est qui vocauit vos ad fidem, s. Deus, qui etiam faciet quia nulli deficit, quantum ex se, &c. Hæc tamen clausula non ponitur in epistola nostra: quanquam sit de integritate intellectus & sensus omnium præcedentium.

Deus omnium rerũ auctor.

QVAESTIO XLIIII.

Super verbis epist. eiusdem diei quæ habentur ad Thess. v. in quibus Apost. illos ad patientiam exhortatur cùm dicit, Patiẽtes estote. oritur q. de patientia, Vtrum patientia possit haberi sine gratia? Arguitur quòd sic: aliqui propter sanitatem corporis recuperandam grauia quædam & amara patiuntur. Sed salus animæ non est minus appetibilis quàm sanitas corporis: ergo pari ratione pro salute animæ potest aliquis multa mala sustinere: quod est verè patientem esse absque auxilio gratiæ. In oppositum, psal. Ab ipso, s. Deo patientia mea: igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd tolerantia etiam malorum quam quis sustinet propter corporis sanitatem, procedit ex amore quo homo naturaliter diligit suam carnem, ideò non est similis ratio de patientia, quæ procedit ex amore supernaturali. Ad q. respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxxvj. quòd sicut Aug. dicit in lib. de Patient. via desyderiorum facit tolerantiam laborum, & dolorum: & nemo, nisi pro eo quod delectat, spontè suscipit ferre quod cruciat: & huius ratio est, quia tristitiam & dolorem, secundùm se abhorret animus, vnde nunquam eligeret eam pati propter se, sed solùm propter finem: ergo videtur quòd illud bonum propter quod aliquis vult pati mala sit magis volitum & amatum quam illud bonum cuius priuatio ingerit dolorem, quem patienter toleramus. Quòd autem aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amissione potest dolor causari, pertinet ad charitatem, qua diligit Deum super omnia: vnde manifestum est quòd patientia, quæ est virtus à charitate causatur. Sequitur quòd patientia non potest haberi sine auxilio gratiæ: de patientia enim loquor dicendo quòd triplex est patientia, scilicet, patientia episcoporum quibus ex officio corrigere pertinet, quod non faciunt: sed mala tolerant & talis non est virtus sed vitium, & habetur sine gratia. Alia est patientia mundanorum, qui propter mũdum labores faciunt, & talis non est virtus, & habetur sine gratia. Alia est patientia virtuosorum, & non habetur sine gratia gratum faciente.

Domin. ij. in Quadrag. j. Thess. iiij.

FRatres, [a] rogamus vos & obsecramus [b] in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis, à nobis, [c] quomodo vos oporteat ambulare [d] & placere Deo [e] sic & ambuletis [f] vt abundetis magis. [g] Scitis enim [h] quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. [k] Hęc est enim voluntas Dei [l] sanctificatio vestra, [m] vt abstineatis vos à fornicatione: [n] vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere [o] in sanctificatione & honore: [p] non in passione desyderij [q] sicut & gentes quæ ignorant Deum. [r] Et ne quis supergrediatur, [s] neque circunueniat [t] in negotio fratrem suum, [x] quoniam vindex est Dominus [y] de his omnibus [z] sicut prędiximus vobis [a] & testificati sumus [b] Non enim vocauit nos Deus [c] in immunditiam: [d] sed in sanctificationem [e] in Christo Iesu Domino nostro.

A fornicatione. Fornicato aufert animę sanctitatẽ: creaturam præuaricare facit, hebetẽ spiritũ efficit & hominẽ infatuat, sensus & vires corporis debilitat. Est autem fornicatio prohibita omnibus vt vult mag. lib. iiij. dist. xxxiij.

POSTILLA.

FRatres, rogamus vos, &c. Ante initium huius Epiſt. ſcribit S. Paul. dicens, Cum eſſemus apud vos, & prędicabamus vobis, paſſuros vos tribulationes ſicut & factum eſt. Tūc ſequitur epiſt. illa quam ſcribit Paul. Theſſalonicenſibus. Et Theſſalonic. nominantur à Theſſalonica ciuit. quæ eſt metropolis in Macedon. quę eſt quædā pars Græciæ. Vbi notandum eſt quòd epiſt. & Euang. concordant: Nam euang dicit de muliere Cananæa, quæ cum clamoribus petiuit à Chriſto ſanationem filiæ ſuæ quæ grauiter vexabatur à dęmone: ſed quia clamores & petitiones noſtras Deus non exaudit, niſi à mundo corde procedant: ideo Apoſt. Paul. in epiſt. hod. ad mundationem & ſanctificationem inducit dicens, a [Rog. vos, &c.] Vin Rogare eſt ſimpliciter petere: ſed obſecrare eſt cum neceſſitate rogare: & propter hoc addit Apoſt. b [In Domino Ieſu, &c.] ſ. à me Timoth. & Syluano verbo & exemplo. c [Quomodò vos opor. amb.] ſ. proficiendo per viam mandatorum Dei. d [Et plac. Deo.] Ly. caſtè & mundè viuendo. e [Sic amb] Gorr. ſ. in bonis proficiendo & perſeuerando. f [Vt abund. mag.] i. vt creſcatis in virtutibus & meritis. g [Scitis enim.] i. ſcire debetis. h [Quæ præcepta.] ſ. euangelica. i [Dederim vobis, &c.] ſ. de mandato ipſius cui ſimpliciter eſt obediendum. k [Hæc eſt enim volun. Dei.] Vin. ſ. beneplacens. l [Sanctific. veſt.] i. vt ſanctificemini in virtutibus. m [Vt abſtin. vos à fornic.] Lyr. tanquam à Deo prohibita. n [Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, &c.] i. vxorem propriam. o [In ſanct. & hon.] gl. vt ſciat quandoque etiam ab vſu licito abſtinere locis & temporibus ſacris, & etiam tempore puerperij & menſtrui. p [Non in paſ. deſyd.] i. non ſemper ſatisfaciendo delitiis carnis. q [Sicut & gentes, &c.] Vin. per veram fidem propter quòd non debetis aſſimilari eis. r [Et ne quis ſupergred.] ſ. per violentiam, s [Neque circun.] per fraudulentiam. t [In negotio] occulto. v [Fratr. ſuum.] i. proximum ſuum. x [Quoniam, &c.] i. vindictam facit. y [De omnib. his.] ſ. de omni immunditia, de omni iniuria, & de omni fraudulentia. z [Sicut prædiximus vob.] in doctrinis noſtris. a [Et teſtificati ſumus] teſtimonium Scripturarum. b [Non enim voc. nos Deus.] Vin. per internam inſpirationem & apertam prædicationem. c [In immundit.] i. vt immunditiæ ſeruiamus. d [Sed in ſanctificat.] vt ſanctè viuamus & in ſanctitate ſeruiamus. e [In Chriſto Ieſu Domino noſtro.] Vin. i. auxilio & adiutorio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ponit differentiam inter rogare & obſecrare.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

Deus vocat homines multis modis: aliquādo per inſpirationem, & aliquādo per prædicationem aliquādo per tribulationem aliquādo per bonorum largitionem.

QVAESTIO XLI.

SVper verbis epiſt. ij. dominic. xl. quę habentur j. ad Theſſ. iiij. ſ. Abſtineatis vos à fornicatione. oritur q. de fornicatione, Vtrum fornicatio ſit grauiſſimum peccatū? Arguitur quòd ſic: tanto aliquis magis peccat, quanto in rem ſibi magis coniunctam delinquit: ſicut grauius peccat, qui percutit patrem quam qui percutit extraneum. Sed qui fornicatur in corpus ſuum peccat, quod eſt homini coniunctiſſimum: ergo fornicatio eſt grauiſſimum peccatum. In oppoſitum Greg. ait, Peccata carnalia ſunt breuioris culpæ quàm peccata ſpiritualia: igitur. Ad argumentum dicitur quòd ille qui fornicatur dicitur peccare in corpus ſuum, non ſolum quia fornicationis delectatio conſummatur in carne, quod etiam in gula accidit, ſed etiam quia contra bonum proprij corporis agit qui fornicatur: inquantum, ſ. indebitè reſoluit illud & inquinat, & alteri commiſcet: non tamen propter hoc ſequitur quòd fornicatio ſit grauiſſimum: quia ratio in homine præualet corpori, vnde ſi ſit peccatum magis repugnans rationi grauius erit. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm Tho. ij. ij. q. cliiij. quòd grauitas alicuius peccati poteſt attendi dupliciter. Vno modo ſecundùm ſe, alio modo ſecundùm actiones. Secundùm ſe quidem attenditur grauitas peccati ex ratione ſuæ ſpeciei quæ conſyderatur ſecundùm bonum cui opponitur peccatum: fornicatio autem eſt contra bonum hominis naſcituri, & ideo eſt grauius ſecundùm ſpeciem ſuam peccatis, quæ ſunt contra bona exteriora ſicut eſt furtum, minus autem peccatis quæ ſunt directè contra Deum, & peccato quod eſt contra vitam hominis iam nati ſicut eſt homicidium: ideò patet quomodò fornicatio eſt commiſſa, & quomodò non.

Feria ij. poſt Dom. ij. xl. Lect. Dan. ix. c.

IN diebus illis, [a] orauit Daniel Dominum dicens, [b] Et nunc Domine Deus noſter qui eduxiſti populū tuum de terra Aegypti in manu forti: [c] & feciſti tibi nomen [d] ſecundùm diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iuſtitiam tuam. [e] Auertatur obſecro ira & furor tuus [f] à ciuitate tua Ieruſalem, [g] & à monte ſancto tuo. [h] Propter peccata enim noſtra & iniquitates patrum noſtrorum, Ieruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus, per circuitum noſtrum. Nunc ergo Deus noſter exaudi orationem ſerui tui & preces eius, [i] & oſtende faciem tuam [k] ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertū eſt. [l] Propter temetipſum [m] inclina Deus meus aurem tuam & audi, aperi oculos tuos, & vide deſolationē noſtram & ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. Neque enim

Propter peccata. peccata noſtra & iniquitates ſūt cauſæ eorū malorū q̄ ſimplexè patimur: vnde Auguſ. Si in nobis nulla domi naretur iniquitas nulla noceret aduerſitas

in iustificationibus nostris prosterni mus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis: [n] exaudi Domine, o placare Domine, [p] attende & fac q ne moreris [r] propter temetipsũ Deus meus, quia nomen tuũ inuocatũ est super ciuitatẽ hãc, & super populum tuũ Dñe Deus noster.

POSTILLA.

IN diebus illis, orauit Daniel Dominum dicens, &c. In principio huius capituli posita est octaua visio quæ fuit facta in anno primo Darij qui occidit Balthasar. Et deinde posita est ipsius prophetæ postulatio. In hac autẽ lectione declaratur intentio postulantis. Et primò quantùm ad petitionis materiã. Secundò quantùm ad impetrãdi fiduciã, ibi, Propter temetipsum. Tertiò quantùm ad petẽtis instantiã & deuotionẽ: ibi, Exaudi Domine. Circa primũ consyderandum est quòd materia suæ petitionis est duplex, s. amotio mali, & collatio boni. Ad impetrãdum primum reducit ad memoriam malum seruitutis Ægyptiacæ ab eis amotum per Dominũ, quia motus magnifici est dare citius beneficium postulatũ: quando præcedens beneficium ad memoriã reducitur: vt habetur iiij. Ethic. Et hoc facit Daniel in proposito dicens, b [Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuũ de terra Ægypti in manu forti.] s. Pharaonem percutiẽdo & mirabilia pro populo tuo faciendo, & quæ non poterant fieri nisi virtute infinita. c [Et fecisti tibi nomen.] quia per illud factum, nomen Domini publicatum fuit quasi per vniuersam terram. d [Secundùm diem hanc.] hoc est, vt patet in hac die: quia filij Israel tunc dispersi per orbem narrabant ea quæ dominus fecerat pro eis in Aegypto: sequitur. e [Auertatur obsecro ira tua, &c.] metaphorica est locutio. Deus enim dicitur irasci, quãdo punit, quia ad modum hominis irati se habet, & sic Daniel petit punitionis amotionem. f [A ciuitate tua Ierusalẽ.] in qua vigebat cultus diuinus ex diuina electione. g [Et à monte sancto tuo.] in quo erat templum: quia illa pars ciuitatis Ierusalẽ, in qua erat templũ erat montuosa. Sequitur, h [Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.] Hoc dicit in hac parte: quia non solùm Babylonij captiuauerũt filios Israel sed etiam Assyrij & alij populi, qui erãt in circuitu eorũ multos detinebãt captiuos de filiis Israel. i [Et ostende faciem tuam.] Hic ponitur secundùm, quod est materia suæ petitionis, s. boni collatio. k [Super sanctuarium tuum, &c.] q.d. Restitue ciuitatem & templum in statum pristinum, l [Propter temetipsum.] Hic secundò tangitur impetrandi fiducia: quia innititur diuinæ bonitati & clementiæ, & non propriæ iustitiæ. Et hoc est quod dicit, Propter temetipsum, id est propter bonitatem tuam m [Inclina Deus meus.] Hic describitur orantis instantia, cum dicitur, n [Exaudi Domine.] s. preces nostras, ipsas benignè audiendo. o [Placare Domine.] s. offensam remittẽdo. p [Attende & fac.] scilicet nobis consolationẽ perfectam tribuendo. q [Ne moreris.] quia tempus instat in quo promisisti consolationem dare nobis. r [Propter temetipsum.] scilicet vt veritas tua cunctis appareat, & bonitas & cultus tibi debitus persoluatur. Propter quod subdit, s [Quia nomen tuum inuocatũ est super ciuitatem, &c.] Domine Deus noster. Hic est huius præsentis lectionis finis, sicut in pluribus aliis.

QVAESTIO. XLVI.

SVper verbis epistolæ feriæ secundæ post secundam domi. xl. quæ habentur Danie. ix. c. Orauit Daniel dominum dicens, Et nunc, &c. oritur q. de oratione, Vtrum determinatè aliquid petendum sit in oratione? Arguitur quòd non: Nullus debet aliquid determinatè petere, nesciens quid oporteat ipsum petere, sed cùm oramus nescimus quid oportet petere. Igitur. In oppositum Mat. vj. habetur, quum Christus docuit discipulos suos petere aliqua determinatè, quæ continentur in oratione dominica. Ad argumentum dicitur quòd quamuis ex virtute nostra qua oramus, sicut oportet nesciamus: tamen spiritussanctus in hoc adiuuat infirmitatem nostram, faciendo nos petere quod oportet: nam habetur ad Ro. viij. Spiritus postulat pro nobis, id est postulare nos docet & facit. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ric. de med. Vil. iiij. Sen. dist. xv. ar. iiij. q. iiij. quòd quædam sunt quibus non possumus malè vti sicut virtutes, gratia, gloria & talia determinatè petenda sunt in oratione. Quædam sunt quibus possumus vti benè & malè, & illa non sunt determinatè petenda in oratione absolutè: sed sub conditione, id est si Deus præuidet illa ad salutem nostram fore vtilia. Aliqua sunt quibus bene vti non possumus: & ista non sunt petenda in oratione.

Feria iij. post Domin. ij. in Quadrag.
Lect. lib. iij. Regum xvij. capit.

IN diebus illis, [a] factus est sermo dñi ad Eliã Thesbitem dicens, [b] Surge & vade in Sareptam Sidoniorum, & manebis ibi: [c] præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit & abiit in Sareptã Sidoniorũ. Cumque venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna & vocauit eam. Dixitque ei, d Da mihi paululum aquæ in vase, vt

Mulier vidua. Dns De castas viduas &

per custodiam, & in necessitati b⁹ suis eas coadiuuit & earũ oppressores cõcussit & viduam eã à ac pupillos in sua protectione suscepit. Dauid in psl. cxlv. Dominus custodit aduenas: pupillum & viduam, &c.

bibam. e Cũque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius dicẽs, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus: quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria: & paululum olei in lechyto, & colligo duo ligna vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus & moriamur. Ad quam Elias ait, f Noli timere, sed vade & fac sicut dixisti, veruntamẽ mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies posteà. Hæc autẽ dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinę nó deficiet, nec lechy tus olei minuetur: vsque in diem qua daturus est Dominus pluuiam super faciem terræ. Quę abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ. Et comedit ipse & illa & domus eius tota. & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lechytus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu Eliæ.

POSTILLA.

IN diebus illis, factus est sermo Domini ad Eliã Thesbitem dicẽs, Surge, &c. In toto cap. à quo sumpta est hæc epistola agitur de his quæ acciderunt tẽpore Iosaphat Regis Iudæ, sub quo continuatũ fuit regnum Achab: licet inccœperit sub Asa patre suo. Et quia Achab, super omnes reges qui eum præcesserũt malus fuit, ideo Scriptura diligẽter prosequitur circa eũ diuinam prouidentiã, eum à malis reuocãdo: licet abusus fuerit, vt sic iustior appareat eius cõdẽnatio. Igitur primò reuocatur à malis suis signis cælestibus. Secũdò victoriis mirabilibus. & tertiò diuinis cõmonitionibu. Vnde circa primũ inducitur primò sterilitas. secũdò Elias à coruis pascitur. Tertiò à muliere vidua suscipitur ibi, Surge, &c. & hæc tertia pars est lectio præsens. Surge, &c. Elias Thesbites à ciuitate Thesba, vnde oriũdus fuit dictus est: vnde hic describitur ipsius Eliæ deuota receptio. Circa primum dicitur, b[Surge, & vade, &c.] Vnde Sarepta nomen est ęquiuocũ ad syluam & ad villam iuxta eã existentẽ, quæ à sylua denominatur. c [Pręcepi enim ibi mulieri, &c.] istud præceptũ nõ fuit per verbũ exp̃ssum, sed per diuinã ordinationẽ: quia sic ordinauerat Deus ꝙ mulier illa vidua venientẽ Eliã reciperet & eum pasceret. d [Da mihi paul. & c.] dicit Rab. Sa. quòd quamuis Deus reuelasset Eliæ ꝙ pascendus ibi esset per mulierẽ viduã non tamen fuit sibi reuelatum in particulari quæ esset illa, & ideò exẽplo Eliezar rogauit Dominũ vt ostenderet sibi quę posset esse illa, hoc per signum ꝙ sibi petenti aquam libenter offerret, sicut Eliezar cognouit Rebeccã, vt habetur Gen. xxiiij. e [Cumq; illa pergeret, &c.] per hoc cognouit quòd illa erat de qua Dominus sibi dixerat, & cum hoc fuerat sibi reuelatum ꝙ oleum & farina non deficeret in domo eius: quousq; daret Dominus pluuiã super terrã. Et ideò dicit ei, f [Noli timere sed vade & fac sicut dixisti, &c.] Erat enim fatigatus itinere & ieiunio, & ideo accelerari debebat refectio eius. Cætera patent in litera vsque in finem lectionis.

Vnde fuit oriundus Elias.

Timẽdum est timore filiali qui est bonus, non mundano q est malus.

QVAESTIO XLVII.

SVper verbis epi. fe. iij. post ij. dom. in. xl. quæ habentur iij Reg. xvij. quòd Elias dixit mulieri viduæ, quando ei petiit modicum aquæ iuxta portam ciuitatis, s. Noli timere. oritur quæstio de timore, Vtrum timor excuset à peccato. Arguitur quòd non: timor est peccatum, Sed peccatum non excusat à peccato, sed magis aggrauat ipsum, ergo timor non excusat à peccato. In oppositum habetur in decretis. q. j. Vim passus & inuitus ab hæreticis ordinatus colorem habet excusationis. igitur. Ad arg. dicitur quòd timor non omnino excusat ex ea parte, qua est peccatum: sed ex parte qua est inuoluntarium. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. quæst. xxv. per duas conclusiones. Prima est, Talis quicunque, vt fugiat mala quæ secundum rationem sunt magis fugienda, non refugit mala quæ sunt bene fugienda, non peccat: sicut magis est fugienda mors corporalis quàm amissio rerum temporalium. Secunda conclusio, Si quis incurrat mala animæ: peccata scilicet fugiens mala corporis putà flagella, mortem, aut mala exteriorum rerum, putà damnum pecuniæ: aut si sustineat mala corporis vt vitet dãnum pecuniæ non excusatur totaliter à peccato, diminuitur tamen quia bonum voluntarium.

Feria iiij. Lectio libri Hester xiij. cap.

IN diebus illis, a orauit †Mardochæus ad Dominũ dicens, Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos, cõtinuò liberabimur. Tu enim Dñs fecisti cęlum & terrã & quicquid ambitu cæli continetur. Tu es dñs omniũ, & non est qui resistat maiestati tuæ. Et tunc domine Rex Abrahã miserere populo

Orauit. oratio iusti assidua in tribulationibus multum valet & prodest: quoniã ea est perquã De⁹ ad misirandum prouocatur, vt de beato Petro in Actibus Apost. habetur c. ii. & de rege Ezechia, iiii. Reg.

Oratio Mardochæi ad Deum p Iudæis a morte liberãdis.

tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partẽ tuam quam redemisti: sed exaudi deprecationem nostrã, & propitius esto sorti & funiculo hæreditatis tuæ: & cõuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomẽ tuum, & ne claudas ora canentium te Domine Deus noster.

POSTILLA.

IN diebus illis, orauit Mardochæus ad Dominum dicẽs, &c. Nota est historia de his quæ acciderunt Iudæis tẽporibus Assueri regis, qui regnauit ab India vsque ad Æthiopiam super cẽtum viginti septem prouincias: quando sedit in solio regni sui, cuius Susa ciuitas regni eius exordium fuit: & quomodo ipso existente in regali conuiuio, Vasthi eius mulier & regina, vocata renuit intrare, ob quã causam indignatus rex vehementer, consilio magnatum & principum suorum super hoc habito: reiecit ipsam reginã Vasthi & in locum suum sublimauit Edissen: quę alio nomine dicta est Hester, quę habebat auunculum siue patruum, & nutritiũ, s. Mardochæum Iudæum qui translatus fuerat à Ierusalem eo tempore, quo Iechoniã regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis trãstulerat. Deinde quomodo rex exaltauerit Aman, cui cuncti serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua sua, & eundem adorabant. Solus Mardochęus non flectebat genua neq; adorabat eum, ob quã rem valdè indignatus Amã sciẽs Mardochæum Iudæum esse impetrauit à rege, vt omnes Iudæi qui erant in tota prouincia, vno die occiderentur. Quod audiens Mardochæus narrauit reginæ nepti suæ omnia: qui ambo conuersi ad Dominum pro ipsis & tota gente sua humiliter preces fuderunt. Et Dominus dedit gratiã ipsi reginæ apud regẽ maritũ suum, adeò vt non solùm vitã sibi ac omnibus Iudæis saluam faceret, verum etiam ipsum Aman inimicum eorũ suspendio damnatum habuerunt in eo patibulo, quod parari iusserat Mardochæo: vt patet ad longum historiam cernere volenti. In hac enim lectione solùm continetur oratio quam fecit Mardochæus prædictus ad dominum vt à prædicto periculo mortis eos liberaret. Et quia litera est per se patẽs non iam eget aliqua alia expositione.

Quomodo Rex Assuerus exaltauit Aman.

QVAESTIO XLVIII.

SVper verbis epist. fer. iiij. post ij. do. xl. quæ habentur Hester xiij. s. orauit Mardochæus ad Dominũ, vt s. à periculo mortis Iudæos liberaret. oritur q. de oratione, Vtrũ debeamus pro aliis orare? Argu. quòd non: in orãdo enim sequi debemus formã quam Dominus tradidit. Sed in oratione Dominica petitiões pro nobis facimus, non pro aliis, dicẽdo Panẽ, &c. Igitur. In opp. Iac. v. Orate pro inuicẽ vt saluemini. igitur. Ad argu. dicitur, quòd in oratione nos non dicimus, Pater meus, sed noster, nec da mihi, sed da nobis. Quia Deus noluit priuatã precẽ fieri, vt s. quis pro se tantùm precetur, sed pro omnibus orare voluit: quoniam in vno omnes ipse portauit. Ad q. respondendũ est secundùm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. quòd debemus orando petere quod debemus desyderare. Desyderare debemus bona non solum nobis, sed etiã aliis: hoc enim pertinet ad rationẽ dilectionis: quã proximis debemus impendere. Chrysostomus ait super Matthæum, Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcis ante Deum est oratio quam charitas fraternitatis commendat: igitur.

Feria v. Lectio Iere. Prophetæ xvij. c.

HÆc dicit Dominus Deus, [a] Maledictus homo † qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ suũ, [b] & à Domino recedit cor eius. [c] Erit enim quasi miricæ in deserto, [d] & nõ videbit cùm venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto, [e] in terra salsuginis & inhabitabili. [f] Benedictus vir q. cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignũ quod transplãtatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas, [g] & non timebit cũ venerit æstus. Et erit folium eius viride & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. [h] Prauũ est cor hominis [i] & inscrutabile. Quis cognoscet illud? [k] Ego Dominus scrutans corda [l] & probãs renes. [m] Qui do vnicuique secundùm viam suam, [n] & iuxta fructũ adinuẽtionum suarũ, [o] dicit Dominus omnipotens.

Maledict° homo. Cõfidẽs in humana potestate dei adiutoriũ postponẽdo & Dei protectionem relinquens, in sui maledictionẽ hoc facit, quia bonum relinquit pro malo: vnde illi maledictio. Isaias, Væ qui confidunt in filiis hominum in quibus nõ est salus. Dauid, Nolite confidere in principib° nec in filiis hominum in quib°, &c. Psal. cxv.

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus, Maledict° homo, &c. Intentio Ier. Prophetæ in toto libro suo est describere circa populum regni Iudę, malitię grauitatẽ & deinde ipsius incorrigibilitatẽ seu irreparabilitatem, & hoc propositum per septẽ modos nititur ostendere, qui videri possunt à xiij. cap. vsque ad xxxix. In isto autem cap ponitur quintus modus per quẽ ostendit propheta peccatũ populi Iudæ insanabile: vt patet per literã à principio ipsius capituli vsque ad præsentem lectionem: in qua propheta ponit populi Iudæ reprobationẽ, propter falsam cõfidentiã: & primò propter confidentiã quã habebat populus

Iudæ in Ægyptiis. Secundò propter confidentiam quam habebat in diuitiis propriis. Circa primũ dicitur, a [Maledictus homo qui confi. in ho] sicut fuit Sedecias cũ populo sibi assentiente, qui rebellans contra Nabuchodonosor confidebat de auxilio regis Ægypti & de Dei auxilio diffidebat: ideò subditur, b [Et à Domino recedit cor eius] quia confidere in homine dum tamen confidentia principalis sit in Deo non est malũ. c [Erit enim quasi miricæ in deserto] i. sine fructu bono, quasi mirica quæ alio nomine vocatur genesta. Est enim fructus inutilis ad ædificationẽ nec facit fructum qui sit conueniens ad nutritionem. d [Et non videbit cùm venerit bonum] quia Sedecias fuit exoculatus & in Babylonẽ ductus, & in amaritudine mortuus: & ideò subditur, e [In terra salsuginis,] i. amaritudinis. Et quia in populo Iudæ erant aliqui boni, vt Ieremias, Baruch & Adramelech, in Domino cõfidentes, ideò de talibus subditur, f [Benedictus vir, &c.] & est patẽs sententia vsque ibi, g [Et nõ timebit cùm venerit æstus] s. tribulationis. Sicut enim lignum super aquas plantatum non perdit viriditatem: adueniente æstu, sic homo bonus nõ relinquit iustitiam aduenientẽ tribulationis tempore. h [Prauum est cor hominis, &c.] Hic cõsequenter ponitur reprobatio populi propter confidentiam in suis diuitiis, cùm dicitur, Prauum est cor hominis, i. pronum ad auaritiam. i [Et inscrutabile] s. ab homine qui tantum videt ea quæ patẽt, j. Re. xvj. Nõ tamẽ à Deo: ideò sequitur, k [Ego Dominus scrutãs cor] i. cogitationes. l [Et probans renes] i. examinãs affectiones. m [Qui do vnicuique iuxta viam suam] s. priuã; eum diuitiis malè acquisitis. n [Et iuxta fructum adinuentionũ suarum] i. quando adinuentiones suę fiunt propter malum. Nam adinuẽtor alicuius rei propter malum est causa omnium malorũ quæ postea fiunt per illam adinuentionẽm. Et sequitur, o [Dicit Dominus omnipotens] qui est finis solitus apponi in fine lectionum.

QVAESTIO XLIX.

SVper verbis Epist. fer. v. post ij. dom. xl. quæ habentur Ier. xvij. s. hoc dicit Deus, Prauum est cor hominis, quis cognoscit illud? Ego Dominus scrutans corda. oritur q. de sciẽtia Dei, Vtrum Deus cognoscat omnia, putà mala sicut bona? Arg. quòd non cognoscat mala: habetur Abacuc j. Mundi sunt oculi tui Domine ne videant malũ. ergo Deus non cognoscit malum. In opposi. Aug. Quicquid fecero Deus assistit. Senec. etiã ait in epist. ad Lucilium, Quid prodest aliquid ab homine esse secretum? nil Deo clausum est. Igitur. Ad quæst. respõdendum est secundùm Bonau. j. Sen. di. xxxix. quòd in Deo dicitur esse duplex cognitio, vna approbatiua, quæ cõnotat cõplacentiã voluntatis, & ex illa nõ cognoscit mala neque malos. Mat. xxv. Nescio vos. Alia est cognitio simplicis intelligentiæ cuius ratio est à veritate prima quę est lux summa cui non potest occultari: & sic Deus cognoscit omnia tam bona quàm mala. Prou. xv. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos: ex dictis patet solutio argumẽti.

Feria vj. Lectio lib. Gen. xxxvij. cap.

IN diebus illis,[a] dixit Ioseph fratribus suis, Audite somniũ †meum quod vidi. Putabã vos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulũ meũ & stare, vestrosq; manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius, Nũquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum inuidię & odij fomitẽ ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrãs fratribus ait, Vidi per somnium quasi solem & lunam & stellas xj. adorare me, quod cùm patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater & dixit, Quid sibi vult hoc somniũ, quod vidisti?[b] Nonne ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? inuidebant igitur ei fratres sui. [c] Pater verò rem tacitus consyderabat.[d] Cumque fratres illius in pascẽdis gregibus patris morarẽtur in Sichen, dixit ad eum Israel, Fratres tui pascũt oues in Sichimis, veni mittã te ad eos. Quo respondente, Præsto sum: ait, Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora [e] & renũtia mihi quid agatur. Missus de valle Ebron venit in Sichen. Inuenitq; eum vir errantem in agro & interrogauit quid quæreret. At ille respondit, Fratres meos quęro, indica mihi vbi pascãt greges. Dixitq; ei vir Recesserũt de loco isto. Audiui autẽ eos dicẽtes Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothaim. Qui cùm vidissent eũ procul antequàm accederet ad eos cogitauerũt eum occidere, & mutuò loquebãtur. Ecce somniator venit, venite occidamus eũ, & mittamus eum in cisternã veterem. Dicemusq;, Fera pessima deuorauit eum.

Audite somnium. Sõnia aliquando eueniunt p phãtasmata & falsas dęmonum illusiones, & tunc de his non est curãdum. Cato, Sõnia ne cures, &c. Hæ visiones quandoque appellãtur vel habetur de vxore Pilati, Matt. xxvii. Alia sunt somnia à Deo missa: & appellantur diuinæ reuelationes. De his autem curãdum est, quia nobis sunt ad rẽ futurãque dam præsagia, vt habetur de sõnio Pharaonis septem aristas in somnio videntis, Ge. xli.

Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc f Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum & dicebat, Nō interficiamus animam eius, nec effundamus eius sanguinē: sed proiicite eū in cisternā hanc quæ est in solitudine, manusq; vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volēs eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

POSTILLA.

IN diebus illis, dixit Ioseph fratrib⁹ suis, &c. A principio huius capituli vsq; in finem describitur ipsius Ioseph status quantum ad descensum in Ægyptum. Ad hoc enim venditus est Ioseph in Ægyptum: vt fratribus & patri locus præpararetur secundùm quòd scribitur in Psal. ciiij. Misit ante eos virū, in Sichē, ibi venūdatus est Ioseph. Primū describitur ipsius Ioseph venditio & venditionis occasio. Secundò venditi cōditio ibi, Cumq; fratres illius. Tertiò vēditionis forma & ordo: ibi, Qui cum vidissent eum, &c. Quartò ipsius facti relatio: ibi, Tulerunt autem. Circa primum sciendum quòd occasio venditionis Ioseph fuit triplex. Prima fuit fratrum accusatio. Secūda patris sui dilectio, ibi, Israel autem. Tertia futurorum præuisio, ibi, Accidit quoq;. De duabus primis occasionibus tāgitur in principio huius capituli, & ideò tantùm fit mentio de tertia. In principio huius lectionis, in qua ponitur tertia occasio venditionis Ioseph, c ipsa visio ostēsa in somnis, per quā præfigurabatur quòd Ioseph deberet in posterum dominari in fratribus suis, & hoc quātùm ad primam visionem. Secūdam verò visionem vidit ad hoc pertinentem vt esset certum iudicium futuræ veritatis. Et est de se patens litera vsq; ibi, h [Nonne ego & mater.] Ex hoc autē dicunt aliqui quòd venditio Ioseph fuit facta matre sua adhuc viuente, cuius tamen mors describitur xxxv. c. Nam sicut frequenter accidit: prius facta aliquando posterius scribuntur & econuersò. Ad probationem autem dicti sui dicunt, Verum est quòd Ioseph venditus fuit xiij. annis ante mortē Isaac: quia Isaac in vniuerso vixit cxxx annos: vt dicitur in c. xxxv. Item Isaac lx. erat annorū quādo natus fuit Iacob: vt dicitur xxv. cap. quibus subtractis de annis Isaac remanent cxx. anni de vita Isaac post natiuitatem Iacob. Item Iacob erat cxxx. annorum quādo secessit in Ægyptum vt habetur xlvij. c. Ex quo patet quòd Iacob descendit in Ægyptum: post mortem Isaac decem annis tantùm, Sed venditio Ioseph præcessit descensum Iacob in Ægyptum xxiij. annis: quod patet sic, quia Ioseph xxxvj. erat annorum quādo fuit venditus vt habetur in principio huius capituli à quibus subtrahantur anni xvj. qui præcesserunt eius venditionem remanent xiiij. vsque ad tempus quo factus est præpositus, & inde vsque ad descensum Iacob in Ægyptū fuerunt ix. anni. vij. fertilitatis & duo famis vt habetur xlv. c. Ex quo cōcluditur quòd Ioseph vēditus est post mortē matris suæ. c [Pater verò rem tacitus cōsyderabat.] Licet enim loquēdo coram filiis videretur annihilare somnium: tamen intra se consyderabat quòd verum esset præsagium dominationis ipsius Ioseph futurę, quia per Solem, benè pater cōsyderatur & figuratur cùm sit principiū caloris & vitæ: & propterea, iij. de Anima sol dicitur pater virorum deorumq;. Et per Lunam quæ habet dominiū super humidis intelligitur mater, quæ est principium passiuum in generatione. Et eadem ratione per stellas intelliguntur filij, quia recipiunt lumē à Sole. d [Cumq; fratres illius, &c.] Hic consequenter describitur venditi cōditio. Et primò quātum ad eius promptam obedientiam, ad obsequendum patri: dum dicitur, Præsto sum. Secundò quantùm ad magnā diligentiam, fratres suos quærendo cùm dicitur, Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Cætera verò patent. e [Qui cùm vidissent eum procul, &c.] Hic consequenter describitur venditionis ordo, vbi præmittitur tractatus de ipsius morte, secundò de venditione, ibi, Et recedētes, &c. Circa primum nota quòd ex odio quo I fratres Ioseph contra eum conceperant, statim cùm viderunt eum à longe venientem deliberauerunt eum interficere, ne de cætero posset habere dominium super eos. Sequitur, f [Ruben nitebatur, &c.] ostēdendo fratribus suis horrorē fratricidij & offensam Dei & anxietatem patris sui: vt dicit Iosephus. Sed cùm videret quòd eos flectere non posset, cœpit eos inducere, vt in foueam deponeretur ibidem fame moriturus, dicēs hoc esse minus horrendū quàm si propriis manibus interficerent ipsum. Hoc tamen dicebat cogitans vt postea occultè eum de fouea extraheret: cuius dicto consenserunt. Et est patens litera in toto residuo.

Triplex occasio venditionis Ioseph.

Tempus venditionis Ioseph.

Quot annos habebat Ioseph quādo fuit venditus.

De patre ipsius Ioseph.

QVAESTIO L.

SVper verbis Epist. fer. vj. post ij. dominicam Quadragesimæ, quæ habentur Gen. xxvj. Dixit Ioseph fratribus suis, Audite somnium meum quod vidi. oritur quæstio de somniis, Vtrùm diuinatio quæ fit per somnia sit licita? arguitur quod sic: illi qui interpretantur somnia propriè vtuntur diuinatione somniorum: sed sancti viri leguntur somnia interpretati, sicut Ioseph est interpretatus somnia pincernæ Pharaonis & magistri pistorū: vt legitur Gen. xlj. Daniel interpretatus est somnium regis Babylonis: ergo diuinatio somniorum non est illicita. In oppositum habetur Deutero. x. Non inueniatur in te qui obseruet somnium. Igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij ij. q. xcv. per duas cōclusiōes Prima est,

Si quis vtatur somniis ad recognoscenda futura, secundùm quòd somnia procedunt ex reuelatione diuina, s. ex causa naturali intrinseca, quæ prouenit ex dispositione corporis sicut extrinseca, quantùm potest se virtus talis extendere, non erit illicita diuinatio. Secunda conclus. Si diuinatio causetur ex reuelatione dæmonũ, cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocantur: & tacita, quia huiusmodi diuinatio extendit se ad quod se non potest extendere, erit diuinatio illicita. Ex dictis patet solutio argumẽtorum ad vtranque partem factorũ: primum argumentum intelligitur de prima diuinatione: secũdum de secunda quæ est illicita.

Sabbato, Lect. Gen. xxvij. cap.

IN diebus illis, [a] dixit Rebecca filio suo Iacob, [b] Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei, † Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis. [c] Et pergens ad gregẽ affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur. Quas cum attuleris & comederit, benedicat tibi priusquàm moriatur. Cui ille respondit, [d] Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis. Si attrectauerit me pater meus, & senserit: timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionẽ pro benedictione. Ad quem mater, In me sit, ait ista maledictio fili mi: tantùm audi vocem meam. Et pergẽs affer quæ dixi. [f] Abiit & attulit dedítque matri. [g] Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patrem illius. [h] Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum, [i] pelliculásque hœdorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Dedítque illi pulmentum, & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit, Pater mi: at ille respondit, Audio. Quis es tu fili mi? Dixítque Iacob, [k] Ego sum primogenitus tuus Esau, feci tibi sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursúmque Isaac ad filium suum, Quomodò, inquit, tam citò inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. [l] Voluntas Dei fuit, vt citò mihi occurreret quod volebam: dixítque Isaac, [m] Accede huc vt tangam te fili mi: & probem vtrùm tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac, [n] Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. [o] Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem Maioris expresserant. [p] Benedicens ergo illi, [q] ait, Tu es filius meus Esau? Respondit, ego sum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit & osculatus est eum. [r] Statímque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam: benedicens ait, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. [s] Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini & olei. [t] Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. [v] Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. [x] Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau coctósque de venatione cibos intulit patri dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua: dixítque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. [y] Expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quàm credi potest admirans ait, Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquàm tu venires? [z] Benedixíque ei, & erit Benedictus. [a] Auditis Esau sermonibus patris irrugiit clamore magno. Et consternatus ait, [b] Benedic etiam & mihi pater mi. [c] Qui

Affer mihi. Isaac patriarcha filio suo Esau præcepit, quia venator erat quòd ei afferret de venatione sua, vt antequam moreretur illi benediceret, sed Rebecca mater patrem fefellit, vt textus habet: quo.nã Iacob electus est, cui pater benedixit. Esau autem reprobus factus est, nec tamen fuit deceptio aut mẽdacium, sed diuinũ mysterium vt vult mag. Sent. lib. i. distin. xii. per totum.

ait, [d] Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictioné tuã. At ille subiunxit, Iustè vocatum est nomé eius Iacob. † Supplantauit enim me, en altera vice. [e] Primogenita mea antè tulit, & nunc secundò, surripuit benedictionem meam. [f] Rursumque ad patré, Nũquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres tuos seruituti illius subiugaui: fruméto, vino & oleo stabiliui eũ, & tibi post hæc, fili mi, vltrà quid faciã? Cui Esau, Num vnã inquit, tantum benedictioné habes pater? mihi quoque, obsecro, vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, [g] motus Isaac dixit ad eum, [h] In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua.

Iustè vocatum est nomen eius Iacob. Prima quæst. i. c. nunquã. Sæpe sinistra principia ad fœlicesp-uenîunt exitus, vt Iacob per supplantationem peruenit ad benedictioné: vt seges quæ leprosam amnu feritur mẽdatum metitur.

POSTILLA.

IN diebus illis, dixit Rebecca filio suo Iacob, Audi, &c. In hac lectione describit ordinem posteritatis Isaac patriarchę, s. qualiter ipse vnũ alteri præposuerit, & quia hoc fiebat per benedictionem: ideò dispositio ad benedictionem primò describitur. Vnde priusquàm veniamus ad lectioné præsentem, est notandum illud quod ponitur à principio huius capituli vsque ad præsentem lectionem, scilicet quomodò senuerat Isaac, & caligauerant oculi eius. Et videre non poterat, vocauitq; Esau filium suum maiorem & dixit ei, Fili mi? Qui respondit, Adsum. Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim & ignoré diem mortis meæ: sume arma tua pharetrã & arcũ, & egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cùm audisset Rebecca, & iste abiisset in agrum vt iussum patris impleret dixit filio suo Iacob. b [Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo & dicentem ei, Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam & benedicã tibi coram Domino antequam, &c.] Hîc consequenter, describitur dispositio Iacob ad benedictionem per reuelationem matris reuelãtis ipsi Iacob verba patris, vt benedictio illa ad Iacob transferretur: quia sciebat quòd ei debebatur: vt dictũ est xxxv. cap. c [Et pergens ad gregem] quia erat propè satis. & inde poterat habere cibum ante reditum Esau. d [Nosti quòd Esau frater meus, &c.] i. per totũ corpus in modum pellis hispidus est vt dicitur xxv. cap. Et ideo per hoc timebat deprehendi à patre, & sic ab eo maledici. e [In me sit, ait, ista maledictio fili mi] i. nunquam accidet hoc: cõfidebat enim quòd Deus taliter disponeret vt verbum suum impleret. f [Abiit & attulit.] Hîc describitur dispositio ad benedictionem per præparationem filij, quæ quidem præparatio fuit in cibi offerendi decoctione, cùm dicitur, g [Parauit illa cibos, &c.] secundò in filij compositione, cùm dicitur, h [Et vestibus Esau valdè bonis, &c.] sicut enim dicitur cap. xiiij. vsque ad legé datã tempore Moysi primogeniti erant sacerdotes, & ideo habebãt vestes speciales pretiosas & odoriferas, quibus induti in magnis solennitatibus offerebant oblationem Domino. i [Pelliculasq; hœdorum circũdedit manibus] fecit ei quasi chirotecas vt apparerent figuræ manus. k [Ego sum primogenitus tuus Esau] Rabb. Sa. vt excuset Iacob de mẽdacio: sic punctuat hanc literã, Ego sum, scilicet, qui apporto tibi cibum: sed Esau est primogenitus tuus. Sed iste manifestè corrumpit sensum, nec tamé per hoc habet intentum: quia quacunque arte verborum aliquis fallat alium à mendacio nõ excusatur secundùm August. Et ideo aliter dicitur & melius. Licèt enim Iacob nõ esset Esau in persona, erat tamen in officio & dignitate quantùm ad illius primogenituræ prærogatiuam, vt suprà declaratum est. Et ex hoc debebatur sibi benedictio: ideo quãdo dixit, Ego sum primogenitus tuus Esau, scilicet quantùm ad dignitatem primogenituræ verum dixit, quia sic quæstio Isaac debebat intelligi: quia quærebat de eo cui benedictio debebatur propter quod non decepit patrem: licet pater nõ sic intellexerit. Et tali modo loquendi vsus est saluator Matt. xj. dicens de Ioanne, Ipse est Elias. Et sic etiam exponenda sunt alia verba Iacob, in quibus loquitur tanquam esset Esau & facta eius. Sciendum tamen quòd non videtur mihi magna necessitas excusandi patres veteris testaméti à mendacio maximè officioso: sicut hîc & in pluribus aliis locis: quia certum est quòd Apostoli fuerunt multo perfectiores eis: & tamen non fuerunt immunes à peccato veniali. Vnde dicitur in Canonica Ioan. j. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. & multominus patres veteris Testamenti fuerunt immunes à peccato veniali, maximè quia plures eorum leguntur peccasse mortaliter & enormiter, sicut Dauid in adulterio Bethsabee & homicidio Vriæ, patriarchæ etiam ex odio & inuidia vẽdiderunt Ioseph fratrem suũ in Ægypto. l [Volũtas Dei fuit vt citò, &c.] ex ordinatione diuina mater misit eum ad gregé vnde citò poterat habere cibũ pro patre. m [Accede huc vt tangam te] quia non cognoscebat eum per visum: voluit eum probare & cognoscere per tactum. n [Vox quidem Iacob est: sed manus sunt Esau, &c.] Licet enim caligassent oculi eius, & videre non posset: tamen clarè audiebat & ad vocem videbatur Iacob, ad tactũ

Nescit homo an odio dignus sit.

Quomodo Iacob fuit probatus an esset Esau.

Esau. Veruntamen quia sensus tactus in hominibus certior est quàm sensus auditus, quia homo in tactu excellit omnia alia animalia: vt dicitur iij. de Anima, in auditu autem excellitur à multis animalibus, ideo iudicauit magis secundùm tactum quàm secundùm auditum. o [Et nō cognouit eum, &c.] in probatione per sensum tactus. p [Benedicens ergo illi] i. benedicere volens. q [Ait, Tu es filius meus Esau] hoc nō interrogabat quasi amplius dubitans: sed vt propinet sibi obsequium: quo pacto procedat ad benedictionem. Et est litera patens. r [Statimq; vt sensit.] Hic consequenter describitur forma benedictionis. Vbi sic proceditur: quia primò describitur ipsius Iacob benedictio, secundò benedictionis Iacob cōfirmatio: ibi, Vix Isaac sermonē suum impleuerat. Tertiò Esau querulatio: ibi, Auditis Esau sermonibus. Quintò contra Iacob machinatio: ibi, Oderat ergo. Quartò matris obuiatio: ibi, Nūciata sunt hæc Rebeccæ. Tres primæ partes ponuntur in præsenti lectione: aliæ verò in processu capituli. Quātùm ad primam [formam] benedictionis: primò imprecatur filio bona tēporalia, quia ex sensibilibus & terrenis intellectus humanus ducitur ad spiritualia & æterna. Et quātum ad hoc dicitur. s [Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundātiam frumenti, &c.] Ex influentia enim corporis cælestis tanquā ex causa efficiente, & ex bona dispositione terræ tanquam materiali sequitur multiplicatio ex causa terræ nascētium. Secundò eidem imprecatur honorem & excellentiā cùm dicit, t [Et seruiant tibi populi, & adorēt te tri. &c.] Tertiò aliorum beneuolētiam cùm dicit, v [Qui male tibi, &c.] consyderandum tamen quòd per ista intelliguntur spiritualia & æterna tanquàm principaliter intenta. Consyderandum etiam quòd ista non sunt impleta in persona Iacob, quia quādiu vixit, fuit nimis potens ipse Esau, propter quod ipsum valdè timuit: vt habetur Gen. xxxij. c. impleta sunt tamen in posteris suis: quia tempore Dauid & Salomonis Idumæi seruierunt filiis Israel, sed perfectius impleta sunt in Christo cui potestates non solùm terrenæ sed etiam cælestes sunt subditæ, secundùm quod ipse dixit, Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. x [Vix Isaac, &c.] Hic consequenter describitur prædictæ benedictionis cōfirmatio: quia egresso Iacob à patre, & ingrediente Esau pro benedictione cōsequenda, & veritate comperta, Isaac benedictionē non retractauit, sed magis cōfirmauit: vt patet in litera vsq; ibi, y [Expauit Isaac stu. vehe.] dicūt Hebræi quòd Isaac auditis prędictis voluit retractare benedictionem Iacob: sed tunc ex voluntate Dei vidit gehennam apertam, & sibi paratam, si retractaret: propter quod expauit, & non retractauit sed magis confirmauit. Doctores autē catholici dicunt: quod Isaac raptus fuit in ecstasim, & cognouit quòd illud quod factū fuerat circa Iacob erat de volūtate & ordinatione Dei, quod latuerat ipsum tunc, propter quod admirans & ordinationi diuinæ obtemperans confirmauit benedictionē dicens, z [Benedixitq; ei & erit benedictus.] Et subdit. a [Auditis Esau sermonibus, &c.] Hic cōsequenter describitur ipsius querulatio, eò quòd frater suus benedictionē habuerat, & aliam benedictionem petebat. Sequitur, b [Benedic etiā & mihi pater mi] ac si dicat, Ita potes sicut ante benedictionē Iacob. c [Qui ait] se excusando. Nam voluntatem Dei cognouerat de Iacob. d [Venit ger. tuus fraud.] Hebræi tamen dicunt prouidenter: quia dictio Hebraica quæ est ibi, est æquiuoca, & aliquando accipitur pro dolo, & aliquando accipitur pro prouidentia seu bona cautela, & sic debet hic accipi. Sciebat enim iam Isaac hoc quòd de volūtate & ordinatione diuina receperat benedictionē, vt dictum est: & ideò eius factū non poterat imputari fraudi propriè. e [Primogenita ante tulit, &c.] falsum dicit, quia voluntariè vendiderat ea, sicut ex predictis istud patet, & per cōsequens non surripuit benedictionē alienā, sed sibi debitā cautè accepit. f [Rursumq; ad patrē] vt s. extorqueret ab eo benedictionē: sequitur, g [Motus Isaac] s. pietate propter fletum Esau, dixit ad eum, h [In pinguedine terræ, &c. erit benedictio tua] i. abundantia terræ nascentium quæ causatur ex his duobus: vt dictum est, Erit benedictio tua. Cætera verò quę dicta sunt Esau per patrē, non sunt in præsenti lectione: sed ad plenū cōtinentur in ipso capite.

Forma benedictionis.

Benedictionis cōfirmatio.

QVÆSTIO LI.

Super verbis episto. sabbato post secundam dominicā quadrag. quæ habetur Ge. xxvij. Dicit Iacob patri suo, Ego sum primogenitus tuus Esau, qui quidem verum non dicebat, oritur quæstio de mendacio, Vtrùm omne mendacium sit peccatum? Argu. quòd non: gesta Sanctorùm narrantur in sacra Scriptura ad informationem vitæ humanæ: sed de quibusdā sanctissimis viris legitur quòd sunt mentiti: vt patet Gen. x. & xj. quòd Abraham dixit de vxore sua, quòd soror sua esset: Iacob etiam mētitus est dicēs se esse Esau: sed benedictionē adeptus est, vt patet Gen. xxvij. Iudith etiā cōmendatur quæ Holopherni mentita est: ergo non omne mendacium est peccatum. In oppositū habetur Eccles. vij. Noli velle mentiri omne mendaciū. Igitur. Ad argu. dicitur quòd in sacra Scriptura vt August. dicit inducuntur aliquorū gesta, quasi exempla perfectæ virtutis, de quibus nō est æstimādum eos fuisse mētitos. Si qua tamē in eorū dictis appareāt quæ mendacia videantur, intelligēdum est ea figuraliter & prophetice dicta esse. Abrahā vt August. dicit in quæst. super Gen. dicens Saram esse vxorem suam, veritatē voluit celari: & non mendacium dici. Soror enim dicitur quia filia patris erat: vt habetur Ge. xx. Abrahā dicit, Verè soror mea est, filia

patris mei. Iacob verò myſticè dicit ſe eſſe Eſau primogenitum Iſaac, quia videlicet primogenita ei debebãtur. Vſus eſt autem hoc modo loquendi per ſpiritũ prophetiæ ad deſignandum myſteriũ: quia videlicet minor populus, ſ. gentilium ſubſtituendus erat in locum primogeniti, ſcilicet in locum Iudæorum. De Iudith dicendum eſt quòd laudatur nõ quia mentita eſt Holopherni, ſed propter affectum quem habuit ad ſalutem populi. Dicendum eſt quòd verba eius vera erant, ſecundùm aliquem myſticum intellectum. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundùm Tho.ij.ij.q.cx. per duas concluſiones. Prima eſt, Illud quod eſt ſecundum ſe malum: nullo modo poteſt eſſe bonum & licitum: quia ad hoc ꝙ aliquid ſit bonum requiritur ꝙ omnia rectè concurrãt. Bonũ enim eſt ex integra cauſa. Malum verò ex ſingularibus defectibus. Secunda concluſio, Mẽdacium eſt malũ, ex quo eſt actus cadens ſuper indebitam materiam. Cùm enim voces ſint ſigna naturaliter intellectus, innaturale eſt & indebitum quòd aliquid ſignificet voce id quod non habet in mente: mendacium enim eſt falſa vocis ſignificatio, cum intentione fallẽdi: igitur.

Dominica iij.in Quadrageſ.Epiſtola, ad Epheſ.v.cap.

Fratres eſtote imitatores dei Chriſtum Dominum quantùm poſſumus in his quæ nobis poſſibilia sũt imitari debemus, nõ tamen in omnib⁹ de præceptis niſi in his quę in pręceptis dantur: quia cætera sũt de conſilio, vt vult Ioã. Gerſon in ſua Summa c. de præceptis & par. & De conſilus.

FRatres, [a] eſtote imitatores Dei, [†] ſicut filij chariſſimi, [b] & ambulate in dilectione, [c] ſicut Chriſtus dilexit nos, [d] & tradidit ſemetipſum [e] pro nobis [f] oblationẽ & hoſtiã Deo [g] in odorem ſuauitatis. [h] Fornicatio autem, [i] & omnis immunditia [k] aut auaritia [l] nec nominetur in vobis, [m] ſicut decet ſanctos, [n] aut [o] turpitudo, aut ſtultiloquium, [p] aut ſcurrilitas, [q] quæ ad rem non pertinet [r] ſed magis gratiarum actio. [s] Hoc enim ſcitote intelligentes [t] quòd omnis fornicator, [v] aut immundus, [x] aut auarus, [y] quod eſt idolorum ſeruitus, [z] non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. [a] Nemo vos ſeducat [b] inanibus verbis. [c] Propter hæc enim [d] venit ira Dei, [e] in filios diffidentiæ. [f] Nolite ergo effici participes eorum. [g] Eratis enim aliquando tenebræ, [h] nunc autem [i] lux in Domino. [k] Vt filij lucis ambulate. [l] Fruct⁹ enim lucis eſt [m] in omni bonitate [n] & iuſtitia & veritate.

EStote immitatores Dei ſicut filij chariſſimi, &c. Ante initium huius epiſtolæ ſcribit S.Paulus dicẽs, Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ fidei, vt det gratiã audiẽtibus. Tũc ſequitur præſens epiſtola. Et in hac epiſtola Apoſtolus proponit doctrinã exẽplarem, quæ inducere poſſit nos à declinatione mali ad operationẽ boni: & proponit nobis in exẽplum Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, quia ipſe eſt exẽplar veriſſimum omnium bonorũ dicens, a[Fratres, eſtote imita.&c.] Vinc.in mandatis eius obtemperando, quia charus filius mãdatis paternalibus obtẽperat. Nota ꝙ ſumus filij chari propter imaginem creationis, chariores propter imaginẽ recreationis, chariſſimi propter imaginẽ glorificationis. b[Et ambulate in dilect.] vera & reali. c[Sicut Chriſtus dilexit nos] ſyncerè & ex corde. d[Et trad.ſemet.] non alium. e[Pro nobis] cùm adhuc inimici eramus. Ro.vj. f[Oblationem & hoſtiã Dei] in cruce. g[In odorẽ ſuauitatis] Lyr. quę oblatio acceptiſſima fuit Deo, quia proceſſit ex magna charitate. h[Fornicatio autem.] i. luxuria. i[Et omnis immunditia] Ly. & per hoc includũtur omnia ad vitiũ luxurię pertinentia. k[Aut aua.] i. immoderata cupiditas habendi tẽporalia. l[Nec nominetur in vobis] Vin.ſ.non debet famari de vobis. m[Sicut decet ſan.] i. Chriſtianos qui dicũtur ſancti: quia ſanguine Chriſti redempti. n[Aut turpit.] Gor. quæ fit oſculis & amplexibus mulierum. [Aut multiloquiũ] Vin.i. inhoneſtus & indecens ſermo. p[Aut ſcurrilitas] Gor.ſ. in verbis iocoſis & ad riſum prouocantibus. q[Quæ ad rẽ nõ pertinet.] Vinc. quę nõ eſt ędificatiua proximi, nec vtilis loquẽti. r[Sed magis gratiarũ actio.] ſup. magis nominetur in vobis. s[Hoc enim ſcitote intel.] i. Scripturas diuinas. t[Quòd omnis fornica.] i. luxurioſus cum ſoluta. v[Aut immundus] quocumque alio modo luxurioſus. x[Aut auarus.] i. vſurpans res alienas, & nimis diligens proprias. y[Quod eſt idolorum ſeruitus,] quia cultum Deo debitũ offert auro & argẽto. z[Non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei] Gor. i. regno cæleſtũ quod eſt Dei & Chriſti: quia homo interior reficitur in viſione diuinitatis: homo exterior in viſione humanitatis Chriſti. a[Nemo vos ſeducat.] Vin.i. ſeorſum à veritate doctrinę Chriſti ducat. b[Inanibus verbis.] i. pſuaſionibus deceptoriis. c[Propter hæc enim] quæ dicta ſunt & prohibita. d[Venit ira Dei.] i. vindicta. e[In filios diffid.] i. peccatores qui de ſalute propria diffidebant. f[Nolite effici partici.] eorum imitando. g[Eratis enim ali.te.] Lyr. inuoluti tenebris ignorantiæ tempore gentilitatis. h[Nunc autem.] i. poſt cõuerſionem veſtram ad fidem Chriſti. i[Lux in Domino.] i. lucidi facti eſtis per donum gratiæ, quæ illuſtrat intellectum in fide. k[Vt filij lucis ambulate] Ly. procedendo de virtute in virtutem.

l [Fructus enim lucis] i. sanctæ vitæ. m [Est in omni bon.] s. cordiũ. n [Et iustitia & veritate.]

QVAESTIO LII.

SVper verbis Epist. domin. iij. in xl. quæ habetur ad Eph. v. s. Tradidit semetipsum pro nobis. oritur quæstio, de redemptione generis humani, Vtrùm fuerat necessarium genus humanum reparari per passionem Christi? Arguitur quòd non, Non fuit necessarium Angelum sic reparari. ergo nec hominem, cùm Angelus sit nobilior homine, & nobiliori dãdum est nobilius beneficium. In oppositum: illud est necessarium sine quo aliquid fieri non potest: sed reparatio generis humani non potuit fieri sine Christi passione, vt patet per Ansel. in lib. Cur Deus homo: igitur. Ad argum. dicitur quòd nõ sequitur, quia nõ est simile de Angelo & de homine: homo enim pœnituit non Angelus. Natura enim humana tota perierat: nõ tota Angelica, etiam quia homo tentatione ceciderat nõ Angelus. Ad quęst. respondendum est secũdùm M. Nicol. de Or. iij. Sent. di. xx. post Ansel. quòd necesse fuit genus humanum reparari per passionem Christi. Ita quòd non potuit fieri reparatio per puram creaturam: quia non satisfacit aliquis pro peccato primi hominis nisi reddat aliquid maius quàm sit id per quod peccatum facere nõ debuerat. Sed pro omni eo quod esse potest citra Deum non debuit peccasse, quod non potuit facere pura creatura. Dicit Scot. iij. quòd aliter poterat genus humanum redimi quàm per mortem Christi: ideo non fuit alia necessitas quòd Christus homo redimeret hominem nisi necessitas cõuenientiæ, quia Deus sic ordinauerat: potuit enim Deus hoc facere per vnum bonum Angelum.

Feria ij. post Domin. iij. in Quadragesima. Lect. iiij. Reg. v.

IN diebus illis, [a] Naaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus. [b] Per illum enim dedit Dominus salutẽ Syriæ. [c] Erat autem vir fortis & diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerãt latrunculi, & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulã, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominam suam. [d] Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria, profectò curaret eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque Naamã ad dominum suum, & nuntiauit ei dicẽs, Sic & sic locuta est puella de terra Israel. Dixit ei rex Syrię, Vade & mittã literas ad regem Israel. Qui cùm profectus esset [e] & tulisset secum decem talenta argẽti, & sex millia aureorum, & decem mutatoria vestimentorum, detulit literas ad regem Israel in hæc verba, Cùm acceperis epistolam hãc, scito quòd miserim ad te Naamã seruum meum [f] vt cures eum à lepra sua: cumq; legisset rex Israel literas, [g] scidit vestimenta sua & ait, [h] Nunquid Deus ego sum vt occidere possim & viuificare, quia ille misit ad me vt curem hominẽ à lepra sua? Animaduertite, & [i] videte quòd occasiones quærat aduersum me. Quod cùm audisset vir Dei Eliseus scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum dicens, Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat esse [k] prophetam [l] in Israel. Venit ergo Naamã cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei. [m] Misit ad eum Eliseus nuntium, dicens, [n] Vade & lauare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. [o] Iratus Naaman recedebat dicẽs, Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locũ lepræ: & curaret me. Nunquid non meliores sunt Amana & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Cùm ergo vertisset se & indignans abiret, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, & [p] si rem grandem [q] dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis, quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Descendit & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei. [r] Et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. Reuersúsque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit & stetit coram eo & ait, [t] Verè scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantùm Dominus Deus Israel.

POSTILLA.

In

IN diebus illis. Naamã princeps &c. Hic ponuntur miracula Elisei corã infidelibus: & primò circa hoc triplex miraculum ponitur. Primum quantum ad Naaman gentilis conuersionem. Secundum quantum ad pœnitentis cõsolationem. Sed præsens lectio solùm continebit primam partem. Circa primũ dicitur. a [Naaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus &c.] Dicunt enim expositores nostri cõmuniter quòd ipse per sapientiam & probitatem suã vastauit latrunculos qui multùm molestabant regnum Syriæ. Et ideò subditur. b [Per illũ enim dedit dominus salutẽ Syriæ.] & propter hoc erat magnus & honoratus à Rege. Ra. sa. dicit quòd ipse sagittauit Achab in prælio, vt habetur iij. Reg. c. vlt. licet nomen suum ibi non exprimatur. Et propter hoc subditur, per illũ dedit dominus salutem Syriæ: quia interfecto Achab, Syria fuit liberata à tributo, quod ei reddebatur pro confœderatione Benadab cũ eo, vt habetur iij. Reg. xx. Et propter hoc fuit eleuatus ad pricinpatum militiæ. c [Erat autẽ vir fortis & diues, sed leprosus.] Ad hoc enim fuit lepra percussus, vt per curationẽ eius mirabilem, veniret ad Dei veri fidem, quia percusserat Achab idololatram. d [Vtinam fuisset dominus, &c.] antequam enim caperetur, & in ancillã Naamã venderetur, audierat in terra Israël magnalia, quæ fecerat Eliseus. Et per hoc sperabat quòd si posset curari dominus suus. Cætera verò patent vsque ibi. e [Et tulit secũ decem talenta argẽ. &c.] in Hebræo habetur cẽtum centenarios, quorum quilibet valebat cẽtum talenta cõmunia. Hæc autem accepit pro sumptibus in via & ad dandum prophetæ munera. f [Vt cures eũ à lepra sua] hoc est facias curari per prophetam, qui est in terra tua g [Scidit vestimenta sua.] Dicũt expositores nostri cõmuniter, quòd hoc fuit eò quod intellexit illud verbũ esse blasphematoriũ, sibi potentiã diuinã attribuẽdo: vnde subdit. h [Nũquid Deus ego sum?] erat mod' Iudæorũ scindere vestimẽta sua, quãdo audiebant Dei blasphemiã: vnde Mat. xxvj. dicitur. Tũc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua dicẽs, blasphemauit. Sed hæc expositio non bene cõsonat literæ sequenti, in qua dicitur quòd Eliseus eum repræhẽdit de tali scissione: quod nõ fecisset si propter reuerẽtiam nominis domini facta fuisset: & ideo dicitur quòd hoc fecit ex impatientia credens quòd Rex Syriæ quæreret occasionem mouendi bellum contra se, petẽdo ab eo rem sibi impossibilem: ideo subditur. i Videte ꝙ occasiones quærãt aduersum me, &c. Veniat ad me & sciat.] scilicet per experientiã meæ curationis. k [Prophetam] Dei veri & omnipotẽtis. l [In Israel.] vt sic Rex Syriæ timeat aliquando bellum mouere cõtra populum habentem Deum tãtæ potentiæ. m [Misitque ad eũ.] Hic cõsequenter ponitur ipsius Naaman curatio cùm dicitur. n [Vade & lauare septies in Iordane] hoc autem sibi mãdauit per nuntium, vt Dei potentiæ magis attribueretur miraculum, eo quòd propheta nõ locutus fuit cum eo, nec eum tetigit sicut credebat Naaman, credens quòd in ipso propheta esset aliqua virtus curandi ipsum. o [Iratus Naaman recedebat.] eò quòd per talem modum se curari non sperabat: & cum fluuij Syriæ essent ita boni vel meliores sicut fluuius Iordanis, non tamen habebant in hoc aliquam virtutem. p [Si rem grandem] id est, difficilem. q [Dixisset tibi propheta, certè facere debueras] & multo magis rem facilem quam tibi mandauit. r [Et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli.] quæ est purior quàm in ætate virili vel senili, quia caro generata per alimentum, quanto procedit vlterius tanto fit impurior, sicut vinum per admistionem aquæ, vt habetur. j. de generatione. s [Reuersusque est ad virum Dei] vt ostenderet se gratum Deo & prophetæ de sua curatione: ideo subditur. t [Verè scio quòd non sit alius Deus in vni. terra, &c.] & sic fidem vnius Dei quam conceperat corde confessus est ore: secundùm dictum Apostoli. Rom. x. c. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. De donis quæ ipse Naaman voluit facere ipsi prophetæ, & de lepra quam incurrit seruus ipsius prophetæ propter symoniam dicetur postea in fine istius ca. sed hic est finis præsentis lectionis.

Quare naamã fuit lepra percussus.

Iudæorũ modus.

Ponitur ipsius Naaman curatio.

QVÆSTIO LIII.

SVPER verbis epistolæ feriæ secũdæ post iij. domi. quadragesimæ quæ habentur iiij. Reg. v. scilicet Eliseus dicit Naaman principi militiæ regis Syriæ, qui laborat morbo lepræ per quam intelligitur peccatum, vade & lauare, &c. oritur quæstio de impio viro morbo lepræ laborante. Vtrum ad iustificationem impij morbo lepræ laborantis requiratur conuersio volũtatis eius ad Deum? Arguitur quòd non. habetur iij. Regum. iij. Deus Salomoni dormienti infudit sapientiam, ergo & peccatori dormienti potest infundere gratiam: sed gratia est iustitiæ forma: igitur in oppositum non respondet similitudo solis ex speculo, nisi facies eius conuertatur ad solem, ergo gratia quæ est similitudo solis iustitiæ nõ resplendet in animam, nisi facies eius ad Deum conuersa fuerit per voluntatem. Ad argumentum dicitur, quòd Salomon prius se disposuerat vigilando. Ad quæstionem respondendum est secundùm Richar. iiij. sen. dist. xxvij. arti. iiij. quæst. j. quòd Deus potest impium iustificare sine conuersione voluntatis ad Deum de priuilegio speciali: non de lege communi, quia per conuersionem voluntatis ad Deum anima disponitur ad susceptionem gratiæ, quæ iustificat.

Feria iij. Lectio iiij. Regum iiij. capitulo.

IN diebus illis. [a] Mulier quædam de vxoribus prophetarũ clamabat ad Eliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum: [b] & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? at illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea [c] nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade † & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, [d] & ingredere & claude ostium tuum, & cùm intrinsecus fueris tu & filij tui mitte inde in omnia vasa hæc, & cùm plena fuerint tolles. Iuit itaque mulier & clausit ostium super se & super filios suos. Illi offerebant vasa: & illa infundebat: cumque plena fuissent vasa: dixit ad filium suum, Affer adhuc mihi vas, & ille respondit non habeo: stetitque oleum. Venit autem illa & indicauit homini Dei. [e] Et ille. Vade inquit, [f] vende oleum & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui viuite de reliquo.

Vade & pete mutuo. Deus in veteri lege iã miracula per prophetas suos fecit necessitate vrgẽte & ad populũ corroborãdũ. Et vt ipsi prophetæ de lege gratiæ testimonia veritatis in mysterijs & typo deo cõferrẽt hoc vult Isidorus de sũmo bo. li. j. c. xxviij.

POSTILLA.

IN diebus illis. Mulier quædam de vxori. &c. In præsenti lectione ponitur miraculum factum per Eliseum prophetam ad consolationem viduæ cùm dicitur. a [Mulier quædam de, &c.] secundùm doctores Hebraicos & Latinos ista mulier fuit vxor Abdiæ: quæ ad pascendos prophetas tempore persecutionis Iesabel: vt habetur iij. libro Regum xviij. contraxit debita. b [Et ecce creditor venit vt tollat duos, &c.] Dixit Rabbi Sa. quòd iste creditor fuit Ioram: qui viuente adhuc patre suo Achab accommodauit Abdiæ ad vsuram. Cætera vero patent vsque ibi. c [Nisi parum olei quo vngar.] i. reficiar aliquãtulum, ad pulmentũ condimentum. d [Et ingredere & claude ostium tuum.] Cùm enim fiunt miracula ad confirmationem multitudinis in fide vel eius consolationem, fiunt palam. Cùm autem ad consolationem singularis personæ fiunt communiter magis secretè. Et hoc modo saluator noster filiam archysinagogi suscitauit à morte, & non permisit ibi aliquem intrare nisi Petrum & Ioan. & patrem & matrem puellæ: vt habetur Mar. v. c. Et hoc modo fecit in hoc loco Eliseus. Cætera patent vsque ibi. e [Venit autem illa & indicauit homi. dei.] Ad regratiandum sibi, scilicet ne ingrata videretur. Et ad quærendum consilium quid faceret de illo oleo quia nolebat agere nisi secundùm dispositionem Elisei. Reliqua autem huius capituli patent vsque in finem ipsius: sed hoc solum continet præsens lectio.

QVAESTIO LXIII.

SVPER verbis epistolæ feriæ iij. post iij. dom. xl. quæ habentur iiij. Regum iiij. scilicet mulier dixit Eliseo. seruus tuus vir meus mortuus est. Oritur quæstio de morte. vtrum mors sit à Deo? Arguitur quòd sic. ait Thom. ij ij. malum pœnæ est à Deo: sed mors est malum pœnæ: ergo à Deo. In oppositum habetur sapientiæ. j. Deus mortem non fecit, igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxiiij. quòd mors dupliciter consideratur, vno modo secundùm quòd est quoddam malum humanæ naturæ, & sic non est ex Deo: sed est defectus quidam procedens ex culpa humana: alio modo potest considerari secundùm quòd habet quandam rationem boni prout est quædam iusta pœna: & sic est à Deo. Aug. ait in lib. retrac. Deus nõ est auctor mortis nisi inquantum est pœna: ex dictis patet sol. argumentorum.

Feria iiij. Lectio Exodi. xx. capitulo.

IN diebus illis. Hæc dicit Dominus Deus. [a] Honora patrem tuum & matrem tuam, [b] vt sis longæuus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi. [c] Non occides. [d] Non mœchaberis. [e] Non furtum facies. [f] Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. [g] Non concupisces domum proximi tui. [h] Nec desyderabis vxorem eius, non seruum, [i] non ancillam, non bouem, non asinum, neque omnia quæ illius sunt. [k] Cunctus autem populus videbat voces [l] & lampades & sonitum buccinæ, montemq; fumigantem. [m] Et perterriti ac pauore cõcussi [n] steterunt procul, dicentes Moysi [o] loquere tu nobis [p] & audiem⁹. [q] Nõ loquatur nobis dominus ne for-

Honora patrẽ. Homo mortalis, recolens beneficia Dei sui ipsum Deũ omnipotentem quia summe bonus debet adorare. Et sup omnia diligere Deum. Et post Deũ st & humanius parentes. I. patrem & matrẽ honorare & diligere: vt textus habet. Id

vult magist. sent. lib. iij. di. xxxvii & dicit magister qd in his duobus mādatis decem continentur.

tè moriamur: & ait Moyses ad populum.[r] Nolite timere [s] vt enim probaret vos venit de[u]s, & vt terror illius esset in vobis,[t] & non peccaretis. Stetitque populus de longe.[v] Moyses autē accessit ad caliginē, in qua erat Deus, Dixitq; prætereà dominus ad Moysen. Hæc dices filiis Israel.[x] Vos vidistis quòd de cælo locutus sum vobis.[y] Nō facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis.[z] altare de terra facietis mihi,[a] & offeretis super illud holocausta [b] pacifica vestra,[c] oues vestras & boues [d] in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei.

POSTILLA.

IN diebus illis. Hæc dicit dominus deus, honora patrem tuū &c. In hac epistola ponūtur præcepta decalogi ordinata ad proximum. Et primò ponuntur præcepta circa præparationem boni, cùm dicitur. a [Honora patrem tuum & matrem tuam.] quod intelligitur non solū de honore qui consistit in reuerentia exteriori, sed etiam in prouisione: quātum ad necessaria vitæ, si indigeant. Et secundùm docto. nostros nomine parentū, intelligitur omnis proximus in necessitate positus, cui est prouidendū: vnde dicit Aug. Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti. veruntamen exprimuntur hic parentes tantùm: quia ista decem præcepta sunt quædam conclusiones immediatè sequentium ex principiis iuris naturalis quæ statim capiūtur, etiam à parū intelligentibus Et talia erant proponenda toti populo in communi, cui proposita sunt ista decem præcepta. Illa autē quæ subintelliguntur quasi conclusiones quædam magis remotæ explanantur in aliis præceptis in capitulis præcedentibus datis. Et sunt quasi quædam determinationes decem præceptorum: quia omnia ceremonialia reducuntur ad præceptum de obseruatione sabbati, & omnia iudicialia & moralia ad alia præcepta. Ordinatur autem istud præceptū de honore parētum conuenienter post præcepta ordinātia ad deū, & immediatè. Quia sicut deus est principium omnium, ita parentes habent rationē principij respectu aliorum. b [Vt sis longæuus super terram.] Cùm enim filius accipiat vitam à parentibus condecens est vt prolongetur vita illius qui bene se habet ad eos, & ecōuerso: qd breuietur vita illorum qui malè se habent. Veruntamen aliquādo aliter cōtingit: quia bona temporalia, inter quæ computatur corporalis vita: ordinantur ad spiritualia bona & æterna, & aliquando contingit ex diuina ordinatione nobis occulta quòd honorātes pa[t]rum viuunt dehonorantes diu. Tunc hoc ordinatur à deo ad augmentationem præmij bonorum & pœnæ malorum. Consequenter ponuntur præcepta iudicialia quæ ordinantur ad proximum, quātum ad vitationem mali. Et quia maximū nocumentum circa consistentiam personæ est occisio, ideo hic prohibetur primò cùm dicitur. c [Non occides.] & secundùm doct. catholicos per hoc intelligitur prohibitum omne nocumentum in persona hominis, vt mutilatio, verberatio & similia, quæ sunt cōtra charitatem proximi. dicit Ra. sa. quòd per hoc præceptum homicidium intelligatur tantum propter quod imponitur pœna mortis: cæteræ verò læsiones corporis prohibentur aliis præceptis iudicialibus. Secundò prohibetur nocumentum inferendū proximo ratione personæ sibi coniunctæ cùm dicitur. d [Non mœchaberis.] Mœchia enim est copula carnalis cum vxore alterius viri quæ reputatur vna caro cum ipso. Dicunt tamen doctores nostri quòd per hoc prohibetur omnis concubitus qui est præter legem matrimonij. Hebræi autem dicunt quòd prohibetur sola mœchia. Alij cōcubitus inordinati aliis præceptis sunt prohibiti. e [Non furtū facies.] Hic consequenter prohibētur alia nocumenta Et primò illa, quæ inferuntur facto: cùm dicitur, non furtum facies: per quod intelligitur prohibita omnis cōtrectatio rei alienæ vel retentio iniusta secundùm quod dicūt doctores nostri. Rab. sa. dicit quòd per hoc intelligitur prohibitum furtum hominis tantùm, pro quo imponitur pœna mortis, prout habetur in cap. sequen. Pro aliis autem furtis non imponit lex pœnam mortis, sed restitutionem in duplum, vel aliter secundùm quòd determinatur in iudicialibus præceptis. Consequenter prohibetur nocumentum quod infertur verbo cùm dicitur. f [Non loqueris &c.] Et secundùm doctores nostros, nō solùm intelligitur prohibitum falsum testimonium in iudicio, vt dicunt Hebræi: sed etiam extra iudicium, & omnis detractio & mendacium contra proximum, & quodcunque nocumentum quod potest inferri proximo verbo, dum tamen sit contra charitatem. g [Non concupisces domum proximi.] Vltimò ponuntur præcepta prohibentia concupiscentiam inordinatam, respectu alienæ rei. Et hæc nocumenta sunt in animo. Et secundùm docto. nostros sunt duo præcepta. Vnum quo prohibetur cōcupiscentia vxoris alterius, in quo secundùm eos prohibetur omnis consensus in carnalem actum extra legem matrimonij: & hoc prohibetur cùm dicitur. h [Nec desyderabis vxorem eius.] aliud quo prohibetur consensus accipiendi rem alterius, quocunque modo indebito, cùm dicitur. Non concupisces domum proximi tui &c. quod subditur. i [Non ancillam.] non intelligitur de cōcupiscentia ad car

Opinio Hebræorum.

Duo præcepta de concupiscētia carnis.

nalem actú, quia ista est prohibita per præcedens præceptum: sed intelligitur de cócupiscentia eius ad seruitiú quod est bonú vtile. Ratio autem quare duo præcepta ponútur ad repressionem cócupiscentiæ, est quia bonú diuiditur per vtile & delectabile: ita quòd est alia ratio boni vtilis, & alia boni delectabilis: ita quòd aliquádo cótingit quòd aliquis habens pronitatem ad vnú, nó habeat pronitatem ad aliud: imò aliquádo abominationé. Sicut aliquis có cupiscit vxoré alterius qui tamen nó concupiscit alias res ipsius: quia abominatur furtú vel rapiná. Et ideo ad reprimendá istam concupiscentiá duplicé habuit assignari duplex præceptum. k [Cunctus auté populus.] Hic consequenter ponitur precepta data à Deo, mediáte Moyse: quia populus nó poterat ampli⁹ verba domini loquétis sustinere. Et hoc est qd dicitur. Cúctus auté populus videbat voces. Hic accipit videre pro audire, sensus enim visus certior est auditu. Et ideò quia verba domini penetrabát aures & corda eorú, ita sensibiliter q sustinere nó poterát propter hoc vtitur tali modo loquédi. l [Et lápades.] i. micátia fulgura. m. [Et perterriti ac pauore cócussi.] propter signa terribilia, quæ videbát. n [Steterút procul.] Retrocedétes etiá à terminis cóstitutis. o. [Loquere tu nobis.] s. ea quæ domin⁹ dicet tibi. p [Et audiemus.] i. obediemus tanquá dei verbis. q [Nó loquatur nobis domin⁹.] immediatè, ne fortè moriamur: quia ex fragilitate humana dominú loquenté nó poterát sustinere. r [Nolite timere] q. d. nó moriemini propter hoc. s [Vt enim probaret vos venit deus.] Nó est sic intelligendú q probaret eos ad hoc vt sibi manifestaret aliquod ignotú: sed vt hoc appareret ipsis Iudæis & aliis quòd timerent deú. t [Et nó peccaretis.] quia per timoré domini declinat omnis à malo: vt dicit Prouer. xv. ca. v [Moyses auté accessit ad caliginé.] In qua erat deus. Dicit &c. erit. In vertice mótis: vt audiret mandata à deo & ea referret populo: quia populus plus audire nó poterat vt dictú est. x [Vos videtis quòd de cælo locut⁹ sum vobis.] In creatura tamé ipsum repræsentáte. Et accipitur hic cælum pro cælo aereo, q. in cacumine mótis Synai illa vox formabatur. y [Nó facietis deos argéte.] Licet suprà prohibuerit idololatriá tamen hic repetit, & in plurib⁹ aliis locis: vt magis imprimeretur hæc prohibitio cordibus eorú quia sciebat eos pronos ad idolo'atriá. z [Altare de terra facietis mihi.] Hoc præcepit in detestationé idololatriæ: quia idololatræ faciebant altaria valdè solennia, de marmoribus & metallis. Et intelligit hic de altari holocausti vbi cremabátur hostiæ: quia altare incensi fuit de lignis sethim & coopertú auro: vt habetur infra. xxx. a. [Et offeretis super eo holocausta.] i. victimas quæ totaliter incédebátur ad honoré dei b [Et pacifica vestra.] i. hostias quæ offerebátur pro aliquo beneficio dei obtéto vel obtinédo, quarum vna pars incendebatur: altera erat sacerdotum, & alia offerentium vt comederét corá domino. c [Oues vestras & boues] De istis enim animalibus vt plurimum fiebant sacrificia. d [In omni loco &c.] Iste loc⁹ sacrificij nó poterat esse nisi vnus ad vitandú periculum idololatriæ: ad quam populus Iudæorú erat pronus, & ad quá declinassent de facili, si vbique potuissent sacrificare. Si autem aliqui sancti sacrificauerunt alibi, hoc fuit ex causa speciali & diuina reuelatione. Sicut Dauid ex iussu Gad prophetæ in monte Moria, antequá templú ibi fundaretur, propter apparitionem angeli sibi factá: vt habetur ij. Reg. xxiiij. c. Et Elias in monte Carmeli, ad conuincendú prophetas Baal: vt habetur iiij. Reg. xviij. Locus autem deputatus diuino sacrificio post regressum filiorum Israel in terrá promissionis: primo fuit in Sylo vbi fuit tabernaculú positú, & altare holocaustorú. Et destructa Sylo, translatum est in Nobe. Et destructa Nobe per Saulé translatum est in Gabaon. Postea in Ierusalem vbi fuit fundatum templum. Tamen in singulis vrbibus erant loca, quæ dicebantur synagogæ: vbi conueniebant ad laudandum deum & ad audiendum legem.

De aliis duobus præceptis.

Timore múdano nó est timendum.

Quomodo capiédum.

Consuetudo idololatrarú.

De quib⁹ animalib⁹ sacrificia fiebant.

QVAESTIO LV.

SVper verbis Epistolæ quartæ feriæ post iij. dominicam xl. quæ habentur Exod. xx. scilicet honora patrem tuum & matrem tuá. Oritur quæstio de honoratione parentum vtrum cóuenienter traditum sit præceptum de honoratione parentum? Arguitur quòd nó parentibus nó solum debetur honoris reuerentia, sed etiam sustentatio, ergo insufficiéter sola parentum honoratio præcipitur. In oppositum nihil à deo est inconuenienter traditum, igitur. Ad argumentum dicitur quòd sustétatio debetur parentibus ratione alicuius accidentis, inquantum sunt indigentes. Ad quæstioné respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxij. per tres conclusiones, prima præcepta decalogi ordinátur ad dilectionem dei & proximi. secúda conclusio inter proximos maximè obligamur parentibus, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut deus est vniuersale principiú: tertia conclusio conuenienter traditum est præceptum de honoratione parentum.

Audire verbum. Qui verba Dei negligenter audit & in corde non reponit, nó minus peccat quam qui corp⁹ dñi negligentia in terrá cadere pmit. tit. & est sententia diui Aug. idé salua tor. Lucæ xj. Beati q audiút verbum Dei & custodiunt illud.

Feria v. Lectio Ierem. prophetæ vij. capitulo.

IN diebus illis. Factum est verbú domini ad me, dicés. a Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbum istud, & dic, audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per por-

tas has, vt adoretis dominũ. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel, [b] Bonas facite vias vestras, [c] & studia vestra, [d] & habitabo vobiscum in loco isto. [e] Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes. [f] Templum domini, templum domini, templum domini est. [g] Quoniam si benedixeritis [h] vias vestras, & studia vestra. [i] Si feceritis [k] judicium inter virum & proximum eius, [l] aduenæ [m] & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, [n] nec sanguinem innocentem effuderitis in loco isto, [o] & post deos alienos non ambulaueritis, in malum vobismetipsis, [p] habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. Ait dominus omnipotens.

POSTILLA.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens. Sta in porta domus domini, &c. Ieremias propheta, ostendens regni Iudæ multiplex flagitium propter quòd merebatur supplicium: excludit remedium quod poterant dicere Iudæi se habere, ne paterentur illa quæ à prophetis dicebantur. Et secundùm quod patet ex decursu toti' libri Ieremiæ, erat quadruplex remedium, scilicet populi iustitia, sacerdotum sanctimonia, templi sanctitas, & doctorum veritas. Primum vero excluditur per ea quæ ponuntur capitu. quinto. Secundum per ea, quæ ponuntur capitu. septimo. Et quartum per ea quæ ponuntur capitu. octauo. Præsens verò lectio solùm loquitur de exclusione tertij remedij, quod erat templi sanctitas: dicit ergo. a [Sta in porta, &c.] vt scilicet omnes ingredientes & egredientes, possint te audire. Cætera patent vsque ibi. b [Bonas facite vias vestras.] id est opera. c [Et studia vestra.] id est cogitationes. d [Et habitabo vobiscum in loco isto.] vestras preces exaudiendo, quasi dicat. Si ista omiseritis facere, non exaudiã: ideo subditur. e [Nolite confidere in verbis mendacij.] quæ scilicet dicebantur à sacerdotibus, propter temporale lucrum. Et quæ illa sint, subditur. f [Templum domini, &c.] sic enim dicebant sacerdotes, qđ omnia mala remitterentur eis, si facerent multas oblationes. Et replicatur ter vt sacerdotes ostenderent dictũ suum magis firmum, quod tamen erat falsum: quia imo requiritur displicentia de præteritis, & cautela de futuris: ideo subditur. g [Quoniam si benedixeritis.] id est benedictione dignas feceritis. h [Vias vestras.] id est operationes & cogitationes vestras. Et explicat magis in speciali dicens i [Si feceritis.] vos iudices. k [Iudicium] scilicet rectum quantum ad intraneos, & etiam quantum ad extraneos, ideo subditur. l [Aduenæ.] & quantum ad impotentes se defendere: ideo subditur. m [Et pupillo & viduæ non feceritis calumniam.] Et istud tangit iudices, vt in fauorem partis oppositæ non condemnent eos. Et etiam alios inferiores, vt non moueant contra eos causas iniustas. n [Nec sanguinem innocentem, &c.] vos iudices, innocentes condemnando. Et vos inferiores, falsò accusando. Et hoc monet eos omnes: quòd se habeant iustè erga proximum. o [Et post deos alienos non ambulaueritis, &c.] colendo solum Deum, vos bene habentes erga eum: ista imponuntur hominibus facienda scilicet bene se habere in his, quæ sunt ad Deum, & in his quæ ad proximum. p [Habitabo vobiscum in isto loco, in terra quam dedi pa. &c.] exponatur vt prius.

QVAESTIO LVI.

Super verbis epistolæ feriæ quintæ post tertiam dominicam quadragesimæ quæ habentur Ieremiæ vij. nolite confidere in verbis mendacij. Oritur quæstio de mendacio. Vtrùm mendacium sit peccatum mortale. Arguitur quòd sic. Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & sapientiæ primo. os quod mentitur occidit animam: sed perditio & mors animæ non est nisi per peccatum mortale, igitur. In oppositum omne mendacium non est charitati contrarium: nec contra præceptum diuinum vt patet de mendacio iocoso & officioso, ergo non omne mendacium est peccatum mortale. Ad argumentum dicitur quòd istæ authoritates intelligun tur de mendacio pernicioso, vt exponit gloss. super hoc, perdes. ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundæ quæstione cx. quòd peccatum mortale propriè est quod repugnat charitati, per quam anima viuit Deo coniuncta: potest autem mendacium contrariari charitati tripliciter, vno modo secundùm se. alio modo secundùm finem intentum. tertio modo per accidens. secundùm se quidem charitati contrariatur ex ipsa falsa significatione, quæ quidem si sit circa res diuinas contrariatur charitati Dei, cuius veritatem aliquis tali mendacio occultat vel corrumpit: vnde huiusmodi mendacium non solum opponitur virtuti charitatis, sed etiam virtuti fidei, & hoc mendacium est peccatum mortale. si vero falsa significatio sit circa aliquid, & cognitio pertinet ad hominis bonum, puta quæ pertinet ad perfectionem scietiæ & informationem morum animæ tale

mendacium, inquantum infert damnum falsæ opinionis, proximo, contrariatur charitati, quantum ad dilectionem proximi: & tale mendacium est peccatum mortale, si verò falsa sit opinio ex mendacio generata circa aliquid de quo non referat, vtrum sic vel aliter cognoscatur, nec ex tali mendacio non damnificatur proximus, vnde tale mendacium secundùm se non est peccatum: ratione verò finis intenti aliquod mendacium contrariatur charitati puta quod dicitur in iniuriam Dei, & est mortale, aut in nocumentum proximi, & est mortale, per accidens autem contrariatur charitati, ratione scilicet dati damni consequentis, & sic erit etiam peccatum mortale puta, quando aliquis non veretur mentiri propter scandalum.

Feria sexta lectio Numeri xx. capitulo.

Cū populus. Aqua qua populus rebellis indigebat ad sitim cōpescendā. erat elemētalis. sed magis indigebat aqua salutari ad animas refocillandas quæ potu salutari tāto tēpore indiguerat. hæc est aqua vitæ: de qua saluator ait Ioā. iiij. Aqua quā ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam.

IN diebus illis. a † Cùm populus indigeret aqua, conuenerunt filij Israel aduersum Moysen & Aarō. b & versi in seditionem dixerunt, c Vtinam periissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta moriamur? d Quare nos fecistis ascendere de Aegypto, e & eduxistis in locum istum pessimum, f qui seri non potest, qui nec ficum gignit nec vineas, nec malâ granata: g insuper & aquam non habet ad bibendum. h Ingressusque Moyses & Aaron i dimissa multitudine ante tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamauerunt ad dominum atque dixerunt. Domine Deus exaudi clamorem populi huius, k & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. l Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad Moysen dicens. m Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. n Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram. Dixitque eis. o Audite rebelles & increduli. p Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Cumque eleuasset Moyses manum, q percutiens virga bis silicem egressæ sunt aquæ largissimè, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitque dominus ad Moysen & Aaron. r Quia non credidistis mihi, s vt sanctificaretis me corā filiis Israel t non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, v sanctificatus est in eis.

POSTILLA.

IN diebus illis, cōuenerunt filij Israel aduersum Moysen, &c. In hac lectione ponitur impedimentum itineris filiorum Israel, proueniens ex aquis contradictionis. Et primò describitur populi murmuratio. Secundò defectus reuelatio ibi. Ingressusque. Circa primum dicitur. a [Cùm populus indigeret aqua.] dicit Rab. Salomon, quod hoc fuit post mortem Mariæ sororis Moysi ad insinuādum, quòd dum viuebat, per eius merita populus in deserto existens, & magnum tempus antè populus non habuit defectum aquæ. b [Et versi in seditionem.] id est rebellionem & contentionem contra Moysen & Aaron dixerunt. c [Vtinam periissemus inter fratres nostros] hoc est, cum illis qui perierant tempore Choræ, quia mors illorum fuit breuis: ista autem prolixa & per consequens grauior. d [Quare nos feci. ascen. de Ægypto.] vbi viuebamus in abundantia. e [Et eduxistis in locum istum pessimum.] Cuius causam subdunt, dicentes. f [Qui seri non potest.] & sic patitur defectum fructuum, quos profert terra, per humanum laborem. Et etiam quos sponte gignit, &c. Ista tamen querela erat irrationabilis: quia manna sufficiebat pro omni cibo hominibus bonis, dicetur in hoc libro vndecimo capi. g [Insuper & aquam non habet ad bibēdum.] ista querela plus habebat de ratione, quia sine aqua non potest homo conuenienter viuere. h [Ingressusque Moyses & Aaron.] Hic ponitur defectus reuelatio quātum ad defectum aquæ qui non poterat tolerari cō petenter: vbi promittitur Moysi & Aaron oratio quæ debet esse solitaria. Et hoc notatur cùm dicitur. i [Dimissa multitudine antè tabernaculum, &c.] humilis & supplicatoria: ideo subditur. k [Et aperi eis thesau-

Quando popul' habuit defectū aquæ

Causa.

De māna.

De Moyse

rum tuum fontē aquæ viuæ.] Ista enim petitio erat discreta & rationabilis, quia de hoc quod erat necessarium. Consequēter ponitur domini exauditio, cùm subditur. l [Et apparuit gloria domini.] id est nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse, quasi paratus petitionem eorum exaudire. Vnde subditur. m [Tolle virgam &c.] Ista fuit virga Aaron: quia de ipsa subditur. n [Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini.] de virga Aaron dicitur cap. xvij. Referte virgam Aaron in tabernaculum testimonij. o [Audite rebelles & increduli.] hoc dicit Moyses quia frequenter consimilia acciderant in populo. p [Num de petra hac vobis aquā poterimus eiicere.] Istud verbū Moysi poterat dupliciter intelligi, affirmatiuè, & negatiuè: quia sic protulit, vt dicunt expositores catholici communiter. quia licet non dubitaret de potentia dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu ne impediretur propter malitiam populi. Et ideo dubitando de ipso effectu dixit. [Num de petra &c.] vt si effectus fuisset secutus sic intelligeretur. Non obstāte incredulitate vestra, poterimus eiicere aquā de petra virtute diuina. Si autem non sequeretur, sic intelligitur. Num de petra &c. q.d. Nō poterimus propter malitiam vestram. q [Percutiens virga bis silicē.] quia primo ictu non exiuerunt aquę propter dubitationem Moysi. d [In secundo tamen ictu exierunt propter impletionem diuini promissi. cōsequenter ponitur dubietatis punitio cùm dicit. r [Quia non credidisti mihi.] tu & Aaron. s [Vt sanctificaretis me.] id est sanctitatem meam in impletionem promissi mei absq; dubio credendo, & fidem vestram absque dubio coram populo pronunciando, sed contrarium fecistis, ideo. t [Non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.] sed moriemini ante ingressum. Et licet multùm desiderarent ingredi, quia tamen sciuerunt quòd verbum dei erat diffinitiuū: ideo verbum domini humiliter acceptauerunt, & tunc non orauerunt pro eius retractione. Posteà tamen Moyses orauit dominum pro ingressu terræ: sed nō fuit exauditus vt habetur Deute. iij. sequitur. v [Et sanctificatus est in eis] per hoc enim quòd filij Israel viderūt qd vindicta dei nō parcebat Moysi & Aaron, qui erant sancti & amici, fuerunt territi & magis obedientes ne incurrerent offensam dei. Et hoc est quod dicit. Et sanctificatus est in eis. Hebræi autem dicūt sic, quòd Moyses & Aaron peccauerunt eo quòd non fecerunt sicut præceperat eis deus. Quia dixerat loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, vt patet in textu, ita quòd ex solo verbo absq; percussione dedisset aquas: quod fuisset nouum signum diuinę potentiæ. Nō enim legitur quòd adhuc factum fuerat: & ideo subdit postea. Quia nō credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis Israel: quia dicit. Si coram filiis Israel dixissetis, ecce lapis iste qui nō audit, neq; videt & tamen obedit verbo dei emittendo aquas absque vlla percussione, multo fortius vos qui estis rationabiles, verbis domini debetis obedire absq; vlla flagellatione. In hoc sanctitatem meā professi fuissetis verbo & facto: quod quia non fecistis, prout vobis imposueram, ideo non introducetis hos populos.

Oratio Moysi p populo.

Verbum Moysi potest dupliciter intelligi.

Percussio silicis.

Dicimur credere deum deo & in deū.

QVAESTIO LVII.

SVper verbis epistolæ feriæ vj. post tertiam dominicam quadragesimæ quæ habentur Numeri vicesimo capitulo scilicet, Moyses & Aaron clamauerunt ad dominum & dixerunt, domine deus exaudi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Oritur quæstio de his quæ sunt in oratione petenda. Vtrum homo debeat temporalia petere orando? Arguitur quòd non. Homo non debet petere à Deo nisi bona & vtilia: sed quandoque temporalia habētur à se nociua, non solum spiritualiter sed etiam temporaliter, igitur. In oppositum Prouerb. tertio Tribue tantum victui meo necessaria: igitur, ad argumentum dicitur quod ex quo non petimus temporalia tanquam principaliter quęsita: sed in ordine ad aliud eo tenore à Deo petimus ipsa, vt nobis concedantur secundùm quòd expediunt ad salutem. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundę quæstio. lxxxiij. quòd licet desyderentur temporalia, nō quidem principaliter, vt in eis finem constituamus: sed sicut quædā adminicula, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, inquantum per ea vita corporaliter sustentatur: & quantum nobis organicè deseruiunt ad actus virtutis.

Sabbato post iij. domi. in xl. **Lectio Daniε prophe. xiij. capi.**

IN diebus illis. [a] Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim, & accepit vxorē nomine Susannam, filiam Helchiæ, pulchram nimis † & timentem deum. Parentes enim illius, cùm essent iusti, erudierunt filiam suam secundùm legem Moysi. Erat autem, Ioacim valde diues. Et erat ei pomarium vicinum domui suæ. Et ad ipsum confluebāt Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium. [b] Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, [c] de quibus locutus est dñs, quia egressa est iniquitas de

Pulchra nimis. Nimia mulierū formositas, nec non pulchritudo, multos. hoīes decipit. ideo mulierū pulchritudo & vana & fugiēda est, nō concupiscenda: qa qui cō cupiscit, corde mœchac. Dauid in Bersabea ij. Reg. c. xj. hoc fecit. & veteres quos textus narrat. Saluator fugere docet in sacro euāgelio. Qui viderit mulierem ad cōcupiscē dū eā iam mœchat' est in corde suo.

Babylone à senioribus iudicibus qui videbátur regere populú. Isti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. [d] Cú aút populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui, & videbant eam senes quotidie ingredienté & deambulátem, & exarserút in concupiscentiá eius. Et auerterút sensum suú, & declinauerút oculos suos, vt nó viderent cælú, neque recordarétur iudiciorú iustorú. Erant enim ambo vulnerati amore eius, nec indicauerút sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiám suá, volentes concúbere cúm ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. [e] Dixitque alter ad alterú. Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se: [f] cúmque reuertissent [g] venerunt in vnú, & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. [h] Et tunc in commune statuerunt tépus, quando eam possent inuenire solam. [i] Factum est auté, cum obseruarent diem aptú, ingressa est aliquádo sicut heri, & nudiustertius cú duabus solis puellis, voluítq; lauari in pomario. Aestus quippe erat [k] & nó erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. [l] Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum [m] & smigmata, [n] & ostia pomarij claudite, [o] vt lauer: & fecerunt sicut præceperat, clauserúntque ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat. Nesciebátque senes intus esse absconditos. [p] Cùm autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam & dixerunt. [q] Ecce ostia pomarij clausa sunt, nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus, quamobrem assentire nobis & commiscere nobiscum. [r] Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. [s] Ingemuit Susanna & ait. [t] Angustiæ sunt mihi vndique. [v] Si enim hoc egero, [x] mors mihi est. [y] Si autem non egero, non effugiam manus vestras. [z] Sed melius est † mihi absque opere incidere in manus hominum quàm peccare in conspectu domini. [a] Et clamauit voce magna Susanna. [b] Exclamauerunt autem & senes aduersus eam, [c] & cucurrit vnus & aperuit ostia pomarij. Cum ergo audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerút per posticum vt viderent quidnam hoc esset. [d] Postquam autem senes locuti sunt, [e] erubuerunt serui vehementer, [f] quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. [g] Et facta est dies crastina. [h] Cúmq; venisset populus ad virú eius Ioacim, [i] venerút & duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eá. [k] Et dixerunt [l] corá populo, Mitte ad Susannam filiam Helchiæ vxoré Ioacim, & statim miserunt. [m] Et venit cum parentib' & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata nimis & pulchra facie. [n] At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur, [o] erat enim cooperta: vt vel sic satiarentur decore eius. [p] Flebant igitur sui & omnes qui nouerant eam. [q] Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, [r] posuerunt manus suas super caput eius. [s] Quæ flens [t] suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. [v] Et dixerunt presbyteri. [x] Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa est [y] hæc cum duabus solis puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas, [z] venítque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. [a] Porrò nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem [b] cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. [c] Et illum quidem nequiuimus compræhendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiliuit. [d] Hanc autem cum appræhendissemus, interrogauimus

Sed meli' est mihi absque opere incidere in man' hominú: Similé protulit sententiá Dauid dú data fuit electio ij. regú. xxiiij. dicés. Coarctor nimis, sed melius est vt incidá in manus domini multæ enim misericordiæ eius sunt.

quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. [e] Credidit eis omnis multitudo, quasi senioribus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. [f] Exclamauit autem voce magna Susanna & dixit. [g] Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequàm fiant. Tu scis quoniam contra me tulerunt falsum testimonium; & ecce morior, cum nihil horum fecerim quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me. [h] Exaudiuit autem dominus vocem eius. [i] Cumque duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, [x] & exclamauit voce magna & dixit, [l] Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eū dixit. Quis est sermo iste quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum ait, sic fatui filij Israël iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israël? Reuertimini ad iudiciū: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. [m] Reuersus est ergo populus cū festinatione. [n] Et dixerunt ei senes. [o] Veni & sede in medio nostrum, & indica nobis [p] quia tibi Deus dedit honorem senectutis: [q] & dixit ad eos Daniel, Separate eos ab inuicem procul & diiudicabo eos. Cùm ergo diuisi esset alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, [r] Inueterate dierum malorum, [s] nunc venerunt peccata tua, quę operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocētes opprimens, & dimittens noxios, [t] dicente domino, Innocentem & iustum non interficies. [v] Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua † arbore, [x] videris eos colloquentes sibi. [y] Qui ait, sub scino, [a] dixit autem Daniel. Rectè mentitus es in caput tuum. [a] Ecce enim Angelus domini accepta sententia ab eo scindet te medium. [b] Et amoto eo, iussit venire alium, [c] & dixit ei. Semen Chanaam & non Iuda, [d] species decepit te, [e] & concupiscentia subuertit cor tuum.

Sub qua arbore. Bonus iudex super dubiis, quādo sententiā fert callidus esse debet: & sententiam suspēdere & subtiliter veritatem inquirere. vnde Psalm. Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. C.

[f] Sic faciebatis filiabus Israël. [g] Et illæ timentes loquebātur vobis. [h] Sed non filia Iuda [i] sustinuit iniquitatē vestrā. [x] Nunc ergo dic mihi si vidisti eā, sub qua arbore comprehēderis eos loquētes sibi? [l] Qui ait, sub prino. [m] Dixit autem & Daniel. Rectè mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladiū habens [n], vt secet te medium & interficiat vos. [o] Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. [p] Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros, cōuicerat enim eos Daniel, ex ore suo dixisse falsum testimonium, feceruntque eis sicuti malè egerant aduersus proximum. [q] & interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa.

de iud. c. f. iudex debet esse caut' eruditus sciētia idoneus.

POSTILLA.

IN diebus illis. Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioacim &c. Historia Susannæ contigit antè captiuitatē Babylonicam vel citò post: quia Daniel erat adhuc valdè iuuenis, secundum quod dicitur infrà, Cūmq; duceretur ad mortem suscitauit Deus spiritum pueri iunioris cui nomen Daniel: & tamen translatus fuerat in Babylonem ante dictam captiuitatem, vndecim annis, quibus regnauit Sedechias, propter quod hæc historia inter libros Bibliæ inter historias non canonicas situari debet post librū Baruch, & de quo certum est quòd vna pars eius fuit inscripta ante dictam captiuitatē, vt ibidem plenius dicitur. a [Erat vir habitās in Babylone, &c.] Hæc historia diuiditur in quatuor partes quia primò describitur Susannæ nepharia tētatio. Secundò ipsius maligna accusatio ibi, exclamauerunt autem. Tertiò eius iniqua condēnatio, ibi. Credidit eis multitudo. Quartò ipsius digna liberatio ibi. Exaudiuit dominus. Circa primum describitur persona tentata scilicet Susanna à nobilitate generis: quia erat de tribu Iuda, vt dicetur infrà. Et quia erat Ioacim copulata in matrimonio, qui erat honorabilior omniū Iudęorū, vt hic dicitur, describitur etiam pulchritudo corporis, vnde dicitur. Pulchra nimis. Et à pulchritudine mentis, quia dicitur timens Deum: cuius causa exprimitur, quia erat à parentibus erudita secundum legem Moysi. Et ideo bene nominata erat secundum proprietatem rei Susanna: id est, lilium propter quod senes erant magis inflammati de ea quàm de vili persona. His dictis pa... Sequitur. b [Constituti sunt.] Hic

Diuisio historiæ.

Circa primam partem.

quod p nulla re vel authoritate vel sanctitate debet applicari testes in causa criminali maxime sine diligenti examinatione. Secundo ostenditur condenatio iniusta, ex Susannæ innocentia, cu dicitur, f [Exclamauit aut voce magna Susanna] ex cordis affectu & conscientia pura

Susannæ in iusta condenatio.

g [Deus æterne qui absconditorum cognitor.] quia ipse solus nouit secreta cordium, diuina etiam scientia æternitate mensuratur ideo ita cognoscit futura sicut præsentia. h [Exaudiuit.] Hic ponitur Susannæ digna liberatio. Et diuiditur in quatuor partes: quia primo ponitur Danielis appellatio à sententia iniqua. Secundo testium diligens examinatio ibi. Reuersus est populus. Tertio ipsorum condemnatio ibi, clamauit itaque quarto pro beneficiis gratiarum actio: ibi Helchias autem: sed ista particula vltima non ponitur in præsenti lectione. [Exaudiuit autem dominus vocem eius,] i. ei effectum audiuit. i [Cumque ducerentur ad mortem, suscitauit dominus spiritum pueri iunioris &c.] Ex quo patet quod Daniel hoc non fecit ex humana industria, sed ex diuino instinctu. k [Et exclamauit voce magna] vt posset ab omnibus audiri. l [Mundus ego sum à sanguine huius] hoc est dictu, non assentio huic sententiæ, sed magis ab ea appello, tanquam ab iniqua, vt patet per verba sequentia. m [Reuersus est ergo populus.] s. ad locum iudicij. n [Et dixerunt ei senes] non illi duo qui accusabant Susannam, sed alij senes populi Israel. o [Veni & sede in medio nostrum in loco iudicij, indica nobis] qualiter possit veritas aperiri. p [Quia dedit tibi deus honorem senectutis.] i. sapientiam quæ solet esse in antiquis: vt dicitur Iob. xij. In antiquis est sapientia & in multo tempore inuenitur prudentia. q [Et dixit ad eos Daniel, separate illos &c.] ne confingant aliud mendacium simile præcedenti. Sequitur. r [Inueterate dierum malorum &c.] Ex hoc patet quod testes falsi sunt increpandi & terrendi, vt ex hoc magis appareat eorum fraudulentia. s [Nunc venerunt peccata tua, &c.] id est ostenditur per pœnam tibi à Deo inferenda, sequitur. t [Dicente domino. Innocentem, &c.] hoc dicitur Deut. xxvij. v [Nunc ergo si vidisti eam, &c.] Ex hoc patet quod testes sunt interrogandi de circunstantiis, quia per hoc apprehenditur eorum falsitas & contradictio. x [Videris eos colloquentes sibi.] curialiter loquitur sicut homo castus & verecundus, non sicut senes iniqui iudici, qui dixerant, vidimus eos pariter commisceri. y [Qui ait, sub cino] nomen est arboris, & est idem quod lentiscus, arbor humilis cuius succus foliorum consolidat labia, vt dicit hic glos. z [Dixit aut Daniel, recte mentitus es in caput tuum.] i. ad dānationem capitis tui, quæ ex hoc sequitur. a [Ecce enim angelus domi. &c.] i. iudex; quia iudices populi & sacerdotes aliquando nominantur angeli. sicut patet Malac. x. dicentis. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. & legem requirent ex ore eius, angelus enim domini exercituū est: Vel angelus verè accipitur ibi pro angelo Susannæ qui dānationem senum erga Deū procurauit. b [Et amoto eo, &c.] prius eum amouit quā alter veniret, ne posset alteri signare quid diceret. c [Et dicit ei semen &c.] licet enim esset de tribu Iuda secundum rē, tamen imitabatur mores Chananæorū. increpat autem ipsum Daniel sicut primum, & eadem causa vt territus citius deprehēdatur. d [Species decepit te.] id est pulchritudo Susannæ. e [Et concupiscentia subuertit cor tuum.] id est mentem tuam auertit à rectitudine rationis & legis diuinæ. f [Sic faciebatis filiabus Israel] eas per terrores decipiēdo. g [Et illæ timentes loquebantur vobis.] consentiendo vobis in opus nephariuum. h [Sed non filia Iuda.] nobilis scilicet genere & moribus. i [Nō sustinuit iniquitatē vestrā.] vobis assentiendo. k [Nūc ergo dic sub qua arbore apprehenderis eos loquentes sibi.] curialiter loquēdo de actu curiali vt iam dictum est. l [Qui ait sub prino.] nomen est arboris, nec est arbor eadē cum lentisco, vt dicūt aliqui & male: quia tunc nō esset discordia in testimonio eorū cuius cōtrarium exprimitur in litera: aliter non essent conuicti sicut testes falsi. Et ideo dicendū quod prinus est idē quod pinus, vt dicitur in libro de proprietatibus rerum. m [Dixit autem Daniel recte mentitus es &c.] eodē modo exponitur sicut prius. n [Vt secet te medium] separādo scilicet animam à corpore, per mortem, quia non fuerunt interfecti gladio vt suprà dictum est. o [Exclamauit itaq; omnis cœtus.] quia videbāt contradictionem eorum. p [Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros.] faciendo eis secundum legem talionis scriptam in lege Moysi. q [Et interfecerūt eos.] id est sicut dignos morte regi tradiderūt, qui habebat alte: am iustitiam, & ipse fecit eos comburi secundum modū illius terræ, vt dicitur Iere. xxix. Vel aliter interfecerunt, quia de speciali voluntate regis permissum est Iudæis, vt interficerent eos secundum legem Moysi: & sic fuerunt lapidati, quæ lapidatio potest dici frixio in igne, vt supra dictum est. Cætera vsq; in finem lectionis se patent.

Oratio Susannæ.

Liberatio Susannæ.

Populi ad locum regressio.

Daniel senes alloquitur.

Quomodo testes sunt interrogandi.

Quomodo exponitur mētitus in caput.

Pulcher mulieris aspectus causa cōcupiscentiæ carnis

Senes gladio interempti non fuerunt.

QVAESTIO LVII.

SVper verbis epistolæ in sabbato post dominicam tertiā in quadragesi. quæ habentur Danielis xiij. s. diceritis testimoniū contra te: & hæc dixerunt duo senes Susannæ in horto, quādo noluit acquiescere verbis illorū, oritur quæstio de falso testimonio. Vtrum falsum testimoniū sit peccatū mortale? Arguitur quod non. Mendacium quod nulli nocet est officiosum quod non est peccatum mortale: sed quando in tali testimonio est mendaciū, puta quod aliquis falsum testimonium perhibet vt aliquē à morte liberet vel ab iniusta sententia quæ intētatur per aliquos falsos testes vel per iudicis peruersitatē: ergo falsum testimonium non

est peccatum mortale. In oppositum Prouer. xij. fallus testis non erit impunitus: & non nisi quia mortaliter peccat. Igitur ad argumẽtum dicitur quòd iniustum iudicium non est iudicium: & ideo ex vi iudicij falsum testimonium in iusto iudicio prolatum ad iustitiam impediendam non habet rationem peccati mortalis: sed solum ex iuramẽto violato. Ad quæstionem respondendum est secundũ Tho. ij. ij. q. lxxij. quòd falsum testimonium habet triplicem deformitatẽ. vno modo ex periurio: quia testes non admittuntur, nisi iurati: & ex hoc semper est peccatum mortale. alio modo ex violatione iustitiæ: & hoc modo est peccatum mortale, in suo genere, sicut & quælibet iniustitia. Tertio ex ipsa falsitate secundum quod omne mẽdacium est peccatum: & ex hoc non habet falsum testimonium quod semper est peccatum mortale.

Dominica iiij. in quadragesi. Gala. iiij. capitulo.

Duos filios. Abrahã filios duos sibi genuit. diuersarum tamen cõditionũ. nam vn[us] liber erat. alter vero seruus sic Deus omnipotens duos populos sibi in lege & beneficiis genuit. vnũ quidẽ seruũ scilicet Iudaicum & alterũ liberũ. s. populũ christianũ. q[ui] nobis significantur, per filios Abrahæ. Typus est de asina & pullo super quibus sedit dominus vt habetur Matt. xxj. Christian[us] populus erit hæres. & Iudaicus eiicietur. quia non credit in filium. vt Matth.

FRatres [a] Scriptum est [b] quoniam Abraham duos filios † habuit, [c] vnum [d] de ancilla, [e] & vnum de libera. [f] Sed qui de ancilla, [g] secundum carnem natus est, [h] qui autem de libera, [i] per repromissionem, [k] quæ sunt per allegoriam dicta, [l] hæc enim sunt [m] duo testamenta. [n] vnum quidem [o] in monte Syna [p] in seruitutem generãs, [q] quæ est Agar. [r] Syna enim mons est in Arabia, [s] qui coniunctus est [t] ei, [v] quę nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis. [x] Illa autem [y] quæ sursum est Ierusalem, [z] libera est, [a] quę est mater nostra. [b] Scriptum est enim. [c] Lætare sterilis, quæ non paris, [d] erũpe & clama [e] quæ non parturis: [f] quia multi filij desertæ [g] magis quàm eius quæ habet virum. [h] Nos autem fratres [i] secundũ Isaac, [k] promissionis filij sumus. [l] Sed quomodo [m] tunc is, [n] qui secundum carnem [o] natus fuerat, persequebatur eũ qui secundum spiritum: [p] ita & nunc. [q] Sed quid dicit scriptura? [r] Eiice ancillam [s] & filiũ eius. [t] Non enim erit hæres filius ancillæ [v] cũ filio liberæ. [x] Itaque fratres nõ sumus filij ancillę, [y] sed liberæ: [z] qua libertate [a] Christus nos liberauit.

POSTILLA.

FRatres. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit. &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Paulus dicens. Emulamini autẽ in bono semper, & non tantùm cum præsens sum apud vos filioli mei, quos iterum parturio donec Christus reformetur in vobis. Tunc post pauca sequitur epistola hodierna. Scriptũ est quoniam Abraham duos filios habuit. Vbi notandum quòd nos omnes filij dei sumus per creationem: sed non omnes per gratiam, & qui hic in præsenti filius per gratiam non fuerit, in futuro filius glorię nõ erit. Et sic duplices filios habet Deus de quibus dicitur in hodierna epistola, per Typum filiorum Abrahæ cum dicitur. a [Scriptum est.] Genesios xxj. b [Quoniam Abrahã duos filios habuit.] Ismael & Isaac. c [Vnum.] Ismael. d [De ancilla.] scilicet Agar, quæ erat ancilla Saræ vxoris Abrahæ. e [Et vnũ de libera.] i. de vxore propria. s. Isaac quẽ Sara genuit. f [Sed qui de ancilla.] i. Ismael. g [Secundum carnẽ natus est.] i. per modum naturalem sicut alij homines: & sine vlla promissione natus est. h [Qui autẽ de libera] i. de vxore propria scilicet Isaac. i [Per repromissionem] scilicet diuinã, quia ex promissione angeli Sara concepit, & cum miraculo, quia pater centum annorũ erat. Et mater xc. anno. k [Quæ sunt per allegoriam dicta.] i. per sensum alterum, quàm videtur verba sonare: quia iam dicta debent intelligi mysticè: quia mysticum sensum habent. Pro quo notandum est quòd quadruplex est sacræ scripturæ sensus. Historicus quando factum narratur. Thropologicus: cum ex his quæ facta sunt aliqua facienda ostenduntur. Allegoricus, cum per id quod factum est, aliquod futurum intelligitur. Anagogicus secundum Augu. per quem de supernis & æternis tractatur. versus. Littera gesta docet: quid credis allegoria Moralis quid agas, quò tẽdis anagogia. l [Hæc enim sũt.] id est, significant. m [Duo testamẽ.] vetus & nouum. n [Vnum quidem datum.] scilicet vetus testamentum. o [In monte Syna.] scilicet ipsi Mosi, in duab[us] tabulis lapideis. p [In seruitutem generans.] super Iudæos qui timore pœnæ & promissione temporaliũ, seruierunt & obedierunt deo non filialiter, sed seruiliter. q [Quæ est Agar.] id est quę significatur per Agar ancillam. r [Sina enim est mõs in Arabia.] scilicet minori, secundum Haymonem, qui sua magnitudine diuersas prouincias tangit, & sui extremitate vicinus est terræ promissionis. s [Qui coniunctus est.] id est vicinus est. t [Ei] scilicet terræ promissionis. v [Quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis.] Ly. id est cum Iudæis in seruitute legis. x [Illa autem Ierusalem.] id est ecclesia de gentibus congregata.

Feria iij. Lectio iiij. Regum iiij. capitulo.

IN diebus illis. [a] Mulier quædam de vxoribus prophetarũ clamabat ad Eliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum:[b] & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? at illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea [c] nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade † & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, [d] & ingredere & claude ostium tuum, & cùm intrinsecus fueris tu & filij tui mitte inde in omnia vasa hæc, & cùm plena fuerint tolles. Iuit itáque mulier & clausit ostium super se & super filios suos. Illi offerebant vasa: & illa infundebat: cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum, Affer adhuc mihi vas, & ille respondit non habeo: stetitque oleum. Venit autem illa & indicauit homini Dei. [e] Et ille. Vade inquit, vende oleum & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui viuite de reliquo.

Vade & pete mutuo. Deus in veteri lege iã miracula per prophetas suos fecit necessitate vrgẽte & ad populũ corroborãdũ. Et vt ipsi prophetæ de lege gratiæ testimonia veritatis in mysteriis & typo deo cõferrẽt hoc vult Isido. rus de sũmo bo. li. j. c. xxviij.

POSTILLA.

IN diebus illis. Mulier quædam de vxori. &c. In præsenti lectione ponitur miraculum factum per Eliseum prophetam ad consolationem viduæ cùm dicitur. a [Mulier quædam de, &c.] secundùm doctores Hebraicos & Latinos ista mulier fuit vxor Abdiæ: quæ ad pascendos prophetas tempore persecutionis Iezabel: vt habetur iij. libro Regum xviij. contraxit debita. b [Et ecce creditor venit vt tollat duos, &c.] Dixit Rabbi sa. quòd iste creditor fuit Ioram: qui viuente adhuc patre suo. Achab accommodauit Abdiæ ad vsuram. Cætera vero patent vsque ibi. c [Nisi parum olei quo vngar.] i. reficiar aliquãtulum, ad pulmentũ condimentum. d [Et ingredere & claude ostium tuum.] Cùm enim fiunt miracula ad confirmationem multitudinis in fide vel eius consolationem, fiunt palam. Cùm autem ad consolationem singularis personæ fiunt communiter magis secretè. Et hoc modo saluator noster filiam archysinagogi suscitauit à morte, & non permisit ibi aliquem intrare nisi Petrum & Ioan. & patrem & matrem puellæ: vt habetur Mar. v. c. Et hoc modo fecit in hoc loco Eliseus. Cætera patent vsque ibi. e [Venit autem illa & indicauit hom. dei.] Ad regratiandum sibi, scilicet ne ingrata videretur. Et ad quærendum consilium quid faceret de illo oleo quia nolebat agere nisi secundùm dispositionem Elisei. Reliqua autem huius capituli patent vsque in finem ipsius: sed hoc solum continet præsens lectio.

QVAESTIO EPIST.

SVPER verbis epistolæ feriæ iij. post iij. dom. xl. quæ habentur iiij. Regum iiij. scilicet mulier dixit Eliseo. seruus tuus vir meus mortuus est. Oritur quæstio de morte. vtrum mors sit à Deo? Arguitur quòd sic. ait Thom. ij ij. malum pœnæ est à Deo: sed mors est malum pœnæ: ergo à Deo. In oppositum habetur sapientiæ. j. Deus mortem non fecit, igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxiiij. quòd mors dupliciter consideratur, vno modo secundùm quòd est quoddam malum humanæ naturæ, & sic non est ex Deo: sed est defectus quidam procedens ex culpa humana: alio modo potest considerari secundùm quòd habet quandam rationem boni prout est quædam iusta pœna: & sic est à Deo. Aug. ait in lib. retrac. Deus nõ est auctor mortis nisi inquantum est pœna: ex dictis patet sol. argumentorum.

Feria iiij. Lectio Exodi. xx. capitulo.

IN diebus illis. Hæc dicit Dominus Deus. [a] Honora patrem tuum & matrem tuam, [b] vt sis longæuus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi. [c] Non occides. [d] Non mœchaberis. [e] Non furtum facies. [f] Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. [g] Non concupisces domum proximi tui. [h] Nec desyderabis vxorem eius, non seruum, [i] non ancillam, non bouem, non asinum, neque omnia quæ illius sunt. [x] Cunctus autem populus videbat voces [l] & lampades & sonitum buccinæ, montemq́; fumigantem. [m] Et perterriti ac pauore cõcussi [n] steterunt procul, dicentes Moysi [o] loquere tu nobis [p] & audiem⁹. [q] Nõ loquatur nobis dominus ne for-

Honora patrẽ. Homo mortalis, recolens beneficia Dei sui ipsum Deũ omnipotentem quia summe bonus debet adorare. Et super omnia diligere Deum. Et post Deũ,ste & humanius parentes. i. patrem & matrẽ honorare & diligere: vt textus habet. ide

vult magist. sent. lib.iij.di. xxxvii & dicit magister quod in his duobus mādatis decem continentur.

tè moriamur: & ait Moyses ad populum.[r] Nolite timere [s] vt enim probaret vos venit de[us], & vt terror illius esset in vobis,[t] & non peccaretis. Stetítque populus de longe.[v] Moyses autē accessit ad calginē, in qua erat Deus, Dixítq; præterea dominus ad Moysen. Hæc dices filiis Israel. [x] Vos vidistis quòd de cælo locutus sum vobis. [y] Nō facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis.[z] altare de terra facietis mihi,[a] & offeretis super illud holocausta [b] pacifica vestra,[c] oues vestras & boues [d] in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei.

POSTILLA.

IN diebus illis. Hæc dicit dominus deus, honora patrem tuū &c. In hac epistola ponūtur præcepta decalogi ordinata ad proximum. Et primò ponuntur præcepta circa præparationem boni, cùm dicitur. a [Honora patrem tuum & matrem tuam.] quod intelligitur non solū de honore qui consistit in reuerentia exteriori, sed etiam in prouisione: quātum ad necessaria vitæ, si indigeant. Et secundùm docto. nostros nomine parentū, intelligitur omnis proximus in necessitate positus, cui est prouidendū: vnde dicit Aug. Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti. veruntamen exprimuntur hic parentes tantùm: quia ista decem præcepta sunt quædam conclusiones immediatè sequentium ex principiis iuris naturalis quæ statim capiūtur, etiam à parū intelligentibus Et talia erant proponenda toti populo in communi, cui proposita sunt ista decem præcepta. Illa autē quæ subintelliguntur quasi conclusiones quædam magis remotæ explanantur in aliis præceptis in capitulis præcedentibus datis. Et sunt quasi quædam determinationes decem præceptorum: quia omnia ceremonialia reducuntur ad præceptum de obseruatione sabbati, & omnia iudicialia & moralia ad alia præcepta. Ordinatur autem istud præceptū de honore parētum conuenienter post præcepta ordinātia ad deū, & immediatè. Quia sicut deus est principium omnium, ita parentes habent rationē principij respectu aliorum. b [Vt sis longæuus super terram.] Cùm enim filius accipiat vitam à parentibus condecens est vt prolongetur vita illius qui bene se habet ad eos, & ecōuerso: quod breuietur vita illorum qui malè se habent. Veruntamen aliquādo aliter cōtingit: quia bona temporalia, inter quæ computatur corporalis vita: ordinantur ad spiritualia bona & æterna, & aliquando contingit ex diuina ordinatione nobis occulta quòd honorātes parentum viuunt dehonorantes diu. Tunc hoc ordinatur à deo ad augmentationem præmij bonorum & pœnæ malorum. Consequenter ponuntur præcepta iudicialia quæ ordināntur ad proximum, quātum ad vitationem mali. Et quia maximū nocumentum circa consistentiam personæ est occisio, ideo hic prohibetur primò cùm dicitur. c [Non occides.] & secundùm doct. catholicos per hoc intelligitur prohibitum omne nocumentum in persona hominis, vt mutilatio, verberatio & similia, quæ sunt cōtra charitatem proximi. dicit Ra. sa. quòd per hoc præceptum homicidium intelligatur tantum propter quod imponitur pœna mortis: cæteræ verò læsiones corporis prohibentur aliis præceptis iudicialibus. Secundò prohibetur nocumentum inferendū proximo ratione personæ sibi coniunctæ cùm dicitur. d [Non mœchaberis.] Mœchia enim est copula carnalis cum vxore alterius viri quæ reputatur vna caro cum ipso. Dicunt tamen doctores nostri quòd per hoc prohibetur omnis concubitus qui est præter legem matrimonij. Hebræi autem dicunt quòd prohibetur sola mœchia. Alij cōcubitus inordinati aliis præceptis sunt prohibiti. e [Non furtū facies.] Hic consequenter prohibētur alia nocumenta Et primò illa, quæ inferuntur facto: cùm dicitur, non furtum facies: per quod intelligitur prohibita omnis cōtrectio rei alienæ vel retentio iniusta secundùm quod dicūt doctores nostri. Rab. sa. dicit quòd per hoc intelligitur prohibitum furtum hominis tantùm, pro quo imponitur pœna mortis, prout habetur in cap. sequen. Pro aliis autem furtis non imponit lex pœnam mortis, sed restitutionem in duplum, vel aliter secundùm quòd determinatur in iudicialibus præceptis. Consequenter prohibetur nocumentum quod infertur verbo cùm dicitur. f [Non loqueris &c.] Et secundùm doctores nostros, nō solùm intelligitur prohibitum falsum testimonium in iudicio, vt dicunt Hebræi: sed etiam extra iudicium, & omnis detractio & mendacium contra proximum, & quodcunque nocumentum quod potest inferri proximo verbo, dum tamen sit contra charitatem. g [Non concupisces domum proximi.] Vltimò ponuntur præcepta prohibentia concupiscentiam inordinatam, respectu alienæ rei. Et hæc nocumenta sunt in animo. Et secundùm docto. nostros sunt duo præcepta. Vnum quo prohibetur cōcupiscentia vxoris alterius, in quo secundùm eos prohibetur omnis consensus in carnalem actum extra legem matrimonij: & hoc prohibetur cùm dicitur. h [Nec desyderabis vxorem eius.] aliud quo prohibetur consensus accipiendi rem alterius, quocunque modo indebito, cùm dicitur. Non concupisces domum proximi tui &c. quod subditur. i [Non ancillam.] non intelligitur de cōcupiscentia ad car

Opinio Hebræorum.

Duo præcepta de concupiscētia carnis.

nalem actū, quia ista est prohibita per præcedens preceptum: sed intelligitur de cōcupiscentia eius ad seruitiū quod est bonū vtile. Ratio autem quare duo præcepta ponūtur ad repressionem cōcupiscentiæ, est quia bonū diuiditur per vtile & delectabile: ita quòd est alia ratio boni vtilis, & alia boni delectabilis: ita quòd aliquādo cōtingit quòd aliquis habens pronitatem ad vnū, nō habeat pronitatem ad aliud: imò aliquādo abominationē. Sicut aliquis cōcupiscit vxorē alterius qui tamen nō concupiscit alias res ipsius: quia abominatur furtū vel rapinā. Et ideo ad reprimendā istam concupiscentiā duplicē habuit assignari duplex præceptum. k [Cunctus autē populus.] Hic consequenter ponūtur precepta data à Deo, mediāte Moyse: quia populus nō poterat ampli' verba domini loquētis sustinere. Et hoc est qd dicitur. Cūctus autē populus videbat voces. Hic accipit videre ꝓ audire, sensus enim visus certior est auditu. Et ideò quia verba domini penetrabāt aures & corda eorū, ita sensibiliter ꝙ sustinere nō poterāt, ꝓpter hoc vtitur tali modo loquēdi. l [Et lāpades.] i. micātia fulgura. m [Et perterriti ac pauore cōcussi.] propter signa terribilia, quæ videbāt. n [Steterūt ꝓcul.] Retrocedētes etiā à terminis cōstitutis. o [Loquere tu nobis.] s. ea quæ domin' dicet tibi. p [Et audiemus.] i. obediemus tanquā dei verbis. q [Nō loquatur nobis domin'.] immediatè, ne fortè moriamur: quia ex fragilitate humana dominū loquentē nō poterāt sustinere. r [Nolite timere] q. d. nō moriemini propter hoc. s [Vt enim probaret vos venit deus.] Nō est sic intelligendū ꝙ probaret eos ad hoc vt sibi manifestaret aliquod ignotū: sed vt hoc appareret ipsis Iudæis & aliis quòd timerent deū. t [Et nō peccaretis.] quia per timorē domini declinat omnis à malo: vt dicit Prouer. xv. ca. v [Moyses autē accessit ad caliginē.] In qua erat deus. Dicit & c. erit. In vertice mōtis: vt audiret mandata à deo & ea referret populo: quia populus plus audire nō poterat vt dictū est. x [Vos videtis quòd de cælo locut' sum vobis.] In creatura tamē ipsum repræsentāte. Et accipitur hic cælum pro cælo aereo, qa ī cacumine mōtis Synai illa vox formabatur. y [Nō facietis deos argēte.] Licet suprà prohibuerit idololatriā tamen hic repetit, & in plurib' aliis locis: vt magis imprimeretur hæc prohibitio cordibus eorū quia sciebat eos ꝓnos ad idololatriā. z [Altare de terra facietis mihi.] Hoc precepit in detestationē idololatriæ: quia idololatræ faciebant altaria valdè solennia, de marmoribus & metallis. Et intelligit hic de altari holocausti vbi cremabātur hostiæ: quia altare incensi fuit de lignis sethim & coopertū auro: vt habetur infra. xxx. a [Et offeretis super eo holocausta.] i. victimas quæ totaliter incēdebātur ad honorē dei. b [Et pacifica vestra.] i. hostias quæ offerebātur pro aliquo beneficio dei obtēto vel obtinēdo, quarum vna pars incendebatur: altera erat sacerdotum: & alia offerentium vt comederēt corā domino. c [Oues vestras & boues] De istis enim animalibus vt plurimum fiebant sacrificia. d [In omni loco & c.] Iste loc' sacrificij nō poterat esse nisi vnus ad vitandū periculum idololatriæ: ad quam populus Iudæorū erat pronus, & ad quā declinassent de facili, si vbique potuissent sacrificare. Si autem aliqui sancti sacrificauerunt alibi, hoc fuit ex causa speciali & diuina reuelatione. Sicut Dauid ex iussu Gad prophetæ in monte Moria, antequā templū ibi fundaretur, propter apparitionem angeli sibi factā: vt habetur ij. Reg. xxiiij. c. Et Elias in monte Carmeli, ad conuincendū prophetas Baal: vt habetur. iiij. Reg. xviij. Locus autem deputatus diuino sacrificio post regressum filiorum Israel in terrā promissionis: primo fuit in Sylo vbi fuit tabernaculū positū, & altare holocaustorū. Et destructa Sylo, translatum est in Nobe. Et destructa Nobe per Saulē translatum est in Gabaon. Postea in Ierusalem vbi fuit fundatum templum. Tamen in singulis vrbibus erant loca, quæ dicebantur synagogæ: vbi conueniebant ad laudandum deum & ad audiendum legem.

De aliis duobus p̄ceptis.

Timore mūdano nō est īpedīdum.

Quomodo capiēdum.

Cōsuetudo idololatrarū.

De quib' animalibus sacrificia fiebant.

QVÆSTIO LV.

Super verbis Epistolæ quartæ feriæ post iij. dominicam xl. quæ habentur Exod. xx. scilicet honora patrem tuum & matrem tuā. Oritur quæstio de honoratione parentum vtrum cōuenienter traditum sit præceptum de honoratione parentum? Arguitur quòd nō parentibus nō solum debetur honoris reuerentia, sed etiam sustentatio, ergo insufficiēter sola parentum honoratio præcipitur. In oppositum nihil à deo est inconuenienter traditum, igitur. Ad argumentum dicitur quòd sustētatio debetur parentibus ratione alicuius accidentis, inquantum sunt indigentes. Ad quæstionē respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxij. per tres conclusiones, prima præcepta decalogi ordinātur ad dilectionem dei & proximi. secūda conclusio inter proximos maximè obligamur parentibus, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut deus est vniuersale principiū: tertia conclusio conuenienter traditum est præceptum de honoratione parentum.

Feria v. Lectio Ierem. prophetæ vij. capitulo.

IN diebus illis. Factum est verbū domini ad me, dicēs [a] Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbum istud, & dic, audite verbum † domini omnis Iuda, qui ingredimini per por-

Audite verbum. Qui verba Dei negligenter audit & in corde non reponit, nō minus peccat quam qui corp' dñi negligentia in terrā cadere p̄mittit. & est sententia diui Aug. idē saluator. Luca vj. Beati q audiūt verbum Dei & custodiunt illud.

tas has, vt adoretis dominũ. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel, [b] Bonas facite vias vestras, [c] & studia vestra, [d] & habitabo vobiscum in loco isto. [e] Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes. [f] Templum domini, templum domini, templum domini est. [g] Quoniam si benedixeritis [h] vias vestras, & studia vestra. [i] Si feceritis [k] iudicium inter virum & proximum eius, [l] aduenæ [m] & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, [n] nec sanguinem innocentem effuderitis in loco isto, [o] & post deos alienos non ambulaueritis, in malum vobismetipsis, [p] habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. Ait dominus omnipotens.

POSTILLA.

IN diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens. Sta in porta domus domini, &c. Ieremias propheta ostendens regni Iudæ multiplex flagitium propter quod merebatur supplicium: excludit remedium quod poterant dicere Iudæi se habere, ne paterentur illa quæ à prophetis dicebantur. Et secundùm quod patet ex decursu toti⁹ libri Ieremiæ, erat quadruplex remedium, scilicet populi iustitia, sacerdotum sanctimonia, templi sanctitas, & doctorum veritas. Primum vero excluditur per ea quæ ponuntur capitu. quinto. Secundum per ea, quæ ponuntur capitu. septimo. Et quartum per ea quæ ponuntur capitu. octauo. Præsens verò lectio solùm loquitur de exclusione tertij remedij, quod erat templi sanctitas: dicit ergo. a [Sta in porta, &c.] vt scilicet omnes ingredientes & egredientes, possint te audire. Cætera patent vsque ibi. b [Bonas facite vias vestras.] id est opera. c [Et studia vestra.] id est cogitationes. d [Et habitabo vobiscum in loco isto.] vestras preces exaudiendo, quasi dicat. Si ista omiseritis facere, non exaudiã: ideo subditur. e [Nolite confidere in verbis mendacij.] quæ scilicet dicebantur à sacerdotibus, propter temporale lucrum. Et quæ illa sint, subditur. f [Templum domini, &c.] sic enim dicebant sacerdotes, q̃d omnia mala remitterentur eis, si facerent multas oblationes. Et replicatur ter vt sacerdotes ostenderent dictũ suum magis firmum, quod tamen erat falsum: quia imo requiritur displicentia de præteritis, & cautela de futuris: ideo subditur. g [Quoniam si benedixeritis.] id est benedictione dignas feceritis. h [Vias vestras.] id est operationes & cogitationes vestras. Et explicat magis in speciali dicens i [Si feceritis.] vos iudices. k [Iudicium] scilicet rectum quantum ad intraneos, & etiam quantum ad extraneos, ideo subditur. l [Aduenæ.] & quantum ad impotentes se defendere: ideo subditur. m [Et pupillo & viduæ non feceritis calumniam.] Et istud tangit iudices, vt in fauorem partis oppositæ non condemnent eos. Et etiam alios inferiores, vt non moueant contra eos causas iniustas. n [Nec sanguinem innocentem, &c.] vos iudices, innocentes condemnando. Et vos inferiores, falsò accusando. Et hoc monet eos omnes: quòd se habeant iustè erga proximum. o [Et post deos alienos non ambulaueritis, &c.] colendo solum Deum, vos bene habentes erga eum: ista imponuntur hominibus facienda scilicet bene se habere in his, quæ sunt ad Deum, & in his quæ ad proximum. p [Habitabo vobiscum in isto loco, in terra quam dedi pa. &c.] exponatur vt prius.

QVAESTIO LVI.

SVper verbis epistolæ feriæ quintæ post tertiam dominicam quadragesimæ quæ habentur Ieremiæ vij. nolite confidere in verbis mendacij. Oritur quæstio de mendacio. Vtrùm mendacium sit peccatum mortale. Arguitur quòd sic. Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & sapientiæ primo. os quod mentitur occidit animam: sed perditio & mors animæ non est nisi per peccatum mortale, igitur. In oppositum omne mendacium non est charitati contrarium: nec contra præceptum diuinum vt patet de mendacio iocoso & officioso, ergo non omne mendacium est peccatum mortale, Ad argumentum dicitur quòd istæ authoritates intelliguntur de mendacio pernicioso, vt exponit gloss. super hoc, perdes. ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundæ quæstione cx. quòd peccatum mortale propriè est quod repugnat charitati, per quam anima viuit Deo coniunctæ: potest autem mendacium contrariari charitati tripliciter, vno modo secundùm se. alio modo secundùm finem intentum. tertio modo per accidens. secundùm se quidem charitati contrariatur ex ipsa falsa significatione, quæ quidem si sit circa res diuinas contrariatur charitati Dei, cuius veritatem aliquis tali mendacio occultat vel corrumpit: vnde huiusmodi mendacium non solum opponitur virtuti charitatis, sed etiam virtuti fidei, & hoc mendacium est peccatum mortale. si vero falsa significatio sit circa aliquid, & cognitio pertinet ad hominis bonum, puta quæ pertinet ad perfectionem scientiæ & informationem morum animæ tale

mendacium, inquantum infert damnum falsæ opinionis, proximo, contrariatur charitati, quantum ad dilectionem proximi: & tale mendacium est peccatum mortale, si verò falsa sit opinio ex mendacio generata circa aliquid de quo non referat, vtrum sic vel aliter cognoscatur, nec ex tali mendacio non damnificatur proximus, vnde tale mendacium secundùm se non est peccatum: ratione verò finis intenti aliquod mendacium contrariatur charitati puta quod dicitur in iniuriam Dei, & est mortale, aut in nocumentum proximi, & est mortale, per accidens autem contrariatur charitati, ratione scilicet dati damni consequentis, & sic erit etiam peccatum mortale puta, quando aliquis non veretur mentiri propter scandalum.

Feria sexta lectio Numeri xx. capitulo.

Cū populus. Aqua qua populꝰ rebellis indigebat ad sitim cōpescendā. erat elemētalis. sed magis indigebat aqua salutari ad animas refocillandas quæ potu salutari tāto tēpore indiguerat. hæc est aqua viuax: de qua saluator ait Io. iiij. Aqua quā ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam.

IN diebus illis. a † Cùm populus indigeret aqua, conuenerunt filij Israel aduersum Moysen & Aarō. b & versi in seditionem dixerunt, c vtinam periissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta moriamur? d Quare nos fecistis ascendere de Aegypto, e & eduxistis in locum istum pessimum, f qui seri non potest, qui nec ficum gignit nec vineas, nec malā granata: g insuper & aquam non habet ad bibendum. h Ingressusque Moyses & Aaron i dimissa multitudine ante tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamauerunt ad dominum atque dixerunt. Domine Deus exaudi clamorem populi huius, x & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. l Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad Moysen dicens. m Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. n Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram. Dixitque eis. o Audite rebelles & increduli. p Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Cumque eleuasset Moyses manum, q percutiens virga bis silicem egressæ sunt aquæ largissimè, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitque dominus ad Moysen & Aaron. r Quia non credidistis mihi, s vt sanctificaretis me corā filiis Israel t non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, v sanctificatus est in eis.

POSTILLA.

IN diebus illis, cōuenerunt filij Israel aduersum Moysen, &c. In hac lectione ponitur impedimentum itineris filiorum Israel, proueniens ex aquis contradictionis. Et primò describitur populi murmuratio. Secundò defectus reuelatio ibi. Ingressusque. Circa primum dicitur. a [Cùm populus indigeret aqua.] dicit Rab. Salomon, quod hoc fuit post mortem Mariæ sororis Moysi ad insinuādum, quòd dum viuebat, per eius merita populus in deserto existens, & magnum tempus antè populus non habuit defectum aquæ. b [Et versi in seditionem.] id est rebellionem & contentionem contra Moysen & Aaron dixerunt. c [Vtinam periissemus inter fratres nostros] hoc est, cum illis qui perierant tempore Choræ, quia mors illorum fuit breuis: ista autem prolixa & per consequens grauior. d [Quare nos feci. ascen. de Ægypto.] vbi viuebamus in abundantia. e [Et eduxistis in locum istum pessimum.] Cuius causam subdunt, dicentes. f [Qui seri non potest.] & sic patitur defectum fructuum, quos profert terra, per humanum laborem. Et etiam quos sponte gignit, &c. Ista tamen querela erat irrationabilis, quia manna sufficiebat pro omni cibo hominibus bonis, dicetur in hoc libro vndecimo capi. g [Insuper & aquam non habet ad bibēdum.] ista querela plus habebat de ratione, quia sine aqua non potest homo conuenienter viuere. h [Ingressusque Moyses & Aaron.] Hic ponitur defectus reuelatio quātum ad defectum aquæ qui non poterat tolerari cōpetenter: vbi promittitur Moysi & Aaron oratio quæ debet esse solitaria. Et hoc notatur cùm dicitur. i [Dimissa multitudine antè tabernaculum, &c.] humilis & supplicatoria: ideo subditur. k [Et aperi eis thesau-

Quando populꝰ habuit defectū aquæ

Causa.

De mānā.

De Moyse

rum tuum fonté aquæ viuæ.] Ista enim petitio erat discreta & rationabilis, quia de hoc quod erat necessarium. Consequēter ponitur domini exauditio, cùm subditur. l [Et apparuit gloria domini.] id est nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse, quasi paratus petitionem eorum exaudire. Vnde subditur. m [Tolle virgam &c.] Ista fuit virga Aaron: quia de ipsa subditur. n [Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini.] de virga Aaron dicitur cap. xvij. Referte virgam Aaron in tabernaculum testimonij. o [Audite rebelles & increduli.] hoc dicit Moyses quia frequenter consimilia acciderant in populo. p [Num de petra hac vobis aquā poterimus eiicere.] Istud verbū Moysi poterat dupliciter intelligi, affirmatiuè, & negatiuè: quia sic protulit, vt dicunt expositores catholici communiter. quia licet non dubitaret de potentia dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu ne impediretur propter malitiam populi. Et ideo dubitando de ipso effectu dixit. [Num de petra &c.] vt si effectus fuisset secutus sic intelligeretur. Non obstāte incredulitate vestra, poterimus eiicere aquā de petra virtute diuina. Si autem non sequeretur, sic intelligitur. Num de petra &c. q. d. Nō poterimus propter malitiam vestram. q [Percutiens virga bis silicē.] quia primo ictu non exiuerunt aquę propter dubitationem Moysi. d [In secundo tamen ictu exierunt propter impletionem diuini promissi. cōsequenter ponitur dubietatis punitio cùm dicit. r [Quia non credidisti mihi.] tu & Aaron. s [Vt sanctificaretis me.] idest sanctitatem meam in impletionem promissi mei absq; dubio credendo, & fidem vestram absque dubio coram populo pronūciando, sed contrarium fecistis, ideo. t [Non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.] sed moriemini ante ingressum. Et licet multùm desiderarent ingredi, quia tamen sciuerunt quòd verbum dei erat diffinitiuū: ideo verbum domini humiliter acceptauerunt, & tunc non orauerunt pro eius retractione. Posteà tamen Moyses orauit dominum pro ingressu terræ: sed nō fuit exauditus vt habetur Deute. iij. sequitur. v [Et sanctificatus est in eis] per hoc enim quòd filij Israel viderūt q̄d vindicta dei nō parcebat Moysi & Aaron, qui erant sancti & amici, fuerunt territi & magis obedientes ne incurrerent offensam dei. Et hoc est quod dicit. Et sanctificatus est in eis. Hebræi autem dicūt sic, quòd Moyses & Aaron peccauerunt eo quòd non fecerunt sicut præceperat eis deus. Quia dixerat loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, vt patet in textu, ita quòd ex solo verbo absq; percussione dedisset aquas: quod fuisset nouum signum diuinę potentiæ. Nō enim legitur quòd adhuc factum fuerat: & ideo subdit postea. Quia nō credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis Israel: quia dicit. Si coram filiis Israel dixissetis, ecce lapis iste qui nō audit, neq; videt & tamen obedit verbo dei emittendo aquas absque vlla percussione, multo fortius vos qui estis rationabiles, verbis domini debetis obedire absq; vlla flagellatione. In hoc sanctitatem meā professi fuissetis verbo & facto: quod quia non fecistis, prout vobis imposueram, ideo non introducetis hos populos.

Oratio Moysi p populo.

Verbum Moysi potest dupliciter intelligi.

Percussio silicis.

Dicimur credere deum deo & in deū.

QVAESTIO LVII.

Svper verbis epistolæ feriæ vj. post tertiam dominicam quadragesimæ quæ habentur Numeri vicesimo capitulo scilicet, Moyses & Aaron clamauerunt ad dominum & dixerunt, domine deus exaudi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Oritur quæstio de his quæ sunt in oratione petenda. Vtrum homo debeat temporalia petere orando? Arguitur quòd non. Homo non debet petere à Deo nisi bona & vtilia: sed quandoque temporalia habētur à se nociua, non solum spiritualiter sed etiam temporaliter, igitur. In oppositum Prouerb. tertio Tribue tantum victui meo necessaria: igitur, ad argumentum dicitur quod ex quo non petimus temporalia tanquam principaliter quęsita: sed in ordine ad aliud eo tenore à Deo petimus ipsa, vt nobis concedantur secundùm quòd expediunt ad salutem. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundę quæstio. lxxxiij. quòd licet desyderentur temporalia, nō quidem principaliter, vt in eis finem constituamus: sed sicut quædā adminicula, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, inquantum per ea vita corporaliter sustentatur: & quantum nobis organicè deseruiunt ad actus virtutis.

Sabbato post iij. domi. in xl. Lectio Danie prophe. xiij. capi.

IN diebus illis. [a] Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim, & accepit vxoré nomine Susannam, filiam Helchiæ, pulchram nimis † & timentem deum. Parentes enim illius, cùm essent iusti, erudierunt filiam suam secundùm legem Moysi. Erat autem, Ioacim valde diues. Et erat ei pomarium vicinum domui suæ. Et ad ipsum confluebāt Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium. [b] Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, [c] de quibus locut° est dn̄s, quia egressa est iniquitas de

Pulchra nimis. Nimia mulierū formositas, nec non pulchritudo, multos hoïes decipit. ideo mulierū pulchritudo & vana & fugiēda est, nō concupiscenda: q̄a qui cō cupiscit, corde mœchat°. Dauid in Bersabea ij. Reg. c. xj. hoc fecit. & veteres quos textus narrat. Saluator fugere docet in sacro euāgelio. Qui viderit mulierem ad cōcupiscē dū eā iam mœchat° est in corde suo.

Babylone à senioribus iudicibus qui videbátur regere populú. Isti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. [d] Cú aút populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur Susanna, & deábulabat in pomario viri sui, & videbant eam senes quotidie ingredienté & deambulátem, & exarserút in concupiscentiá eius. Et auerterút sensum suú, & declinauerút oculos suos, vt nó viderent cælú, neque recordarétur iudiciorú iustorú. Erant enim ambo vulnerati amore eius, nec indicauerút sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suá, volentes concúbere cúm ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. [e] Dixítque alter ad alterú. Eamus domum quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se: [f] cúmque reuertissent [g] venerunt in vnú, & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. [h] Et tunc in commune statuerunt tépus, quando eam possent inuenire solam. [i] Factum est auté, cum obseruarent diem aptú, ingressa est aliquádo sicut heri, & nudiustertius cú duabus solis puellis, voluítq; lauari in pomario. Aestus quippe erat [k] & nó erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. [l] Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum [m] & smigmata, [n] & ostia pomarij claudite, [o] vt lauer: & fecerunt sicut præceperat, clauserúntque ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat. Nesciebátque senes intus esse absconditos. [p] Cùm autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam & dixerunt. [q] Ecce ostia pomarij clausa sunt, nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus, quamobrem assentire nobis & commiscere nobiscum. [r] Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. [s] Ingemuit Susanna & ait. [t] Angustiæ sunt mihi vndique. [v] Si enim hoc egero, [x] mors mihi est. [y] Si autem non egero, non effugiam manus vestras. [z] Sed melius est † mihi absque opere incidere in manus hominum quàm peccare in conspectu domini. [a] Et clamauit voce magna Susanna. [b] Exclamauerunt autem & senes aduersus eam, [c] & cucurrit vnus & aperuit ostia pomarij. Cum ergo audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerút per posticum vt viderent quidnam hoc esset. [d] Postquam autem senes locuti sunt, [e] erubuerunt serui vehementer, [f] quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. [g] Et facta est dies crastina. [h] Cúmq; venisset populus ad virú eius Ioacim, [i] venerút & duo presbyteri, pleni iniqua cógitatione aduersus Susannam, vt interficerent eá. [k] Et dixerunt [l] corá populo, Mitte ad Susannam filiam Helchiæ vxoré Ioacim, & statim miserunt. [m] Et venit cum parentib' & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata nimis & pulchra facie. [n] At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur, [o] erat enim cooperta: vt vel sic satiarentur decore eius. [p] Flebant igitur sui & omnes qui nouerant eam. [q] Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, [r] posuerunt manus suas super caput eius. [s] Quæ flens [t] suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. [v] Et dixerunt presbyteri. [x] Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa est [y] hæc cum duabus solis puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas, [z] venítque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. [a] Porrò nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem [b] cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. [c] Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiliuit. [d] Hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus

Sed meli' est mihi absque opere incidere in man' hominú: Simile protulit sententiá Dauid dú data fuit electio ij. reg. xxiiij. dicés. Coarctor nimis, sed melius est vt incidá in manus domini multæ enim misericordiæ eius sunt.

quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. [e] Credidit eis omnis multitudo, quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortẽ. [f] Exclamauit autem voce magna Suſanna & dixit. [g] Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequàm fiant. Tu ſcis quoniam contra me tulerunt falſum teſtimonium, & ecce morior, cum nihil horum fecerim quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me. [h] Exaudiuit autem dominus vocem eius. [i] Cumque duceretur ad mortem, ſuſcitauit dominus ſpiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, [k] & exclamauit voce magna & dixit, [l] Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eũ dixit. Quis eſt ſermo iſte quem tu locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorum ait, ſic fatui filij Iſraël iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? Reuertimini ad iudiciũ: quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam. [m] Reuerſus eſt ergo populus cũ feſtinatione. [n] Et dixerunt ei ſenes. [o] Veni & ſede in medio noſtrum, & indica nobis [p] quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis: [q] & dixit ad eos Daniel, Separate eos ab inuicem procul & diiudicabo eos. Cùm ergo diuiſi eſſet alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, [r] Inueterate dierum malorum, [s] nunc venerunt peccata tua, quę operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, innocẽtes opprimens, & dimittens noxios, [t] dicente domino, Innocentem & iuſtum non interficies. [v] Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua † arbore [x] videris eos colloquentes ſibi. [y] Qui ait, ſub ſcino. [a] dixit autem Daniel. Rectè mentitus es in caput tuum. [a] Ecce enim Angelus domini accepta ſentẽtia ab eo ſcindet te medium. [b] Et amoto eo, iuſſit venire alium, [c] & dixit ei. Semen Chanaam & non Iuda, [d] ſpecies decepit te, [e] & concupiſcentia ſubuertit cor tuum, [f] Sic faciebatis filiabus Iſraël, [g] Et illæ timentes loquebãtur vobis. [h] Sed non filia Iuda [i] ſuſtinuit iniquitatẽ veſtrã. [k] Nunc ergo dic mihi ſi vidiſti eã, ſub qua arbore comprehẽderis eos loquẽtes ſibi? [l] Qui ait, ſub prino. [m] Dixit autem & Daniel. Rectè mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladiũ habens [n] vt ſecet te medium, & interficiat vos. [o] Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. [p] Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros, conuicerat enim eos Daniel, ex ore ſuo dixiſſe falſum teſtimonium, feceruntque eis ſicuti malè egerant aduerſus proximum. [q] & interfecerũt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

Sub qua arbore. Bonus iudex ſuper dubiis, quãdo ſententiã fert callidus eſſe debet: & ſententiam ſuſpẽdere & ſubtiliter veritatem inquirere. vnde Pſalm. Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. C.

De iud. ſ. iudex debet eſſe cautus eruditus ſcientia idoneus.

POSTILLA.

IN diebus illis. Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioacim &c. Hiſtoria Suſannæ contigit ante captiuitatẽ Babylonicam vel citò poſt: quia Daniel erat adhuc valdè iuuenis, ſecundum quòd dicitur infrà, Cumq; duceretur ad mortem ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris cui nomen Daniel: & tamen tranſlatus fuerat in Babylonem ante dictam captiuitatem, vndecim annis, quibus regnauit Sedechias, propter quod hæc hiſtoria inter libros Bibliæ inter hiſtorias non canonicas ſituari debet poſt librũ Baruch, & de quo certum eſt quòd vna pars eius fuit inſcripta ante dictam captiuitatẽ, vt ibidem plenius dicitur. a [Erat vir habitãs in Babylone, &c.] Hæc hiſtoria diuiditur in quatuor partes quia primò deſcribitur Suſannæ nepharia tẽtatio. Secundò ipſius maligna accuſatio ibi, exclamauerunt autem. Tertiò eius iniqua condẽnatio, ibi. Credidit eis multitudo. Quartò ipſius digna liberatio ibi. Exaudiuit dominus. Circa primum deſcribitur perſona tentata ſcilicet Suſanna à nobilitate generis: quia erat de tribu Iuda, vt dicetur infrà. Et quia erat Ioacim copulata in matrimonio, qui erat honorabilior omniũ Iudęorũ, vt hîc dicitur: deſcribitur etiam pulchritudo corporis, vnde dicitur. Pulchra nimis. Et à pulchritudine mentis, quia dicitur timens Deum: cuius cauſa exprimitur, quia erat à parentibus erudita ſecundum legem Moyſi. Et ideo bene nominata erat ſecundum proprietatem rei Suſanna: id eſt, lilium propter quod ſenes erant magis inflammati de eius ... de vili perſona. His dictis patet litera. Sequitur. b [Conſtituti ſunt.] Hic

Diuiſio hiſtoriæ.

Circa primam partem.

consequēter describitur tentantiū status, quia erant senes maturitate ætatis, iudices sublimitate authoritatis, Presbyteri, vt dicetur infrà apparentia sanctitatis, & ideò de facili poterant mulieres seducere. Dicit glossa quòd Hebræi dicunt ipsos decepisse mulieres per hoc quòd dicebant, Christum de semine eorū nasciturū, cùm essent de tribu Iuda, eo quòd tribus sacerdotalis & tribus Regia coniunctæ erant: cuius scilicet Christi natiuitas maximè desiderabatur. Sequitur. c [De quibus locutus est dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.] Ieremiæ ix. vbi dicitur. Ponat te dominus sicut Sedechiam & Achab, quos fregit Rex Babylonis in igne, pro eo q: fecerunt stultitiā in Israël & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis: dicunt enim Hebræi quòd isti testes erant à domino prędicti Ieremiæ xxix. Sed contrarium videtur, quia dicuntur frixi in igne per regem Babylonis. Duo autē senes, qui tentauerunt Susannam fuerunt lapidati: vt dicit glossa. Itē fuerunt lapidati à Populo non à Rege. Dicendum quòd mors quæcunque aliquando significatur per ignem in scriptura. Et ideo eorum lapidatio aliquādo vocatur frixio in igne. Item sciēdum quòd de licentia Regis Babylonis, pœna debita iudicabatur per Iudæos secūdum legem Moysi: quia iudices Regis legem Iudæorū ignorabant, sed executionē mortis non poterant inferre nisi ex speciali mandato Regis & auctoritate. Et ideo quòd Populus lapidauerit cōsilium de præcepto Regis, propter quod rex fecit principaliter & authoritatiuè. Populus autem executiuè. Cætera verò patent vsque ad hunc locum. d [Cùm autem populus reuertisset post meridiem, ingrediebatur Susanna & deambulabat in pomarium viri sui &c.] hic ponitur tentationis ortus, quæ orta est in istis senibus sicut communiter oritur carnalis in aliis hominibus. Primò ex impudico appetitu: quia dicitur quod videbant eam quotidie. Secundò ex inordinato affectu, cum subditur. Et exarserunt &c. & consequēter excęcatio intellectus, cùm dicitur. Et auerterūt sensum &c. quia inordinata affectio excæcat oculos rationis. Et consequēter ex nephario conatu ad implēdum propositum, cùm dixit alter ad alterū sic. dicit igitur primò &c. Cùm autem Populus reuertisset post meridiē, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario &c. Susanna erat verecunda, præsente frequētia populi stabat clausa cum puellis suis iuxta domum, sed cùm populus exisset, & senes aliquantulū remanerent ad conferendum simul de auditis in iudicio, tūc Susanna exibat cameram & intrabat hortum causa recreationis & lauationis nec cauebat tātum à senioribus propter ætatē & sanctitatis apparentiam quantum cauebat ab aliis. Cætera verò patēt vsque ibi. e [Dixit alter ad alterum, eamus domum quia hora prandij est. Et egressi recesserunt a se.] Hoc fecerunt, quia quilibet volebat se expedire de alio, vt posset solus reuerti ad loquendum cum Susanna, ad decipiendum eam. Sequitur. f [Cùmque reuertissent] propè domum Ioacim, per diuersas vias. g [Venerunt in vnum & sciscitantes ab inuicem causam &c.] Sequitur. h [Et tunc in communē statuerūt tempus &c.] quia firmati in suo malo proposito. i [Factum est autem cùm obseruarent diem aptum, ingressa est &c.] Hic consequenter ponitur tentationis modus, ibi ponuntur ista per ordinem. Primum est fraudulentia & insidiatio, in hoc quòd obseruauerunt tempus aptum, scilicet post populi discessum. Et locum congruum, scilicet, pomarium vel hortum: & hoc est quod dicitur. Factum est autem cùm obseruarent diem aptum &c. Modus loquendi iste ad significandum frequentiam faciendi aliquid, quia Susanna frequenter illum hortum intrabat. Et sequitur. k [Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos & contemplantes eam.] Ex ardore desyderij. l [Dixit ergo puellis, afferte mihi oleum.] Hic oleum accipitur pro lachryma arborum aromaticarum, quæ vtuntur in terra illa contra æstum. m [Et smigmata.] secundum Hieronymum, smigma est aqua de hordeo & palea facta, ad lauandum faciem & refrigerandum. n [Et ostia pomarij claudite] propter securitatem, ne aliquis posset venire ad eam. o [Vt lauer ex illis.] scilicet quæ debebant apportare puellæ prædictæ: & forte erat irriguum fontis vel aliquid aliud. Sequitur. p [Dùm autē egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes & accurrerūt ad eam &c.] Hic ponitur secundum quod fuit in ista tentatione, scilicet maligna suggestio. Primò Susannam assecurando ad perpetrandum rem illicitam, cùm dicitur. q [Ecce ostia pomarij clausa sunt &c.] Secundò ei mortem minando nisi consentiat, cùm subditur. r [Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te quòd fuerit tecum iuuenis, &c.] Tertium quod in hac tentatione ponitur est Susannæ virtuosa electio, quia magis elegit mori, quàm Dei mandatum prætergredi: & hoc est quod dicitur hic. s [Ingemuit Susanna, & ait] scilicet, dolore cordis propter periculum imminens. t [Angustiæ mihi sunt vndiq;] Angustiosum est mori & angustiosum est dignum morte fieri propter quod sequitur. v [Si enim hoc egero.] quod persuadetis, legem Dei transgrediendo. x [Mors mihi est.] quia in lege Moysi præcipitur adulterā lapidari. y [Si autem non egero non effugiam manus vestras.] mortem incurrendo, sed indebitam. z [Sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominū &c.] quia puniri non est malum simpliciter.

Opinio Hebræorū de duobus senibus.

Vnde causata fuit tentatio qua senes Susannā tētauerūt.

Tentationis mod.

Maligna suggestio.

Præstat mori quā agere cōtra bonū virtutis.

quia est malum pœnæ, sed fieri pœna dignum est simpliciter malum. Quia hoc est malum culpæ. a [Exclamauit voce magna Susanna, ne forte senes ex vehementia concupiscentiæ qua erant inflammati in ipsam irruerent, & ipsam licet inuitam impudice tangerent.

b [Exclamauerunt autem & se.] Hic consequenter ponitur Susannæ maligna accusatio, Et diuiditur in duas partes: quia primò accusatur extra iudicium. secundò in iudicio ibi. Et facta est dies. In prima dicitur sic. Exclamauerunt autem & senes aduersus eam, vt notarent eam reã corã familia accurrente ad clamorem Susannæ: quia si tacerent redderẽt se suspectos c [Et cucurrit vnus, & aperuit ostium pomarij. Cum ergo audissent, clamorem in poma. &c.] ad simulãdum quòd vir eius de quo falso eam accusabant exisset, antequam famuli venissent: quia si ostium inuentum fuisset clausum, & tamen iuuenis non fuisset inuentus testimonium eorum fuisset suspectum. Sequitur, d [Postquam autem locuti sunt senes.] accusantes Susannam de crimine adulterij. e [Erubuerunt serui.] quia diligebant Susannam tanquàm in domo eius nutriti: cuius causa subditur. f [Quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna.] in quo apparet bonitas eius non solùm in vita sed etiam in fama. g [Et facta est dies crastina.] Hic consequenter ponitur accusatio in iudicio. Et diuiditur in tres partes. quia primò ponitur Susannæ citatio. secundò accusantium iuratio ibi, consurgentes autem. Tertiò iuratorum testificatio, ibi, dixerunt Presbyteri. In prima parte dicitur sic. h [Cumque venisset Populus, &c.] scilicet, ad locum iudicij. i [Venerunt & duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannã, vt, &c.] Comparendo in loco iudicij, ad implendum nequitiam suam. k [Et dixerunt coram omni.] l [Populo.] Mittite ad Susannam filiam, &c.] & sic apparet Susannæ solennis citatio. m [Et venit cum parentibus & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Susan.] quia non poterat sola sufficienter ire ad iudiciũ: amici autem eius venerunt cum ea, ipsi compatientes propter sanctitatem quã nouerant, sequitur. n [At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur] quia forte volebant inducere populum ad suspicãdum male de ea, ex rubore vultus eius: sciebant enim ipsam esse verecũdam. o [Erat enim cooperta &c.] Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo referendo ad præceptum senum: qui iusserant eam discooperiri, vt sic reficerentur eius aspectu, ex quo non poterant sibi copulari nephario actu. Alio modo potest intelligi referendo ad ipsam Susannam: & amicos eius qui cooperirẽt eam, vt sit sensus, erat enim cooperta, scilicet, amicorum consilio vel sic, vt satiarentur decore eius, id est, vt non videntes eius pulchritudinem, minus inflammarentur de ea: & sic non accusarent eam crudeliter: quia amici eius, scilicet, Susannæ sciebant causam accusationis per reuelationem Susannæ. p [Flebant igitur sui & omnes qui &c.] scilicet, pietate cognoscentes innocentiam Susannæ. q [Consurgẽtes &c.] Hic ponitur accusantium iuratio. Ex quo habetur argumentum, quòd de crimine vnde aliquis debeat mori non est credendum alicui simplici verbo suo cuiuscunque authoritatis & sanctitatis sit. Et hoc est quod dicitur hic. [Consurgentes autem duo Presbyteri &c.] Qui erant Iudices & sacerdotes Populi. r [Posuerunt manus suas super caput eius.] Isto enim erat modus iurandi contra personam condemnandam ad mortem, vt testes in iurando ponerent manus super caput eius: vt habetur. Leuit. j. trigesimoquarto. s [Quæ flens.] quia videbat quòd criminaliter agebant contra eam. t [Suspexit in cœlum.] quia aliunde non poterat habere auxilium & proprium est diuinitatis, succurrere in casibus desperatis. v [Et dixerunt Presbyteri.] Hic ponitur iuratorum testificatio. x [Cùm ambularemus in pomario soli.] hæc dicunt ne requiratur alius testis cum eis, sequitur: y [Hæc clausit ostium pomarij, & dimisit à se puellas.] Hoc dicunt in argumentum sui dicti, quod sequitur. z [Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.] quia aliter non poterant ostendere Susannam morte dignam, nisi allegarent factum turpe, pro peccato enim voluntatis vel concupiscentiæ, non statuitur aliqua pœna in lege. a [Porrò cum essemus in angulo pomarij.] hoc dicũt ad colorationem dicti sui, quia si fuissent in palam, dictum eorum non habuisset aliquam probabilitatem, scilicet quòd Susanna vellet tale quid committere ipsis videntibus. b [Cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri] quia de facto non creditur testimonio alicuius nisi dicat se vidisse. c [Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiliuit.] tanquam iuuenis existens: nos autem senes. d [Hanc autem cùm apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis.]. Hoc autem dixerunt ne quæreretur ab eis, quis esset adolescens: & per hoc possent deprahendi. e [Credidit eis omnis multitudo, quasi senioribus & iudicibus Populi, & condemnauerunt eam ad mortem.] Hic describitur ipsius Susannæ iniusta condemnatio quæ ostenditur ex duobus, scilicet, ex Populi ignorantia, qui credidit senibus, & propter ætatem & authoritatem eorum absque diligenti examinatione: propter quod de hoc infrà reprahenduntur à Daniele vbi dicitur. Sic fatui filij Israel &c. Ex hoc habetur argumẽtum

Accusatio in iudicio

Accusantium iuratio.

Iuratorũ testificatio.

Quare dicũt cũ esse mus in angulo.

Quare dixerũt noluit indicare.

quod p nulla te vel authoritate vel sanctitate debet applicari testes in causa criminali maxime sine diligenti examinatione. Secundo ostenditur condenatio iniusta, ex Susannae innocentia, cu dicitur, f [Exclamauit aut voce magna Susanna] ex cordis affectu & conscientia pura g [Deus aeterne qui absconditorum es cognitor.] quia ipse solus nouit secreta cordium, diuinae essentiae scientia aeternitate mensuratur, ideo ita cognoscit futura sicut praesentia. h [Exaudiuit.] Hic ponitur Susannae digna liberatio. Et diuiditur in quatuor partes: quia primo ponit Danielis appellatio a sententia iniqua. Secundo testiu diligens examinatio ibi. Reuersus est populus. Tertio ipsorum condemnatio ibi, clamauit itaque. quarto pro p lictis gratiaru actio ibi Helchias autem. sed ista particula vltima no ponitur in praesenti lectione. [Exaudiuit autem dominus vocem eius.] i. ei effectu audiuit. i [Cumque ducerentur ad mortem, suscitauit dominus spiritum pueri iunioris &c.] Ex quo patet quod Daniel hoc no fecit ex humana industria, sed ex diuino instinctu. k [Et exclamauit voce magna] vt posset ab omnibus audiri. l [Mundus ego sum a sanguine huius] hoc est dictu, no assentio huic sententiae, sed magis ab ea appello, tanquam ab iniqua, vt patet per verba sequentia. m [Reuersus est ergo populus.] s. ad locum iudicij. n [Et dixerunt ei senes] non illi duo qui accusabant Susannam, sed alij senes populi Israel. o [Veni & sede in medio nostrum in loco iudicij, indica nobis] qualiter possit veritas aperiri. p [Quia dedit tibi deus honorem senectutis] i. sapientiam quae solet esse in antiquis: vt dicitur Iob. xij. In antiquis est sapientia & in multo tempore inuenitur prudentia. q [Et dixit ad eos Daniel, Separate illos &c.] ne confingant aliud mendaciu simile praecedenti. Sequitur. r [Inueterate dierum malorum &c.] Ex hoc patet quod testes falsi sunt increpandi & terrendi, vt ex hoc magis appareat eorum fraudulentia. s [Nunc venerunt peccata tua, &c.] id est ostendetur per poenam tibi a Deo inferenda, sequitur. t [Dicente domino: Innocentem, &c.] hoc dictum Deut. xxvij. v [Nunc ergo si vidisti ea, &c.] Ex hoc patet quod testes sunt interrogandi de circunstantiis, quia per hoc apprahenditur eorum falsitas & cotradictio. x [Videns eos sic loquentes sibi.] curialiter loquitur sicut homo castus & verecundus, non sicut senes isti iudici, qui dixerant; vidimus eos pariter commisceri. y [Qui ait, sub cino] nome est arboris, & est idem quod lentiscus, arbor sutilis cuius succus foliorum consolidat labia, vt dicit hic glos. z [Dixit aut Daniel, recte mentit es in caput tuu.] i. ad danationem capitis tui, quae ex hoc sequitur. a [Ecce enim angelus domi. &c.] i. iudex: quia iudices populi & sacerdotes aliquado nominatur angeli, sicut patet Malac. x. dicetis. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, angelus enim domini exercituu est: Vel angelus vere accipitur ibi pro angelo Susannae qui danationem senum erga Deu procurauit. b [Et amoto eo, &c.] prius eum amouit qua alter veniret, ne posset alteri signare quid diceret. c [Et dicit ei semen &c.] licet enim esset de tribu Iuda secundum re, tamen imitabatur mores Chananaeoru. increpat autem ipsum Daniel sicut primum, & eadem causa vt territus citius deprehedatur. d [Species decepit te.] id est pulchritudo Susannae. e [Et concupiscentia subuertit cor tuum.] id est mentem tuam auertit a rectitudine rationis & legis diuinae. f [Sic faciebatis filiabus Israel] eas per terrores decipiedo. g [Et illae timentes loquebantur vobis.] consentiendo vobis in opus nephariu. h [Sed non filia Iuda.] nobilis scilicet genere & moribus. i [No sustinuit iniquitate vestra.] vobis assentiendo. k [Nunc ergo dic sub qua arbore apprahenderis eos loquentes sibi.] curialiter loquedo de actu curiali vt iam dictum est. l [Qui ait sub prino.] nomen est arboris, nec est arbor eade cum lentisco, vt dicut aliqui & male: quia tunc no esset discordia in testimonio eoru cuius cotrarium exprimitur in litera: aliter non essent conuicti sicut testes falsi. Et ideo dicendu quod prinus est ide quod pinus, vt dicitur in libro de proprietatibus rerum. m [Dicit autem Daniel recte mentitus es &c.] eode modo exponitur sicut prius. n [Vt secet te medium] separando scilicet animam a corpore, per mortem, quia non fuerunt interfecti gladio vt supra dictum est. o [Exclamauit itaq; omnis coetus.] quia videbat contradictionem eorum. p [Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros.] faciendo eis secundum legem talionis scriptam in lege Moysi. q [Et interfecerut eos.] id est sicut dignos morte regi tradiderunt, qui habebat alteram iustitiam, & ipse fecit eos comburi secundum modu illius terrae, vt dicitur Iere. xxix. Vel aliter interfecerunt, quia de speciali voluntate regis permissum est Iudaeis, vt interficerent eos secundum legem Moysi: & sic fuerunt lapidati, quae lapidatio potest dici frixio in igne, vt supra dictum est. Caetera vsq; in finem de se patent.

Susannae iniusta codenatio. — *Oratio Susannae.* — *Liberatio Susannae.* — *Populi ad locum regressio.* — *Daniel senes alloquitur.* — *Quomodo testes sunt interrogandi.* — *Quomodo exponitur mentitus in caput.* — *Pulcher mulieris aspectus causa concupiscentiae carnis.* — *Senes gladio interempti non fuerunt.*

QVAESTIO LVII.

SVper verbis epistolae in sabbato post dominicam tertia in quadragesi. quae habentur Danielis xiij. s. dicentes testimoniu contra te: & haec dixerunt duo senes Susannae in horto, quado noluit acquiescere verbis illoru, oritur quaestio de falso testimonio. Vtrum falsum testimoniu sit peccatu mortale? Arguitur quod non. Mendacium quod nulli nocet est officiosum quod non est peccatum mortale: sed quando in tali testimonio est mendaciu, puta quod aliquis falsum testimonium perhibet vt aliquem a morte liberet vel ab iniusta sententia quae intentatur per aliquos falsos testes vel per iudicis peruersitate: ergo falsum testimoniu non

est peccatum mortale. In oppositum Prouer. xij. falsus testis non erit impunitus; & non nisi quia mortaliter peccat. Igitur ad argumentum dicitur quòd iniustum iudicium non est iudicium: & ideo ex vi iudicij falsum testimonium in iusto iudicio prolatum ad iustitiam impediendam non habet rationem peccati mortalis: sed solum ex iuramento violato. Ad quæstionem respondendum est secundú Tho. ij. ij. q. lxxxj. quòd falsum testimonium habet triplicem deformitatē. vno modo ex periurio: quia testes non admittuntur, nisi iurati: & ex hoc semper est peccatum mortale. alio modo ex violatione iustitiæ: & hoc modo est peccatum mortale, in suo genere, sicut & quælibet iniustitia. Tertio ex ipsa falsitate secundum quod omne mēdacium est peccatum: & ex hoc non habet falsum testimonium quod semper est peccatum mortale.

Dominica iiij. in quadragesi.
Gala. iiij. capitulo.

Duos filios. Abrahā filios duos sibi genuit. diuersarum tamen cōditionū, nam vnus liber erat, alter vero seruus sic Deus omnipotens duos populos sibi in lege & beneficiis genuit. vnū quidē seruū scilicet. Iudæum & alterū liberū. s. populū christianū. q. nobis significantur per filios Abrahæ. Typus est de asina & pullo super quibus sedit dominus: vt habetur Matt. xxj. Christianus populus erit hæres, & Iudaicus eiicietur, quia non credit in filium. vt Matth.

FRatres [a] Scriptum est [b] quoniam Abraham duos filios † habuit, [c] vnum [d] de ancilla, [e] & vnum de libera. [f] Sed qui de ancilla, [g] secundum carnem natus est, [h] qui autem de libera, [i] per repromissionem, [x] quæ sunt per allegoriam dicta, [l] hæc enim sunt [m] duo testamenta. [n] vnum quidem [o] in monte Syna [p] in seruitutem generās, [q] quæ est Agar. [r] Syna enim mons est in Arabia, [s] qui coniunctus est [t] ei, [v] quę nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis. [x] Illa autem [y] quæ sursum est Ierusalem, [z] libera est, [a] quę est mater nostra. [b] Scriptum est enim. [c] Lætare sterilis, quæ non paris, [d] erūpe & clama [e] quæ non parturis: [f] quia multi filij desertæ [g] magis quàm eius quæ habet virum. [h] Nos autem fratres [i] secundū Isaac, [x] promissionis filij sumus. [l] Sed quomodo [m] tunc is, [n] qui secundum carnem [o] natus fuerat, persequebatur eū qui secundum spiritum: [p] ita & nunc. [q] Sed quid dicit scriptura? [r] Eiice ancillam [s] & filiū eius. [t] Non enim erit hæres filius ancillæ [v] cū filio liberæ. [x] Itaque fratres nō sumus filij ancillę, [y] sed liberæ: [z] qua libertate [a] Christus nos liberauit.

POSTILLA.

FRatres. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit. &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Paulus dicens. Emulamini autē in bono semper, & non tantùm cum præsens sum apud vos filioli mei, quos iterum parturio donec Christus reformetur in vobis. Tunc post pauca sequitur epistola hodierna. Scriptū est quoniam Abraham duos filios habuit. Vbi notandum quòd nos omnes filij dei sumus per creationem: sed non omnes per gratiam, & qui hic in præsenti filius per gratiam non fuerit, in futuro filius glorię nō erit. Et sic duplices filios habet Deus de quibus dicitur in hodierna epistola, per Typum filiorum Abrahæ cum dicitur. a [Scriptum est.] Genesios xxj. b [Quoniam Abrahā duos filios habuit.] Ismael & Isaac. c [Vnum.] Ismael. d [De ancilla.] scilicet Agar, quæ erat ancilla Saræ vxoris Abrahæ. e [Et vnū de libera.] i. de vxore propria. s. Isaac quē Sara genuit. f [Sed qui de ancilla.] i. Ismael. g [Secundum carnē natus est.] i. per modum naturalem sicut alij homines: & sine vlla promissione natus est. h [Qui autē de libera] i. de vxore propria scilicet Isaac. i [Per repromissionem] scilicet diuiná, quia ex promissione angeli Sara concepit, & cum miraculo, quia pater centum annorū erat. Et mater xc. anno. k [Quæ sunt per allegoriam dicta.] i. per sensum alterum, quàm videtur verba sonare: quia iam dicta debent intelligi mysticè: quia mysticum sensum habent. Pro quo notandum est quòd quadruplex est sacræ scripturæ sensus. Historicus quando factum narratur. Thropologicus: cum ex his quæ facta sunt aliqua facienda ostenduntur. Allegoricus, cum per id quod factum est, aliquod futurum intelligitur. Anagogicus secundum Augu. per quem de supernis & æternis tractatur. versus. Littera gesta docet: quid credis allegoria Moralis quid agas, quò tēdis anagogia. l [Hæc enim sūt.] id est, significant. m [Duo testamē.] vetus & nouum. n [Vnum quidem datum.] scilicet vetus testamentum. o [In monte Syna.] scilicet ipsi Mosi, in duab⁹ tabulis lapideis. p [In seruitutem generans.] super Iudæos qui timore pœnæ & promissione temporaliū, seruierunt & obedierunt deo non filialiter, sed seruiliter. q [Quæ est Agar.] id est quę significatur per Agar ancillam. r [Sina enim est mōs in Arabia.] scilicet minori, secundum Haymonem, qui sua magnitudine diuersas prouincias tangit, & sui extremitate vicinus est terræ promissionis. s [Qui coniunctus est.] id est vicinus est. t [Ei] scilicet terræ promissionis. v [Quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis.] I y. id est cum Iudæis in seruitute legis. x [Illa autem Ierusalem.] id est ecclesia de gentibus congregata.

y [Quæ sursum est] quo ad affectionem vel spem cælestium. z [Libera est.] Vincent. id est in libertate Euangelij posita est. a [Quę est mater nostra.] spiritualiter nos generans per Baptismum. De qua. b [Scriptum est.] Isai. liiij. c [Lætare sterilis quæ non paris.] id est, Ecclesia gentium, de qua venit Christianitas quæ erat sterilis ab operibus bonis, ante aduentū Christi. d [Erumpe.] scilicet quantum ad gaudium intrinsecum. e [Quæ non parturis.] Gorra. id est, ad generandum filios Christo non conaris. f [Quia multi filij desertæ.] id est, de seruitute gentilitatis ad Christum conuersæ quæ ante erat deserta à Deo propter eius idololatriam. g [Magis quàm eius, quæ habet virum] id est, synagogæ, quæ in monte Synai desponsata fuit deo in susceptione legis: quia sicut mulier regitur à viro ita & Iudæi in veteri testamento regebantur per legem Moysi. h [Nos autem fratres.] scilicet, Christiani. i [Secundum Isaac] id est, ad similitudinem eius. k [Promissionis filij sumus] scilicet, geniti per gratiam in Baptismo. l [Sed quomodo.] id est, quemadmodum. m [Tunc is.] id est, Ismael. n [Qui secundum carnem.] scilicet. o [Natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum.] Isaac qui secundum promissionem scilicet Spiritussancti ex matre sterili natus est. p [Ita & nunc.] scilicet, in præsenti Ly. persequuntur bonos. q [Sed quid dicit scriptura?] Genesis xxj. r [Eiice ancillam.] id est, Synagogam. s [Et filium eius.] id est, quem libet de synagoga. Gorra. ad literam. Cùm enim vidisset Sara Ismael ludentem cum filio suo Isaac, & non placuisset ei ludus ille, dixit Abrahę Eiice ancillam & filium eius. Qui admonitus à domino acquieuit ei, & eiecit Agar & Ismael. per quod figuratum fuit quòd synagoga cum ceremonialibus, & obseruationibus à consortio fidelium erat in aduentum Christi abiicienda. t [Non enim hæres erit filius ancillæ.] id est, filius synagogæ. v [Cum filio liberæ.] id est, cū Christiano filio ecclesiæ. in bonis enim tēporalibus permixti sunt mali cum bonis, imo quandoque mali plus habēt de temporalibus, sed in hæreditate soli boni participant: vnde Abraham filiis concubinarum largitus est munera: sed Isaac seruauit hæreditatem. Genesis vicesimoquinto. x [Itaque fratres non sumus ancillæ filij.] Gorra. id est, synagogę, vt seruiamus legi & seruituti legalium subiecti. y [Sed liberæ.] id est, Ecclesiæ militantis. z [Qua libertate.] scilicet, à seruitute legis. a [Christus nos liberauit.] Ly. qui per suam benedictam passionem legalia euacuauit.

QVAESTIO LVIII.

SVper verbis Epistolæ quartæ domini. quadragesi. quæ habentur ad Gal. iiij. Abraham duos filios habuit. Quæritur q. de virginitate. Vtrum virginitas sit maioris meriti quàm castitas coniugalis? Arguitur quòd non. Maioris est meriti: quod omni tempore potest esse licitum, & meritorium quàm quod non: sed castitas coniugalis omni tempore fuit licita & meritoria: aliquo autem tempore castitas virginalis non fuit licita, in lege enim maledicta erat sterilis: ergo magis est meritoria castitas coniugalis quàm virginalis. In oppositum. maioris meriti est virtus perfectior quàm minus perfecta: sed virginitas est perfectior quàm castitas coniugalis, ergo est maioris meriti. Ad argumentum dicitur quòd castitas virginalis quantum ad id quod nominat essentiam perfecti habitus castitatis, antequam fuit illicita: quia sic nunquā contrariatur concubitus coniugalis factus ex diuino præcepto, sed perduratio propositi de non consentiendo in carnalem copulam aliquo tempore fuit illicitum, & illo tempore magis meritorius fuit status coniugatorum quàm status abstinentium, quamuis isto tempore sit econuerso. Ad quęstionem respondendum est secundum Richardum de media villa, quarto sententia. distinctione trigesima tertia. articulo quarto, quæstione secūda. quòd habitus virginitatis maioris est meriti quàm habitus cōtinentiæ coniugalis: quia habitus castitatis virginalis est habitus perfectus, coniugalis verò imperfectus, & virtus perfecta est maioris meriti quàm imperfecta. Status enim virginitatis & coniugalis, si referūtur ad tempus gratiæ, magis meritorius est, quàm status virginitatis coniugalis, si referuntur ad tempus legis scriptæ: coniugalis est magis meritorius. Si verò referuntur ad diuersa tempora, scilicet, status coniugalis ad tempus legis scriptæ, & virginitatis ad tempus legis Euangelicæ vnus alteri non præfertur: ideo status virginitatis & coniugalis, æqualis & inæqualis meriti dicuntur. æqualis dum referuntur ad idem tempus, inæqualis dum ad diuersa tempora. Ex dictis patet quomodo virginitas est magis meritoria quàm status coniugalis: & minus meritoria & econtra secūdum diuersos respectus.

Feria secunda post dominicam in medio quadragesimæ. Lectio libri Regum iij. cap. iij.

IN diebus illis. a Venerunt duæ mulieres meretrices † ad regem Salomonem, & steterunt coram eo. Quarum vna ait. Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. b Tertio autem die postquàm ego peperi, peperit & hæc.

Meretrices. Iustitia regum & humana sapientia circa omniū hominū conditionem æquali mēsura se habere debet. sorte qꝫ vnicuique æquali-

ter mini- strare: quod quod iud eit vnicui que tribu at iustitia li. 1. Rubr. de iustitia. sic sapien tiæ. Dili gite iusti tiã qui iu dicatis ter ram.

Et eramus simul nullúsque alius in domo nobiscum, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum. [b] Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo, ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo. Suum autem filium, qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cúmque surrexissem mane, vt darẽ lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens, clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram. Respondítque altera mulier. Non est ita, vt dicis: sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat, mentiris, filius quippe meus viuit. & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram Rege. Tũc Rex ait. Hæc dicit, filius meus viuit, & filius tuus mortuus est. Et ista respondit non, sed filius tuus mortuus est, & filius meus viuit. Dixit ergo Rex. Afferte mihi gladium. Cúmque attulissent gladium coram Rege. Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad Regem, commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi nec tibi, sed diuidatur. Respondit Rex & ait. Date huic infantem viuum, & non occidatur. Hæc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset Rex. [c] Et timuerunt Regem videntes sapientiam Dei [d] esse in eo ad faciendum iudicium.

POSTILLA.

Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomonem, steterúntque coram eo. Salomon filius Dauid visionem à domino habuit vt postularet quid vellet. Qui dies multos, diuitias, aut inimicorum suorum animas non petens: sed solam sapientiam, ad discernendum populi iudicium postulans, obtinuit à deo cum ipsa sapientia omnium prædictorum abundantiam, & gloriam talem vt nemo fuerit similis sibi in regibus Iudæ. Ipso igitur sedente in regno post grande conuiuium vniuersis famulis suis.

a [Venerunt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem, steterúntq; coram eo. Quarum vna ait. Obsecro mi domine, ego & mulier &c.] hic ostenditur impletio promissionis factæ Salomoni. Et primo quantum ad sapientiam, in hac præsenti lectione. In residuo verò istius capituli quantum ad gloriam. Et deinde quantum ad opulentiam. Ista tamen tria sunt coniuncta, quod vnum perficit aliud, & econuerso, ideo nunc distinctè, nunc mixtim agitur de ipsis. Primum ostenditur per verum iudicium quæ esset mater vera, & quæ ficta, per hoc quod vbi deficiebat humana probatio: sapienter recurrit ad inclinationem naturalem: quia vera mater afficitur ad filiũ. Vnde litera ipsa est patens paucis exceptis. *Aduẽtus meretricum ad iudicem.* *Sapientia Salomonis.*

b [Et consurgens intempestæ noctis silentio. Intempestum prout est substantiuum est quarta hora noctis, sed prout est adiectiuum idem est quod sine tempore. Et sic nox dicitur intempesta, non quia sit sine tempore simpliciter: sed quia tunc non est tempus aptum ad operandum. Operatione autem & motu tempus regitur & distinguitur, vt habetur quarto physicorum. Cætera verò omnia contenta in præsenti lectione patent sufficienter in litera. Sequitur in fine. *Quomodo nox dicitur intẽpesta.*

c [Et timuerunt regem videntes sapientiam Dei.] scilicet diuinitus sibi datam. d [Esse in eo.] scilicet vltra modum aliorum regum & hominum: & ideo tunc magis timuerunt eum quàm antè.

QVAESTIO XIX.

Svper. Verbis epistolæ iij. post iiij. domini. xl. quæ habetur iij. Reg. iij. scilicet. Date huic infantem viuum, & non occidatur. In quibus verbis notatur iustitia quam fecit Salomon duabus meretricibus. Oritur. q. de iustitia, vtrum actus iustitiæ sit reddere vnicuique quod suum est? Arguitur quòd non: ait Augustin. xiiij. de trinita. attribuitur iustitiæ subuenire miseris. Sed in subueniendo miseris non tribuimus eis quæ sunt eorũ, sed magis quæ sunt nostra: ergo iustitiæ actus non est tribuere quod suum est vnicuiq;. In oppositum Amb. in primo de officiis. Iustitia est quæ vnicuique quod suum est tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit vt communem æquitatem custodiat. Ad argumentum dicitur quòd subuenire miseris, quod pertinet ad misericordiam siue ad pietatem, & liberaliter bene facere, quod pertinet ad liberalitatem per quãdam reductionẽ attribuitur iustitiæ, sicut principali virtuti: ideo

non sequitur. Ad quæst. respõ. est secũdũ Tho. ij. 1. q. viij. q materia iustitiæ est operatio exterior secundũ quod ipsa, vel res qua per eam vtimur proportionatur alteri personæ, ad quã per iustitiã ordinamur: hoc autẽ dicitur esse suũ vniuscuiuscunq; personæ qđ ei secundũ proportionis æqualitatẽ debetur: ideo ꝓprius act⁹ iustitiæ non aliud est quàm reddere vnicuique quod suũ est: quod Salomõ fecit dicẽdo, date.

Feria iij. post domi. iiij. in medio quadrage. Lectio lib. Exo. xxxij.

Populus tuus. Quãdo populus Christian⁹ peccat prout I peccato iam populus Dei nõ est, sed populus peccati & seru⁹ p:e cati, princeps quoque peccatorũ in eo dominatur, & morte æterna morietur vnde: Ia. j. Quũ consummatũ fuerit peccatum generat mortem. pau. ad Ro. vj. Stipendia peccati mors.

IN diebus illis [a] Locutus est domin⁹ ad Moysen dicẽs. [b] Vade descẽde, [c] quia peccauit Popul⁹ tu⁹ † quẽ eduxisti de terra Aegypti. [d] Recesserunt citò de via quam ostendisti eis. Fecerunt sibi vitulum cõflatilem & adorauerunt, atque immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto [e] Rursumq; ait dominus ad Moysen. [f] Cerno quòd Populus iste duræ ceruicis sit. [g] Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum Deũ suũ dicens, [h] cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Agypti in fortitudine magna, & in manu robusta? [i] Ne quæso dicãt Aegyptij. Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra [k] quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. [l] Recordare Abraam Isaac & Iacob seruorum tuorũ, [m] quibus iurasti per temetipsum dicens, Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas cæli & vniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro: & possidebitis eã semper. [n] Placatúsque est dominus ne faceret malũ, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo dominus Deus noster.

POSTILLA.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad Moysen dicẽs. Vade descẽde.] Stante Moys. in deserto post prę̃ceptũ de cõstructione tabernaculi, ascẽdit Moyses in montem Synai iuxta verbum domini, vt ibi acciperet legem domini secundum præcepta decalogi: & omnia quæ ad illa præcepta pertinent & quia hoc faciẽdo ipse stetit quadraginta diebus: ideo videns populus Iudaicus eius moram, quam tamen ipse eis prædixerat: coegit Aaron facere vitulum aureum, quem Deum suum appellantes facti sunt idololatræ: propter quod delictum, locutus est dominus ad Moysen dicẽs. Et diuiditur præsens lectio in duas partes. In prima prę̃mittitur peccati relatio. In secũda verò ipsius peccati pœnæ cõminatio. Circa primam dicitur.

Deus loquitur ad Moysen.

a [Locutus est dominus ad Moysen.] scilicet reuelãs populi transgressionẽ. dicens. b [Vade descende.] quia ad prælatum pertinet peccata subditorum saltem manifesta corrigere. Aliter tamen exponit Rab. sal. dicens [descen.] scilicet à tua dignitate & gloria, quia sicut dignitas & gloria prælati consistit in bonitate subditorum secũdum quod dicitur Io. iij. c. Maiorem horum nõ habeo gratiam, quã vt audiam filios meos in veritate ambulãtes: ita dilectio sui honoris est in eorũ peruersitate. c [Quia peccauit populus tuus.] q. d. iam nõ est meus: quia me per idololatria abnegauit. d [Recesserunt cito de via.] tanquam instabiles in bono, & proni ad malum. e [Rursumque.] hic cõsequenter ponitur pœnæ comminatio, cum subditur. f [Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit.] id est nõ recipiens correctionẽ. g [Dimitte me vt irascat furor me⁹.] Loquitur modo humano, cũ filius offendit patrem, & pater tenens gladiũ quasi ad iugulandum ipsum, dicit alicui existẽti iuxta se, ne retineas me à percussione, ꝑ hoc magis insinuãs cõtrarium scilicet quòd velit retineri. Ex hoc accepit Moyses audaciã orãdi pro populo ad retinendum dei vindictã, dicens. h [Cur domine irascitur furor tuus cõtra populum tuũ] quem reputas spiritualem filium. Sicut dicitur in hoc li. iiij. ca. filius meus primogenit⁹ Israel. i [Ne quęso dicãt Aegyptij &c.] q. d. illud reuertitur in blasphemiã contra te. Allegat etiã ad hoc dei pietatem dicẽs. k [Quiescat ira tua &c.] quasi diceret propriũ est tibi parcere, misereri & non irasci. Allegat etiam consequẽter merita patrum dicens. l [Recordare Abraam &c.] q. d. si populus iste meruit mori per incẽdium, ecce Abrahã pater eorum propter amorem tuũ fuit proiectus in ignẽ Chaldæorum. Si per gladiũ, ecce Isaac fuit paratus pro te immolari. Si meruerunt exilium, ecce Isaac tãquam exul fugit in Mesopotamiã obediẽs patris suo, & ibi. m [Quibus iurasti per temetipsum] qui es omnino immutabilis: & ideo iuramẽtum tuũ debet inuiolabiliter teneri. de terra Chananæorũ dando signum eorũ: quod tamen frustraretur si deleres populũ tuũ de terra. n [Placatúsq; est dominus.] non quòd pœnã omnino dimitteret vt patet ex sequẽtibus: sed vt omnino deleret, sicut dixerat, dimitte

Meritorũ patrũ allegatio.

dimitte me vt deleam eos.

QVAESTIO LX.

SVper verbis epistolæ feriæ iiij.post iiij.dominicā ī medio xl.quæ habetur Exo.xxxij. scilicet Moyses orabat dominū suū. Oritur quęstio de oratione. Vtrū oratio sit act⁹ volūtatis? Arguitur quòd sic.eius est orare cuius est desyderare rē quæ in oratione petitur:sed desyderare est actus voluntatis,ergo & orare. In oppositū oratio vt ait Damascenus,est petitio decentium à Deo:sed petere est loqui. Loqui est actus intellectus:ergo orare est actus intellectus & voluntatis. Ad argumentū dicitur ꝙ desyderium obtinēdi aliquid ab aliquo,si innotescit petitio quædā est:vnde cū Deus videat desyderiū nostrū:cū ab ipso aliquid obtinere desyderamus,desyderādo petim⁹. Ad quæstionē respondendū est secundū Ric.iiij.di.xv.art.iiij. q.j.quòd orare dupliciter potest accipi.vno modo pro desyderio obtinēdi aliquid à Deo, quo desyderās ordinetur in ipsum:& oratio est quidam ascensus animæ intellectiuæ ad Deū qui est volūtatis vt elicientis,& intellectus vt dirigentis:primum pertinet ad directionem intellectus,secundum ad sensum effectus.alio modo orare idē est quod prædictū desyderiū loquendo Deo proponere nō per modū iudicātiū,sed supplicantium:& sic orare est actus intellectus,vt elicientis:& volūtatis,vt mouētis.

Feria iiij.post medium xl.Lectio Ezechielis prophetæ xxxvj.cap.

Sanctifica bo. Dns nomē suū sāctificat in populo suo quū rē sanctā facit. quam Angelus vel humana potestas min⁹ facere posset, vt est impiū iustificare. Nā vt vult Aug plus est impiū iustificare quàm nouum cælū creare.

HAec dicit dominus Deus. ᵃSanctificabo † nomē meū magnum, & scient gentes quia ego domin⁹,cùm sanctificatus fuero in verbo coram eis. ᵇ Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. ᶜEt effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris,& ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. ᵈEt dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. ᵉ Et auferam cor lapideum de carne vestra , & dabo vobis cor carneum , & spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. ᶠEt habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, ᵍdicit dominus omnipotens.

POSTILLA.

HAec dicit dominus Deus.Sāctificabo nomē meū magnū,&c. In præsenti lectione Ezechiel prophetat Populo Iudaico prospera,&hoc simplici sermone,dicēs a [Sāctificabo.nomē meū.]i.sanctū ostēdā in liberatione vestra mirabili. Ideo subditur. b [Tollā quippe vos de gētib⁹ &c.]id est, liberabo vos de seruitute,per Cyrū. c [Et effundā super vos aquā mundā.]i peccata vestra remittā.]Doctores autē nostri literā istam exponūt de reductiōe populi ad fidē Christi, & de ablutione Baptismali, qua tollitur culpa & pœna. Et huic etiā expositioni concordat qd dicit in quodā libro Iudaico apud Hebræos autētico, qui dicitur Ioma Ierosolymitanū. Quēadmodū pelagus mūdificat pollutos, ita Deus sanct⁹ & benedictus erit mūdās in futuro Israel:& sic est di.Ezech.xxxvj.Aspergam super vos aquas mūdas,&c.Quod autē dicitur in futuro in originalib⁹ & glossis eorū supra refertur ad tēpus Messiæ. d [Et dabo vobis cor nouū & spiritū nouū.] i.voluntatē bene faciendi,& hoc referendo ad tempus reditus de Babylone: quia postea meliusvixerūt quàm ante.Melius tamē exponitur referendo ad tempus Christi de datione spiritussancti Apostolis,& aliis credentibus. e [Et auferā cor lapideū.]i.in peccatis obstinatū,dando verā contritionem de peccatis. f [Et habitabitis in terra quā dedi patribus vestris.]i.Iudæa,referēdo ad Populum de Babylone redeuntē,vel in Ecclesia triūphāte & militante,referendo ad populum in Christū credentem. g [Dicit dominus omnipotens.]

De⁹ remittit pctā ꝑ pria auctoritate, sacerdos ministratiuè Christ⁹ meritoriè.

QVAESTIO LXI.

SVper verbis episto.fer.iiij.post iiij.dom.xl. quæ habentur Ezec.xxxvj.auferam cor lapideū.i.in peccatis obstinatū, dando veram cōtritionem de peccatis. Oritur quæstio de contritione:vtrum tanta contritio in aliquo esse possit,quòd omne debitum sibi à Deo dimittatur.i.quòd possit tollere totum reatum pœnæ? Arguitur quòd non.dolor contritionis est finitus:sed pro aliquo peccato scilicet mortali debetur pœna infinita:ergo nō potest esse tāta cōtritio quòd totā pœnā deleat.In oppositum Deus plus acceptat cordis affectum quàm exteriorem actum:sed per exteriores actus absoluit homo à culpa & à pœna:ergo similiter per cordis affectum,qui est contritio. Ad argumētum dicitur quòd licet dolor contritionis sit finitus quantū ad interiorē, sicut pœna mortali peccato debita est,habet tamen infinitā virtutem ex charitate,quæ informatur: & secūdùm hoc potest valere ad deletionem culpæ & pœnæ.Ad quæstionē respōdendū est secundū magistrū Ioā.de turre cremata in quæstionib⁹ super Euangeliis quòd tanta potest esse cōtritio alicuius pœnitentis ad omnem culpæ reatum, quòd ipsum tollit & omne debitū.scilicet pœ-

Contritio est dolor volūtariè assumptus pro peccatis cū proposito cōfitendi & satisfaciē di. Bo.iiij. sent.

f

ne & culpæ dimittitur: patet conclusio exemplariter in latrone, cui dictum est, hodie mecũ eris in paradiso: & hoc propter vnicum pœnitentiæ actum: vnde secundum Tho. iiij. sen. di. xvij. q. ij. art. v. quòd intentio contritionis potest attendi dupliciter, vno modo ex parte charitatis quæ displicentiam causat, & sic contingit tãtum intendi charitatem in actu quòd cõtritio inde merebitur non solum culpæ remissionem: sed etiam absolutionem ab omni pœna. alio modo ex parte doloris sensibilis quem voluntas ex contritione excitat: & quia illa pœna quædam est quæ in tantum potest intendi ꝙ sufficit ad delectationem pœnæ & culpæ.

Eodem die Lect. Isaiæ. prophetæ. j capitu.

Lauamini. Potissimũ lauacrum quo nũc pctã hoim delentur, est pœnitentia. cũ contritiõe & oris confessiõe ac operis, criminũ satisfactione: vt vult magis. sen tent. lib. iiij. dist. xliij.

HAec dicit dominus. [a] †Lauamini, [b] mundi estote, [c] auferte malũ cogitationum vestrarũ [d] ab oculis meis. [e] Quiescite agere peruerse, [f] discite benefacere. [g] Quærite iudicium, [h] subuenite oppresso. [i] iudicate pupillo, [k] defendite viduam [l] & venite & arguite me, dicit dominus. [m] Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erũt. [n] Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, [o] dicit dominus omnipotens.

POSTILLA.

HAec dicit dominus. Lauamini, mũdi estote, &c.] Ante initium hui⁹ lectionis describit propheta prædictus punitionem iudaicæ gentis, & in multis propter innumerabilia eorum peccata. In hac autẽ lectione vera medela cõsulitur. s. per verã pœnitentiam & boni operationem. Et hoc est quod dicitur. a [Lauamini.] s. lachrimis contritionis à peccatorũ maculis. b [Mundi estote.] i. à recidiuo cauete. c [Auferte malum, &c.] quia non sufficit mũditia exterior sine interiori. b [Ab oculis meis.] homo enim videt ea quæ patent, sed Deus intuetur cor. j. Reg. xvj. e [Quiescite agere peruerse.] s. à malo declinando. f [Discite benefacere.] s. in bonis operibus vos exercendo. Istæ enim sunt duæ partes iustitiæ. s. declinare à malo & facere bonũ. g [Quærite iudicium.] i. executionem debitæ iustitiæ. h [Subuenite oppresso.] s. eũ releuando. i [Iudicate pupil.] i. pro pupil. in causa iusta state & attendite. k [Defendite viduam.] i. state contra illos qui viduam calumniantur. Istas personas exprimit: quia frequenter iniustè patiuntur calumniã. eo quòd non possunt se defendere: & ideo indigent iudicio & potentum sustentatione. l [Et venite.] i. si ita feceritis tunc poteritis conqueri, nisi à deo releuemini. Propter hoc subditur de releuatione à peccatis cùm dicitur. m [Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint, &c.] Isti duo colores hic positi sunt valde tenaces. Et ideo per hoc intelligitur quòd peccata quantumcunque sint grauia ex genere: & habituata ex consuetudine: diuina tamen gratia purgabuntur. Secundò subditur de releuatione à corporalibus miseriis cũ dicitur. n [Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.] Per hoc etiam intelliguntur alia bona spiritualia, quæ in talibus promissis sunt principaliter intellecta quia præmium non debet esse minus bonum quàm meritum, sed maius. Bona temporalia sunt minora bona quàm opera virtutũ. Igitur, & sequitur, o [Dicit dominus omnipotens.

Duplex est mundiria, exterior & interior, quæ ad animã spectat.

QVAESTIO LXII.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur Isaiæ primo. s. lauamini mundi estote scilicet per confessionem. Oritur quæstio de confessione: vtrum ad lauandum à peccatis homines teneantur confiteri peccata sua sacerdoti ex iure naturæ? Arguitur quòd sic, habetur dist. j. Ius naturale est quod in lege & in euangelio continetur: sed ex lege diuina tenentur homines peccata sua confiteri sacerdoti. Igitur. In oppositum ait Hug. lib. j. de sacramẽtis parte. ix. c. ij. sacramentum est ex institutione significans: sed quod est ex institutione, nõ est de iure naturæ: sed confessio est pars sacramenti pœnitentiæ: ergo non est de iure naturæ. Ad argumentum dicitur quòd lex diuina non tantùm continet legem naturæ: sed super addit. Ideo non sequitur quòd si aliquid sit de lege diuina quòd sit de lege naturæ. Ad quæstionem respondendum est secundùm Richardũ de media villa. iiij. sen. ten. dist. xvij. arti. ij. q. iij. quòd duplex est confessio scilicet mentalis quæ fit soli Deo: & hæc est de iure naturæ, quædam vocalis quæ fit sacerdoti: & hæc nõ est de iure naturæ: quia non est de primis principiis agibilium, quorum veritas vltrò se offert naturali cognitioni: nec sequitur ex primis principiis iuris naturalis per modum conclusionis.

Feria v. post Do. in medio xl. Lect. lib. iiij. Regum iiij. cap.

Venit mulier. Non est prohibitũ muliebri sexui, p ope re pietatis & necessitate ad sãctos viros recurrere: qm nil melius sit & securius quàm ad cõsiliũ vel totũ sãctõrũ pro tribulatione & auxilio implorando deuotè & cũ pietate accedere. Et de hoc habetur. ij. reg. xvij licet Christus Chananæam post se clamantẽ suscepit.

IN diebus illis. [a] Venit mulier †Sunamitis [b] ad Eliseũ virũ Dei in monte Carmeli. [c] Cumque vidisset eam

vir dei econtra,[d] ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunamitis illa, vade ergo in occursum eius, & dic ei. Rectène agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? [e] Quæ respondit rectè. Cúmque venisset ad virum dei in monte, apprehendit pedes eius. [f] Et accessit Giezi vt amoueret eam, & ait homo dei. [g] Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est. [h] Et dominus celauit à me, & nō indicauit mihi. Quæ dixit illi. [i] Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi ne illudas me? Et ille ad Giezi. [k] Accinge lumbos tuos: & tolle baculum meum in manu tua & vade. [l] Si occurrerit tibi homo, nō salutes eum. Et si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Et pones baculum meū super faciem pueri. Porrò mater pueri. Viuit dominus & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo & secutus est eam. [m] Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, [n] & non erat vox neque sensus. Reuersúsq; est Giezi in occursum eius, & nunciauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressúsq; clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad dominum & ascendit, & incubuit super puerum. [o] Posuítque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus, & incuruauit se super puerū, & calefacta est caro pueri. Et ille reuersus deambulabat in domo semel huc atque illuc & ascendit & incubuit super eum. Deoscitauit puer septies, aperuítque oculos suos. At ille vocauit Giezi & dixit illi, vade [p] voca Sunamitem hanc. Quæ vocata ingressa est ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit autem illa & corruit ad pedes eius & adorauit super terram, tulítque filium suum, & egressa est. Eliseus verò reuersus est in Galgala.

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis: Venit mulier Sunamitis &c.] In principio huius capituli visum fuit, quomodo mulier ista Sunamitis suscepit virū Dei, & deinde quomodò miraculosè ipsa habuerit filium secundùm quod promiserat ei propheta. Postremò visum fuit qualiter infans mortuus est. In præsenti lectione agitur solùm de ipsi⁹ resurrectione miraculosa. & diuiditur in tres partes, quoniā in prima agitur de aduentu ipsius Sunamitis ad virum dei. In secunda de missione Giezi cū baculo ad resuscitandū infantē. In tertia de præsentia ipsius viri dei & de modo resuscitationis. Dicit ergo primò sic. a [Venit mulier Sunamitis.] cuius filius mortuus iacebat domi. b [Ad Eliseum virum dei, in montem Carmeli] in quo manebat. c [Cúmque vidisset eam vir dei.] quia erat constitutus in aliquo loco alto ipsius mōtis, & vidit eam atque cognouit à longè, Tunc. d [Ait ad Giezi puerum suū, ecce Sunamitis illa: vade ergo in occur. eius & dic ei. Rectè ne agitur circa te & circa virum tuum, & filium tuum.] id est, Vtrū aliquid sinistri vel aduersitatis vobis acciderit in psonis vestris vel in bonis. e [Quæ respōdit rectè.] In hoc quòd videtur mentita fuisse, nō oportet eam excusare. Vel potest dici quòd sic locuta est in spe resurrectionis filij sui per Eliseum quæ fuit materia maioris gaudij quàm conceptio vel parturitio. Cætera patent vsque ibi. f [Accessit Giezi vt amoueret eam.] Eliseus enim non erat assuetus permittere quòd mulier tangeret eum. g [Dimitte illam] vt non solum per preces Elisei, sed etiam per lachrymas matris impetraretur resurrectio filij. h [Et domin⁹ celauit à me] quia spiritussanctus non semper tangit corda prophetarū, neq; de omnibus eos certos facit. i [Nūquid petiui filium &c.] quasi dicat sicut proprio motu mihi filiū impetrasti, ita debes eius resurrectionē impetrare vt verbum tuum sit stabile. k [Accinge lumbos tuos.] idest dispone ad currēdum velociter & expeditè. l [Si occur. tibi homo non sa.] id est non cōmisceas cum eo verba ab itinere impedictia. Et per talem modū loquitur saluator discipulis ad prædicandum missis Luc. x. dicens. Neminem per viam salutaueritis. m [Giezi autem præcesserat ante eos &c.] sequitur. n [Et non erat vox neq; sensus.] Dicit Rab. salo. quòd fuit ꝓpter demeritum Giezi qui non seruauit præceptum Elisei sed occurrentibus sibi omnibus iactanter dicebat se missum ad suscitandū mortuum. Expositores autem nostri dicunt quòd hoc fuit ad designandum quod lex vetus quæ per baculum designatur non conferebat gratiam viuificantem: sed hoc fecit verbū incarnatum quod significabatur per extensionē Elisei super puerū: vnde dicitur. Io. j. Lex per Moysen data est, gratia & veritas p Iesum Christū.

Quæ habētur in epistola ista.

o [Posuitq; os suũ sup os eius, & oculos super oculos eius.] hoc fecit ad ostẽdendũ magnum desyderium ad pueri suscitationẽ, propter causam tam mysticã iam dictam. vel forsan propter vtrunque. p [Voca Sunamitem hanc.] Non vocauit eã proprio nomine, ad ostendendum quòd non habebat cũ ea tantã familiaritatem quòd petiuisset eius propriũ nomẽ. Cętera verò per se patent sufficienter ex litera.

QVAESTIO LXIII.

SVper verbis epistolæ feriæ v. post iiij. do. quæ habentur iiij. Reg. iiij. c. Corruit ad pedes eius & adorauit super terrã. id est mulier suscepit Eliseũ qui mulieris filiũ suscitauit: quo facto ipsa eũ adorauit. Oritur quæstio de adoratione vtrum licitum sit alicui adorare creaturam? Arguitur quòd sic. habetur Gene. xviij. Abrahã adorauit angelos: & habetur ij. Reg. x. quòd Nathan propheta ingressus ad regem Dauid: adorauit eum pronus in terram, quod faciendo non illicitè egerũt: sed angeli & Dauid sunt creaturæ. Igitur. In oppositum habetur Hester iij. Aman timens ne honorem dei transferret ad hominẽ Mardochæus adorare noluit & non nisi quia hoc facere non est licitum. Ex quo adoratio est cultus deo debitus. Igitur. Ad quæstionem respõdeo quòd triplex est adoratio. vna dicitur latriæ, quæ latinè religio dicitur: & talis adoratio est cultus deo debitus, siue honor ratione sui dominij, tali etiã adoratione adorandus est Christus secundùm diuinam naturam & nõ humanam: quia in nulla natura est ratio summi dominij. Et ita nec ratio adorationis debitæ summo domino. tali etiam adoratione adorãda est Christi imago, non vt est creatura pura: sed ex quo introducta est ad repræsentandum eum qui pro nobis crucifixus est. hac etiã adoratione adorãda est crux Christi, nõ vt res: sed vt signum rememoratiuum ducens nos in Christum crucifixum. Illa tamẽ crux quæ pretioso sanguine Christi est irrigata est veneranda, non solum crux, seu ratione materiæ: & tali adoratione creaturam adorare non est licitum: ideo Aman Mardochæus adorare noluit tali adoratione. sed alia est adoratio hyperduliæ quæ est reuerẽtia debita excellẽtissimæ creaturæ, cuiusmodi est & humanitas Christi, quæ redemptionẽ nostram meritoriè effecit. Tali etiã adoratione adoranda est virgo Maria, quæ omnẽ puram creaturam superexcellit nomenq; habet excellentissimum omni alio excellentius. eodẽ modo de omnibus creaturis puris conuenientibus & tali adoratione nulla alia creatura pura est adorãda. Alia est adoratio duliæ & est honor creaturæ debitus sicut seruitus, vt quis honorat magistrum &c. Et sic dico quòd tali adoratione creaturam adorare licitum est, & hoc propter quandam dei excellentiam. Et de ista adoratione intelligitur argu.

Feria vj. Lectio libri iiij. Regum xvij. capi.

IN diebus illis, [a] Aegrotauit † filius mulieris matris familiãs, & erat languor fortissimus, [b] ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo mulier ad Eliam. Quid mihi & tibi vir dei? [c] Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius & portauit in cænaculũ vbi ipse manebat. Et posuit super lectulum suum, & clamauit ad dominum, & dixit. Domine deus meus etiam ne viduam apud quam ego vtcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? [d] Et expandit se [e] atque mensus est super puerum [f] tribus vicibus. Clamauitque ad dominum & dixit, Domine deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem dominus vocẽ Eliæ, & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cænaculo in inferiorẽ domũ & tradidit matri suæ, & ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliam. [g] Nũc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est.

Ægrotauit. Duplex est ægritudo. s. ægritudo corporis & animæ.

POSTILLA.

IN diebus illis. Ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus. In hac præsenti epistola ponitur filij viduæ quę pauerat Eliam prophetam, vt prius dictum est in vna alia lectione, suscitatio, cuius infirmitas præponitur, cum dicitur. a [Ægrotauit filius mulieris matris familiãs & erat languor fortissimus.] & mors sequens ideo. dicitur. b [Ita vt non remaneret in eo halitus.] Deficiente enim respiratione deficit vita in animalibus respirantibus cuiusmodi est homo. c [Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ] pallidum enim iuxta album intensum videtur declinare ad nigredinem. Et eodem modo licet ista mulier esset deuota & sancta: tamen sanctitas eius erat modica respectu sanctitatis Eliæ. Et hoc locutus est Loth

Geñ.xix.dicens.Num possum in monte Calua-ri.i.iuxta Abrahã cuius sanctitas tanta est, q̄ iustitia mea delictũ est, iuxta eum, sicut ibidẽ exponitur secundùm opinionẽ Hebræorũ cæ-tera verò patent vsq; ibi. d [Et expãdit se&c.] Hoc enim fecit in magno affectu ad suscitatio nem pueri. e [Atque mensus est super puerũ.] per hoc enim ostenditur q̄ vellet sibi dare par tẽ vitæ suæ si posset. f [Trib⁹ vicib⁹.] qa perfe ctio cuiuslibet negotij in trib⁹ cõsistit.s.in prin cipio medio & fine.Ratio autẽ figuralis est qa per istã extẽsionẽ prophetæ super puerũ mor-tuũ figurabatur quòd genus humanũ à morte culpæ esset suscitandũ per incarnationis myste riũ.Tribus vicibus hoc fecit Elias,primo facto profitẽs fidẽ trinitatis:quia fides maximè ope ratur in operibus miraculosis,secundùm quod dicit saluator Luc.xvij. Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis,& dicetis arbori huic moro era-dicare &c.& fiet. Cætera verò patent vsq; ibi. g [Nunc in isto cognoui,quoniam vir Dei es &c.] p̄ filij sui suscitationẽ de præsẽti fuit certi ficata de dictis Eliæ,& p̄ futuro de multiplica tiõe olei& farinæ,& de datiõe pluuiæ sup terrã.

QVAESTIO LXIIII.

SVper verbis epistolæ feriæ vj post.iiij.do. xl.quæ habentur iij.Reg.xvij.s.mulier di-xit ad Eliã,qui miraculosè operatus fuerat su-scitando eius filium,in isto cognoui quoniã vir dei es.Oritur quæstio de miraculorum gratia, vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendo mi racula?Arguitur quòd nõ,miracula distinguũ tur per signa,per prodigia & per virtutes: incõ uenientèr ergo ponitur operatio virtutũ potius gratia gratis data quàm operatio signorũ. In oppositũ apostolus j.ad Cor.xij.inter alias gra tias gratis datas dicit,alij datꝰ gratia sanitatũ, alij operatio virtutum.igitur.ad argumentum dicitur quòd in miraculis aliud est id qđ fit:& sic dicũtur virtutes:aliud est id propter quod fit,& dicuntur signa.Ad quæstionem respõden dum est secundũ Tho.ij.ij.q.clxxviij.per duas cõclusiones prima est,spiritussanctus sufficien ter prouidet ecclesiæ in his quæ sunt vtilia ad salutem,ad quod ordinantur gratiæ gratis da-tæ.secunda conclusio,sicut oportet, quòd noti tia quã quis diuinitus accepit in notitiã aliorũ deducatur per donum linguarum, & per gra-tiam sermonis,ita necesse est vt sermo prola-tus confirmetur,ad hoc vt credibilis fiat,quòd fit per miraculorum operationem.

Sabbato Lect.Isa.prophe.xlix.c.

Tempore placito. Tẽpus placitũ dicitur tẽpus gratiæ qa deo placuit nobis suam gratiam impartiri.

HAEc dicit domin⁹. [a] In tẽ-pore † placito [b] exaudiui te, [c] & in die salutis [d] auxi liatus sum tui. [e] Et seruaui te, [f] & dedi te in fœdus populi, [g] vt su scitares terram [h] & possideres hæredi tates dissipatas, [i] vt diceres his qui vin-cti sunt [k] exite, [l] & his qui in tenebris sunt, [m] reuelamini. [n] Super vias pascen tur, [o] & in omnibus planis [p] pascua eo-rum. [q] Non esurient neque sitient. Et non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, [r] & ad fon tes aquarum potabit eos. [s] Et ponam omnes montes meos in viam: & semi-tæ meæ exaltabuntur. [t] Ecce isti de lõ ge venient, [v] & ecce illi ab aquilone & mari,& isti de terra australi. [x] Lauda-te cæli, [y] & exultet terra, [z] iubilate mõ tes laudem, [a] quia consolatus est domi nus populum suum,& pauperum suorum miserebitur [b] & dixit Syon. [c] De reliquit me dominus, & dominus obli tus est mei. [d] Nũquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non mise-reatur filio vteri sui? Et si illa oblita-fuerit,ego tamen non obliuiscar tui, dixit dominus omnipotens.

POSTILLA.

HAEc dicit dominus. In tẽpore pla cito exaudiui te &c.in c. p̄cedẽtis epistolæ facta est mẽtio de libera tione Iudæorũ, facta per Cyrũ. In hoc c.loquitur propheta de liberatione nõ solùm Iudæorum sed etiam gentiliũ, facta per Christũ. Vnde dicit in principio huius lec.pro-pheta loquendo in persona Dei patris ad Chri stum Dei filium. a [In tempore placito.] s.in lege gratiæ quæ à Christo incepit. b [Exau diui te.] omnis enim oratio Christi ad patrem fuit exaudita,quæ processit secũdùm delibera-tiuam voluntatem. c [Et in die salutis.] i.in die passionis, in quo operatus salutem in me-dio terræ. d [Auxiliatus sum tui.] s.dando cõ stantiam patiendi. e [Et seruaui te.] s.reci-piendo animam tuam in morte in præseruãdo corpus à corruptione. f [Et dedi te in fœdus populi] vt per te Deo fœderaretur populus. g [Vt suscitares terram.] i.habitantes in ter-ra à morte culpæ ad vitam gratiæ. h [Et possi deres hæreditates dissipatas.] i.nationes gen-tium diuersis erroribus laceratas. i [Vt di-ceres his qui vincti sunt.] s.cõsuetudine peccã di k [Exite.] per veritatem pœnitentiæ. l [Et his qui in tene.sunt.] ignorantiæ. m [Reuela-mini.] s.in veritatis cogitatione. n [Super vias pas.] i.in obseruatione mandatorum & cõsilio rum. o [Et in omnibus pla.] id est. in sancto-rũ exemplis, quæ sunt ita plana quòd possunt ab omnibus videri. p [Pascua eorum] quia magis ædificant exẽpla quàm verba. q [Non

Quid sit tẽpus placitum.

Debemus mandata Dei obſeruare: quia redẽptor bonorum largitor eſt.

eſurient neque ſitient &c.] Ex hoc enim patet quòd non intelligitur de reditu captiuitatis Babylonicæ: quia nunquam ſic eſt impletum, ſed intelligitur de redẽptione facta per Chriſtum, quæ quidem habet effectum in conſecutione vitæ beatæ, vbi nullum ſentitur malum, & habetur omne bonum: ideo ſubditur. r [Et ad fontes aquarum po.cos.] per quod deſignatur quies appetitus in bono adepto. s [Et ponam omnes montes &c.] per hoc intelligitur remotio impedimentorum publicationis euãgelij per diſcurſum apoſtolorum, aliorumq́ue diſcipulorum, vt fuit dictum ſuprà xl.c. ideo ſubditur. t [Ecce iſti de longe venient.] ſ. ad fidem per prædicationem. v [Et ecce illi ab aquilo.&c.] i. de omni parte terræ habitabilis aridæ & inſularum maris. x [Laudate cæli &c.] Hic conſequenter ponitur huius beneficij gratiarum actio, cùm dicitur. Laudate cæli &c. i. angeli, qui ſunt ciues cæli, qui Chriſto nato gratias agentes cantauerũt, gloria in altiſsimis Deo &c. Lu.ij. y [Et exul. terra.] i. habitantes in terra quantum ad minores & mediocres. z [Iubilate montes lau.] quantum ad maiores. a [Quia cõſo. eſt dominus po. ſuũ] per modum prædictum. b [Et dixit Syõ. Hic conſequenter tollitur metus deſperationis. Et primò reſpectu redemptionis fiendæ per Cyrum. Secundò reſpectu redẽptionis fiendæ per Chriſtum, quia iſta duo ſimul tanguntur à propheta vt dictum eſt ſuprà. Secũda ibi. Leua in circuitu, quæ non ponũtur in hac lectione. Circa primum dicitur. [Et dixit Syõ.] i. illi qui fuerant habitatores Syon. c [Dereliquit me dominus.] Hoc dicebant Iudæi in Babylone ducti poſt deſtructionem ciuitatis & tẽpli: quod remouetur cùm ſubdit. d [Nunquid obliuiſci poteſt mulier infan.] vt patet in litera vſq; in finem præſentis lec. Cætera verò patẽt in proſecutionẽ huius capituli.

QVAESTIO LXV.

SVper verbis epiſtolæ in ſabbato poſt iiij. do. xl. quæ habentur Iſaiæ xlix. ſ. in tempore placito exaudiui te. ſ. in lege gratiæ quæ incepit ab incarnatione filij Dei. Oritur quæſtio de ipſo tempore: vtrum filius Dei immediatè poſt peccatum Adæ, potius debuit incarnari quàm in tempore beneplacito. ſ. plenitudinis gratiæ? arguitur quòd ſic, magnitudo amorum dona facit accelerari: ſed Deus propter nimiã charitatem miſit filium ſuum in ſolitudinẽ carnalis peccati, ergo ſtatim poſt ipſum incarnari debuit. In oppoſitum. Ad Gal. iiij. at vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuũ &c. igitur. Ad argumentum dicitur, quod verum eſt quando acceleratio doni prodeſt ei quem amat, ſed quãdo dilatio magis prodeſt quàm acceleratio, tunc amor potius facit differre quã accelerare. vnde amor diuinus nõ operat nisi ſeruato debito & congruo ordine ſecundùm regulam ſuæ ſapientiæ. Ad quæſt. reſpondendum eſt ſecundùm magiſtrum Nicolaum de orbellis. ij. ſent. diſt. ij. quòd filius Dei tantùm incarnari diſtulit propter triplicem rationem, prima eſt propter peccatum hominis puniendum: in hoc enim manifeſtatur dies vltionis, ſeuerius nihil inultum dimittens, ſecunda fuit propter morbum melius curandum, morbus enim ſpiritualis non debitè curatur, niſi infirmus prius cognoſcatur, & procuratione eius gratus exiſtat: ideò debuit Deus beneficium incarnationis differre vt homo conuinceretur de impotentia & ignorantia, & in lege naturæ & in lege ſcripta, & ſic conuictus conſurgeret ad diuinam gratiam. tertia fuit propter incarnationis amplius beneficium commendandum, quod enim amplius differtur & diutius deſyderatur, pretioſi⁹ reputatur: & ideo beneficium incarnationis quod incertum eſt, pretioſiſsimum debuit eſſe prius deſyderatum & expectatum quàm exhibitum. igitur.

Dominica in paßione domini ad Hebræos ix.

FRatres, [a]Chriſtus aſsiſtens [b]pontifex [c]futurorũ bonorum [d]per amplius [e]& perfectius tabernaculum, [f]non manu factum, id eſt, non huius creationis, [g]neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum. [h]ſed per proprium ſanguinem [i]introiuit ſemel [k]in ſancta, [l]æterna redemptione inuenta. [m]Si enim ſanguis hircorum, aut taurorum: & cinis vitulæ [n]aſperſus, [o]inquinatos ſanctificat, ad emundationem carnis, [p]quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum [q]ſemetipſum obtulit [r]immaculatum [s]Deo, [t]emundabit [v]conſcientiam noſtrã [x]ab operibus mortuis, [y]ad ſeruiendum Deo viuenti. [z]& ideo [a]noui teſtamenti mediator eſt: [b]vt morte intercedente [c]in redemptionem earum præuaricationũ, [d]quæ erant ſub priori teſtamento, [e]repromiſsionem accipiant, [f]qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. In Chriſto domino noſtro.

Futurorũ. Bona futura ſunt bona gloriæ & æternæ beatitudo, quã ſancti pace poſſident.

POSTILLA.

FRatres, Chriſtus aſsiſtens põtifex futurorũ &c. Ante initium illius epiſtolæ ſcribit ſanctus Paulus. di. q̃ erat in veteri teſta-

mento tabernaculum factum,primum in quo erant candelabra & mensa & propositio panum,quod dicitur sancta.post secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribulum,& arcam habens testamenti circumtectam ex omni parte auro, in quo erat vrna aurea & manna,virga Aaron quæ fronduit & tabulæ testamenti. In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes.in secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia:quę parabola est temporis instantis:tunc posteà sequitur epistola hodierna,in qua agitur de Christi sanguinis aspersione & suæ mortis passione.Et ostendit Paulus efficaciam dominicæ passionis in redemptione humani generis,dicens. a [Christus assistens.] scilicet deo patri ad interpellādum pro nobis. Vnde.j.Ioannis ij.aduocatum habemus apud patrem Christum Iesum,qui est propitiatio pro peccatis nostris. b [Pōtifex] Go..ad hostiam pro nobis offerendā & dator. c [Futurorum bono.] scilicet gratiæ & gloriæ.ps.lxxxiiij.Gratiam & gloriam dabit dominus. Iste introiuit tabernaculum id est cælum. d [Per amplius] id est valde amplum, qa plures capit,scilicet omnes sanctos. e [Et perfectius taber.] Ly.quàm fuit tabernaculū Moysi,quia fuit mobile & portabile de loco ad locum:illud autem est immobile & æternum. f [Non manufactum] id est non huius crea.humanæ factionis:sed opere diuino creatum est cœlum. g [Neq; per sang.hircorum aut vi.]sicut intrabat pontifex ve.te. h [Sed per proprium san.] quem pro nobis effudit.i. [Introiuit semel.] in ascensione. k [In sancta.] id est in cælum. l [Æterna redem inuenta.] Vincen.quæ non poterat inueniri in veteri testamento. m [Si enim san.hir.taurorum,& cinis vitul.] mistus aqua. n [Aspersus.] qui significabat futuram passionem Christi. o [Inquinatos sanctificabat,ad emundationem carnis] secūdùm legem,omnis anima quæ tetigerat morticinium erat immunda septem diebus,ita vt non liceret ei ingredi tabernaculum. Per aspersionem enim aquæ expiationis mundabatur,quò ad emundationem carnis: quia animam emundare non poterat. p [Quanto magis sanguis Christi,qui per spiritum sanctum.] supple iubentem. q [Semetipsum obtulit] voluntariè. r [Immaculatū] id est absque omni peccato. s [Deo patri.] t [Emundabit.] id est perfectè mundabit. v [Conscientiam nostram.] id est non solùm carnem,sed etiam animam. x [Ab operibus mortuis.] Vincen.id est à peccatis mortalibus quæ dicuntur opera mortua:quia auferunt vitam gratiæ:& faciunt obnoxium mortis æternæ. y [Ad seruiendum deo viuenti] id est simus apti, & idonei seruitores dei viuentis.

Quod Christus dei pontifex.

z [Et ideò] Iesus Christus. a [Noui testamenti.medi.]est inter deum & hominē.b [Vt morte intercedente.] Ly.id est Christi morte interueniente,per quam nouum testamentum est confirmatum:quia passio Christi est noui testamenti confirmatio. c [In redemptione earum præuaricatio.] id est transgresionem. d [Quæ erant sub priori testamento.] id est in veteri testamento quas præuaricationes vetus testamentum auferre non poterat,sed per Christi mortem sunt ablatæ. e [Repromissionem accipiant æternæ hæredi.] id est æternam hæreditatem sæpè promissam accipiant per efficaciam passionis Christi. f [Qui vocati sunt.] Vincen.id est qui prædestinati sunt ad æternam vitam: in Christo Iesu domino nostro.

QVAESTIO LXVI.

SVper verbis dominicæ in passione quæ habentur ad Hebręos ix.scilicet sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.Oritur quæstio de passiōe Christi.vtrum Christus principalius passus est.tam pro deletione peccati originalis quàm actualium peccatorum?Arguitur quòd pro deletione actualium.dicit apostolus ad Gala.ij.dilexit me & tradidit semetipsum pro me:sed propria peccata nostra sunt actualia,originale autem est peccatum commune:igitur.In oppositum Ioan.j.ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.gl.peccatum mundi est originale, quod est commune omnium. Ad argumētum dicitur quòd non est intelligendū quòd Christus pro Paulo solo sit mortuus:sed pro omnibus,vt pro omnibus Paulus se solum indicaret obnoxium:ideo non excluditur,quin principalius venerit abolere peccatum originale totius naturæ,quàm peccatū vnius personæ.Ad quęstionem respondendum est secundùm magistrum Ioan.de turre cremata in quæstionibus super euangeliis,per duas conclusiones.Prima est.Christus venit in mundum non solum ad delendum originale peccatum,sed etiā ad deletionē omnium peccatorum actualium,quod patet Oseæ vlti.omnem aufert iniquitatem:si enim nō omnia deleantur,hoc nō prouenit ex parte dei sed hominis indispositi.tamē Christi passio ad omnia peccata delenda fuit sufficiens.secunda conclusio.principalius filius dei incarnatus est & passus pro peccato originali, patet tāto principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit,quanto illud peccatū est maius,sed peccatum originale per quod totum humanum genus inficitur,est maius peccatū extensiue quolibet peccato actuali,quod est proprium singularis personæ:igitur.

Feria secunda post dominicam in passione Lectio Ionæ prophetæ, tertio capitulo.

IN diebus illis.[a] Factum est verbū domini ad Ionā prophetā secundò, dicens, surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. [b] Et surrexit Ionas [c] & abiit in Niniuen iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna: itinere dierum trium [d] & cæpit Ionas introire ciuitatem itinere Diei vnius:[e] & clamauit & dixit. [f] Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. [g] Et crediderunt viri Niniuitæ domino.[h] Et prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & surrexit de solio suo,[i] & abiecit vestimentum suum à se,[k] & indutus est sacco,[l] & sedit in cinere. [m] Et clamauit, & dixit, in Niniue ex ore Regis & principum eius, dicens. [n] Homines & iumenta, & boues & pecora, non gustent quicquā, nec pascātur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta [o] clament ad dominum in fortitudine. [p] Et conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quę est in manibus eorum. [q] Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? [r] Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala. [s] Et misertus est populo suo, dominus Deus noster.

Et crediderunt. Si qui sibi pœnitētiam impositā pro delendis peccatis nō egerit spernēdo, vel negligenter agēdo & impenitē moriatur nisi dominus valde misereat morte æterna peribit. David in ps. Nisi pœnitētiā egeritis. oēs simul peribitis. Et Math iiij. pœnitentiā agite.

POSTILLA.

IN diebus illis. Factū est verbū domini ad Ionā &c. In duobus capitulis pręcedentibus ostēditur prophetæ Ionæ inobediētia apud verbum domini sibi factū, & deinde punitio subsecuta. In hac verò lectione ostenditur ipsius Ionæ pœnitentia: & hoc ex duobus. Primò ex eius oratione. Secundò ex mādati diuini prosecutione: & hoc maximè facit in presenti lectione. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur hæc executio. Secundò Ionæ sequens afflictio: sed hoc ponitur in capitulo sequēti. Circa primum præmittitur mādati diuini reiteratio cùm dicitur. a [Factum est verbū domini ad Ionam prophetam secundo.] Deinde dicitur huius mandati executio, cum dicitur. b [Et surrexit Ionas] sine dilatione. c [Et abiit in Niniuen iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere trium dierū.] Dicunt aliqui quòd tres dietæ ponebantur circumeundo murum ciuitatis. Sed hoc non videtur verum, quia secundùm sacram scripturam & histriographos Babylonia excessit omnes alias ciuitates in magnitudine, intantum quod Iosephus dicit quòd non erat propriè ciuitas sed regio clausa muris. Et tamen secundùm Hieronymum circuitus murorum habebat. xxij. leucas tantum quæ faciunt tres dietas complete. Et ideo melius videtur dicendum, quòd istę tres dietę sunt accipiendæ procedendo per vicos ciuitatis vbique. Sic enim habebat Ionas facere, denuntiando populo subuersionem ciuitatis. d [Et cæpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius.] Dicunt hic aliqui quòd Ionas ita promptè exequebatur mandatum Dei: quòd iter trium dierum, vna die compleuit. Sed hoc non videtur textui consonare quia dicitur. Et cæpit Ionas introire ciuitatē itinere diei vnius. Si enim hoc quod dictum est, esset verum: magis diceretur percurrit Ionas ciuitatem itinere diei vnius. Et ideo dicendum est quòd in prima die processit per vnam partem ciuitatis tantū. e [Et clamauit & dixit,] scilicet, verbum domini nihil addendo. f [Adhuc quadraginta dies & Niniue subuer.] Sic enim meruerunt ciuium delicta: vt dictum est suprà. Et quia erat prophetia comminationis: vt prius fuit tactu, conditio erat subintelligenda, scilicet, si non agerent pœnitentiam: sed illa conditio non erat à propheta exprimenda, vt dictum est. g [Et crediderunt.] Hic consequenter ponitur conuersio populi ad prædicationem Ionæ, cum dicitur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deū: qui prius tantum colebant idola. h [Et prædicauerunt,] id est, solenniter indixerunt populo ieiunium &c. vt scilicet per carnis afflictionē in victu & vestitu placarent Dei iram. Et non solum fecerunt hoc populares sed etiam maiores, ideo subditur de Rege vt sui exēplo magis animarentur alij. i [Et abiecit vestimentum suum,] scilicet, signa regalia deponendo. k [Et indutus est sacco] in signum pœnitētiæ. l [Et sedit in cinere] in signum humiliationis magnæ. m [Et clamauit] per os præconis. n [Homines & iumēta &c.] huiusmodi enim animalia sunt homini data in adiutorio: & ideo afflictio eorum in homines redudat propter quod ad ostendendum publicam pœnitentiam, non solum indixit Rex afflictionem hominum, sed etiam animalium. o [Clament ad dominum in fortitudine] deficiente enim pastu mugiebant: qui mugitus dicebatur ad dominum clamare, inquantum per homines hoc ordinabatur ad placationem suę offensæ. p [Et conuertatur] id est quicúque

de populo de malo ad bonũ: & subditur ratio. q [Quis scit si conuertatur] q.d. sicut per peccata nostra est offensus, ita forsitan per nostrã pœnitẽtiam erit placatus. r [Et vidit Deus.] Hic consequenter ponitur condescensio miserationis diuinæ, cùm dicitur. Et vidit Deus opera eorum. id est acceptauit: & approbauit. Sicut Gen. iiij. Et respexit Deus ad Abel & ad munera eius. s [Et misertus est] scilicet pœnã cõminatam non inferendo. Sciendum tamen ꝙ postea Niniuitæ reuersi sunt ad vomitum: & sic ciuitas fuit subuersa, de qua subuersione prophetatum fuerat Tho. ob. xiiij. cap.

Cõdescensio miserationis Dei.

QVAESTIO LXVII.

SVper verbis epistolæ feriæ iij. post domini. in passione quæ habetur Ionæ 3. s. misertus est populo s. Niniue oranti & pœnitentiam agenti de peccatis. Oritur quæstio de peccatoribus orantibus: vtrum sperandũ sit quod peccatores orando impetret aliquid à Deo? Arg. ꝙ nõ. Io. ix. scimus quia peccatores Deus non exaudit, igitur. In oppositum si non esset sperandum quòd peccatores orando impetrarẽ. aliquid frustra publicanus dixisset Deus propitius esto mihi peccatori, etiã frustra Deus misisset Ionam ad prædicandũ in Niniuen, & sic de illis nõ diceretur, misertus est populo dominus Deus quod est falsum, igitur. ad arg. dicitur ꝙ hoc fuit dictum cæci non perfecte illuminati, & intelligitur ex condigno. Ad quæst. respõdendum est secundum magistrum Ioã. de turrecre. in quæstionibus super Euagelíis, per vnam conclusione, ꝙ sperandum est: & tenendũ pro certo ꝙ peccatores sæpe exaudiũtur à Deo in petitionibus suis, & impetrant multa quæ petunt ex pura Dei misericordia. Pro quo notãdum est quòd in peccatore duo consyderantur scilicet, natura quam diligit deus & culpa quã odit: si ergo peccator, oratio aliquid petit, inquantum est peccator, id est, secundũ desyderium peccati, hoc à Deo non exauditur ex misericordia: sed quãdoq; exauditur ad vindictã, dum Deus permittit peccatorẽ amplius ruere in peccata. Deus enim quæda negat propitius: quæ concedit iratus interdum: oratio autem peccatoris ex bono desyderio procedens, à Deo exauditur nõ quasi ex iustitia: quia peccator hoc nõ meretur, sed ex pura misericordia, obseruatis tamen præmissis cõditionibus, vt petat necessaria ad salutẽ pie & perseuerãter.

Feria iij. Lectio Dan. proph. xiiij cap.

Trade nobis Dañ. De duob⁹ malis quã do aliquis est perplexus minus subeundũ est, velut Babylõis

IN diebus illis.[a] Cõgregati sunt Babylonij ad regẽ, & dixerũt ei.[b] Trade † nobis Danielem, qui Bel destruxit, & draconem interfecit:[c] alioquin interficiemus te & domum tuam.[d] Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer,[e] & necessitate cõpulsus tradidit eis Danielem.[f] Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi sex diebus[g] Porrò in lacu erant septẽ leones, & dabantur eis quotidie duo corpora & duæ oues. Et tunc nõn data sunt, vt deuorarent Danielem.[h] Erat autem Abacuch propheta in Iudæa,[i] & ipse coxerat pulmentũ, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in cãpum, vt ferret messoribus.[k] Dixítque angelus domini ad Abacuch. Fer prãdium quod habes in Babylonẽ Danieli qui est in lacu leonum.[l] Et dixit Abacuch. Domine Babylonem non vidi,[m] & lacum nescio.[n] Et appræhendit eũ Angelus domini in vertice eius,[o] & portauit eum capillo capitis sui.[p] posuítque eum in Babylone super lacum, impetu spiritus sui. Et clamauit Abacuch, dicẽs. Daniel serue Dei, tolle prãdium quòd misit tibi Deus.[q] Et ait Daniel. Recordatus es mei domine Deus meus, & non dereliquisti diligẽtes te. Surgénsq; Daniel comedit. Porrò Angelus domini restituit Abacuch cõfestim in locum.[r] Venit ergo rex die septimo[s] vt lugeret Daniel ẽ, & venit ad locũ, & introspexit.[t] Et ecce Daniel sedẽs in medio leonũ.[v] Et exclamauit rex voce magna dicẽs. Magnus es domine deus Danielis.[x] Et extraxit eum de lacu.[y] Porrò illos qui perditionis eius causa fuerãt,[z] intromisit in lacũ.[a] Et deuorati sunt in momento coram eo.[b] Tunc rex ait. Paueant habitantes in vniuersa terra[c] Deũ Danielis,[d] quia ipse est liberator, & saluator faciẽs signa & mirabilia, in cœlo & in terra. Qui liberauit Danielẽ de lacu leonũ.

ferit rex quã in Babylonijs Danielem tradidit.

POSTILLA.

IN diebus illis. Congregati sunt Babylonij &c. Hic debet notari historia totalis de destructione duorum idolorum Babyloniorũ. s. Belis & draconis, quæ tangitur à principio huius capituli vsque ad principium præsentis lectionis. Nam sicut ibidẽ dicitur. Indignati Babylonij destructione prædictorũ duorum idolorum, & de morte sacerdotũ cõgregati sunt ad.

interficiendum ipsum Danielem, dicētes quod regē eorum iam conuerterat ad Iudaismū, & damna eis fecerat infinita: idcirco cū ira maxima dixerūt regi. b [Trade nobis Daniele.] scilicet vt moriatur. c [Alioquin interficiemus te, & domū tuam.] i. familiā tuam. d [Vidit ergo rex quod irruerēt in eum vehemēter.] quia furor multitudinis cōcitatæ est valde irrationabilis & periculosus. e [Et necessitate compulsus tradidit eis Danielem.] Nō enim poterat rex ita citò congregare exercitum, ad cohibendū multitudinis concitatæ impetum, & ideo oportebat quòd traderet eis Danielem, vel quòd moreretur cum tota familia. Item videbat quod ipso mortuo Daniel non euaderet mortē: quia propter ipsum insurgebat multitudo cōtra regem. Minus autem malum videbatur prima facie quòd solus Daniel traderetur morti, quàm quod ipse rex & sua familia morerentur. Ideo tanquam minus malum secūdum suam existimationem tradidit eis Danielem, & maximè quia confidebat ipsum per diuinam potētiam liberari, sicut audierat liberationē sociorum Danielis de camino ignis. f [Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi sex diebus.] Ex hoc patet quòd hæc missio Danielis in lacum, est alia ab illa quæ facta est tempore Darij, de qua dicitur in c. vj. quia tunc non fuit in lacu nisi per vnam noctē: vt patet ibidem. hic autem dicitur fuisse in lacu per sex dies. Similiter patet hic alia causa: quia fuit positus in lacum tēpore Darij, eo quòd fuit imposita sibi transgressio regij edicti, qui vt ibidem dicitur posuerat edictum: vt nullus peteret aliquid à Deo vel homine nisi à Rege vsque ad triginta dies. Daniel autem intra istud tēpus inuentus est adorare Deum, propter, quod missus fuit in lacū leonum. Causa autē quare hic dicitur positus in lacum leonum, est alia, scilicet destructio facta de Bel, & interfectio draconis. g [Porrò in lacu erant &c.] Hic tangitur pœna famis: quia dimissus est in lacū per sex dies naturales, sine cibo & interim denegatus leonibus cib⁹ cōsuetus vt citius deuorarēt Danielem. h [Erat autē Abacuch.] Hic cōsequenter ponitur liberatio eius à pœna famis. Secundo à pœna remissionis in lacū: ibi. Venit ergo rex &c. In prima parte dicitur sic. h [Erat autē Abacuch propheta in Iudæa.] Hic est vnus de duodecim prophetis, vt videt' Hier. sentire in prologo. i [Et ipse coxerat pul. & intriuerat panes in alueolo &c.] nomen est vasis facti ad reponendū cibos, & dicitur à similitudine alui. i. vētris vbi cibi reponūtur, & inde alimētum ad singula mēbra virtute caloris naturalis defertur. k [Dixitque Angelus domini ad Abacuch. Fer prandiū quod habes in Babilonē Daniel.] q. d. ipse indiget, cibus est ei denegatus. l [Et dixit Abacuch. Domine Babilonē non vidi.] & ideo nescirem illuc ire. m [Et lacum nescio.] & ideo dato quod iam essem in

Angelus ad Abacuch loquitur.

Babylone nescirē Daniele inuenire. Ista dicebat se excusando. n [Et apprehēdit eum Angelus domini In vertice eius.] Angelus autem apparebat in corpore assūpto, & ideo dicitur apprehēdisse per caput: quia posuit manum suam per caput eius. o [Et portauit eū capillo capitis sui.] Non est hic intelligendū quod virtus Angeli solūmodò tangeret capillos eius, sed totū corpus secundū quod hic dicitur: quia posuit manū super caput eius, vt dictū est. p [Posuitque eum in Babylonē super lacum, in impetu spiritus sui: id est, virtutis suæ.] Nec mirū si angel⁹ portauerit hominē per tantum spatiū terræ in modico tēpore: quia vnus angelus reuoluit orbem circulariter in vno die: ad quem tota terra cōparata non est, nisi quasi punctus. Sequitur. q [Et ait Daniel. recordatus es mei dñe Deus.] prius enim benedixit Deū quā sumeret cibum. Hæc est enim consuetudo laudabilis. r [Venit ergo &c.] Deinde hic ponitur liberatio Danielis de lacu, cu dicitur. Venit ergo rex die septimo: quia Daniel erat cōdemnatus ad hoc quod staret ibi p sex dies naturales. s [Vt lugeret danielē.] quia probabiliter credebat ipsum mortuum. t [Et ecce daniel sedēs] viuus & sanus. v [Et exclamauit rex voce magna dicens. Magnus es dñe deus Danielis.] Viso enim miraculo ipse magnificauit diuinā potentiam. x [Et extraxit eū de lacu.] iā enim transierat seditio populi, & maximè quia oēs videbāt per effectū virtutē dei ipsius. y [Porrò illos qui perditionis eius causa fuerāt] mitigando multitudinē populi ad clamorē prædictū & seditionē. z [Intromisit in lacu.] illud enim fuit iustum secundū legē talionis: ex quo declarata fuit innocētia Danie. a [Et deuorati sunt momēto corā eo] in quo apparuit salua tio Danielis magis miraculosa. b [Tunc rex ait. Paueant habitātes &c.] Viso enim miraculo prædicto rex voluit magnificare diuinā potentiā, nō solū in Babylone, sed in toto regno sibi subiecto: & hoc est quod dicitur hic. Paueant, hoc est timeant, blasphemare habitātes in vniuersa terra. Hyperbole est ad exprimendū magnitudinē sui regni: quia non omnis terra erat sibi subiecta. c [Deum Danielis.] Licet enim sit Deus omniū, dicitur tamē hic deus Dan. per cultū specialē, & quia ipsum Danielē specialiter saluauerat per eundēs miraculū. Et hoc est quod subditur. d [Quia ipse est liberator & saluator faciens signa.] opera super naturā, quę inducūt homines ad cognoscēdū diuinā excellētiā. qa diuina potētia & misericordia cognita est in liberatione Dani. & sua iustitia in suorū accusatorū deuoratione. Et per hoc rex gētilis & populus ei subditus fuit induct⁹ ad laudādū deū qui est benedict⁹ in sæcula sæculorū.

Quomodo Angelus apparuit.

Danielis liberatio describit.

Saluatio Danielis miraculosa.

QVAESTIO LXVIII.

Super verbis episto. fer. iij. post domi. in passione in quib⁹ habetur quod Babylonij volentes occidere Danielem dixerunt regi, trade

nobis Danielē, vt scilicet, moriatur. Oritur q. de occisione innocentis, vtrum liceat aliquem interficere innocentē? Arguitur quod sic: diuinus enim timor nō manifestatur per peccatū quin magis timor domini expellit peccatū: sed Abraham cōmendatus est quòd timuit dominū, quia voluit interficere filiū suum innocētem: ergo aliquis potest innocentē interficere sine peccato. In oppositum Exod. xxiij. Insontē & iustū nō occides. igitur. Ad arg. dicitur quod Deus habet dominiū mortis & vitæ: eius enim ordinatione moriuntur & peccatores & iusti: & ideo qui mādato Dei aliquem occidit, nō peccat. Ad quæstionem respōdendum est secundū Tho. ij. ij. q. clxiiij. quod aliquis homo dupliciter consyderari potest, vno modo secundu se, alio modo per comparationē ad aliud. secundū se quidem, consyderādo hominē nullū occidere licet, quod etiam in quolibet peccatore debemus amare naturā, quam Deus fecit, quæ per occisionē corrumpitur. occisio enim peccatoris est licita per cōparationem ad bonū cōmune qd per peccatū corrūpitur: vita autem iustorum est conseruatiua, & promotiua boni communis: qa ipsi sunt principalior pars multitudinis, ideo nullo modo licet occidere innocētē.

Feria iiij. Lectio lib. Leuit. xix. cap.

Non facietis furtū, Decē præcepta decalogi data sunt in lege vt vnusquisq; mereretur deo & subijceretur. Dauid ps. xix. In custodiendis illis retributio multa.

IN dieb' illis.[a] Locutus est domin' ad Moysen dicēs. Ego domin' Deus vester. [b] Nō facietis furtū [c] nō mētiemini, [d] nec decipiet vnusquisq; proximū suū. [e] Nō piurabis in nomine meo, [f] nec pollues nomē Dei tui. [g] Ego dn̄s: [h] non facies calumniam proximo tuo. [i] nec vi opprimes eum: [k] nō morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane, [l] non maledices surdo, [m] nec corā cæco pones offendiculū: [n] sed timebis dn̄m Deum tuum, quia ego dominus. [o] Non facies quod iniquum est, [p] nec iniustè iudicabis. [q] Nō consyderes personam pauperis, [r] nec honores vultū potentis. Iustè iudica proximo tuo. [s] Nō eris criminator, [t] nec susurro in populis. [v] Nō stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dn̄s. [x] Non oderis fratrem tuū in corde tuo: [y] sed publicè argue eū, [z] ne habeas super illo peccatū. [a] Nō quæres vltionem, [b] nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. [c] Diliges amicum tuū sicut teipsum. [d] Ego dominus. [e] Leges meas [f] custodite, ego enim sum dominus deus vester.

POSTILLA.

IN diebus illis. a [Locut' est dn̄s ad Moysen, dicēs &c. Et in hac lectiōe ponūtur præcepta, p q̄ ordinatur effectus rationalis ad oēs per innocētiam. Ratio enim naturalis dictat nulli esse nocēdū. Et ideo primò prohibet nocumētū de facto & occultè, cū dicit. b [Nō facietis furtū.] Secūdo prohibet nocumētū verbo, cū dicitur. c [Non mentiemini.] Licet enī omne mēdacium sit fugiendū generaliter: tamē hic prohibetur mendaciū perniciosum specialiter. Ideo sequitur. d [Nec decipiet vnusquisq; proximum suū.] Consequenter prohibetur nocumētum verbo iuramento firmato, cum dicitur. e [Nō periurabis in nomine meo.] quia per tale iuramentū non solū fit iniuria proximo q læditur, sed etiā ipsi deo qui in testem falsitatis adducitur. ideo subditur. f [Nec pollues nomen Dei tui.] Cuius ratio subditur. g [Ego dominus.] & ideo mihi honor & reuerētia debetur. Consequenter prohibetur nocumētum facto aperto cū dicitur. h [Non facies calumniam proximo tuo.] Calumnia enim est extorsio rei alienæ cum quadā apparēti ratione, sed nō vera. i [Nec vi opprimes eū.] scilicet motu volūtatis iniquæ absq; rationis allegatione. k [Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane.] opus mercenarij tui. id est merces operis tui quia tales communiter sunt pauperes, de quotidiano labore viuētes. Et ideo nō possunt expectare solutionem absq; suo detrimēto. l [Non maledices surdo.] Hic accipitur surdus nō solūm pro priuato sensu auditus, sed etiam pro illo qui non audit, quia est absens. m [Nec corā cæco pones offendiculū.] Similiter hic accipitur cæcus nō solū pro priuato visu, sed etiam pro nō vidente, vel non aduertente ad offendiculū, Dicit etiā Rab. Sa. hic quòd debet intelligi per cæcū omnīū ignorās, vel simplex, de quo phibet dari sibi sciēter cōsiliū in aliquo suo negotio. Ideo subdit. n [Sed timebis dn̄m deū tuū.] q. d. licet nō debeas tales psonas timere. tamē debes cauere à nocumētis eorū timore dei, qui videt & vindicabit. Cōsequēter ordinatur ratiōalis affect' quātū ad iudices cū dicitur. o [Non facies quod iniquū est.] s. pœnam indebitam alicui imponendo. p [Nec iniustè iudicabis] scilicet mot' fauore vel odio. sententiam iniustā pronuntiādo. q [Non consyderes personā pauperis.] nō prohibetur condescensio ad pauperes in his quæ possunt fieri absque læsione iustitiæ: sed in his tātū per quæ iustitia læderetur. r [Nec honores vultū potentis. Licet enim potentes ratione sui status sint præ aliis minoribus honorandi in cōmunibus, non tamen in his per quæ iustitia lederetur. s [Non eris criminator] scilicet detegens crimen proximi tui manifestè. t [Nec

susurro.] id est faciens hoc occultè. v [Nō stabis contra sanguinem proximi.] s. iungens te illis qui machinantur mortē innocentis. x [Nō oderis fratrem tuū &c.] ex rancore & odio, dissimulans peccatum suū donec pósses destruere eum. y [Sed publicè argue eum.] id est voce expressa, secundū illud Matt. xviij. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū &c. Si autē per hoc quòd dicitur publicè intelligatur correctio facta in publico seu iudicio, tunc est intelligendum de peccatis, quæ possunt probari: & tūc talis correctio pertinet ad iudicem exequēdo ad accusatū & testes denunciādo & testificādo. z [Ne habeas super illo peccatū.] si enim correctionem fratris sui aliquis dimitteret, vt in peius rueret, faceret cōtra charitatē. a [Nō quæres vltionem.] s. liuore vindictæ, potest tamen quæri amore iustitiæ. b [Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū.] ad vindicandū liuore vindictæ: potest tamē haberi memoria ad vindictā amore iustitiæ. c [Diliges amicū tuū sicut teipsum.] Ly. sicut nō importat æqualitatē, sed imitationis similitudinē: quia amicabilia ad alterū veniūt ex amicabilibus ad ipsum, vt habetur Ezech. ix. & sequitur. d [Egò dominus & tanqua dominus] præcipio quod sequitur: scilicet. e [Leges meas] vobis datas. f [Custodite.] nec quanquam earum dimittite.

QVAESTIO LXX.

SVper verbis epistolæ iiij. feriæ post dominicam in passione quæ habentur Leui. xix. scilicet locutus est dominus ad Moysen, dicēs. Non facies furtum. Oritur q. de furto. vtrū furtū sit semper peccatū? Arguitur quòd nō. nullū peccatū cadit sub præcepto diuino: sed Deus inuenitur præcepisse furtū Exodi. xij. fecerunt filij Israel sicut præceperat dominus Moysi, & expoliauerunt Ægyptios. ergo furtū nō est semper peccatū. In oppositum. illud opus quod est contra præceptū Dei est peccatū, quia peccatū est præuaricatio legis diuinæ: sed furtū est cōtra Dei præceptū vt patet Exo. xx. Nō furtū facies. igitur ad ad argumentum dicitur quòd accipere rem alienam licet occulte, & manifestè auctoritate iudicis hoc decernētis, non est furtum: quia iam fit sibi debitū per hoc quòd sententialiter sibi est adiudicatū. vnde multo minus furtū fuit quādo Israēl tulerunt spolia Ægyptiorum de præcepto domini: hoc decernentis pro afflictionibus quibus Ægyptij eos sine causa afflixerunt. ideo dicitur Sapiē. x. iusti tulerunt spolia impiorū. Ad quæstionē respondendum est secūdum Tho. ij. ij. q. lxvj. quòd si aliquis consyderaret furti rationem, duas rationes peccati in eo inueniret. primò quidem propter contrarietatem ad iustitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est, & sic furtum iustitiæ opponitur inquantum furtum est acceptio rei alienæ. Secundò ratione doli seu fraudis quam fur committit occultè, & est peccatum mortale.

Feria v. Lectio Dan. proph. iij. cap.

IN diebus illis. [a] Orauit Azarias ad dominū dicens. [b] Domine deus noster [c] ne despicias [d] populum tuū, [e] propter nomen tuum, [f] ne dissipes testamentum. [g] Neque auferas animam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, [h] & Isaac seruum tuum, & [i] Israel sanctum tuum, [k] Quibus locutus ēs, pollicens, [l] quòd multiplicares semen eorum, sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris. [m] Quia domine imminuti sumus plusquàm omnes gētes, [n] sumúsque humiles [o] in vniuersa terra hodie, propter peccata nostra. [p] Et non est in tempore hoc princeps, [q] & dux [r] & propheta. [s] Neq; holocaustum, [t] neq; sacrificiū, [v] neque oblatio, [x] neque incēsum, [y] neque locus primitiarū corā te, [z] vt possimus inuenire misericordiam tuam. [a] Sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, [b] & sicut in millibus agnorū pinguiū: sic fiat sacrificiū nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: [c] quoniā non est cōfusio cōfidentibus in te. [d] Et nūc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuā, [e] neque confundas nos: [f] sed fac nobiscū iuxta mansuetudinē tuā, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ. [g] Et erue nos in mirabilibus tuis, [h] & da gloriam nomini tuo domine. [i] Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Cōfundantur in omni potētia tua, Et robur eorū conteratur. [k] Et sciant quia tu es dn̄s deus solus & gloriosus super omnem terram, dominus deus noster.

Orauit Azarias. Humilis oratio ac deuota corde que pio fusa apud Deū impetrat qd' auxilij pro necessitate humana conditio expectatur. Dauid in ps. lxxvj. orādo ait. Voce mea ad dominū clamaui & intēdit mihi.

POSTILLA.

IN diebus illis. a [Orauit Azarias ad dominum dicens &c.] in principio huius capituli, & ante hanc lectionē quæ ponitur in medio ipsius, capitu. posita est secūda visio regis Nabuchodonosor facta, per quam inducuntur Babylonij, & maximè Iudæi inter ipsos habitantes agnoscere quòd nō est alius nisi deus ado-

randus per latriã, Igitur post ipsam historiam siue visionem, in qua fit mẽtio de statua quam fecit erigere Nabuchodonosor ad adorãdum, quam quidã noluerũt adorare Hebræi & maximè Sydrac Misac, & Abdenago, ꝓpter quod missi sunt in caminũ fornacis ardẽtis. Sed cum ibidem nihil mali sentirẽt: sed laudarẽt & benedicerẽt dominũ. Azarias qui Daniel dicitur aperiẽs os suũ orauit pro populo suo Hebræorum, qui socios suos eripuerat à flamma sicut apparet in præsenti lectione in qua dicitur. b [Domine deus noster.] s. Hebræorum quia licet sit Deus omnium per creationem, dicitur tamen Hebræorũ per singularẽ cultũ. c [Ne despicias.] pro despecto siue derelicto habeas d [Populum tuum.] s. Hebræorum, qui tunc dicebatur populus Dei sicut nũc dicitur Christiani. e [Propter nomen tuũ.] q.d. non hoc facere debes propter merita nostra quia illa nulla sunt, cùm grauiter peccauerimus in te. f [Ne dissipes testamentũ tuum.] i. legẽ quæ dissipatur, quãdo tenẽtes eam occidũtur: sicut patet de istis tribus prædictis, qui missi sunt in caminum ignis fornacis ardentis. g [Neque auferas misericordiã tuam à nobis propter Abraham dilectũ tuũ.] quia fuit primus à Deo electus ex idololatris, & primo factæ sunt ei promissiones apertè de Christo, propter qđ dicitur hic specialiter dilectus. h [Et Isaac seruũ.] dicitur seruus tuus quia verè obediens. Et patet hoc cũ pater voluit eũ immolare cũ iam essẽt .xxx. annorũ, & per cõsequẽs fortis. Pater autẽ eius erat senex & debilis cui filius tamen noluit resistere, sed ad immolationem, volũtariè accessit. dicit Iosephus lib. j. antiquitatum. i [Et Israël sanctũ tuum.] i. Iacob qui dicitur hic sanctus specialiter, quia speciali cultu voluit colere Deũ: vt dicitur Gene. xxxviij. Erit mihi dominus in deum &c. Illud autẽ proprie dicitur sanctum, quod applicatur diuino cultui.

Quid dicitur sanctũ.

k [Quibus locutus es, pollicẽs.] i. promittẽs. Et ideo non potest frustrari promissio tua. l [Quod multiplicares semen eorũ, sicut stellas &c.] promissum est hoc Abrahæ. Gene. xxij. m [Quia domine imminuti sumus.] q̃ multi de filiis Israël occisi fuerant per bella, & multi captiuati. n [Sumúsque humiles.] i. viles in conspectu aliorũ. o [In vniuersa terra &c.] quia iam dispersi erãt in multis terris per captiuitatẽ Assyriorum, & Chaldæorũ & Ægyptiorũ. p [Et nõ est in tẽpore hoc princeps.] scilicet super filios Israël, qui possit eos defendere: quia Sedechias iam erat captus. q [Et dux.] i. ex populo nostro. q.d. virtute humana non possumus saluari, seu liberari de manibus inimicorũ. Similiter eis non erat via ad placandum deum per viam sacrificiorum. Et hoc est quod postea dicitur. r [Et prophetę.] qui denuncient futurã consolationẽ. s [Neque holocaustũ.] quę erat oblatio tota incensa ob honorẽ diuinũ. t [Neque sacrificium.] quod partim incẽdebatur, & partim ad vsum sacerdotum reseruabatur. v [Neque oblatio] quę cõffertur ex deuotionẽ. x [Neq; incẽsum.] Hoc est thimiama odoris suauissimi, quod offerebatur super altare thimiamatis ad consummationẽ sacrificij: vt habetur ad Hebr. ix. ratio omnium istorũ est: quia non erat ipsis licitum talia offerre nisi in Ierusalẽ quæ iã erat destructa: & hoc est quod dicitur. y [Neq; locus primitiarũ corã te.] quia iam erat destructus vt visum est. z [Vt possimus inuenire misericordiã tuã.] sup. per talia sacrificia & oblationes. a [Sed in animo cõtrito] q.d. loco sacrificiorũ suscipias illud quod possumus tibi offerre. s. cõtritum cor & humiliatum, vt describitur Psal. j. Vnde super illud Ge. xxv. Isaac amabat Esau. dicit Ra. Salo. Dilectæ sunt magis tribulatiões quã sacrificia. Nã sacrificia, sunt de diuitiis hominũ, tribulationes verò de corpore ipsius tribulati, quod est magis charũ sibi, secundum q̃ dicitur Iob ij. pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. b [Et sic in millib⁹ agnorũ &c.] quia tribulatio in qua isti erãt propter deum, est magis accepta deo quã sacrificia, vt dictũ est. c [Quoniã nõ est confusio confidẽtibus in te.] quod est verũ de cõfusione vera quæ est corã deo per peccatũ in conscientia mala: licet sancti bene sustineant cõfusionẽ corã hõib⁹, sed ista nõ est vera cõfusio. Vnde dicit Chry. super Matt. Leuis est consolatio si homo in seipso cõfusus sit, nõ tamen corã hominibus. Per contrariũ. Leuis est cõfusio. i. modica vel nulla, si tantũ corã hominib⁹ est, & nõ corã deo. d [Et nũc sequimur te.] Hic consequẽter Azarias allegat in sua oratione consuetã dei misericordiã, quã inuenerunt reuertentes ad ipsum. Et hoc est quod allegat dicẽs, & nũc sequimur te in toto corde &c. qua litercũq; autẽ peccauerimus tẽpore pręterito, nũc sequimur te per contritionẽ & cõfessionẽ nostrorũ peccatorũ, & per emẽdationem: quia non amplius reuertemur ad peccata priora. e [Neq; cõfundas nos.] i. cõfusibiles in cõspectu hominũ dimittas. f [Sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuã &c.] quia proprietas est misereri & parcere. g [Et erue nos in &c.] Hic consequẽter Azarias inuocat liberatricẽ dei potentiã, quæ solet assistere in casibus desperatis secundũ viã humanã. & hoc est quod dicit. Erue nos in mirabilibus tuis hoc est per opera tua supra virtutẽ naturæ fiẽda: quod factũ est in liberatione eorũ de fornace. h [Et da gloriã nomini tuo dñe.] vt infideles vidẽtes potẽtiam tuã mirabilẽ glorificẽt nomẽ tuum. i [Cõfundãtur oẽs qui ostẽdũt seruis tuis mala] Et loquitur hic de cõfusione per pœnitẽtiã, qua homo cõfunditur corã deo, de peccato perpetrato. & hoc est quod subditur. k [Et sciãt quia tu es dñs Deus solus super &c.] hoc factũ est per hoc quod Nabuchodonosor viso miraculo glorificauit deum per totũ regnũ suum.

In deo est misericordia quãtũ ad effectũ nõ q̃tũ ad affectũ. q̃ est passio. & in deo nõ illa est passio.

Allegatio misericordiæ dei.

QVAESTIO LXXII.

SVper verbis epistolæ feriæ v. post ij. dominicá de passione quæ habêtur Danielis tertio scilicet orauit Azarias ad dominum, id est, Daniel pro populo Hebræorum. Oritur quæstio de oratione, vtrũ oratio sit actus religionis? Arguitur quòd non. actus latriæ cadit sub necessitate præcepti, sed oratio nõ videtur cadere sub necessitate præcepti, sed ex mera volũtare procedere: cùm nil aliud sit quàm volitorum petitio: ergo non videtur esse religionis actus. In oppositũ psal. dicit, Dirigatur oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo. Vbi dicit glo. quòd in huius figuram in veteri lege, incẽsum dicebatur offerri in odorem suauem domino: sed hoc pertinet ad religionem igitur. Ad argumentũ dicitur quòd non solũ petere quæ desyderamus: sed etiã rectè aliquid desyderare sub præcepto charitatis est, petere autẽ sub præcepto religioni, quod quidẽ præceptum habetur Matt. vj. petite & accipietis. Ad quæstionẽ respondẽdum est secũdum Tho. ij. ij. q. lxxxiij. quòd ad religionem propriè pertinet reuerentiam & honorẽ Deo exhibere, & ideo omnia illa per quę Deo reuerẽtia exhibetur pertinent ad religionem: per orationẽ autem homo Deo reuerentiam exhibet inquantum se subiicit & profitetur orando se eo indigere, sicut authore suorum bonorũ. stat ergo quod oratio est actus religionis.

Feria vj. Lectio Iere. Prophetæ xvij. capitulo.

IN diebus illis.[a] Dixit Ieremias.[b] Domine omnes qui te derelinquunt[c] confundentur,[d] Recedẽtes à te in terra scribentur:[e] quoniã dereliquerunt venam aquarũ viuentium dominum.[f] Sana me domine,[g] & sanabor,[h] saluum me fac,[i] & saluus ero:[k] quoniam laus mea tu es.[l] Ecce ipsi dicunt ad me,[m] vbi est verbum domini?[n] Veniat.[o] Et ego non sum turbatus,[p] te pastorem sequens,[q] & diem hominis non desideraui,[r] tu scis.[s] Quod egressum est de labiis meis,[t] rectum in conspe[illegible] tuo fuit.[v] Non sis mihi formidini.[x] spes mea tu in die afflictionis.[y] Confundãtur qui me persequuntur, & non confundar ego, & paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis,[z] & duplici contritione[a] contere eos, domine Deus noster.

Dñe oẽs qui. Peccatur sua nequicia & mũdi voluptatibus Deũ suum postponẽs viã iustorum relinquẽs pro peccati desyderio & sua voluntate fruẽda in sui anima confundetur. David ps. xxj. Desyderium peccatorũ peribit.

POSTILLA.

IN diebus illis. a [Dixit Ieremias &c.] Propheta in prĩcipio descripsit circa populum regni Iudæ maliciæ grauitatẽ: deinde verò ipsius incorrigibilitatem. seu irreparabilitatẽ, propter multas causas. In hac verò lectione ostẽdit propheta quod deditus est peccato idololatriæ: & dicit. b [Domine oẽs qui te derelinquũt.] scilicet, per idololatriã & alia opera mala. c [Cõfundẽtur.] quia cõfusibiliter punietur. Et modus punitionis subditur. d [Recedẽtes à te in terra scribẽtur.] id est, in inferno, quia à doctorib[9] esse sub terra dicitur. e [Quoniam dereli. venam aquarum viuẽtium.] id est, dominũ à quo fluũt omnea gratiæ, quæ dicuntur aquæ viuæ: eo quod deducunt ad vitam æternam. Io. iiij. Qui biberit ex aqua quã ego dabo: fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitam æternam. f [Sana me domine &c.] Hic consequenter ponitur ipsius Iere. deprecatio, secundò domini responsio ibi: hæc dicit. Sed non ponitur in præsenti lectione nisi deprecatio tãtum. Sana me domine scilicet ab infirmitate culpæ. g [Et sanabor,] quasi dicat, de hac, scilicet infirmitate non possum sanari nisi per te. Licet enim esset iustus, tamen non fuit immunis ab omni culpa saltẽ venialiter. h [Saluum me fac] ab insidiantibus mihi Iudæis. i [Et saluus ero.] quia ipsi nihil possunt cõtra te. k [Quonia laus mea tu es] scilicet, obiectiue & finaliter. l [Ecce ipsi dicũt ad me] scilicet derisoriè. m [Vbi est verbũ domini,] id est, vbi est pœna captiuitatis, quã in nomine Dei annũtiasti nobis. n [Veniat] quasi dicãt, certi sumus quòd non veniet, quia tu es falsus propheta. o [Et ego nõ sum turbatus] turbatione rationẽ subuertẽte, propter verba eorum. p [Te pastorem sequens] mãdata tua exequendo. q [Et diem hominis] id est, vitam carnalem & delitiosam. r [Non desyderaui, tu scis] qui secreta cordium cognoscis. s [Quod egressum est de labiis meis.] peccatores arguendo. t [Rectum in conspectu tuo fuit.] Hoc enim feci de mandato tuo. v [Non sis mihi tu formidini] id est, pœna, quam super populum inducere disposuisti nõ veniat super me: ideo subditur. x [Spes mea in die afflictionis.] futuræ per Chaldæos, quã per te spero euadere, sed super malos veniet: ideo subditur. y [Confundantur &c.] id est, confundẽtur: ita quod non loquatur optatiuè, sed magis denũtiatiue de malo futuro. Potest etiam dici quod loquitur optatiuè non sitiens populi pœnam, sed approbans diuinam iustitiam secundum illud psalm. lvij. Lætabitur iustus cùm viderit vindictã. z [Et duplici contritione] scilicet, mortis & captiuitatis, quia aliqui fuerunt interfecti, & alij captiuati. a [Contere eos] id est, conteres: vel optando diuinam iustitiam, vt dictum est.

QVAESTIO LXXII.

SVper verbis epistolæ feriæ sextę post dominicam in passione, quæ habentur Iere.xvij. Omnes qui te derelinquũt cõfundentur, quod dictum est propter peccatum idololatriæ quã popul⁹ Iudæ exercebat. Oritur quæstio de idololatria. Vtrum idololatria sit grauissimũ peccatorum? Arguitur quòd non, tanto aliquod peccatum grauius est, quantomagis est contrà Deum: sed directius aliquis videtur cõtra Deũ agere blasphemãdo, fidem impugnãdo quàm cultum Dei alteri exhibendo: quod pertinet ad idololatriam, ergo blasphemia vel impugnatio fidei est grauius peccatum quàm idololatria. In oppositũ Leui.xv. super id quod dicitur de immunditia mulieris patientis fluxum sanguinis, dicit glos. Omne peccatũ est immunditia animæ. Sed idololatria maximè, Igitur. Ad argumentum dicitur quòd idololatria includit magnam blasphemiam: quia Deo subtrahitur dominij singularitas, & fidem opere impugnat, idololatria. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam, secũda secundæ, quæstio.xxiiij. quòd grauitas alicuius peccati potest attẽdi dupliciter, vno modo ex parte ipsius peccati: & sic peccatu idololatrię grauissimum est, sicut enim in terrena republica grauissimum esse videtur quòd aliquis honorem regiũ alteri impendat quàm vero Regi, quia totũ reipublicę perturbat ordinem, ita in peccatis quæ contra Deum cõmittuntur, quæ sunt grauissima, vt est idololatria grauissimũ esse videtur quòd aliquis honorem diuinum creaturæ impendat: alio modo ex parte ipsius peccantis, vt cum dicitur. Grauius peccat qui scienter peccat quàm qui ignoranter: & sic hæretici scienter peccantes grauius peccant quã idololatræ ignoranter.

Sabbato Lectio Iere. prophetæ xviij. capitu.

IN diebus illis. [a] Dixerunt impij Iudæi ad inuicem. [b] Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes. † [c] Non enim peribit lex à sacerdote, [d] neque consilium à sapiente, [e] nec sermo à Propheta. [f] Venite percutiamus eum lingua, [g] & non attendamus ad vniuersos sermones eius. [h] Attende domine ad me, [i] & audi vocem aduersariorum meorum. [k] Nunquid reddetur [l] pro bono malum, [m] quia foderunt foueam animæ meæ. [n] Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis, [o] Propterea da filios eorum in famem & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis & viduæ, & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, [p] & audiatur clamor de domibus eorũ. [q] Adduces enim super eos latronem repentè: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorũ aduersum me in mortem [r] Ne propitieris iniquitati eorum, à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, [s] in tempore furoris tui abutere eis, domine Deus noster.

Nõ enim p̄ibit lex. Interpretes sacræ legis sunt Dei sacerdotes quibus dñs totã clauem & omnimodã, p̃tãtẽ cõtulit dicẽ. Marci vlt. Eũtes in vniuersum mundum prædicate Euãgeliũ omni creaturæ.

POSTILLA.

IN diebus illis. Dixerunt impij Iudæi adinuicẽ &c. In principio huius capituli ponitur vj. modus ostẽdendi peccatum Iudæ irremediabile per similitudinem figuli vas dissipatum reformantis: eo quòd lutum non resistebat ei: sed populus Iudæ in peccato obstinatus resistebat diuinæ gratiæ. In præsenti verò lectione, quæ in fine ipsius capituli sita est ponitur obstinatio Iudęorũ, & eorum mala voluntas contra domini nũtium, scilicet Ieremiam prophetam. a [Dixerunt impij Iudæi adinuicem,] scilicet conferendo. b [Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes.] id est vias cõuenientes ad eum occidẽdum, tanquã prophetam falsum. Cuius causa subditur. c [Non enim peribit lex à sacerdote] quin possit de ea populum docere. d [Neque consilium à sapiente,] id est sapientibus, ponendo singulare pro plurali, sicut Exod.viij. Venit musca grauissima: id est multitudo muscarum. Et dicuntur sapientes.lxx. senes electi de omni populo. e [Nec sermo à propheta.] quia dominus instituit ista, & ista malè arguebant: quia sicut Deus dat beneficia perseuerantibus in bono, ita data abstrahit obstinatis in malo. f [Venite & percutiamus eum lingua] accusando eum prophetam falsum esse, & sic moriatur. g [Et non attendamus ad vniuersos sermones eius.] Hæc litera est transposita & sic est construenda. Et vniuersos sermones eius non attendamus, scilicet vt sic negatio sequatur signum vniuersale, quæ facit contraria æquipollere. quia omnis, non & nullus æquipolent. Et sic est sensus, ad nullos sermones eius attendamus cum sint friuo-

Iudæorũ obstinatio quæ est p̃tũ in spiritũ sanctũ & illud est irremissibile cõtrarium.

li & nullius momenti. h [Attende domine, &c.] Hic consequenter ponitur Iere. deprecatio, dicentis. (Attende ad me) liberandum de meis inimicis. i [Et audi vocem aduersariorum meorum.] ad eam puniendum. k [Nunquid redditur] id est mihi. l [Pro bono malum? q.d. sic. m [Quia foderunt foueam animæ meæ] quærentes eam educere de corpore malitiosè. n [Recordare quòd steterim in cōspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum &c.] id est quòd laborauerim pro bono eorum. o [Propterea da filios eorum in famem &c.] quod dupliciter exponitur. Vno modo denunciatiuè tantum: sic da. i. dabis. Alio modo deprecatiuè, non sitiendo populi pœnam, sed magis diuinam iustitiam, sicut dictum est in lectione præcedenti. p [Audiatur clamor de domibus eorum.] scilicet familiæ fame & gladio ibidem morientis. q [Ad duces enim super eos latronē] id est Nabuchodonosor cum suo exercitu, populum deprædantem, occidentem, & captiuantem. Cætera verò per se patēt vsque ibi. r [Ne propitieris iniquitati eorum.] id est non dimittas tantū dedecus culpæ sine decore iustitiæ. s [In tempore furoris tui abutere eis] id est vindictæ à te inferendæ.

Ieremiæ deprecatio.

Duplex expositio.

Iustitia nō est sine misericordia nec e contra, lo quēdo de ...

QVAESTIO LXXII.

SVper verbis epistolę in sabbato post domini. in passio. quæ habentur. Ier. xviij. Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes: in quibus verbis notatur obstinatio Iudæorum cōtra Ier. oritur quæstio de obstinatione: vtrū obstinatio sit peccatum irremissibile? arguitur quòd sic. omne peccatum in spiritū sanctum est irremissibile vt habetur Matt. xij. qui dixerit verbum in spiritum s. &c. sed obstinatio est peccatum contra s.s. igitur. in oppositum. Deus potest omne peccatum remittere. psal. Qui sanat omnes infirmitates nostras. igitur sanat obstinationē, ergo obstinatio nō est peccatū irremissibile. Ad argumentum dicitur quòd peccatum in s.s. non dicitur irremissibile, eò quòd nullo modo remittatur, nec quòd Deus possit illud remittere: sed dicitur irremissibile eò quòd de se habet conditionem vt non remittatur. ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Alexandrum de Hales in iiij. parte summæ, tractatu de incarnatione dei quòd aliqua peccata dicuntur irremissibilia tripliciter, vno modo negatiuè, vt sunt peccata malorum angelorum & damnatorum, quia nullo modo remittuntur, alio modo aliqua peccata dicuntur irremissibilia priuatiuè: & sic omnia peccata sunt irremissibilia: quia Hierony. pro minimo peccato non habent vnde satisfaciant simul homines vniuersi. quia nemo aliquid ex se habet quo remittantur, alio modo peccata dicuntur irremissibilia contrariè: eo quòd contrariè disponunt ad gratiam per quam remittere possunt à se obstinationem & talia peccata in spir. sanct. dicuntur irremissibilia &c.

Dominica in ramispalmarum. Ad Philippen. ij. capit.

FRatres. [a] Hoc enim sentite [b] in vobis [c] quod & in Christo Iesu. [d] Qui [e] cùm in forma dei esset, [f] non rapinam arbitratus est esse [g] se æqualem deo, [h] sed semetipsum exinaniuit, [i] formam serui accipiens, [x] in similitudinem hominum factus, [l] & habitu [m] inuentus [n] vt homo. [o] Humiliauit semetipsum, [p] factus obediens [q] vsque ad mortem, mortē autem crucis. [r] Propter quod & deus [s] exaltauit illum, [t] & donauit illi nomen quod est super omne nomen, [v] vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum. [x] Et omnis lingua confiteatur, [y] quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris.

POSTILLA.

FRatres. Hoc enim sentite in vobis, &c. Ante initium illius epistolæ scri. sanctus Paul. dic. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis. eandem charitatem habentes, nihil per contentionem agentes, neque per inanem gloriam: sed in humanitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Tunc sequitur epistola hodier. Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Vbi sciendum quòd sequens septimana maior vocatur, eo quòd maius & prolixius habet officium: & per hoc datur nobis intelligi quòd in isto sacratissimo tempore magis quàm aliis temporibus Deo seruire debemus. Item dicitur sancta quoniam in ea impij iustificantur, quia in ea pœnitentes absoluuntur, & scælesti reconciliantur. Item dicitur pœnosa, quia dominus Iesus Christus in ea laborauit & pœnas pro nobis sustinuit, & nos per suam amarā passionem redemit. Idcirco Apostolus Pau. in hac epistola hortat nos ad Christi imitationem, dicens. a [Fratres hoc enim sentite.] Gor. i. exprimendo cognoscite. b. In vobis.] s. mēbris, quæ mēbra debēt sentire dolorē capitis. c [Quod & in Christo Iesu] sup. qui fuit humilis, quam humilitatem habere debetis interius in corde, & non solùm exterius sicut hypocritæ. d [Qui.] s. Christus. e [Cum in forma dei esset.] i. vnus in essentia cū Deo patre. f [Non rapinam arbitratus est] dicendo

do. g [Se esse æqualem Deo.] scilicet patri secũdum diuinam naturam sicut angelus lucifer & primi parentes: qui secundùm Aug. voluerũt rapere diuinitatẽ: & perdiderunt fœlicitatem. h [Sed semetipsum exinaniuit.] i. maximè humiliauit. i [Formam serui accipiens.] Vin. i. humanitatem assumens, in qua nobis seruiret. k [In similitudinem hominum factus] passibilis & mortalis, similis aliis hominibus, & alios defectus naturæ humanæ assumendo. l [Et habitu] in conuersatione. m [Inuentus] scilicet est. n [Vt homo] quia inter homines vitam duxit communem. Luc. vij. Venit filius hominis manducans & bibens. o [Humiliauit semetipsum] Ly. ad dãdum nobis exẽplum. p [Factus obediens.] s. Deo patri q [Vsque ad mortem, mortem autem crucis.] Gor. quæ est pœna latronum. Sap. ij. Morte turpissima condemnemus eum. r [Propter quod & Deus] scilicet pater. s [Exaltauit illum.] Ly. in sua resurrectione & ascẽsione. Christus gloriam sui corporis & eius exaltationem ad cælos meruit per suam passionem. t [Et donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ] Gor. hoc nomẽ. s. Deus vt scilicet ille qui est homo, dicatur Deus & veraciter sit. v [Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium terrestriũ & infernorum.] Ly. vt omnes sibi exhibeant reuerentiam. Angeli, homines & dæmones. x [Et omnis lingua confiteatur.] s. corporalis & spiritualis. s. humana & Angelica. y [Quia dominus noster Iesus Christ⁹ in gloria est dei patris.] Lyr. id est, secundùm deitatem est vna gloria patris & filii.

QVÆSTIO LXXIIII.

SVper verbis epistolæ dominicæ in ramis, quæ habentur ad Philipp. ij. Christus factus est obediẽs vsque ad mortem. Oritur quæstio de Christo, vtrum cõueniens fuerit Christum mori? Arguitur quòd non. maior est defectus mortis quàm morbi, quia per morbum peruenitur ad mortem: sed non fuit cõueniens Christum alio morbo languescere: igitur. In oppositum. Ioan. xj. expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est: quia Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem: ne videretur ex necessitate mori, propter infirmitatem naturæ, sed sustinuit mortem ab exteriori illatam, cui se spõtaneum obtulit, vt mors eius voluntaria ostenderetur. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioan. de turre cremata. in quæstionibus super Euãgelia. quòd cõueniens fuit Christum mori, & hoc propter tria. Primò propter satisfaciendum pro genere humano, quod erat morti adiudicatum, propter peccatum vt patet Gene. ij. Quacunque die comederitis, morte moriemini. Secundò ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ. Dicit enim Eusebius quòd si aliter post conuersationem cum hominibus euanescens subito euolaret fugiẽs mortem, ab omnibus cõpararetur phãtasmati. Tertiò vt à mortuis resurgẽdo virtutẽ suam ostenderet, quæ mortẽ superauit, & nobis spẽ resurgendi à mortuis daret.

Feria ij. post Domi. in ramis palma. Lectio Isaiæ prophetæ. l. cap.

IN dieb⁹ illis. a Dixit Isaias, b Dominus deus c aperuit mihi aurem. d Ego autẽ nõ cõtradico. e retrorsum nõ abij, f Corpus meum dedi percutientibus, g & genas meas vellentibus. h Faciem meam non auerti ab increpantibus, & cõspuentibus in me. i Dominus Deus k auxiliator meus, l & ideò non sum confusus. m Ideò posui faciẽ meã vt petrã durissimã, & scio quoniã non cõfundar. n Iuxtà est qui iustificat me. o Quis cõtradicet mihi? Stemus simul. quis est aduersari⁹ me⁹? accedat ad me. p Ecce dominus Deus auxiliator me⁹. q Quis est qui condemnet me? r Ecce omnes quasi vestimentũ conterentur. s Et tinea comedet eos, t Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem serui sui? v Quis ambulat in tenebris, x & nõ est lumẽ ei? y Speret in nomine domini, z & innitatur a super b dominum Deus suum.

Aperuit autẽ Null⁹ põt ad salutẽ audire, siue bonũ dicere nisi illi sit gratia a deo data. Quia oĩs gratia a dño Deo emanat. vnde Isid. de sum. bo. li. ij. c. v. ab illo scilicet deo oĩa dona gr̃a præueniẽte nobis donãtur.

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis. a [Dixit Isaias &c.] In præcedẽti capitulo denũtiata est populi dei liberatio. in præsẽti cap. & in sequẽtib⁹ ponitur impedimẽti remotio. Impedimẽtũ autẽ posset esse ex parte saluatoris tẽporaliter, vt pote si esset nolẽs, vel nesciẽs, aut impotens ad saluandũ: & omnes isti defectus excludũtur tã in isto ca. quã in tribus ca. sequentibus. Sed quia vnum prædictorum impedimẽtorum est de voluntate: ideò dicitur in præsenti lectione ad ostẽdendum ꝙ volũtas Christi à natiuitate sua fuit parata ad liberandum genus humanũ. b [Dominus Deus.] id est Deus pater. c [Aperuit mihi aurem.] insinuando mihi futuram prò populo passionem meam. d [Ego autem non contrà dico.] imò dixi fiat voluntas tua. Matt. xv. Loquens de passione sua. e [Retrorsum non abij.] imo quærẽtibus suam mortem fuit eis obuiam. Ioan. xviij. f [Corpus meum dedi percutientibus.] vt patet in Euangeliis. g [Et

genas meas vellētibus.] Licet non sit scriptum in euāgelus q̄ euellerent ei barbā: tamē parat⁹ fuit illud sustinere sicut alia maiora & forsitan sustinuit quia non omnia sunt scripta. h [Faciē meā nō auerti.] hoc patet ex euāgelus. i [Dominus deus.] s. deus pater. k [Auxiliator meus præbens mihi voluntatē & constantiā patiendi. l [Et ideo non sum confusus.] quia per passionem suā transiit ad gloriam suæ resurrectionis: corpus etiam eius mortuum, honorifice sepultum. m [Ideò posui faciem meam &c.] i. me exposui ad sustinēdum quæcunque aspera. n [Iuxtà est.] Hic soluitur quædam obiectio. Iudęi enī dixerūt Christo. Io. viij. Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verum. Et saluator respondit. Testimoniū perhibet de me qui mecū est pater. Et ista responsio præuisa in spiritu sancto ponitur hîc cū dicitur. o [Iuxtà est qui iustificat me.] pater, qui dicitur esse iuxta filium propter vnitatē essentiæ & distinctionem personæ. Pater iustificauit filiū. s. faciendo opera diuina per ipsum, propter qd ibidē saluator Ioā. x. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa testimoniū perhibēt de me. o [Quis contradicet mihi?] secundū veritatem. q. d. nullus vestrum. Christus enim frequenter legitur imposuisse Iudæis silentiū propter veritatis euidentiam. p. [Ecce dominus deus auxiliator meus.] s. in mea passione modo prædicto. q [Quis est qui condemnet me?] s. iustè. q. d. nullus, fuit enim iniustè ad mortē condemnatus, primò per sacerdotes: posteà p Pilatum: sed ex hoc deportauerūt exterminium in tantū quòd Pilatus per Tyberiū imperatorem fuit missus in exilium, & ibi ignominiosè mortu⁹. Et sacerdotes p Titū fuerūt interfecti in destructione tēpli Dicit enim iustū esse sacerdotes cū templo perire: ideò subditur. r [Ecce omnes quasi vestimentum contererentur] quantum ad mortuos in exilio. s [Et tinea comedet eos] quātum ad interfectos gladio, sicut tinea consumit vestimentum quadam violentia. t [Quis ex vobis.] Hic consequenter concluditur incredulorum interitus, & arguit eorū culpam dicens. [Quis ex vobis timens dominum audiens vocem serui sui.] i. Christi ratione formæ serui assumptæ. v [Quis ambulat in tenebris.] ignorantiæ. x [Et nō est lumen ei] si credit verbis Christi quasi. d. nullus. ideo subditur. y [Speret in nomine domini.] s. quilibet fidelis. z [Et innitatur] i. omnia agat. a [Super.] in. b [Dominum deum suum.] quia sic nullo modo poterit decipi.

QVAESTIO LXXV.

SVper verbis epistolæ feriæ ij. post domi. in palmis qua habentur Isa. l. s. corpus meum dedi percutientibus. Oritur quæstio de Iudæis Christum, percutientibus, & finaliter crucifigētibus, vtrum peccatum Iudæorum Christū percutientium & crucifigētium fuerit grauissimum? Arguitur quòd non: peccatum n. ō. est grauissimum, quod habet excusationem: sed Christus excusauit peccatū crucifigentiū eū, sic dicēdo. Pater ignosce illis quia nesciūt quid faciūt. In oppositum Matt. xxij. Et vos implete mēsuram patrum vestrorum. vbi dicit Chryso. quantum ad veritatem excesserunt mēsuram patrū suorum: illi enim homines occiderunt, isti deū crucifixerunt, igitur. Ad argumentum dicitur quòd excusatio illa domini nō refert ad principes Iudæorum: sed ad minores. Ad quæstionē respōdendum est: secundum magistrum Io. de turre cremata vbi supra per quatuor cōclusiones. Prima peccatū Iudæorū percutiētium Christum & crucifigētiū eū, fuit grauissimum: licet aliqui maius aliqui minus, in eodē gn̄e peccati peccauerint. & licet in eis aliqua fuerit ignorātia affectata. tamē ita eos excusare nō poterat quin eorū peccatū sit grauissimū, tū ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Secunda cōclusio minores etiā Iudæi grauissime peccauerunt quātum, ad genus peccati, minus tamen quā maiores quia in minoribus diminuebatur peccatum, propter eorū ignorantiā. Tertia cōclusio multo minus peccauerūt gētiles per quorū man⁹ crucifixus est Christus: quia excusabatur eorum peccatum, ex quo scientiā legis nō habebāt. Quarta conclusio, Iudas & principes grauius peccauerūt quā Pilat⁹. quia timore cæsaris Christū occidit, & etiā quā milites, quia mādato præsidis Christū crucifixerūt nō ex cupiditate sicut Iudas, nec ex inuidia vt prīcipes.

Feria iij. Lectio Ier. proph. xj. cap.

IN diebus illis. [a] Dixit Ieremias. [b] Tu autem domine demonstrasti mihi † & cognoui, [c] tu ostendisti mihi studia eorū, & ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. [d] Et nō cognoui: [e] quia cogitauerūt cōsilia super me, [f] dicentes. [g] Mittamus lignū in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius nō memoretur amplius. [h] Tu autem domine sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda, [i] videā vltionem tuam ex eis. [k] Tibi enim reuelaui causam meā, [l] domine deus meus.

† Ecclesiastici. Omnis sapiētia & notitia à dño Deo est, sine quo non est sapere nec reseratas intelligere. vnde eccle. j. oīs sapiētia à dño est. & j. iacob. oē datū optimū & oē donū perfectū desursum est descēdēs à patre luminum.

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis. a [Dixit Ieremias. Domine demōstrasti mihi.] A principio hui⁹ capituli reuocat popul⁹ Iudaic⁹ p ppphetā à legis trāsgressione. In hac verò lectiōe quæ i fine ip̄si⁹ capituli posita ē: plāgit ppheta imminentē ex hoc sibi iniuriā dicēs. b. [Tu aūt dn̄e demōstrasti mihi & ego cognoui.] Certitudinaliter per tuā reuelationē & quid sit illud, subditur. c [Ostendi

sti mihi studia eorū.] quia p vias occultas quærebāt interficere eū, ideò subditur. d [Et ego quasi agnus māsuet⁹. & nō cognoui.] s. ante reuelationē tuā factam mihi. e [Quia cogitauerūt super me cōsilia] q̄ subditur. f [Dicētes.] istud nō est de textu, sed intelligit. g [Mittamus lignū in panē eius &c.] est eīm in terra illa arbor nomine taxus venenata & inde dicit toxicum id est venenū, & toxico as, are. i. venenare. Et de veneno illi⁹ arboris minutatim inciso volebāt ponere in cibo Ieremiæ: q̄ noīe panis intelligit vt sic moreretur: & ampli⁹ eos nō argueret. h [Tu aūt dn̄e sabaoth.] i. exercituū, p quod angeli designātur. i [Videā vltionem tuā ex eis.] hoc nō dicebat zelo vindictę: sed amore iustitiæ, & maximè quia volebant verbū diuinū impedire. k [Tibi eīm reue. causam meā] hoc est nō quæro ex ipsis iustitiā fieri mihi p iudices tēporales, cū illi essent forsitā ipsius prophetæ maximè inimici. & odio ducti nō ministrassēt iustitiā debitā sed tibi. l [Dn̄e deus meus] qui es scrutans corda & renes.

QVAESTIO LXXVI.

SVper verbis epistolę feriæ iij. post domi. in palmis quæ habentur Iere. xj. scilicet quasi agnus māsuetus, qui portatur ad victimā. Orit quæstio de Christo de quo intelligūtur verba. Verū Christus passus fuerit secundū appetitū intellectiuū? Arguitur quòd nō: nihil idē & secundū idē de eodē gaudet & tristatur. Sed aīa Christi secūdū appetitū rōnis gaudebat de doloribus & passiōib⁹ quas corp⁹ Christi patiebat alioq nō mereretur, ergo secūdū illū nō patiebat. In oppositū: maior est vnio potētiarū animę in ipsa aīa quā sit mēbrorū corporis ī ipso corpore. Sed patiēte vno mēbro, cōpatiunt & cæteræ: ergo si patit potētia sensitiua, patit intellectiua. Ad arg. dicit quòd nō impedit quin aīa gaudeat de aliquo, vt rō & cōtristet, vt natura, p eo q̄ aliquid pōt repugnare volūtati secūdū appetitū naturalē, & ei cōsonare secūdū appetitū deliberatiuū. frequēter eīm voluntate liberi arbitrij refugimus, q̄ natura appetit, & appetimus quę natura refugit. Ad q. rn. est secūdum magistrū Nicolaū de orbellis. iij. sen. dist. xv. q̄d Christus nō tātū fuit passus quātū ad appetitū sensitiuū in quo fuit maxim⁹ dolor: quia cū esset optimè cōplexionatus, sensus tact⁹ ipsius erat maximè pceptiu⁹ obiecti discōuenientis: sed etiā quātū ad appetitū intellectiuū. licet eīm volūtas eius, vt libera nō pateret inquātū immediatè ferebatur in deū, nec etiā inquātū volebat pati p salute humana, p istā passionē liberè acceptādo, patiebatur tamē & tristabatur inquantū ipsa passio cōditionaliter nolita. videlicet si aliter diuinū beneplacitum posset adimpleri. tristabatur etiā de dubietate apostolorū. ideò dico q̄ anima Christi secundum vtrāq; portionē tristabatur. s. superiorē & inferiorem, quia apprehenderat obiectū discōuenientias naturaliter & conditionaliter voluntati.

Fer. iiij. Le. Isai. prophe. lxij. & lxiij. c.

HAec dicit dn̄s deus.[a] Dicite filię Syō.[b] Ecce saluator [c] tu⁹ venit.[d] Ecce merces eius cū eo, & opus eius corā illo [e] & vocabūt [f] eos [g] populus sanctus, redēpti à dn̄o [h] tu autē [i] vocaberis quæsita ciuitas, [k] & non derelicta. [l] Quis est iste, [m] qui venit de Edō. [n] tinctis vestibus [o] de Bosra? [p] iste formosus in stola sua [q] gradiens in multitudine fortitudinis suæ. [r] Ego qui loquor iustitiā, [s] & propugnator sum ad saluādū. [t] Quare ergo rubrū est indumētū tuū, & vestimēta tua sicut calcātiū in torculari? [v] Torcular calcaui solus, [x] & de gētib⁹ nō est vir mecū. [y] Calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea. [z] Et aspersus est sanguis eorū super vestimēta mea, & oīa indumēta mea inquinaui. [a] Dies enim vltionis [b] in corde meo, [c] annus retributionis meæ venit. [d] Circūspexi & non erat auxiliator, q̄siui, & nō fuit qui adiuuaret. [e] Et saluauit mihi [f] brachiū meum, [g] & īdignatio mea [h] ipsa auxiliata est mihi. [i] Et cōculcaui populos in furore meo, [k] & inebriaui eos ī indignatiōe, [l] & detraxi in terrā virtutē eorū. [m] Miseratio nū dn̄i recordabor, laudē dn̄i super oībus q̄ reddidit nobis dn̄s deus noster.

Ecce saluator. Iesus benedict⁹ generis humani saluator nūcupat ac redēptor dicit. & nō alia psona indiuinis. Nā illi soli opus redemptiōis attribuit: vnde Isid. lib. j. c. xv. de redemptione ait. Venit medicus, putrefecit vulnus. cōposuit semet ipsum: & de sua morte nobis medicinā aptauit.

POSTILLA.

HÆc dicit dn̄s deus. Dicite filię Syō. &c. In c. præc. q̄d est lxj. ostēdit clemētia saluatoris in cōsolationibus & bn̄ficiis ecclesię exhibitis. In hoc autē capitulo & cōsimilibus ostēditur eius potētia. Et ponitur principiū hui⁹ lectiōis in fine hui⁹ capituli residuū verò lectiōis ab illo loco. Quis est iste q̄ &c. Et est totū de c. lxij. dicitur ergo. b [Dicite filiæ Syō.] i. cōgregationi fideliū. c [Ecce saluator tuus venit.] i. veniet ad iudiciū sicut p incarnationē iā venit in mūdū. d [Ecce merces ei⁹ cū eo &c.] ad reddēdū pœnā & pmiū, secundū merita & demerita hoīm. e [Et vocabūt] sicut angeli sancti, q erūt executores diuini iudicij. f [Eos] s. electos. g [Popul⁹ sanct⁹ &c.] eos ad gloriā deducēdo. h [Tu autē.] i. ecclesia. i [Vocaberis ciuitas quęsita.] s. à dn̄o & angelis sanctis. k [Et nō derelicta] in manibus dæmonū cū reprobatis. l [Quis est iste, qui venit de Edom &c.] doctores catholici cōiter exponunt istud de Christo post

Filius dei venit in mundū ad incarnandū, in anīmā ad mūdādum, in mundū ad iudicādū.

passionem suá redeunte ad patré. Quis est iste &c. verbú est angelorú, Christú ascédété admi rantiú, & de eius mysteriis plenius doceri & illuminari petentiú. Aliter tamé quia secundum Iére. est verbú angelorú inferiorú quærentiú edoceri à superiorib⁹ secúdú Diony. veró vij. c. cælestis hierarchiæ est verbú omniú: q a etiá supremi angeli quæsierút de prædictis plenius edoceri. Sed istis videtur obuiare dictú Aug. super Ge. ad literá, vbi dicit quòd angeli i princi pio cognouerút omnia mysteria gratiæ fiéda. Cui dicto respondet ab aliis, qd licet cognoue rint dicta mysteria in generali, nó tamé quátú ad oés quæstiones particulares: & de istis quæsierút plenius edoceri. [Quis est iste qui venit de Edó &c.] intelligéd⁹ est loc⁹ vnde Christus ascendit, scilicet mons oliueti vel Ierusalé quæ est iuxta eú. [Et aspersus est sanguis eorú sup vestiméta eorú.] Verbú est Christi de sua passióe loquétis & aspersus est sanguis eorú. i. sanguis me⁹, qui dicitur sanguis eorú, eo quòd fuit effusus ꝑ procurationé Iudæorú. Vel expó nendo literá de Christo & antichristo in fine múdi. s. de victoria quam accipiet Christus ab omnibus, nó de ipso antichristo & ꝓpter qué côuertentur oés Iudæi ad fidem Christi. Quis est iste,]i. quàm victoriosus. m [Qui venit de Edó] de Ierusalem ciuitate munita, in qua antichristus sedebit in templo tanquam sit deus. n [De Bosra.] Ad euidentiá huius literæ côsyderádú est quod Edó & Bosra in Hebræo sunt aliquádo nomina ꝓpria, & aliquádo appellatiua. Edó est nomen filij Isaac, qui alio nomine vocatur Esau. Gen. xxv. Et etiá terræ multæ ab eo fuerút denominatæ, quæ latiné dicunt Idumea. Bosra veró vel potius Bisra] sic enim scribitur in Hebræo] nomé est ciuitatis vnde fuit Iacob rex Edó. Gen. xxvij. Prout veró sunt nóia appellatiua Edó significat rubedinem, & Bosra munitioné. o [Tinctis vestibus.] i. rubricatus: sicut dicit infrá. Quare ergo rubrú est indumétum tuum: per hoc designatur interfectio antichristi. qué dñs Iesus interficiet spiritu oris sui in móte oliueti, iuxta Ierusalé. Et loquitur hic propheta de Christo ad modú hominis victoris, cuius vestiméta sunt rubricata sanguine victorú ab eo. p [Iste formosus in stola sua]i. in humanitate sua gloriosa, quæ est quasi vestimentú diuinitatis. ad Philip. ij. ca. In similitudiné hominú factus, & habitu inuétus vt homo. q [Gradiés in multitu. virtutis suæ.] quia tunc apparebit cú angelorum multitudine. Deinde ponitur Christi respósio ad quæstioné prophetæ dútaxat. r [Ego qui loquor iustitiá spiritu oris mei.] s. interficiédo impiú, & magná parté sibi adhærétiú. s [Et ꝓpugnator sum ad saluádú.] s. electos de ꝑsecutione antichristi. Et côsequenter quærit ꝓpheta iterú. t [Quare ergo rubrú est induméntú tuú. &c.] & patet ex dictis sententia. Et subditur Christi respósio. dicentis. v [Torcular calcaui solus.] Accipitur hic continens pro contento scilicet torcular pro vinis in torculari calcatis, per quas hic intelligit antichristus, & satellites eius. x [Et de gentibus nó est vir mecum.] quia nullus de hominibus poterit deucere antichristú. y [Calcaui eos in furore meo.] i. in vindicta iustitiæ meæ. z [Et aspersus est sanguis eorú super vestiméta mea &c.] Et patet ex dictis sententia. a [Dies enim vltionis.] s. sanctorú de imperio antichristi interfectorú. b [In corde meo.] s. est firmiter disposita. c [Annus retributionis meæ venit] reddendo, sibi & satellitibus suis pœnam debitam pro peccatis. Vel aliter annus tribulationis. i. iudicij generalis. d [Circúspexi, & non erat auxiliator.] Exponatur sicut suprá, de gentibus, non est vir mecú. e [Et saluauit mihi.] i. electos meos de persecutione antichristi. f [Brachiú meum.] s. poténtia mea. g [Et indignatio mea.] cótra antichristi mala. h [Ipsa auxiliata est mihi.] i inquátú est de esséntia diuinæ iustitiæ ꝓcedet ista vindicta. Loquit hic propheta de futuro, per modú præteriti, vt frequenter fit in prophetis, propter certitudinem prophetiæ. i [Et côculcaui populos.] antichristo adhæréntes. k [Et inebriaui eos &c.] auferéndo eis sensum & potentiá euadendi. l [Et detraxi virtutem eorum in terram.] ambulando post antichristú. m [Miserationú domini recordabor]Hic in fine huius lectionis ponitur finalis côuersio Iudæorum ad Christum. Vbi primò pro gratia impetranda recolútur beneficia antiqua, deinde ponitur in prosecutione capituli: sed nó in hac lectione eorum deuota petitio. Et est de se patens litera vsq; in finem.

QVAESTIO LXXVII.

SVper verbis epistolæ feriæ v. post do. in ramis, quæ habentur Isai. lxij. Ecce saluator tuus venit. i. Christus ad saluádú per eius mortem. Oritur quæstio de ipso Christo. Vtrú pro redemptione humani generis alia Christi passio quá mors suffecisset? Arguitur quòd sic. ait Bernardus. Vna gutta sanguinis Christi fuisset sufficiés pretiú nostræ redéptionis. sed aliquid de sanguine Christi effusum in Christi crucifixióe, ergo nó oportebat quòd vlterius pateretur. In oppositú ad Gal. ij. si ex lege est iustitia: ergo Christ⁹ mortu⁹ est gratis: id est inutiliter & sine causa, sed si alia passio fuisset sufficiés sine morte, Christ⁹ gratis mortu⁹ esset, quod dicere est incôueniés: ergo alia passio Christi sine morte ad redéptionem generis humani nó suffecisset. Ad argumétú dicit quòd verú est côsyderata côditione ꝑsonæ, nó tamé cô. yderato grauamine pœnæ ad quá genus humanú erat obligatú ꝓpter peccatú, decebat enim, vt nos de morte per morté redimeret. Ad quæstioné respondendú est secundú magistrú Io. de turre cremata in quæstionibus super euangelia, per vná conclusionem. passio. Christi sine morte, licet suffecisset ad redéptionem, humani generis, côsyderata côditione personæ, nó tamé cô.

Edom & bosra quandoque sunt nomina.

Côtinens pro côtento.

ſyderato genere pœnæ ad quam humanum genus propter peccatũ obligatũ erat, homo erat debitor mortis, Chriſtus reparator, igitur.

Eodem die. Lectio Eſaiæ prophetæ liij.

Dñe q. c. a. n. Eccleſia de oſb[9] de Chriſto loquentibus (niſi in veritate loquant) minus credere debet. ſaluator i euãg. præcauere docuit Mat. xxiiij. Multi eñ veniẽt in noĩe meo dicentes, Ego ſum Chriſtus.

IN diebus illis. [a] Dixit Iſaias. [b] Domine quis credidit † auditui noſtro, [c] & brachium domini [d] cui reuelatũ eſt. [e] Et aſcendit [f] ſicut virgultum corã eo, [g] & ſicut radix [h] de terra ſitienti. [i] Non eſt [k] ſpecies ei neque decor. [l] vidimus eum, & non erat aſpectus. [m] Et deſyderauimus eum deſpectũ [n] & nouiſsimum virorum, [o] virum dolorum [p] ſcientem infirmitatẽ. [q] Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. [r] Vnde nec reputauimus eum. [s] Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. [t] Et nos putauimus eũ quaſi leproſum, [v] & percuſſum à Deo & humiliatũ. [x] Ipſe autem [y] vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: & liuore eius ſanati ſumus. [z] Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. [a] Et poſuit dominus in eo iniquitatẽ omniũ noſtrũ. [b] Oblatus eſt, [c] quia ipſe voluit [d] & nõ aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & quaſi agnus corã tõdente ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ. [e] De anguſtia [f] & de iudicio [g] ſublatus eſt. [h] Generationẽ eius quis enarrabit, [i] quia abſciſſus eſt de terra viuentium, [k] propter ſcelus populi mei [l] percuſsi eũ. [m] & dabit impios pro ſepultura, & diuitẽ pro morte ſua [n] eo quòd iniquitatẽ non fecerit, neque dolus inuentus fuerit in ore eius: [o] & dominus [p] voluit cõterere eũ in infirmitate. [q] Si poſuerit ꝓ peccato animã ſuã, [r] videbit ſemẽ lõgæuũ, [s] & volũtas domini [t] in manu ei[9] dirigetur. [v] Pro eo quòd laborauit anima eius, [x] videbit [y] & ſaturabitur. [z] In ſciẽtia ſua [a] iuſtificabit ipſe iuſtus ſeru[9] me[9] [b] multos, [c] & iniquitates corũ [d] ipſe portabit. [e] Ideo diſpartiã ei plurimos, [f] & fortium [g] diuidet ſpolia, [h] pro eo quòd tradidit [i] in mortem animã ſuã, & [k] cum ſceleratis reputatus eſt. [l] Et ipſe peccata multorum tulit, [m] & pro tranſgreſſoribus orauit.

Pãſſ non eſt quod dã creatũ: ſed inuẽtũ. Ideo pãſſ ita Deus odio eſt proſecut[9] quod pro ipſo deſtruendo mori Chriſtũ voluit.

POSTILLA.

IN diebus illis. Dixit Iſaias. Domine quis credidit auditui noſtro] Hæc lectio in principio eſt capituli, & tangitur in ea vnum remediũ pro Iudæis percipiendi fructum redẽptionis Chriſti cuius paſsio ſufficit ad delẽdum omne peccatũ, quãtum eſt ex ſe, dicẽs. b [Domine quis credidit auditui noſtro.] i. paſsiõis Chriſti myſterio, qđ ego & alij ꝓphetæ audiuim[9] à ſpiritu ſancto. Prȩuidit eñ Iſaias ꝓpheta Iudæos pro maiori parte nõ credituros ſecũdum quòd dicitur Io. xij. Cũ autẽ tanta ſigna feciſſet corã eis, nõ credebãt in eum, vt ſermo Iſaiæ impleretur quẽ dixit. Domine quis credidit auditui noſtro &c. Et ſeqtur. Propterea nõ poterãt credere quia iterũ dicit Iſaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt nõ videãt oculis & nõ intelligãt corde, & cõuertantur & ſanẽ eos. Et ſtatim ſequitur. Hæc dicit Iſaias qñ vidit gloriã eius & locutus eſt de eo. c [Et brachium domini.] i. filius. d [Cui reuelatum eſt] quaſi diceret, paucis valde & incõplete. e [Et aſcẽdit] Hic cõſequenter ꝓſequitur dicẽdo rẽ per ordinem, & primo quãtum ad modum naſcendi, cum dicitur & aſcendit. f [Sicut virgultum corã eo.] i. corã deo patre. g [Et ſicut radix.] ſurſum fructificãs. h [De terra ſitienti.] i. de virgine nõ humectata vel fœcundata humano ſemine. i [Nõ eſt] hic cõſequenter ponit ordinem ſuum quãtum ad tolerãtiã patiẽtis. Et primò deſcribitur ei[9] paſsio ignominioſa. Secũdò nobis fructuoſa ibi. Ipſe autẽ. Tertiò ſibi finaliter glorioſa, ibi. De anguſtia. Circa primũ aũt dicit. Nõ eſt. k [Species ei neq; decor.] quãuis eñ ſecundũ veritatẽ Chriſtus in humanitate aſſumpta fuerit ſpecioſus præ filiis hominũ pſ. xliiij. tñ iſta ſpecioſitas fuit deturpata alapis in facie eius, inflaturã & liuorem cauſantib[9], & ſputis eã fœdãtibus. l [Vidimus eũ & nõ erat aſpectus.] quia præ horrore auertebãt hoĩes faciẽ. m [Et deſyderauimus eũ deſpectum.] Hic loquit̃ in perſona ſui ꝓpheta, & aliorũ ſanctorum aduentum Chriſti deſyderãtium, ſecũdum q̃ dicit̃ Mat. xij. Multi ꝓphetæ & iuſti deſyderauerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderũt &c. n [Et nouiſsimũ virorũ.] i. valde abiectum. o [Virum dolorũ.] multi & magni doloris expertum paſsiuè, ſicut vir ſanguinũ dicit̃ qui eſt effuſor multi ſanguinis actiuè. p [Et ſciẽtem infirmitatẽ.] ſ. carnis ꝑ experientiã: abſq; tñ peccato. q [Et quaſi abſcõditus vultus eius.] præ verecundia. r [Vnde nec reputauimus] nõ tãtũ. ſ. ſaluatorem, ſed nec etiã alicui[9] valoris hominẽ. Et loquitur hic ꝓpheta in pſona Iudæorum tẽpore Chriſti exiſtẽtiũ, & cõnumerat ſe eis, in

Dicit̃ credere Deũ, Deo, & in Deum.

Paſsio xp̃i ignominioſa: qa nõ ꝑ ſuo ſed pro alio vitio, eſt paſſus, ab oĩbus, corã omnibus, & inter maleſactores.

Locutio in perſona Iudæorum.

quãtũ erat de populo Iudaico, sicut Daniel cõnumerat se peccatoribus enormibus qui fuerunt in regno Iud. ix. c. quãuis particeps non fuisset. s [Verè lãguores no. ipse tu.] i. infirmitates carnis, vt famẽ, sitim & similia, quæ verè fuerũt in eo sicut & humanitas vera. t [Et nos puta. eũ, qua. lepro.] i. vilẽ & abominabilem, ad modum leprosi. v [Et percussum à deo, & hum.] pter peccata sua ppria, imposuerũt enim ei Iudæi q haberet dæmoniũ, & q subuertebat populũ, & multa alia crimina, vt patet ex discursu euãgeliorũ. x [Ipse autẽ.] Hic cõsequenter ostẽditur passio Christi, nobis fructuosa, quia nõ passus fuit p peccatis suis, sed p peccatis nostris expiãdis: & hoc est qd dicitur, ipse aũt. y [Vulneratus est pro. ini. nost.] & est patẽs litera. z [Omnes qua. oues erra.] quia nullus quãtũcunq; iustus põt euitare omninò peccatũ saltem veniale. a [Et po. do. in eo ini. om. nost.] i. pœnã pro iniquitatibus omniũ expiãdis. Et quia Christus hãc pœnã ex maxima charitate sustinuit, ideo subdit. b [Oblatus e.] s. ad passionẽ. c [Quia ipse vol.] pter obedientiã dei patris & liberationẽ humani generis. d [Et non aper. os suũ] verbis recalcitrãdo & iniurias p iniuriis reddẽdo, sed magis corã falsè accusantibus & iniustè iudicãtibus tacendo, sicut patet ex euãgeliis. Cætera verò pateant vsq; ad hũc locum. e [Et de an.] Hic cõsequenter ostenditur eius passio finaliter gloriosa, quia p eã trãsiit ad resurrectionis gloriã. Luc. vlt. oportuit pati Christum & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriã suam: & hoc est qd dicitur de angustia. s. mortis. f [Et de iu.] quo oẽs descẽdẽtes ex diuina sentẽtia detinebãtur in lymbo. g [Sublatus est] per potẽtiã suæ resurrectionis. h [Gene. eius quis enar.] qd Iero. super Mat. intelligit de generatione diuinitatis, quæ inenarrabilis & incõprehensibilis est nõ tãtum ab hominibus sed etiã ab angelis Ambro. impossibile est scire generationis sacramentum: mẽs deficit, vox silet, nõ mea tantum sed etiã angelorum. Videt tamẽ mihi saluo meliori iudicio, q melius exponatur de generatione tẽporali, p multiplicationẽ fideliũ: ideo subdit. i [Quia absc. est de ter. vi.] p mortem corporalem, ad q̃ secuta est multiplicatio fideliũ, secundũ qd dicit Io. xij. Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuũ fuerit, multũ fructum affert. Ad generationem verò æternã filij nõ videntur habere aliq̃ cõuenientiã iuxta illud q dicit qa abscisus est &c. k [Propter sce. po. mei] expiãdum. l [Percussi eũ] i. pcuti pmisi. m [Et dabit im. p sepul. &c.] i. Iudæos ipsos & auaros dabit in manibus Romanorum, in pœnã mortis suæ, qd tempore Titi fuit adimpletum. n [Eò q ini. nõ fe. &c.] & sic mors eius nõ fuerat punitione digna. o [Et do.] s. pater. p [Voluit cõte. eum. in infir.] s. carnis qa q diuinitas patiatur est impossibile. q [Si posue. p pec. ani. suã.] accipitur s p qa, quia Christus posuit animã suã p peccato mundi. r [Videbit sem. lon.] i. multiplicationem fidelium, qui sunt semẽ Christi, & hæc multiplicatio secuta est ad mortẽ eius, vt præ dictum est. s [Et vol. do] s. de salute mundi. t [In manu eius diri.] i. p ipsum cõplebit. v [Pro eo q labo. anima eius.] ieiunãdo, vigilãdo, prædicando, mortem sustinendo. x [Videbit] resurrectionem suã. y [Et saturabitur.] Tunc enim, & nõ antè habuit gloriã in morte, & sic fuit satiatus ex oĩ parte. z [In scientia sua.] diuina & humana. [Iustif. ipse &c.] qa nullus iustificabitur nisi p Christũ: sed qa multi reddunt se indignos, i. eo dr hic. b [Multos.] i. nõ oẽs. c [Et ini. eor.] i. pœnã p iniquitatibus. d [Ipse porta.] ex obedientia ad patrẽ & charitate ad hominem. e [Ideò disper. ei plu.] i. reddã eis plures de gentibus, q̃ crediderunt de Iudæis. f [Et fortium.] i. dæmonum de quorum fortitudine dr Iob. xl. Nõ est potestas sup terrã, quæ cõparet ei &c. g [Diui. spo.] s. extrahendo pres de lymbo, q fecit Christus in sua resurrectione. h [Pro eo q trad. ani. suã] ex maxima charitate. i [In mortem] valde acerbã, & cum hoc cõiusibilem, ideo subditur. k [Et cum sce. rep. est: quia inter latrones fuit crucifixus, vt per hoc particeps maleficiorum à vulgaribus reputaretur. Ad hoc enim impetrauerunt Iudæi à Pilato, vt duo latrones cum eo crucifigerentur: sed ex dei ordinatiõe etiã hoc factũ est vt hæc scriptura adimpleretur. Marc. xv. l [Et ipse. pec. mul. tu.] nõ quãtũ ad efficaciã eõn, sed bene q̃tum ad sufficientiã. m [Et pro tr. ãsg. or.] Lucæ xxiij. Pater ignosce illis &c. Et ex hoc patet expositio Rabi tal. quia populus Iudaicus nõ orat p gentibus imo quotidie orat p destructiõe Romani imperij, & maximè post aduentum Christi, & eius resurrectionem semper nisus est destruere discipulos Christi secundum quod dicit Iero. Et per discipulos possumus intelligere omnes Christianos.

Christus sumpsit nostros defectus nõ oẽs sed illos qui decebãt ad redimẽdum genus humanum.

Passio xpi quomodo dicit gloriosa.

Christus dicit granu frumẽti.

QVÆSTIO LXXVIII.

SVper verbis epistolæ siue lectiõis eiusdem diei quæ habetur Isa. liij. s. Oblatus est quia ipse voluit. Oritur quæstio de voluntate Christi, vtrum voluntas humana in Christo aliud voluerit quam deus voluerit. Arguitur quòd non, anima Christi habuit perfectissimam charitatem. Sed charitatis est facere quòd homo idem velit quod deus: ergo voluntas humana in Christo nõ aliud voluit quam diuina: In oppositum Luc. in persona Christi loquens, dicit. Non mea voluntas sed tua fiat. Igitur. Ad argu. dicitur quod conformitas voluntatis humanæ ad voluntatem diuinam attenditur, secundum voluntatem rationis nõ secũdum voluntatem sensibilitatis. Ad q. respõ. est secũdum magi. Io. de turre cre. vbi suprã. per duas cõclusiones. Prima voluntas humana sensibilitatis & voluntas rationalis, vt natura in Christo voluit aliud quam voluntas diuina volebat in ipso. Secunda cõclusio. voluntas rationalis quæ est p modum rationis semper idẽ volebat quod deus.

Feria v. in cæna domi. Lect. epiſt. beati Pau. apoſt. j ad Corin. xj. ca.

FRatres. [a] Conuenientibus [b] vobis in vnum, [c] iam non eſt dominicam cænã manducare: [d] vnuſquiſq; enim ſuam cænam præſumit ad manducandum. [e] Et alius quidem eſurit, & alius autem ebrius [f] eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? [g] Aut eccleſiam dei contẽnitis. [h] & confunditis eos qui non habent? [i] Quid dicã vobis? [k] Laudo vos? [l] in hoc non laudo. [m] Ego enim accepi à domino [n] quod & tradidi vobis. [o] Quoniã dominus Ieſus [p] in qua nocte tradebatur, [q] accepit panem, [r] & gratias agens [s] fregit, & dixit. [t] Accipite & mãducate. [v] Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur, [x] hoc facite in meã cõmemorationẽ. [y] Similiter & calicẽ [z] poſt quã cœnauit, dicẽs. [a] Hic calix [b] nouũ teſtamentum [c] eſt, in meo ſanguine: [d] Hoc facite, quotieſcunq; bibetis, [e] in meam cõmemorationem. [f] Quotieſcũque enim manducabitis panem [g] hunc, & calicem bibetis, [h] mortem domini annunciabitis [i] donec veniat. [k] Itaque quicunque manducauerit panẽ hunc, & biberit calicem domini [l] indignè, [m] reus erit corporis & ſanguinis domini. [n] Probet autem ſeipſum homo, [o] & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. [p] Qui enim mãducat & bibit indignè, [q] iudicium ſibi manducat & bibit, [r] nõ dijudicans corpus domini: [s] ideo [t] inter vos multi infirmi [v] & imbecilles, [x] & dormiunt multi: [y] quod ſi noſmetipſos iudicaremus [z] non vtique iudicaremur. [a] Dum iudicamur autem, à domino [b] corripimur, [c] vt non cum hoc mundo [d] damnemur.

Et alius eſurit. Saluberrimũ ſacramẽtũ euchariſtiæ: cæteraq; ſacramẽta ieiuno ſtomacho ſumi debẽt niſi neceſsitas aliter vrgeat. Probat de cõſec. diſt. j. c. ſacramẽta altaris niſi a ieiunis hominibus &c.

POSTILLA.

FRatres. Cõuenientibus vobis in vnũ, iã non eſt &c. In hac epiſtola arguit apoſtolus Corinthios, de hoc quòd male ſe habebant circa ſacramẽtũ euchariſtiæ quãtum ad cibũ, quia aliqui eorum prãſi, ſumebãt corpus Chriſti, ſumentes argumentum ex hoc quòd Chriſtus poſt cænã hoc ſacramentũ inſtituit, & diſcipulis dedit. Quod tũc fuit rationabile: quia ibi debuit inchoari veritas, vbi ceſſauit figura. Huius autem ſacramẽti figura, fuit immolatio agni paſchalis, & ideò poſt illius agni eſum, Chriſtus rationabiliter inſtituit hoc ſacramẽtum. Et plures aliæ cauſæ poſſent aſsignari quæ hic omittuntur cauſa breuitatis. Poſtea verò rationabiliter ſtatuit eccleſia in reuerentiam tanti ſacramenti, quòd nõ ſumatur niſi à ieiunis non ſolũ ieiunio eccleſiæ ſed etiam naturæ. Quod ſoluitur per omne illud quod ſumitur per modũ cibi, & potus, ſiue per ſe nutriat vt corpus miſtũ: ſiue etiam cũ alio, ſicut aqua pura, dies autẽ incipit media nocte, & ideò qui poſt mediã noctem aliquid ſumpſerit, dicto modo, redditur nõ idoneus ad ſumendum hoc ſacramentũ. Infirmi tamẽ ab hoc excuſantur. Dicit igitur apoſtolus. b [Cõuenientibus vobis in vnũ.] ſ. ad percipiendum euchariſtiæ ſacramentum. c [Iam nõ eſt dominicam cœnam manducare.] i. nõ licet vobis. Et ſubditur iam cauſa, cũ dicitur poſtea. d [Vnuſquiſq; enim ſuam cænã præſumit ad manducãdum.] ante ſumptionẽ ſacramenti præparabãt enim ſibi ſua cibaria, & portabant ad eccleſiã, comedentes antequã ſumerent ſacramentum, & ſic diuites lautè comedebãt & bibebãt, pauperes autem eſuriebãt: ideò dicit. e [Et alius quidem eſurit &c.] In hoc erat etiã contẽptus eccleſiæ: quæ conſecrata eſt diuinis vſibus propter quod eſt talibus applicanda ideo dicit. f [Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendũ &c.] i. domos non cõſecratas, in quibus debẽt exerceri talia cõuiuia. g [Aut eccleſiã dei cõtemnitis.] Ibi accipitur, aut, pro certè. q. d. certitudinaliter eſt in hoc cõtempt⁹ eccleſiæ. h [Et confunditis eos qui non habent.] ſ. pauperes non habentes quid comederent honeſtè corã tanta multitudine. i [Quid dicã vobis.] ſuper hoc facto. k [Laudo vos.] Interrogatiuè reſpondet. l [In hoc non laudo] imò vitupero. Minus dicendo plus ſignificat. m [Ego enim &c.] Poſtquam apoſtolus repræhendit, eorum errores circa euchariſtiæ celebritatem. Hic conſequenter oſtẽdit huius ſacramenti dignitatem, dicens.] Ego enim accepi à domino] mihi reuelante. n [Quod & tradidi vobis. Quoniã dominus Ieſus &c.] Circa hanc literã eſt ſciendum quòd ſicut in vita corporali, primò eſt generatio. Secundò geniti nutritio: ſic in vita ſpirituali præcedit baptiſmus qui eſt ſpiritualis regeneratio: ſequitur euchariſtia quæ eſt ſpiritualis nutritio. In generatione verò naturali, generãs non coniungitur genito, ſecundùm ſubſtantiam: ſed ſecundũ virtutem. In nutritione verò cibus cõiungitur nutrito ſecundum ſubſtantiam. Et ſimiliter in vita ſpirituali Chriſtus in ſacramẽto baptiſmi ſolum eſt ſecundùm virtutem: ſed in ſacramento euchariſtiæ, quod eſt alimentum ſpirituale, eſt ſecundũ ſubſtantiam. Continetur autem ibi

Corinthiorũ errores repræhẽdit, correctio enĩ fraterna cadit ſub præcepto.

Quomodo Chriſt⁹ eſt in ſacramento Baptiſmi & altaris

quātū erat de populo Iudaico, sicut Daniel cōmunie: at se peccatorib⁹ enormib⁹ qui fuerunt in regno Iud. ix. c. quāuis particeps non fuisset. s [Verè lāguores no. ipse tu.] i. infirmitates carnis, vt famē, sitim & similia, quæ verè fuerūt in eo sicut & humanitas vera. t [Et nos put. eū, qua. lepro.] i. vilē & abominabilem, ad modum leprosi. v [Et percussum à deo, & hum.] pter peccata sua ppria, imposuerūt eīm ei Iudæi q haberet dæmoniū, & q subuertebat populū, & multa alia crimina, vt patet ex discursu euāgeliorū. x [Ipse autē.] Hic cōsequenter ostēditur passio Christi, nobis fructuosa, quia nō passus fuit p peccatis suis, sed p peccatis nostris expiādis: & hoc est qd dicitur, ipse aūt. y [Vulnerat⁹ est pro ini. nost.] & est patēs litera. z [Omnes quasi oues erra.] quia nullus quātūcunq; iustus pōt euitare omninò peccatū saltem veniale. a [Et po. do. in eo ini. om. nost.] i. pœnā pro iniquitatib⁹ omniū expiādis. Et quia Christus hāc pœnā ex maxima charitate sustinuit, ideo subdit. b [Oblat⁹ ē.] s. ad passionē. c [Quia ipse vol.] pter obedientiā dei patris & liberationē humani generis. d [Et non aper. os suū] verbis recalcitrādo & iniurias p iniuriis reddēdo, sed magis corā falsè accusantibus & iniustè iudicātibus tacendo, sicut patet ex euāgeliis. Cætera verò pateat vsq; ad hūc locum. e [Et de an.] Hic cōsequenter ostenditur eius passio finaliter gloriosa, quia p eā trāsiit ad resurrectionis gloriā. Luc. vlt. oportuit pati Christum & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriā suam. & hoc est qd dicitur de angustia. s. mortis. f [Et de iu.] quo oēs descendētes ex diuina sentētia detinebātur in lymbo. g [Sublat⁹ est] per potētiā suæ resurrectionis. h [Gene. eius quis enar.] qd Iero. super Mat. intelligit de generatione diuinitatis, quæ inenarrabilis & incōprehensibilis est nō tātum ab hominibus sed etiā ab angelis Ambro. impossibile est scire generationis sacramentum: mēs deficit, vox silet, nō mea tantum sed etiā angelorum. Videt tamē mihi saluo meliori iudicio, q melius exponatur de generatione tēporali, p multiplicationē fideliū: ideo subdit. i [Quia abs. est de ter. vi.] p mortem corporalem, ad q̄ secuta est multiplicatio fideliū, secundū qd dicit Io. xij. Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit, multū fructum affert. Ad generationem verò æternā filij nō videntur habere aliq̄ cōuenientiā iuxta illud q dicit qa abscis⁹ est &c. k [Propter sce. po. mei] expiādum. l [Percussi eū.] i. peuti pmisi. m [Et dabit im. p sepul. &c.] i. Iudæos īpios & auaros dabit in manib⁹ Romanorum, in pœnā mortis suæ, qd tempore Titi fuit adimpletum. n [Eò q ini. nō fe. &c.] & sic mors ei⁹ nō fuerat punitio sue digna. o [Et do.] s. pater. p [Voluit cōte. eum in infir.] s. carnis qa q diuinitas patiatur est impossibile. q [Si posue. p pec. ani. suā.] accipitur sī p qa. quia Christus posuit animā suā ppec-

Christus sumpsit nostros defe ct⁹ nō oēs sed illos qui decebāt ad redimēdum genus humanum.

Passio xpi quomodo dicit glo riosa.

Christus dicit granū frumēti.

cato mundi. r [Videbit sem. lon.] i. multiplicationem fidelium, qui sunt semē Christi, & hæc multiplicatio secuta est ad mortē eius, vt prædictum est. s [Et vol. do.] s. de salute mundi. t [In manu eius dīri.] i. p ipsum cōplebit. v [Pro eo q labo. anima eius.] ieiunādo, vigilādo, prædicando, mortem sustinendo. x [Videbit] resurrectionem suā. y [Et saturabitur.] Tunc eīm, & nō antè habuit gloriā in morte, & sic fuit satiatus ex oī parte. z [In scientia sua.] diuina & humana. [Iustif. ipsē &c.] q.a nullus iustificabitur nisi p Christū: sed qa multi reddunt se indignos, ideo dī hic. b [Multos.] i. nō oēs. c [Et ini. eor.] i pœnā p iniquitatibus. d [Ipse porta.] ex obedientia ad patrē & charitate ad hominem. e [Ideò disper. ei plu.] i. reddā eis plures de gentibus, q̄ crediderunt de Iudæis. f [Et fortium.] i. dæmonum de quorum fortitudine dī Iob. xi. Nō est potestas sup terrā, quæ cōpareē ei &c. g [Diui. spo.] s. extrahendo pīes de lymbo, q fecit christus in sua resurrectione. h [Pro eo q trad. ani. suā] ex maxima charitate. i [In mortem] valdè acerbā, & cum hoc cōfusibilem, ideo subditur. k [Et cum sce. rep. est: quia inter latrones fuit crucifixus, vt per hoc particeps maleficiorum à vulgaribus reputaretur. Ad hoc eīm impetrauerunt Iudæi à Pilato, vt duo latrones cum eo crucifigerentur: sed ex dei ordinatiōe etiā hoc factū est vt hæc scriptura adimpleretur. Marc. xv. l [Et ipse, pec. mul. tu.] nō quātū ad efficaciā eīm, sed bene q̄tum ad sufficientiā. m [Et pro tr. &g. or.] Lucæ xxiij. Pater ignosce illis &c. Et ex hoc patet expositio Rabi tal. quia populus Iudaic⁹ nō orat p gentilibus imo quotidie orat p destructiōe Romani imperij, & maximè post aduentum Christi, & eius resurrectionem semper nisus est destruere discipulos Christi secundum quod dicit Iero. Et per discipulos possumus intelligere omnes Christianos.

QVAESTIO LXXVIII.

Super verbis epistolæ siue lectiōis eiusdem. diei quæ habetur Isa. liij. s. Oblatus est quia ipse voluit. Oritur quæstio de voluntate Christi, vtrum voluntas humana in Christo aliud voluerit quam deus voluerit. Arguitur quòd non, anima Christi habuit perfectissimam charitatem. Sed charitatis est facere quòd homo idem velit quod deus: ergo voluntas humana in Christo nō aliud voluit quam diuina. In oppositum Luc. in persona Christi loquens, dicit. Non mea voluntas sed tua fiat. Igitur. Ad argu. dicitur quòd conformitas voluntatis humanæ ad voluntatem diuinam attenditur, secundum voluntatem rationis nō secūdum voluntatem sensibilitatis. Ad q. respō. est secūdum magi. Io. de turre cre. vbi suprà per duas cōclusiones. Prima voluntas humana sensibilitatis & voluntas rationalis, vt natura in Christo voluit aliud quam voluntas diuina volebat in ipso. Secunda cōclusio. voluntas rationalis quæ est p modum rationis semper idē volebat quod deus.

Feria v.in cæna domi. Lect. epiſt. beati Pau. apoſt. j ad Corin. xj. ca.

FRatres. [a] Conuenientibus [b] vobis in vnum, [c] iam non eſt dominicam cænã manducare: [d] vnuſquiſq; enim ſuam cænam præſumit ad manducandum. [e] Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius [f] eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? [g] Aut eccleſiam dei contẽnitis, [h] & confunditis eos qui non habent? [i] Quid dicã vobis? [k] Laudo vos? [l] in hoc non laudo. [m] Ego enim accepi à domino [n] quod & tradidi vobis. [o] Quoniã dominus Ieſus [p] in qua nocte tradebatur, [q] accepit panem, [r] & gratias agens [s] fregit, & dixit. [t] Accipite & mãducate. [v] Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur, [x] hoc facite in meã cõmemorationẽ. [y] Similiter & calicẽ [z] poſt quã cœnauit, dicẽs. [a] Hic calix [b] nouũ teſtamentum [c] eſt, in meo ſanguine: [d] Hoc facite, quotieſcunq; bibetis, [e] in meam cõmemorationem. [f] Quotieſcũque enim manducabitis panem [g] hunc, & calicem bibetis, [h] mortem domini annuntiabitis [i] donec veniat. [x] Itaque quicunque manducauerit panẽ hunc, & biberit calicem domini [l] indignè, [m] reus erit corporis & ſanguinis domini. [n] Probet autem ſeipſum homo, [o] & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. [p] Qui enim mãducat & bibit indignè, [q] iudicium ſibi manducat & bibit, [r] nõ dijudicans corpus domini: [s] ideo [t] inter vos multi infirmi [v] & imbecilles, [x] & dormiunt multi: [y] quod ſi noſmetipſos iudicaremus [z] non vtique iudicaremur. [a] Dum iudicamur autem, à domino [b] corripimur, [c] vt non cum hoc mundo [d] damnemur.

Et alius eſurit. Saluberrimũ ſacramẽtũ euchariſtiæ: cæteraq; ſacramẽta ieiuno ſtomacho ſumi debẽt niſi neceſsitas aliter vrgeat. Probat de cõſec. diſt. j. c. ſacramẽta altaris niſi a ieiunis hominibus &c.

POSTILLA.

FRatres. Cõuenientibus vobis in vnũ, iã non eſt &c. In hac epiſtola arguit apoſtolus Corinthios, de hoc quòd male ſe habebant circa ſacramẽtũ euchariſtiæ quãtum ad cibũ, quia aliqui eorum prãſi, ſumebãt corpus Chriſti, ſumentes argumentum ex hoc quòd Chriſtus poſt cænã hoc ſacramentũ inſtituit, & diſcipulis dedit. Quod tũc fuit rationabile: quia ibi debuit inchoari veritas, vbi ceſſauit figura. Huius autem ſacramẽti figura, fuit immolatio agni paſchalis, & ideò poſt illius agni eſum, Chriſtus rationabiliter inſtituit hoc ſacramẽtum. Et plures aliæ cauſæ poſſent aſsignari quæ hic omittuntur cauſa breuitatis. Poſtea verò rationabiliter ſtatuit eccleſia in reuerentiam tanti ſacramenti, quòd nõ ſumatur niſi à ieiunis non ſolũ ieiunio eccleſiæ ſed etiam naturæ. Quod ſoluitur per omne illud quod ſumitur per modũ cibi, & potus, ſiue per ſe nutriat vt corpus mixtu: ſiue etiam cũ alio, ſicut aqua pura, dies autẽ incipit media nocte: & ideò qui poſt mediã noctem aliquid ſumpſerit, dicto modo, redditur nõ idoneus ad ſumendum hoc ſacramentũ. Infirmi tamẽ ab hoc excuſantur. Dicit igitur apoſtolus. b [Cõuenientibus vobis in vnũ.] ſ. ad percipiendum euchariſtiæ ſacramentum. c [Iam nõ eſt dominicam cœnam manducare.] i. nõ licet vobis. Et ſubditur iam cauſa, cũ dicitur poſtea. d [Vnuſquiſq; enim ſuam cænã præſumit ad manducãdum.] ante ſumptionẽ ſacramenti præparabãt enim ſibi ſua cibaria, & portabant ad eccleſiã, comedentes antequã ſumerent ſacramentum, & ſic diuites lautè comedebãt & bibebãt, pauperes autem eſuriebãt: ideò dicit. e [Et alius quidem eſurit &c.] In hoc erat etiã contẽptus eccleſiæ: quæ conſecrata eſt diuinis vſibus propter quod eſt talibus applicanda ideo dicit. f [Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendũ &c.] i. domos non cõſecratas, in quibus debẽt exerceri talia cõuiuia. g [Aut eccleſiã dei cõtemnitis.] Ibi accipitur, aut, pro certè. q. d. certitudinaliter eſt in hoc cõtemptꝰ eccleſiæ. h [Et confunditis eos qui non habent.] ſ. pauperes non habentes quid comederent honeſtè corã tanta multitudine. i [Quid dicã vobis.] ſuper hoc facto. k [Laudo vos.] Interrogatiuè reſpondet. l [In hoc non laudo] imò vitupero. Minus dicendo plus ſignificat. m [Ego enim &c.] Poſtquam apoſtolus repræhendit, eorum errores circa euchariſtiæ celebritatem. Hic conſequenter oſtẽdit huius ſacramenti dignitatem, dicens.] Ego enim accepi à domino] mihi reuelante. n [Quod & tradidi vobis. Quoniã dominus Ieſus &c.] Circa hanc literã eſt ſciendum quòd ſicut in vita corporali, primò eſt generatio. Secundò geniti nutritio: ſic in vita ſpirituali præcedit baptiſmus qui eſt ſpiritualis regeneratio: ſequitur euchariſtia quæ eſt ſpiritualis nutritio. In generatione verò naturali. generãs non coniungitur genito, ſecundùm ſubſtantiam: ſed ſecundũ virtutem. In nutritione verò cibus cõiungitur nutrito ſecundum ſubſtantiam. Et ſimiliter in vita ſpirituali Chriſtus in ſacramẽto baptiſmi ſolum eſt ſecundùm virtutem: ſed in ſacramento euchariſtiæ, quod eſt alimentum ſpirituale, eſt ſecundũ ſubſtantiam. Continetur autem ibi

Corinthiorũ errores repræhẽdit, correctio enĩ fraterna cadit ſub præcepto.

Quomodo Chriſtꝰ eſt in ſacramento Baptiſmi & altaris

cet propriá cõsciētiá diligēter examinãdo,& emundãdo. o [Et sic de pane illo edat & de ca.bi.].tunc fructuosè põt hoc sacramētum sumere. Et est notãdum quia hic fit mētio de duplici specie q in primitiua ecclesia sic dabatur fidelib⁹:sed propter periculũ effusionis sanguinis modo datur tm̃ sub specie panis, sacerdos tñ celebrans accipit sub vtraque specie,nõ tm̃ pro se,sed etiá pro aliis. p [Qui eñ mãducat & bibit indignè],modo supradicto. q [Iudicium sibi mãducat & bibit.] i. ad suã cõdemnationē sumit. r [Nõ diiudicãs corpus dñi.]i. nõ discernēs ab aliis cibis, sed sumēs eodē modo sicut alios cibos. s [Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles &c.]Hic cõsequēter manifestat quoddã dictum.f.q sumēs indigne iudiciũ sibi manducat & bibit. [Ideò.]i.propter indignã eucharistiæ sumptionē. t [Inter vos multi infirmi.]i.puniti diuinit⁹ infirmitate corporali. v [Et imbecilles] lõga valetudine laborãtes. x [Et dormiunt multi]i.sõno mortis corporalis à Deo subito interfecti.Et hoc fuit necesse in primitiua ecclesia,sicut patet de Anania & Saphyra vxore sua:& de istis cũ multis aliis,quos statim Deus puniuit post peccatum eorum:ad terrorē aliorum,queadmodum etiã fecerat ipse deus in principio legis scriptę & in adoratione vituli vbi tot millia perierũt. y [Quod si nosmetipsos diiudicaremus.]conscientias nostras examinãdo,& purgãdo ante assumptionē sacramēti. z [Non vtique iudicaremur]i.puniremur à domino]i. per modũ talē. a [Dũ iudicamur autē à domino.]i.punimur dicto modo. b [Corripimur.]quia talis pœna ad correctionē inducitur,& hoc dupliciter.Vno modo ad correctionē nõ punitorum, quãdo punitio est ad mortem corporalē. Alio modo ad correctionem punitorum,& etiã nõ punitorum.s.quando punitio est per infirmitatem & imbecillitatem. [[Vt non cum hoc mundo.]i. cum hominibus mundanè viuentibus. d [Damnemur.]scilicet æternaliter.

QVAESTIO LXXIX.

SVper verbis epist.in cœna dñi quę habētur j.ad Cor.xj.Dñs Iesus in qua nocte tradebatur &c. Oritur quæstio de tēpore institutionis sacramenti altaris. Vtrum sacramentum altaris fuerit conuenienter institutũ.arguitur q nõ:hoc sacramentum est memoriale passionis Christi,vnde sacramēto instituto Christus dixit,hoc facite in meã cõmemorationem:quod nõ fuit cõueniens hoc sacramētum institui ante Christi passionē.In oppositum Christ⁹ hoc sacramētum instituit, cuius nulla actio potuit nisi cõueniens esse.igitur.Ad arg.dicitur q ans. est verum,tamen cõueniens fuit ipsum institutum ante passionem nõ post,vt ab eis recedēs. quãtum ad esse corporale visibile,cum eis remaneret.quãtum ad esse sacramentale, vt hoc sacramentum instituēdo discipulis ostenderet suã passionē de prope imminerę. ad q.respõd. est secundum Ric.de med.vil.iiij.sent.dist.viij. art.ij.q.iiij.q sic animę vegetatiuę q est forma le principium naturalis vitæ generabilium & corruptibilium,deus indidit pœnitentiá generatiuã,per quã res viuēs efficitur,& augmentatiuã per quã nutritur & in esse cõseruatur quã diu viuit:ita aliquo modo à simili conueniens fuit deum inter sacramenta instituere tria,per quorũ vnum anima efficiatur viuēs vita spirituali & supernaturali:& hoc est sacramentum baptismi & per aliud viuens spiritualiter vita spiritualis augeat & roboretur & hoc est sacramentũ cõfirmationis:& per aliud viuens spiritualiter & in vita spirituali nutriatur & pficiatur.& hoc est sacramētũ eucharistiæ: igit &c.

Feria vj. in parasce. Lectio Ozeæ prophetæ vj. cap.

HAEC dicit dominus deus. [a] In tribulatione sua [b] mane consurgent ad me. [c] Venite & reuertamur ad dominũ, [d] quia ipse cœpit [e] & sanabit nos, [f] percutiet [g] & curabit nos,viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, [h] & viuemus in cõspectu eius [i] sciemus, [k] sequemúrque [l] vt cognoscamus dominũ. [m] Quasi diluculũ pręparatus est egressus eius, [n] & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. [o] Quid faciam tibi Effraim? Quid faciam tibi Iuda? [p] Misericordia vestra quasi nubes matutina,& quasi ros mane trãsiens. [q] Propter hoc dolaui in prophetis [r] & occidi eos in verbis oris mei, [s] & iudicia tua [t] quasi lux egrediens. [v] Quia misericordiam volui [x] & non sacrificium,& sciētiam domini plusquam holocaustum.

In tribulatione Necesse est q hoīs aliqua tribulatione vexētur & affligātur. Quia cum tribulatio accidit domini misericordias recordantur quãdo deũ prius obliuiscebantur: vt habet de Dauid qui otiose viuens adulter factus est.ij Reg. cap.xj.

POSTILLA.

HÆc dicit dñs deus.In tribulatione sua &c.Hic per prophetã ponitur diuinæ misericordię declaratio:Et ostēditur primò quibus misericordia cõcedatur. Secundò quibus denegatur,ibi. Quid faciã tibi Effraim &c.Circa primũ sciēdum q dei misericordia in aduētu Christi fuit declarata propter qđ merito pars illa de aduētu eius ponitur à catholicis & Hebræis diuersimode. Sed omittendo expositionē Hebræorũ quæ falsa est,solam catholicam prosequamur. a [Dicit dñs deus.In tribulatione sua.]i.peccatorum suorũ pœnitētia:quia veris pœnitentibus cõceditur misericordia. b [Mane cõsurgent ad me]& istud fuit tempore Io.Baptistę.

qui prædicauit Baptismũ pœnitentiæ,& multi ad eius doctrinã egerunt verã pœnitẽtiam vt patet in quatuor Euãgelistis. Et dicitur tẽpus eius manè, quia patet ad principiũ tẽporis gratiæ quod dicitur dies. ad Ro. xiij. Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. c [Venite & reuertamur.] Baptizati enim à Ioan. inuitabant alios ad pœnitentiã baptismi. d [Quia ipse cœpit.] In hebræo habetur diripuit. i. temporibus preteritis puniuit nos, quasi in peccatis nostris captos. e [Et sanabit nos.] spiritualiter & temporaliter. f [Percutiet nos.] repetitio est eiusdẽ sententiæ ad maiorẽ assertionẽ. g [Viuificabit nos &c.] quia post duos dies mortis suæ & sepulturę resurrexit Christus. Cuius resurrectio est principiũ resurrectiõis nostræ, ad vitã immortalẽ. j. Cor. xv. Christ⁹ resurrexit à mortuis, primitiæ dormientiũ quoniã per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriũtur, ita in Christo omnes viuificabũtur. Et hęc expositio magis cõsonat literæ quàm præcedẽs quę est Ra. sa. & non fuit hic apposita causa breuitatis, & maximè cùm ista sit verior: & sequitur. h [Et viuemus in cõspectu eius] vita gratiæ: & post ea gloriæ. i [Sciemus.] notitia fidei. k [Sequemurq;.] imitando opera Christi. l [Vt cognoscamus dñm] facie ad faciem videndo. Cõsequenter ponitur modus viuẽdi & conuersãdi, cum dicitur. m [Quasi diluculũ præparatus est egress⁹ ei⁹.] quia ipse lux nostra Io. j. n [Et veniet quasi imber nobis tẽporaneus.] Et in hoc significatur doctrina Christi sub metaphora imbris terrã fœcundãtis. Licèt autem ortus Christi & eius prædicatio & cõuersatio, præcesserit eius mortẽ & resurrectionẽ, tamẽ hic pòst scribitur quia frequẽter in sacra scriptura prius facta scribuntur posteà: vt patet in nouo & veteri testamẽtis. o [Quid faciã tibi.] Hic cõsequenter ostẽditur quibus misericordia dei denegatur dicẽs quod hypocritis & apertè malis. Et ostẽditur hoc j. in duabus domibus. s. Israel & Iuda simul. Secũdo in regno Israel per se. Sed hoc nõ ponitur in pręsenti lectione, neq; in c. præsenti sed sequẽti. Circa primũ dicit. p [Misericordia vestra quasi nubes matutina &c.]. q. d. sicut nubes matutina aliquã do dissoluitur oriẽte sole sine pluuia, & ros matutinus sine humectatione terræ, vt qñ est multũ paruulus, sic misericordia vestra est sine effectu & per cõsequẽs ficta. Et ista hypocrisis notabiliter vguit tẽpore Christi in Iudęis, vt patet ex decursu Euangelij. q [Propter hoc dolaui in prophetis.] i. prophetarũ correctiõe volui eos reducere ad rectitudinẽ, sicut ligna per dolationẽ. r [Et occidi eos in verbis oris mei.] i. occidẽdos prędixi per prophetas q. sunt os meũ, verba mea proferẽdo. s [Et iudicia tua.] i. punitiones tibi inferẽdo. t [Quasi lux egredientur.] id est manifestè apparebunt iusti. v [Quia misericordiã volui.] id est acceptam

Quib⁹ misericordia dei denegatur: & sic misericordia etiã lenietur illis nõ potest nisi pęnitẽt per Deũ. vt patet de Esau & de rege Antiocho

x [Et non sacrificiũ, & scientiã Dei] &c. Sacrificia enim veteris legis nõ erant acceptata de se tantum ex offerentium deuotione, sed ista tamen de se sunt acceptabilia, inquantum sunt bona, de genere tamen non sunt meritoria vitæ æternæ, nisi fiant ex charitate.

QVAESTIO LXXX.

Super verbis lectionis feriæ vj. in parasceuę, quæ habetur Oseæ vj. dictis reuertamur ad dominũ: Oritur quæst. de reuersione peccatoris ad Deũ. vtrũ liberum arbitriũ sine omni gratia gratis data, possit se ad Deũ conuertere & ad gratiã gratum faciẽtẽ se disponere? Arg. quod sic. habetur Zach. j. Cõuertimini ad me dicit dñs & cõuertar ad vos: quod prius cõuertitur homo ad Deũ per aliquã bonã volũtatẽ quàm Deus cõuertatur ad ipsum, cõferẽdo aliquam gratiã, igitur in oppositũ. Aug. in ecclesiasticis dogmatibus ait, nullũ credimus ad salutẽ nisi Deo inuitãte venire, vt Apostolus ait, nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Igitur ad argu. dicitur ꝙ Deus iubet hominem cõuerti ad se, non quia hoc possit homo, nisi pręuentus diuino auxilio. Ad quæst. respõ. est secũdum magistrum Nicolaum de orbellis .j. sen. dist. xxvij. art. ij. ꝙ nõ potest se disponere ad gratiã gratum facientem, nisi per aliquã gratiam gratis datam, comprehendendo sub gratia gratis data non tãtum aliquod habituale, naturalibus superadditum: cuiusmodi est timor seruilis per aliud, sed etiã spiritussanctĩ aliquam spiritualẽ motionem factã per se immediatè, mediãte aliqua creatura: ad hoc enim non sufficit cõsequenter motio primi mouẽtis quam supponeret quælibet actio creaturæ. Io. vj. nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me, traxerit eum: sine autẽ gratia aliquo modorũ accepta vix aut nunquã aliquis habens vsum liberi arbitrij reperitur. igitur.

Eodem die Lect. lib. Exo. xij. cap.

IN diebus illis.[a] Dixit dominus ad Moysen & Aarõ in terra Aegypti.[b] Mẽsis iste[c] vobis principium mensium, [d] primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtũ filiorum Israel, & dicite eis. [e] Decima die mensis huius, tollet vnusquisque agnũ per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum [f] assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui eius: [g] iuxta numerum animarũ, qui sufficere possit ad esum agni. [h] Erit autem agnus † absque macula

Quãdo dominus hęc Moysi dixerit est diuersa opinio.

Erit agn⁹. Hic datur typ⁹ de sa-

cramento altaris: agnus est xps innocens:q est sine macula vera hostia quæ arę crucis sese exhibuit pro pctis nris vt nos ab omni iniquitate mũdaret, & Deo patri acceptabiles efficeret. vnde Ioã. epis. j. ca. ij. ipse pro pctis nostris. Et Paul⁹. Vere languores nostros ipse in corpore tulit.

[i] masculus [k] anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hœdum, [l] & seruabitis eum vsq; ad quartamdecimam diem mensis huius. [m] Immolabítque eum vniuersa multitudo filiorum Israel [n] ad vesperam: [o] & sument de sanguine eius, [p] ac ponent super vtrunque postem, [q] & in superliminaribus domorum, [r] in quibus comedent illum. [s] Et edent carnes nocte illa [t] assas igni, [v] & azimos panes [x] cum lactucis agrestibus. [y] Non comedetis ex eo crudũ quid, [z] nec coctum aqua, sed assum tantum igni. [a] Caput cum pedibus & intestinis eius vorabitis. [b] Et os eius non confringetis. [c] Nec remanebit ex eo quicquam vsque mane: si quid residuũ fuerit igni comburetis. [d] Sic autem comedetis illum, [e] Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus. [f] & comedetis festinanter, [g] est enim phase, id est, transitus domini.

POSTILLA.

IN diebus illis. Dixit dñs ad Moysen &c. Hic inter cõminationem, mortis primogenitorum, & eius executioné interponitur præceptũ de celebratione paschali. quia illa celebratio instituta est in memoriam persecutionis primogenitorum Aegypti, & salutationis filiorũ Israel, nocte sequente diem decimamquartã mensis primi in crastino: exiuerunt filij Israel de Aegypto. Vbi notandum quòd circa immolationem agni paschalis, & alia sacrificia, duo sunt attendenda. Vnum est de præsenti. Status populi, qui designabatur per passionem Christi, quæ in illis præfigurabatur: quia secundùm quod Apo. dicit j. Ad Cor. x. Omnia in figura cõtingebãt illis: & ideo in immolatiõe agni paschalis duplex est sensus. Vnus est status populi exeuntis de Ægypto, & est literalis primus. Alius vero est præfiguratio Christi passuri, qui licet sit vltimus in prosecutione, est tamẽ primus in intentione, sicut finis respectu eorum quæ sunt ordinata ad illum. Sciendum est etiã quòd prima celebratio paschæ & aliæ sequẽtes nõ sunt vniformes in omnibus: nec etiã celebrationes sacramẽtorũ nouæ legis sunt vbiq; vniformes. & maximè quantum ad ea, quæ sunt de solennitate. Vnde in primitiua ecclesia pueri erãt cathecumeni faciendi, deinde Baptizandi: nõ autẽ nunc. Similiter multiplicabantur eo tempore plures baptizati in nomine Christi, qd nunc prohibitũ est, in multis alijs sacramentis variatio-nes factæ sunt ex causis emergentibus. Primo ergo describitur sacrificiũ agni paschalis. Secũdò modus comedendi. circa primũ dicit. a [Dixit quoq; dominus &c.] Hoc autẽ dixit ei secũdum aliquos, anteq̃ Moyses denuntiaret Pharaoni plagã decimã secundũ alios, qd verum videt, dixit ei post. b [Mẽsis iste.] s. Martius apud hebræos vocat Nisan. c [Vobis prin. men.] & dicit vobis qm̃ apud latinos Ianuarius est prim⁹ similiter & apud græcos, similiter etiam apud hebræos ante exitũ ex Ægypto September erat primus: quia in eo creatus fuit mundus, & vsq; ad illud tempus vocabatur primus apud hebræos: & adhuc in plurimis locis ita reperit vocari. d [Primus erit in mensium.] ac si diceretur per hoc intelligi, q̃ ante illud notabile beneficium q̃ deus suo populo præstitit, martius non erat primus mẽsis anni. e [Decima die &c.] Ex ista litera & sequentibus patet, quòd non erat ista immolatio agni & hœdi, sed vna quæ debebat fieri de agno si poterat haberi bono modo & si nõ, tũc poterat fieri de hœdo. Agnus tamen vel hœdus decimotertio die immolandus in singulis domib⁹ præcipitur. hic accipiatur decima die mensis, & seruari vsque ad decimũquartum diem. Et sic debet intelligi præsens litera cum sequẽti. Tamen cessante causa de sollicitudine pro exitu, cessauit effectus talis, videlicet præparatio agni vel hœdi in x. die. f [Assumet vicinum suum.] i. Iudæum: gentilis enim vicinus à Iudęo nõ poterat assumi, quia nullus admittebatur, nisi circũcisus. g [Iuxta numerum animarum &c.] Excipiuntur infirmi qui non possunt comedere carnes sine periculo. h [Erit autẽ agnus sine macula.] Macula quæ est in varietate pellis non intelligitur hic, quia nõ impediebat immolationẽ sed illa quæ erat defectus alicuius partis corporis. i [Masculus.] quia fœmella immolari nõ poterat in hoc sacrificio, sed requirebatur ad hoc sex⁹ masculinus qui est perfect⁹: quia ea quæ sunt perfecta debẽt deo immolari, à quo emanat omnis humana perfectio: tamẽ in aliquib⁹ hostiis & pro peccato bene immolabãtur fœmellæ. k [Anniculus.] i. intra annũ primum. Ab octaua enim die natiuitatis vsq; ad completionem anni, & non pòst poterant immolari. l [Et seruabitis vsque ad decimãquartam diem.] quia talis immolatio erat quædam dispositio ad exitum de Ægypto, q̃ fuit in quintadecima die immane. Et expectabatur immolatio illa vsq; ad vesperam immediate præcedentem diem exitus. m [Immolabítq; eum vniuersa multitudo.] Multitudo enim nõ tenetur hic collectiue, sed magis diuisiue, i. multitudinis quælibet domus nisi quãdo domus erat ita parua, q̃ nõ sufficiebat pro esu totius agni, tũc personæ de duabus domibus simul cõiungebantur vt patet in litera. n [Ad vesperã.] ab hora diei septimã post ortum solis, quæ est post horam primam post meridiem. Nam tunc incipit tendere ad

occaſum,& ab illa hora vſque ad principiũ noctis poteſt immolari phaſe ſecũdũ Hebræos. o [Et ſumẽt de ſanguine eius.]ſ.agni immolati. p [Et ponẽt ſuper vtrũque poſtẽ.]i.ſuper duo ligna intra quę clauditur oſtiũ ſecundũ lõgitudinẽ ſuã. q [Et in ſuperliminaribus] ſuperliminare dicitur lignũ trãſuerſale,quod eſt ſuper poſtes oſtij:& vocatur limen ſuperius domorũ. r [In quibus comedẽt illũ.]In domibus enim in quibus nõ habitabãt homines,ſicut grãgia eſt vel ſtabulũ, non erat ſanguis ponendus. s [Et edẽt carnes]ex hoc dicũt Hebræi quod non eſt eis licitum comedere oſſa vel cartilagines & neruos agni prædicti. t [Aſſas igni.] immolatio enim ſignificabat diſpoſitionẽ populi ad recedẽdũ de Ægypto velociter:& ideò illo modo præcipiuntur decoqui:quo expeditius poteſt fieri. v [Et azymos panes.]eadẽ ratione quia tales panes ſtatim poſſunt fieri ex cõmixtione aquæ & farinæ. x [Cum lactucis agreſtibus.]In Hebræo tamẽ habetur cũ amaritudinibus:& per hoc intelligũtur herbę amaræ indifferẽter nec plus fuit præceptũ de lactucis quàm de aliis herbis.vt dicũt Hebræi.Hoc autẽ fiebat ad deſignãdũ amaritudinẽ,quã filij Iſraël ſuſtinuerũt in ſeruitute Ægypti. y [Nõ comedetis ex eo crudũ quid.] In Hebræo habetur ſemicoctũ:& hoc ad deteſtationẽ idololatriæ præcipiebatur. z [Nec coctũ aqua.]ratione prædicta quia nõ ita expeditè ſicut aſſando. a [Caput cũ pedibus eius & inteſtinis vorabitis.]Et ſic iſta litera ſecundũ Hebræos nõ refertur ad comeſtionẽ, ſed ad aſſationem, de qua immediatè prædicitur:ſed aſſum tãtũ igni.Et ſequitur.Caput cũ pedibus &c.Et eſt ſenſus quod caput de corpore abſciſſum,vel pedes nõ debebãt per ſe aſſari:ſed caput iunctum corpori,& pedes ſimiliter. Inteſtina autẽ amouebãtur,vt lauarẽtur,& lota reponebãtur aſſãda cùm corpore. b [Et os eius nõ cõfringetis.]Hoc non eſt in Hebræo:ſed poſteà eodem cap.eius ſentẽtia ponitur. c [Nec remanebit ex eo quicquam vſq; mane] ad deſignandũ. quòd mane ſine reditu ex Aegypto debebant recedere. d [Sic autem comedetis illum]Hic deſcribitur modus comedendi cum dicitur. e [Renes veſtros accingetis,& calciamẽta habebitis in pedibus,tenẽtes baculos in manibus.]Iſta tria quę hîc exprimuntur deſignãt quòd debeãt eſſe parati ad exeundũ de Aegypto. f [Et comedetis feſtinãter.]ex quo deſignatur quòd deberent ire expeditè & nõ deſidioſe. g [Eſt enim phaſe id eſt tranſitus domini.] Trãſitus domini nõ eſt in Hebræo,ſed eſt expoſitio huius nominis phaſe,quę eſt addita à trãſlatore à trãſitu Ægypti quẽ fecerũt filij Iſrael,vel à trãſitu domini quem fecit per totã Ægyptum,ſcilicet interficiendo omne primogenitum.

QVAESTIO. LXXXI.

SVper verbis lectionis eiuſdem diei quæ habentur Exo.xij.ſic autem comedetis illũ renes veſtros accingetis, habebitis baculos in manibus,cũ lactucis agreſtibus:quæ verba in ſenſu literali intelligũtur de agno paſchali,qui fuit figura ſacramenti altaris,quod eſt comedendũ cinctis renibus,id eſt carnis cõtinentia, tenendo baculũ in manibus,id eſt habẽdo fortitudinẽ animi,cũ lactucis.i.amaritudine peccatorum.Oritur quæſtio de mãducatione corporis Chriſti:vtrũ in hoc ſacramento corpus Chriſti manducetur veraciter? Arguitur quòd nõ,habetur de cõſe.di.ij.c.tribus.§.tanta.in gl. quã cito ſpecies dentibus teritur tã cito in cælũ rapitur corpus Chriſti:ſed nihil verè mãducatur,niſi ſaltẽ deſcendat in ſtomachum:ergo corpus Chriſti veraciter nõ mãducatur.In oppoſitũ Io.vj.dicit Chriſtus,caro mea verè eſt cibus,ſed nõ diceretur cibus niſi veraciter mãducetur,igitur. Ad argumentum dicitur quòd illa glo.intelligẽda eſt.quòd tã diu ſpecies maſticatur quod per digẽſtionẽ quę fit in ore,nõ remanet in ſua forma.Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundum Richard.de media villa iiij.ſent.diſt.ix.art.j.q.j.quod in ſumptione huius ſacramenti eſt quædã mãducatio carnalis: quia comeſtum maſticatur & in ſtomachum trahitur,& poſteà digeritur,& vltimò in ſubſtãtiã mãducantis cõuertitur:& ſic verè mãducatur illa ſpecies ſub qua realiter corpus Chriſti cõtinetur.Eſt alia ſacramentalis,qua corpus verum ſub ſpecie realiter cõtentum ſinitur, & ſic ſumptum corporaliter nõ maſticatur, tamẽ niſi ſpecies tãdiu in ore maſticentur quod per digeſtionem ibi factã corrumpatur in eis forma propria ſed deſcendat in propria forma in ſtomachum:corpus Chriſti in ſtomachum deſcendit quia per deſcenſum ſpeciei ſub qua cõtinetur quamdiu in ea ſpecie propria forma ſaluatur: ſed per virtutem manducantis nõ vnitur manducanti,ſed per ipſum manducãs vnitur ſpiritualiter Chriſto.Et ibi etiã mãducatio ſpiritualis,qua dicitur manducari corpus myſticum, quæ nil aliud eſt quàm ſpiritualiter incorporari corpori myſtico per fidem & charitatem, & talis manducatio non conuenit illis,qui indigne ſuſcipiunt hoc ſacramentum.

In uigil.paſc.Lect.libri Gene.j.

IN principio [a] creauit [b] deus [c] cælũ & terrã. [d] Terra autẽ erat [e] inanis [f] & vacua [g] & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi, [h] & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. [i] Dixitq; deus [k] fiat lux:& facta eſt lux [l] & vidit deus lucẽ quòd eſſet bona, [m] & diuiſit lucẽ à tenebris. [n] Appellauitque lucẽ diem, [o] & tenebras noctem. [p] Factumque eſt veſperè & mane dies vnus. [q] Dixit quo-

Creauit. Creare eſt dei propriũ qui ſolũ de nihilo ſua mirabili potẽtia & incomprehẽſibili ſapiẽtia quod non erat nec fuit ens reale.& exiſtere & facere exiſtẽs nã creare eſt de nihilo rẽ in ẽte exiſtẽte facere vt vult mag.ſent. lib.ij.diſt.j.

que Deus. Fiat firmamẽtum in medio aquarũ,[r] & diuidat aquas ab aqs.[s] Et fecit Deus firmamentũ,[t] Diuisitque aquas quę erant sub firmamẽto ab his quæ erant super firmamẽtum Et factũ est ita. Vocauitque Deus firmamentũ cælum.[v] Et factũ est vespere & manè dies secundus.[x] Dixit verò Deus.[y] Cõgregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnũ, & appareat arida. Factũq; est ita: & vocauit Deus aridam terrã,[z] congregationésque aquarũ appellauit maria.[a] Et vidit deus ꝙ esset bonum,[b] & ait. Germinet terra herbã virentem, & faciẽtem semen,[c] & lignum pomiferum faciens fructũ iuxta genus suum,[d] cuius semen in semetipso sit super terrã: & factum est ita.[e] Et protulit terra herbã virentem & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructũ, & habẽs vnũquódque sementem secundũ speciẽ suã.[f] Et vidit deus quòd esset bonũ. Factũque est vesperè & manè dies tertius.[g] Dixit autẽ deus.[h] Fiant luminaria[i] in firmamẽto cæli,[k] & diuidãt diẽ ac noctẽ,[m] & sint in signa[n] & tempora & dies & annos,[o] vt luceãt in firmamẽto cęli & illuminẽt terram. Et factũ est ita.[p] Fecítque Deus duo luminaria magna.[q] Luminare maius,[r] vt præesset diei,[s] & luminare minus,[t] vt præesset nocti, & stellas. Et posuit eas in firmamẽto cæli, vt lucerẽt super terrã, & præessent diei, ac nocti, & diuiderẽt lucẽ ac tenebras, & vidit Deus quòd esset bonũ. Et factũ est vesperè & manè dies quartus.[v] Dixit etiã Deus.[x] Producãt aquæ[y] reptile animę viuẽtis & volatile super terrã sub firmamẽto cæli.[z] Creauítque D.[9] cæte grandia & omnẽ animam viuentem atque motabilem,[a] quam produxerãt aquę in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum.[b] benedixítque eis dicens.[c] Crescite & multiplicamini. & replete aquas maris, auésque multiplicentur super terram. Et factũ est vesperè & manè dies quintus,[d] Dixit quoque Deus.[e] Producat terra animam viuentem in genere suo.[f] iumenta & reptilia.[h] Bestias terræ secundũ species suas. Factúmq; est ita, & fecit Deus bestias terræ secundum species suas, iumenta & omne reptile terræ in genere suo.[i] Et vidit Deus quòd esset bonum & ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,[k] & præsit piscibus maris & volatili.[9] cæli & bestiis vniuersæ terræ omníq; reptili, quod mouetur in terra. Et creauit D.[9] hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽm suam, ad imaginẽ Dei creauit illũ,[l] masculũ & fœminã creauit eos.[m] Benedixítque illis deus, & ait Crescite & muliplicamini & replete terram & subiicite eã, & dominamini piscib[9] maris & volatilibus cæli & vniuersis animãtibus quæ mouẽtur super terrã.[o] Dixítque Deus.[p] Ecce dedi vobis omnem herbam afferentẽ semẽ super terrã, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escã & cũctis animãtibus terræ omníque volucri cæli, & vniuersis quæ mouẽtur in terra, & in quibus est anima viuẽs, vt habeãt ad vescendum, & factũ est ita.[q] Vidítque Deus cũcta quæ fecerat, & erãt valdè bona,[r] Et factum est vesperè & manè dies sextus.[s] Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorũ.[t] Compleuítque Deus ipse die septimo opus suũ quod fecerat.[v] & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

Creauit Deus hominẽ. Recte creatis cæteris animãtibus: Deus produxit hominẽ desti natũ in finem præcedente debeat.

POSTILLA.

IN principio creauit Deus cælũ & terram &c. Circa hanc lectionẽ cõsyderandum est quòd tota corporalis creatura facta est propter hominẽ. Nam elemẽta sunt propter mista: & mista inanimata, propter mista animata: & imperfecta propter perfecta vtpote propter animalia: animalia verò propter hominẽ quantum ad eius nutritionẽ & iuuamentũ. Corpora etiam cælestia facta sunt quodãmodo propter hominem, vt patet Deut. iiij. Et ideo primò describit Moyses corporalis creaturæ productionẽ generaliter. Secũdò hominis formationẽ specialiter ibi. Et ait faciam[9] hoĩem. Circa primũ tria facit scriptura: quia primò exponit opus

creationis. Secundo opus distinctionis seu formationis ibi. Dixitq; Deus fiat lux. Tertiò opus ornatus seu dispositionis ibi. Dixit autem Deus fiant luminaria. Opus creationis describitur ante omnē diem. Opus distinctionis primis tribus diebus. Opus autē ornatus seu dispositionis aliis tribus diebus sequētibus. Et septimo die requieuit Deus à nouis creaturis condēdis. Vnde est notādum quod secundum doctrinam domini Alberti quatuor coæua in principio creata sunt à Deo ex nihilo, in quo relucet creatoris summa potētia: hæc autē sunt cælum empyreū, Angelica natura, materia quatuor elementorū, & tēpus. Et hoc vocat opus creationis: quod factum fuit ante omnem diem. Pòst sequitur op⁹ distinctionis, in quo relucet summa creatoris sapiētia, quod factum fuit in tribus primis diebus. Deinde sequitur opus ornatus, in quo relucet creatoris summa benignitas, quod factu fuit in tribus diebus sequentibus, vt patet in litera. Quibus visis, veniamus ad literā. In principio creauit Deus cælum & terram. Dicit enim August. quod maior est huius scripturæ auctoritas, quàm omnis humani ingenij perspicacitas. Et est ibi notandū quod illud quod dicitur factum ante omnē diem, debet sic intelligi quòd per illud ante: non accipitur duratio, sed natura tātum, sicut sonus præcedit vocē. Dicit igitur. a [In principio.] scilicet tēporis vel productionis rerum. b [Creauit deus.] i. de nihilo produxit, qđ est proprium ipsius dei. c [Cælū.] i. corpora cælestia omnia, in suis formis substātialibus distincta licet adhuc in aliquibus proprietatibus accidētalib⁹ essent informia, vt patebit infrà. d [Et terrā] in sua forma substātiali distinctā, & aliquibus pprietatibus formā substātialē necessario concomitātibus: quia tamē adhuc quantū ad aliqua erat informis: ideò sequitur. e [Terra autē erat inanis] i. inuisibilis, quia erat vndique aquis cooperta. f [Et vacua.] quia nō erat adhuc plātis & herbis ornata. Sequitur. g [Et tenebræ &c. abyssi] i. super faciē elementorū: Abyssus enim dicitur ab à quod est sine, & byssus quod est genus lini cādidissimi. Vnde abyssus quasi sine cādore & splēdore quia color cādidus habet plurimū de luce. Et ideò congeries elemētorū prædicta vocatur abyssus, quia lux nō erat adhuc producta. Dicitur etiā abyssus aliomodo, illud quod importat quādam cōmistionē & cōfusionē. Totū autē quod est intra circulū lunæ erat cōfusum: quia licet elemēta essent producta in suis formis substantialibus, non tn̄ adhuc habebāt oēs proprietates accidētales debitas, vsque ad tertiū diē, in qua fuerūt distīcta elemēta. Et ideò vsq; tūc aqua ipsa nō habuit debitā dēsitatem, sed quasi vaporaliter eleuabat per totū spatiū aeris, & ignis, cooperiebat enim terrā, & sic quædā cōfusio & cōmistio erat in elemētis: & ideò hic vocabatur abyssus. h [Et spūs dūi ferebat sup aquas] i. sup illā cōgeriē & cōmistionē elemētorū pdictā. Et vocat nomine aquarū, quia sicut dictū est ipsa aqua cooperiebat terrā & aliis duob⁹ elemētis cōmista erat modo pdicto. Et accipit hic spūs dei. i. volūtas q̄ ferebat super illā cōgeriē elemēto. ui, sicut volūtas artificis sup materiā quā formare, & ornare intēdit. i [Dixit que de⁹.] Hic incipit op⁹ dist. Et primò ponit dist. diei & noctis. Scđo dist. corporū cælestiū ibi. dixit quoq; de⁹. Tertio dist. elemētorū, ibi. Dixit vero deus &c. Circa primū cōsiderādū qđ dies & nox distinguūtur p lucē q̄ est quoddā positiuū, & p tenebras q̄ iportāt priuationē lucis. Et iō op⁹ dist. incipit à luce. Et hoc cōueniēter. Primò quia est qualitas cōis, qua corpa cælestia cōicāt cū inferiorib⁹, vtpote cū igne, & cū aliquib⁹ corporibus mistis q̄ lucida sunt. Et quia scđm ista expositionē dist. rerū accipit scđm qualitates & pprietates accidentales, iō cōueniēter inchoat à luce q̄ est qualitas cōis. Sicut in gñatiōe naturali, inchoatio fit à cōioribus formis: quia scđm philosophum embrio prius viuit vita plantæ, posteà animalis, posteà hominis vel leōis & hīnōi. Et dicit phil. j. phisi. quod à cōioribus est incipiendu via doctrinæ. Sic pueri in princ. vocāt oēs viros patres, & oēs feminas matres, posteà distinguūt. Secundò quia dist. non apparet nisi per manifestationē. Oia autē luce manifestātur, & iō dist. incipit à luce. Tertiò quia dies non pōt esse sine luce: iō lucē oportuit fieri. j die. dicit igitur. Dixitque deus, istud dicere dei nō importat aliquā vocē sensibilē, sed intelligere dei practicū quod includit ipsum velle: quia secudū formā suę dispōnis & volūtatis sequit effectus. k [Fiat lux, & facta est lux.] Ista lux est solis q̄ est qualitas accidētalis, à qua luce alia cæli luminaria illustrātur. Propter quod tertio de anima dr̄ quod sol est pater virorū deorūq; : qa cæli luminaria q̄ ab antiquis vocabātur dij recipiunt lumen à sole. l [Et vidit deus lucem quod esset bona:] quia vtilis est ad multa, vt patebit infrà in ope quartæ dei. Aduertēdū tū quod ista lux solaris q̄ facta dr j. die, adhuc fuit informis quantū ad aliqua, vsque ad quartā diem, secundū quod dicit Dion. iiij. c. de diuinis nominibus. Qualiter autē fuerit formata iiij. die. patebit infrà. m [Et diuisit lucē à tenebris.] ista diuisio est per motū solis, quia cū mouet suprà vnū hemispheriū fiunt tenebræ in opposito hemisphærio pter opacitatē terræ q̄ est in medio. n [Appellauitq; lucē diē.] Quia dies est elatio solis super terrā. o [Et tenebras noctē] qa sicut p piēntiā solis efficit dies, ita etiā p sua occultationē efficitur nox. Notādū est quod quādo dicitur. Appellauit lucē diem: loquitur de die artificiali. cum autē subditur. p [Factūmque est vespere & manè dies vnus.] Loquitur de die naturali qui est xxiiij. horarū & cōplectitur diē & noctē. Et iō dicit factūq; est vespere & manè dies vnus. q [Dixit quoque deus.] Hic describit opus secūdæ diei, in qua facta est dist. corporū cælestiū ab elemētis. Ad cuius intelligētiā cō-

Quomodo accipitur spiritus.

Similitudo.

Luminaria capiūt lumen a sole.

ſyderādū,qđ ꝓpter cælū empyreū de quo dubitauerūt doct.vtrū ſit aliquis loc⁹ corporalis an nō,ꝓpter qđ de ipſo hic nō fit mētio ſecūdū hāc expoſitionē ē cælū criſtallinū:ꝙ etiā dr̄ aquarū ꝓpter ſimilitudinē q̄ habet cū aqua in diaphanitate:& ſub ipſo cęlo chriſtallino ē firmamētū ſub quo noīe intelligiť octaua ſphęra: quæ magis ꝓpriè diciť firmamētū. Deinde ſpheræ ſeptē planetarū quæ cōtinenť ſub octaua ſphæra Saturni,Iouis,Martis,Solis,Veneris,Mercurij,Lunæ,ita ꝙ ſphæra Saturni ē ſuperior exiſtēs Imediatè ſub octaua ſphæra. Sphæra aūt Lunæ inferior,cui immediatè coniugūtur elemēta, ex quib⁹ patet qđ firmamētū ꝓut includit ſphæras ſeptē planetarū,mediū eſt inter cælū chriſtallinū & elemētarū quæ nomine aquarū deſignantur vt prædictū eſt.Et hoc eſt qđ dicitur. r [Fiat &c. & diuidat aquas ab aquis.]i. cæli chriſtallinū ab elemētis. s [Et fecit De⁹ firmamētū.] Iſtud fieri nō intelligiť quātū ad formā ſubſtantialē,quia ſic factū eſt per op⁹ creationis,ſecūdū iſtā expōnē,vt p̄dictū eſt:ſed intelligitur ſecūdū aliquā qualitatē ipſi⁹ firmamenti. Quæ autē ſit illa qualitas in textu nō exprimiť ſed ſecūdū aliquos doc.dicitur ſoliditas ꝓpter quā appellatur firmamētū.à firmitate.i.ſoliditate. Alij dicūt qđ iſta qualitas eſt quædā virt⁹ ad influēdū ſup elemēta ad ipſorū cōſeruationē & gubernationē ꝓpter ꝙ diciť j.Metheo.ꝙ mūdus qui eſt circa terrā.ſ.elemēta cōtigu⁹ eſt ſuperiorib⁹ lationibus vt oīs ipſius virt⁹ gubernetur inde. Quod autē in ſcriptura ſacra realiqua fieri dicatur ſecūdū acquiſitionē alicui⁹ rei accidētalis, patet in multis locis: vt Danie.iiij. vbi dicit Nabuchodonoſor rex Babylo. Nōne hæc eſt Babylō,ciuitas magna quā ædificaui,& tñ certū ē ꝙ nō fecit primo illā ciui.ſed ꝓpter ampliationē ſic diciť.Et eodē mō ibi dicitur & fecit De⁹ firmamētū,quia ſecūda die dedit ſibi qualitatē accidētalē,ꝓut dictū eſt. t [Diuiſitq; aquas &c.] Hic aquæ dicūtur æquiuocè.vt patet ex p̄dictis q̄ illæ q̄ ſunt ſupra firm.ſunt de natura cæleſti:illæ autē quę ſub firmamēto de natura elemētali. v [Et factū eſt veſperè & manè dies ſcđs. Iſtud debet exponi ſicut prius & eodē modo in ſequēti,& ſi quærať quare in ſcđa die nō dicitur.Et vidit deus quod eſſet bonū:ſicut in aliis dieb⁹.Pōt reſpōderi ꝙ hoc verbū,& vidit de⁹ qđ eſſet bonū &c.in aliis dieb⁹ diciť ad ꝓbationē opis illorū dierū. Approbatio autē ꝓpriè reſpicit opus cōpletum. In ſcđa aūt die licet fuit facta diſt.corporū cæleſtiū,tñ cū hoc fit mētio de diſt. aquarū elemētarū.Et q̄ iſta diſt.nō fuit cōpleta vſq; ad tertiā diē,qñ cōgregatæ ſūt aq̄ in locū vnū,vt videbiť infrà. iō ſubditur verbū p̄dictū de ſcđa & tertia die, illud bis dixit:ſemel ꝓ ope ſcđæ diei.& ſemel ꝓ ope tertiæ diei,vt patet in litera. x [Dixit vero de⁹.] hic cōſequēter deſcribiť op⁹ tertiæ diei,in quo ſunt diſt. elementa q̄ diſt.facta eſt p hoc ꝙ aqua prius ꝓducta in forma ſubſtātiali,vt p̄dictū eſt, accepit à deo debitā denſitatē, & ſic occupauit minorē locū, aeris ſpatium dimittēdo. Et p hoc ꝙ virtute diuina factæ ſunt cōcauitates in terra,vbi recepta eſt pars aquarū,& ſic apparuit pars terrę diſcooperta aquis ad habitationē hoīm & animaliū, & ſic fuerūt elemēta diſt.in locis ſibi debitis. Et hoc eſt qđ dicitur. y [Cōgregētur aq̄ &c.] Et patet litera ex prędictis. Sequitur. z [Cōgregationeſq; aquarū appellauit maria.] Loquiť hic ſcriptura more hebraici ſermonis,quo vocatur mare nō ſolū Oceanus,ſed quælibet cōgregatio magna aquarū,ſecundū ꝙ in euāgelio frequenter nominatur mare Tyberiadis & mare Galilęę, & tñ nō eſt niſi quidā lacus. Vñ in euangelio, vocatur ſtagnū Geneſareth. a [Et vidit deus ꝙ eſſet bonū.] Hoc dicitur pro opere ſecūdæ diei,cōpleta diſtinc.aquarū. Sed quia terra ſuperius dicta eſt inanis.i.inuiſibilis eo ꝙ eſſet cooperta aquis,quæ inuiſibilitas remota eſt p cōgregationē aquarū quia tūc apparuit arida. Itē dicta eſt vacua eo qđ nō erat ornata plātis & herbis:ideo remouendo hāc vacuitatē cōſequēter ſubditur. b [Et ait Germinet.] virtutē germinādi accipiat. c [Et lignū pomiferum] per hoc lignū intelligiť oē lignū faciēs fructu. d [Cuius ſemen in ſemetipſo ſit.] ſicut grana ſunt in pomis q̄ ſunt ſemina:& eodē modo in aliis fructib⁹. e [Et ꝓtulit terra herbā virentē &c.] Hoc intelligiť paſsiuè,quia virtus diuina actiuè ꝓtulit.Et notādū qđ iſta productio pōt dici ornat⁹,ex ſimilitudine ornat⁹ ī hominib⁹, in quib⁹ nō ptinet ad ornatū ꝓpriè q̄ poſſunt inſeparabiliter adhęrere corporibus humanis, ſed q̄ apponi & auferri.Itē notādū ex eo quòd diciť,germinet terra herbā virentē.dicūt aliq Hebræi ꝙ mūdus fact⁹ eſt in Martio,qñ.ſ.terra incipit germinare herbas. Vñ.Exo.xij.Martius vocať primus mēſis.Et hoc eſt ꝙ ſubditur. Et ꝓtulit herbā virentē & facientē ſemē,dicūt aliqui ꝙ mūdus factus eſt in ſeptembri,qñ fructus ſunt in arboribus maturi,& habētes ſemē in ſeipſis.Et hæc opinio cōior tenetur ab Hebræis,& verior & tanquā rōnabilior.Et ſequitur. f [Et vidit deus quòd eſſet bonū.] Iſtud replicať ꝓ approbatiōe operis huius tertiæ diei. g [Dixit aūt de⁹ &c. Hic cōſequēter deſcribiť opus ornatus.Et primò deſcribiť ornatus corporū cęleſtiū. Scđo ornatus elemētorū mediorū.ſ.v.die.Tertiò ornat⁹ elemēti īferioris.ſ.tertię.vj die. Et ſic patet qđ ornatus correſpōdet diſtinctiōi.Circa primū deſcribiť primo ꝓductio luminariū in gñali.Secūdo magis in ſpāli, ibi.Fecitq; deus duo luminaria. h [Fiāt luminaria.] Iſtud fieri,nō īte'ligiť q̄tū ad ſubſtātiā luminariū,neq; quātum ad lucē q̄ facta eſt primo die:q̄ tūc facta fuit lux ſolis:& p cōſequēs aliorū luminariū,q̄ illuminātur à ſole:ſed īntelligitur q̄tū ad quandā informitatē huius luminis,quod fuit in forma aliquo mō vſq; ad quartā diē,in qua fuit formatū:quia tunc accepit à-

Mos hebraicus.

Philoſophus j.meteoro.

Aquæ dicuntur æquiuocè.

Opus tertiæ diei.

Quomodo terra dicat inanis.

Opinio aliquorū Hebræorum.

Deo virtutē influēdi ad varios affectus in inferioribus. i [In firmamēto cæli.] Aliter dicūtur in firmamēto cæli esse stellę fixę, quia sunt ibi immobiliter & planetæ. quia habēt ꝓprios mot⁹ & ꝓprios orbes, & ideo nō sunt in firmamēto cæli, nisi large loquēdo de firmamento, ꝓut cōtinet sub se orbes planetarū, & sequit̄. k [Et diuidant diē.] Ad cuius intellectū consyderandum, quod luminaria cæli deseruiunt homini inquantū faciunt vicissitudinem tēporis ad operandum apti, & tēporis apti ad quiescēdum: quia homo nō potest sēp laborare, sed oportet eum somnū capere ad recreationem sensuum, & quietē corporis. & quātum ad hoc dicitur. l [Ac noctē.] Secūdo deseruiūt inquātum à cæli luminaribus accipitur significatio pluuiosi temporis, vel sereni & hmōi quæ sunt apta diuersis operibus humanis & negotiis, sic quantū ad hoc dicitur. m [Et sint in signa.] Tertiò deseruiunt inquantū distinguunt diuersas ptes tēporis. s. veris, æstatis autumni, hyemis, in quibus varia ordinantur & disponūtur vsui humano necessaria. Et quantū ad hoc dicitur. n [Et tēpora, & dies & annos] quia per replicationē quatuor temporū & dierum, multiplicantur anni. Quartò deseruiunt homini quantū ad visum, qui est directius in operib⁹ humanis, & maximè vtilis est ad cognitionē rerum: vt dicitur. j. metaphy. Et quantum ad hoc dicitur. o [Vt luceant in firmamēto cæli, & illuminent terram: & factum est ita.] Consequenter describit productionem luminariū in speciali. cùm dicit. p [Fecitque Deus duo luminaria magna.] solem & lunam. q [Luminare maius] i. solem. r [Vt pręesset diei.] quia dies est latio solis super terrā. s [Et luminare minus.] s. lunā. t [Vt præesset nocti, quia de die non apparebit lux eius. Sequēs verò litera patet ex ꝑdictis. v [Dixit etiā Deus.] Hic describit̄ opus quintæ diei, in quo ornata sunt elementa media. s. aër & aqua, ad quorū ornatum pertinent illa quæ mouentur in eis. s. aues & pisces. Et hoc est quod dicitur. x [Producant aquæ.] Non quia aues & pisces de sola aqua sint formati, sed de quatuor elemētis: tñ aqua sola exprimitur propter quādā cōuenientiam cū istis: habet enim humorē & vaporē, per humorē conuenit cum piscibus, per vaporem qui sursum eleuatur in aere, conuenit cum auibus. Consyderandum etiam quòd aues & pisces nō sunt producti ex aqua actiuè sed à deo, passiuè aūt ab elemētis, vt dictū est. y [Reptile &c.] Reptilia dicūtur illa quę nō habēt pedes, vel si habēt breues tñ, nec ī altū eleuant̄ & talia quæ sunt cōiter, habitāt in aquis. Dicitur etiā hic reptile animæ viuētis, itaq; animalis vita ponit̄ in obliquo ad designādū quòd ita est imperfecto modo in piscibus, respectu hominū & animaliū: & sequit̄. z Creauitq; De⁹ cete grādia.] Dicūt hic Hebræi ꝙ istud gen⁹ pisciū sit incredibilis magnitudinis ꝓpter ꝙ si eorū multiplicata fuissent indiuidua destructū fuisset seculū: quia mare non esset nauigabile nec alij pisces possent stare in mari: ideò postquā Deus creauerat hāc speciē ī masculino & fœminino: occidit fœmellā ne multiplicarētur indiuidua. sequitur. a [Quā ꝑduxerāt &c.] in piscibus enim & auibus & brutis animalibus sunt multæ species subalternæ, ac etiā specialissimæ. Et ideo in ꝓductione eorū fit mētio de generib⁹ & speciebus. Natura aūt humana ꝓducta est prima in vno solo indiuiduo, vt patebit infrà: ideo nō fit ibi mentio de genere vel specie. b [Benedixitque.] Ista benedictio est ordinatio ad multiplicationē indiuiduorū p cōmistionē maris & fœminæ. Ideo statim sequitur. c [Crescite & multip. &c.] qa multiplicatio p talē modū non est in plātis & herbis: ideo in ꝓductione earū nō fit mētio de tali bñdictione earū. d [Dixit quoque deus.] Hic describitur op⁹ sextæ diei ī qua ordinata est terra animalib⁹, & hoc cū dicitur. e [Producat terra herbā &c.] i. animalia viuētia quæ significātur p animā: quia res denominat̄ à forma. Et cōsequēter magis specificat dicēs. f [Iumēta.] quātū ad animalia, ꝙ veniūt ad vsum hoīs, quæ generali nomine dicūtur iumenta quasi hoīs iuuamēta. g [Et reptilia.] quātū ad animalia pedib⁹ carētia, & quātū ad habētia pedes breues, vt lacertæ & consimilia ꝓpter quod se vidēt̄ sup terrā trahere. h [Et bestias terræ] quātū ad animalia syuestria quę dicūt̄ bestiæ quasi vastiæ. i [Et vidit de⁹ &c.] Post quā Moyses descripsit creationē eorū, ꝙ facta sūt quodāmodo ꝓpter hominē, vt prædictū est, Hic cōsequēter describit hoīs formationē, deinde eius statū & cōditionē: & postremū eius cōseruationē. ibi: benedixitq; eis. Circa primū cōsyderādum est ꝙ anima intellectiua, quę est forma hoīs nō est ex semine per generationē, sed à deo p creationē. Et ideo in formatione hominis nō dicitur, ꝓducat terra vel aliquid horū sim le, sed faciam⁹ hominē: vt dicūt hebræi: quod est verbū dei ad angelos. Sed hoc videtur falsum: quia angeli nō cooperant̄ deo in creatione animæ, in qua cōsistit imago ipsi⁹ dei. Et iō dicēdū ꝙ dicit faciam⁹ in plurali ad denotādū pluralitatē ꝑsonarū in diuinis: verūtamē qa ista pluralitas stat cū vnitate simplicis essentiæ: iō postea à Moyse subdit̄ in singulari: & creauit de⁹ hominē ad imaginē & similitudinē suā, imago aūt dei cōsistit in anima quātū ad ꝓprietates naturales. s. memoriā, intelligētiā, & voluntatē. Plures aut aliæ similitudines inueniūtur ꝙ hic nō ponūtur causa breuitatis, sequit̄. k [Et præsit piscibus maris.] s. quādiu stabit subditus deo. quia talis fuit hō in statu naturæ cōditę, vt quādiu staret in obędiētia ipsius dei, inferiora obedirēt ei. Et istud diuinū est homini naturale. l [Masculinū &c.] Licet hebręi hāc literā multipliciter nitātur exponere, tamē sic est tenēdum ꝙ natura humana primò sit formata in sexu masculino tantùm: sed postea

Ad quæ ordinata est benedictio Dei.

Hominis formatio, fuit enim formatus in Ebron de terra rubea.

Per hoc quod dicitur Faciamus, intelligit̄ quod in trinitate sūt tres personæ: p hoc quod dicit̄, Ad imaginē, notatur in trinitate vna essentia & vna deitas.

postea mulier fuit formata de costa viri. & qd simul hic dicit masculũ & fœminã creauit eos, hoc ẽ per anticipationẽ qa statim volebat facere mentionẽ de multiplicatione humanæ naturæ, quæ fit per cõmistionẽ maris & fœminæ cũ dicit. Crescite & multiplic. sed postea ij. c. seriosè explicat modũ formatiõis mulieris de costa viri sequitur. m [Benedixitq;.] Hic cõsequẽter describitur humanæ naturæ iã formatæ cõseruatio, & primò quantũ ad speciem, secundò quantũ ad indiuidua ibi, dixitque Deus. Circa primũ consyderandũ q species humana cõseruatur per generationẽ, maximè post lapsum, per quẽ incurrit necessitatẽ moriẽdi: & hoc est q dicitur benedixitque illis. ista benedictio ẽ dei ordinatio ad multiplicationẽ indiuiduorũ I natura humana per generationẽ: iõ subditur. n [Crescite & multiplicamini &c.] Cætera patent ex prædictis. o [Dixitque Deus.] hic ponitur conseruatio quãtum ad indiuiduũ quę fit per nutritionẽ, & hoc est q dr. p [Ecce de. vo. &c.] Nõ est intelligendum q herbæ & fructus arborũ darentur in esum hominibus & auibus cõmuniter: sed singula singulis secundum conditionem naturæ suæ: vt pote fructus arborum hominib⁹, vt dicetur infra. ex omni ligno paradisi comede. herbæ autẽ & semina herbarũ animalib⁹ & auibus, diuersæ tñ diuersis animalib⁹ secundũ cõueniẽtiã naturæ suæ. aliqua tñ animalia & aliquæ aues fructibus arborũ vescebãtur. Esus autẽ carniũ & pisciũ nõ est laxat⁹ siue permissus hominibus nisi post diluuiũ, vt habetur Ge. ix. vbi dicitur sic. Omne quod mouet & viuit, erit vobis in cibũ. q [Viditque deus &c.] Hęc est cõclusio præcedẽtiũ. Licet enim quælibet species entis bona sit in se, ex vniuersis tñ partibus vniuersi ordinatio ad se inuicẽ & vlterius ad deũ sicut ad lucẽ admirabilis pulchritudo & bonitas cõsurgit. r [Igitur perf. sunt &c.] postquã descripsit Moyses hominis formationẽ, propter quã alia fuerũt producta, hic consequenter Deus describit hominis formati statũ siue cõditionẽ, & hoc in toto isto secdo. c. cuius prĩcipiũ hic tm̃ mõ ponitur. s cõtinuatis dicẽdis ad dicta, quæ quidẽ cõtinuatio ponit I fine huius præsentis lectiõis tãquã ipsi⁹ cõclusiõnis. Igitur pfecti sunt cœli & terra. Sex prædictis diebus, per opus dist. & ornat⁹, vt pdictũ ẽ. s [Compleuitq; Deus die septimo]. s. per tẽpus administratiõis & gubernatiõis rerũ, de qua saluator dicit Io. v. Pater me⁹ vsq; mõ operatur & ego operor. t [Et requieuit die septimo.] s. à nouis creaturis pducẽdis, quia nihil est factũ postea, quod tunc non fuerit factum in operibus sex dierum, vel in suo simili, vel in suis causis.

Naturæ conseruatio.

Quantum ad indiuiduum.

Cõclusio.

Cõpletio operum Dei.

QVAESTIO LXXXI.

Super verbis lect. in vigi. paschæ quæ habentur Ge. j. s. in principio creauit Deus cælũ & terram. Oritur q. de creatione mũdi. Vtrũ mundus fuerit de nouo à deo creat⁹? Arg. q nõ. Ait Ari. ij. de generatione: idẽ manẽs idẽ semper natum est facere idẽ, igitur nõ erit aliqua variatio in effectu, nisi prius naturaliter ponatur in causa, sequitur. In oppositũ Gen. j. In principio &c. Igitur. Ad argu. dicitur q philosophus loquitur de agẽte naturali. Ad quæst. respõdẽ. est secundùm magistrũ Nicolaũ de orbel. ij. sen. di. j. q. j. per tres conclusiones. Prima est talis: creatio est facta de nihilo, nõ intelligendo q nihilũ sit quia materia quæ sit aliquid per creationẽ. Sed sic intelligẽdo q creatio est facta nullo præsupposito: ita q non est aliquid de quo fiat. sed quod creat habet esse post nõ esse simpliciter. Secũda conclusio, agẽs voluntariũ voluntate antiqua potest nouum effectũ producere absq; sui mutatione, facta tamẽ mutatione ex parte creationis accipiẽtis esse, post nõ esse. Tertia cõclusio volitione qua Deus voluit ab æterno res temporaliter pruduci ipsæ res sunt temporaliter productæ. Facta tamen mutatione in ipsis rebus productis non etiam in passo: quia nullum est ibi passum. sequitur quòd mundus fuit de nouo à Deo, productus.

Eodem die Le. ij. Gene. v. vj. vij. & viij.

NOe verò, a cùm quingentorum esse annorum, genuit, Sem, Chã & Iaphet. b Cumq; cæpissent homines multiplicari super terram, & filios procreassent, c videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ d acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. e Dixit quoque Deus. f Non permanebit g spiritus meus h † in homine i in æternũ, k quia caro est. l Erũtque dies illius centum viginti annorũ. m Gigãtes autẽ erant super terrã in dieb⁹ illis. Postquã autẽ ingressi sunt filij Dei ad filias hominũ, illæque genuerũt. n Isti sunt potentes à sæculo, o viri famosi. p Videns autem Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, q & cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum r omni tempore, s pœnituit eũ, quòd hominem fecisset in terra. t Et præcauẽs in futurum, v & tactus dolore cordis intrinsecus, ait Delebo, inquit, hominẽ quẽ creaui à facie terræ x ab homine vsque y ad animantia, & à reptili vsque ad volucres cæli, pœnitet enim me fecisse eos. z Noe verò inuenit gratiam corã domino. Hæ sunt generationes Noe,

† Nõ permanebit spũs me⁹. Hoc vbo me⁹. dñs hominibus signat qđ anima corpus humanitatis informãs à dño deo est, & ab eo creat de nouo, suaq; specie distinguitur, & creatur in esse specifico, quando p deũ corpori infũditur ideo dicit text. spũs meus. Et Dauid ps. xlix. meus est orbis terræ & plenitudo eius.

Noe [a] vir iustus atque perfectus fuit [b] in generationibus suis. Cum Deo ambulauit, & genuit tres filios Sem, Chã, & Iaphet. [c] Corrupta est autem terra corã domino, [d] & repleta est iniquitate. Cũque vidisset deus terrã esse corruptam ([e] omnis quippe caro corruperat viã suam super terram) dixit ad Noe. Finis vniuersæ carnis venit corã me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, [f] & ego disperdam eos cũ terra. [g] Fac tibi [h] arcam [i] de lignis leuigatis. [k] Mansiunculas in arca facies. [l] & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. [m] Trecentorũ cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo. [n] & triginta cubitorum altitudo illius. [o] Fenestrã in arca facies, [p] & in cubito consummabis summitatem eius. [q] Ostium autem arcæ pones in latere [r] deorsum. Cænacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum, & vniuersa quæ in terra sunt consumentur. [s] Ponamque fœdus meum tecum, [t] & ingredieris arcã tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecũ. Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis, bina & bina induces in arcam, vt viuant tecum, masculini sexus & fœminini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundùm genus suum, bina de omnibus ingredientur tecum, [v] vt possint viuere. [x] Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt & comportabis apud te, [y] & erunt tam tibi quàm illis in cibum. [z] Fecit ergo Noe omnia quæ præceperat illi deus, [a] eratque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram. [b] Et ingressus est Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij. De animãtibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram: duo ingressi sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat dominus Noe. Cùm transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram. [c] Anno sexcentesimo vitæ Noe: mense ij. decimoseptimo die mensis [d] rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. [e] & cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram xl. diebus & quadraginta noctibus. [f] In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Cham, & Iaphet filij eius, & vxor illius, & vxores filiorũ eius cũ eo in arcam, ipse & omne animal secundùm genus suum, vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secũdùm genus suum. Vniuersæ aues omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus vitæ. Et quæ ingressa sunt masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei deus. [g] Et inclusit eum dominus de foris. [h] Factumque est diluuium quadraginta diebus super terrã, & multiplicatæ sunt aquæ. & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehemẽter enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ. [i] Porrò arca ferebatur super aquas, & aquæ præualuerunt nimis super terram. Opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. [k] Consumptaque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum omniumque reptiliũ, quæ reptant super terram. Vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra mortua sunt. [l] Et deleuit deus omnem substantiam quæ erat super terram, [m] ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli, & deleta sunt de terra. [n] Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca. [o] Obtinueruntque aquæ terras centum quinquaginta diebus.

[p]Recordatus autẽ dominus Noe cunctorúmq; animantium & omniũ iumẽtorum quæ erant cũ eo in arca,[q]adduxit spiritum super terram,[r]& imminutę sunt aquę. Et clausi sunt omnes fontes abyssi & cataractæ cæli. Et prohibitæ sunt pluuiæ de cælo.[s]Reuersæq; sunt aquæ de terra.[t]eũtes & redeũtes. [v] Et cæperunt minui post centũ quinquaginta dies.[x]Requieuítque arca mẽse septimo [y]vigesimoseptimo die mẽsis super montes Armeniæ. [z] At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mẽsem.[a]Decimo enim mense[b] prima die mẽsis apparuerunt cacumina.[c]Cúmque transissent quadraginta dies,[d] aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat,[e] dimisit coruum,[f] qui egrediebatur & non reuertebatur, donec siccarẽtur aquæ super terrã.[g]Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. [h]Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eũ in arcã.[i] Aquæ enim erãt super vniuersam terrã: extendítque manum suã, & appræhensam intulit in arcam. [k] Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eũ ad vesperam [l] portans ramũ oliuæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram. Expectauítque nihilominus septẽ aliis diebus & misit columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum.[m] Igitur sexcentesimo primo anno vitæ Noe, primo mense, prima die mensis, imminutę sunt aquę super terram. Et aperiens Noe tectum arcæ, aspexit[n] vidítque quòd exsiccata esset superficies terræ,[o] Mense secũdo, septimo & vicesimo die mẽsis arefacta est terra.[p]Locutus est autem dominus ad Noe, dicens,[q] Egredere de arca [r]tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum, cunctáque animantia quæ sunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus, quã in bestiis & vniuersis reptilibus, quæ reptant super terram, educ tecum & ingredimini super terram.[s] Crescite & multiplicamini super eam.[t] Egressus est ergo Noe & filij eius,[v] vxor illius & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia iumenta & reptilia quę reptant super terram, secundùm genus suum de arca egressa sunt.[x] Aedificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.[y] Odoratúsque est dominus odorem suauitatis.

POSTILLA.

Noe verò cùm quingẽtorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet &c. Postquàm Moyses descripsit multiplicationem hominum in præcedentibus capitulis per primum hominem scilicet Adam. Hic consequenter describit ipsam per secundum hominẽ scilicet Noe. Et primò describit ipsius Noe generatio. secũdò suę generationis multiplicatio. C in ca. sequentibus istud. Dixit autẽ primò, a [Noe verò cùm quingẽtorum esset annorũ &c.] Hic potest quæri quare tantum tardauit ad generandũ: quia alij pręcedẽtes circa centesimũ annum generauerunt? Respondẽt Hebræi quòd hoc fuit quia dominus disposuerat eũ saluare in diluuio cũ sua posteritate tota: si autem in centesimo anno generasset intra quingentos sequentes ante diluuiũ: cũ sexcentorũ annorũ esset Noe quãdo inundauit diluuiũ, non potuissent competenter in arca collocari tot ex eo & filiis eius geniti. Sequitur. b [Cũq; cæpisset &c.] Hic cõsequẽter describitur status Noe & cõditio. Et primò ante diluuiũ. Secundò in diluuio. Et tertiò post diluuium: Circa primũ sic proceditur: quia primò causa diluuij generaliter decernit. secũdo ipse Noe excipit ibi. Noe verò inuenit gratiã. Tertiò arcę cõstructio pręcipitur, ibi fac tibi: arcã. Circa primũ sciẽdũ quòd causa diluuij fuit multiplicatio peccati: ex quo secuta est ꝓuocatio iræ dei: & ista duo pluries hic replicãtur vt magnitudo peccatorum & offensa dei ostẽdatur. Dicit igitur, Cúmq; cæpissent homines &c. ad ostendendũ quòd multiplicatio peccatorũ nõ incępit tempore Noe: sed ante. c [Vidẽtes filij dei.] hoc exponitur multipliciter. Vno modo per hoc intelligitur dæmones incubi: qui dicũtur filij dei propter naturam spiritualem. Vnde & Iob. j. ca. dicitur sathan fuisse inter filios dei, & ibi in specie humana: & commiscuerunt se mulieribus & inde nati sunt gygantes: vt dicitur infrà. Gygãtes autẽ erãt in terra. Sed hæc expositio nõ videtur rationabilis: quia hic exprimitur causa diluuij quod inũdauit in pœnã

Quæstio.

Ætas Noe in diluuio.

Causa diluuij: nam ꝑpter peccata veniunt aduersa.

peccatorũ,diluuium autẽ nũquã fuit in pœnã demonũ:sed tãtũ hominu Ideo aliter exponit Rab.sal.dicẽs quòd hęc est litera,filij iudicum vel potẽtũ:quia nomẽ Hebraicũ q hic ponitur. s.heloim aliqñ accipitur p deo:& aliqñ p diis in plurali,aliqñ verò p iudicibus.vñ Exo.xxij. vbi trãslatio nostra habet.Dñs domus applicabitur ad deos.i.ad iudices:in Hebræo dicitur applicabitur ad Heloim. Dicit igitur q filij iudicũ & potẽtũ qñ videbãt filias subditorũ pulchre ornari.& qñ dabãtur ad nuptias,quòd accedebãt ad ipsas,cognoscendo eas carnaliter antequã mariti eas cognoscerẽt.Sed hæc expositio nõ videtur adhuc rõnabilis:quia ista causa diluuij fuisset particularis.i.quãtũ ad potentes solũ:sed infrã eodẽ.c.dicitur cõtrarũ.s.Omnis quippe caro corruperat viã suã.Nec gñale diluuiũ induci debuisset pter causam particularẽ. Et ideo aliter exponitur & melius,quòd per filios dei hic intelligũtur illi qui descenderũt de Sem,qui à patre suo fuerat instructi in cultu diuino.Vñ & in pluribus locis veteris ac noui testamẽti fideles vocãtur filij dei.p filias hominũ intelliguntur mulieres descendẽtes de Chã quæ erãt curiosæ, dissolutæ & lubricæ:& de illis pceperat Sẽ filiis suis de voluntate dñi, q nõ cõtraherẽt matrimonia cũ eis:sicut dñs. præcepit filiis Israel,vt nõ cõtraherent cũ mulieribus Chananæis.sed filij Sem procedẽte tẽpore trãsgressi sunt hoc præceptum:& hoc est qd subditur. d [Acceperũt sibi vxores &c.]Et sequitur. e [Dixit quoq; deus.]prædictis puocatus. f [Nõ permanebit &c.]& hoc exponitur vno modo sic. g [Spiritus meus.]i.indignatio. h [In homine.]i.cõtra hominem. i [In ęternũ:]ac si dicat quia nõ irascar cõtra eũ irremediabiliter sicut contra angelũ malũ, cuius peccatũ est irremediabile. k [Quia caro est.]i.habẽs pronitatẽ ad peccatũ ex carne animã aggrauãte pter q est magis sibi parcẽdũ.s.puniẽdo cũ pœna tẽporali,& non æterna. Aliter sic exponitur prędicta litera.vsq; nũc tenui sẽtẽtiã de deletiõe generis humani per diluuiũ in suspẽso,sed nũc proferã sẽtẽtiã quia caro est.i.nimis implicatũ peccatis carnalibus. Veruntamẽ ad declarationẽ iustitiæ meæ differã executionẽ sẽtẽtię meę vt habeat locu pœnitẽtiæ.Et hoc est quod subditur. l [Erũt dies &c.]nõ eñ põt dici quòd hic determinetur tẽpus vitæ humanæ post diluuiũ:quia multi diutius satis vixerũt põt diluuiũ:sed determinatur à platiõe sẽtẽtiæ diuinæ vsq; ad executionẽ, in qua poterãt pœnitere.Sequitur. m [Gygãtes aũt erãt.]i.proceri excedẽtes homines in statura & robusti viribus & incompositi moribus. n [Isti sunt potẽtes &c.]ab antiquo. o [Viri famosi.]i.malæ famę,q a raptores & luxuriosi. vnde sequitur. p [Vidẽs aũt deus quod multa malitia &c.]quantũ ad multitudinẽ vitiorum. q [Et cũcta &c.]Ex quo patet quòd peccabãt non ex passione tantum:sed ex certa malitia.

Expositio non vera.

Non rationabilis expositio.

Filius dei dicitur dupliciter, vno modo per creatione alio modo per imitationem.

r [Omni tempore]quantũ ad cõtinuationẽ peccatorũ suorũ. s [Pœnituit &c.] Pœnitẽtia aũt & dolor cæteræq; passiões nullo mõ sunt in deo.Sed tñ secundu similitudinẽ dicitur pœnituisse,quia ad modũ pœnitẽtis se habuit,volẽs dissipare quod prius fecerat. t [Et præcauens in futurũ.]ne multiplicarẽtur talia mala. v [Et tactus dolore cordis] quia ad modũ dolentis se habuit delẽdo hominẽ,quẽ formauerat ad imaginẽ suã. x [Ab ho.vsq; ad animãtia &c.]quia peccata hominum facta fuerãt in terra,ideo ad detestationẽ criminis deleta sũt animalia quæ habitabãt in terra. y [Ad volucres cæli.]quia accipiũt ibi pastũ:pisces aũt habitãtes in aquis nõ sunt mortui per diluuium: quia peccata hominũ nõ fuerunt facta in aqs. v [Noe verò &c.]Hic cõsequẽter à generali sentẽtia diluuij,Noe cũ filiis excipitur.cũ dicitur.Noe verò &c.Et causa subditur. a [Noe vir iustus &c.]& ideo cũ aliis nõ periit.Sequitur. b [In generationibus suis.]Ista litera sic exponitur.Noe vir iustus & perfectus fuit etiã inter malos homines. qui ipsum nitebãtur verbis & exẽplis trahere ad malũ:& multo maioris perfectionis fuisset si vixisset inter bonos. c [Corrupta est aũt &c.]quãtum ad carnalia peccata. d [Et repleta est iniquitate]quãtũ ad fraudes & rapinas. e [Oĩs quippe caro &c.]i. omnis homo:quia nõ sõlũ peccauerunt peccatis fornicationis & adulterij,sed etiã peccatis cõtra naturã.Alio mõ intelligitur omnis caro quia etiã aues & animalia cõmiscuerant se cũ illis quæ nõ erãt sui generis vel speciei.Ideo sequitur. f [Ego disperdã &c.] quia p salsedinẽ aquæ diluuij ipsa terra peiorata est.Hebręi autẽ dicunt tres palmi de superficie terrę p aquas diluuij fuerunt tabefacti & in aquã cõuersi. Et ideo additur hoc cum terra. g [Fac tibi arcã.] Hic cõsequẽter cõstructio arcæ pręcipitur,cũ dicitur,fac tibi.i.ad salutẽ tuã & aliorũ qui tecum sunt saluãdi. h [Arcã.]quia nõ fuit facta per modũ nauis sed per modũ arcæ quadrata latera habẽtis:tamẽ erãt inæqualia. i [De lignis leuiga.]i.dolatis & cõplanatis. k [Mãsiũculas in arca facies.]i.distinctiones vt diuersa animalia possint collocari distinctẽ. l [Et bitumine &c.] Litera Hebraica habet pice.qd autẽ fuit linita intrinsecus & extrinsecus, hoc fuit propter magnũ impetum aquarũ:& quia diu stetit in aqua.Vasculũ autẽ in quo fuit positus Moyses fuit tantũ linitũ exterius quia nõ diu stetit in aqua:nec etiã aqua in quã positus fuerat erat petrosa:Hebræi dicunt quòd hoc fuit ne malus odor picis noceret infanti interius posito m [Trecentorũ cubitorũ &c.]Vnde cubitus tenet duos pedes.s.tantum spatium quantũ est à cubito brachij vsq; ad summitatẽ digitorũ.Pedes etiã temporis illius erant multo maiores quã nũc,sicut & homines erãt maioris quãtitatis in mole & duratiõe.Hebręi tamẽ loco cubitorũ dicunt vlnarũ,ex hoc tamẽ

Vbi facta sunt pctã hominũ.

Pctã regnãtia tẽpore diluuij.

loco & pluribus aliis scripturis videtur vna eo rũ esse cubitalis longitudinis tantũ. n [Triginta &c.] Dicunt aliqui ꝙ corpus arcæ erat tãtæ altitudinis præter tectũ. Alij aũt dicũt ꝙ altitudo tecti includitur. o [Fenestrã in arca facies.] Hebræi autem habent hic lucernã. Et dicũt aliqui quòd ista lucerna erat lapis pretiosus suo lumine illustrans arcam, sicut carbunculus. Alij autem dicunt: quòd fuit fenestra cristallina: vt lumen reciperet & aquas prohiberet. Sed quia videtur difficile quòd vna fenestra illuminaret tantũ ædificiũ, & maximè tot mansionibus distinctũ: ideo dicendũ quòd erãt ibi plures fenestræ, sed vna erat maior & principalis: & ideo de illa sola fit mẽtio. p [Et in cu. &c.] Ab angulis arcæ superioribus tectũ procedebat sese cõstringendo, ita quòd à summitate latera nõ distabant, nisi per cubitum, & hoc erat vt pluuia descendẽs super terrã extra arcã flueret firmi⁹ & vt arca inter impetus vndarũ staret firmius. q [Ostium au. ar. &c.] Hic est punctus secundũ hebraicã literam: ostium enim arcæ nõ poterat cõuenienter poni in inferiori parte: quia arca fuit profunda inter aquas per xij. cubitos & plus vt videbitur inferius. Item secũdùm expositores catholicos istud ostium fuit in confinio habitationis animalium & apothecæ ita ꝙ ostiũ erat super duas mansiones. r [Deorsum cœnacula &c.] Hebraicus textus habet infima secunda & tertia vel terna. Ex hoc patet ꝙ licet deorsũm coniungitur cũ litera seq. secũdũ enim istã literã videtur ꝙ in arca erãt tres mãsiones ascẽdendo vna super alterã, ita quòd infima vocabatur sentina vel stercoraria: quia ibi feces defluebant: & ista dicitur fuisse simplex & absque alia interclusione. Media autem vocabatᵉ apotheca quia ibi erãt exposita victualia. Et dicitᵉ fuisse bicamerata, quia aliqua animalia viuũt herbis alia fructibus: & ideo in vna distinctione erãt fructus & in alia herbæ. Superior autẽ mansio quia maior erat distincta in duabus mãsionibus seu interclusionib⁹ & sic erãt ibi tria spacia, mediũ erat pro hominibus & auibus duo autem lateralia pro animalibus mitibus, & immitibus. s [Ponãque fœ. &c.] Nõ loquitur hic de fœdere quòd pepigit cũ Noe per apparitionem iridis, vt habetur ix. cap sed magis de fœdere ad cõseruandum ipsum Noe & societatẽ suam à malis hominibus illius tẽporis. Dicebant enim quòd si viderẽt eũ intrare arcã ipsum interficerent ne ipsis morietibus in diluuio ipse remaneret. Et hoc est qđ videtur sonare litera sequens. t [Et ingredieris arcã tu & filij tui] scilicet salui propter fœdus prędictum. Cætera patẽt vsque ibi. v [Vt possint viuere] ex quo patet ꝙ pisces nõ erãt ibi positi quia saluati sunt in aquis: peccata enim propter quæ dominus adduxit diluuiũ super terrã fuerũt in terra & nõ in aqua facta: ideo pisces nõ sunt mortui sicut, alia aĩalia & aues. x [Tollẽs igitur &c.] ad munitionẽ arcę vsq; ad annũ integrum quia per tantũ tẽpus fuerũt in arca vt patebit infrà. y [Et erũt &c.] nõ tamen indifferenter & cõmuniter, sed singula singulis secũdũ conditionẽ naturæ suæ. Verũtamen tẽpore necessitatis bene viuunt homines & animalia de cibis quos aliàs nõ comederũt, cætera patẽt vsque ibi. e [Fecit ergo Noe &c.] q̃a iust⁹ erat & timẽs deũ, & ei obediens. a [Eratque sexcẽtorũ annorũ.] nõ ꝙ Noe tunc compleuisset annũ sexcẽtesimum, sed quia inchoauerat, & sic patet ex hoc loco ꝙ ædificatio arcæ durauit ferè per c. annos. Tantũ enim tẽporis appositum est: ad ostendendũ patiẽtiã dei expectãtis peccatorũ pœnitentiã & admonẽtis eos de pœnitẽtia per ædificationẽ prædictã & ipsi⁹ Noe ꝓdicationẽ. b [Et ingr. est Noe &c.] Separatim nominãtur viri à mulieribus ingrediẽtibus arcam & ex diuino præcepto ad ostendendũ ꝙ quãdiu fuerunt in arca fuerunt separati quãtũ ad torũ sicut patet procedẽdo. c [Annõ sexcẽtesimo vitæ Noe mense &c.] Hic autẽ describitur diluuij accessus super terrã, & primo quãtũ ad tẽpus cũ dicitur. [anno sexcẽtesimo &c.] Dicũt multi hebræi ꝙ hoc fuit in mẽse Octobris quia secundũ eos Septẽber est primus mẽsis simpliciter, vt pri⁹ dictũ est. Et si reperiatur apud aliquos hebræos quòd mẽsis Martius sit primus, hoc nõ est simpliciter: sed per aliquod notabile factũ in illo mẽse Nã simpliciter reperitur. j. Mach. j. vbi dicitur. Primus annus Alexãdri mag. qui quidẽ annus vocatur primus ann⁹ regni græcorũ ꝓpter facta notabilia Alexãdri & tamẽ ante eũ fuerũt plures reges in græcia. Ita etiã videtur dici de Martio, ꝙ tũc sic nominatus primus mẽsis apud hæbreos propter exitũ eorũ de terra Ægypti in illo mense. d [Rupti sunt oẽs fon.] nomine ruptiõis vtitᵉ ad ostẽdẽdũ ꝙ illud diluuiũ nõ ꝓcessit ex causa naturali: sed supernaturali, & ideo deridendi sunt illi qui huius diluuij volũt causam naturalẽ assignare. g [Et catara. cæli.] i. fenestræ loquitur hic metaphoricè: nec loquitur de stellato cælo sed de cælo æreo vbi gñrãtur nubes & pluuiæ. f [In articulo diei illius.] Articulus importat rẽ distictã & manifestã. De⁹ eñ igredi fecit Noe de die clarè & manifestè ad ostẽdẽdũ ꝙ poterat eũ tueri à malis hominibus illius tẽporis qui cogitauerãt eũ occidere. Cætera patẽt vsq; ibi. g [Et inclusit eũ dñs de foris.] Noe eñ intra arcã existẽs nõ potuit ostiũ extra bituminare: & ideo dominus suppleuit qđ homo nõ potuit vñ & hebraica litera habet: & clausit dominus ꝓ eo. h [Factum est diluu. xl. die. super ter. &c.] Hic ponitur diluuij excessus quia ascẽdit vltra cacumina montiũ, & patet litera vsq; ibi. i [Porro arca ferebatur super aquas] nõ est intelligẽdũ ꝙ tota arca esset super aquas: licet q̃tũ ad maiorẽ partẽ duodecim cubitis ꝓfũdata fuit intra aquas: & patet litera vsq; ibi. k [Cõsumptaq; ẽ oĩs caro. Hic cõsequẽter describitur creaturæ viuentis decessus. Et sequitur. l [Et

Quid sit cubitus.

Textus hebraicus.

Opinio hebræorũ.

dele.om.subst.] s. viuentē.ideo sequitur. m [Ab hom.vsq; ad pe.] deinde sequit. n [Remãsit autē so.Noe.] ex hoc patet falsitas aliquorũ Iudæorũ dicẽtiũ qđ Og,qui posteà dictus est rex Basan propter suã magnitudinē & fortitudinē euasit diluuiũ:hoc em̃ dictum manifestè cõtra dicit huic literæ:ac etiã præcedenti cũ dicitur. Cõsumptaque est omnis carò. Et sequitur vniuersi homines &c. o [Obtinueruntque &c.] s. cõputando à principio inũdationis diluuij vsq; ad diē qua aquæ cæperunt minui post cl.dies. Et cõputandi sunt isti dies à fine descẽsus pluuiarũ:ita qđ dies xl.præcedebãt quib⁹ facta est pluuia & sic exponitur, obtinuerũt.s. in magnitudine & fortitudine sua,& sic à principio inũdationis vsq; ad inchoationē decremẽti aquarũ fuerũt cxc.dies.Et qđ dicitur & cœperũt minui post cl.dies exponitur à fine descensus pluuiarũ.i.postq̃ aquæ obtinuerũt in fortitudine sua terrã. p [Recordat⁹ est dñs Noe] hic cõsequenter describit̃ status Noe diluuio recedente.Non est intelligẽdũ ꝙ aliqua obliuio cadat in deũ:sed scriptura loquitur secũdũ modũ nostrũ loquendi.Dicitur enim aliquis alicuius obliuisci,quãdo eũ nõ liberat,cũ possit,à pressuris præsentibus. Et dicitur ipsius recordari qñ incipit eũ liberare. q [Add. spir.su.ter.] i.ventũ siccũ aquas diminuentem vnde sequit̃. r [Et immi.sunt aquæ.] Veruntamen quia ista diminutio nõ sufficeret nisi Ocean⁹ ad suũ locũ rediret.Ideo sequit̃. s [Reuer.sunt aquæ de ter.] sicut enim per præceptum domini egressæ fuerunt de oceano super terrã,ita de terra regressæ sunt illuc. t [Eun.& red.] per hoc designat̃ fluctuatio aquarũ ex quo tempore aquæ inceperũt minui ostenditur. v [Et cœp.mi. post xl. dies.] In quibus obtinuerunt terrã:vt suprà dictũ est:& cõputatur iste numerus à principio inundationis vsq; ad diē in quo cæperunt aquę decrescere x [Requi.ar.men.sep.] s. anni illius y [Vicesimo septimo die &c.] Dicũt hebræi ꝙ nõ requieuit in montibus Armeniæ sed in mõtibus prope Armeniã:& ideo quia illi montes ꝑtenduntur vsque ad Armeniã dicuntur montes Armeniæ Aduertendum est hic quod in hebræo habetur.xvij.die mensis.Ad cuius intellectum sciendum est ꝙ Iudæi faciũt menses per lunationes,duæ autem lunationes faciunt.lx. dies & ideo primum mensem dicũt iudæi.xxx. dierum:secundum aũt xxix.dierum.& sic cõsequenter de aliis decem eodem modo cõbinando:& quia Moyses scribebat Iudæis mẽses sunt hic accipiendi isto modo. z [At ve.aquæ &c.] non est intelligendum ꝙ ibi fuerit decrementum aquarum simpliciter:sed tantum aquarum quæ excedebant capita montiũ:ideo subditur. a [Decimo enim men.] s. illius anni. b [Prima die men.&c.] & tũc primo arca fuit tota extra aquã.Dicitur autem in litera antequã cæperũt minui post cl.dies qui accipiendi sunt à prima die inundatiõis aquarum, & completi fuerunt vij.mense xxx.die inclusiuè:& sic in xx.die vij. mensis cœperũt aquæ decrescere. Dicitur etiã in litera ꝙ x.mẽse j.die mensis apparuerũt capita montium,dicitur etiã ꝙ die xxvij.mensis requieuit arca super mõtes.Ex quo patet quòd à principio decrementi aquarum vsque ad requiem arcę fuerunt tantum viij.dies in quibus aquæ decreuerũt ij.cubitis ferè secundũ prædicta.Ex quo concluditur quòd arca intrabat aquã tredecim cubitis:& parũ plus : vt patet ex supradictis,sequitur. c [Cũque transissent xl. dies.] Hic consequenter describitur quomodo terræ planicies fuit desiccata per vlterius decrementũ aquarum.Cũque transissent xl.dies. s. ab apparitione capitũ montiũ. d [Ape.Noe fene.ar.] Nõ autem ostiũ, per quod ingressi sunt ſtra homines & animalia:fecit em̃ fenestrã, de qua supradictũ est. e [Dimisit cor.] & hoc fuit xj. mẽsis anni. f [Qui egre.& non reuer.&c.] secũdum cõmunem expositionem non est intelligẽdum quod reuersus sit ad Noe aquis desiccatis:sed remãsit apud cadauera.Et est similis modus loquẽdi.Matt.j.de Ioseph & de Maria: vbi dicitur.Et non cognoscebat eam donec peperit filiũ suum primogenitum:non quòd posteà cognouerit. g [Emisit quo.col.] quia coruus non fecerat legationē suã. h [Quæ cum nõ inuenisset vbi requi.pes eius.] Hoc videt̃ falsum: quia iam ante apparuerãt cacumina mõtium. Sed dicendum quòd diuturna mora aquarum super terrã non erat desiccata adhuc : sed erat quasi lutum in quo non libenter quiescit colũba. i [Aquæ enim erant super vniuersam terram.] s. planam:quia iam ante cacumina montiũ discooperta erãt. k [Expec.autē vlt.sep.die. aliis] Et quo patet quòd iiij.dies transierãt ab amissione corui. l [Portãs ram.oli.] in signũ desiccationis terræ.Et sequitur post. m [Igitur dcj.anno.vitæ Noe &c.] quia iam non apparebant aquæ in superficie terræ:ideo sequitur. n [Viditq; ꝙ exsiccata esset super.ter.] i. ab inundatione aquæ : veruntamen terra non erat ita sicca & solidata vt esset apta ad ingressum hominum & aliorũ animalium:ideo sequitur. o [Mense.ij.vij.& xx.die men.are.est ter.] i.perfectè desiccata & apta ad ingressum hominum & aliorũ animaliũ. p [Locutus est aũt dominus ad Noe.] Hic consequenter describitur ipsius Noe egressus & primo describitur obediẽtia egrediẽtis.deinde deuotio offerentis ibi.Ædificauit autē Noe altare domino &c. q̃tũ ad primũ dicit̃ sic. q [Egredere de arca &c.] Sicut enim ingressus fuerat arcã de mãdato domini,ita ad egrediẽdũ expectauit ei⁹ mãdatũ. Egres⁹ est aũt Noe ãno reuoluto eadē die qua ingressus fuerat. Quod ꝓbatur sic.quia anno. Dc.vitæ suæ mẽse secũdo.xvij.die mẽsis ingressus est arcã & ãnõ reuoluto illa dies fuit xxvij. mensis secũdi in qua dicitur exisse: quia annus solaris excedit ãnũ lunarē I xj.mẽsib⁹:Iudęi aũt faciũt mẽses ꝑ lunatiões & sic accipiunt̃ hic ve

Descẽsus pluuiarũ: illa pluuia diluuij fuit de nouo creata.

De Iudæis

De fene. arcæ.

De columba.

Ipsi⁹ Noe egressus.

dictū est. r [Tu & vxor tua.] In ingressu arcæ dixit, tu & filij tui separādo viros à mulieribus in exitu cōiungit vxorē cū viro, vt ex modo loquēdi ostēdatur quòd sicut in ingressu arcę cōcubitus fuit ꝓhibit⁹, ita in exitu fuit laxatus & impositus. vñ sequit. s [Crescite & multiplicamini &c.] Nec istud referē ad hoīes tm̄: sed etiā ad animalia & aues: quorū egressum ꝓceperat, & sic patet quòd etiā brutis tūc relaxat⁹ est coitus quòd ante fuerat ꝓhibitus. t [Egressus est ergo Noe] obediēs mādato dei. v [Ædificauit autē Noe alta.] Hic cōsequenter describitur ipsius Noe deuotio, ꝑ hoc quòd obtulit deo sacrificiū, & ꝑ hoc ꝙ gratias egit de sua liberatiōe. x [Odoratúsq; est dñs &c.] in hoc ostēditur acceptio diuina & per cōsequēs Noe bonitas & deuotio declaratur: quia tales deuotiones nō erant acceptę deo nisi ex fide & deuotione offerentiū. Et quia ꝓpter gratitudinē in aliquo beneficio, homo meretur illud beneficiū ideò post beneficiū liberationis datur beneficium assecutionis. vt patet in litera sequ. quæ tamen non ponitur in hac lectione.

Ad quos refert hoc præceptū dei.

QVAESTIO LXXXII.

SVper verbis lectionis eiusdem diei quæ habētur Gen. v. [Æ]dificauit Noe altare domino & obtulit holocausta super altare. Oritur quæstio de sacrificiis. Vtrū oēs teneātur ad sacrificia offerēda? Arguitur ꝙ nō, sacrificia deo offerūtur ad aliqd significādū, sed nō est oīm hoīm sermones intelligere, ergo nō oēs tenentur ad sacrificia offerēda. In oppositū, sacrificiū offerre est de lege naturæ, sed ad oīa quæ sunt de lege naturæ oēs tenentur, ergo oēs tenenē ad sacrificiū deo offerendū. Ad argumentū dicitur, quòd quāuis nō omnes sciant explicitè virtutē sacrificiorum, sciunt tamē implicite, sicut & habēt fidem implicitā. Ad quæstionē respondēdū est secūdum Tho. ij. ij. q. lxxxv. quòd duplex est sacrificiū, vnū est principale, & interius, ad quod tenētur deo deuota mente offerre. Aliud sacrificium exterius quod in duo diuiditur, nam quoddam est quod ex hoc solū laudem habet quòd deo aliquid exterius offeratur in protestatione diuinæ subiectionis, & ad hoc aliter tenentur illi qui sunt sub lege noua vel veteri: aliter illi qui sunt sub lege: nam illi qui sunt sub lege, tenentur ad determinata sacrificia offerenda secundū legis præcepta: illi verò qui nō erāt sub lege, tenebātur ad aliqua exterius faciēda in honorem domini: aliud verò est exterius sacrificiū, quādo actus exteriores aliarū virtutū in diuinam reuerentiā assumuntur, quorū quædā cadunt sub præcepto ad quos omnes tenentur: quędam verò super erogatione ad quos non omnes tenentur.

Eodem die. Lect. iij. Gene. xij. ca.

Tentauit deus Abraham. De⁹ eos quos sibi saluādos elegit (vt eos in fide corroboret) sæpe multis afflictionibus tā corporum quàm bonorū tētare solet, vt quos tētauit, fide dignos comprobet, & meritis gloria coronet æterna. Isid. de sum. bon. lib. iiij. c. v. Multis calamitatū tētationib⁹ mens iusti i hac vita pulsatur &c. Patet etiā de sctō Iob. c. iiij.

IN diebus illis: a † Tentauit deus Abraham: & dixit ad eum, Abraham Abraham, & ille respondit adsum. At ille. b Tolle filium tuum c vnigenitum, d quem diligis e Isaac, f & vade in terram visionis. g Atq; offeres eum ibi in holocaustum super vnum montium, quē monstrauero tibi. h Igitur Abraham de nocte cōsurgens, i strauit asinū suum, k ducens secum duos iuuenes, & Isaac filiū suū. Cúque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quē præceperat ei deus. l Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul. Dixítque ad pueros suos, m expectate hîc cū asino. n Ego & puer illuc vsque properátes, o postquā adorauerimus reuertemur ad vos. p Tulit quoque ligna holocausti q & imposuit super Isaac filiū suum. r Ipse verò portabat in manibus ignē & gladium. Cúmque duo pergerent simul, s dixit Isaac patri suo. Pater mi, At ille respondit. Quid vis fili mi? Ecce inquit ignis & ligna, vbi est victima holocausti? Dixit Abrahā. t Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter, venerúntque ad locum quem ostenderat ei deus. In quo ędificauit altare & desuper ligna composuit. v Cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Extendítque manum & arripuit gladiū vt immolaret filium suum. x Et ecce angelus domini de cælo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui respondit, adsum. Dixítque ei. y Non extendas manum tuam super puerum, neq; facias illi quicquam. z Nunc cognoui quod timeas dominum, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abrahā oculos suos a vidítq; post tergum arietem inter vepres hærentē cornibus. b Quē assumēs, obtulit holocaustum pro filio. c Appellauítque nomen loci illius dominus videt. d Vnde vsque hodie dicitur, e in monte dominus videbit. f Vocauit autem Angelus domini Abraham secundò de cælo dicens. g Per memetipsum iuraui dicit dominus: quia fecisti hanc

rem,& non pepercisti filio tuo vnigenito propter me.benedicens benedicã tibi,[b] & multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cæli,[i] & velut arenam quæ est in littore maris.[k] posſidebit semẽ tuũ portas inimicorũ suorũ, & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersúsque est Abrahã ad pueros suos. Abierúntque Bersabeæ simul,& habitauit ibi.

POSTILLA.

IN diebus illis. Tentauit Deus Abrahã &c.] Hic describitur quomodo Abrahã se habuit vt vir perfect⁹ & virtuosus erga Deum,& ostenditur præceptũ eius:& quomodo paratus fuit absq; dilatione immolare filiũ suũ:& ideo sic ꝓceditur,quia primò ostenditur præceptũ dñi.Secũdò obedientia ibi,Igitur Abrahã de nocte cõsurgẽs.Tertiò reuocatio ꝑcepti,ibi. Et ecce angelus dñi.Quartò cõfirmatio promisſi,ibi.Vocauit autem angelus dñi &c.Circa primũ.sciẽdum,quòd tẽtare est accipere experimentũ de ignorantia. Deus aũt cùm sciat lucidè omnia, nõ tentat aliquẽ,vt accipiat experimẽtum de his quæ ignorat,sed vt aliis qui ignorãt detur experientia de aliquo:& sic tentauit Abrahã, præcipiendo,vt Isaac filiũ suum immolaret,vt aliis qui ignorabãt oñderetur ei⁹ obediẽtia,& eis daretur exẽplũ. b [Tolle filiũ tuum &c.] Dicunt Hebræi quòd hic fuerũt plures reuelatiões & præcepta successiuè facta ipsi Abrahę: quia primò dixit ei dñs. Tolle filium tuum,& ipso respõdente,paratus sum obedire:sed duos filios habeo:de quo autem illorũ intelligitur præceptũ.dñs secundo dixit,vnigenitũ,& ipso respondẽte quilibet eorũ est vnigenitus matri suæ.Dñs tertio dixit quẽ diligis:& ipso rñdente,vtrũq; diligo,tũc dñs dixit quarto,Isaac. Et factum est hoc vt dicunt Hebræi,vt ex pluríb⁹ responsionibus ad obediendum:haberet maiorem mercedẽ.Doctores autẽ catholici dicunt, quod fuit vnicũ præceptũ simul factũ,vt simul & subito oĩa præponerẽtur,quę possunt ipsum retrahere ab impletiõe præcepti,vt ꝑ hoc magis appareret obediẽta Abrahæ:& ideo totum dictũ est sub eodẽ cõtextu. Tollet filiũ tuũ,q̃a licet Israel esset fili⁹ eius tñ dictũ erat ei à domino.In Isaac vocabitur tibi semen,& hoc c. præcedẽti. c [Vnigenitũ]i.miraculose cõceptũ à Sara. d [Quẽ dilig.]spãli dilectiõe & super oẽs creaturas. e [Isaac]qui interpretatur risus,ex gaudio qd habuisti in ei⁹ annũciatiõe & natiuitate. f [Et vade ĩ terrã visiõis]i.in mõtẽ iuxta Ierusalẽ.q erat alt⁹respectu aliarũ partiũ terræ ꝓmisſiõis. Et ideo inde poterãt videri terræ ĩn circuitu:& ille mõs postea additus est ciuitati,& in eo loco tẽporis interuallo ędificatum est tẽplũ tpe Salomonis,vt habetur.ij. Paral.iij.Et hoc præceptũ Abrahæ vt lõge posset deliberare de pręcepto,& sic dimittere,nisi fuisset valde cõstans apud Deum. g [Atq; offeres eum ibi in holocaustũ &c.] Holocaustũ erat sacrificiũ quod totũ incẽdebatur ad honorẽ diuinũ,ita quod de filio suo non remaneret nisi cineres,qui statim per flatũ venti dispergerentur. h [Igitur Abrahã de nocte cõsurgẽs.] Hic cõsequẽter oñdit obediẽtia serui.s.Abrahæ,quia pręceptũ fuit sibi factũ nocte.Tũc eñi cõmuni⁹ & cõueniẽtius fiũt reuelationes diuinæ sedatis exterioríb⁹ motibus,& nõ expectauit ortũ solis,ad exequendũ mandatũ ꝙ erat valde difficile,vt patet ex dictis. i [Strauit asinum suũ]ad portandũ ligna quæ erãt necessaria in sacrificio holocausti,vt dictũ est. Et notandũ quod ipsemet strauit nõ enim expectauit quòd seruus suus surgeret ad hoc faciendũ, ex desiderio feruẽti quod habebat ad implẽdũ Dei mãdatũ. k [Ducens secum duos iuuenes.] Isti fuerũt Ismael & Eliezer vt dicũt Hebræi. Tamen nec ipsis nec vxori reuelauit præceptũ Dei sibi factum,ne aliquo modo impediretur ab executione. l [Die autẽ iij.]locus autẽ vnde recessit.s.Bersabeæ.nõ erat ita longe à mõte Moria,vbi debuit immolare filiũ,quin posset illuc venire in breuiori tempore:quia non distat nisi viginti leucis.vel circiter. Sed à domino ista dilatio facta est, vt appareat hominibus quòd Abrahã in hoc facto,non fuit subito motus,sed ex longa deliberatione vt clari⁹ appareret obediẽtia eius. m [Expectate hic cũ asino.]quia timebat ne impediret eius obediẽtiã:si essent præsentes. n [Ego & puer.]scilicet Isaac. o [Postquàm adorauerimus &c.] hoc prophetice dixit nõ tamen aduertẽs quid diceret:nõ eñi intẽdebat quòd Isaac reuerteretur cum eo. Et ideò nõ fuit prophetia ꝓpriè dicta ad quã requiritur intelligentia.secũdùm quòd dicitur Dañ.x.intelligẽtia opus est in visione:sed fuit prophetia large dicta quia spiritusancto monente,sicut ꝓtulit vt significaret id quod futurũ erat. p [Tulit quoq; ligna holocausti.]sc. de dorso asini. q [Et imposuit sup Isaac]in figura dñi nostri Iesu Christi:qui baiulans sibi crucẽ,exiuit in eũ qui dicitur caluariæ locũ vbi & crucifixus est. r [Ipse verò portabat in manibus ignem & gladiũ.] gladiũ ad immolandũ Isaac:ignẽ ad incendendũ & incinerandum ipsum immolatum. s [Dixit Isaac patri suo.] Pater mi &c. Hoc factũ est à Deo vt verba pietatis cõmouentia viscera paterna dicerẽtur à filio,vt magis declararet obediẽtia Abrahæ,qui propter hoc nõ fuit à bono ꝓposito retardatus. t [Deus prouidebit sibi] hoc etiam prophetice dixit. v [Cúmq; alligasset Isaac.] Nõ est intelligẽdũ quòd inuitum eum ligauerit:Isaac eñi iam erat xxxv.anñ.vt dicit Iosephus.Et per consequens Abrahã iam erat cxxxv.an.& sic filius erat fortior patre.Et ideo

Quid sit tentare.

Opinio hebræorum.

Quare Abrahã manere iusſit seruos.

Figura erat Christi qui debebat ferre crucem in locũ Caluariæ.

Quẽ annũ Abraham tunc attingebat.

super hunc locũ dicit Iosephus, ꝙ ædificato altari & omnibus paratis, Abrahã dixit filio suo quomodo magis precib' fuerat impetratus à deo, & quomodo fuerat, cõcept' miraculosè, & qũo natus gaudiose: & qũo dñs præcepit eũ immolari, sibi adiungẽs qũo dñs nolebat eum mori ægritudine vel peste vel in bello, sed cũ precib' deuotis Deo offerretur. Et sic Deus acciperet secũ animã eius perpetuo. Et ex hac obediẽtia deus regeret senectutẽ Abrahæ loco filij. quibus auditis Isaac volũtariè accessit, vt immolaretur ad implendũ volũtatẽ Dei & patris sui. Licet autẽ dictũ Iosephi sit verũ quãtũ ad hoc, ꝙ Isaac obediẽs deo & patri suo voluit immolari, non tamen quantũ ad hoc ꝙ Abraham crederet animã filij sui cum deo manere, vt dictũ est Ge. xvij. c. dicitur reges orientur ex eo &c. Aduertendũ etiã quod Abrahã ligauit filiũ non propter hoc ꝙ timeret eũ fugere vel rebellare, vt patet ex pdict. s, sed vt immolaret eũ sicut & animalia quæ offerebãtur in holocaustũ, quę ligata offerebãtur, vt per hoc Christi ligatio significaret ante immolationẽ ipsius in cruce. x [Et ecce Angel' dñi &c.] Hic cõsequẽter proponitur præcepti reuocatio: quia factũ erat ad declarationẽ obediẽtiæ Abrahæ, & ideo ipsa declarata reuocatur, & ideo subditur. y [Non extẽdas manũ tuã super puerũ &c.] Licet em̃ iã esset xxxv. annis. tñ vocatur puer: quia adhuc erat sub cura patris. In sacra em̃ scriptura subditi & famuli, licet sint ætatis prouectę, tñ vocãtur pueri. z [Nũc cognoui] i. alios cognoscere effeci &c. vsq; ibi. a [Viditq; post tergũ arietẽ.] Dicunt Hebræi quod ibi fuit paratus à principio creationis mũdi. s. vj. die in qua formauit deus animalia: sed hoc nec ratione nec scriptura habet apparentiã: & ideo reputandũ est fictitiũ propter quod dicendum est ꝙ fuit ibi adductus ministerio Angelico. b [Quẽ assumẽs &c.] orabat enim Abraham in immolatione arietis: ꝙ dñs acceptaret ita, ac si filius eius fuisset propter Deũ immolatus. Ex liberatione verò Isaac & immolatione arietis ꝓ eo, faciũt Iudæi festũ tubarũ in principio mẽsis vij. s. Septẽbris propter ꝙ tũc clangunt in cornibus pecorũ in memoriam arietis immolati pro Isa. c. c [Appellauitq; nomen loci illius domin' videt.] eo ꝙ dñs vidit Abrahæ & filij eius obedientiã, & Isaac liberauit à morte. d [Vnde vsq; hodie dicitur.] Hoc in prouerbiũ deductum. e [In monte dominus videbit.] Quoniã quando Iudæi sunt in angustia cõstituti dicũt, in mõte dominus videbit. i. sicut in monte vidit afflictionẽ Isaac eum liberãdo: sic nos liberet. f [Vocauit autẽ &c.] Hic cõsequẽter repetitur ꝓmissio prius facta Abrahæ, & magis explicatur, & iuramẽto diuino confirmatur. g [Per memetipsum iuraui &c.] Omnes enim per maiores suos iurant, vt dicitur ad Heb. v. Nõ potest autẽ aliquid esse mai' deo: & ideo ꝑ semetipsũ iurauit. h Multiplicabo &c.] hoc dicit quantum ad bonos & religiosos. i [Et velut arenã &c.] Hoc dicit quãtũ ad cupidos & terrenos: & maximè quãtũ ad filios Esau. Vnde & Esau dictus est Edon i. terrenus. k [Possidebit semẽ tuum &c.] hoc impletũ fuit tẽpore Iosue, qui debellauit vnũ & triginta reges, & ciuitates & terras eorũ dimisit possidẽdas filiis Israel. l [Et benedicentur &c.] Hoc exponũt Iudæi, dicentes ꝙ quando quis bona imprecat' alicui, dicit benefaciat tibi deus, sicut fecit Isaac filio Abrahæ. Catholici autẽ melius exponũt de Christo, qui ex semine Abrahæ descẽdit secundũ carnem, & in Christo benedicẽtur omnes gentes terræ. i. aliqui de omnibus gentibus quia nullus cõsequitur salutem nisi per Christi benedictionem.

Quare Abraham ligauit filiũ — *Ætas Isaac tunc temporis.* — *Liberatio Isaac à morte.* — *Expositio Iudæorũ.*

QVAESTIO LXXXIII.

SVper verbis lectionis eiusdẽ diei quæ habẽtur Gen. xij. s. Deus dicit Abrahæ offeres eũ ibi in holocaustũ. Oritur quæstio de Abrahæ obediẽtia, vtrũ Abrahã debuerit velle occidere filiũ prout Deus ei imperauerat? Argumentum ꝙ nõ. nullus debet velle hoc facere quod est cõtra virtutẽ. s. iustitiã. Sed Abraham velle occidere filiũ erat velle facere cõtra virtutẽ. s. iustitiam ꝙ erat velle occidere innocentẽ. Igitur. in oppositum quilibet debet velle facere hoc quod deus præcipit ei iuxta hoc quod habetur Exo. xxiiij. Omnia quęcũque locutus est dominus faciemus: sed deus præceperat Abrahæ, vt occideret filiũ Isaac. Igitur. Ad argumẽtum dicitur ꝙ intelligitur sua propria auctoritate, & non per imperiũ diuinum. Ad quæstionẽ respõdeo per tres cõclusiones. Prima est talis: deus qui est autor mortis & vitæ, nihil potest præcipere contra virtutẽ, quia summè virtuosus neq; cõtra iustitiã quia summe iustus. Secũda cõclusio. in hoc principaliter consistit virtus & rectitudo volũtatis humanę ꝙ dei voluntati cõformetur & eius sequatur imperiũ. Tertia cõclusio, Abrahã debuit velle occidere filium, prout deus ei imperauerat ꝙ volendo nihil contra virtutem & iustitiam voluisset.

Eodem die Lectio ij. Exo. xiiij. cap.

IN diebus illis.[a] Factũ est in vigilia matutina[b] & ecce respiciens dominus supra castra Aegyptiorum per columnã ignis & nubis[c] interfecit exercitum eorum & subuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundũ. Dixerũt ergo Aegyptij. Fugiamus Israelẽ, † dominus enim pugnat pro eis cõtra nos, & ait dominus ad Moysen. Extende manum tuam super mare, & reuertatur aqua ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cúmque ex-

Fugiamus Israelẽ do minus enim pu. Populũ quẽ diuina protectio protegit, &c.

salutē dicit nullus inimicus deperdere potest nec sua nequitia cōfundere. Dauid in ps. xxij. Si ambulauero in medio vmbræ mortis nō timebo mala quoniā tu mecum es.

tendisset manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum.[d] Fugientibúsque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Reuersæque sunt aq̄ & operuerūt curr⁹ & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequētes ingressi fuerūt mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erāt quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberauítq; dominus die illo Israel de manu Aegyptiorum. [e] Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, [f] & manum magnam quam exercuerat dominus cōtra eos. Timuítque populus dominū, & crediderunt domino & Moysi seruo eius. [g] Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc domino, Et dixerunt.

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis. a [Factū est in vigilia matutina &c.] In præsēti lectione describitur submersio Ægyptiorū, dum persequerētur Hebræos eūtes in desertum. b [Ecce respiciēs dominus &c.] scilicet rebellionē & indurationē cordis Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, ex quo sunt generata tonitrua & fulgura. c [Interfecit exercitum eorū.] i. magnam partē exercitus, & tūc Ægyptij voluerūt fugere & reuerti. Et patet litera vsq; ibi. d [Fugiētibúsq; Ægyptiis occurrerūt aquæ.] Ex timore enim erant turbati & stupefacti, quòd non currebāt ad litus sed magis contra aquas super se venientes, sequitur. e [Et viderūt Ægyptios mortuos super littus maris.] Ex hoc dixerūt aliqui doc. ꝙ filij Israel trāseuntes mare, non venerūt ad littus oppositū: sed ad litus per quod intrauerant ita quod mare fuit eis diuisum quousque transierūt montē asperū de quo in præcedētibus cap. quia pro magna parte intrabat mare. Et tunc diuisio per modū semicirculi rediit ad littus, tamē vltra mōtē, cuius rationē assignāt: q̄a natura maris est eiicere mortuos ad littus propinqui⁹. Ægyptij autē fuerūt submersi ꝓpe littus, vnde intrauerāt, quia nō fuerūt multum elōgati à littore, vt dicūt isti. Et ex hoc cōcludūt ꝙ filij Israel redierūt in idē littus, quia dicitur hic quod viderūt Ægyptios mortuos super littus maris. Ad hoc autē adducūt illud q̄d habetur Nu. xxxiij. ꝙ post trāsitū maris rubri, filij Israel fuerūt in deserto Ethā, & illud desertū erat ad litt⁹ ꝙ est ex parte Ægypti. Ioseph⁹ autē dicit exp̄sse cōtrariū. s. ꝙ filij Israel trāsierūt ad terrā cōtra positā. Et hoc videtur magis probabile, quia nō est verosimile ꝙ deus reduceret eos ad terrā aduersariorū. Quod autē dr̄ de mortuis nō valet quia nō habetur ex textu ꝙ essent ꝓpinquiores vni littori quā alteri, q̄a sicut dicit Iosephus, dei ordinatione factū est, vt eiicerētur ad littus oppositū ad cōsolationē filiorū Israel, ita ꝙ de cætero eos nō timerēt, cū viderēt eos mortuos. Et haberēt arma eorū ad defendendū se cōtra hostes insurgentes. Ad secundū potest dici ꝙ desertū Ethā, de quo fit mentio. Nu. xxxiij. nō est illud de quo dicitur. c. præcedēti quod est ex parte Ægypti, q̄a post transitū maris nō legūtur filij Israel appropinquasse Ægypto. Vnde c. seq. dicitur. Tulit aūt Moyses Israel de mari rubro, & ingressi sunt desertū Sur. Et nō dicit in desertū Ethā. Et tñ si ingressi fuerūt ad ripā Ægypti, ingressi fuissent desertū Ethā, vt patet ex dictis. Et ideo Ethā, de quo fit sermo Nu. xxxiij. est aliud desertum eiusdem nominis sicut in veteri testamēto frequēter diuersæ ciuitates & loca eodē nomine nominātur. f [Et manū magnā.] s. iustitiæ suæ potestatē, quā exercuerat dn̄s cōtra eos. s. Ægyptios. Cætera patēt vsq; ibi. g [Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmē hoc dn̄o &c.] In fine huius lectionis ponitur gratiarū actio, quæ licet nō ponatur in ipsa lectione, ponitur tamē in respōsorio sequēti, in quo dicitur. Cātem⁹ dn̄o, gloriosè enim magnificatus est &c. Quod fuit cāticū tūc factū per Moysen & per filios Israel. Vnde est notandū in ipso cantico: quòd viri primo canticū vnum fecerūt & cātauerunt: deinde verò mulieres aliud canticū fecerunt & cantauerūt, vt patet per totū. xv. cap.

QVAESTIO LXXXIIII.

SVper verbis lectionis eiusdem dici quæ habētur Exod. xiiij. Timuit populus dominū. puta Israel quādo vidit submersionē Ægyptiorum. Oritur quæstio de timore domini vtrum Deus timeri possit? Arguitur ꝙ non. obiectum timoris est malum futurū, sed Deus est expers omnis mali, cum sit ipsa bonitas. igitur Deus timeri non potest. In oppositum Iere. x. Quis non timebit te ô Rex gentium? Igitur. Ad argumen. dicitur quòd ratio illa procedit secundum quòd malū quod homo refugit est timoris obiectum. Ad quæst. respōdendū est secundum Tho. ij. ij. q. ix. art. j. quod timor habet duplex obiectū quorum vnum est ipsum malum quod homo refugit, aliud autē est illud à quo malum prouenire potest. Primo modo Deus qui est ipsa bonitas obiectum timoris esse nō potest sed bene. Secūdo Deus potest esse obiectum timoris, inquantū ab ipso vel per cōparationē ad ipsum nobis potest aliquod malū imminere ab ipso quidē potest nobis imminere malum pœnæ quod non est simpliciter malū: sed secundum quid, bonum autem simpliciter, per cōparationē autē ad Deū potest nobis malum pœnæ prouenire, si ab eo separaremur, & per hunc modum Deus potest & debet timeri.

Eodem die Lectio Isaiæ prophetæ capi. liiij. & lv.

HAec [a] est hæreditas seruorũ dñi, & iustitia eorum apud me dicit domin[9]. [b] Omnes sitientes venite ad † aquas [c] & qui non habetis argẽtum, properate emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione [d] vinum & lac. [e] Quare appenditis argentum, non in panibus, & laborẽ vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonũ, [f] & delectabitur in crassitudine aĩa vestra. [g] Inclinate aurẽ vestrã & venite ad me audite [h] & viuet aĩa vestra, [i] Et feriã vobiscũ pactũ sempiternũ [k] misericordias Dauid fidelis. [l] Ecce testem populis dedi eũ, [m] ducẽ ac præceptorẽ gẽtibus. [n] Ecce gentẽ [o] quã nesciebas vocabis, [p] & gẽtes quæ nõ cognouerunt te, [q] ad te current, [r] propter dominum Deũ tuũ, [s] & sanctum Israel, [t] quia glorificauit te. [v] Quærite dominũ dum inueniri potest, [x] inuocate eũ [y] dũ prope est. [z] Derelinquat impius viam suã, [a] & vir iniquus cogitationes suas, [b] & reuertatur ad dñm [c] & miserebitur ei[9]. & ad Deũ nostrũ, [d] quoniã multus est ad ignoscẽdũ. [e] Non enim cogitatiões meæ cogitationes vestræ, neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit dñs. [f] Quia sicut exaltãtur cæli à terra sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. [g] Et quo modo descẽdit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, [h] sed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semen serenti, & panem comedẽti, [i] sic erit verbum meum [x] quod egredietur de ore meo. [l] Non reuertetur ad me vacuum, [m] sed faciet quæcũque volui: & ꝓsperabitur in his ad quę misi illud, [n] dicit dñs oĩpotens.

Venite ad aquas. Istę aquæ de quib[9] propheta loquitur, sũt ecclesiæ sacramenta, quæ nullo modo vẽdi debent: qd̃ satisfit, cũ ꝓpheta ait. Emite absq; argẽto. In decretis dicitur qd̃ tales sunt simoniaci. 1. q. 1. c. quis. quis pecuniã. & c. reperientur quã plurimi. & c. vẽdentes & ementes.

POSTILLA.

HÆc est hæreditas seruorum domini &c.] Præsẽs lectio pro suo principio ponitur in fine prædicti cap. liiij. sed ab illa litera. Omnes sitiẽtes &c. vsque in finem est de c. lv. Dicit ergo. a [Hæc hęreditas.] de qua locutus est in liiij. c. per quam intelligitur paradisus cælestis quæ est hæreditas seruorum domini: quia peracto iudicio vniuersali beati cælestem hęreditatem possidebũt in corpore & anima. b [Omnes sitiẽtes &c.] Hic autẽ ponitur cælestis iudicis magnifica liberalitas. Omnes sitientes venite ad aquas. s. gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & glorię in ciuitate cælesti per ipsum Christũ donandæ secũdum ꝙ ipse dicit Io. iiij. Qui autẽ biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. c [Et qui non habetis &c.] q. d. ista non cadunt sub pretio tẽporali sed dãtur ex mera liberalitate diuina. d [Vinũ & lac.] Per ista quæ in nutribilibus sunt præcipua, intelligũtur bona gratię & gloriæ spiritualia animę nutritiua, qa ꝓpriũ est hominibus ad cognitionẽ spiritualium per sensibilia deuenire. e [Quare appẽdi ar. &c.] ponitis studiũ & laborẽ vestrũ circã bona tẽporalia trãsitoria & deceptoria, quæ nõ reficiũt sed magis famẽ & sitim faciũt, quia cupiditatẽ augẽt, vñ dicit poeta. Crescit amor nũmi quantũ ipsa pecũia crescit. & Vir. iij. Aeñ. Auri sacra fames. Et idẽ dicit Amb. sup Lucã de hydropico. Et idẽ est de ambitiõe domorũ & huiusmodi. f [Delectabit in crassitudine aĩa vestra.] i. anima vestra delectationẽ accipiet in pinguedine gratiæ, & nõ corpus qd̃ nõ sentit talia. g [Inclinate aurẽ vestrã.] Ad euãgelicã veritatem. h [Et viuet aĩa vestra.] s. vita gratiæ in hoc sæculo, & postea gloriæ in patria. Et vñ ista proueniãt subditur. i [Et feriã vobiscũ pactũ sempiternũ.] i. legẽ euãgelicã cui alia nõ succedet. k [Misericordias Dauid fidelis] Sic est in Hebræo. Mĩas ipsi fideliter adimplẽdas. Quod autẽ in hac litera p Dauid intelligit Christ[9] patet Ose. iij. Reuertẽtur filij Israel, & quærent dñm deũ suũ, Dauid regẽ suũ, vbi trãslatio chaldaica habet. Et obediẽt Messiæ filio Dauid regi suo, & Ier. xxx. Seruiẽt dño deo suo, & Dauid regi filio suo, quẽ suscitabo eis. glos. Hebraica. Obediẽt Messiæ filio Dauid. Certũ est tñ ꝙ Dauid diu erat añ defunct[9] quã isti prophetæ essẽt & ideo non intelligit hoc de ipso sed de Christo ab eo descẽsuro, secũdũ ꝙ dicit ad Ro. j. Qui fact̃[9] est ei ex semine Dauid secũdũ carnẽ. Et eodẽ mõ hic p Dauid intelligit Xp̃s. hoc etiã patet p Paulũ apostolũ qui Act. xiij. allegat hanc scripturã de Christo, dicẽs. Dabo vobis sancta Dauid fidelia. Vbi eñ trãslatio nr̃a habet hic misericordias Dauid fidelis trãslatio. lxx. q̃ allegat Paul[9], habet sctã Dauid fidelia. vt patet ĩ gl. Actuũ. xiij. Ex quo etiã vlteri[9] patet, ꝙ sentẽtia toti[9] capituli ad literã reducẽda est ad tẽp[9] Xp̃i. Hoc etiam sentit Ra. sa. vt patet ex supra dictis. l [Ecce testẽ &c.] Hic cõsequẽter describit ipsi[9] Xp̃i sublimitas, & primò in doctrina cũ dicitur. [Ecce testẽ popu. dedi eũ.] i. in veritatis diuinę testimoniũ propter qd &c. Io. viij. Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mũdũ

Saluatis maius gaudiũ habebũt post vniuersale iudicium quã nunc: q̃a gaudebũt in corpore & aĩa nunc gaudẽt in aĩa solum.

Sicut aĩa est vita corporis sic gratia est vita animæ.

De morte Dauid.

Christi sublimitas.

vt testimoniũ ꝑhibeã veritati. Secũdò in potestatis eminẽtia, cũ subditur. m [Ducẽ ac præceptorẽ gẽtibus] secundũ quod dicitᷣ. Mar. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. n [Ecce gẽtẽ &c.] Hic mutatur modus loquẽdi de tertia persona ad secũdam, quod frequenter fit in prophetis: & dirigit sermonẽ ad Christũ dicens, (Ecce gentẽ.) i. populũ gentilẽ. o [Quã nesciebã] per approbationẽ, ꝓpter eiꝰ idololatriã eo modo loquẽdi quo dicitᷣ fatuis virginibus. Nescio vos. Mar. xxv. p [Et gentes quæ nõ cognouerũt te.] p fidẽ. q [Ad te currẽt.] per cælestẽ cõuersionẽ, ad prædicationẽ discipulorũ & apostolorũ. r [Propter dominũ deũ tuũ.] i. ꝓpter deũ patrẽ, qui est deus ipsius Christi hominis. s [Et sanctũ Israel.] i. deũ sanctificãtẽ Israel. t [Quia glorificauit te.] q̃tũ ad gloriã corporis in resurrectiõe, quã tũc habuit Christus, & nõ ante. Et quãtũ ad sessionẽ ad dexterã pr̃is ĩ humanitate, quã habuit ĩ ascẽsione. Et quãtũ ad oꝑationẽ miraculorũ p apostolos factorũ in noĩe Christi inuocatiõe. quæ vidẽtes populi gẽtiles ad ipsum cõuertebãtur: vt habetᷣ in actibus apostolorũ in pluribus locis. v [Quærite &c.] Hic consequẽter excitatᷣ humana sedulitas ad quærẽdũ tẽpus gratiæ, ex cõsideratiõe suæ liberalitatis & maiestatis. Et primo fit propositũ, Secũ do declaratᷣ dictũ ibi. Nõ em̃. Circa primũ dicitur. [Quærite dominũ dũ inueniri põt.] i. antequã veniat seueritas iudicij. x [Inuocate eũ.] p deuotã orationẽ. y [Dũ prope est.] s. ad exaudiendũ paratus. Et q̃a peccatoris oratio non est exaudibilis, ideo subditᷣ. z [Derelinquat impius viã suã.] i. opera sua mala. a [Et vir iniquus cogitatiões suas.] Ex hoc patet falsitas Iosephi dicẽtis q̃d cogitatiões intra manẽtes nõ sunt peccata. b [Et reuertatᷣ ad dñm.] per verã pœnitẽtiã. c [Et miserebitur eiꝰ.] Dãdo ei gratiã. d [Quoniã multus est ad igno.] i. pronior quã ad cõdẽnandũ. e [Nõ em̃] cõsequenter declarat dictũ suũ, & primò de diuina pietate dicit. [Nõ enim cogitationes meæ &c.] Cogitatiões em̃ humanæ sũt ad iniurias vindicãdũ, cogitationes autẽ diuinę sunt magis ad miserãdũ. f [Quia sicut exalt. cæ. à ter.] quia sicut cælũ sursum est, & terra deorsum, sic cogitationes diuinæ & opera sunt elemẽta ad superiora, secundũ quòd dicitur Prouer. xvj. Vniuersa propter semetipsum operatꝰ est dominus. Cogitationes autẽ humanæ & eorũ opera, tendũt deorsum. Gen. viij. Sensus & cogitatio hũani cordis, ꝓna sunt ad malũ ab adolescentia sua. Secundò quãtũ ad verbi sui stabilitatẽ cũ dicitur. g [Et quo. desc. imb. &c.] absq; affectu ideo sequitur. h [Sed ineb. ter. &c.] Et patet litera vsque ibi. i [Sic erit ver. meũ.] per prophetas dictũ, vel aliter verbum meũ. i. filius meus: de quo dicitur Io. j. In principio erat verbũ. k [Quod egre. de ore meo.] quia filius in diuinis semper nascitur à patre: ista enim natiuitas mensuratur æternitate, quæ cõplectitur omne tẽpus. l [Nõ reuer. ad me va.] filius enim procedẽs à patre, & veniẽs in mũdũ, nõ rediit vacuus in cælũ: sed patres detẽtos in lymbo adduxit secũ. Ideo subditur. m [Sed faciet quæ. volui.] quæcunque per ipsum fieri disposui. Similiter si hoc referatur ad verbum domini per prophetas dictũ, non frustratur effectu à Deo intento. n [Dicit dominus omnipotens.

Mutatio modi loquendi. — *Exhortatio ad gratiam quærendam.* — *Dicti declaratio.*

QVAESTIO LXXXV.

Svper verbis lectionis eiusdẽ diei: quæ habẽtur Isa. liiij. Cões sitientes venite ad aquas gratiæ. Oritur quæstio de gratia, vtrum homo nõ habens gratiã possit sibi eã mereri? Arguitur quòd sic, plus valet cuilibet propriũ meritũ quã alienũ, sed vnꝰ homo potestᷣ mereri gratiã alicui nõ habẽti eã: vnde Iac. vj. Orate ꝓ inuicẽ vt saluemini. ergo multo fortius nõ habẽs gratiã põt sibi mereri eã. In oppositũ Ro. xj. Gratia dei non ex operibus, alioquin gratia iã non est gratia, igitur. Ad argumentũ dicitur quòd quãuis deus aliquãdo cõuertat peccatores ad precesiustorũ, hoc ẽ liberalitate & benignitate eius: quia licet sancti orantes sint digni exaudiri, quantum est ex parte ipsorum, non tamẽ illi pro quibus orãt. Ad quæstionẽ respondendum est secundũ magistrũ Nico. de orbellis. ij. sent. dis. xxvij. quòd respectu alicuius rei duplex est meritum, scilicet meritum secundùm quid seu de congruo, & meritum simpliciter. meritũ secũdùm quid: est obsequium q̃ non est remunerabile, habendo respectũ ad opus & ad operantem, sed ex liberalitate dantis, vnde tale non habet simpliciter rationem meriti, & sic non habẽs gratiam dicitur eam mereri, quando facit quod in se est: quia ex diuina liberalitate ei confertur gratia, quæ magis propriè dicitur dari, quã ex operibus reddi: meritum verò simpliciter respectu alicuius rei est obsequium, pro quo res illa debetur operanti, non tamen habendo respectum ad liberalitatem retribuẽtis, sed etiam ad hoc habendo respectum ad dignitatẽ operantis & operis: & sic non habens gratiam non potest eam mereri, quia nec in ipso nec in eius opere est talis dignitas.

Eodem die. Lectio Baruch prophetæ iij. capi.

Audi[a] Israel mandata vitæ. [b] auribus percipe, vt scias prudentiam. [c] Quid est Israel, quòd in terra inimicorũ es? [d] Inueterasti in terra aliena [e] coinquinatus es cum † mortuis. [f] Deputatus es cum descendentibus in infernum. [g] Dereliquisti fontem sapientiæ. [h] Nam si in via dei ambulasses, [i] habitasses vtique in pace super terram. [x] Disce vbi sit sapientia, [l] vbi sit pruden-

Com mortuis. Mortui in sacra lege euãgelica & damnati appellãtur: vt habetur Lucæ xvj. de diuite epulone, mortuus est diues & sepultus in inferno.

tia, [m] vbi sit intellectus. [n] vt scias simul [o] vbi sit longiturnitas vitæ [p] & victus, [q] vbi sibi lumẽ oculorũ [r] & pax. [s] Quis inuenit locum eius, & quis intrauit in thesauros illius? [t] vbi sunt principes gẽtium, [v] qui dominãtur bestiis, quę sunt super terrã, [x] qui in auibus cœli ludũt: [y] qui argẽtum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines? [z] & non est finis acquisitionis eorum. [a] Qui argentum fabricant, [b] & soliciti sunt, [c] nec est inuentio operũ illorũ. [d] Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij in locum eorũ surrexerũt: iuuenes [e] viderũt lumen, & habitauerũt super terram. [f] viã autẽ disciplinæ nescierũt. [g] Neque intellexerunt semitas eius: [h] neque filij eorũ susceperũt eam, à facie ipsorũ longe facta est. [i] Non est audita in terra Chanaan, [k] neque visa est in Themã. [l] Filij quoque Agar [m] qui exquisierũt prudẽtiam, quæ de terra est, negotiatores terræ & Theman, [n] & fabulatores, [o] & exquisitores prudentiæ & intelligẽtiæ. [p] Vitam autẽ sapientiæ [q] nescierunt, neque meminerunt semitarum eius. [r] O Israel [s] quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius [t] Magnus est, & non habet finem: [v] excelsus [x] & immensus. [y] Ibi fuerunt gygantes nominati, illi qui ab initio fuerũt statura magni, [z] sciẽtes bellum. [a] Non hos elegit dominus, [b] neq; viam disciplinæ dedit illis, propterea perierunt. Et quoniam non habuerũt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. [c] Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? [d] Quis transfretauit mare & inuenit illam, & attulit illam super aurum electum? [e] Non est qui possit scire vias eius, neq; qui excogitet semitas illius. [f] Sed qui scit vniuersa, nouit illam, [g] & inuenit eam prudentia sua. [h] Qui præparauit terram in sempiterno tempore, [i] & repleuit eam pecudibus? [k] Qui emittit lumen, & vadit: [l] & vocauit illud, & obedit illi in tremore. [m] Stellæ autẽ dederũt lumen in custodiis suis, [n] & lætatæ sunt: [o] vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus. Et luxerũt ei cum iucunditate, qui fecit illas. [p] Hic est Deus noster, [q] & nõ æstimabitur alius ad eum. [r] Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, [s] & tradidit illã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. [t] Post hæc super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est.

POSTILLA.

Audi Israel mãdata vi. &c. Postquam præmissa est humilis deprecatio prophetæ ad Deum in c. præced. Hic consequẽter subditur vtilis informatio. Et primò propheta populũ Israel ad bonum hortatur. Secundò eum multipliciter consolatur, & hoc c. j. quantum verò ad hanc lectionem, quę continet hoc totum tertium c. in primo hortatur propheta populum ad sapientiæ desyderiũ, & fideles ad hoc inuitat: deinde infideles excludit, & tandem quibus concedatur ostendit. Dicit ergo. a [Audi Israel mãdata vitæ.] i. mandata Dei, quorũ obseruatio inducit ad vitam æternã. Matt. xix. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. b [Auribus percipe, vt scias prudẽtiam:] non quidẽ humanam, cuius finis est fœlicitas politica: sed diuinam infusam cuius finis est superna. c [Quid est Israel quòd in terra inimcorũ es] detentus in captiuitate. q [Inueterasti in terra aliena.] ibi existens iam à lõgo tempore quia regnũ Israel fuit captiuatum anno vj. Ezechiæ, & Iechonias rex Iuda cum nobilibus & potẽtibus regni sui anno j. Sedechiæ, & Sedechias cum reliquis anno xj. regni sui. e [Coinquinatus es cũ mortuis.] i. cum infidelib⁹, qui dicũtur mortui, Mat. iij. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Filij enĩ Israel inter eos captiuati cõmuniter inquinabantur cibis eorũ, vt dicitur Thobiæ j. f [Deputatus es cum descen. in infer.] i. cũ idololatris, inter eos commorando. Præmisit ergo propheta quid est Israel. i. quæ est causa istorũ malorũ super te veniẽtiũ. Et postea respõdet. g [Dereliquisti fontem sapientiæ.] i. quia dereliquisti Deum tuum. h [Nam si in via dei ambula.] tibi ostẽsa per legem & prophetas. i [Habitasses vtique in pace super terram.] à deo tibi cõcessam. Patet enim decursu veteris testamẽti, quãdiu in via dei ambulauerũt in terra promissiõis. pacificẽ habitauerũt. k [Disce vbi sit prudẽtia] infusa. l [Vbi sit virtus.] etiã infusa. Nã sicut virtutes politicæ ex actib⁹ acquisitæ, connectũtur prudẽtiæ politicæ: vt habetur vj. Ethicorũ, sic virtutes morales infusæ nectũtur prudentiæ diuinę vel infusæ. m [Vbi sit intellectus.] Est autem intellectus propriẽ habitus principiorum, articuli verò vbi sunt principia intelle-

Prudentia est triplex scilicet humana, bestialis: virtuosa.

Quid sit intellectus.

omnium credibilium: & ideo fides quæ est virtus intellectualis, est huiusmodi intellectus. n [Vt scias simul.] s. per infusam fidē quæ est substantia rerum sperādarum, argumentum, id est certitudo non apparētium. o [Vbi sit lōgiturnitas vitæ. id est vita æterna. p [Et virtus.] id est fruitio beata. q [Vbi sit lumen oculorum.] per apertam primæ veritatis visionem. r [Et pax] pax enim dicit omnimodam appetitus quietationē. Per fidem enim cognoscunt' certitudinaliter q̄ ista sunt in Deo obiectiuè & in beatis spiritib' subiectiuè. s [Quis inuenit.] Hic cōsequenter infideles à sapiētia excludit, dicēs. Quis inuenit &c. q.d. nullus de infidelibus, quantumcunque potēs & magnus. ideo subditur. t [Vbi sunt principes gentiū.] Tempore nanque ipsius prophetę, qui loquitur in captiuitate regū Israel, & omnes principes terræ erant idololatrę & infideles. v [Et qui dominantur super bestias quæ sunt super terram] per venationis exercitium. x [Qui in auibus cæli ludūt] per aucupium. y [Qui argentum thesaurizāt & aurum in quo confidūt homines.] per hæc enim sperant obtinere super alia regna dominium. z [Et non est finis acquisitionis eorum.] quia quanto plura acquisierunt, tāto ad alia acquirenda ardentius anhelant. a [Qui argentum fabricant] vt inde faciant monetā vel idola. b [Et sollici. sunt.] id est in obtinendo quod cupiunt. c [Nec est inuentio operum illorū] quia frequenter præueniuntur morte, antequam possint opus intentum perficere. Ideo dicitur. d [Exterminati sunt &c.] iuuenes, scilicet moribus & ætate. e [Viderunt lumen] hominis sensibilis, suum in illis ponentes finem. f [Viam autem disciplinæ ignorauerunt.] Delectationes enim sensibiles hanc notitiā impediūt. g [Neque intellexerunt semi. eius.] id est modū acquirendi eam. h [Neque filij eorum] malè nutriti & insensibilibus & delectabilibus occupati, sicut patres eorum. i [Non est audita in terra Chanaam.] In terra enim Chanaā ante filios Israel habitauerūt idololatræ pessimi, vt patet in lib. Nu. & Deut. k [Neque visa est in Theman.] Nomē est terrę de qua fuit Eliphat Themanites, qui non ponebat nisi præsentē vitā: quia dicitur super lib. Iob. Et idē videtur fuisse de aliis habitatoribus illius terræ. Nā iste fuit de maioribus & prudētioribus: propterea exclusi erant à sapiētia diuina quæ fœlicitatē ponit in fœlicitate futura vitæ æternæ. l [Filij quoque Agar.] i. Agareni qui modo dicuntur Sarraceni vsurpātes sibi nomen à Sara libera cùm tamen descēderint ab Agar ancilla Abrahæ. m [Qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est.] Sunt enim tales astuti in terrenis lucris. n [Et fabulatores.] ad decipiendum à mercib' homines. o [Et exquisitores intelligētiæ.] quæ propriè est de præsentibus tātùm. p [Viam autem sapientiæ.] quæ magis attendit ab bona futura. q [Nescierūt.] i. scire non curauerunt. r [O Israel.] Hic consequenter ostendit quibus conceditur sapiētia cum dicitur. [O Israel.] Cōsydera. s [Quàm magna est domus Dei.] i. cælum empyreum quod est locus bonorum, est enim cælum supremum & per consequēs maximè extēsum quāto magis distat à centro mundi. t [Magnus est & non habet finem.] i. transmigrationem siue finitionē à parte post. Nā est incorruptibilis. v [Excelsus] quia est locus supremus, vt dictum est. x [Et immensus.] non simpliciter: quia nulla creatura sic est immēsa, sed per comparationē ad nos, qui eius quantitatē metiri nō possum'. y [Ibi fuerunt gygantes nominati illi qui ab initio fuerūt statura magna.] Hoc nō refertur ad literā immediatè præcedentē: nam in cælo empyreo non fuerūt gygantes qui fuerunt homines incompositi moribus. Sed refertur ad hoc quod prædicitur. Non est audita in terra Chanaā, in qua habitauerūt Gygātes, vt habet Num. xij. Ibi vidimus mōstra quædā filiorum Enach de genere gyganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. z [Sciētes bellū.] i. artē bellādi. a [Non hos eligit dominus.] in populū sibi peculiarē, sicut Israel. b [Neque viam disciplinæ inuenerūt.] Nam incompositi moribus fuerunt, propterea perierūt: filij enim Israel eos interfecerūt. vt habetur in lib. Ios. & iudi. c [Quis ascen. cæ. &c.] q.d. nullus hominum. s. ante Christi aduētum. Et de tēpore illo loquitur prophetia ista. d [Quis trāsfretauit mare.] quasi dicat nullus per talē transfretationē potuit inuenire sapientiā diuinā. e [Non est qui possit scire vias eius] naturali virtute, sicut est inuenta sapiētia philosophica. f [Sed qui scit vniuersa nouit eam] s. Deus. g [Et inuenit eam prud. sua] i. habet eam per seipsum, & nō per doctorem alium. h [Qui præpara. terra sem. tempore] Nam in æternum durabit à parte post, sicut & aliæ mundi partes principales meliorabuntur tamen in suis qualitatibus in mundi innouatione. i [Et repleuit eam] bipedibus & quadrupedibus, i. auibus, hominibus, & animalibus. Licet enim aues habitēt in aere, communius tamen alimentum accipiūt in terra. k [Qui emittit lumen & vadit.] Nā secundum eius ordinationē lumē solis & lunæ diffunditur per aerē. l [Et vocauit illud &c.] secundum enim quod ipse ordinauit lumen solis & lumen lunæ quodammodo reuocantur quādo certis tēporibus eclypsantur. m [Stellæ autem dederunt lumen] secundum Dei ordinationē. n [Et lætatæ sunt] locutio est metaphorica, sicut dicitur pratum ridet: quia corpora cælestia non sunt animata secundum Damasce. o [Vocatæ sunt dixerūt &c.] Illud dicere non est aliud quàm cursum suum secundū ordinationē Dei perficere. p [Hic est Deus noster.] Cui obediunt corpora cælestia & terrestria. q [Et nō existi. alius ad eum.] Nam

Exclusio Infideliū à sapientia.

De terra Chanaam

Quibus cōceditur sapientia.

Ante Christi ascēsionē nullus ascēdebat in cælum, sed oēs descēdebant ad primā inferni partem.

Eclypsis Lunæ causatur per interpositionē terræ inter nos & Lunam.

oēs alij ſunt dij falſi. r [Hic adinuenit omnē viā di.] ducentē ad vitā gloriæ. s [Et tradidit illā Iacob &c.] Iacob autē & Iſrael.idē homo fuit:ſed primo vocat' eſt Iacob.i.ſupplā tator,poſtea Iſrael.i.vidēs Deum,vel directus cum Deo Gene.xxiij. Per quod deſignatur q in via perfectionis,oportet hominem prius luctari cū paſſionibus,ipſas ſubiiciēdo per exercitiū virtutis:poſtea proficiſci in contēplationem veritatis. Vnde dicit Greg.ſuper Ezechi. Qui contēplationis arcē deſyderāt tenere,pri' neceſſe eſt vt in cāpo actionis ſe per exercitia probēt.& philoſoph'. vij. Phyſicorum.ſedēdo & quieſcendo.i. ſedatis paſſionibus fit anima ſciēs & prudens.Et ideo bene dicitur quod ſapiētiam diuinam dedit Deus Iacob & Iſrael, quia paſſionibus ſupplātatis datur homini cōtemplatio virtutis. t [Poſt hæc ſuper ter.vi. eſt &c.] Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt ſit relatio præteriti, quia poſt illuminationē Iacob patriarchæ, & dationem legis deſcendētibus ex ſuo ſemine. Exo.xx. Deus apparuit illi populo Exo.xxiiij. Aſcenderūtque Moyſes & Aaron Nadab & Abiu, & lxx. ex ſenioribus Iſrael,& viderunt dominū Deum. Et ſubditur ibidem nec non ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael,miſit manum ſuam viderūtq; Deū &c. Cum illis etiā cōuerſatus eſt xl.annis præbēs eis māna & alia beneficia multa,ſecundum quod dicitur pſal.xciiij.ſecūdum trāſlationem.lxx.interpretum. Quadraginta annis proximus fui generationi huic &c. Alio modo poteſt intelligi hæc litera vt prophetia de futuro:quia poſt tēpus iſtius prophetæ.ſ. Baruch, Chriſtus Deus & homo cum hominibus conuerſatus eſt Io.j. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriā eius &c. Et hæc eſt perfectior & etiam verior expoſitio, quia conuerſatio prima fuit huius figura.

QVAESTIO LXXXVI.

SVper verbis lectionis eiuſdē diei quæ habētur Baruch iij.ſ.auribus percipe vt ſcias prudentiā. Oritur quæſtio de prudentia. Verū prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium? Arguitur quòd non. ſingularia ſunt infinita,ſed infinita nō poſſunt compræhendi à ratione,ergo prudentia quæ eſt ratio recta,non eſt ſingulariū. In oppoſitum Ariſto.vj.ethi.prudētia non eſt vniuerſalium ſolum,ſed oportet etiam ſingularia cognoſcere. Ad argumētum dicitur quòd per experientiam ſingularia infinita reducuntur ad aliqua finita,quorum cognitio ſufficit ad prudentiam humanam. Ad quęſtionem reſpondendum eſt ſecundùm Thom.ij.ij.quæſt. xlvij.quòd ad prudentiam pertinet nō ſolùm conſyderatio rationis,ſed etiam applicatio ad opus.quod eſt finis practicæ rationis:nullus autem poteſt conuenienter alteri aliquid applicare niſi vtrunque cognoſcat:ſcilicet quod applicandum eſt,& id cui applicandū eſt.operationes autem ſunt in ſingularibus:ideo neceſſe eſt quòd prudens & cognoſcat vniuerſalia principia rationis & cognoſcat ſingularia circa quæ ſunt operationes.

Eodem die Lect. Ezech.prophetæ xxxvij.capit.

IN diebus illis.[a] Facta eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini,& dimiſit me in medio campi,qui erat plenus oſsibus [b] & circunduxit me per ea in gyrum.erant autem oſſa multa valde ſuper faciem campi, [c] ſiccáque vehementer. Et dixit ad me, Fili hominis,putáſne viuent oſſa iſta? Et dixi,[d] Domine deus tu noſti:& dixit ad me. Vaticinare de oſsibus iſtis,& dices eis,[e] Oſſa arida audite verbum domini. Hæc dicit dominus Deus oſsibus his.[f] Ecce ego intromittā in vos † ſpiritum & viuetis,[g] & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnem, & ſuperextendam in vobis cutem.[h] Et dabo in vobis ſpiritū & viuetis, & ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi.[i] Factus eſt autem ſonitus prophetante me,& ecce cōmotio. Et acceſſerūt oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcenderūt; & extenſa eſt in eis cutis deſuper,& ſpiritum nō habebāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis,& dices ad ſpiritum. Hæc dicit dominus deus.[k] A quatuor ventis veni ſpiritus & inſuffla ſuper interfectos iſtos,& reuiuiſcant. Et prophetaui ſicut præceperat mihi, & ingreſſus eſt in ea ſpiritus,& reuixerunt, & ſteterunt ſuper pedes ſuos,exercitus grādis nimis valde.[l] Et dixit ad me. Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa domus Iſrael eſt.[m] Ipſi dicunt.[n] Aruerunt oſſa noſtra,[o] & periit ſpes noſtra [p] & abſciſſi ſumus.[q] Propterea vaticinare,& dices ad eos, Hæc dicit dominus Deus,[r] Ecce ego aperiam tumulos veſtros,[s] & educam vos de ſepul-

Ego intromittā ſpūm in vos. Propheta hic loquit de vniuerſali iudicio Et dicit q̄ ſicut humana caro ſpūs qui ſē humana extrema noīe da die reſurget. Et hic extus enarrat ſenſumq; firmat. hoc valet mag. libro iiij. diſtin. xliiij.

chris vestris populus meus. & educam vos in terram Israel. Et scietis quia ego dominus, cùm aperuero sepulchra vestra. & eduxero vos de tumulis vestris popule meus, [t] & dedero spiritum meum in vobis & vixeritis, & quiescere vos faciam, dicit dominus omnipotens.

POSTILLA.

IN diebus illis. Facta est sup me&c. Hic describit liberatio populi imaginaria ex prophetica visione. Et primò describitur liberatio populi captiuati. Describitur deinde vnio populi dispersi. Dicit enim propheta. s. Ezechiel. a [Facta est super me manus domini &c.] Videbatur enim prophetæ imaginatoria visiõe, quòd per manus cuiusdam effigiei Deum repræsentãtis, portaretur in campum plenum ossibus mortuorum. b [Et circunduxit me per ea in gyrũ.] Ita quòd non intrabat inter ossa, sed circũibat extra, erat enim Ezechiel sacerdos, qui nõ debebat contaminari ex tactu ossium alicuius mortui. c [Siccaque vehemẽter] quasi hominũ iãdiu mortuorum. d [Domine Deus tu nosti.] qui habes scientiam, non solùm præteritorum & præsencium, sed etiam futurorum. e [Ossa arida audite verbum domini.] qui potest imperare vobis, sicut viuẽtibus creaturis. f [Ecce ego intromittam in vos spiritum. Licet hoc ponatur prius, tamen fuit vltimũ, quia præcessit coniunctio ossium ad iuncturas debitas, & extensio neruorum & carnium & cutis desuper vt postea subditur. g [Et dabo su. vos ner. &c.] Et vltimò ponitur. h [Et dabo vobis spiritum & viuetis.] i. [Factus est autem sonitus &c.] quia ex cõmotione ossium ad suas iuncturas appropinquantium, videbatur imaginariè sonitus procedere. Cætera patent vsque ibi. k [A quatuor ventis.] i. quatuor mundi plagis vnde flãt quatuor venti principales, non quia habebant virtutẽ viuificandi: quia flãtibus illis, videbatur imaginariè à Deo dari eis spiritus vitæ. l [Et dixit &c.] Hic consequenter ponitur vnius visionis intellectio. Et dicunt aliqui quòd visio ista intelligenda est de resurrectione generali in tempore iudicij. Sed saluo meliori iudicio non videtur hoc mihi: quia statim exponendo dicitur. Ossa hæc vniuersa domus Israel est. Resurrectio autem generalis non solùm erit filiorum Israel sed omnium generaliter. Item quia subditur. Ipsi dicunt aruerunt ossa nostra, periit spes nostra. Si autem intelligeretur de resurrectione generali, istud dictum ita se extenderet ad prius defunctos sicut ad viuentes & futuros. Iusti autem defuncti à principio mundi vsque ad tempus Ezechielis, & vsq; ad resurrectionem Christi habebãt certam spem resurgẽdi in tempore electorum. Impij autem existẽtes in inferno sciũt se esse resurrecturos ad augmẽtum suæ pœnæ: quia tunc puniẽtur in anima & corpore. Et ideo videtur ꝙ hæc visio intelligenda sit ad literam de liberatione populi Israel à Babylonica seruitute. quę est mors ciuilis. Et ideo talis liberatio cõuenienter dicit viuificatio, & loca in quibus detinebãtur serui illi, dicuntur sepulchra: & tumuli. Sic igitur exponẽda est hæc litera. m [Ipsi dicunt,] scilicet Iudæi in captiuitate detẽti. n [Aruerunt ossa nostra.] id est virtus nostra defecit, quæ per ossa designatur, in quibus cõsistit robur corporis. o [Et periit spes nostra] scilicet redeũdi in Iudæam. p [Et abscissi sumus.] scilicet à terra natiuitatis nostrę. q [Propterea vaticinare.] Ad auferẽdum ab eis hanc desperationem. r [Ecce ego aperiã tumulos vestros.] i. loca in quibus estis serui, & carceres in quibus aliqui erãt ligati. s [Et educam vos de sepulchris vestris.] per licentiã regis Cyri, qui dedit licentiã populo redeundi scilicet Esdræ. t [Et dedero spiritum meum in vobis.] id est constãtiam redeundi in Iudæam, & propositum meliorandi vitam vestram. Notandum est prout ad plenum cõtinetur in additionibus factis super isto capitulo, quòd visio prædicta de ossibus mortuorũ debet intelligi de resurrectione generali. Et in prędictis additionibus soluũtur argumenta, quæ in oppositum fieri possunt.

Resurrectio generalis est à morte, sed oẽs morientur igitur.

Resurrectio dãnatorũ erit ꝑpter pœnæ augmẽtationẽ, q̃a puniẽtur in corpore & anima qui in corpore & anima peccauerunt.

QVAESTIO LXXXVII.

SVper verbis lectionis eiusdem dici quæ habetur Ezechie. xxxvij. Educã vos de sepulchris vestris, quæ verba intelliguntur de locis resurgentium. Oritur quæstio de ipsis locis. vtrum mortui resurgent in hisdem locis in quibus fuerunt sepulti? Arguitur quòd nõ resurrectio erit à morte: sed mors magis de prope respicit locũ mortis quàm sepulturæ: ergo mortui resurgent in locis in quibus mortui sunt. In oppositum Ezechiel vbi supra. Igitur. Ad argumentum. dicitur quòd resurrectio nõ tantùm erit à morte sed etiam ab incineratione, quæ incineratio magis de propè respicit locum sepulturæ quàm locum mortis. Ad quæstionem respondendum est secundùm Richar. de me. vil. iiij. senten. dist. xliij. ar. v. q. iij. quia mortui resurgent in locis in quibus tempore resurrectionis erit pars principalior corporis, siue ibi à principio fuerint sepulta siue non. si verò illo tempore contingat alicuius corporis partes æquè principales in pluribus locis esse, ita quòd illæ partes sint in diuersis locis, & non plus sit in vno loco quàm in alio: dicendũ est quòd resurgent in illo loco in quo deus eos resurgere voluerit.

Eodem die Lectio Isaiæ prophetæ iiij. cap.

ET [a] appræhendēt septem mulieres virum vnum, in die illa dicentes, [b] Panem nostrum † comedemus, & vestimentis nostris operiemur. [c] Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, [d] aufer opprobrium nostrū. [e] In die illa erit [f] germen domini [g] in magnificentia, & gloria [h] & fructus terræ sublimis, [i] & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit [x] omnis qui relictus fuerit in Syon, & residuus in Ierusalem sanctus vocabitur. [l] Omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. [m] Si abluerit dominus [n] sordes filiarum Syon, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij [o] & spiritu ardoris. [p] Et creabit dominus Deus [q] super omnem locum montis Syon [r] & vbi inuocatus est, [s] nubem per diem & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte. [t] Super omnem enim gloriam [v] protectio. [x] Et tabernaculum erit [y] in vmbraculum diei ab æstu, [z] & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

Panē nostrum. Triplex est panis. s. panis vitæ q & spūalis dicit. hic aūt est xps i sacro altaris, qui est vita aīę vnde Ioā. 6. Ego sū panis viu⁹ qui de cœlo descendit, si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternū. Alius est panis doctrinæ, quo aīa nostra refocillatur Mat. 3. Nō ex solo pane viuit homo, sed ex omni vbo q̄ pcedit ex ore Dei, ali⁹ aūt est panis materialis, De quo text⁹ habetur.

POSTILLA.

ET Appræhendent septem mulieres &c. In trib⁹ capitulis præcedentibus propheta descripsit regni Iudæ descriptionem, & hoc per multa bella & deinde regni Christi, scilicet ecclesiæ erectionē: & hoc idem facit in hac lectione. Et quia in tertio capitulo locutus est de interfectione multorum Iudæorum in bello: & de desolatione terræ ꝑpter interfectos, ideo dicit. a [Et appræhendēt septem mulieres virum vnū in die illa.] Quod quidem dictū est vnū correlariū quod sequitur ex bello dicto. Ex hoc enim quod dictum est, quòd multi viri interficientur in prælio, sequitur quòd multæ remanebunt mulieres sine viris: quia mulieres nō sic interficiuntur in præliis sicut viri: & hoc est quod dicitur. [Et appræhendent &c.] quærētes cū habere sponsum. Et quia ad spōsum pertinet prouidere vxorib⁹ & filiis de necessariis, quod est difficile pro tot vxoribus, & sic vnus vir renueret coniungi tot vxoribus, ideo hoc remouetur cum subditur. d [Panē nostrum comedemus &c.] i. prouidebimus nobis & filiis nostris de victu & vestitu. c [Tantummodo inuocetur &c.] s. quòd simus vxores tuæ & si non simus absque viro & marito. d [Aufer approbrium nostrum.] s. sterilitatis, & nihil plus petimus à te. Hic incipit capitulum in hebræo. e [In die illa &c.] Superius enim descripta est punitio malorum, hic cōsequenter ponitur consolatio bonorum fienda per Christum: quia sicut dictum est suprà, modus Isaiæ est cū aliis quæ tractat simul describere mysterium Christi quod intendit principaliter. Et hebræi residuum huius capituli referunt ad tempus Messiæ: vnde quod dicitur hic. In die illa erit germen domini &c. in translatiōe Chaldaica quæ apud hebræos dicitur Targum, & est autentica apud eos, dicitur. In tempore illo erit Messias domini &c. Et ideo expositores Latini hoc exponentes de prosperitatē redeuntium de captiuitate Babylonica, magis iudaizāt quātum ad hoc quā Hebræi. Igitur secundū hanc sententiā hæc litera in duas partes diuiditur, quia primo ponitur dicta consolatio bonorum, quantum ad eorum exultationem. Secundo quantū ad diuinā protectionē. Circa primum dicitur. In die illa. i. in tempore gratiæ quod dicitur dies propter claritatem notitiæ. Ad Ro. xiiij. nox præcessit, dies autē appropinquauit. f [Germē domini.] i. Christus qui dicitur germē domini quia non fuit conceptus virili semine, sed virtute spiritussancti. g [In magnificentia] scilicet in miraculorum operatione, in sua resurrectione & ascēsione. h [Et fruter.] s. virginis de qua dicitur Isaiæ xlv. Aperiatur terra, & germinet saluatorē. i [Et exul. his qui saluati fue. &c.] apostolis & aliis fidelibus qui post resurrectionē domini grauisi fuerūt. Io. xx. & in die Pētecostes, recepto spiritusācto Act. ij. k [Omnis qui relict⁹ fuerit in Syō &c.] i. in ecclesia: sed hoc est intelligendū de illis qui sunt in ecclesia numero & merito, ideo sequitur. l [Omnis qui scri. est in vi.] i. in li. vitæ qđ Ra. sa. sic glossat. Omnis scriptus scilicet seculi venturi. m [Si obtulerit.] Hic accipitur si pro quia. n [Sordes filiarum Syon.] i. ecclesiæ in spiritu iudicij: quia Christus per viam iustitiæ pro nobis satisfecit. o [Et spiritu ardoris.] quia fecit ex maximo feruore charitatis. p [Et creauit &c.] Hic consequenter ponitur consolatio bonorum, quantum ad diuinam protectionem Circa quod sciendum est, quòd in exitu de Ægypto dominus protexit filios Israel per colūnam ignis & nubis. Exo. xiiij. Tollensque angelus domini qui præcedebat castra filiorum Israel abiit post eos, & cū eo pariter columna nubis: sequitur. Et erat nubes tenebrosa die & illuminata nocte. Ita q̄ ad se inuicem toto noctis tēpore accedere nō valerent: fuit etiā postea columna nubis in protectionem contra æstum solis de die, & colūna ignis contra tenebras de nocte. Et hoc fuit in figura gratiæ spiritussancti dandæ Christi discipulis in signo visibili. Actu. ij. quæ protegit contra ardorem concupiscentiæ, & illuminat cōtra tenebras igno-

Cōsolatio bonorum.

rantiæ quæ tanto melior est illa colūna ignis &nubis,quantum veritas est melior vmbra.Et ad literam signum illud fuit gratiæ Apostolis datæ.Habuit enim speciem ignis lucentis nō comburentis.Potest etiam probabiliter dici ꝙ apparuit ibi nebula lucida,insignū diuinæ præsentiæ specialis per gratiam.Sicut in dedicatione templi Salomonis iij. Regum viij.Et in erectione tabernaculi.Exo.xl.de quo potest exponi quod dicitur Actuum ij. Et impleuit totam domum vbi erant sedentes,secundum hoc igitur dicitur.Et creauit dominus,id est creabit loquendo de futuro,per modum præteriti propter certitudinē prophetiæ. q [Super omnem locum montis Syon]id est,ecclesiæ militantis quæ Syon dicitur.Et quia ad literam in monte Syon fuit missio spiritussancti,in signo visibili super apostolosin die pentecostes,vt dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris. r [Et vbi inuocatus est.] à fidelibus:quia est locus orationis. s [Nubem per diem &c.]gratiā spiritussancti modo prædicto protegētem. t [Super omnem enim gloriam]columnæ & ignis & nubis datæ filiis Israel. v [Protectio] scilicet spiritussancti quia excedit eam vt veritas vmbram. x [Et tabernaculum erit.]scilicet spiritussancti. y [In securitatem &c.]scilicet superbiæ. z [Et à pluuia.]carnalis lasciuiæ vel à turbine persecutionis , quam non timebant apostoli & discipuli spiritusancto roborati,&à pluuia prosperitatis temporalis:ne per eam mortificetur homo ad vitia. Rabbi Salomon dicit hic quòd per turbinem & ignem& huiusmodi,intelliguntur gehennæ pœnæ inducentes ad hoc illud Psal. xiiij. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur& spiritus procellarum &c.Quantum ad hoc cōuenit mecum,quia gratia spiritussancti protegit ab illa pœna,& maxime gratia consummata quæ est ipsa gloria.

QVAESTIO LXXXVIII.

SVper verbis lectionis eiusdem diei quæ habentur Isaiæ iiij.In die illa erit germen domini,id est tempore gratiæ erit Christus , qui fuit de spiritu sancto conceptus. Oritur quæstio de ipso Christo,vtrum Christus sit de spiritu sancto conceptus? Arguitur quòd nō:hæc præpositio de denotat consubstantialitatem: vnde non dicimus aliquid de aliquo nisi de substantia eius sit.sed Christus secundum hominem non est consubstantialis spirituisancto. Igitur.In oppositum habetur in symbolo , qui conceptus est de spiritusancto. Igitur. Ad argumentum dicitur , quòd Ly de largo modo accipitur pro ex, id est , ex spiritusancto. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioannem de turre cremata in quæstionibus super euangeliis quòd quamuis in Christi conceptione , tota trinitas operata sit, attribuitur tamen spiritusancto triplici ratione. Primò hoc congruit causæ incarnationis, quæ consyderatur ex parte Dei : spiritussanctus est amor patris, & filij hoc autem ex maximo amore dei prouenit,vt filius dei carnem sibi assūmeret in vtero virginali. Secundò quia hoc congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ:per hoc datur intelligi ꝙ natura humana assūmpta est à filio in vnitate personæ,non ex aliquibus meritis , sed ex sola Dei gratia , quæ spiritusancto attribuitur. Tertiò hoc cōgruit termino incarnationis,ad hoc enim terminata est incarnatio,vt homo ille q̄ assūmebatur esset sanctus & filius dei,vtrūque appropriatur spirituisancto,&per ipsum homines facti sunt filij Dei.

Eodem die. Lectio Exo. xij.

In diebus illis. Dixit dominus ad Moysen & Aaron &c.

Hæc lectio posita est suprà in parasceue. Require illam ibidem tam in textu quàm in glo.

Eodem die Lectio Ionæ iiij.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad Ionam , dicens. Surge vade &c.

Prædicta lectio posita est ad longum & in textu, & in glossa suprà in feria ij. dominicæ v. in xl. Require illam ibidem.

Eodem die. Lectio Deuter. xxxj. capitulo.

IN diebus illis. [a] Scripsit [b] Moyses canticum , [c] & docuit filios Israel [d] præcepitque dominus Iosue filio Nun , [e] Et ait. Confortare & esto robustus. † [f] Tu enim introduces filios Israel [g] in terram quam pollicitus sum eis, [h] & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine,atq; cōpleuit, [i] præcepit Leuitis qui portabant arcā fœderis domini dicēs. [x] Tollite librū illum , & ponite illum in latere arcæ fœderis domini Dei nostri. [l] vt sit ibi contra te in testimonium, [m] ego enim scio contentionem tuam [n] & ceruicem tuam durissimam. [o] Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper [p] contentiose egistis cōtra dominum , quanto magis cum mortuus fuero? [q] Congregate ad me omnes

Robustus. hoc vocabulum seu verbū robustus nobis designat ꝙ bonus prælatus in suo officio debet esse aquārulū seuerus, fortis repræhēsor, corde plus & verbo durus, vt vult Isidor. de sum. bo. lib. iiij. ca. xxxij.

maiores natu r per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. s Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini vt irritetis eũ per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu filiorum Israel verba carminis huius, & ad finẽ vsque compleuit.

POSTILLA.

IN diebus illis. Scripsit Moyses canticum & docuit filios Israel &c. patet in principio hui⁹ capituli quod quidẽ principium non est in hac lectione, quomodo postquã senuerat Moyses, & esset centum & xx. annorum excusauit se corã omni populo, ne amplius duceret ipsum etiã ex mandato domini, sed acciperet Iosue in locum ipsius Moysi qui esset dux eorum. Patet etiam ibidẽ quo modo dominus dixit Moysi quòd ipse dormiret in illa terra, id est moreretur cũ patribus suis & qualiter populus eius fornicaretur, cum post deos alienos iret, derelinquendo legem sibi à deo & per Moysen datam, vt nullam haberent causam ignorantiæ præcepit Deus vt scriberent: & deinde docerent alios, vt memoriter tenerent & ore decantarẽt quicquid deus ipsis prædixerat. Et sequitur. b [Scripsit Moyses canticum.] quod quidem canticum nõ ponitur hic, sed ponitur in sequenti capitulo & est illud cãticum quod communiter ponitur in fine psalterij, & cantatur in ecclesia, quando fit de feria in laudibus & die sabbati & incipit. Audite cæli quæ loquor &c. Et est satis prolixum. c [Et docuit filios Israel.] scilicet vt iubilando cantarẽt pronuntiando omnia quæ continẽtur in prædicto cantico. d [Præcepítque dominus Iosue filio Num, patet circa principium huius capituli quomodo Moyses ex præcepto domini vocauit Iosue. Patet ibidẽ quomodo eidẽ præcepit ea quæ volebat circa regimen populi, ex quibus potest elici quòd illi qui se ingerũt ad aliquod regimen, non sunt apti secundùm quòd dicitur ad Hebræos. v. Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Sed humiles qui nõ veniunt ad hoc nisi inducti & vocati, illi sunt digni & hoc notatur in Iosue modo prius dicto. [Præcepit igitur Moyses Iosue.] scilicet auctoritate domini. e [Et ait confortare, & esto robustus.] ad sustinendum tanti regiminis onus. Hoc autem dicit Moyses, quia Iosue ex humilitate sua formidabat tantum onus accipere: maximè quia Moyses qui erat talis & tantus, onere populi grauatus, peccauerat in aquis contradictionis vt patet Numero xx. f [Tu enim introduces filios Israel.] Patet in hoc capitulo & ante hanc lectionem quomodo Deus tradiderat omnia quæ volebat fieri Moysi, per modum legis, & Moyses tradidit Aaron & sacerdotibus qui tenerentur eam intelligere & populum docere. g [In terram quam pollicitus sum.] non solùm Moysi, sed Abrahæ Isaac, & Iacob. h [Et ego ero tecũ.] Quod in multis apparuit & demonstratum est. Nam toto tempore ipsius Iosue filij Israel non recesserunt notabiliter à lege domini: & ideo semper obtinuerunt victoriam de suis inimicis, sequitur. i [Præcepit Leuitis &c.] Vocantur autem Leuitæ non ratione officij, sed ratione generis: quia erant de tribu Leui: sed erant officiosi sacerdotes. k [Tollite librum istum, & ponite eum in late. arcæ.] dicunt aliqui Hebræi quòd erat in latere, tamen exterius super quandam tabulam in latere arcæ prominentem. Alij autem dicunt quòd erat interius iuxta tabulas. l [Vt sit ibi contra te in test.] hoc est, vt non habeas ignorantiæ causam, quòd ego non prædixerim tibi punitionem grauißimam quam sustinebis, si à lege tibi per me data recesseris. m [Ego enim scio &c.] Nam deus à theoreo, quod est videre dicitur, eò quòd præterita, præsentia & futura videt. n [Et ceruicem tuam durißimam.] id est malam voluntatem, & malum animum & induratum contra præcepta tibi data. o [Adhuc viuente &c.] Non dicit hic quòd mortuus loqueretur: sed quia erat præparatus mori tanquam qui condit testamentum & ordinat, vt corpus eius tradatur sepulturæ in tali ecclesia vel cymiterio, & bona eius sic distribuantur, ac si iam esset mortuus, sic loquitur Moyses. p [Contentiosè egistis contra dominum, quanto magis cum mortuus fuero.] vt patet in Exod. & libr. Nume. q [Congregate ad me omnes maiores natu.] Nã talibus debebatur honor duplex, scilicet sacerdotij & etiam duplicis partis in bonis paternis, vt patet diffusè in glossa super xxx. c. Genesis prope finem. r [Per tribus vestras, atque doctores] scilicet duodecim filiorum Israel. s [Noui enim quòd post mortem meam inique agetis. & declinabitis citò de via quã præcepi vobis.] hoc enim cognouit Moyses per spiritum prophetiæ. Cætera verò contenta omnia in residuo huius lectionis per se patent.

Ætas Moysi.

Antequã aliquis sit recipiendus ad dignitatem tria habere debet. s. ætatẽ sciẽtiam, & honestatem.

De Iosue.

Vnde dicitur Deus.

QVAESTIO LXXXIX.

SVper verbis lectionis eiusdem diei quæ habetur Deu. xxxj. scilicet introduces filios Israel in terrã quã pollicitus sũ eis: & sunt verba

Moyſi ad Ioſue, quem Moyſes elegit vt eſſet dux filiorum Iſrael. Oritur quæſtio de electione ad dignitatem. vtrum neceſſe ſit ſemper eligere meliores ad dignitatē eccleſiaſticā, ſicut ad aliam dignitatem? Arguitur ꝙ ſic habetur ex electione Matthiæ, quia licet Ioſeph eſſet bonus: vnde vocatur iuſtus: tamē Matthias qui erat melior, eſt electus igitur. In oppoſitū decretalis dicit quòd ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem. igitur. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundùm Tho. quolibet. viij. vel vj. per duas concluſiones, prima quòd aliquis homo bonus & melior altero dicitur dupliciter. vno modo ſimpliciter & ſic melior dicitur ille qui eſt in charitate perfectior. Alio modo ſecundùm quid, & ſic dicitur aliquis eſſe melior altero vel ad militiam vel ad magiſterium vel ad prælationem &c. & qui non eſt melior ſimpliciter eo quòd in ſingulis officiis tam ſpiritualibus quam temporalibus requiruntur aliqua præter bonitatem mortalem, ad hoc quòd aliquis ſit idoneus ad illud officiū exercendum. dico ergo pro prima concluſione, quòd oportet eligere ad prælationē vel aliud quodcunque officium eccleſiaſticum aliquem qui ſit bonus ſimpliciter eo quòd per peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet officium ſpirituale exercendum. Secunda concluſio. non oportet ꝙ ſemper eligendus ſit melior ſimpliciter quia poſsibile eſt quòd ille qui eſt perfectior in charitate deficiat in multis quę requirūtur ad hoc quòd aliquis ſit idoneus prælatus: tamen ſi aliquis elegerit aliquem quem reputat minus idoneum ad tale officium, peccaret.

Eodem die Lectio Danielis prophetæ iij. capi.

Fecit ſtatuā Nullū ſcelus maius in Deū fieri poteſt q̄ idololatria, quia idololatria eſt quidā inordinat⁹ & impertinens cultus, q ordine diuinæ iuſtitiæ & latriæ pertinens Deo benedicto indebite Dei creaturæ exhibet̄, vnde dūs Deus

IN diebus illis. [a] Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam † auream altitudine cubitorum ſexaginta, & latitudine ſex, & ſtatuit eam in campo Duram prouinciæ Babylonis. [b] Itaq; Nabuchodonoſor rex miſit [c] ad congregandos ſatrapas, [d] magiſtratus [e] & iudices. [f] Duces [g] & tyrannos, [h] optimates [i] & præfectos. [x] Omnéſque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quā erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc cōgregati ſunt ſatrapæ magiſtratus & iudices, duces & tyranni & optimates qui erāt in poteſtatibus cōſtituti, & vniuerſi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabant autem in conſpectu ſtatuæ quam poſuerat Nabuchodonoſor rex: & præco clamabat valenter. [l] Vobis dicitur populis [m] tribubus & linguis. [n] In hora qua audieritis ſonitū tubæ, [o] & fiſtulæ [p] cīthararæ [q] & ſambucæ [r] & pſalterij, [s] & ſymphoniæ [t] & vniuerſi generis muſicorum, [v] cadentes adorate ſtatuā aureā, [x] quam conſtituit Nabuchodonoſor rex, [y] Si quis autem nō proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharę, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ & omnis generis muſicorum, cadentes omnes populi, tribus & linguæ adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. [z] Statim in ipſo tempore, [a] accedentes viri Chaldæi [b] accuſauerunt Iudæos. [c] Dixerúntque Nabuchodonoſor regi. Rex in æternum viue. [d] Tu rex poſuiſti decretum, [e] vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & cytharæ, ſambucæ & pſalterij, & ſymphonię, & omnis generis muſicorum, proſternat ſe & adoret ſtatuam auream. Si quis autē non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. [f] Sunt ergo viri Iudæi, [g] quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis Sidrac Miſac, & Abdenago, [h] & viri iſti rex contempſerūt decretum tuū. [i] Deos tuos non colunt & ſtatuam auream quam erexiſti non adorant. [k] Tūc Nabuchodonoſor rex [l] in furore & in ira præcepit [m] vt adducerentur Sidrac Miſac & Abdenago. Qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis. [n] Pronuntiánſque Nabuchodonoſor rex ait eis. Veréne Sidrac, Miſac, & Abdenago, [o] deos meos non colitis [p] & ſtatuā auream quā cōſtitui nō adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati quacunque hora audieritis ſonitum buccinæ, fiſtulæ, cytharæ, ſambucæ & pſalterij & ſymphoniæ, omníſque generis muſicorum, proſternite vos

Iudæos idololatras ſæpius depdere voluit iſtius cultus indebiti vim & violentiā oſtēdēs & impiū cōfundere volens, vt Exo. 22. & 30.

& adorate ſtatuam aurea quam feci. Quod ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis, q Et quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea? r Reſpondentes Sidrac, Miſac & Abdenago, dixerũt Nabuchodonoſor regi. s Nõ oportet nos de hac re reſpondere tibi. t Ecce enim deus noſter quem colimus poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o rex, liberare. Quòd ſi noluerit, v notum ſit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus. x Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, y & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrac, Miſac, & Abdenago, z Et præcepit vt ſuccẽderetur fornax ſeptuplum, quàm ſuccendi ſolebat. Et viris fortiſsimis de exercitu ſuo iuſsit, vt ligatis manibus & pedibus, Sidrac, Miſac, & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. a Et confeſtim viri illi b vincti c cum braccis ſuis & tyaris & calceamentis & veſtibus miſsi ſunt in mediũ fornacis ignis ardentis. Nam iuſsio regis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis, d Porro viros illos qui miſerant, Sidrac, Miſac, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id eſt Sidrac, Miſac, & Abdenago ceciderunt in medium caminum ignis ardentis colligati. e Et ambulabant in medio flammæ laudantes & benedicentes Deum.

POSTILLA.

IN dieb' illis. a [Nabuchodonoſor rex &c.] in ſecũdo capitulo Danie. quod immediatè præcedit iſtud ponit' prima viſio demoſtrata Daneli vt ipſam exponeret regi per quam expoſitionem Babylonij inducti ſunt ad cognoſcẽdum Dei potentiã omnia regna conterentem, ſicut patet per totum prædictum capitulum. In hac autem lectione ponitur ſecũda viſio per quam ipſi fuerunt inducti ad cognoſcendum ex quocunque metu dato, etiam mortis quòd nõ eſt alius niſi deus adorãdus per latriam. Circa hoc conſiderãdum quòd materia huius viſionis eſt de ſtatua aurea. & de puerorũ cõſtantia, de fornace ardẽte, & de angelo pueros liberãte. Cauſa finalis eſt, vt Chriſti incarnatio panderetur: cultus Dei ampliaretur, & populus ei ſeruiens conſolaretur. Scribitur autem hæc viſio ad modum cuiuſdam ſententiæ iudicialis iniquæ. Et habet tres partes, quia primo ponitur puerorũ indigna cõdemnatio. Secundò eorũ benigna liberatio, & tertiò eorum condigna exaltatio. Sed hæc pars non ponitur in hac lectione neq; ad plenum in ſecunda quamuis ponatur in toto iſto. c. Circa primum conſiderandum quòd Nabuchodonoſor per ſuam ſuperbiã propter monarchiæ adeptionem voluit ſibi vſurpare honorem diuinum: & ideo fecit fieri ſtatuã magnam auream, in quo adoraretur altitudine cubitorum lx. In hac altitudine computatur baſis ſuper quam erat poſita: aliter non reſponderet ſibi latitudo, quæ dicitur eſſe ſex cubitorũ tantum. Cætera patent vſque ibi. Itaque. Si autem quæratur quare Daniel, qui erat familiaris regis, vt patere poteſt ex dictis in præcedenti capitulo, non prohibuit eum à tali inſania. Dicendũ eſt quòd erat abſens & occupatus pro negotiis regni forſan in extremis finib' regni, vel quòd erat infirmitate detentus vel aliqua conſimili cauſa. Vel dicendum quòd vidit regẽ obſtinatum in malitia ſua, ideo tacuit dicens ſe nihil proficere poſſe in eius reprehenſione: ſed magis regem ad deteriora excitare: & hoc videtur gloſ. interlinearis dicere infrà eodem capitulo, ſuper illũ locũ, præcepit vt adducerẽtur Sidrac, Miſac, & Abdenago. Qui confeſtim adducti &c. vbi dicitur ſic, de Daniele non fit mentio qui regi aſsiſtebat qui propriã ſtatuã nõ adorabat. b Itaque Nabuchodonoſor rex miſit.] Hic cõſequenter deſcribitur ſtatuæ dedicatio. Voluit enim Nabuchodonoſor quod prima adoratio ſuæ ſtatuæ quæ vocatur hic dedicatio fieret cum magna ſolennitate, propter magnitudinem ſuperbiæ ſuæ. Et hoc eſt quod dicit hic. Itaque Nabuchonoſor rex miſit nuntios. ſ. ſolennes. c [Ad congregandos ſatrapas.] id eſt nobiles latrones & dicũtur ſatrapæ quaſi ſatis rapientes, quia ſolent bona inferiorum rapere. d [Magiſtratus.] i. conſiliarios. e [Iudices.] qui ſunt conſtituti ad audiendum cauſas. f [Duces.] ſ. exercitus. g [Et tyrannos.] i. exactores tributorum regaliũ. h [Optimates.] i. optimos exiſtentes. Iſti ſunt honorabiles poſt regem. i [Præfectos.] i. præpoſitos. k [Omnes principes te.] ſicut ſunt baliui qui habent plures præpoſitos ſub ſe. Iſti Igitur prædicti omnes primo ſunt vocati ad adorandum ſtatuam, tanquam regi conſentientes. Cæteri verò timore mortis & exemplo maiorum facilius inducuntur ad regis voluntatem. Cætera omnia patent vſque ibi. l [Vobis dicitur populis.] Non quòd omnes populi poſſent in campo Durã collocari: ſed quia in principibus qui ſunt capita aliorũ intelliguntur omnes adorare. m [Tribubus & linguis.] quia ibi erant homines diuerſarum regionũ & lingua-

Vnde dicuntur ſatrapæ

rū. n [In hora qua audieritis sonitum tubæ.] Forma huius instrumēti nota est,&cōmuniter vtuntur homines in bellis & festis & in populi cōgregatione:vt habetur in lib.Nume. o [Et fistulæ.]instrumentū est de ligno multa foramina habēs,per quæ emittitur sonus,& eo vtū tur pastores. p [Cytharæ.]instrumentū est figuræ triangularis ad modū dimidij scuti &tangitur digitis. q [Sambucæ] quæ fit de arundine perforata.Et dicit sambuca à sam quòd est solū & bucca quòd est parua buccina,quia solū potest fieri in æstate vt dicit Hiero.in epistola ad Dardanum de instrumentis musicis quæ in sacra scriptura reperiūtur. r [Psalterij.]instrumētum notū est & tāgitur cū penna. s [Symphoniæ.]aliquādo accipitur pro melodia in cōmuni:sed hic accipitur symphonia pro instrumento determinato & oblōgo:quod solēt portare cæci & digitis tangitur. t [Et vniuersi generis musicorū.]Hoc additur,quia multa erāt ibi talia instrumenta,quæ nō exprimūtur hic. Talibus autem vtebātur in adoratione statuę, ad incitandum homines:quia ex diuersis melodiis excitātur in hominibus diuersæ passiones vt habetur viij.politico.& etiam patet ad sensum. v [Cadentes adorate statuam.]i.humiliter & reuerenter. x [Quā cōstituit Nabuchodonosor rex.]vt in ipsa adoraretur. y [Si quis autē &c.] Ibi pœna nuntiatur nō obedietibus Cætera patent ex dictis in textu vsque ad illā partē. z [Statim &c.]Hęc est secūda pars principalis hui⁹ capitoli vbi ponitur forma iudicij. Circa quā primò ponit Chaldæorū accusatio. Secūdò ponitur puerorū citatio,ibi.Tūc Nabuchodonosor in furore.Tertiò citatorum inquisitio ibi.pronūtiās.Et quartò inquisitoru rñsio ibi.Nō oportet nos.in prima parte dicitur sic. [Statim in ipso tēp.]dedicatiōis statuæ. a [Accedētes viri Chaldæi.]ad regē. b Accusauerūt Iudæos moti inuidia ex hoc ꝙ Iudæi erant eis ꝓpositi in negotiis regni vt patet in fine capituli. c [Dixerūtque Nabuchodonosor regi. Rex in æternū vi.]hoc dicūt ad captādum eius beneuolentiā vt melius impleret eo:ū voluntatē. d [Tu rex posuisti decretū.] qđ est lex firma & rationabilis & non est licitum illud præterire. e [Vt omnis qui audierit sonitum tubæ.] quasi dicat nullum hominē excepisti ab hac lege. Hoc autem dicebāt vt non pateret modus liberationis puerorum. Hoc autem modo in proposito formāt accusationem suam dicētes. f [Sūt ergo viri Iudæi.]quasi dicat sunt captiui & serui ex cōditione,ꝓpter hoc humiliores deberent esse. g [Quos cōstituisti sup opera regionis Babyloniæ.]Et ideo deberent esse grati pro beneficiis acceptis,& per cōsequens cōtēptus eorum grauior. h [Et viri isti contempserūt rex decretum tuum.]q.d. ex prædictis patet ꝙ nullo modo est eis parcendum. i [Deos tuos non colunt.Scribit autem hoc Daniel more Iudæorū qui vnum idolum vocant Deos in plurali,vt habetur Exod.xxij. de vitulo aureo. Hi sunt dij tui Israel,qui eduxerunt te de terra Ægypti.Dicuntur autem hic dii Nabuchodonosor.non quia ipsam statuā adoraret vt dictum est:sed quia illam fieri fecerat. vt in ipsa adoraretur. k [Tunc Nabuchodonosor &c.] Hic ponitur puerorum citatio cùm dicitur ꝙ rex in furore & ira ex contemptu sibi facto secundum suam æstimationem,nòn tamen secūdum veritatem:& sic irrationabiliter.ideo dicitur. l [In furore & ira præcepit.]illis pessimis accusatoribus. m [Vt adduceretur coram eo Sidrac &c.]De Daniele non fit mentio , & causa dicta est supra. n [Pronuncians[que]]Hic ponitur citatorum inquisitio.Et patet litera ex his quæ dicuntur hoc excepto. o [Deos meos non colitis.]& pro id est. p [Statuam auream quā constitui.]quam vocat Nabuchodonosor deum suum.non quia ipsam adoraret vt dictū est,sed quia ipsum repræsentabat,cui diuinos honores exhiberi volebat.q [Et quis est Deus qui vos eripiet.]Hæc fuit mira excæcatio: quia ipsum Deū Hebræorū omnipotentem inuocauerat in præcedenti capitulo:sed superbia mirabiliter excæcat hominē.r [Respōdētes &c.] Hic ponitur inquisitorum responsio.Vnde dicūt. s [Non oportet nos de hac re respōdere tibi.]q.d.quæstio tua est ita irrationabilis quòd non est digna respōsione,quia euidens est dare vnū principiū infinitæ potentiæ. Et illud potens est nos liberare , quia ipsum colimus , & hoc est ꝙ subditur. t [Ecce enim deus noster, quē colimus &c.]quia aliquādo deus nō liberat seruos suos tēporaliter vt melius eos saluet inuisibiliter,eos ad requiē trāsferendo:vt dicit Augustinus in quodam sermone sanctorum martyrum septem fratrum. v [Notum sit tibi quia deos tuos non colimus.]Ex quo patet ꝙ illud factum est tribus pueris materia fortitudinis quod ab impiis credebatur esse causa terroris. x [Tunc Nabuch.] Hic describitur pœna supplicij. Et primò ponit regis indignatio,cum dicitur.Repletus est furore.Secūdò indignationis manifesta ostensio,cum subditur. y [Et aspectus faciei illius immutatus est &c.] quia passiones cordis citius apparent in oculis quā in aliis partibus corporis. Tertiò ponitur sententiæ pronunciatio.ibi. z [Et præcepit vt succēderetur for.septuplum quam &c.]Quartò sententiæ executio ibi. a [Et cōfestim viri illi. i.tres pueri. c [Vincti.]vt nullo modo possent euadere. c [Cum bracis suis & tyaris] secundum aliquos tyara est palliū,quo Persæ vtuntur:secundum alios est mitra quæ in capite ponitur.vnde dicit Exo.xxix.de Aarō,pones tyarā in capite ei⁹.& inde trahitur ad significādū gen⁹ pallij aut pilei qđ portabāt nobiles secūdū quòd dicitur Eze.xxiij.Cū vidissent viros depictos & tyaras in capitibus eorū.Quintò ponitur dei vindicatio.ibi. d [Porro viros illos &c.]Sciēdū tamē ꝙ hoc vtitur hic per antici-

Quot modis capit symphonia. Adoratione Latriæ nulla creatura est adoranda.

Nō est dignus donis qui nō agit grās de gratis datis.

Citatorū inquisitio

Inquisitorum respōsio.

pationē:quia dicit infrà eodem capitulo quòd viri illi,qui miserant pueros in fornacē succendebant eam.& ideo interfectio istorū per flāmā ignis intelligēda est facta qñ angelus descēdit cum pueris post orationē Azarię.Et excessit flamma de fornace,& combussit eos qui erant extra,vt sic rex nō solū de miraculo viso miraretur sed & per cōbustionē fortissimorū virorū de suo exercitu puniretur,vt hic potest videri. e [Et ambulabant in medio flāmę laudantes & benedicentes deum.] Hæc est tertia pars principalis huius capituli. Sciendū tamen quòd non est in Hebræo,tamen eam exposui quia est in medio capituli.Igitur hic ponitᷓ benigna liberatio puerorū vbi tria notātur quæ solēt accidere in tribulatione iustorū.s.cōmendatio supernæ æquitatis, condescensio diuinæ bonitatis,& collaudatio diuinę maiestatis.ibi. Tunc hi tres.Circa primū aduertendum ꝙ primò ponitur commēdatio dei ab istis tribus in generali vt patet.Secūdò ipsiᵘ Azariæ in spāli, ibi:stās autē Azarias,vbi primo Azarias cōmēdat diuinā iustitiā.Secundò implorat eius clementiā.ibi.Nec quis &c.Tertiò allegat cōsuetam misericordiā dei ibi.& nunc sequemur te. Quartò inuocat eius liberatricē potētiam ibi. Et erue nos &c.Circa primū in cōmēdatiōe diuinæ æquitatis, Azarias attribuit deo iustitiā & sibi ipsis culpā dicens.Benedictus es dñe deᵘ patrum nostrorū &c. Oēs autē aliæ particulæ ponūtur in residuo pręsentis capituli:licet non ponantur in hac lectione quæ hic terminatur.

QVAESTIO XC.

SVper verbis lectionis eiusdē diei quæ habētur Dañ.iij.s.fecit statuā auream quæ intelligunᷓ de Nabuchodonosor,qui per suā superbiā voluit vsurpare honorē diuinū. Oritᷓ quæstio de superbia. Vtrū superbia sit peccatū mortale? Arguitᷓ quòd nō,peccatū mortale cōtrariatur virtuti,superbia nō cōtrariatᷓ virtuti sed potius ex ea oritur:quia ait Greg.xxiiij.moraliū.Aliquādo homo ex formis cælestibúsq; virtutibus intumescit,ergo superbia nō est peccatū mortale. In oppositū Greg.ait in lib.mora. euidentissimū signū reproborū superbia est:& ecōtra humilitas electorum sed homines non sunt reprobi ꝓ peccatis venialibus,ergo superbia nō est peccatū veniale,sed mortale.Ad argu.dicitᷓ qđ superbia nō oritᷓ ex virtutibus sicut ex causa p se sed sicut ex causa per accidēs inquātū aliquis ex virtutibᵘ occasionē superbiæ sumit.Ad quæstionē rñ.est secūdū Tho.ij.ij.q.clxij.ꝙ superbia humilitati opponitᷓ:humilitas autē respicit subiectionē hominis ad deū & superbia respicit defectū huiᵘ subiectiōis secūdū ꝙ aliquis se extollit supra hoc qđ est sibi præfixū secundū diuinā regulā:& radix superbiæ cōsideratur secundū ꝙ homo aliquis nō subijcitᷓ deo & regulæ ipsius.Nā nō.s.subijci Deo habet rationem peccati mortalis:ergo superbia secūdum genus suum est peccatū mortale:sed sunt motus superbiæ qui sunt peccatum veniale dum eis ratio non consentit.

Eodem die ad missam. Epistola ad Colos.iij.

FRatres.[a] Si consurrexistis cum Christo,[b] quę sursum sunt quærite,[c] vbi Christᵘ est in dextera dei sedens. Quæ sursum sunt sapite,[d] non quæ super terrā.[e] Mortui enim estis [f] & vita vestra [g] abscondita est cum Christo in deo. [h] Cum autem Christus apparuerit [i] vita vestra, [k] tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

Quæ sursum. Inter ea quæ hō mortalis appetere debet ē fœlicitas superna & summum boni, propter quod creatū homo factus est. Iesus saluator in euangelio Matt. vj. Quærite primū regnū dei, & omnia adijcientur vobis.

POSTILLA.

FRatres.Si consurrexistis cum Christo &c. Apostolus in c.præcedētibus inducit Colossen.ad tenendū fidei veritatē & præcauendū à pseudo apostolorum falsitate:hic cōsequenter inducit eos ad seruādum vitæ sanctitatē,ipsos de moribus informādo. Circa quod sciendum quòd finis imponit necessitatē his quę sunt ad finem. Et ideo primò instruit eos de appetitu finis,deinde de moribus ad hunc finē ordinatis.Sed præsens lectio continet tantū primam partē.Dicit ergo. a [Si cōsurrexistis cū Christo] per fidem charitate formatam. b [Quæ sursum sunt quęrite.]i.dona cęlestia desyderate c [Vbi Christus est in dextera dei sedēs.] Mēbra enim debent sequi caput. Christus aūt est caput ecclesiæ.Et ideo fideles qui sunt mēbra eius debēt eū sequi per desideriū:vt sibi cōiungātur finaliter in cælestibus p præmij obtētum. d [Nō quæ super terram.] in bonis terrenis ponēdo finē. Et subdit rationē. e [Mortui eīn estis.]s.peccato per baptismum:& sic in terrenis nō debetis ponere finem vestrum:sed in bonis cælestibus quæ nō apparēt in præsenti.ideo subditur. f [Et vita vestra.] s.æterna. g [Abscondita est cum Christo.] s.cū deo in quo cōsistit obiectiuè in visione deitatis principaliter & humanitatis Christi secundario. Ideo dicit saluator Io.xvij. Hæc est enim vita æterna:vt cognoscāt te solū deum & quē misisti Iesum Xp̄m. h [Cū autem Xp̄s apparuerit.]in iudicio finali. i [Vita ve.]modo dicto. k [Tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.] q.d.tunc vita beata quæ vobis nunc est abscondita,erit vobis manifestè exhibita.

QVAESTIO XCI.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei ad missam quæ habentur ad Coloss.iij.Si cōsurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite. Oritur.q.de Christo vtrum fuerit necessariū Christū resurgere? Arguitur quòd nō:post vltimā consummationē nō est aliud necessarium. sed vltima cōsummatio facta est in passiōe.Dicitur enim Io.xix.Cōsummatum est.Igitur.In

oppositum Lucæ vlti. Oportebat Christũ pati & à mortuis resurgere. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd licet in morte facta sit cõsumma tio omniũ eorum quæ exigebantur ad satisfa ctionem. quę quidem nõ est facta per resurre- ctionem, nihilominus in resurrectiõe facta est consummatio quantum ad perfectionẽ in bo- no. Ad quæst. respondeo secũdũ Tho. iij. parte q. iiij. art. j. quòd necessariũ fuit Christũ à mor tuis resurgere propter tria. Primò ad commẽ- dationem diuinæ iustitiæ ad quã pertinet exal tare illos, qui propter Deum se humiliauerũt, secundũ illud Lu. j. deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles: quia Christus se humiliauit vsque ad mortẽ crucis oportebat quòd exalta retur à deo vsque ad gloriosam resurrectionẽ igitur. Secundò ad instructionem fidei nostrę: quia per eius resurrectionem cõfirmata est fi- des circa diuinitatem Christi. Tertiò propter subleuationem spei nostræ. dicitur enim vidi- mus Christum resurgere, qui est caput nostrũ, speramus & nos resurrecturos. igitur.

In die sancto paschæ. primæ Corin. v. capi.

Vetus fermẽtũ. Hoc fermẽtum vetus dici potest lex Mosayca siue paga norũ vir- tus: quæ lex seu ti- pus depo- ni debet ante nouę legis susce ptionem.

FRatres. [a] Expurgate vetus fermentum, [b] vt si- tis [c] noua conspersio, [d] sicut estis azymi. [e] Et enim, [f] pascha nostrum [g] immolat⁹ est Christ⁹: [h] itaq; [i] epulemur [k] non in fermẽto ve teri [l] neque in fermento malitiæ & nequitiæ, [m] sed in azymis, [n] sinceritatis [o] & veritatis.

POSTILLA.

FRatres expurgate vetus fermentum &c. Ante initiũ illius epistolæ scribit sanctus Paulus dicens: nescitis quia modicum fer mentum totam massam corrumpit. Tũc sequi tur epistola hodierna vbi notandũ quòd hoc tempore trãsiuit à mortalitate ad immortali- tatem, ad quã etiam in generali facit nos tran sire qui pascha digne celebramus & digne cõ- municamus. Et ad hoc monet nos apostol⁹ in præsenti epistola dicens. a [Expurgate vetus fermentum.] i. in corruptionẽ cuiuslibet pecca ti mortalis. Sciendum quòd per fermẽtum hic Apostolus intelligit peccatum: quia sicut fer- mentum corporale si diu manet in massa an- tequã ex ea fiat panis, totam massam corrũpit & immutat, facitque ipsam acidam, sic ipsum peccatum totam massam generis humani cor rupit in trãsgressione primi hominis, & adhuc immutat hominẽ & opera. Et vocatur pecca- tum hic vetus fermẽtũ: quia facit homines fie- ri similes Adę. Facitq; nos dissimiles Iesu Chri sto, cuius vita erat in nouitate sanctitatis & ve ritatis, & gratiæ. b [Vt sitis.] i. esse possitis. c [Noua conspersio.] i. munda farina & al- ba, aqua gratiæ conglutinata: est autem con- spersio farinæ per aquam conglutinata sine fermento: & significat Christi fideles aqua ba ptismatis ablutos in charitate conglutinatos. d [Sicut estis azymi.] i. sicut fuistis in baptis- mo sine fermento peccati puri effecti, sic ma- neatis. q. d. vos tenemini ad hoc quia facti estis azymi. i. puri in baptismo. e [Et enim.] pro- pterea Christus qui est. f [Pascha nostrum.] i. verus agnus paschalis. g [Immolatus est] sup. in cruce corporaliter: & in altari sacramen taliter. h [Itaque.] i. propter ea. i [Epule- mur.] i. manducemus cibum istum. k [Non in fermento veteri.] Vinc. i. in consciẽtia alicu ius peccati mortalis. l [Neque in fermento malitiæ & nequitiæ.] Thom. Malitiæ dicitur peccatum quod quis committit in alium, ne- quitiæ in seipsum. m [Sed in azymis.] Gor- ra. i. in puritate. n [Sinceritatis.] scilicet ad deum. o [Et veritatis.] ad proximum.

QVAESTIO XCII.

SVper verbis epistolæ in die paschæ quæ ha bentur j. ad Cor. v. scilicet. Itaq; epulemur i. manducemus ipsum cibum. Oritur quæstio de corporis Christi manducatione. vtrũ Chri stus in sacramento altaris mãducetur vtiliter? Arguitur quòd nõ, nihil irrationabile & inhu- manum est vtile. Sed comedere hominẽ & do minũ suum est huiusmodi. Igitur. In oppositũ Io. vj Saluator dicit. Qui manducat meã car- nem & bibit meũ sanguinem, habet vitã æter- nam. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd illud procedit de mãducatione carnali. Ad quęstio- nem respondendum est secundũ Richardũ de media villa iiij. di. ix. articu. ix. q. ij. quòd à di- gne suscipiente hoc sacramentũ Christus mã ducatur vtiliter: hæc enim manducatio mãdu- canti reducit ad memoriã passionẽ Christi, fi- dem confirmat, spẽ auget, charitatem inflam- mat, dat vitam gratiæ, Christo vnit manducã- tem spiritualiter, æterna consolatione reficit ipsum. Roborat ad operationẽ boni, sustentat contra casum prouenientẽ ex propria infirmi tate, munit cõtra dęmonis impulsum, remittit ardorẽ carnalis concupiscẽtiæ, purgat veniale peccatum: & hoc facit manducatio sacramẽta- lis inquantum in sacramento est virtus opera- tiua spiritualis manducationis in manducante sufficienter disposito.

Feria secunda paschæ Actuum x. capite.

IN diebus illis. [a] Stãs Petrus in medio plebis dixit. Viri fratres vos scitis, [b] quòd fa ctum est verbum [c] per vni uersam Iudæam. Incipiẽs enim à Gali- læa [d] post baptismum, [e] quod prædica

uit Ioannes, Iesum à Nazareth [f] quomodo vnxit eum Deus [g] spiritu sancto [h] & virtute, [i] qui pertrãsiuit benefaciẽdo [k] & sanando [l] omnes oppressos à diabolo: † quoniã Deus erat cum illo. [m] Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quẽ occiderunt suspendentes in ligno. Hũc Deus suscitauit tertia die, [n] & dedit eum manifestum fieri [o] non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo [p] nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari: quia ipse est [q] qui cõstitutus est à Deo iudex [r] viuorũ [s] & mortuorum. [t] Huic omnes prophetæ testimonium perhibent [v] remissionem peccatorum accipere per nomen eius [x] omnes qui credunt in eum.

Sanando oẽs oppressos à diabolo. Ante Xpi aduentũ oẽs ægrotabamus & moriebamur morbo incurabili id est morte æterna quæ erat gloriæ priuatio: sed adueniente dño Iesu cõualescere cæpim⁹ iia q̃ eo nobis appinquãte languores nros ipse tulit.

POSTILLA.

IN diebus illis. Stãs Petr⁹ in medio plebis &c. Ante initiũ illius epistolæ scribit sanctus Lucas quòd sanctus Petrus apostolus dixit. In veritate comperio, quoniam non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente quæ timet eum & operatur iustitiã, acceptus est illi. Tunc sequitur præsens epistola. a [In diebus illis. Stans Petrus in medio plebis dixit, viri fratres vos scitis.] Ly. quia inter Iudæos habitastis. b [Quod factum est ver.] Vinc. i. res per verbum signata. c [Per vniuer. Iudæam incip. enim à Gali.] ibi incepit Iesus prædicare, vt habetur Lucæ iiij. d [Post baptismum] quia ante non legitur publicè prædicasse. e [Quod prædica. Io. Iesum à Naza.] i. quòd ministeriũ Christi venturi Io. prædicauit: vt patet in euãgeliis. f [Quo vnxit eum.] s. Iesum in humana natura. g [Spiritusancto.] i. plenitudine gratiæ. h [Et virtute.] in operatione miraculorum. i [Qui pertransiuit benefaciendo.] quantum ad informationem populi. k [Et sanando] mente & opere. l [Omnes oppressos à diabolo quoniam Deus erat cum illo.] per plenitudinem gratiæ. m [Et nos testes sumus omnium quæ fecit in &c. vsque. n [Et dedit eum manifestum fieri.] Lyra per multa argumenta resurrectionem suam declarando. o [Nõ omni populo sed testi. prçordi. à deo.] Lyra resurrectio Christi primo manifestata. est Apost. & existẽtibus cũ ipsis, per quos postmodum aliis manifestata est. p [Nobis qui manducauimus & bibi. cum illo.] ad declarandam veritatem suæ resurrectionis. q [Qui constit. est à Deo.] s. patre. r [Iudex viuo.] i. qui viuunt vita gratiæ. s [Et mortuorum.] i. iniquorum qui mortui sunt morte culpæ propter quod dicitur Io. vj. Pater omne iudicium dedit filio. t [Huic omnes prophetę testimonium.] q. d. nos soli non sumus testes eius: sed etiã prophetæ antiqui diuinitus inspirati prophetauerũt de Christo. v [Remissionẽ pec. acci. per nomen eius.] Ioelis ij. Quicũque inuocauerit nomẽ domini saluus erit. x [Omnes qui credunt in eũ.] Glo. ordi. fide cũ operibus.

QVÆSTIO XCIII.

SVper verbis epistolæ feriæ secundæ post resurrectionem id est post pascha quæ habentur Act. x. s. Hunc deus suscitauit tertia die. Oritur quæstio de tempore resurrectionis Christi vtrum fuit conueniens Christum resurgere tertia die? Arguitur quòd non. Membra debẽt capiti cõformari. Sed nos qui sumus membra Christi non resurgimus tertia die, sed nostra resurrectio differtur vsq; ad finem mundi. Igitur. In oppositum habetur in symbolo. Tertia die resurrexit à mortuis: & nihil ponitur in symbolo de Christo, quin fuerit cõueniẽs fieri. Igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est: quia licet caput & mẽbra conformẽtur in natura, non tamen in virtute: excellentior enim est virtus capitis quàm membrorum, ad quam demonstrandam cõueniens fuit Christum tertia die resurgere. membrorum verò dilatare vsque ad finẽ mundi. Ad quæstionem respondẽdum est secundum magistrum Ioannẽ de turre cremata in quæstionibus super euangeliis. quòd fuit conueniens Christũ tertia die resurgere. Quod primò patet, tũ quia per hoc quod resurrexit tertia die commẽdatur perfectio ternarij, qui est numerus habẽs principium medium & finem: vt ait Aristoteles j. de cælo & mundo. Secũdò patet, quia Christ⁹ vna sua morte corporali duas nostras mortes destruxit: s. corporis & animæ cũ vna die integra & duabus noctibus permansit in morte. Tertiò patet, hoc fuit conueniẽs ad demonstrandũ quòd cum resurrectione Christi tertiũ tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertiũ sub gratia. Quartò patet, hoc fuit conueniẽs ad demõstrandum quod tertius status sanctorũ incipit in resurrectione: primus fuit sub figuris legis, secũdus sub veritate fidei, tertius erit in ciuitate gloriæ, quã Christus resurgẽdo inchoauit.

Feria tertia paschæ. Act. xiij.

IN diebus illis. [a] Surgẽs Paulus & manu silentium indicẽs, [b] ait: Viri fratres, filij generis Abrahã & qui in vobis timent Deum vobis verbum [c] † salutis huius missum est. [d] Qui enim habitant Ierusalem [e] & principes eius

Verbũ Filij Dei sdi ulnis ₰hã appellat. & põt cõsyderari absolute ꝑsola per sona quæ ẽ simplex essentia.

[f] ignorantes Iesum,[g] & voces prophetarum,quæ per omne sabbatum legũtur iudicantes [h] impleuerunt,[i] & nullã causam mortis inuenientes [k] petierũt à Pylato,vt interficerent eum. [l] Cúmque consummassent omnia quæ de eo scripta erant,[m] deponentes eum de ligno,[n] posuerunt eum in monumento. Deus verò [o] suscitauit eum [p] à mortuis tertia die.Qui visus est [q] per dies multos,[r] his [s] qui simul ascenderãt cum eo de Galilæa in Ierusalẽ ,qui vsque nũc sunt testes eius ad plebem.[t] Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est [v] quoniam hanc Deus adimpleuit filiis vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrum.

POSTILLA.

In diebus illis. Surgẽs Paulus & manu silentium indicẽs &c.Ante initium illius epist.scribit sanctus Lucas quod S.Paulus dixit Iudæis quomodo olim filij Israel postulauerunt sibi regẽ & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin in anno xl. Et post hunc dedit eis Dauid regẽ de cuius semine natus est Christus saluator prædicante Ioan.ante faciẽ aduentus eius baptismum pœnitẽtiç omni populo Israel.Cùm autem impleret Ioã.cursum suum dicebat,quem me arbitramini esse non sum ego:sed ecce venit post me cuius non sum dignus calceamẽta pedum soluere.Tunc sequitur præsens epistola. a [In diebus illis.Surgens Paulus &c.]Lyra vt melius à tanta multitudine audiretur. b [Ait viri fratres filij ge. Abraham & qui in vo.timẽt,Deum vobis verbum.] scilicet,incarnatum. c [Salutis huius missum.] scilicet principaliter. tũ quia Christus Iudæis in propria persona prædicauit,tum quia in medio Iudeæ scilicet Ierusalẽ operatus est salutem. d [Qui enim habitant Ierusalem.] Lyra quantum ad vulgares. e [Et principes eius.] quantum ad maiores. f [Ignorantes Iesum.] s.esse Christum verum Deum & saluatorẽ & hominem. g [Et voces prophetarum.quæ per omne sabbatũ legũtur iudicantes.] scilicet Iesum morte esse dignum. h [Impleuerunt.]prophetias prædictas de eius passione secundũ quòd dicitur Isa. liiij. Tanquam ouis ad occisionem ducetur. Itẽ Ier.xj.Ego quasi agnus mãsuetus,qui portatur ad victimam. i [Et nullã causam mortis inuenientes &c.] sicut patet ex euãgelio & Pylati testimonio. k [Petierunt &c.]per milites ipsius.& licet primo restiterit,tamẽ finaliter petitioni eorum acquieuit,Iudæorũ fauore & Cæsaris timore. l [Cúmque consummassent &c.]s.ipsi peruersi Iudæi. m [Deponentes eum de ligno.]s.ipsi boni Iudæi Ioseph de Arimathæa & Nichodemus. n [Posuerũt eũ in monumẽtum.]Deus verò scilicet pater. o [Suscitauit eum.]s.hominem Christum. p [A mortuis tertia die,qui visus est.]viuens. q [Per dies multos.]s.xl. r [His]i.apostolis. s [Qui simul ascende.cum eo de Galilæa in Ier.qui vsquenunc &c.]per operationẽ miraculorum nomine ipsius. t [Et nos vobis annuncia.eam quæ ad patres no.re.facta est.].s. de Christi incarnatione. v [Quoniam hanc deus adimpleuit filiis vestris]resuscitãs Iesum Christum dominum nostrum.

QVAESTIO XCIIII.

Super verbis epistolæ iij.feriæ paschæ quæ habentur Act. xij. scilicet Deus suscitauit eum à mortuis tertia die. Oritur quæstio de corpore Christi. vtrum corpus Christi fuisset putrefactum si resurrectio non fuisset accelerata? Arguitur quòd sic.Christus assumpsit passiones humanæ naturæ viuentis, vt inquit Damascenus, propter peccatum scilicet dolorem &c.ergo & passiones naturæ mortuç cuiusmodi sunt putrefactio & incineratio, quæ naturaliter omnibus insunt. In oppositu Psal.non dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd Christus assumpsit passiones naturæ viuentis: quia in illis nobis meruit,nõ autẽ naturæ mortuæ: quia nihil nobis valuisset nec fuisset decẽs:sed magis causa incredulitatis resurrectionis ei'. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Nicolaum de orbellis.iij. sent.dist.xx.di.quòd corpus Christi in morte fuisset putrefactum quantũ fuisset ex parte causarum naturaliũ,si non fuissent prohibitç:quia habuit causam intrinsecam resolutionis,scilicet calorem & humorẽ:& extrinsecam.s.frigus &c.sicut alia corpora: Deus autẽ prohibuit causalitates illorũ & prohibuisset etiam si istud corpus non fuisset viuificatum vsque ad resurrectionem generalem:ideo non fuisset putrefactum.

Feria quarta in heb.paschæ Lectio Act.Apost iij.

In diebus illis. [a] Aperiens Petrus os suum dixit. Viri Israelitæ, & qui † timetis Deum audite.[b] Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. [c] Deus patrum nostrorum [d] glorificauit filium suum Iesum,[e] quẽ vos quidẽ tradidistis [f] & negastis ante faciem Pylati, [g] iudicante illo [h] dimitti.[i] Vos au-

† Timetis Deũ.Vt q. non timet deũ amorẽ q; quo illũ amat scilicet offẽdere timet: talis vir nũquã pficiet suaq; opera minus.vnde Eccle. xv. qui timet deũ faciet bona.

tem sanctum & iustum negastis, [x] & petistis virum homicidā donari vobis, [l] auctorem verò vitæ [m] interfecistis, [n] quē deus suscitauit à mortuis: [o] cuius nos testes sumus. [p] Et in fide nominis eius hunc quem vos videtis [q] & nostis [r] cōfirmauit [s] nomē eius, [t] & fides quę per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. [v] Et nunc fratres [x] scio: quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. [y] Deus autē qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum [z] impleuit sic. [a] Pœnitemini igitur, [b] & conuertimini [c] vt deleantur peccata vestra.

POSTILLA.

IN diebus illis. Aperiēs Petrus os suum dixit. Viri Israelitæ &c. in principio huius cap. & ante hāc lectionē ponitur operatio miraculosā facta per apostol. Pet. ad portam tēpli quæ dicebatur speciosa. s. de sanatione cuiusdā claudi ex vtero matris qui quotidie baiulabatur ad aliquē locum publicū vt ibi ab introeūtibus & prætereuntibus eleemosynā acciperet. Et cùm is ad verbum Petri plenam & solidā accepisset sanitatem & cum aliis ambularet & ab omnib⁹ cognosceretur ꝙ ille fuerat claudus vt dictū est, mirabantur omnes & maximè qui viderant miraculū. Et cum stupentes circumdarēt Petrum & Ioanem qui secum erāt. a [Tunc aperiēs os suū dixit. Viri Israelitæ &c.] Vos admiramini quasi nostra virtute aut potestate hoc miraculū fecerimus, si fecissemus hoc, nostra potestate bene esset admirandū: sed sic nō est. Propter quod posteà subditur. b [Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob.] Vtitur hoc modo loquendi quia cōmunis erat apud Iudæos in assertionibus veritatis vt patet ex decursu veteris testamenti. c [Deus patrū nostrorū.] qui est omnipotens. d [Glorificauit filiū suum Iesum.] eum resuscitando & collocando ad dexteram suam. e [Quem vos quidem tradidi.] Pylato ad interficiendum: hoc enim fecerant principes in quibus erat totus populus virtualiter. f [Et negastis ante faciem Pylati] dicendo. Non habemus regem nisi Cæsarem. Ioan. xix. g [Iudicante illo.] scilicet Pylato. h [Dimitti.] supple debere Iesum, scilicet innocentem vt habetur ibidem. i [Vos autem sanctū & iustum negastis.] Et dicitur sanctum & iustum absolutè quia sanctus & iustus est antonomasticè, vnde dicitur sanctus sanctorū Danielis ix. k [Et petistis virum &c.] s. Barrabam qui propter seditionem quandam in ciuitate & homicidium missus erat in carcerem. Luc. xxiij. l [Auctorē verò vitæ.] scilicet corporalis & spiritualis quod Christo cōpetit secundum eius diuinitatem. m [Interfecistis.] in humanitate assumpta. n [Quem deus suscitauit.] per suam omnipotētiam. o [Cuius nos testes sumus.] non tantum duo vel tres ad sufficientiam: sed multo plures ad superabundantiam. p [Et in fide nominis eius hūc quē vos vi.] sanum & incolumem. q [Et nostis.] ante fuisse claudum & impotentē. r [Confirmauit.] in sanitate. s [Nomē eius.] i. inuocatio nominis Xpi. t [Et fides &c.] nā inuocatio sine fide efficax nō est. v [Et nūc fra. &c.] Hic cōsequenter inducit eos Petrus ad veritatem. Et primò ratione. Secundò scripturæ allegatione, ibi Moyses. Circa primum dicit. [Et nūc fratres.] Dupliciter eos alloquitur, vt verbum eius magis recipiatur. x [Scio quia per ignorātiā fecistis:] sicut & principes vestri. Alia tamen fuit ignorātia hic & ibi. Nam principes qui erant literati per scripturas quæ prædictæ erāt de Christo, & per eius opera cognouerūt primo de Iesu Nazareno, quòd ipse esset Christus in lege & in prophetis sicut dicit plenius super illud Mat. xxj. Nā primò agricolæ dixerunt, hic est hæres. Sed quia incœpit prædicare contra eorum vitia publicè cōceperunt cōtra eum inuidiā & odium. Et sic in eis fuit subuersa dicta notitia quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis. Et in argumentum malitiæ deceperunt populum simplicem inducentes eum ad petendum mortē Christi. Mat. xxvij. Et sic patet quòd ignorantia principum fuit multo grauior quā popularium. y [Deus autem qui prænunciauit per os omnium prophetarum &c.] dicit autē os in singulari ad designandū quòd omnes prophetæ vno ritu sunt locuti & passionem Christi omnes literaliter vel mysticè prædixerunt. z [Impleuit &c.] Nā malis actibus hominum vtitur ad bonū: sunt enim ab eo inquantum actus. a [Pœnitemini igitur.] à peccatis vestris. b [Et conuertimini ad Christum. c [Vt deleātur peccata vestra.] per baptismum.

Duplex est ignorātia visibilis & inuisibilis.

QVAESTIO XCV.

SVper verbis epistolæ feriæ iiij. paschæ quæ habentur Act. iij. deus suscitauit à mortuis, cuius testes sumus. Oritur quæstio de Christi cōuersatione post resurrectionē. Vtrū conueniēs fuit ꝙ Xps post resurrectionē cum discipulis cōtinuè cōuersaretur. Arguitur ꝙ sic. Christus resurgens à mortuis non statim ascēdit in cœlū sed post. xl. dies, illo autē tempore intermedio in nullo alio loco potuit cōuenięti⁹ esse quā vbi discipuli eius erāt cōgregati, ergo videtur conueniens quòd cum eis Christus continuè conuersatus fuisset. In oppositū post dies octo apparuit discipulis, nō ergo cōtinuè conuersabatur cū eis, & ipse nihil incōuenięter fecit.

Igitur. Ad argumentum dicitur negando cōse quentiā, & ratio est, quia Christus non ideo cō tinuè conuersatus est cum discipulis quia repu tasset se alibi conuenientius esse: sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat si non continuè conuersaretur cum eis. Ad quę stionem respondendum est secundum magi strū Ioannem de terræ cremata in quæstioni bus super euangeliis quòd conueniens fuit vt Christus conuersaretur non cōtinuè cum disci pulis suis: quæ cōclusio declaratur sic. Circa re surrectionem Christi duo erant declaranda di scipulis, scilicet ipsa veritas resurrectionis & gloria resurgentis: ad veritatem autem resurre ctionis manifestādam sufficit quòd pluries eis apparuerit, & cū eis familiariter loquutus est, comedit & bibit, & se eis palpandum præbuit: ad gloriam autem resurrectionis suæ manife standum noluit continuè conuersari cum eis, sicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam resurrexisse qualem prius habuerat.

Feria quinta Lectio Actuum Apo- stolo. viij. capi.

Angelus dñi locu- tus. Null⁹ spūs (siue angel⁹ dicat̃ seu ani ma) orga nis corpo reis carēs humana loqui po test nisi di uinitatis priuilegio fuerit gra tis conces sum. Nam tūc angel⁹ corpus sua sciētia ex aëre for- mare pōt, & in orga na cūdē sa te, quo in strumenta lite huma nū sermo- nē pmit. vt Lu. j. di cit̃ de an gelo ga- briele Ma riā salutā te. idē vult magister sent. lib. j. dist. viij.

IN diebus illis. [a] Angelus domini locutus est ad Phi lippū dicens. Surge & [b] va de contra meridianum [c] ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazan. [d] Hæc est deserta. Et surgens abiit. [e] Et ecce vir quidam Aethiops eunuch⁹ potēs Cādacis reginæ Aeth o pum, [f] qui erat super omnes gazas eius [g] venerat adorare in Ierusalem. Et re- uertebatur sedēs super currū suū, [h] le- gensque Isaiā prophetā. Dixit aūt spiri tus Philippo. Accede & adiunge te ad currū istū. Accurrens autem Philip- pus audiuit illū legentem Isaiā prophe tam. Et dixit, Putásne intelligis quæ le gis? Qui ait. Et quomodo possū si non aliquis ostenderit mihi? Rogauítque Philippum, vt ascenderet & sederet se cum. Locus autem scripturæ quam le gebat, hic erat. [i] Tanquam ad occisio nem ductus est, [k] & sicut agnus corā tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. [l] In humilitate [m] iudiciū eius [n] sublatum est. [o] Generationem eius quis enarrabit? [p] Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondēs autē eunu- chus Philippo ait. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se an de aliquo alio? Aperiens autem Philippus os suum, [q] & incipiens à scriptura ista euangelizauit illi Iesum. [r] Et dum irēt per viam venerūt ad quandam aquam & ait eunuchus. Ecce aqua, quis pro- hibet me baptizari? Dixit autem Phi- lippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait. Credo filium Dei esse Iesum Christū. Et iussit stare cur- rum. Et descenderūt vterq; in aquam Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. Cúmque ascendissent de aqua, [s] spiritus domini [t] rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. [v] Ibat autem per viam suam gaudens. [x] Philippus autē inuentus est in Azo- to. [y] Et pertransiens euangelizabat ci uitatibus cunctis, [z] donec veniret Cæ saream, in nomine domini nostri Iesu Christi.

POSTILLA.

IN diebus illis. a [Angelus domini locu. &c.] A principio hui⁹ capituli vsq; ad hunc locū ponit̃ prędicatio Philippi in Samaria: hic cōsequēter ponitur eius prędicatio in via & hoc Aethiopi de Ierusalem in terrā suam reuertenti. Et diui- ditur in duas partes, quia primò ponit̃ Philip- pi prædicatio. secundo Aethiopis cōuersio ibi, & dum irent. Circa primū dicitur. Angelus do mini locutus &c. b [Vade contra meridia.] Aethiopia enim est in plaga australi respectu Ierusalem. c [Ad viā quæ descendit ab Ieru salem in Gazā.] Ierusalem enim est in loco al tiori quàm sit illa Gaza. d [Hæc est deserta.] Gaza enī vetus fuit omnino destructa, & post ea alia eiusdē nominis fuit ædificata in alio ta men situ. Via autem illa trāsibat per Gazā de- sertam, & non per Gazā de nouo ædificatam. Ideo ad differentiā illius dicitur, hæc est deser ta. e [Et ecce vir Aethiops eunuchus] p hoc autē quòd dicitur vir designatur eunuchus nō ex præcisione membrorum genitaliū: sed à ca stitate & honestate morū secūdùm quòd dixit saluator Matt. xxj. Sunt eunuchi qui se castra- uerūt propter regnum cælorū. f [Qui erat su per omnes eius Gazas.] Erat enī thesaurarius: & sic Gaza est hic nomen appellatiuum, supra verò est nomen ciuitatis proprium existens in terra Philisthinorum: vt habetur v. Reg. vj. g [Venerat adorare in Ierusalem.] Multi enim gentiles ex deuotione veniebant adora- re deū in Ierusalem: vt habetur Io. ij. vel forte erat conuersus de gentilitate ad Iudaismum. Quod videtur eo quòd subdit. h Legēnsque Isaiam prophetam.] sicut erat edoctus à

Diuisio epistolæ.

Iudæis: sicut & multi laici ex deuotione dicunt horas canonicas in latino quãuis nõ intelligãt Cætera patẽt vsq; ibi. i [Tãquam ouis &c.] Quod scribitur Isaiæ liiij & intelligitur ad literã de Christo, quia cũ verbo vno posset aduersarios omnes posternere, permisit tamen se ad occisionẽ duci. k [Et sicut agnus corã tondẽte se sine voce &c.] quia verba iniuriosa pro iniuriis non reddidit, & cũ falsè accusaretur corã Pilato tacuit. Mat. xxvij. l [In humilitate.] Isa. liiij sic habetur. De angustia & de iudicio sublatus est. quod sic exponitur de angustia. s. mortis. Et de iudicio. s. quo omnes descẽdẽtes ex diuina sentẽtia detinebãtur in lymbo, sublatus est per potentiã suæ resurrectionis in humilitate. i. per mortẽ quã humiliter sustinuit in humanitate assumpta. Phi. ij. humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsq; ad mortẽ. m [Iudiciũ eius.] i. sententia diuina quæ sua erat inquantũ Deus. n [Sublatũ.] quia Christo resurgẽte, Sancti qui erãt in lymbo detenti inde fuerũt sublati. o [Generationẽ ei⁹ quis enarrabit.] i. multiplicationẽ fideliũ, qui regenerãtur in Christo per baptismũ. p [Quoniã tolletur de terra vita eius] s. per mortẽ, & in hoc redditur causa multiplicationis fideliũ Io. xij. Nisi granum frumẽti cadẽs in terram mortuũ fuerit, ipsum solũ manet &c. Cętera patẽt vsq; ibi. q [Et incipiens à scriptura ista.] quæ de Christo ad literã est intelligẽda. r [Et dũ irẽt &c.] hic cõsequẽter describitur ipsius Eunuchi vera cõuersio: per hoc quod baptismũ deuote petiit, & fœliciter suscepit: & patet litera vsq; ibi. s [Spiritus domini.] i. spiritussãnctus vel angelus qui in scriptura semper nominatur spiritus: per ꝙ dicitur spiritus dñi absolute intelligitur spiritus bonus. quando autẽ fit sermo de spiritu maligno exprimitur sicut patet j. Reg. xvj. Spiritus dñi malus arripiebat Saul. t [Rapuit Philippũ.] ab aspectu Eunuchi ad cõfirmationẽ suæ fidei: per hũc raptũ cognouit Philippũ à Deo missum spiritualiter ad ipsum informandũ de fide & baptizandum: ideo subditur. v [Ibat autẽ per viam suã gau.] s. de veritatis cognitione & baptismi susceptione. x [Philippus autem &c.] hic consequẽter describitur prædicatio Philippi in terra maritima. Terra enim Philistinorũ in qua est Azotus clauditur mari mediterraneo in parte occidẽtali. y [Et pertrãsiens euãgelizabat ciuitatibus cũctis.] i. Iudæis habitãtibus in illis qui fuerant dispersi à tẽpore regis Antiochi. z [Donec veniret Cæsareã.] quæ iã est ciuitas supra mare mediterraneum sita: sicut patet in redemptione terræ sanctæ.

QVAESTIO XCVI.

SVper verbis epistolę feriæ v. paschæ quę habetur Act. viij. s. Credo filiũ dei esse Iesum Christum. & sunt verba cuiusdam Æthiopis à Philippo cõuersi in via. Oritur quæstio de filio dei homine facto, vtrũ filius dei fuerit fact⁹ homo? Arguitur ꝙ non. fieri hominẽ est fieri simpliciter. Sed hoc est falsum. filius dei factus est simpliciter: Igitur in oppositũ Io. j. verbum caro factũ est. i. filius dei factus est homo. Igitur. Ad argumentũ dicitur negãdo consequentiam & ratio est: quia licet fieri hominẽ sit fieri simpliciter, in omnibus his in quibus humana natura incipitur esse in supposito de nouo creato, tamen deus dicitur factus homo eo ꝙ humana natura incipit esse in supposito diuinæ naturæ ab æterno præexistẽte: ideo deum fieri hominẽ non est deum fieri simpliciter. Ad quæstionẽ respondendũ est secundũ magistrũ Ioannẽ de turre cremata in quæstionibus super euangeliis. ꝙ prout hoc participiũ fact⁹, fertur ad totã propositionem, ita quod sit sensus. Factum est ꝙ filius dei est homo: filius dei est factus homo patet in symbolo. Deus fact⁹ est homo, patet ratione: omne quod est & nõ fuit prius, dicitur esse factum: sed hæc est vera. Fili⁹ dei est homo & prius nõ fuit vera: sed ex tpe per assumptionem humanæ naturæ. igitur.

Feria vj. Lect. epist. j. Petri iij. cap.

CHarissimi, [a] Christus semel pro peccatis nostris [b] mortuus est, [c] † iustus pro iniustis, [d] vt nos offerret Deo, mortificatos quidẽ carne, [e] viuificatos autẽ spiritu, [f] In quo [g] & his qui in carcere erant, [h] spiritibus, veniens prædicauit: [i] qui increduli fuerant aliquãdo [x] quando expectabant dei patientiã in diebus Noe, [l] cum fabricaretur arca, [m] in qua pauci id est, octo animæ [n] saluæ factę sunt per aquã. [o] Quod & vos tunc similis [p] formæ saluos fecit baptisma. [q] Nõ carnis depositio sordium, sed consciẽtiæ bonæ interrogatio in Deũ. [r] Per resurrectionem Iesu Christi domini nostri, qui est in dextera Dei.

† Christus semel pro pe. nu. mor est iustus salua-torvt pctã nostra deleret propter quæ moriebamur semel in ara crucis mortuus est. Et non vltra morietur.

POSTILLA.

CHarissi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. A principio huius capituli vsque in hũc locũ Apostolus primò docuit mulieres quomodo habere se debeant erga viros & maritos suos. Deinde idẽ fecit de maritis erga vxores suas. Posteà posuit & dedit documẽta seu præcepta generalia, docentia quomodo quis se debet habere erga proximũ, & non sic apud proximum quin primò præponat Deum cum tali tamen prudẽtia vt non sit immemor sui ipsius & proprię salutis. Quod vt firmius & verius probet induxit in omnibus exẽplum de Christo: in quo non potuit poni exẽplum quãtum ad primã fidei cõditionem. s. eius confir-

matioem. in corde credentis. Nam in eo non fuit facta fides: sed clara visio ab instãti suæ cõceptionis: sed quantũ ad alias duas. s. quantũ ad fidei determinationẽ in aliis & sufferentiã ad uer sorum propter eius veritatẽ ponit exẽplũ de Christo, & primò quantũ ad vltimũ vt cõtinuet se literæ immediatè pcedẽti quare dixit. a [Christus semel pro peccatis.] s. alienis. b [Mortuus est.] q. d. dedit nobis exẽplum in hoc. Et dixit semel, quia resurrexit ad vitã immortalẽ & quia vna mors eius sufficit ad omnia peccata delẽda. c [Iustus pro iniustis.] vt ipsos iustificaret: & ideo subditur. d [Vt nos offerret Deo mortificatos quidẽ carne.] i. insensibiles factos ad desideria carnis. e [Viuificatos autẽ spiritu. i. sẽsibiles & mobiles factos ad sequẽdum instinctum spiritussancti. f [In quo hic consequẽter ponit exẽplum de alia cõditione. i. deriuatione fidei & prædicatione. Et primò ponit exemplum. secũdò infert correlariũ ibi quod & vos. Circa primũ sciendum q prædicatio Noe vocãdo ad pœnitentiã peccatores sui tẽporis, ne perirẽt in diluuio, fuit figura prædicationis Christi per se & discipulos vsque ad finẽ mundi vocãdo peccatores ad pœnitentiã ne pereãt in iudicio finali, propter qd de hoc ponit exẽplum per locum à minori faciens arg. quia si illos vocauit ad pœnitentiam multo fortius vocauit & vocabit alios. Et hoc est quod dicitur. [In quo.] i. ad figurandũ mortificationẽ in carne & viuificationẽ in spiritu modo dicto. g [Et his qui in carcere erant.] Ligati cõsuetudine peccãdi secũdũ illud Prou. v. Iniquitates suæ capiũt impiũ & funibus peccatorũ suorũ cõstringetur, quod erat tempore Noe secũdũ quod dicitur Gen. vj. Omnis caro corruperat viã suam. h [Spiritu veniẽs prædicauit.] s. per Noe cui inspirauit facere arcã & prædicare pœnitẽtiam. Licet enim nõ fuerat adhuc humanitas Christi tamen suppositũ est æternũ Heb. xiij. Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula. i [Qui increduli fuerãt aliquãdo] ipsi deo loquẽti per Noe quia non credebãt qd diluuiũ deberet inũdare. k [Quãdo expectabãt dei patiẽtiã.] Peccatores expectãdo ad pœnitẽtiã. cx. ann. vt habetur Ge. vj. l [Cũ fabr. arca.] p Noe & filios eius. m [In qua pauci. i. octo animæ.] s. Noe & tres filij ei⁹ & vxores eorũ. n [Salue factæ sunt p aquã.] inquãtũ eleuauit arcã sublimẽ à terra. Ge. vij. Vel aliter sic põt exponi hæc litera ita qd hic carcer accipiat pro lymbo inferni, in quo detinebantur patres antiqui. In quo s. vt plures offerret deo patri & his qui i carcere erãt. i. in lymbo spiritu veniẽs quia in anima descendit ad detẽtos in lymbo corpore iacente in sepulcho prædicta ait: quia tũc eis mysteriũ suæ incarnatiõis & redẽptionis impletũ esse declarauit, inter quos erant aliqui qui perierãt in diluuio corporaliter. Et põt dici probaliter quod videtes diluuiũ increscere secundũ quod prædixerat Noe crediderũt multi qui prius erant increduli & pœnituerũt de peccatis suis, & sic descẽderũt ad lymbũ cũ patrib⁹ aliis qui increduli fuerũt aliqñ. s. añ inũdationẽ diluuij: sed tñ crediderũt qñ dictum est. o [Quod & vos.] Hic ex pdictis infert correlariũ, dixerat enim paucos p aq̃ fuisse saluatos in diluuio inquãtũ arca eleuauit eos à terra. Ideo dicit qd simili mõ aqua baptismalis saluat spũaliter, quia per gratiã sibi datã eleuat mẽtes à terrenis desyderiis ad petẽdũ cęlestia. Et hoc est quod dicitur. Quod & vos nũc saluos facit spũaliter, iũgatur sic literæ. p [Baptisma similis formæ.] i. modo simili, tũ quia pauci saluẽtur p baptis. respectũ nõ saluatorũ, tũ quia præeleuat à terrenis ad superiora mõ dicto sicut aqua diluuij saluauit Noe & qui cũ eo erãt corporaliter eos eleuãdo ad superiora. q [Non carnis depositio sordiũ.] q. d. virtus baptis. non est solũ in lotione corporis, sed principaliter in lotione mentis. Ideo subditur. r [Sed cõsciẽtiæ bonæ interrogatio.] Nã à baptizãdo quęrit. Credis in deũ? & rñdet Credo p se si est adultus vel per patrinos si est paruul⁹. Fides autẽ charitate formata facit cõsciẽtiam bonã in deũ tẽdentẽ. Et ideo cõiungit cũ eo qd prædicit cõsciẽtiæ bonæ sup. tẽdẽtis in deũ. s [Per resurrectionem &c.] p quã habemus introitũ ad cælestia secũdũ quod dr in collecta paschæ. De⁹ qui hodierna die per vnigenitũ tuũ æternitatis nobis aditum &c. t [Qui est in dextera dei.] per suam ascensionẽ. Mar. vl. Assumptus est in cælum & sedet ad dexterã dei degluties mortẽ &c. Istud vsque in finem c. non est de præsenti epistola.

De his qui per diluuium mortui sunt.

Vbi consistit virtus baptismi.

Humanitas Christi semper nõ fuit realiter, tamẽ suppositũ est æternũ ratione diuinitatis pter cõmunionẽ idiomatũ.

QVAESTIO XCVII.

Super verbis epi. fe. vj. paschæ, q hñr j. Pe. iij. s. saluos fecit baptisma. Orit. q. de efficacia baptis. vtrũ baptis. & alia sacramẽta nouæ legis habeãt efficaciã à passione Xpi.? Arg. quod nõ. ait Aris. ij. phy. s. causa in actu & effectus simul sũt: sed passio Christi nõ est actu ergo nec aliquis effect⁹ in actu p pœnitentiã. In opp. ait mag. sent. iiij. & Aug. de ciui. dei. qd sacra nouæ legis hñt efficatiã a Xpi passione. Igit. Ad arg. dicitur qd si passio Xpi non fuerit nunc in esse ctu est tñ in acceptione diuina. Ad q. respõ. est secundũ mag. Nic. de orbe. iiij. sen. dist. ij. quod sacramẽtũ habere efficaciã est i. sum hẽre realiter effectũ significatũ cõcomitãtẽ, hoc aũt põt esse ab aliquo dupliciter tanquã à causa principali & tã meritoria. Primo mõ sacra nouæ legis hñt efficaciã à solo deo à quo creat gra q est act⁹ signatus, secũdo modo habet efficaciã à passione Xpi: quod sic declaratur: quia hõi facto inimico dei p culpã disposuit de⁹ nõ remittere illã, nec dare aliquod adiutoriũ ad beatitudinẽ nisi p aliquid sibi oblatũ, sibi magis gratum quã illa offensa esset displicens. nihil autẽ trinitati gratius potest inueniri quàm sit tota offensa generis humani displicens, nisi sit obsequiũ personæ magis directæ, quã tota illa cõ-

munitas. talem personam genus humanum nō potuit ex se habere: quia totū Dei erat inimicum. Ideò disposuit trinitas personā dilectam date generi humano, ac illā inclinare ad hoc vt offerret trinitati obsequium pro isto toto genere: talis persona est Christus qui mortuus est pro genere humano. igitur à qua oblatione mortis sacramenta nostræ legis habent efficaciam vt à causa meritoria.

Sabbato post pascha. Lectio epistolæ primæ Petri ij.

CHarissimi. [a] Deponentes omnē malitiā [b] & omnem dolū, [c] & simulatiōes, [d] & inuidias, [e] & oēs detractiones, [f] sicut modò geniti infantes rōnabile & sine dolo [g] lac cōcupiscite, [h] vt in eo crescatis in salutē. [i] Si tamē gustastis quoniā dulcis est dn̄s, [k] Ad quē [l] accedētes, [m] lapidē viuū [n] ab hominibus quidē reprobatū. [o] à Deo autē electū [p] & honorificatum, [q] & ipsi [r] tanquā lapides viui [s] superędificamini domos spirituales in sacerdotiū sanctū [t] offerētes spirituales hostias [v] acceptabiles deo p Iesum Christū. [x] Propter quod cōtinet scriptura. [y] Ecce ponā in Syon [z] lapidē summum, [a] angularē, probatum, [b] electū, [c] pretiosum, [d] & qui crediderit in eum [e] non cōfundetur. [f] Vobis igitur honor credentibus, [g] non credentibus autē lapis quē reprobauerūt ędificātes [h] hic factus est in caput anguli, [i] & lapis offensionis & petra scandali, [k] his qui offendunt verbo [l] nec credunt in quo & positi sunt. [m] Vos autē genus electum, [n] regale sacerdotium, [o] gens sancta, [p] populus acquisitionis, [q] vt virtutes annuntietis eius [r] qui de tenebris [s] vos vocauit in admirabile lumē suū. [t] Qui aliquādo non populus Dei, [v] nunc autem populus Dei. [x] Qui non consecuti misericordiam, [y] nunc autem misericordiam consecuti.

Omnē malitiā. Nullus mortalis ascēdit in cælū. Libiá regna adipisci potest nisi prius oibus vitijs purgatis & oi immunditia per pœnitētiā lota. Iesus saluator in euāgelio. Nil coinquinatum intrabit in illud.

POSTILLA.

CHarissimi. Deponentes omnē malitiam & c. Postquam bea. Pet. instruxit fideles in c. pręcedēti de regeneratiōe spirituali, hic cōsequēter instruit eos de educatione consequēti sicut in opere naturæ nutritionē sequitur generatio & diuiditur in duas partes quia primo inducit ad hác educationē, secundò ad ostendendū perfectionē, ibi. ad quē accedētes. sicut in naturalibus perfectio sequitur educationē nutritio verò in fide & morib⁹ præsupponit vitiorū abiectionē. ideò dicit. a [Deponētes omnē malitiā.] i. malā cogitationē cōtra proximum adhuc in corde latentē. b [Et omnē dol.] s. omne verbū proximi deceptoriu. c [Et simu.] bonitatis apparentis tantum. d [Et inuidias.] i. tristitias de bonis proximi. e [Et omnes detractiones] quibus infertur nocumentum proximo in eius fama, quæ est pretiosior pecunia. f [Sicut modò geniti infan. &c.] regenerati enim per baptismum debēt esse similes infantibus, quantū ad innocentiam: sed non quātum ad ignorātiam. g [Lac concupis.] Facilioris doctrinæ: secundùm quòd dicitur. j. ad Corint. tertio, tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis. Non enim de nouo baptizatis debent ardua & difficilia fidei proponi quæ non sint ab eis captibilia: sed tātum leuia sicut pueris corporaliter nō dantur statim cibaria solida carnes & pisces: sed de facili conuertibilia in substātiam aliti: vt lac & huiusmodi. h [Vt in eo crescatis in salutē.] id est per notitiam facilium ascendatis ad notitiam magis difficilium: & proficiatis in augmētum fidei & morū. i [Si tamē gustastis quoniam dulcis est dominus.] sicut enim cib⁹ corporalis non proficit nisi capiat, sic nec spiritualis. k [Ad quē accedētes, &c.] Hic consequēter inducit fideles ad perfectionis adoptionē. Secundò ad adeptæ diffusionē, ibi. Vos autem, Circa primum sciendum q̄ Christus est fundamentu ecclesiæ secūdū quod dicitur. j. Cor. iij. Fūdamentū aliud nemo potest ponere præter id quod positū est Christus Iesus. Huic autem fundamento adhærent fideles per fidem charitate formatā: & sic proficiunt ad augmentum fidei & morū. Et hoc est quòd dicit. [Ad quē.] scilicet Christū. l [Accedentes.] fidei formata charitate. m [Lapidē viuum.] non tantum formaliter: sed etiā effectiuè quia causat in eis vitam spiritualē. n [Ab hominibus quidem reproba.] i. à Iudæis perfidis humana tātum sapientibus & nō diuina. o [A deo autē electu] ad salutē mundi fiendā per ipsum. p Et honorificatum in miraculorū operatione & in sua gloriosa resurrectione & ascētione & spiritus sancti missione. q [Et ipsi.] i. vos ipsi. r Tāquam lapi. viui.] per fidē in charitate formatā. s [Superædificamini do. spirituales in sacerd. sanctum.] Circa quòd sciēdum quòd sicut homo Christus est dei templum, quia in eo habitat diuinitas, & est sacerdos & hostia, inquātū obtulit semetipsum deo patri pro salute mūdi. Sic fideles & confirmati sunt dei domus vel tēplum: inquantum deus habitat in eis per gratiam. Sunt etiam sacerdotes & hostia inquantum seipsos offerūt deo per deuotionē & sanctā operationē. Ideo subditur. t [Offerētes spirituales ho.] nō carnales, sicut I lege veteri

Quomodo est ascēdendum.

De Christo.

v [Acceptabiles Deo per Iesum Christū.] per quem sumus Deo patri reconciliati. Propter quod in fine oblationū & orationum ecclesiæ ponitur per dominū nostrū Iesum Christū, vel aliquod simile: quia per ipsum nostræ oblationes & orationes sūt acceptæ. x [Propter qđ &c.] Hic consequenter ad appositū inducitur scriptura, dicēs. [Propter quod cōtinet scriptura.] Isa.xxviij. secūdū trāslationē.lxx. y [Ecce ponam in Syon.] i. in ecclesia per Syō figurata eo quòd ibi Christus prædicauit & Apostolis spiritū misit. z [Lapidē summū] i. Christum sicut ibidē declaratur. a [Angularem.] quia Christus coniūxit Iudæos & gētiles in vna ecclesia tāquā duos parietes. b [Electū à Deo.] ad opus nostræ redēptionis. c [Pretiosum.] per inhabitationē deitatis. d [Et qui credit in eum] tanquam in saluatorē omniū fide formata charitate. e [Non cōfundetur.] sed magis honorabitur cælesti honore. f [Vobis igitur.] Hic infert ex dictis conclusionē dicens. [Vobis igitur honor credētib⁹.] erit supple in cælestibus. g [Nō credētibus autē lapis, quē reprobauerūt ædifi.] i. Iudæorū scribæ & sacerdotes. h [Hic factus est in caput anguli.] i. cōiungēs Iudæos & gentiles in vna ecclesia Dei. i [Et lapis offensionis & petra scandali] hoc accipitur de Isa.viij. Et intelligitur ad literā de reprobatione Iudęorum, vt ibidē dicitur. Ideo subditur. k [His qui offendunt verbo.] i. Iudæis obstinatis blasphemantibus Christum. l [Nec credunt in quo & positi sunt.] Ad hoc enim eis fuit data lex, vt disponerētur ad Christum secundū quod dicitur Gal.ij. Lex pedagogus noster fuit in Christo: & ipsi pro maiori parte remāserūt increduli. m [Vos autem.] Postquàm induxit fideles ad perfectionē cōsequendā, hic consequēter inducit eos ad huius perfectionis diffusionē. Tūc enim dicitur aliquid perfectum, cùm potest alterū facere ęqua le secundum philosophum iij. Metheo. Et primò inducit ad hanc diffusionem faciendā verbo prædicationis. Secundo exēplo sacræ conuersationis, ibi, charissimi. Circa primū dixit. [Vos autē genus electū.] supple estis per Baptismum in quo facti estis filij Dei adoptiui, & per cōsequēs de genere ei⁹. n [Regale sacerdotium.] i. cōformati Christo, qui est rex & sacerdos secundū ordinē Melchisedech, qui fuit rex & sacerdos Ge.xiiij. Et sic est de veris Christianis, qui sunt reges per subiectionem passionū & sacerdotes per orationis deuotæ sacrificiū. Ideo dicitur Apoc.v. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes &c. o [Gens sancta.] i. per baptismum lauata & mundata. p [Populus acquisitiōis.] ꝑtioso sanguine Christi. q [Vt virtutes ei⁹ annūcietis] verbo sanctæ exhortationis. r [Qui de tenebris ignorātiæ.] s [Vos vocauit in admirabile lumen suū.] scilicet fidei & gratiæ & finaliter ad lumen gloriæ. t [Qui aliquando non populus dei] ante conuersionem. Hæc autem scriptura accipitur de Oseæ j. & intelligitur ad literam de vocatione gentium ad fidem vt ostenditur ibidem & hic inducitur, quia sicut dicitur in principio huius epistolæ &c. j. beatus Petrus videtur eā specialiter scripsisse conuersis de gentilitate. Gētiles autem dicebantur non populus Dei eo quòd erant idololatriæ dediti. Iudæi verò dicebātur eius populus vt patet in multis locis veteris testamenti eo quòd erant cultores vnius Dei. v [Nunc autem populus Dei.] quasi dicat nunc autem econuerso est, nam Iudæi obstinati facti sunt non populus dei, gentiles verò conuersi populus eius sunt facti, quia Christo incorporati. x [Qui non consecuti misericordiam.] quia gentiles non habuerunt prophetas & legem diuinitus datam sicut Iudæi. y [Nunc autem misericordiam cōsecuti] per legis euangelicæ susceptionem.

Syō dicit ecclesia. De Iudæis. Inductio. De Christo. Vocatio. Sensus est.

QVAESTIO XCVIII.

Super verbis epistolæ sabbato post pascha quæ habentur .j. Petri ij. scilicet deponentes detractiones. Oritur quæstio de detractionib⁹ verum detractio sit peccatum? Arguitur quòd non, nullus actus virtutis est peccatū: sed reuelare peccatum occultū quod ad detractionem pertinet, est actus virtutis, scilicet dum aliquis fratris peccatum denuntiat eius emendationē intendens, & etiam est actus iustitiæ dum aliquis fratrem accusat, ergo detractio nō est peccatum. In oppositum ad Ro.j. Detractores deo odibiles: quòd non esset si detractio non esset peccatum. Igitur. Ad argumentum dicitur ꝙ reuelare peccatum occultū alicuius propter eius emendationem denuntiando, & propter bonū iustitiæ publicæ accusando, non est detrahere. Ad quæstionem respondeo quòd detractio est peccatum, quæ quidem detractio est alienæ famæ per occulta verba denigratio, vnde dicit magister Alex. de haleis quod fit septē modis. primus est occultatiuus quādo aliquis nō vult propalare hoc quòd est etiam manifestandum necessario ad honorem & salutem animarum. Secundus est negatiuus. s. cum negat scienter alterius bonum dicendo, non est verum quòd talis sit bonus, tertius est depræcatiuus cum dicitur bonum factum: sed mala intentione seu quia secuta tot scandala sint. quartus est venenatiuus. s. cū mala miscētur bonis sicut fit cōsequenter, quia dicunt prius bonum, postea addunt mala. quintus est publicatiuus scilicet cū occulta peccata manifestat his quibus nō debet aut ordine quo nō debet. sextus est augmētatiuus scilicet addendo, & ex modo loquendi aggrauādo factum. septimus est inuentiuus scilicet falsa crimina imponendo, siue prædicti modi fiant verbis, siue claris, siue obscuris, siue signis & literis, &c.

Dominica prima post pascha
primæ Ioan. v.

Charissi

CHarissimi,[a] Omne quod natum est ex Deo [b]vincit mundum. [c] Et hæc est victoria † quę vincit mũdũ [d] fides nostra. [e] Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quoniã Iesus est filius Dei? [f] Hic est qui venit [g] per aquam & sanguinem [h] Iesus Christus.[i] Non in aqua solũ [k] sed in aqua & sanguine. [l] Et spũs est qui testificat, [m] quoniã Christus est veritas. [n] Quoniam tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, [o]pater, verbum & spiritussanctus, [p] & hi tres vnum sunt. [q] Et tres sunt qui testimonium dant in terra, [r] spiritus, [s]aqua, & sanguis. [t] Si testimoniũ hominum accipimus, [v] testimoniũ Dei [x] maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo.[y] Qui credit in filiũ Dei, habet testimonium Dei in se.

† victoria q vin. mũ. d. Qñ tentamẽta & dæmonũ i fœlix carnisque incẽdia minus deum ci pñt nisi p vere fidei sublevamina & illius merita. Quoniã sctõrũ firma fides mũdũ & principes mũdi superauit. Paulus apost. sancti per fidem vicerunt regna.

POSTILLA.

CHarissimi. Omne quod natũ est ex Deo vincit mundũ &c.] Ante initiũ illius epistolæ scribit sanctus Ioãnes dicẽs. Hęc est enim charitas Dei vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Tunc sequitur epistola præsens, Omne quod natum est ex Deo vincit mundum &c. In hodierna epistola sanctus Iohannes cõmendat fidem catholicam: quia nihil ea potentius, nec nobilius, nec vtilius, nec verius, nec certius, sicut patet in textu & glossa pręsentis epistolæ. Vnde dicit. a [Omne quod natum est ex Deo] Vincen. spirituali generatione. Hæc autẽ spiritualis natiuitas fit per duo. Primo baptismali lauacro. Secũdo spirituali remedio. b [Vincit mundũ.] Ly. tẽtationes & persecutiones mũdi. c [Et hæc est victoria quæ vincit mundum.] Vincen. qua tentatio humana superatur. d. [Fides nostra]. per fidem enim habitat Christus in cordibus fidelium, in quo est victoria. e [Quis est autem qui vincit mũdum, nisi qui credit quoniã Iesus est filius Dei] scilicet naturalis & eiusdem naturæ cum eo. f [Hic est qui venit] supple ad saluandum homines. g. [Per aquam] baptismi. h [Et sanguinem] passionis & redemptionis. i [Iesus Christus. Nõ in aqua solum.] Vincen. i. non solum sanctificauit aquam baptismi. k [Sed in aqua & sanguine] quæ fluxerũt de latere eius in cruce, quæ & dedit virtutem cæteris sacramentis. Ioannis xix. Vnus militum lãcea latus eius perforauit, & continuo exiuit sanguis & aqua. l [Et spiritus est qui testificatur.] i. testimonium dedit. m [Quoniam Christus est veritas.] i. verus Deus & verus homo. n [Quoniam tres sunt qui testimonium dãt in cœlo.] Vincen. de diuinitate Christi. o [Pater, verbum, & spiritussanctus.] Pater in baptismo Christi dedit testimonium de deitate Christi, vbi vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus. Matt. iij. Item in monte transfigurationis, quando iterum vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus. Matt. xvij. Similiter verbum vnitum carni in vtero virginis testimonium dedit suæ deitatis. Primo nascẽdo de virgine sine corruptione virginis. Secundo in humanitate multa miracula faciendo, quæ soli Deo competebant. Similiter spiritussanctus testimoniũ dedit de deitate Christi in baptismo quando in specie columbæ super eum descendit. p [Et hi tres vnum sunt] quantum ad essentiæ vnitatẽ. q [Et tres sunt qui testimonium dant in terra] supple de humanitate Christi quæ de terra formata est secundùm carnem. r [Spiritus.] i. anima quam emisit in cruce. s [Aqua & sanguis.] qui fluxerunt de latere eius pendentis in cruce. t [Si testimonium hominum accipimus.] Ly. tanquam sufficiens in rebus humanis. Vnde de hoc habetur Deut. xix. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. v [Testimonium Dei.] scilicet patris. x [Maius est.] Quoniã hoc est testimoniũ Dei quod maius est quia testificatus est de filio suo. s. in baptismo & transfiguratione sicut iam dictum est. y [Qui credit in filium Dei habet testimonium Dei patris in se.] quod verum testificatus sit de filio suo.

Duplex est natiuitas.

QVAESTIO XCIX.

SVper verbis epistolæ do. j. post pascha quæ habentur. j. Ioan. v. scilicet hi tres vnum sunt. Oritur quæstio de trinitate. Vtrum sit ponendus numerus personarum in diuinis. dicit Boetius lib. de trinitate, hoc verè vnum est, in quo nullus est numerus: sed Deus verissime est vnus: ergo in eo non est ponendus numerus. In oppositum Io. vlti. tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritussanctus. Item Athanasius dicit, alia est persona patris, alia filij, alia spiritussancti, igitur. Ad argumentum dicitur quod Boetius loquitur de vnitate essentiali, vnde in essẽtia numerus non cadit sed tantum in personis. Ad quæst. responden. est secundum mag. Io. de turre cre. in quæstionibus super euang. quòd est ponendus numerus personarum in diuinis. Primo patet vbicunque est distinctio & distinctio ibi est aliquis numerus: sed diuinæ personæ sunt distinctæ ab inuicem, igitur. non est tamen intelligendum quod in diuinis sit numerus simplex qui est per diuisionem essentiæ aut quantitatis: sed est numerus secundùm relationem. patet secundo in diuinis est persona

generans.s.pater.persona genita.s.filius & persona producta scilicet spiritussanctus: igitur. patet tertio in trinitate est persona mittēs.scilicet pater qui misit filium:persona missa.s. filius quia dicitur incarnatus & nō pater & persona missa ad discipulos s.spiritussanctus.igitur patet quarto ad verā charitatem pertinet seipsum communicare:sed in trinitate est vera charitas & non potest se communicare in creaturis,ergo in diuinis.igitur.

Dominica ij. post festum paschæ.j.Petri ij.

† Passus est pro nobis.Christi Iesu saluatoris nostri amara passio fuit nobis redemptio: & mors Christi fuit mortis destructio: ex morte vita nasci tur:ex tenebris lux oritur:aculeus mortis rūpitur: vita Christicolis datur mūdo que retulgēt, in inferno mors retruditur quūmalus spiritus exoritur. vt vult magister sententia. libr.iij.di. xix.& xx.

CHarissimi,[b] Christus passus est pro nobis [c]† vobis relinquens exēplum, [d] vt sequamini vestigia eius. [e] Qui peccatum nō fecit, [f] nec inuentus est dolus in ore eius. [g] Qui cum malediceretur, [h] non maledicebat. [i] Cum pateretur, [k] non comminabatur. [l] Tradebat autem [m] iudicanti se iniuste. [n] Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo [o] super lignum, [p] vt peccatis mortui [q] iustitiæ viuamus, [r] cuius liuore [s] sanati estis. [t] Eratis enim aliquando [v] sicut oues errantes, [x] sed conuersi estis nunc [y] ad pastorem, [z] & episcopū animarum vestrarum.

POSTILLA.

CHarissimi Christus passus est pro nobis &c. Ante initiū illius epistolæ scribit sanctus Petrus dicens. Serui subditi estote in omni timore dominis vestris,non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. hæc est enim gratia Dei in Christo Iesu. Tunc sequitur præsens epistola in qua sanctus Petrus proponit nobis Christi passionem: quia iam paschali tempore plus sæuit hostis noster diabolus contra nos,vt nos econuerso in suam redigat potestatem: sed passio Christi est scutum contra omnia tentamenta vitiorum. Armamur autē per Christi passionē contra superbiam:quia Christus humilis& abiectus,nudus & nouissimus virorū in cruce pepēdit. Itē contra auaritiam, quia locum proprium non habuit,vbi caput suum reclinaret. Matt.viij. Item contra gulam,quia aceto & felle potatus. Contra luxuriam flagellatus est, & cum spinis coronatus. Item contra acediam quia exultauit vt gygas ad currendam viam. psalm. xviij.s. passionis. Item contra iram, quia male eum tractantibus non comminabatur. Item contra inuidiā,quia pro suis crucifixoribus orauit. Vnde epistola & euangelium concordant: quia euangelium loquitur de bono pastore,similiter & epistola dicit quomodo christus pro ouibus suis sit mortuus. vnde Petrus apostolus dixit in verbis præmissis b [Christus passus est pro nobis.] Vin.i. pœnā mortis æternæ humano generi debitā exoluit per suam passionem. c [Vobis relin.exēplū,]quod semper attendere & aspicere debetis. d [Vt sequamini ve.eius.] Vin.quæ fuerūt humilitatis,sapiētiæ,obedientiæ,& charitatis vsque ad mortē. e [Qui peccatum non fecit.] Vin. imo nec facere potuit, quia deus erat. f [Nec inuētus est dolus in ore eius.] i.in sermone,quia veritas est. g [Qui cū malediceretur.] Gor.i.blasphemaretur in cruce pendens, quando Iudæi dixerunt vah qui destruis templum Dei,si filius Dei es, descende nunc de cruce. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. h [Non maledicebat] sed orabat patrē pro eis dicēs Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt. Luc. xxiij. i [Cū pateretur.]Vin.mortis suppliciū in cruce. k [Non comminabatur.] super crucifixoribus suis per ęternam pœnam vel temporalē: sed plus salutem eorum sitiebat, dicens. Sitio. Io.xix. l [Tradebat autē] i. tradi se permittebat sponte. m [Iudicanti se iniuste.] Ly.i.Pilato qui Iudęorum fauore & Cæsaris timore cōdemnauit,cum iniustè ad mortē. n [Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo.] Lyr. pro ipsis debita sustinendo. o [Super lignum.] crucis in quo affixus erat & hoc fecit ideo. p [Vt peccatis mortui.] s. à peccatis separati. q [Iustitiæ viuamus.] scilicet Christo Iesu. r [Cuius liuore.] i.passione. s [Sanati estis] à peccatorum infirmitatibus. t [Eratis enim aliquando.] i.ante conuersionē. v [Sicut oues errantes.] Gor. sine pastore. x [Sed conuersi estis nunc.] scilicet spiritusancto cooperante, y [Ad pastorem.] i.ad Christum qui pascit vos corpore & sanguine suo. z [Et episcopum animarum vestrarum.]Ly.earum saluti semper intendendo,& eas à malo custodiendo.

QVAESTIO C.

SVper verbis epistolæ do.ij. post festum paschæ quæ habentur.j. Pe. ij. conuersi estis nunc ad pastorem, scilicet Christū qui vos pascit corpore & sanguine suo. Oritur quęstio de pastore, vtrum pastor bonus teneatur animam suam pro ouibus suis dare? Arguitur quòd non quanto quis amat salutem alicuius tanto vitat peccatum eius,sed magis debet vitare peccatū suum quàm peccatū alterius: ergo pastor magis diligere debet vitā suam qua salutem ouiū suarum. In oppositum Io.x.bonus pastor ponit animam pro ouibus suis igitur. Ad argumentum dicitur quòd intelligitur quòd homo secūdùm naturā spiritualē, debet se plus diligere post Deum quàm quemcunque alium. Ad quęstionem respondendum est secundùm magistrum Io.de turre cre.tiij.q.super certis euāgeliis per iij. cōcl. prima est bonus pastor non

debet animam suam ponere pro vita ouiũ brutorum animalium, patet conclusio, res melior non est exponenda periculo pro minus bona, sed magis econuerso, sed vita hominis est melior simpliciter quàm vita ouium brutorum animalium. Igitur, secunda cõclusio bonus pastor nõ tenetur ponere animam suam. i. vitam corporalẽ pro salute corporali ouiũ suarũ, patet: quia vita pastoris est præferẽda saluti corporali siue vitæ corporali ouiũ suarũ Igitur, tertia conclusio pastor bonus animarũ tenetur animã suã ponere. i. vitã corporalẽ ꝓ salute spirituali ouiũ suarũ, qđ patet ex dicto Christi in euãgelio. Io. x. ratiõe patet: anima humana est nobilior corpore, & ita salus eius præferẽda est saluti corporis: patet ẽt quia plus debet diligere ꝓximũ quo ad animã quàm corpus ꝓpriũ.

Dominica. iij. post pascha.

j. Petri. ij. capitu.

CHarissimi. [b] Obsecro vos tãquã aduenas † & peregrinos, [c] abstinere vos à carnalibus desideriis, [d] quę militant aduersus animam. [e] Conuersationẽ vestram inter gentes [f] habentes bonã, [g] vt in eo quòd detractant de vobis tãquam de malefactoribus [h] ex bonis operibus, [i] vos considerantes [k] glorificent deum [l] in die visitationis. [m] Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ [n] propter Deum, [o] siue regi quasi præcellenti, [p] siue ducibus [q] tanquam ab eo missis, [r] ad vindictam [s] malefactorum, laudem verò bonorum: [t] quia sic est volũtas Dei, [v] vt benefaciẽtes [x] obmutescere faciatis [y] imprudẽtiũ hominum ignorãtiam [z] quasi liberi, [a] & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem: [b] sed sicut serui dei [c] omnes honorate, [d] fraternitatem diligite, [e] Deum timete, [f] regem honorificate. [g] Serui subditi [h] estote in omni timore [i] dominis, [k] non tãtum bonis & modestis, [l] sed etiã dyscolis: [m] hæc est enim gratia [n] in Christo Iesu domino nostro.

† Aduenas, quando Adam primus parẽs peccauit ꝓpter peccatum deus illũ depulit a paradiso deliciarũ & huius mũdi vallem miseriæ habitauit in qua & totum genus humanũ, aduena est. Nã alibi de venit. i. a paradiso deliciarum. Paulus nõ habemus hic ciuitatem permanentẽ sed futurã inquirimus.

POSTILLA.

CHarissimi. Obsecro vos tãquã aduenas, &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Petrus dicẽs. Qui aliquãdo non populus dei, nunc autem populus, qui non consecuti misericordiã, nunc autẽ misericordiã cõsecuti. Tũc sequitur præsens epistola. Obsecro vos tãquã adue. &c. Sed ex quo modo est tempus Maij aptũ medicinis corporalibus isto modo habet se ecclesia isto tẽpore quod est aptũ medicinæ spirituali, quæ multo plus est desideranda & quærenda quam medicina corporalis: quia sanitatẽ æternã conseruat, & ostẽdit nobis magnũ medicũ animarum beatũ Petrum, cuius medicinam si fuerimus imitati, quam nobis in epistola hodierna proponit, æternaliter sani erimus. Et ad istam medicinã sumendã maximè illo tẽpore hortatur nos idẽ medicus beatus Petrus Apostolus dicẽs. b [Obsecro tãquã aduenas & peregrinos.] Ly. s. à ciuitate cælesti. Hebr. xiij. Nõ habemus hic manẽtẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus, ideo peregrini sumus. c [Abstinere vos à carnalibus desi.] i. ab his quæ carnis sunt, sicut opera gulæ & luxuriæ. d [Quæ militãt aduer. animã] reddẽtes eã fœtidã, imo mortẽ æternam inferũt. Apostolus. Si secundum carnẽ vixeritis moriemini. Ro. viij. e [Cõuersationẽ ve. inter gẽtes] s. inter viuẽtes gentiliter: quia multi christiani gẽtiliter viuũt, licet fidẽ habeãt, tamen nõ opera. f [habẽtes bonã] nõ ad propriam laudẽ, sed ad laudẽ dei & proximi ædificationem. g [Vt in eo quòd detractãt de vobis tanquã de malefactoribus.] ac si essetis malefactores. h [Ex bonis operibus] quæ facitis. i [Vos cõsiderantes] i. diligenter intuentes. k [Glorificent deũ] omnis boni auctorẽ. l [In die visitationis] i. in die iudicij, q. erit in futuro quãdo visitabuntur boni pmio, mali supplicio. m [Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ] i. omni homini in potestate cõstituto. n [Propter deũ.] i. in cognitione istius q. omnis potestas sit à deo. o [Siue regi quasi pcellenti] qui est maior & præcellẽs alios in dignitate & potestate. p [siue ducibus] i. inferioribus rectoribus. q [Tanquam ab eo] i. à rege. r [Missis ad vindictã] i. ad pœnã. s [Malefactorum lau. ve. bonorũ] s. remunerationis gloriæ. t [Quia sic est voluntas de] s. vt ita faciatis. v [Vt benefacientes] i. conuersantes. x [Ob mutescere faciatis.] s. subtrahendo illis materiam loquẽdi & detrahendi. y [Imprudentiũ hominum ignorantiam] quia ignorantes bonitatem vestram detrahebant vobis. z [Quasi liberi] s. ex amore non ex timore seruitutis. a [Et nõ quasi vela. haben. mali. liberta.] vt si libertas esset vobis occasio & excusatio mala in peccatis, vt. s. tanto liberius peccetis quãto minus iugo seruitutis premimini. b [Sed sicut serui dei.] sitis humiliter seruientes. c [Omnes honorate.] vnumquemque secundum statum suum honore resistentiæ. d [Fraternitatem diligite]. fratribus affectuosa in corde & opere exhibete. e [Deum timete]. s. timore filiali non seruili. f [Regem honorificate.] Ly. inquantum gerit personam Dei. g [Serui subditi] id est obedientes. h [Estote in omni timore.] id est in reuerentia. i [Dominis] supple vestris.

k [Non tantum bonis.] i. virtuosis. l [Sed etiã discolis.] Idest indisciplinatis. m [Hæc est enim gratia Dei.] Ly. i. res gratiosa corã Deo. n [In Christo Iesu domino nostro.]

QVÆSTIO CL.

SVper verbis epistolæ do. iij. post pascha quę habentur. j. Pet. ij. scilicet subiecti estote omni humanæ creaturæ. oritur qõ de obedientia. Vtrum Christiani teneantur obedire principibus secularibus? arguitur quòd non. ad Ro. vij. dicitur, Mortificati estis legi per corpus Christi. & loquitur de lege diuina veteris testamenti. sed timor est lex humana, per quam homines secularibus potestatibus subduntur, quam lex diuina veteris test. cõtinet. ergo multomagis homines per hoc quòd sunt membra corporis Christi facti liberantur à lege subiectionis, quia secularibus principibus astringebantur. In oppositum sunt verba in epistola. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd lex vetus fuit figura noui testamenti, ideo debuit cessare veritate veniente: non autem est simile de lege humana per quam homo subiicitur homini: ex lege diuina homo tenetur obedire homini. Ad quæstionem respondẽdum est secundum Tho. ij. ij. qõ. cv per duas cõclusiones. prima est, Fides Christi & iustitiæ principium est & causa, per quam fidem non tollitur ordo iustitiæ: sed magis firmatur. secunda conclusio, Ordo iustitiæ requirit vt inferiores suis superioribus obediant, aliter non posset humanarum rerum status conseruari.

Dominica iiij. post pascha Lectio Iacobi. j. capi.

† Omne datũ optimũ. Nulla gratia, nullus effect⁹ gratię, nullum donũ spiritussãcti, nulla virt⁹ mortalib⁹ datur nisi domino Deo dãte & nostræ animæ cõferẽte. Nã anima nostra à Deo bona possidet quæ ei per qualitatem boni adhærẽt. Mala verò in se

CHarissimi, [b] omne datũ optimũ [c] † & omne donum. perfectũ, [d] desursum est, [e] descendens à patre luminum, [f] apud quem non est transmutatio, [g] nec vicissitudinis obumbratio. [h] Voluntariè enim [i] genuit nos [k] verbo veritatis, [l] vt simus initium aliquod [m] creaturæ eius. [n] Scitis [o] fratres mei dilectissimi. [p] Sit autem omnis homo velox ad audiendum, [q] tardus autem ad loquendum, [r] & tardus ad iram. [s] Ira enim viri [t] iustitiam Dei nõ operatur. [v] Propter quod abiicientes omnem immunditiam, [x] & abundantiam malitiæ, [y] in mansuetudine [z] suscipite insitum verbum [a] quod potest saluare animas vestras.

POSTILLA.

CHarissimi, omne datũ optimum & omne donũ perfectũ, &c.] Ante initiũ illius epistolæ scribit sanctus Iacobus dicens, Peccatum cum consummatum fuerit generat mortẽ: nolite ergo errare fratres mihi dilectissimi. Sequitur statim pręsens epistola ĩ qua sancta mater ecclesia ostendit per verba sancti Iacobi apostoli ꝙ medicina spiritualis nullibi quærenda sit, nisi apud datorẽ eius à quo descẽdit. Et hęc medicina est optima quia ad optimã & æternã sanitatẽ pducit vitę ęternę vbi est clara visio æternæ trinitatis in qua omnia cognoscũtur. Vnde dicitur. b [Omne datum opti.] quod est bonũ meritorium faciẽs hominẽ vita æternæ dignum. c [Et omne donũ perfectum] i. donũ gloriæ quo habito nil remanet imperfectũ. d [Desursum] Gor. à Deo non ab hoĩe. e [Descendẽs à patre luminũ] Vin. à quo omnis homo illuminatur. Io. j. Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. f [Apud quem non est transmutatio] quia omnino immutabilis est. Mala iij. Ego Deus & nõ mutor. g [Nec vicissitudinis obũbratio.] Vin. i. obscuratio intelligẽtiæ per successiões cognitionũ, sicut fit in nobis, quia ipse vna & eadem sententia & cognitione omnia intelligit. Gor. non enim succedunt in eo vicissim bona & mala, quia sola bona dat: mala autẽ culpæ nõ dat. Glos. interli. Vbi vicissitudo ibi bona & mala: sed ipse sola bona dat. h [Voluntariè] i. gratis sine meritis. i. [Genuit nos filios gratiæ.] qui prius eramus filij iræ. k [Verbo ve.] i. euangelij Christi qui veritas est. l [Vt simus initium aliquod] caput. m [Creaturæ eius]. s. ptincipatum habendo in omnibus creaturis eius inferioribus, recuperando principatum per gratiam, quam primi parentes perdiderũt per culpam. n [Scitis] i. scire debetis. o [Fratres mei di.] i. hoc quod. p [Sit autem omnis homo ve. ad ea quæ sunt salutis. q [Tardus autẽ ad lo.] i. cauere se debet à multiloquio: quia Prouerb. x. dicitur, In multiloquio non deerit peccatum. r [Et tard⁹ ad iram] Ly. nam ira mentis oculum excæcat. Cato, Impedit ira animum ne possit cernere verum. s [Ira enim viri] Gor. i. fortis & deliberata: non dicitur ira pueri quæ cito transit. t [Iustitiam Dei non operatur.] Vin. i. impedit executionem iustitiæ. v [Propter quod abii. omnem immũditiam.] Vin. i. peccatum carnis. x [Et abundantiam ma.] i. omne peccatum mortale quod efficit hominem malum. y [In mansuetudine] . i in omni tranquillitate animi. z [Suscipite insitum ver.] Ly. verbum fidei quod mentibus humanis debet inseri. Gul. sicut enim ramusculus qui trunco agresti inseritur totum truncũ operari facit secundùm naturam suam & cũ prius non ferret nisi fructus agrestes solis porcis vti-

tem et quæ illi qualitate mali inhærent vnde anima habitu bonæ qualitatis dicitur bona, habitu malæ qualitatis efficitur mala: vt volt Isi. li. ij. c. v. ab illo enim Deo omnia bona gratia præueniẽte nobis donantur.

Deus est mouens oĩa mobilia.

Ira aliquãdo est peccatum: aliquãdo nõ.

Similitudo.

les postea fert fructus hoībus delectabiles. Sic hō qui anī susceptionē verbi Dei inutilis, erat faciens opera quib' porci infernales pascuntur post susceptionē verbi Dei erit arbor ferēs fructum gratum Deo & hominibus & angelis. [Quod potest saluare animas vestras.] Gul. Verbum Dei potens est saluare animas in præsenti & in futuro: in præsenti à morte culpæ. vnde psal. cxviij. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. In futuro verò à morte gehennæ. Io. viij. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

Triplex est mors, naturæ, culpæ & gehennæ.

QVAESTIO CII.

SVper verbis epistolæ iiij. do. post Pascha quę habentur Iac. j. Sit omnis homo tardus ad iram. oritur quæstio de ira: vtrū ira sit peccatū? In omni peccato est cōuersio ad aliquod bonum cōmutabile: sed per irā nō conuertitur aliquis ad bonū cōmutabile, sed in malum alicuius: ergo ira non est peccatū. In oppositū ad Eph. iiij. Omnis indignatio & ira tollatur à vobis, quod non esset prohibitū nisi esset peccatū. Igitur. Ad argumentū dicitur quòd iratus non appetit malum alterius propter se: sed propter vindictā in quā conuertitur appetitus eius, sicut in quoddā commutabile bonū. Ad quæstionē respondendū est secundū Tho. ij. ij. q. clviij. quòd ira nominat quandā passionē, passio autē appetitus sensitiui intantū est bona inquantū ratione regulatur: si autem ordinē rationis excedat est mala. Ordo autem rationis in ira potest attendi quantū ad duo. Primò quantum ad appetibile in quo tēditur, quod est vindicta. vnde si aliquis appetat quòd secundùm ordinē rationis fiat vindicta, est laudabilis iræ appetitus, & vocatur ira per zelū: si autē aliquis appetat quòd fiat vindicta contra quęcunque ordinē rationis, putà si appetat puniri eum qui non meruit, erit appetitus irę vitiosus, & notatur ira per vitium. Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantum ad modum irascendi, vt motus iræ non immoderatè feruescat nec interius nec exterius: quod quidem si prætermittatur non erit ira absque peccato, etiā si aliquis appetat iustam vindictam.

Dominica v. post Pascha, Iacobi j. capitulo.

CHarissimi, [a] estote factores verbi Dei [b] & non auditores tantū. [c] fallentes vosmetipsos [d] quia si quis auditor est verbi Dei, & non factor, hic cōparabitur viro consyderanti vultū natiuitatis suæ in speculo. [e] Cōsyderauit enim se [f] & abiit, [g] & statim oblitus est qualis fuerit. [h] Qui autem perspexit in lege perfectæ libertatis, [i] & permāserit in ea, [k] non auditor † obliuiosus factus, sed factor operis, [l] hic beatus in facto suo [m] erit. Si quis autem putet se religiosum esse, [n] non refrenans linguā suam, [o] sed seducens cor suum, [p] huius vana est religio. [q] Religio [r] munda [s] & immaculata, [t] apud Deum & patrem [v] hæc est, Visitare pupillos, [x] & viduas in tribulatione eorum, [y] & immaculatū se custodire ab hoc seculo.

† Nō auditor. Non sufficit tā tū verbū dei audire nisi & opere adimpleat, saluator i euangelio i parabola ait Matt. xiij. c. Exiit qui seminat.

POSTILLA.

CHarissimi, estote factores verbi Dei: non auditores tantū &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Iacobus, dicens: Sit autē omnis homo velox ad audiendū, tardus autem ad loquēdum, & tardus ad iram. Tunc sequitur epistola hodierna. a [Estote factores verbi.] ad proficiendū in bono necessarium est audire verbū Dei, sicut præcedēti dominica dictū est. Sed quia modicū valet audire verbū Dei, nisi opere compleatur: ideo in præsenti epistola sanctus Iacobus nos instruit, vt quod nos audiuimus per opera compleamus, dicēs, Estote factores verbi Dei. Vin. id est, secundùm verbū Dei operamini. b [Et non auditores tātū.] Glossa nō solo auditu percipite verbum, sed opere implete. c [Fallētes vosmetipsos.] glossa. si per solum auditum vos saluādos putatis. d [Quia si quis auditor est verbi & nō factor, hic cōparabitur viro consyderanti vultum natiuitatis suæ in speculo.] Gorra. quem habet à natiuitate vel à natura, scilicet vultum corporalem in quo natus est. e [Consyderauit enim se.] id est, imaginem suam. f [Et abiit.] supple ad negotia sua, auertendo se à speculo. g [Et statim oblitus est qualis fuerit.] supple dispositio vultus sui. Gorra. pro tanto ponitur hic hęc similitudo: quia sicut nihil prodest homini in speculo vidisse maculam sui vultus, si illam non abstergit, sic homini nihil prodest audire verbum prædicationis, nisi illud impleat opere. Nota, verbum prædicationis est sicut speculum, in quo cognoscit homo defectus suos. h [Qui autē perspexerit in lege perfectæ libertatis.] id est in lege Euangelica, quę dicitur lex libertatis: quia restituit libertati à culpa in præsenti per gratiā iustificationis, & à miseria in futuro per gloriam immortalitatis i [Et permanserit in ea.] secundū eam viuendo. k [Non auditor obliuiosus factus, sed factor operis,] scilicet implēdo quod docet Euangelium. l [Hic beatus in facto suo.] id est ex opere suo. m [Erit. Si quis autem putat se religiosum esse.] Ly. i. verum & perfectum Christia-

num esse. n [Non refrenans linguam suam.] Vin. à verbis impudicitiæ, detractionis, blasphemiæ, & mendacij. o [Sed seducens cor suum.] In hoc quòd putat se hoc esse in corde quod non est in re. p [Huius vana est religio.] Gor. nihil habens in se veritatis. q [Religio] scilicet Christiana. r [Mũ∫æ.] scilicet in cordis intentione. s [Et immaculata] in corporis executione. t [Apud Deum & Patrem] scilicet accepta. v [Hęc est visitare pupillos.] corporaliter in consolatione verborum: & erogatione munerũ, & protectione malorum. x [Et viduas in tribulatione earum.] scilicet tam corporali quàm spirituali y [Et immaculatum se custodire ab hoc seculo.] inquinato. Ly. sensus est quòd religio Christiana est exercere se in operibus misericordiæ erga proximum, & in operibus munditiæ erga seipsum.

QVAESTIO CIII.

SVper verbis epistolæ v. Dominicæ post pascha quæ habentur Iacob.j. Estote factores verbi. oritur quęstio de facilitate bene operádi. Vtrum facilius sit operari bonũ quam malum? Arguitur quòd non, ait Arist. iij Ethico. Virtus & bonũ versantur circa difficile. Igitur. In oppositum. Matt.x. Iugum meum suaue est & onus meum leue. Igitur ad quæstionem respondendum est quòd homo potest consyderari in duplici statu. Primò in statu malitię, & sic facilius est operari malum quàm bonum. Gene.vj. Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malũ, ab adolescẽtia sua. Secundo modo in statu innocentiæ, & sic facilius est operari bonũ quàm malũ, & hoc quadruplici ratione. Primò ratione delectationis quod patet, vna res tãtò facilior est ad obseruandũ, quãtò faciliùs per illã quis cõsequitur delectationẽ, Arist. vj. Ethico. homo naturaliter fugit triste & appetit delectabile: sed bonum faciẽdo quis consequitur delectationem. Igitur. Secũdò ratione inclinationis patet, Res tantò est facilior ad operandũ quantò naturalis, patet de risu & fletu: sed operari bonũ est naturale, malum verò nõ. Tho. j. ij. Peccatũ est cõtra hominis naturã, inquantũ est cõtra ordinẽ rationis. igitur. Tertiò ratione incitationis. patet: istud est facilius ad operandum ad quod per plures incitamur, sed ad bene operandũ plures nos incitant, scilicet Deus per inspirationẽ, angelus custos, synderesis, creatura. Igitur. Quartò ratione promissionis, quia operatione bona promittitur gloria. Matt.v. Merces vestra, &c. ex prædictis patet responsio ad argumenta.

In Rogationibus Feria ij.& iij. post Dominicam quintam post Pascha. Lectio epistolæ beati Iacobi apostoli, cap. vltimo.

a CHarissimi, b confitemini alterutrũ peccata vestra, c & orate pro inuicem, vt saluemini. d Multum enim valet deprecatio iusti e assidua. f Elias homo erat similis nobis. g Et oratione orauit, vt non plueret h super terrã, & non pluit annos tres & menses sex. i Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. k Fratres mei. l Si quis ex vobis errauerit à veritate, m & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, n saluabit animam eius à morte, o & operit multitudinem peccatorum.

Confitemini. Cõfessio ad salutẽ necessaria si ne qua nullus peccator saluari põt, ore facta, s. vel mẽte: hoc vult Mag. Sen. li. iiii. dist. xvii.

POSTILLA.

CHarissimi, cõfitemini alterutrum peccata vestra, &c. In principio huius capituli apostolus Iacobus & vsq; in finẽ inducit clerum ad adhærẽdũ Deo ex cõsyderatione suæ seueritatis, quæ maximè in iudicio apparebit. Et hoc facit quia in aliis capitulis praecedentibus induxerat clerum ad adhærendum Deo ex consyderatione suæ bonitatis & misericordiæ. Et ideo ne clerus nimium in bonitate & misericordia Dei confideret, & confidendum cæteris prædicaret, hunc tenet ordinem. Propter quod sciendum quòd illud iudicium sicut erit terribile malis, sic erit consolabile iustis. Vnde Saluator de ipso iudicio loquens Luc. xxj. dicit apostolis, His autem fieri incipiẽtibus, respicite & leuate capita vestra, id est exhilarate corda vestra: vt exponit Gregor. homil. j. Ideo beatus Iacobus primò incutit malis iudicibus terrorem, vt à peccatis resiliant, secundò iustis eius fauorem, vt inseparabiliter adhæreant. Sed præsens lectio ponitur in fine capituli & solùm continet finem secundæ partis: dicit ergo, b [Confitemini &c.] Ex quo patet quòd confessio debet fieri non solùm Deo, sed etiam homini. Vnde & in lege veteri sacrificia quæ offerebantur Deo pro peccatis, offerebantur per manum sacerdotis. c [Et orate pro inuicem.] Nam confessor tenetur orare pro confitente: & econuerso. d [Multũ enim &c.] Hic cõsequenter declarat quoddam dictum, s. quòd oratio sit magnæ efficaciæ: quia dixerat quòd valet contra tristitiam & ad Dei reuerentiã in sacramentorum perceptione. Ideo dicit, Multum enim valet deprecatio iusti. Nam econtra de iniusto dicitur Eccle. xv. Nonne est speciosa laus in ore peccatoris. e [Assidua.] Nam vna de conditionibus

quæ faciunt orationem semper exaudibilẽ, est quòd sit perseuerans. Aliæ verò duæ quòd sit pia & per se. f [Elias homo erat similis nobis passibilis]. Nã timore mortis, fugit à facie Iezabel. iij. Reg. xix. g [Et oratione orauit, vt non plueret.] iij. Reg. xvij. capi. h [Super terram.] scilicet, Israel. Nam propter malitiam Achab, fuit illa plaga inducta. i [Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam.] iij. Reg. xviij. k [Fratres mei.] hic vltimò inducit ad Dei reuerentiã in fraterna correctione, quæ est actus dilectionis proximi: & per cõsequens ordinatur ad dilectionem & reuerentiam Dei, dicẽs l [Si quis ex vobis errauerit à veritate.] fidei vel morũ. m [Et conuerterit quis eum] ab infidelitate ad fidem, à vitiis ad virtutes. n [Saluabit animam eius à morte.] s. culpæ & gehennæ. o [Et operit multitudinem peccatorum.] vt non videantur à Deo punienda pœna æterna: & sic ab eo recipietur in gloria.

QVAESTIO CIIII.

SVper verbis Epistolæ in Rogationibus post v. do. post Pascha quæ habentur Iacob. vl. Confitemini alterutrum peccata vestra. oritur quæstio de confessione, vtrum omnes teneantur confiteri peccata sua sacerdoti? Arguitur quòd non. Nullus debet mentiri in cõfessione: sed impossibile est ꝙ aliquis veniens ad sacerdotem cui non est confessus anno illo, nullum penitus habeat peccatũ: ergo anno illo illi confiteri non tenetur, aliàs oporteret eum mentiri in confessione. Igitur. In oppositũ, Confiteri sacerdoti est præceptũ Dei: sed ad præceptũ Dei, omnes tenẽtur. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd tali sufficeret dicere se nullum cõmisisse peccatum, quod sciat. postquã legitimè confessus est: ad quæstionem respondendum est secundũ Richar. iiij. Sent. distin. xvij. arti. j. q. iiij. quòd regulariter omnes tã fideles quàm infideles tenentur ad faciendum confessionem sacerdoti Christiano, inquantum istud præceptũ est præceptũ Dei, qui plenitudinem potestatis habet vniuersalem super omnes: & præceptũ vniuersale dedit: si autem non esset præceptũ nisi ab ecclesia, ad eius obseruationem tenerentur illi qui sacramentum nunquã susceperũt: vicario enim Christi non fuit cõcessa directò potestas super illos qui sacramentũ baptismi nõ susceperunt, quod est ianuã qua intratur in ecclesiam militantem: & quia diuinum præceptum cùm sit rationabilissimum, non obligat ad aliquid irrationabile: ideo ad obseruationem præcepti non tenentur homines, quando habẽt de non confitendo rationabilem causam & legitimam excusationem, sicut sunt illi qui non habent copiam sacerdotis: non enim dicendum est quòd tales teneantur confiteri laico, quòd non sit præceptum confiteri nisi sacerdoti.

Feria quarta in vigilia Ascensionis, Lect. Epistola beati Pauli apostoli, ad Ephe. iiij.

FRatres, [a] vnicuique nostrum, [b] data est gratia † secundum mensurã donationis Christi: [c] propter quod dicit, [d] Ascendens in altum [e] captiuam duxit captiuitatem, [f] dedit dona [g] hominibus: [h] (quod autem ascendit, quid est [i] nisi quia & descendit, primum [k] in inferiores partes terræ.) [l] Qui descendit ipse est [m] & qui ascẽdit super omnes cęlos, [n] vt adimpleret omnia. [o] Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos. [p] quosdam autem prophetas. [q] Alios vero Euangelistas [r] alios autem pastores [s] & doctores, [t] ad consummationẽ sanctorum in opus ministerij, [v] in ædificationem corporis Christi, [x] donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem filij Dei [y] in virum perfectum. [z] in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Data est gr̃a. Fons plenitudinis, in quo omne donũ. Ex superno rore omnibus dona gratua cõferet secundum æquitatis portionẽ meritorũ, & non aliàs, nisi beneplacito & gratia: vnde Isidorus de Sum. Bo. lib. ij. spiritalis gratianũ omnibus distribuitur: sed tantùmodo electis donatur.

POSTILLA.

FRatres, vnicuique nostrum data est gratia, &c. Postquàm Apostolus in præcedẽtibus capitulis induxit Ephesios ad gratiarum actionẽ, & effudit ꝓ eis orationẽ, hic cõsequẽter informat eos in moribus. Et ponitur hæc præsens Epistola in medio cap. Et primò declarat quoddam dictum in principio huius cap. scilicet qualiter omnes fideles sint vnũ corpus Christi mysticum: & hęc pars diuiditur in duas partes, quia primò declarat huius corporis distinctionem membrorũ, secundò connexionem eorum: sed præsens Epistola continet primam partem, dicit ergo sic. a [Vnicuique nostrum.] scilicet Christi fidelium. b [Data est gratia secundùm mensuram donationis Christi.] id est prout voluit dare & plus & minus secundùm ordinẽ dispositionis suæ: Christo enim datus est spiritus non secundùm mensuram. Ioan. iij. Cæteris autem datur in mensura c [Propter quod dicit Scriptura] psal. lxvij. d [Ascendens in altum.] scilicet Christus in sua ascensione. e [Captiuam duxit capti.] scilicet patres, qui prius tenebantur in lymbo, qui dicuntur hic captiua captiuitas, sicut frequenter in sacra Scriptura in talis reduplica-

Deus dat dona dupliciter.

tio, vt cùm dicitur, Vita viuet, morte morietur, & consimilia ad maiorem expressionem. f [Dedit dona] spiritussancti. g [Hominibus] in die pētecostes visibiliter & quotidie inuisibiliter. Psal. lxvij. dicitur ꝙ accepit dona in hominibus. Et est eadē sententia. Accepit enim dona à Deo patre hominibus distribuenda, sicut expositum fuit ibidem. Quicquid enim habet filius habet à Deo patre, cuius dona proueniunt ad filium incarnatum, mediatorem Dei, & hominum. Et cōsequenter declarat modum ascensus, dicēs. h [Quòd autem ascendit, quid est.] id est qualiter intelligendum. i [Nisi quia descendit primùm.] In sua morte. k [In inferiores partes terræ] scilicet ad lymbū patrum in inferno, qui dicitur esse sub terra: vel aliter nisi quia descēdit primū in sua incarnatiōe in inferiores partes terræ.i. in partes huius terræ, ipsæ enim sunt inferiores respectu aliarū partium mundi. l [Qui descendit ipse est. [Idem in persona. m [Qui ascendit super omnes cælos.] Ascendere vel descendere Christo nō conuenit propriè secūdùm deitatē, qui de necessitate præsens est vbique, sed secundū humanam naturam. Dicitur autē hîc ascendisse super omnes cælos, non sic intelligendo quòd ascēderit totaliter super cælum empyreū: vbi nullus est locus nec creatura aliqua: sed sic intelligendo quòd ascenderit ad digniorem partem empyrei cæli: quod est locus beatorū & supremum cælum. n [Vt adimpleret omnia] quæ de eo per prophetas erant scripta: qui non solum prophetauerunt de eius incarnatione, morte & resurrectione, sed etiam de eius ascensione. o [Et ipse dedit quosdā &c.] Hic consequenter ponitur dictæ distinctionis conditio: sicut enim diuersis membris ecclesiæ data est ad mensuram gratia, plus & minus, ita cōstituta sunt in diuersis gradibus & officiis, sicut in corpore naturali, distincta mēbra habent distincta officia. Et hoc est quod dicitur, Et ipse dedit quosdā quidem Apostolos, scilicet duodecim ad ordinandum ecclesiam & regendum. p [Quosdam autem prophetas.] ad futura prædicendum: vt patet Actuum xj. & xiij. q [Alios verò Euāgelistas] scilicet quatuor ad Euangeliū scribendū. r [Alios autem pastores] ad curam animarum. s [Et doctores] ad informandū, in moribus populū, & hoc ex officio sibi iniuncto: siue ex cō missione. t [Ad consummationem sanctorū.] id est perfectionem fideliū in moribus & fide. v [In ædificationem corporis Christi.] mystici quod est ecclesia. In qua apostolis succedūt episcopi, prophetis autem succedunt habētes gratiam scripturarum sacrarum, obscura interpretandi, Euangelistis archidiaconi, & diaconi pastoribus, per quos intelligūtur septuaginta discipuli sacerdotes curatu: doctoribus autē quicunque exercentes debitū actum exercēdi seu prædicandi. x [Donec occurramus omnes in vnitatem fidei &c.] Hic consequenter ostenditur dictæ distinctionis duratio, vsq; scilicet ad iudicium. Tunc enim terminabitur tēpus merendi: & per consequens promotio inferiorum per superiores ad bonum: & sic cessabūt hæc officia: & hoc est quod dicitur, Donec, &c. id est dicta officia exercebuntur in ecclesia militāte. [Donec occurram' omnes in vnitatē fidei &c.] id est qui sumus vniti in fide & cognitiōe Christi. y [In virum perfectum.] id est occurramus Christo venienti ad iudicium, qui est vir omnino perfectus. z [In mensuram ætatis plenitudinis Christi] omnes enim resurgent in ætate triginta trium annorū: quæ est ætas plena & perfecta in qua Christus passus fuit.

Duplex est infernus. s. particularis qui est sup terrā: & vniuersalis q est sub terra: & dicitur ab infero quia ibi damnatis pœnæ inferuntur. Gre. i Moralibus.

QVAESTIO CV.

SVper verbis epistolæ in vigilia ascensionis quę habētur ad Ephesios iiij. scilicet, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, id est patres qui tenebantur in lymbo. oritur quæstio de tempore liberationis ipsorum patrum, vtrum animæ sanctorum statim postquā Christi anima descendit ad inferos in cælis, fuerūt introductæ? Arguitur quòd sic. Luc. xxiij. Dicit dominus ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso: quod nō intelligitur de paradiso terrestri ergo cælesti. Igitur. In oppositū Michææ ij. dicitur de Christo, Ascendit pandens iter ante eos: sed Christus non ascendit nisi post quadragesimum diem resurrectiōis suæ: ergo nec animæ sanctorum quæ erant in lymbo. Ad argumentum dicitur quòd autoritas intelligitur de virtute Dei. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Nicolaū de Orbellis iij. sententia. distinc. xxij. per duas cōclusiones. Prima est, Animæ sanctorū non statim post mortem Christi perductæ sunt in cælos, statim tamen post resolutionem animæ à corpore in Christi descensu ad inferos viderunt lumen æternum & beatæ factæ sunt quantum ad primum: & sic in loco infernali existētes habuerunt paradisum per apertam Dei visionem quæ est æterna. Secūda conclusio, Animæ sanctorum in lymbo existentium non statim beatitudinis locum adeptæ sunt, patet, quia nulla anima in cælum debuit ascendere ante Christum qui est primogenitus in multis fratribus tanquam caput omnium.

In die Ascensionis domini.

Lect. Actuum j.

PRimùm quidem † sermonē [b] feci de omnibus, [c] ô Theophile, [d] quę cœpit Iesus facere & docere, [e] vsque in diē [f] qua præcipiens apostolis per spiritumsanctum, [g] quos elegit, [h] assumptus est. [i] Quibus & præbuit

Sermonē feci. Facere sermonem est apud oratores idem q prædicare: vnde sciendum est q prędicatio ad salutē animarū est valde necessaria: nam per pdicatio-

nem, multi peccatores resurgunt, qui i stercore suo. i. peccato perirent, vt habetur de magdalẽa q̃ qñ Christũ audiuit cito pœnituit: quã forte nunquam peccare pœnituisset: & de cõuersiõe huius habet Matt. xxvi.

seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, [k] per dies quadraginta apparens eis, [l] & loquẽs de regno Dei. [m] Et conuescens [n] præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederẽt: [o] sed expectarent promissionem patris, quã audistis, inquit, per os meũ. [p] Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, [q] vos autem baptizabimini spiritusancto, [r] non post multos hos dies. [s] Igitur qui conuenerant, [t] interrogabãt eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? [v] Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: [x] sed accipietis virtutem superuenientis Spiritussancti in vos, [y] & eritis mihi testes [z] in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Et cùm hæc dixisset vidẽtibus illis eleuatus est, [a] & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Cumq; intuerẽtur in cælum, [b] ecce duo viri [c] astiterunt iuxta illos in vestibus albis. [d] Qui & dixerunt, Viri Galilæi, [e] quid statis aspicientes in cælum? [f] Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodũ vidistis eum euntem in cælum.

POSTILLA.

PRimùm quidem sermonem feci, &c. Notandũ quòd Christus Dominus noster ascẽdere volẽs primò discipulis suis apparuit, & eos de incredulitate eorũ redarguit, & cũ eis comedit, & eos extra ciuitatẽ in montẽ exire præcepit, vbi eum viderunt ascendere post quadraginta dies à resurrectione cõputando, sicut manifestè habetur in Epistola & etiã in Euangelio hodiernæ festiuitatis. Vnde dicit Lucas in epistola pręsenti quę habetur in principio actuum Apostolorũ. a [Primũ quidẽ sermonem feci] scilicet in Euãgelio quod ego scripsi. b [De omnibus] Ly. nõ dicit omnia, quia omnia facta Christi nõ possunt per singula scribi secundùm quod dicitur Ioannis sexto, Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere eos, qui scribẽdi sunt libros. Sed notanter dicit de omnibus, quia de pertinentibus ad Christi cõceptionem, natiuitatẽ, vitam, mortẽ, resurrectionem & ascensionem aliqua scripsit.

c [O Theophile.] hic erat quidam episcopus Asiæ cui scripsit euangelium, & eidem scripsit hunc librum, scilicet actus Apostolorũ, de quo libro præsens epistola sumpta est. d [Quæ cœ. Iesus face. & do.] Ly. benè enim docere & malè viuere nihil aliud est quàm se sua voce damnare. e [Vsque in diem] scilicet ascensionis suæ. f [Qua præcepit apo. &c.] Ly. quòd prædicarent euange. per vniuersum orbem. g [Quos elegit.] præ cæteris ad officium apostolatus. h [Assumptus est.] de terra ad cælum sua humanitate. i [Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis.] quia comedit cum eis, & palpabilem prębuit se eis, & sic de aliis argumentis. k [Per dies xl. apparens eis.] quod sic non est intelligendũ quòd in illis xl. diebus continuè fuerit cum eis, sed in illo temporis spacio frequenter eis apparuit. l [Et loquens de regno Dei.] id est de beatitudine cælesti. m [Et conuescens.] id est comedens cum apostolis apparuit eis recũbentibus in die ascensionis: vt patet in euangelio hodierno. m [Præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent.] Ly. donec per spiritumsanctũ redderentur apti ad publicandum Euangeliũ. o [Sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum] Io. xiij. Paracletus autẽ spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, scilicet necessaria vobis & aliis ad salutẽ. p [Quia Ioannes quidem baptizauit aqua.] Ly. solum. Nàm eius baptismus gratiã non cõferebat. q [Vos autem baptizabimini spiritusancto.] hoc enim intelligendum est de receptione spiritussancti in signo visibili. r [Non post multos hos dies:] id est, in die pentecostes. s [Igitur qui conuenerant.] Glo. ordi. i. præsentes aderant. t [Interrogabant eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel.] Sciendum secundùm Nicolaum de Lyra, quòd multi de discipulis Christi de regno eius adhuc carnaliter sentiebant, vtpote nondum recepta spiritussancti gratia, existimantes ipsum temporaliter regnaturum. propter quod filij Zebedæi petierunt quòd vnus ad dexteram alius ad sinistram sederent: & credebant quòd regnum temporale quod ablatum erat à Iudæis per Romanos, statim foret restituendum: ideo quæsierunt, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et quoniam hæc quęstio erat stulta, ideo repulit eam: vnde sequitur. v [Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ posuit pater in sua potestate] quasi dicat, Non pertinet ad vos hoc scire vel quærere. x [Sed accipietis virtutẽ superueniẽtis spiritussancti in vos] ad constãter & efficaciter Euangelium prædicandum per orbem vniuersum. y [Et eritis mihi testes] Gloss. ordin. resurrectionis meæ, verbo & exemplo & signis. z [In Ierusalem, &c.] Et cùm hoc dixisset videntibus illis

Ascensio Christi vsque ad susceptionẽ nubis fuit susceptiua. Post nubis susceptionẽ in instanti tempore.

eleuatus est,&c.] de terra ad cælum. a [Et nubes suscepit,&c. Cumque intuerentur in cælū euntem illum] admirantes ascensionem tam gloriosam. b [Ecce duo viri.] id est duo angeli, in specie virorum. c [Astiterunt iuxta illos in vestibus albis.]ad designandum solennitatem ascensionis huius secundùm Gregor. d [Qui dixerunt,Viri Galilæi.]natione. Est enim Galilæa quædam pars Iudææ,de qua erāt Apostoli saltē pro maiori parte. e [Quid statis aspicientes in cælum.] quasi dicat:Non putetis quòd ille amplius habitet vobiscum,sicut antè fecit. Videbitis tamen in fine mundi venientem ad iudicium. Ideo sequitur. f [Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum.] id est,sicut ascendit in forma humanitatis. Gloss. sic ad iudicandum veniet.

QVAESTIO CVI.

SVper verbis epistolæ in die ascensionis quæ habentur Actuum j. scilicet, Hic Iesus qui assumptus est.oritur quęstio de assumptione, vtrum conueniens fuit Christum ascendere in cælum: Arguitur quòd nō,Christus filius Dei humanam naturam assumpsit propter nostram salutem : sed fuisset magis salutaris hominibus quòd semper conuersaretur nobiscū in terris quàm eius absentia.Igitur. In oppositum,Marci xvj.Dominus quidem Iesus assumptus est in cælum.Ad argumentum dicitur negando minorem & ratio est:quia licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta per ascēsionem,pręsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus: sed ipsa ascēsio Christi magis fuit vtilis quàm eius corporalis præsentia fuisset. Primò propter fidei augmentum, quia fides est de non visis. Secundò ad spei subleuationem. Tertiò ad erigendum charitatis affectum. Ad quæstionē respondendum est secundùm magistrum Ioannem de Turre Cremata in quæstionibus super Euangeliis,super certis conclusionibus. Prima,Conueniens fuit Christum ascendere.Patet:locus debet esse proportionalis locato,Christus per suam resurrectionem , vitam immortalem & incorruptibilem inchoauit: mundus iste est locus mortalitatis & corruptionis , locus autem cælestis est locus immortalitatis & incorruptionis. igitur. Secunda conclusio , Congruit Christo ad cælum ascendere. Patet: omne id quod ad gloriam pertinet debebatur ei: sed cælum empyreum ad gloriam pertinet. igitur. Tertia conclusio, Congruit nobis , vt Christus ad cælum ascenderet potentia vt nos quasi in corporalem possessionem cæli induxerit, quam pretio sui sanguinis emerat. Secundò vt spem nostram ad cælum erigeret. Tertiò vt idonei efficeremur ad dona spiritussancti suscipienda, iuxta psalmum, Ascendens in altum dedit dona hominibus.

Dominica infra octauam ascensionis prima Petri iiij.

CHarissimi, [a] estote prudētes [b] & vigilate in orationibus.[c] Ante omnia autem mutuā in vobismetipsis charitatem continuam habētes, [d] quia charitas operit multitudinē peccatorū.[e] Hospitales inuicem [f] sine murmuratione.[g] Vnusquisque [h] sicut accepit gratiam,[i] in alterutrū illam administrātes,[k] sicut boni dispēsatores multiformis gratiæ Dei.[l] Si quis loquitur [m] quasi sermones Dei. [n] Siquis ministrat [o] tanquam ex virtute quam administrat Deus.[p] Vt in omnibus [q] honorificetur Deus , per Iesum Christū Dominum nostrum.

Estote prudētes. Prudentia in rebus agendis est necessaria: ea est virtus per quam mortales hoīes negotia mūdi recte agunt: homines aūt sursum dirigit ad rectam charitatē hādam & ad Deū recta ratione, diligēdū & mūdi mala cauēdū: vnde Gre. in moralib': sic prudentiā diffinit, prudentia est rerū bonorū & malorum cū a terarū dilectiōe & reliquarū detestatione scientia.

POSTILLA.

CHarissimi, estote prudentes & vigilate in orationibus, &c. Ante initiū illius epistolæ scribit S.Petrus Apostolus, dicens, Et reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Tunc sequitur præsens epistola in qua beatus Petrus hortatur nos ad virtutes,quæ nos aptos faciunt ad recipiendū spiritumsanctum dicēs. a [Estote prudentes.]Gor.scilicet futura prouidentes.Vnde Deuter.xxxiij.Vtinam saperēt & intelligerent ac nouissima prouiderent. b [Et vigilate in orationibus.] Gor.ne animus aliud cogitet,quàm id quod prædicatur.Nam isto sacro tēpore deuotioni & orationi vacare debemus , & hoc exemplo Mariæ matris Christi & discipulorū. Legitur enim quòd tēpore medio inter ascensionē Christi & missionem spiritussancti fuerunt cum sanctis mulieribus in oratione, expectantes spiritumsanctū eis promissum : vnde Actuum j.dicitur, Hi omnes erant vnanimiter cum mulieribus in oratione & Maria matre Iesu & fratribus suis. Exemplo ergo illorū debent fideles esse in tēpore isto in præparatione & expectatione spiritussancti, intenti.Præparatis enim debito modo dabatur spiritussanctus ad id quod indigebant. primæ Corinth.xij. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. c [Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes]quia charitas excellentior est cæteris virtutibus:quia cæteræ virtutes sine ea nihil valent ad meritū. d [Quia charitas operit multi.peccatorum.]Gorra.ne appareant ad puniendum. e [Hospitales inuicem] Gorra.id est susceptores hospitum. f [Sine murmuratione] sed

hilariter hoc facite. g [Vnusquisque.] siue sit de maioribus, siue de mediocribus, siue de minoribus. h [Sicut accepit gratiá.] Gorra, id est, quodlibet donum gratuitum. i [In alterutrum illam administrátes.] Aliis cōmunicantes gratis & benignè, sicut membra in vno corpore sibiinuicē seruiunt. Oculus enim videt toti corpori: & pes portat totum corpus. k [Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei] Vincē. i. multiformium donorū gratuitò à Deo collatorum: quia non debet esse dispēsator parcus, vbi paterfamilias est largus. l [Si quis loquitur.] Ly. exhortationis verba. m [Quasi sermones Dei.] id est, totū bonū attribuat Deo & non sibiipsi. n [Si quis ministrat.] egentibus bona tēporalia. o [Tanquá ex virtute quam administrat Deus.] i. attribuat Deo qui dedit sibi voluntatem & facultatem hoc faciendi. p [Vt in omnibus verbis.] & factis vestris. q [Honorificetur Deus] id est totum fiat ad honorē Dei. r [Per Iesum Christum dominum nostrum] qui est mediator Dei & hominum.

QVAESTIO CVII.

SVper verbis epistolæ dominicæ infra octa. ascensionis Christi quæ habentur j. Petri iiij. Estote in vobismetipsis mutuam Charitatem habentes. oritur quæstio de charitate: vtrum homo debeat corpus suum ex charitate diligere? Arguitur quòd non. Charitas cùm sit amicitia quædam ad eos habetur qui reamare possunt: sed corpus nostrum non potest nos ex charitate diligere. igitur. In oppositum August. j. de Doctrina Christiana ponit quatuor ex charitate diligenda, inter quæ vnum est corpus proprium. Igitur ad argumentum dicitur quod reamatio habet locum in amicitia quæ est ad alterum, non autem in amicitia quæ est ad seipsum & secundùm animam & secundùm corpus. Ad quæstionem respondendum est secundum Tho. ij. ij. q. xxv. quòd corpus nostrum secundùm duo potest consyderari. vno modo secundùm eius naturā. Alio modo secundùm corruptionē culpæ & pœnæ. Natura enim corporis nostri non est à malo principio creata, sed à Deo: ideo ex dilectione charitatis qua diligimus deum, debemus etiā corpus nostrum diligere. Sed infectionem culpæ & corruptionem pœnæ in corpore nostro diligere non debemus.

In vigilia Pentecostes dicuntur vj. prophetiæ quæ ponuntur in vigilia Paschæ. Deinde ad Missam dicitur Episto. Actuum xix cap.

IN diebus illis.[a] Factū est autem, cùm Apollo esset Corinthi, & Paul' peragratis superiorib' partib' veniret Ephesum: & inueniret quosdam de discipulis, dixit ad eos,[b] Si spiritumsanctum accepistis credētes? At illi dixerunt ad eum,[c] Sed neq; si spiritussanctus est audiuimus. Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus,[d] Ioannes baptizauit baptismo pœnitētiæ populum[e] dicens, in eum qui venturus est, post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum.[f] His auditis baptizati sunt in noīe domini Iesu, & cùm imposuisset Paulus illis manus venit spiritussanctus super eos, & loquebantur variis linguis & prophetabant. Erāt aūt omnes viri ferè duodecim.[g] Introgressus autem Paulus in synagogam cum fiducia[h] loquebatur per tres menses[i] disputans,[k] & suadens[l] de regno Dei.

Spiritum sanctum. Qui baptismū in Christum firmiter credentes digne suscipiunt, spiritussanctū gratiā simul recipiūt, potissimè adulti, qui credentes iam in fide sunt formati: hoc vult Magist. Sen. li. iiii. dist. iiii.

POSTILLA.

IN diebus illis. Factum est autem cū Apollo, &c hîc describitur prædicatio Pauli apud Ephesum in suo reditu. Circa quam primò ponitur prædicatio ipsius Pauli. Secūdò expressio præsumptionis quorundā. Sed præsens epistola solùm continet primā partem Litera autē est de se patens vsque ibi, b [Si spiritumsanctum accepistis.] scilicet in signo visibili: quia tunc sic dabatur baptizatis per impositionē manuū apostolorum. c [Sed neque si spiritussanctus est, &c.] hoc modo datus vel dandus audiuimus: licet audissent quòd Deus esset trinus & vnus. Cætera patent vsq; ibi. d [Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum.] Erat enim baptismus Ioannis quædam protestatio faciendi pœnitentiam, & disponendi se ad baptismum Christi in quo datur gratia iustificans. e [Dicens, in eum qui venturus est post ipsum, &c.] Hoc enim prædicabat Ioannes: vt patet Matt. iiij. & Ioan. j. f [His auditis baptizati sunt in nomine Domini nostri Iesu.] In hac enim forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia. Cætera patent vsq; ibi. g [Introgressus autem, &c.] Hic cōsequenter ponitur doctrina Pauli quantum ad publicationem Euangelij cùm dicitur. h [Cum fiducia loquebantur.] postposito timore humano. i [Disputans] cum contradicentibus. k [Et suadens] audientibus voluntariè. l [De regno Dei.] id est, de superna felicitate, quæ consistit in aperta Dei visione, scilicet deitatis pariter ac humanitatis. Secūdario suadebat etiam de modo veniendi ad hanc beatitudinē, quæ est per fidem charitate formatam.

QVAESTIO CVIII.

SVper verbis epistolę in vigi.pente.quæ habētur Act.xix.c.In Ioan. baptis.... oritur quæstio de ipso Ioanne:vtrum fuit cōueniens Ioannem baptizare? Arguitur quod nō.Omnis ritus sacramētalis ad aliquam pertinet legem. Sed Ioannes non introduxit nouam legem,ergo non fuit conueniens quòd Io.nouum ritum baptizandi introduceret. In oppositum Matt. iij. Exibant ad eum multi & baptizabantur in Iordane.Igitur.Ad argumentum dicitur negādo consequentiam,& ratio est:quia baptismus Ioannis non erat per se sacramentum:sed quasi quoddam sacramētale disponens ad baptismum Christi : & ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi,non autem ad legem Moysi. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Io.de Tur.cre.in quæstionibus super Euangeliis,quòd conueniēs fuit Ioannem baptizare,quæ conueniētia colligitur ex quatuor. Primò quia oportebat Christū baptizari à Ioanne vt baptismum consecraret. Secundò vt Christus manifestaretur ab eo Ioanne:ait enim Chrys.super Io. Tantū enim officiū Ioannis prædicando & baptizando ordinabatur ad manifestationem Christi.Tertiò vt suo baptismo assuefaceret homines ad baptismū Christi. Quartò vt ad pœnitentiam homines inducēs præpararet ad dignè suscipiēdum baptismum Christi:quia sicut ille prædicabat pœnitētiam & baptismum Christi pronūtiabat & in cognitionem veritatis,quia mūdo apparuit,attrahebat: sed ministri ecclesiæ qui primò erudiunt postea peccata eorum redarguunt, deinde baptismo Christi remissionem promittunt.

In die sancto penteco. Lectio Act.capi.ij.

Sonus. Iste sonus non fuit terrificus imo lętificans.Nam apostoli pauefacti & territi indigebāt cōsolatione & nō terrore: & forte fuit repentina & lucida angelorū vociferantiū quodā statu facta. vñ Aug.ij. li. de trin. Indie pen. factus est subito de cęlo sonus quasi ferret flatus vehemēs.

IN diebus illis,[a] dum cōplerentur dies pētecostes,[b] erāt omnes discipuli pariter in eodem loco.[c] Et[d] factus est repētè de cælo sonus† tāquam aduenientis[e] spiritus vehemētis[f] & repleuit totam domum[g] vbi erant sedentes.[h] Et apparuerūt illis[i] dispertitę linguæ[k] tāquā ignis,[l] seditque supra singulos eorū,[m] & repleti sunt omnes spiritu sancto,[n] & cœperūt loqui variis linguis, prout spiritussanctus dabat eloqui illis.[o] Erāt autem in Ierusalē[p] habitantes Iudæi viri religiosi,[q] ex omni natiōe quæ sub cælo est.[r] Facta autem hac voce,[s] conuenit multitudo[t] & mente confusa est:[v] quoniā audiebat vnusquisque lingua sua illos loquētes.[x] Stupebant autem omnes & mirabantur,dicentes,Nónne ecce omnes isti qui loquunt Galilæi sunt?[y] Et quō nos audiuimus vnusquisque linguā nostrā, in qua nati sumus?[z] Parthi & Medi,[a] & Elamitę,& qui habitant Mesopotamiam,[b] Iudæam & Cappadociam, Pōtum & Asiā,[c] Phrygiā & Pāphiliā, Ægyptum & partes Lybię,quę est circa Cyrenen,& aduenæ Romani.[d] Iudæi quoque[e] & Proselyti, Cretes & Arabes.[f] audiuimus eos[g] loquentes nostris linguis[h] magnalia Dei.

POSTILLA.

IN dieb⁹ illis,dū cōplerent dies &c. Ante initium illius episto. scrib.S. Luc.quòd post ascēsionē Christi vndecim Apostoli cōgregati statuerūt duos viros, s.Ioseph qui cognominatus est iustus & Mathiā,& orantes dixerūt,Tu Domine qui corda nosti omniū , ostēde quem elegeris, vnū ex his duobus accipere locū ministerij huius & apostolatus,de quo præuaricatus est Iudas,vt abiret in locū suū. Et dederūt sortes eis, & cecidit sors super Mathiā,& annumerat⁹ est cū vndecim Apostolis : & statim sequitur præsens epistola a[Dū cōplerentur dies Pēte.]Hodie celebrat sancta mater ecclesia solēnitatem spiritussancti , in quo Christus se ostendit esse Deū. Nā prius ostenderat se esse dn̄m terræ, & eorū q̄ in terra sunt,infirmos sanādo, mortuos suscitādo.Ostēderat se etiā dn̄m maris & eorū quæ in mari sunt, cū super mare ambulauit, & mare solidū se ei prębuit,& cū staterē in ore piscis prędixit inueniēdū.Ostēderat se etiā dominū inferni,& eorū q̄ in inferno sunt,quādo cōtriuit portas inferni & oēs animas de lymbo inferni eduxerat.Ostēderat etiā se dominū aëris & eorū q̄ in aëre sūt,& etiā dn̄m cęli & eorū quę in cælo sunt,cū in die ascēsionis ꝓpria virtute ascendit super aëra,nube lucida sibi obsequente,& assumptus est in cælū. Ostēso ꝙ erat dn̄s oīum,hodie ostēdit se verū deū quādo spm̄ sanctū,q Deus est misit apostolis:hodie em̄ rex noster dn̄s Iesus Christus xij.principes fecit associās eis lxxij. milites. Principes fuerūt duodecim apostoli,lxxij.milites fuerūt septuagintaduo discipuli Christi, quos adeò hodie roborauit ꝙ per eos totū mundū sibi subiugauit,vnde Ber.Licet magna & diuina fuerūt planè miracula q̄ Deus gessit in terris, hoc tn̄ bonū sup oīa alia bona emicuit,ꝙ in paucis simplicibus totū modū & omnē sapiētię latitudinē sibi subiugauit.Vnde hic dicitur. [Dū cōplerētur dies pēte.] Lyr.à pascha computādo quinquaginta dies. Quinquagesima namq; dies à paschate, in qua Iudæi comedebant agnum paschalē celebris erat in veteri testamēto apud Iudæos,in memoriam beneficij legis datæ: quæ fuit data

in mõte Synai quinquagesima die à principio egressionis de Ægypto: vt habetur Exod. xix. Et conuenienter illa die legitur infusum fuisse apostolis spiritussancti donum, per quod lex euãgelica impressa fuit & firmiter radicata in cordibus eorum. b [Erant omnes discipuli pariter in eodem loco].i. cœnaculo grandi strato, vbi prius Christus cum eis cœnã fecit, & non solum apostoli, sed etiã alij fideles & mulieres pariter in eodem loco. c [Et] ipsis sic congregatis insimul corde & animo. d [Factus est re. de cælo,] Vin.i. de aëre. e [Sonus tanquam aduenien. spiritus vehe.] Ly.i. venti vel tonitrui. non tamen apostoli & alij eum eis assistentes fuerũt territi, Deo hoc faciẽte signũ, quod dabat eis spiritussanctus, qui est consolator cordium. f [Et repleuit totam domũ] in sola charitate. g [Vbi erant sedẽtes].i. manentes h [Et apparuerunt illis visibiliter] oculis corporalibus. i [Dispertitæ linguæ].i. diuersæ linguæ. k [Tanquam ignis.] id est habentes colorem ignis: ad designandũ signo visibili exterius inuisibilem gratiã spiritussancti receptã interius per quã essent feruidi in amore Dei, & loquentes omnib' linguis ad publicationẽ euangelij. l [Seditq; super singulos eorũ].i. super quẽlibet discipulorũ incidit vnus radius igneus, habens figuram linguarũ. m [Et repleti sunt spiritu sancto.] Vin.i. sic quòd corda eorũ penitus illustrata sunt gratia spiritussancti, sic quòd hodierna die discipuli receperũt spiritũ sanctum in maiori copia quàm prius habuerũt: quia nõ solũ receperunt ad sufficientiam, sed etiã ad redundantiã: quia sanctitas quã spiritussanct' in apostolis operatus est redundabat in totam ecclesiã, vnde sequitur. n [Et cœperunt loqui variis linguis prout spiritussanctus dabat eloqui illis.] Glo. apostoli nõ solũ loquebãtur & intelligebãt omnia idiomata, sed ipsis loquentibus in vno idiomate quodcunq; esset illud omnes audientes, quantuncunque essent diuersorum idiomatũ intelligebant quodlibet idioma propriũ, diuina virtute hoc faciẽte. Sicut enim per rebellionẽ ad Deũ diuisæ sunt linguæ vt patet Gen. xj. ita per infusionẽ spiritussancti sunt vnitæ. o [Erãt autẽ in Hierusalẽ] Vin. quę erat ciuitas metropolis in Iudæa. p [Habitantes Iudæi viri religiosi.] Lyr.i. cultui diuino deuoti, propter hoc templũ visitabãt, & ibi sacrificia offerebant. q [Ex omni natione quæ sub cælo est] quia Iudæi erãt dispersi in omnes nationes: & aliqui eorũ magis deuoti propter reuerentiam tẽpli, veniebãt aliquãdo in Hierusalẽ, maxime in solẽnitatibus magnis, quarũ vna erat solennitas penteco. r [Facta autem hac voce.] Vin. postquam talis sonus in aëre vehementer insonuit. s [Conuenit multitudo] supple ciuitatum & prouinciarum circuniacentium. t [Et mente confusa est.] Ly.i. stupefacta seu admirata. v [Quoniam audiebat vnusquisque &c.] Ly. quia nunquam fuit auditum vel visum tale

Spũssanct' fuit missus in spẽ ignis, quia spiritussanctus habet proprietates ignicõuenientes: est enim calefactiuus, quia corda hominũ calefacit in amore Dei, est purgatiu' q̃a purgat cõsciẽtias peccatorũ, est illuminatiuus, quia illuminat corda peccatorum.

miraculum. x [Stupebant autẽ omnes & mirabantur, dicentes, Nonne ecce oẽs qui loquuntur Galilæi sunt.] Vin. q.d. vtiq;. y [Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram propriam.] In qua nati sumus. Vin. q.d. vtiq; mirabile est vel supernaturale. Ex isto sumitur quòd primitiui Christiani fuerunt Galilæi. z [Parthi & Medi.] Ly. hic nominat habitatores diuersarum regionum, in quibus sunt diuersa idiomata. a [Et Elamitæ & qui habitãt Mesopotamiam.] Glo. or. est regio quę duobus ambitur fluminib', Tigri & Eufrate. b [Iudæã & Cappadociã, Pontũ & Asiam.] s. minorem. c [Phrygiã & Pamphilã, Ægyptũ & partes Lybię, quæ est circa Cyrenẽ, & aduenæ Romani.] i. peregrinantes Romani. d [Iudæi quoq;.] i. illi de tribu Iuda. e [Et proselyti.] Ly. id est conuersi de gentilitate ad Iudaismum. f [Audiuimus eos.] s. apostolos. g [Loquentes nostris linguis] nostris idiomatibus. h [Magnalia Dei.] i. mirabilia dicta vel facta Dei.

Nominatio.

QVAESTIO CIX.

SVper verbis epistolæ in die pente. quæ habentur Act. ij. s. repleti sunt omnes spiritusancto. oritur quæstio de missione spiritussancti, vtrum spirituisancto conueniat visibiliter mitti? Arguitur quòd non, filius enim secundùm quòd visibiliter missus in mundum dicitur esse minor patre: sed nũquam legitur quòd spiritussan. sit minor patre, ergo spiritumsanctum non conuenit visibiliter mitti. In oppositum Io. xiiij. Paracletus autẽ spiritussan. quem mittet pater in nomine meo. igitur. Ad argumentum dicitur negando cõsequentiam, & ratio est: quia filius creaturam visibilem in qua apparuit in vnitate personæ assumpsit sic, vt quod de illa creatura dicitur de filio dici possit: & sic ratione naturæ assumptæ, filius dicitur minor patre: sed spiritussanctus non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuit in vnitate personæ vt quod illi cõuenit de illo prędicetur: vnde non potest dici minor patre propter creaturam visibilem. Ad quæstionẽ respondeo per duas cõclusiones, prima est, Sicut Deus & seipsum & missiones æternas personarum per creaturas visibiles secundũ aliqua indicia quodãmodo hominibus demonstrat, ita cõueniens fuit vt inuisibiles missiones diuinarũ personarũ secundũ aliquas visibiles creaturas manifestarentur: secunda conclusio, Spiritũsanctũ conuenit visibiliter mitti. s. in specie colũbæ, in specie ignis, in specie venti, & in specie linguarũ.

Feria ij. post pente. Act. x. ca.

IN diebus illis, [a] aperiens Petrus os suum dixit, Viri fratres & patres, nobis [b] præcepit dominus prædicare populo, †& testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo [c] iudex

† Prædicare populo. præsidentes dei ecclesiæ populũ sibi subditum verbo euãgelij docere debent, & contra insidiatores & persecutores tutari. Saluator Mat xi. Euntes aũt prædicate dicẽtes q̃a appropinquabit regnũ cælorũ. infra, Quod in aure audistis prædicate super tecta & ideo dicit, Bon' pastor ponit animã suã pro ouibus suis.

viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent, [e] remissionem peccatorum accipere per nomen eius [f] omnes qui credunt in eum. [g] Adhuc loquente Petro verba hęc cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant verbum, [h] & obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerãt cum Petro: quia & in natiões gratia spiritussancti effusa est. [k] Audiebãt enim illos loquétes linguis [l] & magnificantes Deum. Tunc respõdit Petrus, [m] Nũquid aquã quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritũsanctũ acceperunt sicut & nos? [n] Et iussit eos baptizari [o] in nomine domini nostri Iesu Christi.

POSTILLA.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum &c.] Ante initium illius epistolę scribit sanctus Luc. in eo dẽ ca. quòd sanctus Petrus dixit Iudęis de Iesu Christo: q pertrãsiuit benefaciẽdo & seruãdo omnes oppressos à diabolo, & nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eũ manifestũ fieri nõ omni populo sed testibus præordinatis à Deo: nobis qui mãducauimus & bibimus cum illo postquã surrexit à mortuis. Et tunc statim sequitur epistola hod. a [In diebus illis. Aperiens Petrus os suũ dixit, Viri fratres & patres nobis]. s. qui mãducauimus & bibimus cũ illo post resurrectionẽ suam. b [Præcepit dominus prædicare populo & testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo]. s. patre. c [Iudex viuorum & mortuorũ.] i. y. qui viuunt vita gratiæ. s. iustorũ & etiã iniquorũ qui mortui sunt morte culpæ. d Huic [omnes prophetæ testimoniũ perhibent] q. d. nos soli nõ sumus testes eius: sed etiã omnes prophetæ antiqui diuinitus inspirati, qui de eo scripserunt & prædixerunt. e [Remissionem peccatorũ accipere per nomen eius.] vt patet Io. ij. Quicunq; inuocauerit nomẽ domini saluus erit. f [Oẽs qui credunt in eũ] tam Iudæi quã gentiles. g [Adhuc loquẽte Petro verba hęc, cecidit spiritussan. super oẽs qui audiebant verbũ]. s. super Corneliũ & super oẽs qui cũ eo congregati erãt in signo visibili. s. igneis linguis. h [Et obstupuerũt &c.] quia & in nationes i. gentes. i [Gratia spiritussancti effusa est.] Admirãtes quòd tanta gratia daretur gẽtibus: sicut & Iudæis nutritis in lege & prophetis. k [Audiebãt enim illos loquẽtes linguis.] s. varus. l [Et magnificãtes Deũ. Tunc respondit Petrus]. s. illis qui cũ eo venerant admirantibus. m [Nunquid aquã quis prohibere potest vt nõ baptizentur hi, qui spiritũsanctum acceperũt, sicut & nos]. q. d. nõ ex quo spiritussanctus non distinxit inter nos & ipsos. n [Et iussit eos baptizari.] à socius suis. o [In nomine domini nostri Iesu Christi] in hac enim forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia.

QVAESTIO CX.

SVper verbis epi. fe. ij. post pente. quæ habentur Act. x. s. gratia spiritusancti effusa est. Oritur quæstio de spiritusancto. Verũ spiritussanctus docuerit apostolos omnia? Arguitur quod nõ, apostolis nõ est datus spiritussanctus sine mẽsura sicut Christo, de quo dicitur, datus est spiritussanctus non ad mensuram: ergo non omnia sciuerunt. In oppositũ Io. xiiij paracletus autẽ spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, igitur. Ad quæstionẽ respondendũ est secundùm magistrũ Ioan. de tur. crema. in quæstionibus super euange. quòd loquendo vniuersaliter & absolute spiritussanctus non docuit apostolos omnia, sed dicitur eos docuisse omnia secundùm quadruplicem intellectum: primo quia nullus potest habere intelligentiam de aliquo nisi per spiritumsanctum: quia quantumcunq; doceat homo exterius nisi spiritussanctus interius det intelligentiã frustra laborat. Iob. xxxij. Inspiratio altissimi dat intelligentiã. Secundo spiritussanctus dicitur docuisse omnia: quia omnia necessaria ad salutem, ad impugnationem errorum, & ad gubernationem ecclesiæ. Tertio spiritussanctus dicitur docuisse omnia dando eis intelligentiam omnium quę audierunt à Christo quę pro tunc non intellexerunt. Quarto spiritussanctus dicitur docuisse omnia: quia reduxit ad memoriam quæcunq; à Christo audierant. Quinto multa obliti erant nec poterant memoriæ commendare. Ex dictis patet solutio argumentorum.

Feria iij post penteco. Lec. actuum Apostolorum. viij. ca.

IN diebus illis, [a] Cum audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem [b] Qui cum venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperẽt spiritumsanctum. † Nondum enim in quemquam illorum venerat, [c] sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritumsanctum.

† Spiritũ sanctum Quia tunc qui baptizati erant nõdũ fide formata erãt: ideo ipsi fide formata spiritũ sanctũ nõ acceperãt: & d bes intelligere spiritumsanctũ. i. gratiam spũs sancti, q in baptismo cõfertur, vt vult mag. sen. li. iiij. dist. ix.

POSTILLA.

IN diebus illis. Cum audiſſent Apoſtoli,&c. Ante initium illius epiſt. ſcribit ſanct. Luc. in eodem cap. quòd ſanctus Philippus deſcendit in ciuitatem Samariæ & prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur vnanimiter, audientes & videntes ſigna quę faciebat. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant: multi autem paralytici & claudi curati ſunt. Factum eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Tūc ſequitur pręſens epiſtola. a [Cum audiſſent Apo.] Circa quod ſciendum ſecundùm Ly. quòd Philippus iſte erat tantum diaconus propter quòd licet poſſet bàptizare, non tamen manus imponere, nec per conſequens donum ſpiritusſancti dare in ſigno viſibili. hoc enim pertinebat ad apoſtolos. Vnde eſt quòd ſoli epiſcopi in nouo teſtamento, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum manus imponunt, propter quod Philippus ſignificauit apoſtolis vt aliqui eorum venirent in Samariam & ſupplerent illud quod ad eius officium nō ſpectabat. & hoc eſt quod dicitur. [Cum audiſſent apoſtoli, &c] miſerunt ad eos Petrum & Ioannem.] Gloſſ. ordinar. qui erant columnæ. b [Qui cum veniſſent oraue. &c.] nondum enim in quemquam illorum venerat.] Ly. ſcilicet ſigno ſenſibili: venerat tamen in eos inuiſibiliter ſicut & modo in baptizatos. c [Sed baptizati tantum erant in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

QVAESTIO CXI.

SVper verbis epiſto. fer iiij. poſt pente. quæ habentur Act viij. ſ. baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Oritur quæſtio de baptiſmo. Vtrum baptiſmus ſit ablutio in aqua? Arg. quod non, totum non eſt ſua pars: ſed baptiſmus eſt totum in ablutione & verbū quod eſt de eſſentia baptiſmi nō eſt tātū ablutio, ſed etiā verbū. ergo baptiſmus nō eſt ablutio in aqua. In oppoſitū effectus baptiſmi eſt inferior animæ ablutio: ſed ablutio corporis exterior expreſſius repræſentat interiorē animæ ablutionem quam aquæ: ergo baptiſmus magis eſt ablutio in aqua quā aqua. Ad arg. dicitur quod cum baptiſmus ſit quid artificiatū poteſt eius materia prædicari de eo. Ad quæſtionē reſpon. eſt ſecundū Ric. iiij. ſen. di. j. q. j. quòd de integritate baptiſmi tria ſunt. ſ. materia, forma verborū, & aliqualis vnio iſtorū ad quam cōcurrit intentio baptiſmi. materia duplex eſt. ſ. remota quæ eſt aqua & propinqua. ſ. ablutio in aqua quia aqua nō ſignificat neque cauſat interiorem ablutionē, niſi ſecundū quòd eſt abluens: & quia de re artificiali cōuenientius prædicatur materia propinqua quā remota & baptiſmus eſt quaſi quid artificiatum: ideo conuenientius dicitur quod baptiſmus eſt ablutio in aqua quam baptiſmus eſt aqua abluens.

Fer. iiij. poſt pente. Lect. Actuum Apoſtolorum. ij. capitulo.

IN diebus illis, [a] Stans Petrus [b] cum vndecim apoſtolis eleuauit vocē ſuam, & locutus eſt eis. [c] Viri Iudæi [d] & qui habitatis Ieruſalem vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. [e] Non enim ſicut vos æſtimatis [f] hi ebrij ſunt, [g] cū ſit hora diei tertia. [h] Sed hoc eſt quod dictū eſt per prophetam Iohel, [i] Erit in nouiſſimis diebus, dicit dominus. [k] Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, [l] † & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. [m] Iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores [n] ſomnia ſomniabunt. [o] Et quidē ſuper ſeruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundam de ſpiritu meo & prophetabunt. [p] Et dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem [q] & ignem, [r] & vaporem fumi. [s] Sol conuertetur in tenebras, [t] & luna in ſanguinē [v] antequam veniat dies domini [x] magnus [y] & manifeſtus. [z] Et [a] omnis qui inuocauerit nomen domini [b] ſaluus erit.

† De ſpiritu meo ſup omnē carnē. Sāctus ſpiritus in l:g. gratiæ omnibus hominibus mittitur ad animarū noſtrarū ſalutē, his qui recto ſunt corde: ideo textus ait, Super omnē carnē. Et ſaluator i euangelio Ioā. Cum venerit paracletus cōſolator animarū ille vos docebit omnia.

POSTILLA.

IN diebus illis, ſtans Petrus &c. In principio huius capituli ponitur cōfirmatio apoſtolorū per donum ſpiritusſancti: in hac autem epiſtola quę eſt in medio ipſius capituli vel eo circa, ponitur publicatio Euangelij per Petrum, caput aliorum apoſtolorum & totius eccleſiæ. Et licet per omnes apoſtolos publicatum fuerit Euangelium in diuerſis partibus mundi, Lucas tamen proſequitur tantum prædicationem Petri & Pauli: tum quia iſti duo fuerunt inter alios præcipui, tum quia facta iſtorum vidit, & maximè Pauli, cuius fuit indiuiduus comes, ſicut dicit Hieronymus in libro Illuſtrium Virorum. Dicit ergo. a [Stans autem Petrus.] conſtanter & intrepidè. b [Cum vndecim apoſtolis, eleuauit vocem ſuam.] vt loqueretur magis authētice ad plebem. c [Viri Iudæi.] qui habetis notitiam ſcripturarum & maximè. d [Qui habitatis Ieruſalem.] in qua tunc vigebat ſtudium legis & prophetarū. e [Non enim ſicut vos æſtimatis.] erroneè. f [Hi ebrij ſunt.] Tunc enim

incipiebant comedere homines hora vj. & maximè Iudæi qui erant magis tẽperati: eo quòd erant cultores vnius Dei & potissimũ in Ierusalem, vbi vigebat ille cultus. dicunt ergo. g [Cum sit hora diei tertia]. q. d. adhuc nõ est comedẽdi & bibẽdi hora. h [Sed hoc est, &c.] hic consequẽter declarat veritatẽ & propositum suum per Ioel. verbum. Secundo per dictum Dauid. Sed præsens lectio solum cõtinet primam partem. Circa primum allegat scripturam quæ habetur in principio tertij cap. Ioel. ꝓphetæ secũdùm signationẽ veritatis Hebraicę: vt ibidẽ signatur. Circa q̃d sciendũ quod angeli apparẽtes in ascensione Christi eam declarantes: simul denũciauerunt aduentum eius ad iudicium dicẽtes, Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet, &c. Sicut ibidem exponitur. Gratia verò spiritussancti in signo visibili fuit manifestatio gloriæ Christi ad dexterã patris assũpti: secũdùm q̃d dicitur Io. vij. Nõdũ erat spiritussanctus datus: quia nondum erat Iesus glorificatus. Et ideo Ioel propheta simul prædixit effusionẽ spiritussancti & signa præcedẽtia diẽ iudicij. In hac eius ergo auctoritate primo denũciatur cum dicitur. i [Et erit in nouissimis diebus]. i. in diebus noui testamẽti qui dicũtur nouissimi: eo ꝙ non succedit aliud testamentũ, ꝓpter q̃d dicitur j. Io. ij. Filioli nouissima hora est. & Hebr. j. Nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio, &c. k [Effundã de spiritu meo super omnem carnẽ.] Q̃d exponit Rab. sa. super Ioelem, super omnẽ carnẽ. i. super omnẽ hominẽ: cuius cor erit tenerũ ad modũ carnis. i. nõ obstinatũ in peccatis. Et ad hoc inducit auctoritatẽ Ezech. xxxvj. Auferã cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ. Dicit etiã idẽ doctor hoc implendũ tẽpe Messiæ, & in hoc dicit verũ. Sed errat dicẽs futurũ q̃d de pręterito est impletũ. Corda verò apostolorũ erãt tenera per deuotionẽ, disposita ad spiritussancti receptionẽ: vt patet ꝑ prædicta. Pòt & aliter exponi. Super omnem carnem, i. super omnes Iudæos & gentiles indifferenter: sicut habetur Act. x. propter quod dicitur Ro x. Nõ est distinctio Iudæi & Græci. Nã idẽ dominus omniũ diues in omnes qui inuocant illũ abũdanter, dãdo eis spiritumsanctũ l [Et prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ] i. indifferenter dabitur spiritussanctus personis vtriúsque sexus Vnde & cum Apostolis fuerũt mulieres in die pentecostes, vt patet ex prædictis quæ receperunt spiritum sanctum cum eis. Dicitur etiam Act. xxj. quòd cum Philippo erant quatuor virgines filię prophetãtes. Et de viris Act. xiij. Erant in Ecclesia quę erat Antiochiæ prophetæ & do. &c. m [Iuuenes vestri &c.] scilicet hominibus cuiuslibet ætatis dabitur spiritus prophetię. n [Sõnia somniabũt.] i. reuelationes diuinas in somnis habebunt, ad quas percipiẽdas tũc anima est magis disposita propter quietationẽ sensuũ exteriorũ. Sicut plenius patet in principio II. psal. o [Et quidẽ super seruos meos & ancillas] Generaliter enim in primitiua ecclesia omnibus baptizatis per impositionẽ manuum apostolorum dabatur spiritussanctus in signo visibili, vt patet Act. xix & pluribus alijs locis. Et adhuc datur inuisibiliter omnibus baptizatis nisi obex ponatur p [Et dabo prodigia in cælo sursum &c.] Hic ponitur denunciatio signorum diem iudicij pręcedentium cũ dicitur, Et dabo prodigia in cælo sursum & signa in terra deorsum.] secundum quod dicitur Luc. xxj Erunt signa in sole & luna & stellis, in terris pressura gentium &c. q [Sanguinem] Nam persecutio antichristi præcedet aduentum Christi, in qua fundetur sanguis innocentium. r [Et ignem.] s. conflagrationis præcedentem aduentum iudicis. s [Sol conuertetur in tenebras] non secundũ rem: sed secundùm apparentiam: quia nubibus densis abscõdetur eius lumen. t [Et luna in san.] similiter secundùm apparentiam sicut rubra videtur quando eclypsim patitur. v [Antequam ve. dies.] id est dies iudicij. x [Magnus.] Nam omnes ibi comparebunt. y [Et manifestus.] Nã occulta cordis nostri tunc manifesta erunt. z [Et erit.] non in die iudicij sed ante: prophetę enim loquentes transeunt de vno tempore in aliud. a [Omnis qui inuoca.] nomen domini fideliter & perseueranter. b [Saluus erit] salute æterna. Rom. x. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Qui dicuntur nouissimi dies.

Quo exponitur super omnẽ carnem.

Denunciatio signorũ iudicij.

QVAESTIO. CXII.

SVper verbis epistolæ fer. iiij. post pente. quæ habentur Act. ij. s. Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem antequam veniat dies domini magnus. s. iudicij. oritur quæstio de signis iudicium præcedentibus. Vtrum aliqua signa debeant præcedere iudicium vniuersale? Arguitur quòd non: corpora cælestia inalterabilia sunt: ergo non obscurabuntur. In oppositum Lu. xxj. Erunt signa. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd obscuritas in corporibus cælestibus non erit per priuationem proprij luminis cum sit eis naturale, sed erit respectu nostri per interpositionẽ alicuius corporis opaci, quemadmodum fit in eclypsi. Ad quæstionẽ respondeo per duas conclusiones. Prima est, Ad dignitatem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam & subiectionem inducant: sed Christus ad iudicium veniens in forma gloriosa apparebit iudiciarie: quia potestatem habebit. Secunda conclusio, Aliqua signa præcedent iudicium vniuersale, vt corda hominum in subiectione venturi iudicis adducantur, & ad iudicium præparentur.

Feria v. post pentecostem Lect. Act. viij. cap.

Faciebãt signa. Apostoli quadam die erant omnes i porticu Salomonis cõgregati, hic multa signa i. miracula facientes q prius visa nõ fuerãt: quibus visis multu credebant in Iesum: vt habetur i acti. Apo. ca. u. v. & vj.

IN diebus illis, [a] per manus autem apostolorũ fiebant signa † & prodigia multa in plebe. [b] Et erant vnanimiter omnes [c] in porticu Salomonis. [d] Cæterorum autem [e] nemo audebat se coniungere illis, [f] sed magnificabat eos populus. [g] Magis autem augebatur credentium in domino multitudo, virorum ac mulierum, [h] ita vt in plateis [i] eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quemquam illorũ, & liberarentur ab infirmitatibus suis. [k] Concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum in Ierusalẽ, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

POSTILLA.

IN diebus illis, Per manus autẽ apostolorum, &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Lucas quòd vir quidam Ananias, cũ Saphira vxore sua vẽdidit agrum & fraudauit de pretio agri, cõscia vxore, & partẽ pretij ad pedes apostolorũ posuerũt, & ambo subitaneè obierunt: & factus est timor magnus in vniuersa ecclesia & omnes qui audierunt hoc. Tũc statim sequitur epistola pręsens. a [Per manus autẽ apostolorũ fiebant signa & prodigia multa.] Glos. ordi. Vnde succendebatur zelus sacerdotũ & Iudæorum in plebe. Ly. non dicit in principibus, quia non credebant in Christum paucis exceptis qui occultè Christiani erant: vt Gamaliel, Nicodemus & aliqui alij. b [Et erãt omnes vnanimiter] scilicet apostoli. c [In porticu Salo.] vbi erat locus orationis & prædicationis. d [Cæterorũ autẽ] scilicet infidelium. e [Nemo audebat se cõiungere illis] scilicet fictè timẽtes pœnã quæ venerat super Ananiã & eius vxorẽ. f [Sed magnificabat eos populus] propter ęgros & miracula quæ fiebant, & etiã quia bona pro malis suis persecutoribus reddebant. g [Magis autẽ auge. creden. in domino multitudo virorum ac mulierum.] Nullus enim sexus à regno Dei excluditur. h [Ita vt in plateis] quę latæ erãt. i [Eiicerent infir. & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquã illorum & liberarentur ab infirmitatibus suis.] Ly. in quo ponit differentiã Petri ad alios apostolos in operatione miraculorũ. Nã alij apostoli curabãt alios infirmos per tactum manuum, sicut etiam suprà dictum est, Per manus autem apostolorum &c. Petrus autem non solùm per tactum, sed etiam per vmbram, quod maius est, quod fiebat ad ostendendum quòd erat principalis apostolus, ergo nominatur princeps apostolorũ: & quia Christus non legitur curasse per vmbram sicut Petrus, ideo in Petro videtur impletũ fuisse quod dixit Christus Io. xiiij. Qui credit in me opera quæ ego facio & ipse faciet & maiora horum faciet. k [Concurrebat autem multitudo &c.] & magnificabant Iesum Christum.

QVAESTIO CXIII.

SVper verbis epistolæ feriæ v. post pent. quæ habentur Act. viij. Liberarentur ab infirmitatibus suis. in quibus verbis notantur miracula Petri per vmbrã. oritur quęstio de operantibus miracula. vtrũ mali homines possint facere miracula? Arguitur ꝙ non: boni sunt Deo cõiunctiores quàm mali, sed non omnes boni faciunt miracula: ergo multo minus mali faciũt. In oppositum, ij. ad Corin. xiij. Si habuero omnẽ fidem ita vt mõtes transferam, charitatẽ autẽ non habuero, nihil sum. Sed quicunque non habet charitatẽ est malus: quia hoc est donum spiritussancti quod diuidit inter filios regni & filios perditionis, ergo videtur quòd etiã mali possunt miracula facere. Ad argumẽtũ dicitur quòd nõ omnibus sanctis ista attribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, ęstimãtes in talibus factis esse maiora dona quã in operibus iustitiæ quibus vita æterna cõparatur. Ad quęstionẽ respondẽdum est secundũ Tho. ij. ij. q. clxxiij. quòd miraculorũ quædam sunt non vera sed phãtasticè factã quib⁹ ludificatur homo, vt videatur ei aliquid quod nõ est: quędã verò sunt verè facta, sed nõ verè habent rationẽ miraculi, quæ fiũt virtute aliquarũ causarum naturaliũ, & hæc duo possunt fieri per dæmones: sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute diuina, operatur enim ea Deus ad hominum vtilitatem, & hoc dupliciter. vno modo ad veritatis prædicatæ confirmationem, alio modo ad demonstrationem sanctitatis alicuius quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo modo miracula possunt fieri per quemcunque qui veram fidem prædicat, & nomen Christi inuocat quod interdum per malos fit. Secundùm hunc modum mali possunt facere miracula: sed inuocatione nominis Christi hoc agũt, & non ex illorum merito. Secundo modo non fiũt miracula nisi à sanctis, ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt siue in vita siue post mortem.

Eodem die Lectio Actuum v. cap.

IN diebus illis, [a] Philippus [b] descẽdens in ciuitatem Samariæ [c] †prædicauit illis Christũ. [d] Intẽdebant

Prædicauit. Prædicatio apo. spiritu sancto suggerente sui:

tātæ effi- caciæ & virtutis q̄ hominum corda pe- netrabat & ad Chri stum con- uertebat vt habet de beatis Petro & Paulo in Actibus apo. c. x. & xvii.

auté turbæ his quæ à Philippo dicebātur, [c] vnanimiter audiētes [f] & vidētes signa quæ faciebat. [g] Multi enim eorū, qui habebant spiritus immundos, [h] clamātes voce magna exibant. Multi autē paralytici & claudi curati sunt. [i] Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

POSTILLA.

IN diebus illis, Philippus descēdens &c. In principio huius capituli descripta est persecutio ecclesię generalis post mortem Stephani protomartyris, propter quā persecutionem discipuli secundum verbum Christi dispersi sunt fugiētes ad alias ciuitates & loca illius, euāgelizantes verbum Dei Iudæis habitātibus in illis: vt habetur Act. xj. Philippus autē &c. Postquam Lucas prosecutus est de primo diacono, scilicet de Stephano: hic consequenter prosequitur de Philippo qui ponitur secundus, Act. vj. dicit ergo sic. a [Philippus.] qui cū aliis erat: & propter persecutionē exierat de Ierusalem. b [Descendens in ciuitatem Samariæ.] quæ tempore regum fuit metropolis in regno decem tribuū. c [Prædicabat illis Christum.] Habitantes enim ibi erant partim Iudæi. Receperant enim quinq; lib. Moysi sicut Sadducæi. d [Intēdebāt autē turbæ his quæ à Philippo dicebantur] de Christo. e [Vnanimiter audien.] i. reuerēter & deuotè, & subditur ratio. f [Et videntes signa quę faciebat.] i. miracula diuinæ virtutis declaratiua in testimoniū veritatis à Philippo prædicatæ. g [Multi enim illorū qui habe spiritus immun.] i. obsessi à dæmonibus. h [Clamantes voce magna, exibant.] s. dęmones coacti virtute Christi. Et ne diceretur q̄ hoc fieret virtute superioris dæmonis: sicut dictū fuit de Christo Luc. xj. In Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. ideo subduntur alia miracula quæ nō possunt fieri nisi virtute diuina: cuiusmodi est curatio paralyticorū & claudorū subita, cùm dicitur Multi autē. i [Factum est ergo gaudiū magnū in illa ciuitate] de veritatis cognitione & dictorū infirmorum curatione.

QVAESTIO CXIIII.

SVper verbis epistolę eiusdem diei quæ habentur Act. v. scilicet, Multi qui habebant spiritus immundos exibant, scilicet coacti virtute Christi à Philippo qui in Samaria prædicabat, oritur quæstio de adiuratione dæmonū, vtrū liceat dęmones adiurare? Arguitur quòd nō: quicunq; adiurat aliquē ex hoc ipso aliquā societatē cum ipso facit: sed nō licet cū dæmonibus societatē facere. ergo nō licet dęmones adiurare. In oppositū Mar. vlt. In nomine meo dæmonia eiicient. Sed inducere alium ad aliquid agere propter nomen diuinum, hoc est adiurare, ergo licitum est dæmones adiurare. Ad quæstionē respondēdum est, secundū Tho. ij. ij. q. xc. quòd duplex est adiurandi modus. vnus quidem per modum deprecationis & inductionis ob reuerentiam alicuius sancti, alius autem per oppositum copulationis. Primo autem modo non licet dæmones adiurare: quia ille modus adiurandi videtur ad quandam beneuolētiam vel amicitiam pertinere, qua non licet ad dæmones vti: & de tali modo intelligitur argumentum. Secundo adiurationis modo qui est per copulationem virtute diuini nominis tanquā inimicos naturæ humanæ adiurare dæmones licitū est, non tamen tanquā ab eis aliquid addiscendū nec per eos aliquid obtinendū: quia hoc pertinet ad aliquā societatē cū eis habendam: quod non est licitum, nisi ex speciali instinctu vel reuelatione diuina aliqui sancti ad aliquos effectus dęmonū operatione vtantur: sicut legitur de beato Iacobo qui per dæmonem fecit Hermogenem ad se adduci.

Feria vj. Lectio Ioël. ij. capit.

HAec dicit dominus Deus, [a] Exultate filiæ Siō & lętamini [b] in domino Deo nostro: quia dedit vobis [c] doctorem iustitiæ, [d] & descendere faciet ad vos imbrem matutinū & serotinum, [e] sicut à principio. Et implebuntur horrea vestra frumento, & redundabūt torcularia vino & oleo. [f] Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus & rubigo & eruca, [g] fortitudo mea magna quam misi in vos. Et comedetis vescentes, & saturabimini [h] & laudabitis nomē Domini dei vestri qui fecit mirabilia vobiscū. Et nō cōfundetur populus meus in sempiternum, & scietis quia in medio Israël ego sum. Et ego Dominus deus vester, & non est amplius: [i] & non confundetur populus meus [k] in æternum, ait dominus omnipotens.

Lętamini lætitia nostra & gaudiū semp debemꝰ ad Dominū Deum tēdere & hoc propter aliqđ bonum ab eo procedēs vel quomodo in eum tendit dauid in Psal. xxxi. Lætamini in Domino & exultate iusti. & Paulꝰ Gaudete in Domino semper.

POSTILLA.

HAec dicit Dominus Deus, Exultate filiæ Sion, &c. In hoc totali cap. inducit propheta populū terræ Iudę ad lamentū pro vastatione & destructione populi ipsius Iudę, tā da per quatuor regna quę obtinuerunt mūdi monarchiā successiuè: & illa fuerūt regna

Chaldæorũ, deinde Medorum & Persarum, postea Græcorum, & vltimum & inter alia perfectissimum Romanorũ: sed hæc præsens lectio, quæ ponitur ferè in fine ipsius capituli solũ dicit ad dictum propositum ibidem quod sequitur. a [Exultate filiæ Sion.] Non per dissolutionem sed per deuotionem: ideo subditur. b [In Domino Deo nostro, quia dedit vobis] Dominus. c [Doctorẽ iustitiæ.] i. doctores, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exod. xviij. Venit musca grauissima, vt dixit Ra. Sa. per hoc intelligũtur prophetæ illius temporis populũ reuocantes ad bonũ, s. Ioel & alij prophetæ sibi contẽporanei, s. Eliseus, Ionas & alij plures, secundùm Ra. Sa. secundùm verò Hier. Ioel prophetauit tardius. Et sic contẽporanei fuerunt sibi Osee, Isaias & cæteri illius tẽporis. In præcedentibus tamen secutus sum dictum Ra. Sa. qui videtur mihi quantũ ad hoc dicere ꝓbabilius. d [Et ascendere faciet ad vos imbrem] ad fœcunditatem terræ conuenientem. e [Sicut à principio.] i. antequam fieret terra sterilis, per corrosionem bruchi, erucæ & aliorum, vt patet in litera vsque ibi. f [Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus & rubigo & eruca.] i. tanta erit fertilitas quòd compensabitur quod fuit sic corrosum. g [Fortitudo mea magna quã & c.] quasi d. Illa corrosio fuit facta ex ordine iustitiæ meæ & nõ locustarum virtute. h [Et laudabitis no. Domi. Dei vestri] eò quòd reddidit vobis fertilitatẽ mirabilẽ vltra spem humanã. i [Et non cõfundetur populus meus] ex simili sterilitate. k [In æternum.] In Hebræo habetur, In seculum, quod non importat perpetuitatem seu tempus, nisi vsque ad iubilæum, etiam si iubilæus non distet per multos annos.

QVAESTIO CXV.

SVper verbis epistolæ feriæ vj. post pentec. quæ habentur Ioel. ij. Dedit vobis doctores iustitiæ, id est prophetas. oritur quæstio de serie prophetiæ: vtrum propheta per diuinam reuelationem cognoscat omnia quæ possunt prophetice cognosci? Arguitur quòd sic: habetur Deuter. xxxij. Dei perfecta sunt opera. sed prophetia est diuina reuelatio, ergo perfecta quod non esset nisi perfectè omnia prophetizabilia prophetice reuelarentur, quia id perfectũ est, cui nihil deest, vt patet, iij. Phy. ergo prophetice oĩa prophetabilia reuelãtur. In oppositum Gre. super Ezech. dicit ꝙ aliquãdo spiritus prophetiæ ex præsenti tangit animũ prophetãtis & ex futuro nequaquam tangit: aliquãdo ex præsenti non tangit & ex futuro tangit: ergo propheta non cognoscit omnia prophetizabilia, ꝙ oportet quòd propheticæ reuelatiõi nihil desit scilicet eorum quę ad prophetiam ordinantur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. clxxij. per vnam conclusionẽ, Principium eorum quæ diuino lumine prophetice manifestantur, est ipsa veritas prima, quã prophetæ in seipsa non vident, & nõ oportet quòd omnia prophetizabilia cognoscant, sed quilibet eorum cognoscit ex eis aliqua secundùm spiritualem reuelationem huius vel illius rei.

Sabbato post pentecost. Lectio Ioel ij. capit.

HÆc dicit Domin⁹ Deus, Effundã de spiritu meo super omnem carnẽ, & prophetabũt filij vestri & filię vestrę. senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo & prophetabunt. Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum: sanguinẽ & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, ante quàm veniat dies Domini magnus & horribilis: & omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Propheta bunt filij vestri. Dominus De us hic ostẽ dere videt extremũ diẽ in quo omnis ca. o surget & in valle Iosaphat coram domino astabit sed ante illius aduẽtum multa signa horribilia vide buntur, vt habet Lu. x. Erunt signa in sole & luna. idem vult Magister Sen. li. iiij. di. xlviij. & ibi dist. xlviij. par te, Putant quidam.

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus, Effundã de spiritu meo. Ista prophetia debet poni quantum ad textum, sed nõ quantum ad postillam: quia posita est suprà, scilicet f. ria quarta in lectione Actuum apostolorum. Et ponitur in medio quantum ad text. non quantum ad postillam, vt patet intuenti.

QVAESTIO CXVI.

SVper verbis epistolæ sabbati post pẽte. quæ habentur Ioel ij. scilicet prophetabunt filij vestri. oritur quæstio de prophetia: vtrũ ea quę prophetice cognoscuntur possint esse falsa. Arguitur quòd sic: prophetia enim est de futuris contingentibus, sed futura cõtingentia possunt non euenire, alioqui ex necessitate contingerent. Igitur. In oppositum Cassiodorus dicit quòd prophetia est inspiratio & reuelatio diuinarum rerum euentus immobilem veritatem denuntians: non autem esset immobilis veritas prophetię, si posset ei falsum subesse. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd certitudo diuinæ præscientiæ non excludit contingentiã singularium futurorum, quòd fertur in ea secundùm quòd sunt præsentia & iam determinata ad vnũ: & ideo etiam prophetia quæ est diuinę præsciẽtię similitudo impressa, & simul sua immobili veritate futurorum cõtingentiam non excludit. Ad quæstionem respondẽdum est secundùm Tho. ij. ij. q. clxxij. per tres propositiones. Prima, Prophetia est quædam cognitio intellectui prophetice expressa ex reuelatione

diuina, per modum eiusdem doctrinæ. Secũda, Ex quo cognitio addiscentis in solido cognitionis docentis veritas cognitionis est eadẽ in discipulo & in docente. Tertia, Oportet eandem esse veritatem propheticæ cognitionis & enunciationis, quæ est cognitionis diuinæ, cui impossibile est subesse falsum, igitur.

Eodem die Lectio libri Leuit. xxiij. capit.

IN diebus illis, locut⁹ est dominus ad Moysem, dicens, loquere filiis Israel, & dices ad eos, a Cum ingressi fueritis terrã, quã ego dabo vobis, b & messueritis segetẽ, c feretis manipulos spicarũ primitias messis vestræ ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram dño, vt acceptabile sit pro vobis: altera die sabbati, & sanctificabit illum. Atq; in eodẽ die quo manipulus consecratur cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustũ domini d & libamenta offerenẽ cũ eo, e duę decimę similę cõspersæ oleo in incẽsum domini, odoreq; suauissimũ, liba quoque vini quarta pars hin. f Panẽ & polentam & pultes nõ comedetis ex segete, vsque ad diẽ qua offeretis ex ea deo vestro. præceptum est sempiternũ in generationibus cũctisque habitaculis vestris. g Numerabitis ergo ab ipso die, in quo obtulistis manipulos primitiarũ, h septẽ hebdomadas plenas, i vsq; ad alterã diẽ expletionis hebdomadæ septimę. Et sic offeretis sacrificiũ nouum domino ex omnibus habitaculis vestris. o Panes primitiarum duos, de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias domini, offeretisque cum panibus septẽ agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armẽto vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustũ cum libamentis suis in odorem suauissimum. facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorũ. Cũque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum corã Domino, cædent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum. Omne opus seruile nõ facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis & generationibus vestris, dicit Dominus omnipotens.

c Feretis ma. spi. ad sacer. Nulli principũ terræ nec alicui secu lari vel in seculo degenti decimę soluẽdæ sunt seu exigẽdæ nisi solis Dei sacerdotibus, qbus summi põtifices statuerunt illas esse soluendas: vt xvi. q. ii. c. admonemus atque præcipim⁹ vt decimas omnium dare Deo non negligãt, & infra, pcipimus, &c. & eas decimas à populis sacerdotib⁹ esse soluẽdas.

POSTILLA.

IN diebus illis, Locutus est Domin⁹ ad Moysem, dicẽs, Loquere filiis Israel &c. In hoc c. agitur de temporibus offerendi: quæ quidem tẽpora sunt solẽnitates in quibus fiebãt specialia sacrificia vltra quotidiana. Sed in hac lectione agitur tantum de oblatione primitiarum quæ fiebant in crastino paschæ, cùm dicitur. a [Cùm ingressi fueritis terram &c.] Ex quo patet quòd istud præceptum de primitiis nõ obligat donec essent in terra promissionis. b [Et messueritis segetes]Nõ est intelligendum ꝙ tunc esset messis communis segetum: quia nõ poterat esse ita citò: sed tunc homines colligebant spicas appropinquantes ad maturitatem, quæ magis festinabant ad hoc in aliqua parte terrę Israel. Et dicunt Hebræi ꝙ erat in sorte Nephthalim. Et de his offerebantur primitiæ in pascha. Et hoc est quod dicitur. c [Feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculũ.] In Hebræo habetur, qui eleuabit gomor. Et sic cõsequẽter in toto isto capitulo, vbi habetur manipulus, in Hebræo habetur gomor: quia licet apportarẽtur spicæ pro primitiis, tamen antequam de ipsis fieret sacrificiũ, torrebantur igni, vt habetur. j. c. Et per fricationem excutiebantur grana de quibus implebatur gomor, quæ est decima pars ephi, vt habetur Exo. xvj. Et inde fiebat sacrificium. [Altera die sabbati] in Hebræo habetur in crastino sabbati. Et accipitur sabbatũ non pro die vij. septimanæ sed prima die paschæ quæ erat xv. die mensis primi, quæ etiam vocatur hîc sabbatũ, eò quòd requies erat ab omni opere seruili. Et oblatio dictarum primitiarum fiebat xvj. die eiusdem mensis. d [Et libamenta] scilicet ista quæ simul cum agno offerebantur in holocaustum. Et quæ sint illa ostenditur, cùm dicitur. e [Duę decimæ similę, &c.] Quarta pars hin, secũdùm Papia. duplex est hin. Vnum maius quod continet quasi duas quartas Parisiensium & dimidiam. Aliud minus quod continet duas quartas. Credo tamen quòd melius sit dicẽdum quòd quãtitas huius mensuræ & aliarum quæ ponuntur in litera & scriptura, nobis est incerta: quia mensurę liquidorum & aridorum multùm variantur secundùm varietatem locorum & temporum. f [Pa-

Primitiæ est prima pars frugum Domino offerẽda. Alex. sui. & est de necessitate in duobus casibus. Prim⁹ quãdo est consuetudo, secundus quãdo minister ecclesię audigẽt & eas petũt. idẽ Alexand.

nem & polētam & pultes non comedetis ex segete. Intētio legis huius est quòd nullus cibus factus ex segete noua comederetur ab eis donec oblatio prædicta primitiarum facta esset. g [Numerabitis &c.] Hic consequenter agitur de festo pētecostes, quod celebrabatur in memoriā beneficij legis datæ, quæ data fuit quinquagesima die ab egressu de Ægypto, tantum die egressus excluso: vt patet Exod. xv. Et ideo celebratur v. die à prima die festi paschalis exclusiuè. Et hoc est quòd dicitur, Numerabitis ergo ab altero die sabbati, i. à crastino paschæ inclusiuè. h [Septē hebdomadas plenas] i. quinquaginta dies: quia septē hebdomadę plenę faciūt xlix. dies, & dies sequens est quinquagesimus, ideo dicit. i [Vsq; ad alteram diem expletionis &c. Et sic offeretis sacrificiū] i. de nouis frugibus, in grano sicut in pascha, seu in panibus: ideo subditur. k [Panes primitiarum duos de duabus decimis similæ.] In quolibet enim pane erat vna decima. Et secundùm alios, in quolibet pane erant duæ decimæ, & accipitur decima pro prima parte ephi, de cuius quātitate dicitur Exo. xvij. in fine. Ex dictis hic & alibi patet, quòd ter in anno soluebātur primitię. Primò in Pascha de nouis granis. Secundo in pētecoste de nouis panibus. Tertiò in Septēbri de nouis fructibus de quibus erant reddendæ primitiæ. Quia secundùm Ra. Sa. non dabātur primitiæ de terra nascentibus, nisi de septē speciebus: scilicet frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu, & palma, vt plenius patet supra Deu. xxvj. Cætera omnia de se patent. Et est aduertendum quòd quantum ad textū proprium est lectio in locis diuersis detruncata.

QVAESTIO CXVII.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur Leuitici xxiij scilicet, Feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem. oritur quæstio de decimis. Verū de omnibus teneātur homines decimas dare? Arguitur quòd non: de malè acquisitis non debet fieri oblatio, sed oblationes quæ immediatè Deo exhibentur magis videntur pertinere ad diuinum cultum, quàm decimæ quæ exhibentur ministris: ergo nec decimæ de malè acquisitis sunt soluendæ. In oppositū Genes. xxviij. Cunctorū quæ dederis mihi decimas offeram tibi: sed omnia quæ homo habet sunt data ei diuinitus, ergo de omnibus debet decimas dare. Ad argumentum dicitur quòd aliqua malè acquirūtur dupliciter, vno modo quia ipsa acquisitio est iniusta, puta quia acquiruntur per rapinam, aut furtum, aut vsuram, quæ homo tenetur restituere, & de illis nullus tenetur decimas dare: tamen si aliquis ager sit emptus de vsura, de fructu eius tenetur vsurarius decimas dare, quia fructus illi non sunt ex vsura, sed ex Dei munere: quædā verò dicūtur malè acquisita: quia acquiruntur ex turpi causa, sicut de meretricio, & hystrionatu, & aliis huiusmodi, quæ non tenentur restituere acquirentes, & de illis tenentur homines dare decimas: tamen ecclesia non debet accipere quamdiu sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare, tamē bene postquàm pœnituerunt. Ad quęstionem respondendum est secundum Tho. ij. ij. q. lxxvij. per quinque propositiones. prima, De vnaquaque re præcipuè est iudicandum secundum eius radicem. secunda, Radix solutionis decimarum est debitum, quo seminantibus spiritualia debentur carnalia, iuxta dictum Pauli, j. ad Corint. ix. Si nos &c. tertia, Super hoc debitum fundat ecclesia determinationem solutionis decimarum. quarta, Omnia quæcunque homo possidet sub carnalibus continentur. quinta, de omnibus possessis ab homine decimæ soluendæ sunt.

Eodem die. Lectio Deut xxj capit.

IN diebus illis, [a] dixit Moyses, Audi Israël quæ præcipio tibi hodie. [b] Cúmque intraueris in terram, quam dominus Deus tuus tibi daturus est possidendā, & obtinueris eam atque habitaueris in ea, [c] tolles de cunctis † frugibus tuis primitias, & pones in cartallo. [d] Pergésque ad locum quem dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedésque ad sacerdotē, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum, [e] Profiteor hodie coram Domino deo tuo, quòd ingressus sum in terrā pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis, suscípiénsque sacerdos cartallum de manu tua [f] ponet ante altare Domini dei tui. Et loqueris in conspectu Domini dei tui, [g] Syrus persequebatur patrem meum [h] qui descēdit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est [i] in paucissimo numero, [k] creuítque in gentem magnam ac robustam & infinitę multitudinis. [l] Afflixerúntque nos Ægyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauissima: & clamauimus ad Dominū deum patrem nostrū qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & labores atque angustias. [m] Et eduxit nos de Ægypto in manu forti, [n] & brachio extento, [o] ingentíque pauore,

De cūctis frugib^9 terrę pri. Deo omnipotē ti primitię & decimę fructuum terrę soluēdę sunt, & Dei ecclesiæ dādæ. Quia iustū est eū esse bonorum terræ participē qui dator & creator omniū est, imo decimæ animarū esurientium sunt tributa, vt xvi. q. 1. c. decimæ tributa sunt egentium animarum.

p insignis q atque portentis. Et introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco, nunc offero primitias frugum terræ, quã dominus Deus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini Dei tui, & adorato domino Deo tuo r epulaberis in omnibus bonis, s quæ dominus Deus dedit tibi.

POSTILLA.

IN diebus illis, dixit Moyses, Audi Israël, &c.] In xij. capitulo huius libri & circa, posita sunt illa præcepta quæ sunt quasi quędam cõclusiones elicitæ ex præceptis Decalogi: hic consequẽter ponitur intenta conclusio respectu dictorum, videlicet, vt homo sit gratus Deo de beneficiis acceptis & sit obediens eius mandatis. Gratitudo autem hominis ad Deum non debet esse tantum in corde, sed etiam in ore & opere secundùm quòd dicitur ad Ro.x. Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. Et ideò cõfessio huiusmodi ęgritudinis statuit hoc per legem. Dixit ergo sic. b [Cúmque intraueris in terram &c.] Ex hoc patet quòd non tenebantur ante ad primitias, donec terra promissionis esset obtenta & diuisa. c [Tolles de cunctis frugibus tuis primitias.] Dicit Rab. sa. quòd primitiæ quantum ad terrę nascentia, de septem rebus dabantur: vt patet in fine lectionis pręcedentis: de aliis autẽ fructibus seu terræ nascẽtibus non tenebantur dare, vt saluator Matt.xxj. improperat Pharisæis, quòd sub ostẽtatione maioris iustitiæ, decimabant mentam & anethum & talia minima, ad quæ non tenebantur. Et secũdùm doctores nostros grauiora legis, ad quę necessariò restringebantur relinquebant. Quòd autem ibidẽ subditur, Hoc oportuit facere & illa non omittere. Lyra, oportuit non videtur referri ad vtrumque: quia non tunc esset necessitas eadẽ faciendi, hæc & illa: quia non omittere aliquid idem est quòd facere illud: quod tamẽ saluator excludere intendit. Et ideò saluator addit, Et illa non omittere. ad ostendẽdum, quòd soluere decimas de talibus minimis non erat malum de se, sed bonum, quamuis non erat necessarium. Dabãtur etiam primitiæ de lana. vt habetur Deut.xviij. d [Pergésque ad locum.] scilicet in Ierusalem, & idem intelligẽdum est de aliis locis, vbi fuit arca domini & cultus diuinus post acquisitionem terræ promissionis & antequàm cultus ille esset in Ierusalem. e [Profiteor hodie coram domino Deo tuo, quòd ingressus sum, &c.] opere & ore beneficium eius cognoscendo. f [Ponet ante altare.] in Hebræo habetur Vencilabit: quia sacerdos superponebat manus suas manibus offerentis & tenẽtis primitias suas, & eleuabat sursum & trahebat deorsum, & postea vertendo ad quatuor partes orbis, ad designandum quòd ille cui talia offerebantur erat dominus cæli & terræ & totius orbis, siue creaturæ. g [Syrus persequebatur patrem meũ.] Quia Laban, qui fuit de Mesopotamia Syriæ persecutus est Iacob: vt habetur Genes.xxxj. qui fuit pater totius populi Israël. h [Qui descendit in Ægyptum.] fame vrgente: vt habetur Genes.xlvj. i [In paucissimo numero.] scilicet in septuaginta animabus, vt ibidẽ dicitur. k [Creuitque in gentem magnã.] quia cùm exierunt de Ægypto fuerunt sexcẽta millia absque paruulis & mulieribus. Exodi xij. l [Afflixeruntq; nos Ægyptij] vt habetur Exo. j. & est litera patẽs vsque ibi. m [Et eduxit nos de Ægypto in manu forti.] Ægyptios plagis percutiendo. n [Et brachio extẽto] eos in mari submergendo. o [Ingentique pauore.] quia aliæ gentes ex auditu talium fuerunt territæ. p [In signis] de cælo datis, vt columna ignis & nubis, & descensu mannæ. q [Atque portẽtis] in terra datis, vt in eductionem aquarũ de petra. Cætera patent vsque ibi. r [Epulaberis in omnibus bonis.] non de primitiis quæ erant sacerdotũ, sed de oblationibus pacificis, quarũ maior pars erat offerentium. s [Quæ dominus Deus tuus dedit tibi.] id est dederit tibi in terra promissionis.

Confactu do Hebræorum.

QVAESTIO CXVIII.

SVper verbis lectionis eiusdem diei quę habentur Deut.xxj. scilicet, Offero primitias frugum terræ, oritur quæstio de primitiis: vtrũ ad primitias soluendas homines teneantur? Arguitur quòd non: illud ad quod aliquis tenetur debet esse determinatum, sed non in noua lege nec in veteri erat determinata quantitas primitiarum, ergo ad eas soluendas non tenẽtur homines ex necessitate. In oppositũ xvj. quęstio. vij. habetur, Oportet decimas & primitias quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere Igitur. Ad argumentum dicitur quòd maior nõ est vera de his quę sunt per modum oblationis, sicut sunt primitiæ. Ad quæstionem respondendum est secundũ Tho. secunda secundæ quæstio. lxxxv. per vnam cõclusionẽ, Pertinet ad ius naturale vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat ad eius honorem: sed quòd talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quãtitate, hoc idem fuit in veteri lege iure diuino determinatum: in noua autẽ lege differtur per determinationem ecclesiæ, ex qua homines obligantur vt primitias soluant secundùm cõsuetudinem patriæ & indigentiam ministrorum ecclesiæ.

Eodem die Lectio lib. Leuit. xxvj. capitu.

Si in præceptis meis ambula. Quia Dei mandata nó custodiũtur & ab hominibus non obseruantur, sæpe Deus permittit q bona terræ frigoribus & tépestate, ac ventorum pcellis depereant. vñ Deuter.x. Vos peribitis si inobediẽtes fueritis voci Domini dei vestri. Dauid ps. lxxvii. De diterugini fructus eorũ, occidit in grandine vineas eorum.

IN diebus illis,[a] dixit Dominus ad Moysem,[b] Si in præceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea custodieritis & feceritis ea,[c] dabo vobis pluuias téporibus suis, & terra gignet germẽ suũ, & pomis arbores replebuntur:[d] apprehẽdet messiũ tritura vindemiã, & vindemia occupabit sementem. Et comedetis panẽ vestrũ in saturitate,[e] & absq; pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris, Dormietis, & nõ erit qui exterreat.[f] Auferã malas bestias à vobis, & gladius non trãsibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruẽt corã vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem millia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio.[g] Respiciã vos & crescere faciã. Multiplicabimini &[h] firmabo pactum meũ vobiscum. Et comedetis vetustissima veterum, & nouis superueniẽtibus vetera proiicietis.[i] Ponam tabernaculum meum in medio vestri,[k] & non abiiciet vos vltra anima mea.[l] Ambulabo inter vos & ero vester Deus, vósque eritis populus me⁹. Dicit Dominus omnipotens.

POSTILLA.

IN diebus illis, dixit dominus ad Moysem &c. In præcedẽtibus capitulis actũ est de solẽnitatibus quæ pertinent ad cultũ diuinũ: hic cõsequenter inducitur populus ad obseruantiã earum. Et hoc quadrupliciter. Primò per prohibitiones. Secũdò per promissiões. Tertiò per cõminationes, & quartò per consolationes. Sed quia præsens lectio nõ ponitur in principio huius capituli, sed post ipsum principium: ideo in prima parte fit mẽtio à principio capituli vsq; ad principiũ huius lectionis. Tertia verò pars & quarta posita, ponuntur post præsentem lectionem. Et sic præsens lectio solùm cõtinet secundam partem in qua dicitur sic. b [Si in præceptis meis &c.] Hic inducitur populus Iudæorum ad obseruantiam præceptorũ prædictorũ circa solennitates per promissiones bonorũ tẽporaliũ, si ea obseruauerit. Et primò promittitur eis hubertas terræ, cũ dicitur. c [Dabo vobis pluuiam temporibus suis.] i. competẽtibus ad fructificationem terræ nascentiũ. d [Apprehendet messium tritura vindemiã.] Hoc est dicere, Tanta erit copia bladi, q non poterit colligi ante tẽpus vindemiæ. Secũdo promittitur eis securitas ab hoste, cùm dicitur. e [Et absque pa. habitabitis.] quia sine securitate fertilitas parum aut nihil valet. f [Auferam ma. be. à vobis.] ita quòd non nocebunt vestris personis nec bonis. Tertiò promittitur eis fertilitas in prole, cum dicitur. g [Respiciam vos & crescere faciam.] sicut promissum fuit Abrahæ Gen. xv. ideo subditur. h [Et firm. pac. meum vo. Co. ne. vetustissima veterum.] i. fructus terræ, ita abundabũt, & tam bonæ collectionis & maturitatis erunt, quòd poterunt diu seruari & comedi à vobis: sed dimittetis propter nouos superuenientes. Quartò promittitur eis diuina familiaritas cum sua protectione, cùm dicitur. i [Ponam tabernaculum meum in medio vestri.] vbi per signa euidẽtia apparebit effectus præsentiæ meæ in respõsionibus diuinis & consimilibus. k [Et non abiiciet vos vltra anima mea.] quasi abominabiles: imò habebit vos amabiles valde. l [Ambulabo inter vos.] vos protegendo & consolando.

Ita quæ pmittuntur illis q mandata Dei obseruabunt.

QVAESTIO CXIX.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur Leui. xxvj. c. si mand. mea custodieritis dabo pluuias temporibus suis. oritur qõ de mandatis. Vtrum existentes in mortali peccato possint Dei mandata custodire? Arguitur quòd sic, Facere ea quæ in mandatis Dei præcipiũtur, & nõ facere quæ sunt prohibita, est Dei mandata custodire: sed homo existẽs in mortali peccato potest hoc facere, & nõ facere, vt sanctificare festa, non facere homicidiũ, igitur. In oppositum, Obseruatio mandatorum Dei facit hominem Deo amicum, iuxta illud, Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis: sed peccator nõ est Dei amicus, igitur. Ad quæstionẽ respondendũ est secundùm magistrum Nicol. de Orbel. ij. Sen. dist. xxviij. q mandata Dei cõtingit dupliciter impleri. Vno mõ quantum ad genus operis, & sic existens in peccato potest mãdata Dei custodire, & sic intelligitur arg. alio modo quantum ad intentionem mandantis & meritum gloriæ. & sic existens in peccato mortali non potest Dei mãdata custodire.

Eodem die, Lectio Danielis prophete, ij. cap.

Angelus Domini descendit cum Azaria, &c.

Angelus inquantũ nuntius dicitur angel⁹: si nõ sit nũtius, spiritus vocat.

HÆc lectio ponitur in aliis temporibus sequentibus: ideo vide ibi textum cum sua postilla.

Eodem die Lectio Epistola beati Pauli Roma. v. capi.

Pacē ha. Pax, Dei donū est, quo homi nū corda sine turbi ne quieta manēt. Et sanctæ mē tes consi stunt im mobiles. Saluator, Iesus Ioā. xxiii. Pacē meam do vobis, nō turbeť cor vestrū neque for midet.

Fratres, [b] Iustificati igitur ex fide, [c] pacē habeamus [d] ad Deū, [e] per dn̄m nostrum Iesum Christum, [f] per quem accessum habemus per fidem [g] in gratiam istam, [h] in qua stamus [i] & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. [k] Nō solùm autem, [l] sed & gloriamur in tribulationibus. [m] sciētes quòd tribulatio patiētiam operatur, [n] patiētia autem probationem, [o] probatio verò spem. [p] Spes aūt non confundit, [q] quia charitas Dei [r] diffusa est in cordibus nostris [s] per spiritumsanctum, [t] qui datus est nobis.

POSTILLA.

Fratres, Iustificati igitur ex fide pacē habeamus &c. in præcedentibus capitu. Apostolus abstulit à Romanis & Iudæis credētibus discordiæ materiam, ostendens quòd nullam haberēt ad inuicem præexcellentiam, hic consequēter inducit eos ad vnitatis concordiam, ostendens quòd vtique iustificati essent per fidem & gratiam Christi eis communem. Et diuiditur hæc epistola præsens in duas partes: quia primò ꝓpositū ostenditur ex consecutione boni. Secundò ex tolerantia mali. Circa primum consyderandum quòd iustificatio est motus ad iustitiam, sicut ablutio est motus ad albedinem. Et iste motus ad iustificationem potest accipi dupliciter. Vno modo per modum simplicis generationis absq; recessu à termino impietatis: sicut Adam fuit iustificatus in statu innocentiæ. Alio modo per modum mutationis vel motus, qui includit recessum à termino culpę. Sicut iustificatur homo tempore lapsæ naturæ. Et hoc modo accipitur hic iustificatio. Veruntamen quia mutatio denominatur à termino ad quē, & nō à termino à quo, sicut dealbatio ab albedine ad quam terminatur, & non à nigredine seu medio colore, vnde īcipit: sic iustificatio nō denominatur à culpa vel impietate à qua incipit, sed à gratia ad quam terminatur: ita quòd magis dicitur iustificatio quàm peccati remissio, licet vtrunque includatur. Iste verò accessus ad gratiam est per Deū, sicut per agēs principale: per humanitatem verò Christi, sicut per agens instrumentale, coniunctum tamē, per fidē verò seu sacramenta fidei sicut per agens instrumentale separatū. Et vt similitudo subiungatur, sicut ædificatio dom⁹ est ab artifice principaliter, à manu eius sicut ab instrumēto coniuncto, & à securi, sicut ab instrumento separato. Et hęc omnia tangūtur hic in iustificatione, cum sequitur. b [Iustificati igitur ex fide] sicut ex instrumento separato cōmuni Iudęis & gētibus. c [Pacē habeamus,] id est concordiam. quasi diceret, Vnitas fidei & sacramētorum debet esse causa concordiæ fidelium. d [Ad Deū] qui est causa principalis nostrę iustificationis. e [Per Dominum nostrum Iesum Christum] qui secundū humanitatem est nostræ iustificationis instrumentum coniunctū, vt prædictum est. f [Per quē accessum habemus.] s. ad Deū. tanquam per mediatorem Dei & hominum. g [In gratiam istam] quæ iustificat formaliter. h [In qua stamus.] in præsenti. Et quia est arra gloriæ, ideo subditur. i [Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.] i. sanctorū qui modò dicuntur specialiter filij Dei, quia non solū sunt filij Dei propter similitudinem naturæ, quę est in omnibus hominibus, & similitudinem gratiæ, quæ est in solis iustis: sed etiam propter similitudinē glorię, quę est assimilatio perfecta. j. Io. iij. Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei erimus. k [Non solùm autem.] s. gloriamur in adeptione boni. l [Sed & gloriamur in tribulationibus, quæ sunt mala pœnalia.] Et subditur causa. m [Scientes quòd tribulatio patientiam operatur.] i. facit, sicut artem citharizādi facit frequens citharizatio. n [Patiētia autem probationem.] i. purgationem peccatorum. Sicut enim macula peccati aufertur ꝑ cordis cōtritionem, sic reatus pœnæ per tribulationē patienter toleratā. o [Probatio verò spem.] i. certā expectationē beatitudinis: quia remota culpa & pœna, patet liber accessus ad gloriam. p [Spes aūt non confundit.] i. tollit erubescentiam, inquantū homo non frustratur eo quod expectabat. q [Quia charitas.] quę est arra gloriæ. r [Diffusa est in cordibus nostris.] sicut liquor pretiosus in vasis. s [Per spiritumsanctū.] qui charitatem infundit. t [Qui datus est nobis.] nō solum in dono sua, sed etiam in seipso inquantum per charitatem habetur in nobis nouo modo.

QVAESTIO CXX.

Svper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur ad Ro. v. s. Spes nō confundit. oritur quæstio de spe. Vtrum spes sit virtus theologalis. Arguitur quòd non: virtus theol. habet Deū pro obiecto sed spes non habet Deum solū pro obiecto, sed etiā alia bona, quæ à Deo obtinere speramus. Igitur. In oppositū: primæ ad Corinth. xiij. connumeratur spes fidei & charitati, quæ sunt virtutes theologicæ. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd quæcunque alia spes adipisci expectat, sperat in ordine ad Deum, sicut ad vltimum finem, sicut ad primā causam efficientem. Ad quæstioem respondeo, quòd triplex est spes. Prima, est moderata, & est animi compassio, cuius obiectum est bonum futurum: & hac spe dicimus mercatorem laborare spe lucri: & hęc spes potest esse bona & mala, & hæc est cōmendabilis, si in solo Deo principaliter ponatur, ita quòd proueniat ex cōfidentia

diuinæ bonitatis & ordinatur bonum speratū ad vltimum finem. Secunda est spes detestāda quæ nō Deo sed creaturæ innititur. Sapien.iij. Vacua spes illorum. & talem spem habebit qui confidunt in sua iustitia: habent etiam illi qui cōfidunt in sua sapiētia, in sua potentia, in sua prudentia, in diuitiarū abundantia, in amicorū pluralitate, in vitæ diuturnitate: & sic hæc spes non est virtus nec propriè spes. Tertia est spes amplexanda, & hæc est virtus theo. faciens in Deum tendere, & ei adhærere & inniti, ad obtinendum beatitudinē: & talis spes principaliter respicit beatitudinē æternam: & est spes certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis prouenientis: & principale spei obiectū est Deus, in quo cōsistit ratio virtutis theologicæ.

Domi.j.post oct.pente.j.Ioan.iiij.

Charitas Dei in nobis. Tanta fuit Dei charitas in nobis q̄ humanus intellect⁹ cōprehendere non potest ineffabilem Dei amorem ita q̄ sic valde dilexit genus humanum vt proprium filium mitteret tot dolores passurum, qui mundū redimeret & à peccatis saluum faceret Redemitque diuina bonitas quod nostra perdidit iniquitas. Iesus saluator in euang. Io. xv. Maiorē hac dilectionem nemo habet vt animam suā ponat quis pro amicis suis.

Charissimi, [b] Deus Charitas est. [c] In hoc [d] apparuit charitas Dei in nobis: [e] †quoniā filium suū vnigenitū [f] misit Deus [g] in mundū, [h] vt viuamus per eū. [i] In hoc [k] est charitas, [l] nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, [m] misit filium propitiationem [n] pro peccatis nostris. [o] Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrū [p] diligere. [q] † eum nemo vidit vnquā. [r] Si diligam⁹ inuicē, [s] Deus in nobis manet, [t] & charitas eius in nobis perfecta est. [v] In hoc intelligimus, [x] quoniā in eo manemus, [y] & ipse in nobis: [z] quoniā de spiritusancto suo [a] dedit nobis. [b] Et nos vidimus [c] & testificamur, quoniā [d] pater misit filium [e] saluatorem mundi. [f] Quisquis cōfessus fuerit [g] quoniam Iesus est filius Dei [h] Deus in eo manet, [i] & ipse in Deo. [k] Et nos [l] cognouimus [m] & credim⁹ charitati quam habet Deus in nobis. [n] Deus charitas est, [o] & qui manet in charitate, in Deo manet, [p] & Deus in eo. [q] In hoc perfecta est charitas nobiscum: [r] vt fiduciā habeamus in die iudicij [s] Quia sicut ille est [t] & nos sumus in hoc mundo. [v] Timor non est in charitate, [x] sed perfecta charitas foras mittit timorē: [y] quoniā timor pœnam habet. [z] Qui autē timet [a] nō est perfectus in charitate. [b] Nos ergo diligamus Deum, [c] quoniam Deus prior dilexit nos. [d] Si quis dixerit quoniā diligo Deum & fratrē suum oderit, [e] mendax est. [f] Qui enim non diligit fratrē suum quem videt, [g] Deū quem [i] non videt [h] quomodo potest diligere? [j] Et hoc mandatum habemus à Deo, [k] vt qui diligit Deum, [l] diligat & fratrem suum.

POSTILLA.

Charissimi, Deus charitas est, &c. Ante initium illius epistolæ scribit S. Ioānes, dicens, Ipsi de mundo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: nos ex Deo sumus. Charissimi diligamus inuicē, quia charitas ex Deo est. Tunc sequitur epistola hodierna, Deus charitas est. Vbi sanctus Io. apost. & euangelista, quem Christus præ cæteris dilexit maximè commendat nobis charitatem Dei & proximi. Sic similiter in Euangelio hodierno S. Lucas dixit nobis de quodam diuite, qui nec circa Deum, nec circa proximū, s. pauperē Lazarū aliqua dilectione mouebatur: sed induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splēdidē: ideo sepultus est in inferno. Et si volumus hoc malum euadere, tunc debemus Deum & proximū diligere: quia b [Deus charitas est.] Ly. increata, sicut est bonitas & sapiētia. c [In hoc.] velut certissimo signo. d [Apparuit charitas Dei in nobis.] i. ostēsa est erga nos. e [Quoniā filium suum vnigenitum.] non seruum. f [Misit Deus] pater. g [In mundum] s. in humanitate assumpta. h [Vt viuamus per eum.] Vin. i. non iudicemur per eū. i [In hoc.] i. in hac missione. k [Est charitas] manifesta. l [Non quasi nos dilexerimus Deū: sed quoniam ipse prior dilexit nos.] s. prędestinando, vocando, iustificando. m [Et misit filiū suū propitiā.] Vincē. & Deus nobis propitiatur per ipsum. n [Pro peccatis nostris] s. tollendis. o [Charissimi, si Deus dilexit nos & nos debemus alterutrum.] s. exemplo Christi inuicem. p [Diligere.] Vin. Si Deus diligit nos, tunc debemus diligere id quod Deus diligit: sed Deus diligit omnem hominem, ergo & nos quemlibet hominē debemus diligere. q [Deum nemo vidit vnquam.] Vin. In præsenti Deus non potest videri, sicut est, sed solū in futura vita. vnde Aug dicit, quòd cōcessum fuit Paulo & Moysi videre diuinā essentiam: sed hoc fuit in raptu, & transitoriè, & non mansiuè: quia tunc fuerūt rapti extra sensus corporis. r [Si diligamus inuicem.] s. ex syncera charitate. s [Deus in nobis manet.] per gratiā inhabitantem. t [Et charitas eius in nobis perfecta est.] Tūc enim charitas Dei in nobis perfecta est, quando eum diligimus, non solum in se sed etiam [in sua imagine] i. in homine. v [In hoc intelligimus.] i. cognoscimus. x [Quoniam in eo manemus] per

Filius dicitur missus à patre, a se ipso & à spiritusancto: q a opera trinitatis sūt indiuisa.

Homo dicitur Dei imago q̄tū ad animam quia substātia, q a immortalis, quia tria sunt s. memoria, intelligentia, voluntas.

charitatē, qua Deū diligimus. y [Et ipse in nobis.] per charitatē qua nos diligit. z [Quoniā de spiritu sancto suo][s.ab ipso procedēte.a[Dedit nobis. Et nos.] Lyr.i.ergo Io.& alij apostoli mecum.b [Vidimus.][s.eius humanitatē oculis corporalibus & eius diuinitatē oculis mentalibus, nō in se, sed in effectibus suis: quia viderūt eum facientē miracula, virtutē totius creaturæ trāscendentia. c [Et testificamur]de visis quæ vidimus. d [Quoniā pater misit filiū suū] eiusdē naturæ & potestatis cū eo. e [Saluatorē mundi] per passionē in humanitate assumptā. f [Quisquis cōfessus fuerit]Gor.scilicet cōfessione perfecta cordis, oris, & operis: non diminuta vnius vocis: vnde apost.ad Titū Cōfitentur se nosse Deū, factis aūt negant. g [Quoniā Iesus est filius Dei] ita q idem est filius Dei & filius hominis. h [Deus in eo manet.] s per gratiam. i [Et ipse in Deo]vt in refugio. vnde psal. lxxxix Domine refugiū factus es nobis. k [Et nos.][s.Apostoli. l [Cognouimus.][s.quòd Iesus est filius Dei. m [Et credimus charitati quā habet Deus in nobis.] Ly.i.credimus ipsum specialiter habitare nobiscū per charitatē.n[Deus charitas est.] vnde Aug.super illo verbo, Si in singulis locis sacræ scripturæ nihil aliud diceretur de charitate, nisi quòd Deus charitas est: non aliud quàm charitatē quærere deberemus. Non enim charitas poterat altius cōmendari, quā q Deus diceretur. o [Qui manet in charitate, in Deo manet.]Vin.tāquā palmes in vite, tanquā membrū in corpore. p [Et Deus in eo.] manet tanquā habitator in domo, tanquā sponsus in thalamo, tanquā sacerdos in tēplo, vnde Ber.Quia Deus charitas est: ideo charitate nihil melius est : qui manet in charitate in Deo manet, ideo charitate nihil est securius: & Deus in eo, & ideo charitate nihil est iucūdius. q [In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum.]i.perfecta esse ostēditur. r [Vt fiduciā habeamus in die iudicij.] Vinc. si talē fiduciam habemus ad Deum, quòd audemus securè apparere in conspectu eius, & reddere ei votū: tunc indubitanter habemus perfectā charitatē. s [Quia sicut ille est.] Ly. benefaciens de cælo iustis & iniustis. t [Et nos sumus in hoc mūdo.][s.pro amore eius, amicos & inimicos diligendo. v [Timor non est in charitate] quod intelligitur de timore seruili inquantū seruilis est: non autē intelligitur de filiali: quia ille timor stat in charitate perfecta. x [Sed perfecta charitas foras mittit timorē] quia charitas etiā quencunque excludit timorē seruilē. y [Quoniā timor pœnā habet.] i timori seruili pœna debetur : quia facit cauere peccatū solummodo ne puniatur, non propter detestationē vitij, nec propter vitandā offensam Dei, sicut fur quandoque dimittit furari propter suspendium. z [Qui autē timet.] Ly.hoc modo. a [Non est perfectus in charitate.] i non habet charitatē ipsum perficientem. b [Nos ergo diligimus Deum.]Gor.dilectione perfecta. c [Quoniam Deus prior dilexit nos] nosipsos, imò cum adhuc inimici essemus, dilexit inimicos vt faceret amicos, dilexit iniustos vt faceret iustos, dilexit ęgros vt faceret sanos. d [Si quis dixerit, quoniam diligo Deū, & fratrem suum oderit]qui est imago Dei. e [Mendax est.] Lyr. quia dilectio proximi includitur in dilectione Dei. f [Qui enim non diligit fratrem suū quem videt.] Gor. vnde eum plenius cognoscit. g [Deum quem non videt.]i.quē minus cognoscit. h [Quomodò potest diligere.] Vnde Augu. Inuisa quippe diligere possumus, incognita nequaquā. i [Et hoc mandatum habemus à Deo.] s.de dilectione Dei & proximi. k [Vt qui diligit Deum.]Gorr.propter se. l [Diligat & fratrē suum]propter Deum : duo enim sunt mandata charitatis, s.Dei & proximi, nec potest vnus diligi sine alio.

Christus inquantū homo dicitur saluator meritoriè.

Triplex est timor: scilicet filialis, seruilis & humanus.

Mendaciū est falsa voce significatio cū intentione fallēdi: & ille qui tali voce vtitur, mēdax est.

QVAESTIO CXXI.

SVper verbis epistolæ j. do. post octa. pente. quæ habetur j.Io.iiij.Nos debemus alterutrū diligere, oritur quæstio de dilectione : vtrū magis sit meritorium diligere proximū quàm diligere Deū? Arguitur quòd sic: minus videtur esse meritorium aliquo modo diligere amicum : sed Deus maximè est amicus. Igitur. In oppositum : propter quod vnūquodque tale & illud magis: sed dilectio proximi non est meritoria, nisi propter hoc quòd proximus diligitur propter Deum: ergo dilectio Dei est magis meritoria quàm dilectio proximi. Ad argu. dicitur quòd dilectio amici pro tanto est quandoque minus meritoria: quia amicus diligitur propter seipsum, & ita deficit à vera ratione amicitiæ charitatis quæ est Deus, & ideo quòd Deus diligatur propter seipsum non diminuit meritum: sed hoc constituit totam rationē. Ad quæstionē respondendū est secundùm Tho. ij. ij. q. xxvij. q cōparatio ista potest consyderari dupliciter. Vno modo vt seorsum cōsyderatur vtraq; dilectio: & tunc nō est dubiū q dilectio Dei est magis meritoria: debetur enim ei merces ppter seipsum, quia vltima merces est frui Deo, in quem tendit diuinę dilectionis motus: vnde & diligenti Deū merces promittitur. Alio modo potest intendi ipsa cōparatio, vt dilectio Dei accipiatur secundū q solus diligitur: dilectio autē proximi accipiatur secundū q proximus diligitur ppter Deū: & sic dilectio proximi includit dilectionē Dei, sed dilectio Dei non includit dilectionē proximi: vnde erit cōparatio dilectionis Dei perfectæ quæ extendit se etiā ad proximū & ad dilectionē Dei insufficientē & imperfectā: quia hoc mandatū habemus à Deo, vt qui diligit Deū, diligat & fratrē suū: in hoc sensu dilectio proximi præeminet.

In festo corporis Christi, j.Corin.j.

Require hanc epistolā suprà, in textu & glossa. feria v.in cœna Domini.

Domin.ij.post octa.pente.j.Io.iij.

Odit vos mūdus, q. a mundus omni voluptate redūdat, omni immunditia peccati abūdat, bonos viros odit quos sibi vita & moribus dissimiles cernit: & q. a iusti mundū nō diligunt moresque ei⁹ fugiūt mūdus eos odit.

CHarissimi, [a] nolite mirari, [b] si odit vos mundus. [c] †Nos scimus, [d] quoniam translati sumus de morte [e] ad vitā, [f] quoniā diligimus fratres. [g] Qui non diligit, manet in morte [h] Omnis qui odit fratrē suū homicida est. [i] Et scitis quoniā oīs homicida nō habet vitā æternā [k] in se manētē. [l] In hoc [m] cognouimus charitatē Dei, [n] quoniā ille pro nobis [o] animā suā [p] posuit, [q] & nos [r] debemus [s] pro fratribus nostris animā ponere. [t] Qui habuerit substātiam mūdi huius, [v] & viderit fratrē suum [x] necesse habere, [y] & clauserit viscera sua ab eo, [z] quomodo charitas [a] Dei manet in eo? [b] Filioli mei [c] non diligamus verbo, neque lingua, [d] sed opere [e] & veritate.

POSTILLA.

christus saluator in euangelio Ioan. xv. Ego elegi vos de mūdo, ꝓpterea odit vos mūd⁹.

CHarissimi, nolite mirari, &c. Ante initiū illius Epistolæ scribit S. Ioānes in eodem c. Charissimi, hæc est annunciatio quam audistis ab initio: vt diligatis alterutrum non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum: & propter quid occidit eum? quoniā opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta. Tunc statim sequitur præsens epistola, quæ cōcordat cum Euangelio hodier. in quo Euangelio agitur de cœna vitæ æternæ, ad quam cœnam peruenitur per charitatem Dei & proximi: de qua habetur plenius in præsenti epist. vnde dicit san. Ioan. a [Charissimi nolite mira.] quasi insolitum. b [Si odit vos mun.] id est mundi amatores: quia non est nouum illud iurgiū, sed fuit à principio mundi inter bonos & malos, sicut patet inter Cain & Abel, inter Isaac & Ismael, inter Iacob & Esau. c [Nos scimus.] Ly. certitudine fidei. d [Quoniam translati sumus de morte.] scilicet culpæ. e [Ad vitam] gratiæ. f [Quoniam diligimus fratres.] quia opera bona in charitate facta, sunt meritoria. g [Qui non diligit manet in morte.] quia caret charitate, quæ est vita animæ. h [Omnis qui odit fratrem suum, homicida est] quia primò occidit animam propriam, secundò proximi, quantum in se est: quia prouocat ipsum ad odium mutuum. i [Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æterna n] Gor. id est non habet Christum, qui est vita æterna k [in se manentem.] hoc dicit ad differentiam vitæ naturæ quæ est vita transiens. l [In hoc] tanquam in signo certissimo. m [Cognouimus charita. Dei] id est, Christi erga nos n [Quoniam ille pro nobis.] indignis. o [Animam suam.] id est, vitam corporalem: p [Posuit.] id est morti crucis exposuit. q [Et nos exemplo eius] r [Debemus animas.] Lyra, id est, vitam corporalem. s [Pro fratribus ponere.] id est, pro salute eorum spirituali ponere. Et hoc debitum patet ex ordine charitatis, secundùm quem Deus super omnia est diligendus: & post ipsum anima propria, & tertio loco anima proximi, quartò & vltimò proprium corpus. t [Qui habuerit substantiam mundi huius.] Vincē. id est, bona temporalia. v [Et viderit fratrem suum.] id est, proximum suum. x [Necesse habere.] Lyr. scilicet necessitate extrema. y [Et clauserit viscera sua ab eo.] id est affectum interiorem non cōpatiendo ei, & subuentionem denegando. z [Quomodò charitas Dei.] Gorra. quæ à Deo infunditur, & qua Deus diligitur. a [Manet in eo.] quasi dicat, Nullo modo, quia nō potest diligi Deus sine proximo: nec econuerso etiam, quia charitas benigna est, id est larga egenis, & in casu extremæ necessitatis tenetur etiam quilibet de necessario dare: vnde Augu. Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. b [Filioli mei.] scilicet quos per euangelium genui. c [Non diligamus verbo neque lingua.] Verbo tantùm diligit, qui hoc quod promittit non soluit. d [Sed opere.] id est exhibitione beneficij. e [Et veritate.] scilicet puræ intentionis. Gloss. vt simplici intentione beneficia præstemus, non propter iactantiam, nec propter temporale lucrum.

QVAESTIO CXXII.

SVper verbis epistolę domini. ij. post oct. pente. quæ habentur j. Ioan. iij. scilicet, Omnis qui odit fratrē suum homicida est. oritur quæstio de odio: vtrū omne odium proximi sit peccatū? Arguitur quòd non: nihil potest esse peccatum quod Deum imitatur. Sed imitādo Deū quædā odio habemus. Dicitur enim ad Rom. j. Detractores Deo odibiles, ergo possumus aliquos odio habere absque peccato. In oppositum, j. Ioan. ij. Qui odit fratrem suum in tenebris est: sed tenebræ spirituales sunt peccata, igitur. Ad argumentum dicitur quòd Deus in peccatoribus odio habet culpam, non naturā, & sic sine culpa possumus odio detractores habere. Ad quæstionem respondendum est secundum Thom. ij. ij. quæst. xxiiij. per tres conclusiones. Prima, Odium amori oppositum, quem quis ad proximū habere tenetur de præcepto, Diliges proximum sicut teipsum, tantū habet de ratione mali quātum habet amor de ratione boni. Secunda, Non debetur amor proximo secundum id quod habet à seipso & diabolo secundum peccatum & iustitię defectum. Tertia conclusio, Ipsam proximi naturam non potest aliquis habere odio sine peccato, patet conclusio: quia hoc est charitati contrarium, quam quis erga proximum habere debet.

Dominica iij. post octa. pente. j. Pet. v.

Humiliamini. Humilitas est virtus p q̃ resistitur supbo: cuius anima in se gerēs habitum eo grata Deo efficitur: tamē hac virt. nō habita nullus placet Deo. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnū cęlorū. Ait saluator Iesus Mat. xviij. Aliquādo humilitas est virtus, aliquando non.

CHarissimi, [a] humiliamini [b] † sub potenti manu Dei [c] vt vos exaltet [d] in tempore visitationis, [e] omnē solicitudinem vestram [f] proiicientes in eum: [g] quoniam ipsi cura est de vobis. [h] Sobrij estote [i] & vigilate, quia aduersarius vester diabolus [l] tanquam leo rugiens [m] circuit, [n] quærens quē deuoret. [o] Cui resistite [p] fortes in fide. [q] Scientes eandem passionē, [r] ei, [s] quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri, [t] Deus autem [v] omnis gratię, [x] qui vocauit nos [y] in æternam suam gloriam [z] in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. [a] Ipsi gloria & imperium [b] in secula seculorum, Amen.

POSTILLA.

CHarissimi, humiliamini sub potēti, &c. Ante initium illius epistolę scribit sanctus Petrus in eod. cap. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Tunc statim sequitur epistola præsens in qua beatus Petrus docet nos quomodo habere debemus nos ad Deū, dicens. a [Humiliamini.] Gor. humilitate voluntaria non coacta. b [Sub potenti, &c.] vel nos humiliabimus nos ei, vel ipse opprimet nos, quia manum eius effugere impossibile est. c [Vt vos exaltet.] quia omnis qui se humiliat, exaltabitur, vt patet Luc. xviij. d [In tempore visitationis.] i. in die iudicij, quādo deus iudicabit mundū, & reddet vnicuique secūdùm opera sua. e [Omnem solicitudinē vestram.] s. corporis & animæ. f [Proiicientes in eum.] Vnde Aug. Proiice te in Deū, non est tam crudelis vt subtrahat & te cadere permittat. g [Quoniam ipsi cura est de vobis.] s. spiritualis. h [Sobrij estote.] in victu & vestitu. i [Et vigilate.] i. diligenter à peccatis cauete. k [Quia aduersarius vester diabolus.] qui semper bonis & fidelibus aduersatur. l [Tanquam leo rugiens] per sæuitiam. m [Circuit] per malitiam. n [Quærens quem deuoret] incorporando sibi per mortalem culpā. o [Cui resistite.] Gor. eius suggestionibus non acquiescendo. vnde Iaco. iiij. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. p [Fortes in fide] tanquam in scuto. q [Scientes eandē passionem.] i. consimilē tribulationē & tentationem, quam vos sustinetis. r [Ei fieri.] s. à diabolo. s [Quæ in mundo est vestræ fraternitati.] i. vestris fratribus per mundum dispersis. q.d. Non putetis vos tētatione carere, eò quòd fideles estis, imò magis tētabimini: ergo cauete vos diligenter ne superbiamini. Vnde ecclesiast. ij. Fili accedens ad seruitutē dei sta in iustitia & timore, & præpara animā tuā ad tētationē. t [Deus aūt.] s. qui est dator. v [Omnis gratiæ.] Gorr. quia bonorum temporalium, naturalium, spiritualium & æternorum. x [Qui vocauit nos.] Vocatione interiori per inspirationem, & exteriori per prædicationem. y [In æternam suā] i. finaliter consequendā. z [In Christo Iesu.] i. per Christum Iesum. a [Ipsi gloria & imperium] i. ad alios. b [In secula seculo.] i. in æternum.

Fortis animi est aduersa patienter tolerare Macr.

QVAESTIO CXXIII.

SVper verbis epistolæ, iij. do. post pente. quæ habentur, j. Pet. v. s. Sobrij estote. oritur quęstio de sobrietate. Vtrum sobrietas per se sit specialis virtus? Arguitur quòd non: abstinentia & gula sunt circa delectationes tactus, inquantum sensus est alimēti: sed cibus & potus simul cedunt in alimētum, similiter enim indiget aliter nutriri humido & sicco: ergo sobrietas quæ est circa potum, nō est specialis virtus. In oppositum Macrobius ponit sobrietatē specialē partem tēperantiæ. Igitur ad argumentū dicitur quòd virtus abstinētię non est circa cibos & potus, inquantum sunt nutritiua, sed inquantum impediunt rationē: ideo non oportet quòd specialis virtus attendatur secundum rationem nutritionis. Ad quęstionē respondendū est secundum Tho. ij ij. q. cxlix. per quatuor veritates. Prima veritas est talis, Ad virtutem moralē pertinet obseruare bonum rationis cōtra ea quibus impediri potest. Secūda veritas est, Vbi inuenitur speciale impedimentū rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem ad illud remouendum. Tertia veritas, Potus inebrians habet specialem rationem impediendi vsum rationis inquantum perturbat cerebrum sua fumositate. Quarta veritas est, Ad remouendum hoc impedimentum rationis, requiritur specialis virtus, quæ est sobrietas.

Cōdignæ passion. Si possibile esset homini, oīa mūdi supplicia propter Christum pati nihilominus futurā gloriā & sempiternam beatitudinem ac fœlicitatem de condigno demereri nō posset: sed deus misericors in suo beneplacito dignū facit q̃ est incondignum vñ textus habet, Non sunt cōdignę passiones. & Dauid Psal. cxix. Beneplacitum est Domino in populo suo.

Dominica iiij. post octa. pente.
Roma. viij. capitulo.

FRatres, existimo enim [b] q̃ non sunt cōdignę [c] passiones † huius temporis, [d] ad futuram gloriā, [e] quæ reuelabitur in nobis. [f] Nam expectatio creaturæ [g] reuelationē filiorum Dei [h] expectat. [i] Vanitati enim [k] creatura [l] subiecta est, non volens: [m] sed propter eū qui [n] subiecit eā in spe: [o] quia ipsa creatura [p] liberabitur à seruitute

corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei.[q] Scimus enim quòd omnis creatura [r] ingemiſcit & parturit vſq; adhuc.[s] Non ſolùm autẽ illa,[t] ſed & noſipſi [v] primitias ſpiritus habẽtes, [x] & ipſi intra nos gemimus [y] adoptionem filiorum Dei expectantes [z] redemptionem corporis noſtri, In Chriſto Ieſu domino noſtro.

POSTILLA.

FRatres, exiſtimo enim ꝙ non ſunt cõdignæ, &c. Ante initiũ illius epiſtolæ ſcribit S. Paulus in eod. cap. dicẽs, Si filij, & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur vt ſimul glorificemur. Tũc ſtatim ſequitur præſens epiſtola in qua Apoſtolus Paulus hortatur nos vt patiẽter toleremus paſſiones & perſecutiones huius mundi: quia ad futurã gloriam non peruenitur, niſi per tolerantiam patienter paſſionum, qualeſcunque ſint tales paſſiones tẽporales, non tamen ſunt condignæ ad futuram gloriam: hoc oſtẽdit apoſtolus Paulus qui fuit raptus vſque in tertium cælum & vidit magnitudinem gloriæ cęleſtis & viſis illis gaudiis, poſt hoc dicit. a [Fratres exiſtimo.] Vin.i. verè ſcio. b [Quòd non ſunt condignæ.] id eſt æquales. c [Paſſiones huius temporis.] Gor.i. temporales & momentaneæ. d [Ad futuram gloriam.] ſcilicet, promerendam. e [Quæ reuelabitur in nobis.] Vincẽ. tam malis quàm bonis, ſed diuerſimodè: quia quamuis gloria futura ab omnibus cognoſcetur & videbitur: tamen hoc erit bonis ad gaudiũ & ad ſalutẽ, malis ad omnem triſtitiam & pœnam. f [Nam expe. crea.] Lyr.i. hominis qui eſt omnis creatura vt patet Mar.vj. Prædicate Euangeliũ omni creaturæ.i. homini. g [Reue. fi Dei.] Ly. in beatitudine cęleſti, vbi Deus clarè videbitur. h [Expectat.] ſ. per patientiam. i [Vanitati enim.] i. paſſibilitati, morti & incinerationi. k [Creatura.] i. humana natura. l [Subiecta eſt non vo.] i. propria voluntate & propter peccatum Adæ, quod non eſt voluntarium in nobis. m [Sed propter eum.] i. propter Deum. n [Qui ſubiecit eam in ſpe.] ſ. reſurrectionis futuræ. o [Quia & ipſa creatura] ſ. humana natura. p [Liberabi. à ſerui. cor.] ſ. in reſurrectione ex gloria animæ erit corpus immortale. q [Scimus enim quòd omnis creatura.] ſ. irrationabilis. r [Ingemiſcit & parturit vſq; adhuc.] Hic apoſtolus inducit nos ad tolerantiam paſſionis, duplici exẽplo: primũ eſt creaturarũ irrationabilium quæ ſuſtinent multa, & tamen non habent ſpẽ remunerationis, ſicut nos habemus. Secũdum exẽplum eſt ipſorũ apoſtolorũ, qui primitus & plenius cæteris credentibus ſpiritum ſanctum receperunt, & patienter tolerabant multa aduerſa & dilationẽ gloriæ in ſpe reſurrectionis futuræ. ergo dicit. s [Non ſolùm autem illa.] ſ. irrationabilis creatura. t [Sed noſipſi.] ſcilicet apoſtoli. v [Primitias ſpiritus habẽtes.] Ly.i. in maiori plenitudine ſpiritũ ſanctum habentes. x [Et ipſi intra nos gemimus] exiſtentes in tribulationibus. y [Adoptionem filiorum Dei expe.] i. præmium quod reſeruatur filiis adoptionis. z [Redemptionem corporis noſtri.] quia tũc erit corpus immortale, & ſic redimetur à corruptione.

QVAESTIO. CXXIIII.

SVper verbis epiſtolæ iiij. do. poſt pente. quæ habentur ad Ro. viij. ſ. non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. oritur quæſtio de merito hominum, vtrum aliquis ex ſuis meritis poſſit gloriam æternã mereri? Arguitur quòd ſic: ait Bonau. in proœmio libri ad nouitios, Præmiũ virtutis dicitur beatitudo: ſed quis poteſt in hoc mundo acquirere virtutẽ. Igitur. Itẽ quis poteſt tẽdere ad finẽ per debita media, ſed media ad tendendum ad finẽ gloriæ ſunt opera bona, quę homo in mundo facere poteſt. Mat. xix. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata Dei. Igitur: in oppoſitum ad Rom. viij. Non ſunt. Igitur. Ad quæſtionem reſpõdendũ eſt ſecundũ Alex. de Hal. j. parte. q. v. art. ix. quòd opera noſtra poſſunt procedere à duobus principiis. Primò ab agẽte creato, ſ. libero arbitrio, non ſuppoſita gratia ſpiritusſancti: tunc impoſſibile eſt hominẽ purum mereri vitam æternã: vt probat argu. In oppoſitũ Luc. xij. Cùm feceritis omnia, dicite, Inutiles ſerui ſumus. Ariſt. vij. Phyſi. Impoſſibile eſt in corpore finito, virtutẽ eſſe infinitam. Secundo modo à principio increato, i. à ſpiritusancto: & ſic bene mereri poſſumus gloriam, vt probat argumentum ad partem negatiuam.

Dominica v. poſt octauas pentecoſt. j. Petr. iij. cap.

CHariſsimi, [a] omnes vnanimes † in oratione eſtote, [b] & compatientes, [c] fraternitatis amatores, [d] miſericordes, [e] modeſti, [f] humiles. [g] Nõ reddentes malũ pro malo, [h] nec maledictum pro maledicto: [i] ſed ecõtrario benedicẽtes. [k] Quia in hoc vocati eſtis, [l] vt benedictionem [m] hæreditate poſſideatis. [n] Qui enim vult vitam diligere, [o] & videre dies bonos, [p] coërceat linguam ſuam à malo, [q] & labia eius ne loquantur dolũ. [r] Declinet autem à malo, [s] & faciat bonum. [t] Inquirat pacem, [v] & ſequatur eam.

Vnanimes. Viri religioſi ſuis orationibus & ſacrificiis cõcordes eſſe debent, & in modo viuendi vnanimes: ac alter alteri in neceſſitate ſubuenire. Paulus, Alter alterius onera portate.

[x] Quia oculi Domini super iustos, [y] & aures eius [z] in preces eorũ.[a] Vultus autem Domini [b] super facientes mala.[c] Et quis est [d] qui vobis noceat, [e] si boni [f] æmulatores [g] fueritis? [h] Sed & si quid patimini [i] propter iustitiã, beati. [k] Timorem autem eorum ne timueritis, [l] vt non conturbemini. [m] Dominum autem Christum sanctificate [n] in cordibus vestris.

POSTILLA.

CHarissimi, omnes vnanimes in oratione estote, &c.] Ante initiũ illius epistolæ scribit S. Petrus in eodem capitulo dicens: Mulieres subditæ sint viris suis, sicut Sara obediebat Abrahæ dominũ eum vocãs, cuius estis filij benefaciẽtes. Tũc sequitur epistola hod. in qua apostolus Petrus instruit nos quomodò vnusquisq; se ad alterũ habere debeat, dicẽs. a [Omnes vnanimes in oratione estote.] Cor.i. cor vnum & animã vnam habentes non dissentientes. b [Compatientes] adinuicem, sicut membra vnius corporis mystici, id est ipsius Christi: per hoc enim alleuiatur ille qui patitur cũ percipit alios sibi compatientes, vt dicit Philosophus, ij. Rhetor. c [Fraternitatis amatores,] i. fraternæ vnitatis & concordiæ conseruatores. d [Misericordes,] scilicet eleemosynas indigentibus tribuendo. e [Modesti.] scilicet in omnibus debitum modum seruando. f [Humiles.] scilicet omnia bona Deo attribuendo & nihil vobis. g [Nõ reddentes malum pro malo.] in factis iniuriosis. h [Nec maledictum pro maledicto] verbis contentiosis. i [Sed ecõtrariò benedicentes.] verbis benignis & pacificis. k [Quia in hoc vocati estis,] id est ad fidem Christi. l [Vt benedictionem Dei.] scilicet de qua dicitur Matt.xxv. Venite benedicti patris mei, percipite reg. &c. m [Hæreditate possideatis.] scilicet cæleste regnũ quod non datur maledictis. Vnde Apostolus, Neq; maledicti, neque rapaces regnũ Dei possidebũt. n [Qui enim vult vitam diligere.] scilicet vitam beatam: in qua nullus moritur. o [Et videre dies bonos,] scilicet in beatitudine cælesti, vbi dies noctibus non interrumpuntur: faciat, scilicet quod sequitur. p [Coërceat linguã suam à malo,] id est malo colloquio in aperto. Vnde Apostolus. j. Cor.v. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. q [Et labia eius ne loquantur dolum,] id est malum in occulto proximum decipiendo. r [Declinet autem à malo.] in opere. s [Et faciat bonum.] Hæ enim sunt duæ partes iustitiæ. t [Inquirat pacem,] cum proximo etiam iniurioso. v [Et sequatur eam.] sc. perfectè. x [Quia oculi domini super iustos.] ad remunerandum. y [Et aures eius.] id est voluntates. z [In preces eorũ.] exaudiendo. a [Vultus autem domini.] scilicet iræ & indignationis. b [Super faciẽtes mala] ad puniendum eos. c [Et quis est] homo vel etiam diabolus. d [Qui vobis noceat.] i. nocere possit s. à bono violenter retrahendo, q.d. Nullus. e [Si boni.] nota Boni, est hic genitiui casus. f [Aemulatores.] i. amatores. g [Fueritis: sed & si quid.] i. modicum. h [Patimini] in præsenti tempore. i [Propter iustitiam.] beati estis iam in spe: tandem in re. Vnde dicitur Mat.v. Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã, quoniã ipsorum est regnũ cælorum. k [Timorem autẽ eorum ne timueritis.] L y. i. timorem eiicientem à bono virtutis. l [Vt non cõturbemini.] impatienter aduersa sustinendo. m [Dominum autem Christũ sanctificate.] i. firmate. n [In cordibus vestris.] scilicet sibi firmiter adhærendo.

QVAESTIO CXXV.

SVper verbis epistolæ domin.v. post oct. pente. quæ habentur j. Petr. ij. scilicet, Inquirat pacẽ. oritur quæstio de pace: vtrum pax sit proprius effectus charitatis? Arguitur quòd non: charitas non habetur sine gratia gratũ faciẽte. Sed pax à quibusdã habetur: q nõ habẽt gratiã gratũ facientẽ, sicut & gẽtiles aliquãdo habebãt pacem: ergo pax nõ est effectus charitatis. In oppositum ps. Pax multa diligẽtibus legem tuam. igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd sine gratia gratũ faciente non potest esse vera pax, sed solum apparẽs. Ad quæst. respõdẽ est secundùm Tho. ij. ij. q. xxix. quòd duplex vnio est de ratione pacis, quarũ vna est secundùm ordinationem propriorũ appetituum in vnum, alia verò est secũdùm vnionem appetitus proprij cũ appetitu alterius: & vtranq; vnionẽ efficit charitas: primã quidem vnionem secũdùm quòd Deus diligitur ex toto corde, vt omnia referamus in ipsum, & sic omnes appetitus nostri referuntur in vnum: aliam verò prout diligimus proximũ sicut nosipsos, ex quo cõtingit quòd homo vult implere voluntatẽ proximi, sicut & suiipsius: & propter hoc inter amicabilia vnũ ponitur identitas electionis. Tullius enim ait, Amicitia est idem velle & idem nolle in rebus honestis, dicitur Honestis, quia inter ribaldum & ribaldam non est vera amicitia.

Dominica vj. post oct. pentecostes. Roman. vj.

FRatres, [a] quicunque baptizati sumus [b] in Christo Iesu, [c] in morte ipsius baptizati sumus. [d] † Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, [e] vt quomodo resurrexit Christus à mortuis [f] per gloriam patris, [g] ita & nos in nouitate vitæ am-

In morte ipsius baptizati sumus. Mors Christi saluatoris Iesu, non est baptismus, sed est cã esse ctiua ipsius baptismi.

bulemus. h Si enim cóplantati i facti sumus similitudini mortis eius, k simul & resurrectionis erimus. l Hoc sciétes, quia vetus homo noster m simul crucifixus est, n vt destruatur corpus peccati, o vt vltrà non seruiamus peccato. p Qui enim mortuus est q iustificatus est à peccato. r Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul viuemus cum ipso. s Sciétes, quòd Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur: t quòd enim mortuus est peccato, v mortuus est semel, x quod autem viuit, y viuit Deo. z Itaque & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, a viuentes autem Deo, b in Christo Iesu Domino nostro.

Nā si mors Christi nunquam euenisset, baptism⁹ nō quā effectum habuisset: sed quādo ille preciosissimus sanguis effusus est in ara crucis, tunc plenarié a peccatis nos lauit. Habetur ex mag. libr. iiij. dist. iij. Et de con se. dis. iiij. ca. pprie. In morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis potentia baptismi nouā creaturā condidit.

POSTILLA.

FRatres, quicunque baptizati sumus in Christo Iesu &c. Ante initiū illius epistolę scribit sanctus Paulus dicés, Vbi abundauit delictū superabūdauit & gratia. Et sicut regnauit peccatū in mortem: sic & gratia regnat per iustitiam in vitam æternā, per Iesum Christū dominum nostrum. Tunc sequitur epistola hodierna, in qua Apostolus hortatur ad vitæ perfectionē, quæ consistit in hoc quòd peccatis mortui soli Deo viuamus. Vnde dicit. a [Fratres quicunque baptizati sumus] id est nos cuiuscunque cōditionis & sexus fuerimus. b [In Christo Iesu,] id est in forma tradita à Christo in Euangelio Matt. vltimo, Eūtes in mundū vniuersum prædicate Euangeliū omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Illa forma verborum non debet mutari: & nihil debet addi vel minui. c [In morte ipsius baptizati sumus,] id est in virtute mortis ipsius. Baptismus enim habet virtutē ex passiōe Christi, in cuius signū, de latere ipsius Christi exiuit sanguis & aqua: vt patet Ioānis decimonono, vt significaret quòd aqua Baptismi habet virtutē à sanguine & passione Christi. d [Consepulti enim sumus cū illo per baptismum in mortem.] quasi dicat, In baptismo similes sumus morti Christi: vbi notādū ꝙ baptismus tenet similitudinē mortis Christi in tribus. Primò quia baptism⁹ totū baptizatum in se includit & tegit, sicut sepultura totū Christum includit. Secūdò quia sicut triduo fuit ibi inclusus, sic fit trina immersio in baptismo, nisi vsus aliter habeat. Tertiò sicut sepultus plenè quiescit ab oī molestia, sic baptizatus ab omni culpa & pœna: quia totum relaxatur in baptismo. e [Vt quomodo surrexit Christus à mortuis.] i. à loco mortuorum, s. de sepulchro f [Per gloriam patris.] i. ad laudem & gloriam Dei patris. g [Ita & nos in nouitate vitę ambulemus] de bono in melius proficiēdo. h [Si enim complantati.] Vincen. scilicet firmiter adhærendo Christo: sicut radix plantę adhæret. i [Facti sumus similitudini mortis eius.] id est sicut Christus post mortem resurrexit corporaliter, sic & nos postquā semel mortui fuerimus peccato, debemus fieri noui homines spiritualiter. k [Simul & resur. erimus.] id est, sicut ipse resurrexit à morte pœnæ ad vitam gloriæ, sic & nos à morte culpæ ad vitam gratiæ. l [Hoc scientes, quia vetus homo noster.] id est fomes peccati: quem ab Adam qui est vetus homo, traximus. m [Simul crucifixus est.] id est debilitatus est in baptismo, vt iā nos cogere non possit ad peccandum. n [Vt destruatur corpus peccati.] id est cōgeries prauorum operum. o [Vt vltra non ser. peccato] sed Deo quia nemo potest duobus dominis seruire. Matt. vij. p [Qui enim mortuus est peccato.] Ly. i. configuratus morti Christi per baptismum. q [Iustificatus est à peccato] quia baptismus delet culpam & pœnam. r [Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum ipso.] Gorra. scilicet in gloria cælesti. s [Scientes quòd Christus resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur.] Lyra quia surrexit ad vitam immortalem. t [Quòd enim mortuus est peccato:] scilicet Christus pro peccato tollendo. v [Mortuus est semel.] quia vnica mors Christi sufficit ad tollendum omnia peccata præterita, præsentia & futura. x [Quòd autem viuit.] scilicet ipse Christus. y [Viuit Deo.] id est ad similitudinē Dei patris: vt sicut pater non potest mori, sic nec Christus filius Dei & hominis. z [Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato.] per totalem dimissionem culpę: & notanter dicit, Existimate, non pro certo reputate: quia nescit homo si finaliter mortuus est peccato. Iuxta illud Ecclesiast. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. a [Viuentes autem Deo.] id est ad honorem Dei. b [In Christo Iesu domino nostro.] id est in fide Iesu Christi.

QVAESTIO CXXVI.

SVper verbis epistolę dominicę vj. post octauas pentecostes quæ habentur ad Rom. vj. In morte ipsius baptizati sumus, oritur quæstio de baptismo: vtrum paruuli quando baptizantur recipiant effectum baptismi? Arguitur quòd non. Aristoteles ait secundo de Anima, Actus actiuorum sunt in patiente prædisposito: sed in paruulis nulla præcessit dispositio ad suscipiendum effectus baptismi. ergo ba-

ptismus non potest causare suum effectū in paruulis. In oppositū mag. Sen. iiij. dis. iiij. ait quod sacramentū & rem simul suscipiūt omnes paruuli: qui in baptismo ab originali mundantur peccato. Igitur. Ad arg. dicitur ꝙ illa propositio intelligitur de actiuo limitatæ virtutis, ex defectu completiuo: Deus autē à quo est principaliter effectus baptismi est agens illimitatę virtutis. minor argumēti est falsa: quia fides ecclesiæ aliquo modo ad susceptionē effectuū baptismi disponit. ad quæstionē respondēdum est secundū Ric. iiij. Sen. di. iiij. ar. j. q j. per tres veritates. Prima est, Effectus baptismi sunt, peccati purgatio, gratiæ collatio, pœnæ remissio, charitatis impressio, fructus impensio. Secūda veritas, In paruulis nihil est quod eorum susceptionem possit impedire. Tertia veritas, Anima paruulorum prædictos effectus nata est suscipere, & ex diuina ordinatione ad prædictos disposita recipit baptismi effectum.

Dominica septima post octauas pentecostes, Roma. vj. capit.

Infirmitatē carnis vestræ. Fragilitas carnis vestræ tam debilis est ad sufferēdū virtutes & labores, ꝙ quasi humilitati nostrę difficile esse videtur, ꝓpter carnis infirmitatē. Saluator Iesus hoc prçuidēs in amara passione: dixit. Mat. xxvj. Spiritus quidem prōptus est, caro autem īfirma. Et Ari. virt⁹ est de difficillimo.

FRatres, [a] humanum dico [b] propter infirmitatē carnis vestræ. [c] Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immūditiæ [d] & iniquitati [e] ad iniquitatem, [f] ita & nunc exhibete membra vestra [g] seruire iustitiæ [h] in sanctificationē. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. [k] Quem ergo fructum [l] habuistis tunc in illis, [m] in quibus nūc [n] erubescitis? [o] Nam finis illorum [p] mors est. [q] Nūc verò liberati à peccato, [r] serui autē facti Deo, [s] habetis fructū vestrum [t] in sanctificationem, [v] finem verò [x] vitam æternam. [y] Stipendia enim peccati [z] mors. [a] Gratia autem Dei, [b] vita æterna, In Christo Iesu Domino nostro.

POSTILLA.

FRatres, humanum dico propter infirmitatē &c. Ante initium illius epistolæ scribit sanctus Paulus in eodem capi. dicens, Fratres serui fuistis peccati, liberati autē nunc à peccato, serui facti estis iustitiæ. Tunc statim sequitur præsens epistola in qua apostolus Paulus hortatur nos ad faciendū bona opera, & ad viuendum secundùm iustitiam dicēs, a [Humanum dico.] Gor. i. quoddam leue vobis præcipio. Onus enim iustitiæ, quod vult eis imponere, leue est: vt patet Mat. xj. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. b [Propter infirmitatē carnis vestræ.] caro enim in pricipio creationis fuit fortis & sana & obediēs animę, sed propter peccatum facta est debilis & infirma, aggrauans & deprimens animā. Vnde Sap. ix. Corpus quod corrūpitur aggrauat animā. c [Sicut enim exhibui. mē. vestra serui. immūditiæ.] Gorra. ad seruiēdum peccatis carnalibus. d [Et iniquitati.] i. peccatis spiritualibus. e [Ad iniquitatē.] i. ad mali consummationē. f [Ita & nunc exhibete mēbra.] Lyr. per bonā cōsuetudinem habilitantes ea. g [Seruire iustitiæ.] q. d. Illud est, s. ꝙ non plus laboris requiritur in seruitio dei, quod ducit ad gloriā, quā in seruitio diaboli, quod ducit ad gehēnā. h [In sanctificationē.] i. sanctificatis ad cōsummationem. i. [Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.] Ly. i. spoliati à bono iustitiæ. k Quē ergo fructum.] i. vtilitatem. l [Habuistis tunc in illis.] sup. peccatis. m [In quibus nūc.] i. post pœnitentiā. n [Erubescitis.] q. d. Nullam vtilitatē habuistis, sed maximum damnum. o [Nā finis illorum.] s. peccato seruientium. p [Mors est.] s. æterna. q [Nunc verò liberati à peccato] Lyr. per eius dimissionem. r [Serui autem facti Deo per iustitiæ operationem.] s [Habetis fructum vestrum.] Vin. i. vtilitatem vestram. t [In sanctificatione.] Ly. i. gratia in præsenti. v [Finem verò.] scilicet vltimū. x [vitam æternam.] i. in futuro gloriā æternam. y [Stipendia enim peccati.] Vinc. i. præmiationes quæ debētur militibus diaboli. z [Mors est.] scilicet culpæ: & consequenter æternæ pœnæ. a [Gratia autem Dei.] i. præmium pro bono opere in gratia Dei facto. b [Vita æterna, in Christo Iesu domino nostro.] i. per Christum dominum tanquam mediatorem.

QVÆSTIO CXXVII.

SVper verbis epistolæ domi. vij. post oct. pente. quæ habentur ad Ro. vj. s. exhibete membra vestra seruire iustitię in quibus Paulus nos hortatur ad faciendum bona opera ad beatitudinem habendam. oritur q. de necessitate agendi bona opera: vtrum ad beatitudinem consequendam requirātur aliqua opera bona? Argu. quòd nō: Deus cùm sit agens infinitæ virtutis non præexigit in agendo materiā aut dispositionē materiæ: sed statim potest totum producere, sed opera hominis cum non requirantur ad beatitudinem, sicut causa efficiens, non possunt requiri ad causam sicut disponens: ergo Deus qui disponēs nō præexigit in agēdo beatitudinē sine præcedētibus operibus cōfert. In oppositū ait Aristo. iij. Phy. Nihil potest tendere in finem, nisi per debita media: sed bona opera sunt debita media quibus ad finē, i. beatitudinem tendimus. Mat. xix. Quid faciendo, vitā æternam possidebo? si vis (inquit) ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiā: & ratio est quia nō dicimus quòd operatio hominis Deo præexigatur ad consecutionē beatitudinis propter

pter sufficientiā diuinæ virtutis beatificantis: sed vt seruetur ordo in rebus. Ad quæstionem respondēdum est secundū Tho.ij.ij.q.j.art.vij. per istam conclusionem, quòd licet Deus possit simul facere voluntatē rectè tendentē in finē, & consequentē, sicut quādo materia simul disponit & inducit formā: ordo tamen diuinæ sapientiæ exigit vt nullus purus homo habens vsum liberi arbitrij cōsequatur beatitudinem sine aliquibus operibus præcedentibus, &c.

Dominica viij. post octa. penteco. Roma. viij. capitu.

Fratres, [a] debitores sumus [b] non † carni, vt secundùm carnem viuamus. [c] Si enim secundùm carnem [d] vixeritis, [e] moriemini. [f] Si autem spiritu [g] facta [h] carnis mortificaueritis, [i] viuetis. [k] Quicunque enim spiritu Dei agūtur, [l] hi sunt filij Dei. [m] Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, [n] sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, [o] in quo clamamus, Abba pater. [p] Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, [q] quòd sumus filij Dei. [r] Si autem filij, [s] & hæredes. [t] Hæredes quidem Dei [v] cohæredes autem Christi.

Nō carni. Qui carnis voluptatē sequūtur: sensualitati obediētes, rarò posśūt virtutes & bona cęlestia coleremimusque cō sequi, probatur dist. v.c. Nil.enim fit iocundū & c. ne tales accipiam⁹ cibos.

POSTILLA.

Fratres, debitores sumus non carni, &c. Ante initium illius epistolę scribit sanctus Paulus, dicens, Qui enim secundùm carnem sunt quæ carnis sunt sapiunt, qui verò secūdùm spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudētia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. Quoniā sapientia carnis inimica est Deo. Tunc sequitur præsens epistola, in qua Apostolus hortatur nos ad mortificationem carnis & ad imitationem spiritus vel rationis, vt secundum spiritum viuamus: & ad hoc adducit rationes scilicet propter debitum & propter futuræ mercedis magnitudinem. Vnde dicit. a [Fratres, debitores sumus,] scilicet spiritui sancto vel rationi propriæ. b [Nō carni, vt secundùm carnem viuamus] scilicet in voluptatibus carnis. c [Si enim secūdùm carnem.] Gorra. id est secundùm carnis desyderia & voluptates. d [Vixeritis.] vita corporali. e [Moriemini.] morte spirituali & etiam æterna. f Si autem spiritu,] id est ratione. g [Facta,] id est, opera. h [Carnis mortificaueritis,] penitus ea abiiciendo & fugiendo. i [Viuetis] vita spirituali: hîc in iustitia, & in futuro in gloria. k [Quicunque enim spiritu Dei aguntur.] Gorra. id est regūtur. l [Hi sunt filij Dei.] seruientes ei non timore seruili, sed timore filiali. m [Non enim accepistis spiritum ser. iterum in ti.] sicut in veteri lege, quæ fuit lex timoris. n [Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei,] id est spiritumsanctum datorem bonorum, per quem fit adoptio filiorum Dei, quod ex bonitate est & misericordia Dei. o [In quo clama. Abba pater] Lyr. abba, pater duo sunt nomina idem significātia: vnum Hebraicum alterum Latinum, ad significādum duplicem Dei paternitatem. Vna est communis bonis & malis, quia est pater creationis omnium hominum. Alia specialis, gratia adoptionis, de qua hîc dicitur, p [Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro.] Cùm enim spiritus noster per spiritum sanctum bonū agit, est signum diuinę filiationis. Hoc autem signo quasi quodam testimonio nos certificat, q [Quòd simus filij Dei.] Vinc. non per naturam, sicut Christus: sed per adoptionē per spiritumsanctum. r [Si autem filij] Dei. Gorr. sumus. s [Et hęredes] erimus. t [Hæredes quidem Dei] cuius beatitudine fruimur. v [Cohęredes autē Christi] in quo & cum quo beati erimus.

QVAESTIO CXXVIII.

Super verbis epistolę do. viij. post octa. pēte. quę habentur ad Roma. viij. scilicet si secūdùm carnē vixeritis, moriemini. oritur quęstio de illis qui per totam vitam suam secundùm carnem viuunt. Vtrum aliquis per totam vitam suam secundum carnem viuens, & toto tempore vitæ suæ in peccato permanens vsq; ad mortem & clamans misericordiam, mox migrat ex hac luce: an iste sic discedens saluetur an damnetur? Arguitur quòd damnetur: ad hoc vt aliquis verè pœniteat requiritur vt realiter & voluntariè peccata finat: sed ille qui tardè conuertitur inuitè pœnitet, quia non volūtariè peccata finit: sed à peccatis finitur, quia habetur de pœnitētia dist. vj. Si vis agere pœnitentiā quando peccare non potes, peccata te dimisere, nō tu illa. Igitur. habetur de pœnitentia dist. iij. Dubia est pœnitentia ad vltimum dilata. igitur. In oppositū: Christus dicit, Quacunq; die conuersus fuerit peccator, vita viuet & nō morietur. Igitur. Ad arg. dicitur quòd intelligitur cum difficultate. Ad quæst. respōdeo quòd talis sic pœnitēs est in statu saluationis, quod probo tripliciter, primò ratione tali, Ad pœnitentiam & peccatoris conuersionem duo requiruntur. Primū dicitur dolor de præterito. secundùm bonum propositum nō peccandi in futuro: vt patet de pœnitentia dist. iij. pœnitētia est mala præterita plangere, & plangenda iterum nō committere: sed hęc possunt esse in illo qui serò pœnitet. Igitur. Secundo, probo autoritate, xxvj. q. j. vj. c. si presbyter pœnitētiā

abnegauerit morientibus reus erit animarum. Hie. ait ad Custo. Nunquàm est sera pœnitentia in peccatore. Tertiò, probo exemplo latronis, qui serò conuersus est, de quo xxvj. si presbyter. Latro per vnius momēti pœnitentiam meruit esse in paradiso. Igitur.

Domi. ix. post octa. pent. j. Cor. x.

Concupiscētes malorū. Homines mali & inuidi nunquam bona proximis suis bene volunt. Sed semper male cogitantes mala cōcupiscunt dolentque si bono & prospero euētu fortuna suis proximis bene fauet. vnde Aug. Oculis ægris odiosa est lux quæ sanis est amabilis. & Gre. Mens inuidi, tā de alieno bono affligitur quā radio lucis obscuratur.

FRatres, [a] non simus cōcupiscentes † malorum [b] sicut & illi concupierunt. [c] Neque idololatræ efficiamini, [d] sicut quidam ex ipsis, [e] quemadmodū scriptū est, [f] Sedit populus mādūcare & bibere, [g] & surrexerūt ludere. [h] Neque fornicemur, [i] sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, [k] & ceciderūt vna die viginti tria millia. [l] Neque tentemus ipsum, [m] sicut quidam eorum tentauerunt, [n] & à serpentibus perierunt. [o] Neque murmuraueritis, [p] sicut quidam eorum murmurauerunt, [q] & perierunt ab exterminatore. [r] Hæc autem omnia in figura contingebāt illis. [s] Scripta sunt autem ad correctionem nostrā, [t] in quos fines seculorum deuenerunt. [v] Itaque qui se existimat stare, [x] videat [y] ne cadat. [z] Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. [a] Fidelis autē Deus est, [b] qui non patietur vos tētari supra id quod potestis, [c] sed faciet etiam cum tentatione prouentum, [d] vt possitis sustinere.

POSTILLA.

FRatres, non simus concupiscentes malorū, &c. Pro intellectu huius epistolæ attēdere oportet beneficia populo Iudaico in deserto exhibita à Deo, scilicet transitū per mare rubrū, defensionem columnæ, cibationē mannę, & sic de alijs: quæ omnia Deus miraculosè eis exhibuit: ipsi autē de tantis beneficiis ingrati existentes, cōcupierūt carnes comedere, paruipēdentes māna. Itē idololatriam commiserunt, adorādo vitulū. Item fornicati sunt cū Madianitis, contra pręceptū domini. Itē contra Moysem & Aarō murmurauerunt, & sic de aliis. Et ideo plagas in hodierna epistola expressas incurrerūt. Monet ergo nos sanctus Paulus in hodierna epistola, ne talia faciamus, quia si similes eis fuerimus in culpa erimus eis similes in pœna: ergo dicit. a [Fratres nō simus cōcupiscentes malorum] quò ad effectum. b [Sicut & illi concupierunt.] de quibus dicitur ps. lxxvij. Cōcupierunt concupiscentia &c. & Num. xj. di. Vulgus promiscuū flagellauit &c. Quasi dicat, nō peccemus sicut & illi, ne similiter puniamur sicut & illi. c [Neque idololatræ efficiamini] Vinc. honorē soli Deo debitū idolis & creaturis nullo modo exhibeatis. d [Sicut quidam ex ipsis.] i. filij Israel fuerunt, qui sibi vitulum conflatilem fecerunt, & ipsum pro Deo adorauerūt vt habetur Nu. xxv. e [Quemadmodum scriptum est.] Exo. xxxij. f [Sedit populus mādūcare coram idolo.] s. vitulo. g [Et surrexerunt ludere.] i. ludos facere, sicut choreas in venerationem vituli. Notandum quòd sicut olim fuerunt diuersa idola inter infideles, ita & nūc inter Christianos: quia aliqui colunt diuitias, aliqui honores, aliqui corporis delitias, aliqui pueros & vxores. vnde Augustin. hoc ab homine colitur quod præ ceteris diligitur. h [Neque fornicemur] Vinc. i. actū luxuriosum extra propriam coniugē nullo modo perpetremus. i [Sicut qui. &c. for sunt.] Lyr. s. cū mulieribus Madianitis, vt habetur Nu. xxv. k [Et ceciderunt &c.] Nec est hoc contra illud quod dicitur Nu. xx. quòd ceciderunt xxiiij. millia: quia minor numerus concluditur in maiori, & ideo concludit quod verum est de maiori & etiam verum est de minori. l [Neque tentemus Christum.] Gor. diffidendo de eius potentia. m [Sicut quidam eorum tentauerunt] scilicet ipsum Deum dicentes illud psal. lxxvij. Nunquid poterit. n [Et à serpētibus perierūt] quia iratus dominus misit contra eos serpentes ignitos & quemcunq; mōmorderunt, statim moriebatur: donec Moyses ex iussu domini serpentē æneum erexit, ad cuius aspectum sanabātur: vt habetur Nu. xxj. o [Neq; murmuraueritis] scilicet cōtra Deum vel prçlatos eius. p [Sicut quidā eorū murmurauerunt.] contra Moysem. Nu. xvj. Exod. xv. Murmurauit omnis cōgregatio &c. q [Et perierūt ab exterminatore] scilicet ab angelo eos percutiente. r [Hæc autē omnia in figura contingebant illis.] s. ad designandū quod sic vel grauius fiet nobis si fuerimus similes illis. s [Scripta sunt autē ad correctionem nostrā.] Vin punitiones & pœnæ inflictæ Iudæis in veteri testamento, sunt scriptç ad nostrā correctionem: vt visis & auditis illis pœnis, caueamus peccata cōsimilia ne in illas vel maiores pœnas incidamus. t [In quos fines seculorū deuenerūt.] Lyr. in nos qui sumus in sexta ætate seculi, & durabit vsq; in finem mundi. v [Itaque qui se existimat stare.] Vin. i. opinatur se esse in gratia siue in charitate Dei. x [Videat] i. caueat. y [Ne cadat.] scilicet ab illa gratia per peccatum mortale. z [Tentatio vos non apprehendat nisi humana] Vin. q. d. Si tentatio insurgit in vobis, videatis quòd vos non apprehendat per consensum: quia si consensum adhibueritis, non est tentatio humana sed diabolica. Vnde Gregor. in Pastorali, Humanum est in

Idololatria includit magnā blasphemiā, quia Deo subtrahit cōmunē singularitatem.

Tho. ii. ii. quę. xciiii. artic. iii.

Tentare Deum est experimētū quęrere de Deo, Tho. ii. ii. quæ. xcvii.

corde tentationem perpeti, dæmoniacum verò in tentationis certamine superari. a [Fidelis autē Deus] Ly. in promissis implendis. b [Qui nō patietur vos tētari supra id quod potestis.] quia promisit adiutorium in tentationibus positis, si fideliter recurrāt ad ipsum. c [Sed faciet etiam cum tentatione prouentum.] vos adiuuando, vt ipsa tentatio vobis proueniat ad augmentum meriti, per eius superationem. d [Vt possitis sustinere.] Vin. ne cadatis in peccatū & consensum. vnde Aug. Diabolus plerunq; vult nocere, & nō potest: quia potestas eius est sub potestate Dei. Nam si tātum posset nocere diabolus quantum vellet, aliquis iustorum non remaneret.

QVAESTIO CXXIX.

SVper verbis epistol dom. ix. post octa. penteco. quæ habētur. j. ad Cor. x. Neque tentemus Christum. oritur q̄ō de tentatione Dei: vtrum tentare Deum sit peccatū? Arguitur q nō: sicut aliquis tentatur ex hoc quod experientia sumatur de scientia eius: ita etiam de bonitate & voluntate ipsius: sed licitum est, quòd aliquis experimentum sumat diuinæ bonitatis, siue etiā voluntatis. ps. xxxiij. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. etiā ad Ro. xij. Probetis quæ sit volūtas Dei bona, & beneplacens & perfecta: ergo tentare Deū non est peccatum. In oppositum Deu. vj. Non tentabis Dominum Deum tuum. Igitur. Ad argumentū dicitur quòd duplex est cognitio diuinæ volūtatis & bonitatis: vna est speculatiua, & quātum ad hanc non licet dubitare neq; probare, vtrū Dei voluntas sit bonum & vtrū sit suauis. Alia est cognitio effectiua sicut experimentalis, dū quis experitur in seipso gustum diuinæ dulcedinis & complacentiā diuinæ volūtatis: & hoc monemur vt probemus Dei voluntatē & gustemus eius suauitatē. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxix. quòd tētare Deum ad hoc vt ipse tentans cognoscat Dei virtutem est peccatum, cuius rei magister Angelus de Clauasio in summa sua rōnē assignat, quia talis hoc faciendo præsupponit ignorantiam & dubium de diuina perfectione: & ait idem de Clauasio ibidem quòd quis Deū tentat duobus modis: vno modo verbis, s. quando Deo cum oratione colloquitur & petit ea intentione, vt exploret Dei scientiam aut potestatem seu voluntatem, & inde experimentum sumat: alio modo factis quādo per ea quæ facit intendit experimentum sumere diuinæ potestatis, sapientiæ & pietatis.

Domin. x. post octa. pente.

j. Corin. xij.

FRatres, a scitis, q̄m cum gētes essetis, b ad simulachra muta c prout ducebamini eūtes. d Ideo notum vobis facio, q nemo in spiritu Dei loquēs, e dicit anathema Iesu. f Et nemo potest dicere, Dominus Iesus g nisi in spiritusancto. h Diuisiones verò gratiarum sunt, i idem autem spiritus. k Et diuisiones ministrationum sunt: l idē autem dominus. m Et diuisiones operationum sunt, n idem verò Deus, o qui p operatur omnia q in omnibus. r Vnicuique autem s datur manifestatio spiritus t ad vtilitatem. v Alij quidem per spiritum x datur sermo sapientiæ, y alij autem sermo scientiæ, z secundum eundem spiritum. alteri fides a in eodem spiritu, alij gratia sanitatum b in vno spiritu, alij operatio virtutum, c alij prophetia, d alij discretio spirituum, e alij genera linguarū, f alij interpretatio sermonum. g Hæc autem omnia h operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

Muta. Humanitati stultū est

opus manuū suarū colere & illud adorare. ex quo patet q sanctorum imagines non sunt adorādæ, sed ppter sanctos tātum venerandæ. Alioqui idololatraretur. & similes fiēt illis qui ea adorāt. Dauid ps. cxiii. Similes fiāt illis qui faciunt ea, & omnes q confidunt in eis.

POSTILLA.

FRatres, scitis quoniā cū gentes essetis, &c. Ante initiū illi9 epistolę scribit S. Paulus dicens, q si nos ipsos diiudicaremus non vtiq; diiudicaremur, dū aūt diiudicamur à dño corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur: tunc sequitur epistola hodierna, in qua Apostolus loquitur de donis spiritussancti, ostendens quòd omnium bonorum auctor est spiritussanctus: & nullus potest facere aliquod bonum meritorium, saltem vitæ æternæ, nisi in spiritusancto & hoc apostolus ostendit experimento vitæ preteritæ, dicens. a [Scitis quoniam cùm gentes essetis.] Lyra scilicet gentiliter viuentes absque Dei gratia, ad conseruationem fidei. b [Ad simulachra muta euntes.] ea adorādo. Solebant enim gentes idola Martis, Mercurij, & sic de aliis adorare. Et dicebātur muta, quia per se vel ex se non habebant aptitudinem eloquendi, quāuis diabolus per ea quādoq; dedit responsa. c [Prout ducebamini.] scilicet à maligno spiritu, sicut equus & mulus in quib9 non est intellectus. d [Ideo notum vobis facio quòd nemo in spiritu Dei loquens.] Lyra gratia Dei vtens. e [Dicit anathema Iesu.] id est blasphemiam aliquam de Iesu Domino nostro. f [Et nemo potest dicere, Dominus Iesus.] confitendo ipsum Dominum & saluatorē scilicet quòd ipse sit veraciter Dominus, & ipse seruus eius. g [Nisi in spiritu sancto:] id est per spiritumsanctum, à quo est omne verū. vnde Ambros. Omne verum à quocunque

dicatur à spiritusancto est. h [Diuisiones verò gratiarum sunt.] Nota quòd gratias hic appellat diuersos gradus & ordines, qui sunt in ecclesia. i [Idem aût spiritus.] s. sanctus est distributor graduû & ordinum & officiorum. k [Et diuisiones ministrationum sunt.] i. diuersi effectus gratiæ, quibus alij seruiunt aliis, & sic ordinantur in proximum: hoc exemplum dedit nobis Christus. Vnde Matt. xx. Filius hominis nô venit ministrari: sed ministrare &c. Item j. Pet. iiij. Vnusquisque sicut accepit &c. l [Idem autẽ Dominus.] i. Christus filius Dei dãs singulis pro voluntate sua. m [Et diuisiones operationum sunt.] i. diuersi actus gratiæ: quârum ad se per quam gratiam facit opera meritoria quædam maiora, quædam minora opera. n [Idem verò Deus.] s. pater. Et notandum ꝙ apostolus ponit hîc tria, vt intelligatur quòd totius trinitatis sunt dona gratiarum. Quò ad personam spiritussancti dicitur, Idem autem spiritus: quò ad personam filij, Idem aût Dominus: quò ad personam patris dicitur, Idem autẽ Deus. Sed ne videretur distinctio substãtię & operatiõis, subiungit identitatẽ substantiæ & operationis trium personarum. o [Qui] s. Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, vnus existẽs Deus. p [Operatur omnia.] s. necessaria saluti. q [In omnibus.] non omnia in singulis: quia vni non tribuit omnia, sed in omnibus omnia: vt quod quis in se non habet, habeat in alio: sicut in humano corpore oculus solus videt, sed nô sibi soli, sed toti corpori, vt sic maneat charitas & humilitas. Vnde Isaiæ xxvj. Omnia opera nostra operatus es in nobis. r [Vnicuique autem.] scilicet fidelium. s [Datur manifestatio spiritus.] i. gratia quæ manifestat spiritum Messiæ. t [Ad vtilitatem.] s. ecclesiæ. v. [Alij quidem per spiritum.] s. sanctum. t [Datur sermo sapientiæ.] s. loquendo de contemplatione cælestium. v [Alij autem sermo sciẽtiæ.] s. loquendo de actione temporalium. z [Secundùm eũdem spiritum. Alteri fides.] i. cõstantia vel sermo fidei. a [In eodem spiritu. Alij gratia sanitatum.] s. curandi infirmos. b [In vno spiritu. Alij operatio virtutum.] miraculorum quæ sunt supra naturam. c [Alij prophetia.] s. prædicere futura. d [Alij discretio spirituũ] Gor. i. gratia discernẽdi quo spiritu dicuntur, s. bono vel malo: quia etiam diabolus bona seductoriè dicit. e [Alij genera linguarum.] i. loqui diuersis linguis. f [Alij interpretatio sermonum.] i. interpretatio obscuritatum Scripturæ, quæ sunt in prophetis & in euangeliis & in epistolis. g [Hæc autem omnia] licet diuersa sint. h [Operatur vnus atq; idem spi. diui. sin. prout vult.] i. gratis, & sicut cuique scit expedire.

QVAESTIO. CXXX.

Super verbis epistolæ do. x post pentec. quæ habentur, i. ad Cor. xij s. Datur alij sermo scientiæ, oritur q. de dono scientiæ: vtrum scientia sit donũ spiritussancti? Arguitur quòd nô, dona spiritussancti sunt cômunia omnibus sanctis: sed scientia nô pollent plurimi fideles, quãuis fide polleant: ergo scientia nô est donũ spiritussancti. In oppositum Isa. xj. sciẽtia comparatur inter septem dona spiritussancti. Igitur. Ad argumentũ dicitur quòd circa credẽda duplex scientia potest haberi: vna quidem per quã homo scit quid credere debeat, discernens credenda à non credendis: & secundũ hoc sciẽtia est donũ, & conuenit omnibus sanctis. Alia verò est scientia circa credenda, per quã homo nô solũ scit quid credi debeat, sed etiam fidem manifestare, & alios ad credẽdum inducere, & contradictores conuincere: & ista sciẽtia ponitur inter gratias gratis datas, quæ non dantur omnibus, sed quibusdam. Ad quæstionẽ respôdendũ est secũdùm Tho. ij. ij. q. ix. quòd gratia est perfectior quàm natura: vnde nô deficit in his quibus homo per naturã perfici potest: cùm autem homo per naturalem rationem assentit secundũ intellectum alicui veritati, dupliciter perficitur circa veritatem illam. Primò quidẽ quia capit eã. Secundò quia de ea certum iudiciũ habet: & ideo ad hoc quòd intellectus humanus perfectè assentiat veritati fidei duo requiruntur, quorum vnum est quòd sane capiat ea quæ proponuntur, quod pertinet ad donum intellectus: aliud est vt habeat certũ & rectum iudicium de eis discernendo, scilicet credenda aut non credẽda, & ad hoc necessarium est donum scientiæ.

Dominica vndecima, j. Corin. xv. capitulo.

FRatres, [b] notum vobis facio [c] Euangelium [d] quod † prędicaui vobis, [e] quod & accepistis, [f] in quo & statis, [g] p quod & saluamini, [h] qua rõne prædicauerim vobis si tenetis, [i] nisi frustrà credidistis. [k] Tradidi enim vobis in primis [l] quod & accepi: [m] quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, [n] secũdùm scripturas. [o] Et quia sepult⁹ est, [p] & quia resurrexit tertia die secundũ scripturas, [q] & quia visus est [r] Cephę, [s] & post hoc vndecim: [t] deinde visus est plusquam quingẽtis fratribus simul, [v] ex quibus multi manent vsque adhuc, [x] quidam autem dormierunt. [y] Deinde visus est Iacobo, [z] deinde apostolis omnibus: [a] nouissimè autem omniũ [b] tanquam abortiuo, visus est mihi [c] Ego enim sum minimus omnium

† Euangelium quod prædicaui vobis. Omnib⁹ doctrinis doctorũ orthodoxorum Christi sermo est præferendus humana sapientia est euangelio postponẽdarum in Euãgelio vera sapiẽtia est quã vnusquisque tenere mente ac corde crederede bet: quia in verbo sacri euangelij est vita animæ: vt de pœnit. dist. j. c. s. ex bono. & ista verba quę ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt: & sunt verba nostri saluatoris Iesu.

apostolorum, [d] qui non sum dignus vocari apostolus, [e] quoniam persecutus sum ecclesiā Dei. [f] Gratia autem Dei sum id quod sum. [g] Et gratia eius in me vacua non fuit.

POSTILLA.

FRatres, notū vobis facio Euangeliū, &c.] Ante initiū illius epistolæ scribit S. Pau. dicens, Si quis ignorat, ignorabitur: omnia autē honesta, & secundū ordinē fiant in vobis. Tunc statim sequitur pręsens epistola: in qua apostolus commēdat nobis doctrinam euangelicā, per quam peruenitur ad gloriam resurrectionis, dicens. a [Fratres.] i. Corint. qui estis fratres in Christo, sicut omnes in Christo per fidem geniti. b [Notum vobis facio.] Lyr. i. ad memoriā reduco. c [Euangelium.] i. doctrinam Euangelicam. d [Quod prædicaui.] i. denuntiaui vobis. e [Quod & accepistis] Vinc. corde credendo & ore confitendo. f [In quo & statis.] i. permanere & stare debetis. g [Per quod & saluamini.] iam in spe & tandē in re. h [Qua ratione prædicauerim vobis] Gor. s. per Christi resurrectionem, astruendo nostrā resurrectionem. i [Nisi frustrà credidistis.] i. sine aliqua vtilitate, quia fides sine operibus mortua est. k [Tradidi enim vobis in primis.] Ly. i. inter principalia credēda: quia articuli fidei sunt principia ex quibus alia credenda deducuntur. l [Quod & accepi.] per reuelationē à spiritusancto. m [Quoniā Christus mortuus est pro peccatis nostris.] Ly. nō suis, vt patet Isa. liij. Propter scelus, &c. Item in eo. cap. Ipse autē vulneratus est. n [Secundùm scripturas,] id est ipsorum prophetarum, qui passionem Christi prædixerunt. vnde Iere. xj. Ego quasi agnus &c. Itē Isa. liij. Sicut ouis ad occisionē &c. o [Et quia sepultus est.] Lyr. vt veritas mortis eius probaretur. p [Et quia resurrexit tertia die secundū scripturas.] vnde Oseæ vj. Viuificabit nos &c. q [Et quia visus est] Ly. post resurrectionē suam, r [Cephæ.] i. Petro. s [Et post hoc vndecim.] s. apostolis, quæ apparitio facta fuit post dies octo suæ resurrectionis, præsente Thom. Ioan. xx. t [Deinde visus est plusquàm quingen. fra. si.] & illa apparitio facta fuit in galilæa: in qua apparuit apostolis & multis aliis Christi fidelibus. v [Ex quibus multi manent vsque adhue] viuentes in illo tempore. Gorra qui testes sunt huius: si ab eis requiratur. x [Quidam autem dormierunt.] s. morte corporali quæ dicitur dormitio, quia erit in spe resurrectionis futuræ. y [Deinde visus est Iaco.] s. Alphæi qui dictus est frater domini, & qui fuit episcopus Ierosolymitanus: qui etiā sicut dixit Haymo, vouerat se non manducaturū quousq; dominum per resurrectionē vidisset, ideo Christus ei apparuit tamen hoc non legitur in Euangelio. z [Deinde apostolis omnibus.] s. visus est: & hoc factum est in die ascēsionis: vt patet Matt. vlt. a [Nouissimè autem omnium.] id est post ascensionem Christi in cælum. b [Tanquam abortiuo visus est mihi.] scilicet in via, quando ibam in Damascum, vt patet Act. ix. Lyr. vocat autē se abortiuum: quia abortiuus dicitur fœtus qui nascitur extra tempus debitum, vel qui cum violentia deducitur de vtero. Sic Apostolus eò quòd alij renati fuerunt ante aduentum spiritussancti, ipse autem post. Item alij cōuersi fuerunt sponte, ipse quasi violenter in actu persecutionis fidei. c [Ego enim sum minimus apostolorum] quia vltimus tempore. d [Qui non sum dignus vocari apostolus] scilicet, si mea præcedentia merita attendantur. e [Quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.] quod alij non fecerunt: & in hoc minor fuit aliis apostolis, licet ex gratia Dei factus fuerit valde magnus. f [Gratia autē Dei sum id quod sum] scilicet apostolus Christi: quia sine gratia Dei homo nihil est. g [Et gratia eius in me vacua non fuit.] id est carens bonis operibus. Sequitur in textu post epistolam illam, Sed in omnibus illis abundantius laboraui. nullus enim apostolorum legitur in tot terris & prouinciis prædicasse, nec tot tribulationes in terra & in mari sustinuisse.

Resurget homo idē numero. Rich. iiii. Sen. dist. xliii. ar. i. quęst. iii.

Differētia inter conuersionem Pauli & aliorū apostolorum.

QVAESTIO CXXXI.

SVper verbis epistolæ domin. xj. post pente. quæ habentur j. ad Cor. xv. scilicet, Et quia sepultus est. oritur quæstio de sepultura Christi. vtrum conueniens fuit Christū sepeliri? Arguitur quòd non: nil circa Christum fieri debuit quod non esset nobis salutiferum: sed in nullo videtur ad salutem hominis pertinere quòd Christus fuit sepultus: ergo non fuit cōueniens Christum sepeliri. In oppositum: nihil Christus facere voluit quin fuisset conueniens facere: sed Christus fuit sepultus, igitur. Ad argumentum dicitur negando minorem: quia sicut mors efficienter operata est nostram salutem, ita & eius sepultura. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioan. de Tur. cre. in quæstionibus super Euangeliis. quòd cōueniēs fuit Christum sepeliri propter tria. Primò ad probādum veritatē mortis: non enim aliquis in sepulchro ponitur, nisi quādo iam de veritate mortis cōstat. Secūdo quia per hoc quòd Christus de sepulchro surrexit datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulchro. Ioan. v. Omnes qui in monumentis sunt audient vocē filij Dei, & qui audierint viuēt. Tertiò ad exemplum eorum qui per mortem Christi spiritualiter moriuntur peccatis: qui abscondentur à turbatione hominum.

Dominica duodecima post octa. pente. ij. Corint. xij.

Cogitare aliq̃d. Nullum bonũ pẽsare humani cordis cogitatio vel intellect⁹ potest nisi gratia spiritussancti curr nostrũ & intellectum, pri⁹ illustrãti: ergo priori motu ex nobis nil possum⁹: nisi gratia preueniẽte nos adiuuante: hoc vult magister Sent. quãdo agit de gratia Dei operãte, li. ij. di. xxvj. Parte j.

FRatres, [a] fiduciam talem habemus [b] per Christũ ad Deũ, [c] non quòd sufficientes simus cogitare † aliquid [d] à nobis quasi ex nobis: [e] sed sufficiẽtia nostra [f] ex Deo est. [g] Qui & idoneos nos fecit ministros [h] noui testamenti, [i] non litera [k] sed spiritu. [l] Litera enim occidit, [m] spiritus autem [n] viuificat. [o] Quòd si ministratio mortis [p] literis deformata in lapidibus, [q] fuit in gloria, [r] ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, [s] propter gloriam [t] vultus eius quæ euacuabatur: [v] quomodo nõ magis ministratio spiritus [x] erit in gloria? [y] Nam si ministratio dãnationis in gloria est, [z] multo magis [a] abundat ministerium iustitiæ in gloria.

POSTILLA.

FRatres, fiduciã talem habemus per Christum, &c. Ante initiũ illius epistolæ scribit S. Paul. dicens, Christi bonus odor sumus in his qui salui fiunt, & in eis qui pereũt & aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autẽ odor vitæ in vitã. Tunc sequitur prẽsens epistola in qua Apostolus ostendit confidendum esse in Deo, & hoc propter nostrũ defectum & diuinũ eius adiutoriũ, quod specialiter modò tempore gratiæ Deus paratus est nobis impendere: vnde dicit. a [Fiduciam talẽ habemus ad Deum.] scilicet qui est vnus in substantia & trinus in personis. b [Per Christũ.] id est ex merito passionis Christi, & per gratiam Christi possumus saluari. c [Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid.] sup. boni. d [A nobis quasi ex nobis.] quamuis enim omne bonum quod agimus sit à nobis vt causa secundaria: non tamen ex nobis vt causa primaria. Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere. e [Sed sufficientia nostra.] Gor. cogitandi, volendi & faciendi bonũ. f [Ex Deo est] vt patet Io. xv. Sine me nihil potestis facere. g [Qui & idoneos nos fecit ministros.] scilicet vita & scientia. h [Noui testamẽti] i. Euangelij. i [Non litera.] i. non existẽs in litera tantum: sicut lex Moysi, quia Euangelij parabolas nõ semper ad literam intelligimus. k [Sed spiritu] id est, ad sensum spiritualem. l [Litera enim occidit.] quia testamentum vetus cognitionem peccati dabat, non tamẽ gratiam. m [Spiritus autem.] spiritussanctus qui datur in sacramentis noui testamenti. n [Viuificat.] id est viuere facit. o [Quòd si ministratio mortis.] id est legis Mosaycæ mortem temporalem inferens transgressoribus. p [Literis deformata in lapidibus.] id est scripta in tabulis lapideis. q [Fuit in gloria] id est reuerentia. r [Ita vt nõ possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi.] Nota quòd Exod. xxxiij. dicitur quòd ex colloquio Dei in monte Sinai, facies Moysi fuit facta, quasi cornuta: non quòd fuissent realia cornua, sed quasi quidam radij procedentes sursum angulariter in figura cornuum: & dicitur ibidẽ quòd filij Israel non potuerunt intendere in faciẽ eius: & cùm deberet eis loqui oportebat quòd velamen apponeretur ante faciem eius: & hoc. s [Propter gloriã.] id est claritatem. t [Vultus eius quę eua.] quia illa gloria in Moyse non diu permansit, sed transiuit v [Quomodo non magis ministratio spiritus.] id est noui testamenti. x [Erit in gloria.] supple æterna. y [Nam si ministratio dãnationis] veteris legis quæ ideo dicitur ministratio dãnationis, eò ꝙ non poterãt ab ea saluari. z [In gloria est, multo magis ministeriũ iustitiæ. id est] legis euangelicæ. a [Abundat in gloria.] id est perducit ad gloriam.

Quomodo capitur gloria.

QVAESTIO CXXXII.

SVper verbis episto. xij. dominicæ post octa. pente. quę habentur ij. ad Corin. iij. scilicet, Litera occidit. per quæ verba notatur quòd in veteri testamento non conferebatur gratia. oritur quæstio de sacramentis, vtrum sacramẽta veteris legis erant rationabilia? Arguitur ꝙ non: nil est rationabile quod pertinet ad leuitatem: sed comedere festinanter ad leuitatem pertinet: ergo irrationabile fuit illud quod pręceptũ est Exo. ij. scilicet quòd agnum paschalẽ comederent festinanter. In oppositũ: omne factum in sapientia est rationabile, sed Deus omnia illa sacramenta instituit in sapiẽtia. Igitur. Ad arg. dicitur quòd illud rationabili causa fuit institutum: fuit enim institutum contra peccatum idololatriæ quod filij Israel commiserãt in adoratione vituli: & ideo ad significãdum esse immundũ quicquid pertinet ad idololatriam ex quacunq; parte, fuit institutũ, scilicet vt sacerdotes essent sub onere legis. Ad quæstionem respondendũ est secundum Rich. iiij. Sen. dist. j. ar. iij. quęst. ij quòd aliquod factũ dici potest dupliciter rationabile: vno modo, quia est de naturali dictamine rectæ rationis, sicut pręcepta legis naturæ & conclusiones quæ sequuntur ex eis: & sic non omnia sacramẽta veteris legis fuerunt rationabilia: quia non omnia fuerũt de dictamine legis naturæ: alio modo quia nihil continet rationi contrariũ & ex rationabili causa & modo debito pro tẽpore est institutum & factũ: & sic omnia sacramenta veteris legis fuerunt rationabilia.

Sacramẽtũ est sacræ rei signũ. Mag. iiij. Sent. dist. j.

Dominica xiij. post octauam pent. ad Galat. iij. c.

Promissiones. Dominus Deus promisit Abrahæ, ꝓpter obedientiã & sui humilitatem ac fidem charitatẽque cum spe, quando ꝓpriũ filiũ sacrificare voluit, ꝙ semen suũ multiplicaret, in quo est salus omniũ gentiũ & benedictũ hoc est Christus: vnde Geñ. xxij. Dominus Abrahæ ꝑ angelum suũ dicit, Multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cæli, & velut arenã quę est in littore maris, possidebit semen tuũ portas inimicorum suorum & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes.

FRatres, [a] Abrahæ dictæ [b] sunt †promissiones, [c] & semini eius. [d] Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, [e] Et semini tuo qui est Christus. [f] hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, [g] quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, [h] non irritum facit ad euacuandum promissionem. [i] Nam si ex lege hereditas [k] iam non ex promissione. [l] Abrahæ autem per repromissioné donauit deus. [m] Quid igitur lex? [n] Propter transgressiones posita est, [o] donec veniret semen [p] cui [q] promiserat: [r] ordinata per angelos [s] in manu mediatoris. [t] Mediator autem vnius non est, [v] Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? [x] Absit. [y] Si enim data esset lex quæ posset viuificare, [z] verè ex lege esset iustitia. [a] Sed conclusit scriptura [b] omnia sub peccato, [c] vt promissio [d] ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

POSTILLA.

FRatres, Abrahę dictæ sunt promissiones &c. Ante initiũ illius epistolæ scribit S. Paulus, dicẽs, Scriptũ est Gen. x. Credidit Abrahã Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Tunc sequitur præsens epistola, Abrahæ dictæ sunt promissiones &c. vbi notãdum ꝙ Galatæ gentiles fuerũt Græci: & per apostolum Paulũ ad fidem Christi cõuersi sunt. Et recedẽte ab eis Apostolo per pseudo apostolos fuerunt seducti & decepti, ita quòd obseruatione legalium veteris testamenti vterẽtur. quasi per fidem Christi absque legalium obseruatione saluari non possent: quod falsum est, quos apostolus ad veram fidem reuocat in epistola hodierna. a [Fratres, Abrahæ dictæ sunt.] supple à Deo. b [Promissiones.] æternæ. c [Et semini eius.] scilicet Christo, per eum promittebatur danda benedictio: vt patet Gen. xxij. In semine tuo benedicentur omnes gentes. d [Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno.] s. semine. e [Et semini tuo qui est Christus.] Vin. ista promissio Abrahę impleta fuit, quãdo Christus ex Maria virgine natus fuit, & post Christi aduentũ cessauit lex in cæremoniis & figuris. f [Hoc autẽ dico testamentum confirmatum à deo.] id est, promissiones illæ per modum testamenti sunt confirmatæ à Deo cum iuramento diuino: vt patet Gen. xxij. Per memetipsum iuraui, dicit dominus &c. Vin. Testamentum dicitur scriptura authẽtica voluntate testatoris & testium roborata: & quia promissio illa fuit iuramento Dei firmata: ideò benè dicitur testamentum. g [Quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex.] ideò sic construenda est, Lex quæ post quadringẽtos & triginta annos facta est, i. data in mõte Sinai à promissione Abrahæ ipsi Moysi, & per tãtum tempus fuerunt filij Israei in Ægypto: vt habetur Exo. xij. Illis annis expletis eadem die egressus est omnis exercitus. Cõputantur autem hi anni à promissione facta Abrahæ vsque ad dationem legis. h [Non irritum facit ad euacuandum promissionem.] Lyra. id est non euacuat promissionem Abrahæ factã quasi irritã, quod tamẽ faceret, si daretur hæreditas & benedictio ex lege. i [Nam si ex lege hæreditas.] i. beatitudo æterna. k [Iam non ex promissione] & ita euacuaretur & frustraretur promissio facta Abrahæ: quod autem non est sic, probat dicens, l [Abrahæ autẽ per repromissionem donauit deus.] supple beatitudinem & gloriam & benedictionem, non propter legem, sed propter promissionem, hoc est propter fidem Christi sæpe promissi: quia Abraham hoc credidit quod Deus sibi promisit: & sic patet quòd omnes Antiqui, qui iustificati sunt, ex ipsa fide Christi iustificati sunt, & non propter opera legis. Nam ipsi crediderunt hoc futurum, quod nos credimus præteritum: & ideo iustificati sunt, & non propter legem: quia Abraham iustificatus est & legem non habuit: quia multo tempore ante legem vixit. Vnde Bernar. dicit, Multi ante saluatoris aduentum Deum omnipotentem timentes & diligentes, suæ salutis gratissimum promissorem credentes, in promissione fidelium sperantes certissimum redemptorem in hac fide & expectatione saluati sunt. vnde Aug. Nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam: nisi per fidem domini nostri Iesu Christi. m [Quid igitur lex.] Lyr. id est, Ad quid fuit vtilis, quasi dicat, Quia ergo lex nõ iustificauit, sed sola fides: quare ergo posita est & data? Ad hoc respondetur quod tamen non inutiliter data est. n [Propter transgressiones posita est.] id est propter punitiones peccatorum: quia in lege determinantur graues pœnæ pro determinatis vitiis, quarum terrore cohibeantur homines à peccatis. o [Donec veniret semen.] id est Christus. p [Cui.] id est de quo. q [Promiserat] vt patet Gene. xxij. In semine tuo benedicentur omnes gentes. r [Ordinata per angelos.] id est ministerio angelorum. Lyra. Lex enim fuit data immediatè à Deo, sed per angelum qui loquebatur Moysi in mon-

te Sinai. s [In manu mediatoris.] id est in potestate Christi: vt scilicet duraret quantum vellet: quia venit in mundum, quando sibi placuit non statim post hominis casum. t [Mediator autem vnius non est] sed duorũ extremorum. quæ coniungit. v [Deus vnus est.] scilicet Christus qui est vnus cum patre & spiritu sancto, & hoc est secundùm diuinam naturã. Et est etiam mediator Dei & hominum reconciliãs homines Deo patri & hoc secundùm humanã naturam. x [Lex ergo aduersus promissa Dei? absit.] Vinc. quasi dicat, Nullo modo lex fuit contra promissa Dei, quamuis promissio fuit perfectior quàm lex. y [Si enim data esset lex quæ posset viuificare.] id est vitam æternam conferre. z [Verè ex lege esset iustitia.] non ex promissione Abrahæ. a [Sed concludit scriptura.] id est lex moysi, quæ est lex scripta. b [Omnia sub peccato.] Ly. inquantum ostendebat peccatum, nec tamen mundabat. c [Vt promissio.] æternæ beatitudinis. d [Ex fide Iesu Christi daretur credentibus.] Lyra. fide formata, quæ faciet tendere in Deum.

QVAESTIO CXXXIII.

SVper verbis epistolę dominicæ decimæ tertiæ post octauas pentecostes quæ habentur ad Galatas tertio, scilicet, si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. oritur quæstio de efficacia sacramentorum veteris legis. Vtrum in susceptione sacramentorum veteris legis conferebatur gratia? Arguitur quòd sic: vana est medicina quæ non confert sanitatem: sed Deus nõ instituit animæ vanam medicinam, cùm ergo instituerit veteris legis sacramenta tanquã animæ medicinas, sanitatem animæ cõferebãt, quæ sine gratia esse non potest. In oppositum, ad Romanos tertio, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, sed sacramenta erant quædã opera legis: ergo in susceptione illorũ sacramentorũ iustificans gratia nõ conferebatur. Ad argumentum dicitur quòd sacramenta veteris legis, nõ erãt instituta tanquam medicinæ sanitatẽ efficientes, sed tanquam suscipientes à remotis, aliquo modo ad sanitatem disponentes, inquantum figurabant Christum & eius passionem, cujus fides est medicina vtilis contra omnia generis humani peccata. Ad quæstionẽ respondẽdum est secundùm Richar. de Media Vil. vbi supra quæstione tertia per duas propositiones, prima est, Illi qui ex fide & charitate exercitabãt se in vsu eorum sacramentorum, merebantur, qui exercitus valebat ad charitatis augmentum: tamẽ se exercitantes in vsu eorum propter honorem diuinum charitatem non habebant, per tale tamẽ exercitium se de congruo in susceptione charitatis disponebant. secunda propositio, Ex vi sacramentorum nouæ legis nullam gratiam illa sacramenta accipientes suscipiebãt, quia non ad gratiam conferendam instituta erant, sed præfigurandam.

Dominica xiiij. post octa. pente. ad Gal. v.

FRatres, [a] Spiritu ambulate, [b] & desyderia carnis [c] non perficietis. [d] Caro [e] enim concupiscit aduersus spiritum, [e] spiritus autem [f] aduersus carnem. Hæc enim sibiinuicem aduersantur, [g] vt nõ quæcunq; vultis [h] illa faciatis. [i] Quòd si spiritu ducimini [k] non estis sub lege: [l] manifesta sunt aũt opera carnis, [m] quæ sunt fornicatio, [n] immũditia, [o] impudicitia, [p] luxuria, auaritia, [q] quod est idolorũ seruitus. [r] Veneficia [s] inimicitiæ, [t] contentiones [v] æmulationes, [x] iræ rixę, [y] dissẽtiones, [z] sectæ, [a] inuidiæ, [b] homicida, [c] ebrietates, [d] comessationes, [e] & his similia. [f] Quæ prædico vobis, [g] sicut prædixi: [h] qm̃ qui talia agunt, [i] regnum Dei non consequentur. [k] Fructus autem spiritus est [l] charitas, [m] gaudium, [n] pax, [o] patientia, [p] longanimitas, [q] bonitas, [r] benignitas, [s] mansuetudo, [t] fides, [v] modestia, [x] continentia, [y] castitas. [z] Aduersus huiusmodi [a] non est lex. [b] Qui autem sunt Christi, carnẽ suam [c] crucifixerunt [d] cũ vitiis & concupiscentiis.

Caro eñ concupi. Inter tria bellum cõtinuũ extat, s. inter carnẽ, i. sensualitatẽ: spiritum, i. animã, & mundum: caro lætari cupit, spiritus opera bona, mundus vero mala desyderat. Et hoc bellum fit p sensum externorũ oblectãtẽ voluptatẽ: vnde Isid. de Sũ. Bo. lib. ii. cap. xxvi. Neque aliunde peccamus nisi videndo, audiendo atque tãgendo.

POSTILLA.

FRatres, Spiritu ambulate & desyderia &c. Ante initiũ illi' epistolæ scribit S. Paulus, dicẽs, Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Tunc sequitur pręsens epistola. Vbi notandum φ epistola hodierna & euangeliũ hodiernũ in hoc cõcordant: quia sicut euangelium dicit de decẽ leprosis, qui sunt à Christo mundati, sic epistola enumerat opera carnis quæ lepram spiritualem, quę horribilior est lepra corporali, inducunt. Hortatur aũt nos Apostolus in hac epistola, vt cautè ambulemus, dicens. a [Spiritu ambulate] Vincen. id est secundùm spiritum opera vestra facite. b [Et desyderia carnis,] id est delectationes & concupiscentias quæ caro suggerit c [Non perficietis, id est opere non implebitis. d [Caro enim concupiscit aduersus spiritum.] Ly. id

est sensualitas contra rationem. e [Spiritus autem.]sup.econuersò. f [Aduersus carnem.] Hæc enim sibiinuicem aduersantur, scilicet caro & spiritus. Caro enim natione terrestris, spiritus autem cælestis,& dum vnumquodque ad patriam suam tendit, fit pugna vehemens in tantum. g [Vt non quæcunque vultis]secundùm rationem. h [Illa faciatis] impediti motu sensualitatis. i [Quod si spiritu ducimini.] Lyra. sequentes instinctum spiritussancti. k [Non estis sub lege]Gorra. quæ male agentibus posita est, vt puniantur pro excessibus suis. l [Manifesta sunt autem opera carnis.] quia sunt sensibilia. m [Quæ sunt fornicatio.]Lyra quantum ad concubitum soluti cum soluta. n [Immunditia.]Gor.id est peccatum contra naturam, quod est innominabile. o [Impudicitia.] Hæc est in gestibus vel actibus vel osculis vel aliis circunstantiis illicitis. p [Luxuria.] est nomen generale ad vitium illud. q [Quod est idolorum seruitus.] Lyra. vt patet de Salomone tertio Regum vndecimo, qui ex ardore libidinis cum mulieribus alienigenis, motus fuit ad sequendum deos earum. r [Veneficia,] Lyra. id est sortilegia, quæ ratione libidinis solent fieri. s [Inimicitiæ.]Licet latentes animo. t [Contentiones] in verbis clamosis. v [Æmulationes]in factis. x [Iræ, rixæ] in effectu nocendi: vt quando inuicem percutiunt vel lædunt. y [Dissentiones.]id est quando partes fieri incipiunt & schismata. z [Sectæ] id est hæreses. a [Inuidiæ] in animo. b [Homicida.] scilicet facto. c [Ebrietates.] Gor. id est assiduæ potationes. quò ad superfluitatem in potu. d [Comessationes.] superfluæ, quò ad cibum. e [Et his similia.] ad quæ caro est prona, sicut vestimentorum & lectorum mollities & balneorũ, & sic de aliis. f [Quæ prædico vobis,]scilicet antequam veniat dies iudicij:quia tunc pœnitere non poteritis. g [Sicut prædixi vobis.]Ante hanc epistolam. h [Quoniam qui talia agunt,] id est aliquid horum. i [Regnum Dei non consequentur.] Vinc. ex hoc sequitur quòd illa peccata iã enumerata in litera, sunt peccata mortalia:quia nihil separat à Deo nisi mortale peccatum. post hoc describit vitam spiritualem dicens. k [Fructus autem spiritus.] id est opera spiritussancti. l [Est charitas.] sine qua ea quæ sequuntur non valent: ideo præponitur. m [Gaudium] id est puritas conscientiæ & exultatio mentis, & hæc est digna lætitia. n [Pax.]id est concordia ad proximum, quando se non inquietant & turbant. o [Patientia.] scilicet in tolerantia aduersitatum. p [Longanimitas.] scilicet in expectatione præmiorum. q [Bonitas.] id est dulcedo animi interior. r [Benignitas.] id est largitas rerũ, ostendens bonitatẽ animi extra per opera. s [Mansuetudo.]quod est tractabilis & conuersatiuus cum aliis. t [Fides.] id est certitudo de inuisibilibus, vt credat omnia credẽda, & non alia. v [Modestia.]vt homo seruet modum in dictis, in factis & in omnibus agendis. x [Continentia.] vt homo etiam aliquando à licito se abstineat propter Deum. y [Castitas]vt rectè vtatur licitis, vt vxore & huiusmodi. z [Aduersus huiusmodi,]scilicet opera. a [Non est lex.] quia iusto non est lex posita sed malis imposita est lex, vt iniquitas eorum per pœnas legis puniatur: sed bonis imposita est crux Christi. Ergo dicit. b [Qui autem sunt Christi,]id est boni imitatores. c [Carnem suam crucifixerunt.] id est Christo crucifixo se conformauerunt, affligendo carnem suam. d [Cum vitiis & concupiscentiis.] Ly. ita quòd concupiscentiæ & vitia mortua sunt in eis.

Fornicatio est peccatũ mortale.

QVAESTIO CXXXIIII.

SVper verbis epistolæ dominicæ decimæquartæ post octauas pentecostes, quæ habentur ad Galatas sexto, Desyderia carnis non perficietis, quæ sunt ebrietates & comessationes. oritur quæstio de ebrietate. Vtrum ebrietas sit peccatum mortale? Arguitur quòd non: omne peccatum est voluntarium, sed nullus vult esse ebrius, quia nullus vult priuari vsu rationis:ergo ebrietas non est peccatum. In oppositum ad Romanos decimotertio, Non in comessationibus & ebrietatibus. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd obiectio illa procedit de defectu consequenti, qui est inuoluntarius: sed immoderatus vsus vini est voluntarius, in quo consistit ratio peccati. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam, secunda secundę, quæstio cl. quòd culpa ebrietatis est in inordinato vsu & concupiscentia vini: ideo dicitur secundùm Thomam, ibidem quòd ebrietas dupliciter potest accipi. Vno modo prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit vt non sit compos rationis:& secundùm hoc ebrietas non nominat culpam, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum quo quis in hunc defectũ incidit, qui potest causare ebrietatem dupliciter. Vno modo ex nimia vini fortitudine præter opinionẽ bibentis:& sic ebrietas potest accidere sine peccato præcipuè, si non ex negligentia hominis cõtingat. Alio modo ex inordinata concupiscentia & vsu vini, & sic ebrietas potest esse peccatum, & continetur sub gula, sicut species sub genere: diuiditur enim gula in comessationem & ebrietatem, quę prohibet Apostolus.

Dominica decimaquinta post octauam pentecostes. ad Galat. sexto.

Inanis gloriæ cupidi. Nil tã fugiẽdum homini sapienti quã vana gloria perquã multi reges & homines prępotẽtes ac ciuitates munitę perierunt: vt Christus ait de quodam diuite qui in diuitiis suis gloriabaſ. Luc. xii. anima habẽs multa bona posita in annos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit illi Deus, stulte hac nocte dęmones petent animam tuam à te. Sic & de rege Babylonis se in ciuitate sua gloriãtis quã dominus per Angelum suum vna nocte subuertit.

FRatres, [a] si spiritu viuimus, [b] spiritu & ambulemus. [c] Nõ efficiamur inanis[†] gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, [d] inuicẽ inuidentes. [e] Fratres & si pręoccupatus fuerit homo [f] in aliquo delicto, [g] vos qui spirituales estis, [h] huiusmodi instruite [i] in spiritu lenitatis, [k] cõsyderans teipsum, [l] ne & tu tẽteris: [m] Alter alterius onera portate, [n] & sic adimplebitis legem Christi. [o] Nam si quis existimat se aliquid esse, [p] cùm nihil sit, [q] ipse se seducit. [r] Opus autem suum probet vnusquisque, [s] & sic in semetipso tantum [t] gloriam habebit, & non in altero. [v] Vnusquisque enim onus suum portabit. [x] Communicet [y] autẽ is [z] qui catechizatur [a] verbo, [b] ei qui [c] se catechizat [d] in omnibus bonis. [e] Nolite errare. [f] Deus non irridetur. [g] Quę enim seminauerit homo, [h] hęc & metet. [i] Quoniam qui seminat in carne sua, [k] de carne & metet corruptionem. [l] Qui autem seminat in spiritu, [m] de spiritu [n] metet vitam æternam. [o] Bonum autem facientes non deficiemus. [p] Tempore enim suo metemus, non deficientes. [q] Ergo dum tempus habemus [r] operemur bonum ad omnes, [s] maximè autem ad domesticos fidei.

POSTILLA.

FRatres, si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, &c.] Ante initium illius epistolæ scribit S. Paulus, dicẽs, Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiscentiis. Tunc sequitur epistola præsens, quæ cum Euangelio hodier. concordari potest hoc modo: In Euãgelio dicitur, Nemo potest duobus dominis seruire. Duo domini sunt caro & spiritus. In epistola verò dicitur qualiter spiritu sit ambulandum, & non secundùm carnem. Item in Euangelio prohibetur sollicitudo vitę præsentis. In epistola hortatur ad opera spiritus viuificantis. Vnde Apostolus dicit, a [Fratres, si spiritu viuimus.] i. per spiritum sanctum. b [Spiritu & ambulemus] sequendo instinctũ spiritussancti in operibus nostris, vel dictamen rectæ rationis. Et quia bonum opus prout frequenter est occasio vanæ gloriæ, ideo subditur. c [Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes.] Ly. verbis iniuriosis. d [Inuicem inuidentes] de bonis proximorum dolentes. Post hoc Apostolus inducit nos ad mutuam supportationẽ, dicens. d [Fratres, & si præoccupatus fuerit.] Lyra. per aliquam passionem insurgẽtem vel per aliquã ignorantiam. f [In aliquo delicto.] Vbi sciendũ quòd peccatum est perpetratio mali & desertio boni. g [Vos qui spirituales estis.] id est, perfectiores in vita & scientia. h [Huiusmodi instruite.] id est ad bonum reducite. i [In spiritu lenitatis.] id est rationabiliter & leniter nõ impetu furoris. k [Consyderans teipsum.] id est fragilitatem propriam. l [Ne & tu tenteris.] id est in simile peccatum cadere permittaris, sicut Petrus cadere permissus est, vt sciret compati casibus subditorũ. m [Alter alterius onera portate.] id est infirmitates mutuas & labores, subueniendo mutuo. n [Et sic adimplebitis legem Christi.] quæ est lex charitatis. Gorr. Lex enim Moysi fuit lex terroris, & lex Christi lex amoris. Vnde Aug. Breuis differentia legis & Euangelij, timor & amor. o [Nam si quis existimat se aliquid esse.] id est magnum quid de se sentiens in superbia. p [Cùm nihil sit.] de se nisi vanitas & peccatum est: vt patet, j. Corint. iiij. Quid habes quod non accepisti? q [Ipse se seducit.] id est seorsum à veritate se ducit: quia per hoc in cõtemptũ fratris, & alia peccata cadit. Ideo subditur. r [Opus autem suum probet vnusquisque.] id est diligenter examinet. s [Et sic in semetipso tantum.] in testimonium propriæ conscientiæ. t [Gloriam habebit, & non in altero.] id est in falsa laude alterius, cui non est credendum. v [Vnusquisque enim onus suum portabit.] id est mercedem boni vel mali operis. x [Communicet.] Lyra. scilicet prælato & doctori. y [Autẽ is.] id est ille. z [Qui catechizatur.] id est instruitur. a [Verbo.] scilicet doctrinæ. b [Et qui se.] id est qui eum. c [Catechizat.] id est instruit. d [In omnibus bonis] quæ dicit & docet, non in malis quę facit: vt patet Mat. xxiij. Quæ dicunt facite, secundùm verò opera eorum nolite facere. e [Nolite errare.] scilicet credendo quòd possitis eis conformari in malis & illicitis, sicut dicunt quidam. Quare non faciam hoc, ex quo sacerdos meus facit? f [Deus non irridetur] Gorra, id est non potest falli. g [Quæ enim seminauerit homo.] in præsentis vitæ labore. h [Hæc & metet.] id est in futura retributione. i [Quoniam qui seminat in carne sua.] scilicet fouendo vitia carnalia. k [De carne & metet corruptionem.] scilicet pœnæ æternæ. l [Qui autem seminat in spiritu.] s. spiritualibus operibus. m [De spiritu.] id est, virtute spiritussancti. n [Metet vitam æternam] pro præmio. o [Bonum autem facientes non deficiamus.] scilicet à bono inchoato. p [Tempore enim suo metemus non deficientes.] quia merces erit æterna. q [Ergo dum tempus habemus.] scilicet merendi quod breue est. r [Operemur bonum ad omnes.] sci-

licet generaliter. s [Maximè autem ad domesticos fidei] Gorra. id est ad Christianos fideles: qui domestici dicuntur, quia nobiscū sunt de familia eiusdem domus, scilicet ecclesiæ quæ est domus Dei.

QVAESTIO CXXXV.

SVper verbis epistolæ domin. xv. post octa. pent. quæ habentur ad Gal. vj. c. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. oritur quæstio de inani gloria. Vtrum inanis gloria sit peccatum mortale? Arguitur quòd nō: honor videtur esse principalius quā gloria, quæ est eius effectus: sed ambitio quæ est inordinatus appetitus honoris, non est vitium capitale: ergo neque appetitus inanis gloriæ. In oppositū Greg. xxxiij. Moralium numerat inanem gloriam inter septē vitia capitalia. Igitur. Ad arg. dicitur quòd laus & honor comparantur ad gloriam, sicut causæ ex quibus sequitur gloria: vnde gloria comparatur ad ea, sicut finis, propter hoc enim aliquis amat honorari & laudari, inquantū per hoc aliquis existimat se in aliorum notitia fore præclarū. Ad quæstionem respondendū est secundū Tho. ij ij. q. cxxxij. per vnā conclusionem, Sicut per gloriam quę est apud Deū, consequitur homo excellentiam in rebus diuinis. ita etiam per gloriam honoris, cōsequitur homo excellentiā in rebus humanis: ideo propter propinquitatem ad excellentiam quam homines maximè desyderāt, cōsequens est quòd sit multum appetibilis: & quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriūtur: ideo inanis gloria est peccatū mortale. Ait enim magister Io. Cyder. in lib. de Præceptis, Quandocunq; ordinatur inanis gloria in aliud peccatum mortale tanquam in finem, est peccatum mortale: vt cùm quis vult videri doctus, vt alij sibi credāt, & sic eos perducat in perfidiam: & cùm quis se laudat de fidelitate, vt eum existiment probū, & sic possit eos damnificare in rebus per furtum, vt cùm quis vult videri diues & nobilis, vt mulierem possit allicere in suum amorem, & sic de similibus.

Dominica xvj. post octa. penteco. Ephe. iij. cap.

FRatres, [a] obsecro vos, ne deficiatis [b] in tribulationibus † meis [c] pro vobis, [d] quæ [e] est gloria vestra. [f] Huius rei gratia [g] flecto genua mea [h] ad patrē Domini nostri Iesu Christi, [i] ex quo omnis paternitas [k] in cęlis [l] & in terra [m] nominatur, vt det vobis secundū diuitias gloriæ [n] suæ virtutem, [o] corroborari per spiritū eius [p] in interiori homine, Christū [q] habitare per fidem in cordibus vestris, [r] ī charitate radicati & [s] fundati, [t] vt possitis comprehēdere, [v] cum omnibus sanctis, [x] quæ sit [y] latitudo, [z] lōgitudo, [a] sublimitas, & [b] profundū. [c] Scire [d] etiam supereminentē scientiæ charitatē Christi, [e] vt impleamini in omnem plenitudinē Dei. [f] Ei autem [g] qui potens est omnia facere: [h] aut superabundanter [i] quàm petimus, [k] aut intelligimus [l] secundùm virtutē [m] quæ operatur in nobis: [n] ipsi [o] gloria in ecclesia [p] & in Christo Iesu, [q] in omnes generationes seculi seculorum, Amen.

† Tribulationibus meis. In tribulationibus & huius mūdi angustiis perficitur anima nostra. Si quis in his deficit & nō [...]

[q] cōstanter pmaneat, in vanum laborat. & laborū priorū merita pdit, Christo Saluator Mat. xxiiii. Qui autē perseuerauerit vsque in finē saluus erit.

POSTILLA.

FRatres, obsecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹, &c. Ante initiū illius epistolę scribit S. Paulus dicens ipsis Ephe. Vos qui aliquādo eratis lōge, facti estis propè in sanguinem Christi. Tunc sequitur præsens epistola, in qua Apostolus docet nos qualiter non solùm in prosperitatibus: sed etiam in tribulationibus à bono deficere & retrocedere non debemus, dicens. a [Fratres obsecro vos ne deficiatis.] Vinc. scilicet in fide & bonis operibus: scilicet me existente. b [In tribulationibus meis.] in vinculis & in carceribus. c [Pro vobis.] id est pro doctrina & fide quam vobis prædicaui. d [Quæ.] scilicet fides. e [Est gloria vestra.] id est meritum gloriæ æternæ. f [Huius rei gratia.] id est propter hāc causam scilicet vt non deficiatis in fide & sanctitate vitæ. g [Flecto genua mea.] scilicet cordis & corporis. h [Ad patrem domini nostri Iesu Christi.] Lyra. id est ipsum deuote deprecando. i [Ex quo omnis paternitas.] id est tanquam ab auctore. k [In cælis.] id est in cælestibus angelis. l [Et in terra.] id in terrestribus hominibus. m [Nominatur vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ.] id est secundū abundantiam bonitatis suæ. n [Virtutem.] Lyra. patientiæ in aduersis. o [Corroborari per spiritum eius.] id est spiritū sanctum. p [In interiori homine.] scilicet in voluntate & intellectu. q [Christum habitare per fidem in cordibus vestris.] quo purificat habitaculum patris vestri. r [In charitate radicati.] scilicet quemadmodum arbor, quæ quāto profundius figit radices in terra tātò minus euelli potest. s [Et fundati.] ad similitudinem stabilis ædificij. Quia quanto plus & melius domus fundatur, tanto diutius stat. t [Vt possitis comprehendere.] i. perfectè intelligere. v [Cum omnibus sanctis.] scilicet apostolis, martyrib⁹

cõfessoribus, & virginibus, & cum perfectis fidelibus. x [Quæ sit.] Gor. id est quãta debeat esse. y [Latitudo.] charitatis: quia in extensione vsque ad inimicos: vt patet Matt. v. Diligite inimicos vestros. z [Longitudo] scilicet charitatis: quia in perseuerãtia meritorum, vt patet Matth. x. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. a [Sublimitas] scilicet charitatis, quia in intentione cælestium præmiorum. vnde Col. iij. quæ sursum sunt quærite. b [Et profundũ.] scilicet charitatis, quia in humilitate & considleratione iudiciorum Dei. vnde psal. xxxv. Iudicia Dei abyssus multa. Itẽ oro vt possitis. c [Scire.] id est intelligere. d [Etiam supereminentẽ charitatem Christi.] quia animam suam pro nobis posuit: vt patet Ioan. xiiij. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. e [Vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei.] Vinc. id est in omni fructu iustitiæ in præsenti, & tandem omni fructu gloriæ in futuro. f [Ei autem.] id est Deo patri. g [Qui potens est omnia facere.] id est omnipotens est. h [Superabundanter.] Gorra. id est supra meritum vt patet Roman. viij. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam. i [Quam petimus.] id est priusquàm petere sciamus vel præsumamus. k [Aut intelligimus.] id est plusquam intelligere possumus. Ratio quia nostra intellectio semper est finita, sed suum posse est infinitum. Igitur. l [Secundùm virtutem.] scilicet diuinam. m [Quæ operatur in nobis.] Gorra vltrà quam petere præsumeremus, scilicet vt Deus homo fieret, & quòd pro nobis moreretur. n [Ipsi] Deo patri sit. o [Gloria in ecclesia.] Vinc. quam in sanguine filij sui lauit. p [Et in Christo Iesu.] id est in eius filio. q [In omnes generationes seculi seculorum.] id est in tota congregatione mundi: vbi vna generatio præterit, & altera aduenit. Et sic quodammodò succedunt secula seculis.

Inimici sunt diligẽdi quantũ ad naturã, nõ quãtũ ad culpam Tho. ii. ii. quæ. xxv.

QVAESTIO CXXVI.

Super verbis epistolæ domi. xvj. post octa. pente. quæ habentur ad Ephe. iij. scilicet, In charitate radicati & fundati. oritur quæstio de charitate, vtrum charitas in hac vita possit esse perfecta. Arguitur quòd non: illud quod iam perfectum est, non potest vlterius crescere: sed charitas in hac vita semper potest augeri, ergo charitas in hac vita non potest esse perfecta. In oppositũ Augustinus ait, Charitas cùm fuerit roborata perficitur, cùm autẽ ad perfectionem venerit, ait, Cupio dissolui & esse cum Christo: sed hoc possibile est in hac vita, vt in Paulo fuit: ergo charitas in hac vita potest esse perfecta. Ad argumentũ dicitur quòd perfecti etiam in charitate proficiũt: sed non est hoc à principali eorum cura: sed iam eorum studium circa hoc maximè versatur vt deo inhæreãt. Ad quęstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxiiij. quòd perfectio charitatis potest intelligi dupliciter: vno modo ex parte diligibilis, alio modo ex parte diligentis. ex parte quidem diligibilis perfecta est charitas, vt diligatur aliquid inquantum diligibile est, Deus autem tantum diligibilis est, quantum bonus: bonitas autem eius est infinita, vnde infinitè diligibilis: nulla autem creatura potest eum diligere infinitè, cùm quælibet virtus creata sit finita. vnde per hunc modum nullius creaturæ charitas potest esse perfecta, sed solum charitas dei, qua seipsum diligit. Ex parte verò diligentis charitas est perfecta, quando diligit tantum quantum potest, ita quod habitualiter totum cor suum ponat in deo: ita quòd nihil cogitet & velit quod diuinæ dilectioni sit cõtrarium: & hæc perfectio est communis omnibus charitatem habentibus. Dicitur habitualiter: quia totum cor hominis in hac vita existentis non semper fertur in deũ: sed istorum qui sunt in gloria, mẽs actualiter semper in Deũ fertur.

Dominica xvij. post octa. pentec. Ephe. iiij. cap.

FRatres, [a] obsecro vos itaque [b] ego [c] vinctus [d] in domino [e] vt dignè ambuletis, [f] vocatione qua vocati estis†, [g] cum omni humilitate [h] & mãsuetudine: [i] cum patientia [k] supportãtes [l] inuicem, [m] in charitate. [n] Solliciti [o] seruare vnitatem spiritus [p] in vinculo pacis. [q] Vnũ corpus [r] & vnus spiritus [s] sicut vocati estis in vna spe [t] vocationis vestræ. [v] Vnus dominus, [x] vna fides, [y] vnum baptisma. [z] Vnus Deus & pater omnium [a] qui est super omnes [b] & per omnia [c] & in omnibus nobis. [d] Qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Vocatione qua vocati estis. Vnusquisque verus Christicola sue sit in ecclesia Dei vel in seculo & statu, & gradu & cõditione manere debet qbus vocat' est & in eo in Domino proficere. Saluator Iesu, Vocatiõe qua vocati estis, in eadẽ manete.

POSTILLA.

FRatres, obsecro vos itaque ego vinctus in domino, &c. Ante initium illius epistolæ scribit S. Paulus dicẽs, Deus qui potẽs est omnia facere superabundãter quod petimus, aut intelligimus secundum virtutẽ quæ operatur in nobis. Tũc sequitur præsens epistola. Notandũ ꝙ præsens epistola & Euangeliũ concordant in hoc, quia Euangelium dicit de Hydropico, quem dominus Iesus Christus curauit, & post hoc superbiã Pharisæorum increpando cõcludit dicens, qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat, hum, &c. Sic Apostolus Paulus in epistola hodierna. docet nos humilitatem, patientiam & mansuetudinem: sicut in epistola patebit. ergo dicit.

a [Fratres obsecro vos itaque.] id est, peto, dans per hoc superbis non semper impetrandi potestatem & exercendi, sed piè admonẽdi: quia sicut Seneca dicit, generosus animus hominis, potius vult verborum dulcedine duci, quàm importunitate trahi, id est, facilius ducitur pia admonitione quàm violenter trahatur imperio & potestate. b [Ego.] s. Paulus. c [Vinctus.] id est ligatus in carcere, scripsit enim hanc epistolam de Roma detẽtus in carcere per Titum discipulum suum. d [In domino.] id est propter dominum. e [Vt dignè ambuletis.] procedendo de virtute in virtutem. f [Vocatione qua vocati estis.] s. ad fidem catholicam per prædicationes meas. g [Cum omni humilitate.] Ly. s. interiori, quantum ad conuersationem. h [Et mansuetudine.] vt tractabiles sitis. i [Cum patientia.] scilicet aduersorũ. k [Supportantes.] vos. l [Inuicem.] in defectibus & in infirmitatibus. m [In charitate.] scilicet Dei & proximi. n [Solliciti.] supple sitis, o [Seruare vnitatem spiritus.] id est vnitatem ecclesiæ, quam fecit spiritussanctus, & per oppositum eius schisma fecit diabolus. p [In vinculo pacis.] Sicut enim vinculum corporale vnit ligata inter seipsum, sic pax & tranquillitas seruat vnitatem credentium. q [Vnum corpus.] supple sitis, quod est corpus Christi mysticum. Ergo debemus esse in charitate, sicut membra corporis. r [Et vnus spiritus.] Vn. i. idẽ nolle & velle. s [Sicut vocati estis in spe.] s. beatitudinis æternæ. t [Vocationis vestræ] Ad fidem catholicam, per quam habetis vitam æternam. v [Vnus dominus.] scilicet in seruitiis. x [Vna fides.] quia licet articuli sint multi in fide catholica tamen vna est fides. y [Vnũ baptisma.] Vnc. quo regeneramur. z [Vnus Deus & pater omnium.] scilicet per creationem: & ideo nemo potest se alteri præferre. a [Qui est super omnes.] scilicet creaturas per excellentiam. b [Et per omnia.] per generalem rerum gubernationem. c [Et in omnibus nobis] scilicet fidelibus spiritualiter per gratiam. d [Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.]

QVAESTIO CXXXVII.

SVper verbis epistolæ xviij. domin. post oct. pentec. quæ habentur ad Ephes. iiij. s. Dignè ambuletis, vocatione qua vocati estis, cum humilitate. oritur quæstio de humilitate: vtrum humilitas sit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus opponitur alij virtuti, sed humilitas videtur opponi virtuti magnanimitatis, quæ tendit in magna, humilitas autem ipsa refugit, ergo humilitas non est virtus. In oppositum, Origenes dicit exponẽs illud scilicet, Respexit humilitatem ancillæ suæ, Humilitas propriè in scripturis vna de virtutibus prædicatur: ait enim saluator, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Igitur. Ad argumẽtum dicitur, quòd humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna præter rationem rectam: magnanimitas autem quòd animum ad magna impellit secundùm rationẽ rectam: vnde patet quòd magnanimitas non opponitur humilitati, sed in hoc cõueniunt quòd vtraque est secundùm rationem rectam. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij. ij. q. clxj. arti. j. per istam conclusionem, Circa appetitum boni ardui est necessaria duplex virtus: vna quæ temperet & refrenet animum ne immoderatè tendat in excelsa, & hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia verò quæ firmat animum contra desperationem & impellit ipsum ad prosecutionem magnorum secundùm rationem rectã, & hæc est magnanimitas: ideò patet quòd humilitas est virtus. De humilitate quidem loquendo dico quòd triplex est humilitas. vna dicitur vitiosa quæ reperitur in hypocritis, qui fingunt humilitatem vt bonum consequantur & honorentur: hæc etiam reperitur in prælatis mollibus erga subditos. alia est humilitas dolorosa, & hæc signat tribulationem, depressionem & damnationẽ. alia est humilitas virtuosa, ad quam tria requiruntur, scilicet sui annihilatio, prompta aliorum obtemperatio, donorum Dei quæ quis habet absconsio.

Feria iiij. quatuor temporum post festum sanctæ Crucis mensis Septembris, Lectio Amos prophetæ, vlt. cap.

HÆc dicit dominus Deus, [b] Ecce dies veniẽt, [c] & cõprehendet arator messorẽ, [d] & calcator vuę [e] mittentem semen. [f] Et stillabunt mõtes [g] dulcedinẽ, [h] † & omnes colles [i] culti erunt. [k] Et cõuertam captiuitatem populi Israel, [l] & ædificabunt ciuitates desertas, & habitabunt in eis. Et plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedẽt fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra de terra quam dedi eis, dicit dominus omnipotens.

† Stillabunt mõtes dulcedinem. Po tẽpore quo Christus dominus natus est omniũ bonorum & fructuũ terræ tãta copia fuit & abundãtia vbique q omnes populi ac gentium nationes nimiũ exuberarẽt & saturarẽtur. Vnde Isaias de tempore Christi natiuitatis loquens, ait, capite xxix. Sup vias pascẽtur & in omnibus planis pascuæ eorũ nõ esurient, neque sitient: ergo saturabuntur.

POSTILLA.

HÆc dicit dominus Deus, Ecce dies venient, &c. In principio huius capitis Propheta denũtiat populi Israel destructionem, & deinde circa medium ipsius capitis denuntiat ipsius populi finalem reparationem per Christum. Hic conse-

quenter in hac præsenti lectione, quæ ponitur in fine capituli, describitur dictæ reparationis acceleratio, quę facta est per celerem Euangelij prædicationem: quia viuente adhuc beato Petro & pluribus alijs Apostolis fides catholica fuit per totum orbem prædicata, sicut plenius declaratur super illud psalmi, In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Et breuiter petitur hic resumi: prædicatio enim Euāgelij incœpit à Ierusalem quæ est in medio terræ habitabilis. Act. j. Et inde deriuata est circunquaque. Versus autem Occidentem publicata fuit viuente Petro: quia discipuli ab eo missi in Frāciam, per prædicationem Euangelij ædificauerunt Senonis ecclesiam in honore beati Petri quem credebant passum. Sed postea audientes ipsum viuum nominauerunt dictam ecclesiam sancti Petri viui. Eo tempore fides catholica fuit prædicata per omnia loca notabilia regni Franciæ vsque ad mare Oceanum, quod est terminus terræ habitabilis secūdùm Astrologos: & eadem ratione Euangelium tunc fuit prædicatum versus alias partes Ierusalem scilicet Orientis, Austri & Aquilonis: Imò probabilius hoc videtur, quia plures Apostoli & alij discipuli Christi dispersi fuerunt ad prædicandum Euangeliū versus alias partes quàm versus Occidentem: & sic patet celeritas gentium ad fidem. Item sciendum quòd conuersio gentilium ad fidem, messis nomine designatur. Lucæ x. Messis quidem multa, &c. & similiter calcatio vuæ, & seminatio parabolicæ prophetiæ. Hoc modo frequēter loquitur Christus in Euangelio. vnde Lucæ viij. Semen est verbū Dei. Est igitur sensus. b [Ecce dies venient.] id est tempus noui testamenti. c [Et comprehendet arator messorem.] i. prædicator statim attinget ad fidelium conuersionem, sicut patet Act. ij. Vbi ad prædicationem Petri statim conuersi sunt tria millia, & iiij. c. quinque millia. d [Et calcator vuę.] id est propinator sacræ doctrinę. e [Mittentem semen.] id est faciet discipulos aptos ad prædicandum, sicut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis, quòd edocti ab eis prædicabant verbum Dei. f [Et stillabunt montes.] id est, Apostoli cæteris præeminentes. g [Dulcedinem] euangelicæ doctrinæ. h [Et omnes colles.] id est minores doctores. i [Culti erunt.] cultura spiritussancti ad proferendum fructum in ecclesia Dei. k [Et conuertam captiuitatem populi mei Israel.] liberando eos de seruitute diaboli. l [Et ædificabunt ciuitates, &c.] Et per hæc intelliguntur vniuersi status ecclesię, per ciuitates status cōiugatorum, in quo requiritur consensus animarum, Vnde ciuitas dicitur ciuium vnitas: per vineas verò intelligitur status pręlatorum & doctorum, vnde & Christus dicit, Ioānis decimoquinto, loquēdo discipulis suis, Ego sum vitis & vos palmites. per hortos verò, status religiosorum, qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status instituti sunt à tēporibus Apostolorum & discipulorum Christi, & receptio vtilitatis, seu fructus consequentis est cōsecutio meriti in præsenti & præmij in futuro.

Vnusquisque cuius opera facit eius seruus efficitur. Greg. Peccatum est op' diaboli: diabolus est inuentor peccati. Isid. de sum. bo.

QVAESTIO CXXXVIII.

SVper verbis lectionis ferię quartæ quatuor temporum post festum sanctæ crucis mensis Septembris quæ habentur Amos vltimo, scilicet, Bibent vinum. oritur quæstio de vsu vini: vtrum vsus vini sit licitus? Arguitur quòd non. ad Romanos decimoquarto, Bonum est non manducare carnes & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scādalizatur, aut infirmatur: sed cessare à bono virtutis est vitiosum & fratribus scandalum ponere, ergo vino vti est illicitum. In oppositum habetur primę ad Timotheum quinto, Noli adhuc aquā bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. igitur. Ad argumentum dicitur quòd Apostolus simpliciter non dicit bonum esse abstinere à vino: sed in casu in quo aliqui scandalizātur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij. ij. quæstio. clxix. art. iij. per duas veritates. Prima est quòd nullus potus & cibus secundùm se consyderatus, est illicitus, iuxta hoc quod Christus dicit, & habetur Matthæi decimoquinto, Non quod intrat in os inquinat hominem: igitur bibere vinum secundùm se loquēdo non est illicitum. Secunda veritas, Bibere vinum potest reddi illicitum per accidens, quandoque quidem ex conditione bibentis qui à vino de facili læditur, & qui ex speciali voto obligatur ad vinum non bibendum: quandoque autē ex modo bibendi, putà quando quis in bibendo mensuram excedit: quandoque autem ex parte aliorū, qui ex hoc scandalizantur.

Eodem die, Lectio secunda. Libri ij. Esdræ viij. aliâs Nehemiæ.

IN diebus illis, [a] congregatus est omnis populus quasi vir vnus [b] ad plateam, quę est ante portam aquarum. [c] Et dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quē præcepit dominus Israel. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierum, cunctisq; qui poterāt intelligere [d] in die prima mensis septimi. [e] Et legit in eo apertè

in platea, quæ erat ante portam aquarum [f] à mane vsque ad mediam diem in cõspectu virorum ac mulierum & sapientium. [g] Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. [h] Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquẽdum, & steterunt iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Super vniuersum quippe populũ eminebat. Et cùm aperuisset eũ stetit omnis populus. [i] Et benedixit Esdras domino Deo magno, [k] & respondit omnis populus, Amen, eleuans †manus suas. Et incuruati sunt, & adorauerũt Deũ proni in terrã. Porro Leuitæ silentium faciebant in populo, ad audiendam legem. Populus stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei distinctè & apertè ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. [l] Dixit autẽ Nehemias ([m] ipse est Athersata:) [n] & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo, Dies sanctificatus est domino Deo nostro. Nolite lugere, & nolite flere. [o] Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis, & dixit eis, [p] Ite & comedite pinguia, & bibite mulsum, [q] & mittite partes [r] eis qui non prẹparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est. [s] Et nolite contristare: gaudium etenim Domini est fortitudo vestra.

† Eleuans manus suas. Prædicatores & sacri euãgelij interpretes priusquam exordia faciunt ad populũ ad deuotionẽ excitandã manus & oculos in cælum leuare debẽt dicendo, In nomine patris & filij, &c. Dauid psal. lxij. In nomine tuo leuabo manus meas.

POSTILLA.

IN diebus illis, congregatus est omnis populus &c.] Postquã in ca. prẹcedẽtibus descripta est ciuitatis munitio & murorum clausio, hic consequenter describitur populi congregatio ad deprecandũ dominũ, ne propter peccata populi ciuitas iterum vastaretur. Dicit ergo. a [Congregatus est omnis populus quasi vir vnus.] id est totaliter perfectè, vel vno animo & voluntate ad festum celebrandum: & hoc fuit in Septembri, vt patet in principio istius capituli. b [Ad plateam quæ est ante portam aquarum.] Ista porta nominatur porta fontis, & in opposito illius portæ non tamen immediatè erat atrium vbi homines adorabant & audiebant verbum diuinum: hoc atrium vocatur hic platea. c [Et dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quem præc.] quam reparauerat vt dictum est suprà, scilicet Esdræ septimo. Et ideo eam melius docere poterat. d [In die prima mensis septimi.] in quo est festum tubatũ vt prẹcipitur, Leuitici vigesimoquarto. e [Et legit in eo apertè in plat.] id est intelligibiliter, declarãdo ea quæ videbantur obscura. f [A mane vsque ad mediam diem in con &c.] in quo apparet eius sollicitudo po pulum docendo, & etiam deuotio populi, ita diu & attentè audiendo: ideo subditur. g [Et aures omnis populi erant erectæ ad librũ &c.] id est ad audiendum ea quæ erant in libro: & aures mentis erant attentæ ad intelligendum. h [Stetit autem Esdras scriba super gradum.] Dicitur autem de Salomone quod stetit super Basim æneam ad loquendum populo, vt habetur secundo Paralipom. sexto. Sed illam Basim & alia metalla portauerunt secũ Chaldæi quãdo incenderunt templum & ciuitatem, vt habetur quarto Regum capitulo vltimo. Esdras autem non erat ita diues sicut Salomon & ideo pro gradu æneo fecit gradum ligneum ad loquendum. i [Et benedixit Esdras Domino Deo magno.] Ostendens quòd in principio prædicationis ad impetrandum gratiam Dei debet fieri oratio non solum à prædicante, sed etiam à toto populo: ideo subditur. k [Et respondit omnis populus, Amen, &c.] Populus autem stabat in gradu suo, id est inferiusquam Esdras, qui supereminebat populo: vt prædictũ est. l [Dixit autem Nehemias.] Hic consequenter describitur lectionis interpretatio, cùm dicitur, Dixit autem Nehemias. m [Ipse est Athersata.] Sic enim alio nomine dictus est, cuius ratio fuit suprà dicta, scilicet Esdræ secundo. n [Et Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo, &c.] Non est hoc intelligendum quòd isti omnes simul loquerentur: quia esset magis confusio intellectus audientium quàm instructio, nisi forsitan in diuersis locis & diuersis partibus populi sic loquerentur quòd vnus non impediret alium, quod tamen non videtur verum: quia in principio huius capituli dicitur, Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarũ. Ex quo videtur quòd totus erat congregatus in loco vno. Solus igitur Esdras legem legebat, & obscura declarabat: sed alij in hoc ipsum iuuabant, quia sibi assistẽtes faciebant silentium in populo ipsum reprimentes à luctu & gemitu: quia non erat dies luctus, sed spiritualis lætitiæ. o [Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis, &c.] quia percipiebat se legem transgressum fuisse in multis. p [Ite & comedite pinguia, & bibite mulsum.] id est, vinum melle dulcoratum. Ex hoc patet quod in festis possunt fideles & debent lautius viuere cum mo-

deramine tamē. q [Et mittite partes,]id est xenia. r [Eis qui non præparauerunt sibi,] id est pauperibus qui nō habuerūt vnde possent sufficienter sibi prouidere. s [Nolite contristari.] Cuius ratio subditur. t [Gaudiū etenim domini &c.] Id est gaudium spirituale, quo debetis in domino gaudere in hac solennitate est consolatio vestra, vos fortificans ad bonum. Cætera autem huius lectionis patent ex dictis.

QVAESTIO CXXXIX.

Svper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habetur Esdræ viij. scilicet, Nolite lugere. oritur quæstio de luctu: vtrum luctus sit illicitus? Arguitur quòd non, Nullus actus est illicitus, quo mediante quis exercēs illum actum dicitur beatus: sed mediāte luctu quis dicitur beatus: vt patet Matt. v. Beati qui lugent. Igitur. In oppositum: omnis actus malus est illicitus: sed luctus est actus malus, vt patet de luctu qui fit propter damnificationem rerum temporaliū, igitur luctus est illicitus. Ad quæstionem respōdeo quòd triplex est luctus: vnus dicitur indifferens, vt est luctus naturalis affectionis, vt cum amicus luget pro morte amici vel filij: vt Iacob multo tēpore luxit pro Ioseph filio suo, quem putabat esse mortuū, vt habetur Genes. xxxvij. vt est etiam luctus temporalis affectionis, & de isto luctu habetur Iob xxx. Versa est in luctū cithara mea, & organum meum in vocem flentium, vt est etiam luctus miserabilis inchoationis, quem homo habet in natiuitate sua ostendens quòd sua natiuitas est inchoatio miseriæ. Augu. Puer natus statim plorat. Alius luctus dicitur malus, vt est luctus temporalis damnificationis inordinatæ comparationis, id est, damnationis, vt habetur Matth. xiij Ibi erit fletus. Alius est luctus bonus ad charitatem pertinens vt est luctus compunctionis. psal. Lauabo, &c. luctus piæ compassionis, & deuotionis iste est luctus licitus. Ex dictis patet solutio argumentorum.

Feria vj. Lectio Oseæ prophetæ capit. decimoquarto.

Cōuertere. Peccatoris tarda conuersio de peccatorū remissione stat in dubio. i. an talis saluus vel præscitus nascitur. vñ Isido. de sum. bo. li. ii. c. xli. q praue viuēdo pœnitentiam agit i mortis piculo, sicut eius damnatio incerta est & eius remissio.

HÆc dicit Dominus Deus, [a] † Conuertere Israel ad Dominū Deū tuū, [b] quoniā corruisti in iniquitate tua. [c] Tollite vobiscum verba, & cōuertimini ad Dominum, & dicite [d] ei, [e] Omnem aufer iniquitatem: [f] accipe bonum [g] & reddemus vitulos [h] labiorum nostrorum. [i] Assur non saluabit nos, super equos non ascēdemus, [k] nec dicemus vltra, Dij nostri opera manuū nostrarū: [l] quia ei9 qui in te est misereberis pupulli. [m] Sanabo contritiones eorum, [n] diligam eos spontanee: [o] quia auersus est furor meus ab eis. [p] Ero quasi ros, [q] & Israel [r] germinabit quasi lilium [s] & erūpet radix eius vt Libani. [t] Ibūt rami eius [v] & erit quasi oliua [x] gloria eius, & odor [y] eius vt Libani. [z] Cōuertentur sedentes in vmbra eius, [a] viuēt tritico, [b] germinabunt quasi vinea, [c] memoriale eius sicut vinū Libani. [d] Ephraim [e] quid mihi vltrà idola? [f] Ego exaudiam [g] & dirigam eum, [h] ego vt abietem virentem, [i] & ex me fructus tuus inuentus est. [k] Quis sapiens [l] & intelliget ista, intelligens [m] & sciet hæc? [n] Quia rectæ viæ domini, [o] & iusti ambulabunt in eis.

POSTILLA.

HÆc dicit dominus Deus, Cōuertere Israel, &c. In præcedentibus capitulis posita est promulgatio diuinę iustitiæ in populū Iudaicū. In hoc vlt. c. ponitūr promulgatio diuinę misericordię: & hoc generaliter quantum ex se. Et diuiditur in duas partes. In prima enim propheta postquā incitauit in principio ad pœnitētiæ veritatem hic manifestat diuinæ misericordiæ largitatē. In secunda miratur credentiū paucitatem. Circa primum dicit. a [Conuertere Israel ad dominum Deum tuum.] scilicet per pœnitentiam verā. Ita proclamauit Ioānes Præcursor Christi, Pœnitentiā agite, appropinquabit regnum cælorum. Vnde baptismus Ioānis Baptistę fuit quædā protestatio pœnitentiæ agendæ in aduentu Christi. b [Quoniam corruisti in iniquitate tua.] à statu gratiæ. c [Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad dominum.] non dicit, Brutorum animalium sacrificia, quæ cessauerūt in lege noua: sed verba duplicis confessionis, scilicet peccatorū & diuinæ laudis, quibus homo conuertitur ad Deum. d [Et dicite ei.] id est Christo. e [Omnem aufer iniquitatem.] Christus enim abstulit peccatū originale per sacramentum baptismi, & actuale per sacramentū pœnitentiæ. Propter quod dicitur de eo, Ioá. j. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. f [Accipe bonum.] scilicet bonum de genere, ad quod se extendit facultas humana: fac acceptum Deo patri tua gratia. g [Et reddemus vitulos.] i. sacrificia, eò quòd in veteri lege de specie bouis fiebant maiora sacrificia. h [Labiorū nost.] i. laudes deuotas, quæ sunt sacrifi

sacrificia acceptissima.Psal.xlix.Sacrificiũ laudis honorificabit me. i [Assur nõ saluabit nos &c.] id est in pressuris non recurremus ad auxilium humanum,sed diuinum. Et fuit in primitiua Ecclesia quòd Christiani contra persecutiones Iudæorum & etiam Tyrannorũ non pugnabãt armis:sed orationibus deuotis. Vnde per orationes beati.Basilij & sui populi sanctus Mercurius miles iam defunctus interfecit Iulianum apostatam Ecclesiæ persecutorẽ: & eius lancea quæ in ecclesia sancti Basilij seruabatur inuenta est sanguine Iuliani apostatæ perfusa. k [Nec dicemus vltra,Dij nostri, &c.] quia per aduentum Christi deiecta est idololatria. l [Quia eius qui in te est misereberis pupilli.] Erat enim populus ante aduentum Christi pupillus, quia carens parentibus: sed nunc habet Christum & ecclesiam verum patrem & veram matrem. m [Sanabo,&c.] Hic consequenter prophetat diuinæ misericordiæ largitatem,dicens in persona Christi, Sanabo cõtritiones eorum,id est verè pœnitẽtes sanabo per gratiã. n [Diligam eos spontaneè.] quia amor inter hominem & Deum primò procedit ex parte Dei, propter quod dicit Ioannes in prima can.capitulo septimo, Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.& sic eius dilectio est spontanea. o [Quia auersus est furor meus ab eis.] per mortem enim Christi hominis placatus est Deus pater: & per consequens filius qui est vnus Deus cum ipso: ideo subdit. p [Ero quasi ros.] Sicut enim ros inuisibiliter descendit & fœcundat terram,sic Dei filius inuisibiliter descendens fœcundauit virginem. Isa.lv.Rorate cæli desuper,& nubes pluant iustum,aperiatur terra & germinet saluatorem. q [Et Israel.] id est populus Christianus seu ecclesia. r [Germinabit quasi lilium.] per puritatem vitæ. s [Erumpet radix eius.] Radix enim ecclesiæ est ipse Christus secundùm quòd declarat diffusè Augustinus super Psal.Ista radix erupit quando Apostolos aliósq; fideles produxit:ideo subditur.t [Ibunt rami eius.] scilicet de virtute in virtutem. v [Et erit quasi oliua.] quæ semper est in vigore. x [Gloria eius.] quia gloria Christi nõ marcescit. y [Et odore eius.] scilicet famæ bonitatis Christi in se & eius discipulis infundetur,sicut impletum est per vniuersum orbem propter quod dicit Apostolus secundæ Cor.ij. Christi bonus odor sumus in omni loco. z [Conuertentur sedẽtes in vmbra eius.] scilicet Christi. a [Viuent tritico.] id est eucharistię sacramento quod conficitur in pane triticeo.Et hic panis dat vitam mundo.Ioã. vj.Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. b [Et germinabunt quasi vinea.] Propter hoc dicit saluator Ioan.xv.c. Ego sum vitis vera & vos palmites. c [Memoriale eius sicut vinum Libani.] Prope enim montem istum crescebat vinum optimum & memoria dignum. d [Ephraim.] sup. dicet. e [Quid mihi vltrà idola.] multi enim de decem tribubus reuersi è regno Assyriorum crediderũt per prędicationem Apostolorum aliorúmq; Christi discipulorum, omni idololatria & superstitione deiecta. Licet enim Iudæi redierint de Babylone non leguntur posteà idololatrasse, nisi aliqui pauci Machabæorum tempore:illi tamen de decem tribubus qui non redierũt de captiuitate per Assyrios facta idola coluerunt saltem, vt pote inter idololatras commorãtes. f [Ego exaudiam.] orationes eius. g [Et dirigam eum.] in viam salutis. h [Ego vt abietem virentem.] scilicet faciam eum. i [Ex me fructus tuus inuentus est.] sicut patet capi. præcedenti. [Tantummodo in me auxilium tuum.] Hìc mutatur modus loquendi à tertia persona ad secundam. k [Quis sapiens &c.] hìc admiratur paucitatem credentium. Licet enim primi credentes in Christo fuerunt, tamen fuerunt pauci comparatiuè respectu remanentiũ in infidelitate,quod propheta admiratur, cùm videret in spiritu Christum tot & tanta miracula facturum,quòd merito sibi ab omnibus erat credendum:ideo sequitur,[Quis sapiens.] sapientia desursum descendente,quę est suasibilis & bonis consentiens.Iac.iij. l [Et intelliget ista.] quasi dicat,Pauci comparatiuè intelligent dicta prophetarum. m [Et sciet hæc.] quæ dicta sunt. n [Quia rectæ viæ domini.] scilicet præcepta Decalogi & euangelica,& similia. o [Et iusti ambulabũt cum eis.] id est iustificati per fidem Christi procedent in eis de virtute in virtutem.

Mutatio modi loquendi.

vnde descendit sapientia.

QVAESTIO CXL.

SVper verbis epistolæ feriæ vj.illorum quatuor temporum,quæ habentur Oseæ tertio decimo capitu.scilicet, Conuertere Israel ad dominum Deum tuum,oritur quæstio de conuersione impij,vtrum ad conuersionem & iustificationẽ peccatoris requiratur gratia? Arguitur quòd non.Io.vj.Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Tractus autem motus violentus est:Deus enim potest mouere volũtatem ad se sine gratia. Igitur. In oppositum: anima non est Deo amica nisi per gratiam,ergo cum sit inimica per peccatũ, oportet quòd det ei gratiam habere. Ad argumentum dicitur quòd capitur tractus pro voluntatis inclinatione. Ad quæstionem respondẽdum est secundùm Richardum iiij. Sentent.distinctione xvij.articu.iiij.quæstione ij.quòd ad peccatoris conuersionem quatuor requirũtur, scilicet impietatis destructio,gratiæ infusio,& dispositio ad destructionem impietatis quæ est culpæ detestatio,& dispositio ad susceptionẽ gratiæ,quæ est liberi arbitrij ad Deum conuersio, & sic patet quòd gratiæ infusio requiritur ad iustificationem.Ex dictis patet conclusio.

Ad iustificationem impij requiritur lib. arbitrij cõuersio.Ri. iiij.Sen.d. xvij. art. iiij.q.ij.

n

Sabbato iiij. tempo. post festum cru. Lectio lib. Leuit. xxiij. cap.

IN diebus illis, [a] locutus est dominus ad Moysem, dicens, Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus. [b] Affligetísque animas vestras † in eo, [c] & offeretis holocaustum. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus vester. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis. Et quę operis quippiam fecerit delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est, affligetísque animas vestras. [d] Die nono mēsis huius à vespera vsq; ad vesperam celebrabitis sabbata vestra, dicit Dominus omnipotens.

Affligetisque animas vestras. Isto verbo intelligi dat quòd tempore festiuitatū solenniū vigilias ieiunare & seruare debemus. Et cū deuotione festa colere absque saltatione & nephandis odiis. de conse. di. iii. cap. irreligiosa consuetudo est quæ vulgꝰ per solennitates agere consueuit.

POSTILLA.

IN diebus illis, locutus est dominus ad Moysem, dicēs, Decimo die mensis huius septimi dies, &c. in hoc totali capitulo agitur de temporibus offerendi, quæ quidem tempora sunt solennitates in quibus fiebāt specialia sacrificia vltra quotidiana. Sed in hac lectione, quæ ponitur circa finem ipsius capituli determinatur de festo expiationis, quod celebratur in memoriam illius beneficij, quo dominus inclusit peccatū de fabricatione vituli: & ideò celebratur in decima die mensis septimi, quia tunc descendit Moyses de monte portans secundas tabulas in signum propitiationis diuinę b [Affligetísque animas vestras in eo.] Tunc enim debebāt affligi Iudæi ieiuniis & vigiliis. c [Et offeretis holocaustū domino.] eo modo quo determinatur Numeri vicesimonono. d [Die nono mēsis huius à vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra, dicit dominus omnipotens.] quia sicut dictum est frequenter dies solennes incipiebant vespere præcedentis diei.

QVAESTIO CXLI.

SVper verbis epistolæ sabbato quatuor temporum post crucem in mense septimo quæ habentur Leuit. vicesimo tertio, Offeretis holocaustum. oritur quæstio de eo cui est offerendum sacrificium. Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum? Arguitur quòd non: templa & altaria instituuntur ad sacrificia offerenda, sed templa & altaria instituuntur angelis & sanctis: ergo & sacrificia possunt eis offerri. In oppositum Exodi vicesimo secundo, Qui immolabitur diis occidetur, pręter domino soli. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd sacerdos non dicit, Offero tibi sacrificiū Petre vel Pau. sed Deo de illorū victoriis gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur. Ad quęstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundæ quæstio. octuagesimasexta per tres conclusiones. Prima est, Sacrificium quod exterius offertur significat interius spirituale sacrificium, quo anima seipsam offert Deo. Secunda conclusio, Ex quo exteriores actus religionis ad interiores ordinantur, anima se offert Deo, sicut principio creationis, & sicut fini beatitudinis, cuius animæ Deus creator atque eius beatitudinis, finis est. Tertia conclusio, Sicut soli Deo summo debemus sacrificium spirituale offerre, ita etiam ei soli debemus offerre exteriora sacrificia.

Eodem die Lectio libri Leuitici xxiij. capit.

IN diebus illis, locutus est dominus ad Moysem, dicens, Quinto decimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ † celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est, requies. [b] Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulásq; palmarum & ramos ligni densarū frondium & salices de torrente, & lætabimini coram domino deo vestro. & celebrabitis solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternū erit vobis in generationibus vestris. Mēse septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septē diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis, vt discāt posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerē eos de terra Ægypti. Ego dominus Deus vester.

Celebrabitis ferias. Diebus dominicis & ceteris solennitatibus ab ecclesia ordinatis ab omni opere cessandū est vt habetur de temporibus feriandi. de conse. distin. iii. ca. pronunciandum est vt laici sciāt tēpora feriandi per annū, &c.

POSTILLA.

IN diebus illis, locutus est dominus ad Moysem dicens, Quintodecimo die mẽsis &c. Post suprà dictã lectionẽ non tamẽ immediatè sequitur lectio præsens quæ facit finem prędicti capituli: vnde inter prędictã lectionẽ & hanc præsentẽ, fit mẽtio in textu de festo tabernaculorũ quod celebrabatur in memoriã illius beneficij quo dominus filios Israel xl. annis sustentauit in loco deserto in tabernaculis habitãdo oẽs filios Israel. Et est de se patens litera vsq; ibi. b [Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ.] Quæ autem sit arbor ista non dicitur: dicũt aliqui quòd sunt poma citrina, quia valde pulchra. Ista tamen fiebant ad denotandum quòd dominus in terra deserta sustẽtauit eos diu absq; defectu notabili, vt habetur Deute.ij. vbi dicitur, Nouit dominus iter tuum habitans tecum xl. annis, & nihil tibi defuit, & ad designandum quòd de illo deserto transiuerũt ad terram fructiferam & delectabilem. Cætera verò omnia quæ sunt in textu de se patent & non indigent expositione.

QVÆSTIO CXLII.

SVper verbis lectionis eiusdem diei quæ habentur Leui.xxiij.f. Celebrabitis ferias domini.i.sabbata. oritur quæstio de ei' traditiõe. Vtrum præceptũ de sanctificatione sabbati sit conuenienter institutum? Arguitur quòd non: pręcepta Decalogi sunt etiam in noua lege obseruanda. Sed in noua lege nõ obseruatur hoc præceptum nec quantũ ad diẽ sabbati, nec quãtum ad diem dominicam in eo quod & cibi decoquuntur, & itinerantur, & piscãtur homines & alia huiusmodi. Igitur. In oppositũ nil à Deo est inconuenienter institutum, sed præceptum de sanctificatiõe sabbati est à Deo institutum. igitur. Ad arg. dicitur quòd obseruãtia diei dominicę in noua lege succedit ad obseruantiam sabbati, non ex præcepto legis, sed ex constitutione ecclesiæ: nec enim huiusmodi obseruatio est figuralis, sicut obseruatio sabbati ĩ veteri lege: nõ est ita arcta obseruatio dñicę sicut in die sabbati. cibi enim ĩ ista die decoquũtur & similia quę sunt necessaria ad victũ hoĩs: opera aũt secundũ se cõsiderata mutantur pro loco & tẽpore: figura enim pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet: ideo quia dies dominicæ nõ est ita figurata sicut erat dies sabbati, permittit ecclesia aliqua opera fieri in illa die, quæ non efficiebantur in die sabbati. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho.ij.ij.q. cxxij. per tres conclusiones. Prima est, Remotis impedimentis veræ religionis primum præceptũ & etiam secundùm decalogi cõueniens fuit vt tertium pręceptum poneretur, per quod homines in vera religione fundarentur, ad quã religionẽ pertinet cultum Deo exhibere. Secũda cõclusio, Sicut in scriptura diuina traditur nobis cultus interior aliquibus rerum corporaliũ similitudinibus, ita cultus Deo debetur per aliquod simile signũ. Tertia conclusio, In tertio præcepto Decalogi præcipitur exterior Dei cultus sub signo cuius ꝙ bene fieri pertinet ad homines, s. ad repræsentandum tempus creationis mundi à quo dicitur requieuisse Deus vij. die in cuius signum dies vij. mandatur sanctificanda deputanda ad vacandum Deo.

Eodem die Lectio Michææ vij.

DOmine Deus noster[b] pasce populum tuũ[c] in virga tua gregẽ hæreditatis tuæ,[d] habitantes solos in saltu.[e] In medio Carmeli pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos, secũdũ dies egressiõis tuę de terra Ægypti. Ostẽdã ei mirabilia.[f] Videbũt gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Ponent manum super os,[g] aures eorũ surdæ erunt. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis.[h] Dominum Deum nostrum non desiderabunt, & timebunt te.[i] Quis Deus similis tui,[k] qui aufers iniquitatem & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ?[l] Non immittet [m] vltra furorem suum, qm̃ volẽs misericordiã est. Et reuertetur & miserebitur nostri.[n] Deponet oẽs iniquitates nostras,[o] & proiiciet in profundum maris oĩa peccata nostra.[p] Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abrahã quã iurasti patribus nostris à diebus antiquis, domine De' noster.

Pasce populũ tuũ. Dominus De' omni viuenti ex sua abũdãtia liberalitate escã & pascua præbet & sine illis nõ est creatura viuẽs. Dauid Ps. cxxxv. Qui dat escam omni carni, quoniam in æternũ misericordia eius.

POSTILLA.

DOmine Deus noster pasce &c.] ĩ hac lectiõe propheta denũciat populo cõsolationẽ post reditũ captiuitatis Babylonicæ, dirigẽs sermonẽ ad Deum dicẽs. a [Domine Deus noster]i. tu qui es De' omnium, sed Deus Hebræorũ diceris, propter specialem cultum. b [Pasce populum tuum] i. pasces. c [In virga tua.] i. in directione tua eum reducẽdo de captiuitate Babylonica. d [Habitantes solos in saltu.] id est ex tua protectione poterunt habitare securè in saltu, vbi habitant feræ: vnde, j. Esdræ viij. dicitur quòd Esdras non petiuit equites à rege, dicens quòd in via protegeretur diuina protectione. e [In medio Carmeli pascentur.] id est loco fertili. f [Videbunt gentes & confundentur.] Samaritani enim videntes illos qui de captiuitate venerant, prosperari in reædificatione ciuita-

tis & templi,& in aliis fuerunt multum pertur bati & confusi,vt habetur in lib.Esdræ & Nehemiæ. g [Aures eo.sur.] i.declinabūt audire prosperitatem eorum,præ inuidia qua torquebuntur,sicut serpēs in puluere volutatur. h [Dominum Deum nostrum non desiderabunt] rimore seruili,timentes à Deo puniri propter mala quæ conabuntur facere populo suo reuertenti, & propter ista ad Dei laudem assurgit propheta,dicēs. i [Quis Deus similis tui.] quasi dicat, Nullus:quia tu es Deus solus verus. k [Qui aufers iniquitatem à seruis tuis] per pœnitentiæ medicinam. l [Non immittet &c.] Mutat propheta modum loquendi de secunda persona ad tertiam. m [Vltra furorem suum.]si perseuerāt in bono:talia enim sunt sub conditione intelligēda,sicut dicitur diffusè Ier.xviij.n [Deponet iniquitates nostras] quod erat onus nos grauás.o [Et proiiciet in profundum maris.] id est faciet ea non apparere ad punitionem:& reuertitur propheta ad loquendum in secunda persona dı. p [Dabis veritatem in Iacob &c.] id est adimplebis promissiones factas patribus nostris quæ tunc implendæ erant,modò impletæ sunt à Domino Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum,Amen.

QVAESTIO. CXLIII.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur Michææ vij. scilicet, Timebunt te Deum timore seruili.oritur quæstio de timore vtrum timor seruilis sit eiusdē substantiæ cum timore filiali? Arguitur quòd sic:habitus diuersificantur secundùm obiecta, sed non est obiectum timoris seruilis & filialis, quia vtroque timore timetur Deus:ergo idem est secundùm suam substantiā timor seruilis & filialis.In oppositum Aug.super prima canonica Ioan.dicit duos esse timores, scilicet filialem & seruilem. igitur.Ad argumentum dicitur quòd timor seruilis & filialis non habent eandem habitudinem ad Deum: nam timor seruilis respicit Deū sicut principium inflictiuum pœnarum, & filialis respicit Deum sicut terminum à quo refugit separari per culpam:ideo ex hoc obiecto,quod est Deus non sequitur identitas speciei & substantiæ timoris seruilis & filialis. Ad quæstionem respondendum est secūdum Thomam secunda secundæ quæstione xix.per duas conclusiones.Prima,Differt specie,malum pœnę quod refugit timor seruilis & malum culpę quod refugit timor filialis.Secunda,timor seruilis & filialis non sunt idem substātia,sed differunt specie & substantia.

Eodem die Lectio, Zachariæ prophetæ, viij. capitulo.

IN diebus illis,factum est verbū Domini ad me, dicens,Hæc dicit Dominus Deus exercituum, b Sicut cogitaui,vt affligerē vos, cùm ad iracundiam me prouocassent patres vestri,& non sum misertus,sic † conuersus cogitaui diebus istis , vt benefaciam Ierusalem & domui Iuda:nolite timere. c Hæc sunt ergo verba quę facietis, d Loquimini veritatē vnusquisque cum proximo suo. e Veritatem & iudicium pacis iudicate, f in portis vestris, & vnusquisque malum cōtra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris , & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus. g Et factum est verbum Domini exercituū ad me, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, h Ieiunium quarti, i & ieiuniū quinti, k & ieiunium septimi, l & ieiunium decimi, m erit domui Iudę in gaudium & lætitiam, & in solennitates præclaras. n Veritatem tantum & pacem diligite, dicit Dominus exercituum.

† Sic cōuersus. Quotiescūque peccatores terræ corā Deo contriti se humiliādo & Dei misericordiā implorant & a peccatis cauere ponsit, omnipotēs De° sua clementia miseretur. de pœni.dist. i.c. cōuertimini ad me in corde vestro, & ego cōuertar ad vos, &c. Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, viuet & nō morietur.

POSTILLA.

IN diebus illis, factum est verbum Domini ad me dicens, Hæc dicit dominus Deus exercituum, Sicut cogitaui vt affligerem vos &c.In præcedētibus capitulis posuit propheta populi increparionem. Idcirco in hoc totali capitulo ponit boni promissionē, vt bonus Samaritanus post vinum mortificatiuum, infundens oleum lenitiuum. Sed hæc præsens lectio solùm continet vltimam partem ca. in qua ponitur promissionis factæ confirmatio:dicit, b [Sicut cogitaui ego.] & patens est litera vsque ibi. c [Hæc sunt ergo verba quæ facietis.] vbi concludit quòd promissio dictorum bonorum implebitur in eis, si permaneāt in iustitia:ideo subditur. d [Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo.] sine dolo & deceptione. e [Veritatē & iudicium pacis iudicate.] sine personarum acceptione. f [In portis vestris.] in portis enim ciuitatis sedebant antiquitus iudices, vt oēs tā indigenę quā aduenæ in prōptu possent eos inuenire. Cætera patent vsque ibi. g [Et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens, Hæc dicit Do.&c.] Ante præsentem lectionem fuit quæstio mota, quæ pro parte soluta est, & pro parte non:hic autē ponitur prædictę solutiōis impletio. Et diuiditur in duas partes:quia primò ponitur dictę solutionis impletio. Secundò aduentus Christi denunciatio ibi

Hæc dicit &c.quia principalis intẽtio prophetarũ est nuntiare dies Messiæ: vt dicit Ra.sa. & alij do. Hebręi: ideo frequẽter loquẽdo de aliis rebus, interserunt de pertinentibus ad aduentũ Christi. Circa quæ sciendũ ꝙ quæstio fuit mota de ieiuniis quinto mense & septimo fiendis. Et occasione huius fit mentio de aliis ieiuniis quæ apud Iudęos fiebant per anni circulũ cùm dicitur. h [Ieiunium quarti.] scilicet mensis, in quo capta fuit ciuitas Ierusalem, vt patet iiij. Regum vltimo. i [Et ieiunium quinti] in quo templum & ciuitas fuerunt cõbusta. k [Et ieiuniũ septimi.] in die expiationis & hoc propter mortem Godoliæ. l [Et ieiuniũ decimi] quia tunc Ezechiel & populus existẽs in Babylonia audiuerũt rumores de subuersione Ierusalẽ & tẽpli. m [Erit domui Iudę in gaudium.] i. vertetur ad eorũ prosperitatem & solatium, si tamen ieiunant debitè, s. à vitiis abstinendo, & opera iustitiæ faciẽdo. ideo sequitur. n [Veritatem tantum & pacem diligite] iustè & pacificè cum populo conuersando.

QVAESTIO CXLIIII.

SVper verbis lectio. eiusdẽ diei quæ habẽtur Zachariæ viij. f. Veritatẽ diligite dicit dñs. oritur quęst. de veritate. Verũ veritas sit virtus? Arguitur ꝙ non: prima enim virtutũ est fides: eius obiectũ est veritas, cum ergo obiectum sit prius habitu & actu videtur ꝙ veritas non sit virtus sed aliquid prius virtute. In opposi. Ari. iij. Eth. & x. veritatẽ ponit inter virtutẽ. Igitur. Ad quæstionẽ respondẽdum est secundũ Tho. ij. ij. q. cix. ꝙ veritas dupliciter accipi potest, vno modo pro veritate qua aliquis dicit verũ, & sic veritas nõ est virtus, sed obiectũ virtutis: sic enim accepta veritas nõ est habitus, qui est virtutis sed æqualis quidem intellectus per signum ad rationẽ intellectã & signatã, & etiam rei ad suam regulam: & de tali veritate intelligitur argumẽtum: alio modo potest diei veritas, quãdo aliquis verum dicit, secundũ ꝙ per eum aliquis dicitur verax, & tunc veritas est virtus, quia hoc ipsum quod est dicere verum est bonus actus, virtus autem est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

Ille qui dicit verum profert aliqua signa cõformia rebus, s. g verba vel per aliqua facta exteriora. Th. ii.ii.q.cix.

Eodem die Lect. Daniel. prophe. iij. cap.

IN diebus illis, Angelus domini descendit cũ Azaria & sociis eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quasi ventũ † roris flantẽ, & nõ tetigit eos omnino ignis neque contristauit nec quicquam molestiæ intulit. b Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & benedicebant & glorificabant Deum in fornace, dicentes, Benedictus domine Deus patrũ nostrorum, & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula.

† quasi ventum roris. Dominus Deus sua mirabili potẽtia tyrannorum flagella ac tormenta

in sanctos suos pat-ta, innocua facit vt eos nõ lędere possint, tormenta extinxit vt habetur in legẽdis Sanctorum de beato Laurentio & de sancto Io. euangelista ante Por. Lati.

POSTILLA.

IN diebus illis, Angelus domini descẽdit &c. Hæc lectio ponitur in medio c. Nã in prima parte ipsius c. ostenditur causa litigij inter regẽ & pueros tres nominatos in litera, deinde forma iudicij, & tandem pœna supplicij. In hac autẽ lectione tangitur angelicũ præsidiũ diuinitus missum, ad ipsos pueros de prędicto incẽdio liberãdos. Et est de se patens litera vsque ibi. b [Tunc hi tres &c.] sed circa intellectum prædictæ literę posset quæri, quo modo isti pueri nõ fuerũt lęsi in fornace. Et dicsit aliqui ꝙ hoc factum est per hoc quòd angelus excussit flammã de fornace, vt hic dicitur & apposuit aliqua refrigeratiua interius. Vnde dicitur hic quòd fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Et tunc secundùm hanc viam oportet dicere quòd non erat ardor in fornace, nec secundum effectum nec secundum rem vel actum primum. Sed hoc non videtur verum, quia suprà dictũ est quòd fuerunt positi in fornacẽ ligati: tamẽ ignis consumpsit vincula eorũ quia ambulabãt in camino, nõ cõsumpsit eorũ corpora: & sic patet ꝙ pueris existentibus in fornace, erat ibi ardor ignis non solummodò secundum rem vel actũ primum, sed etiã quantũ ad effectũ vel actum secundũ quod est cõburere, ex quo cõbussit vincula eorũ: item infra eodẽ c. dicitur, Ambulabant in medio ignis ardẽris. Dicendũ igitur quòd salus puerorum facta est diuina virtute suspendẽte actũ ignis, id est effectũ manẽte tamen actu primo: quia cùm creatura obediat creatori in omnibus possibilibus, fieri potest per virtutem diuinã conseruari ardorem ignis in actu primo siue secundo: quia prius potest absolui à posteriori. Et sic potest virtus diuina suspendere quid circa vnũ obiectum absq; hoc ꝙ suspendeat circa aliud, & sic Deus suspẽdit actũ ignis circa corpora puerorum, non circa vincula eorũ, nec circa eos qui fornacem incendebant. [Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & benedicebant & glorifi. &c.] posita condescensione bonitatis diuinæ circa pueros ex euangelico præsidio diuinitus misso, cõsequenter ponitur collaudatio diuinę maiestatis ab ipsis: & diuiditur in duas partes: quia primò isti pueri Deum laudant. Secundò ad laudem Dei creaturas inuitant. Sed hæc lectio continet primam partem tantum: secunda verò continetur in hymno qui cantatur post hanc lectionem immediatè. Prima est de se patens. Secunda patet ex prædicto hymno.

Quæstio de pueris intra fornacem positis.

Quomodo salus puerorum est facta.

Oratio puerorũ.

QVAESTIO CXLV.

SVper verbis lect. eiusdem diei quæ habentur Danie. iij. Angelus domini descendit cũ Azaria & sociis eius in fornacẽ ad subsidiũ ferendũ. oritur quæstio de motu angeli. Verũ an-

gelus moueatur localiter? Arguitur quòd non, Ari. ait vj. Phy. Indiuisibile nõ mouetur: sed angelus est indiuisibilis. igitur. In oppositū cùm homo moritur anima eius sine corpore transit ad infernum, aut ad purgatoriū, aut ad cælum: ergo similiter angelus potest transire de loco ad locum. Igitur. Ad arg. dicitur quòd indiuisibile nõ motu locali mouetur scilicet propriè dicto, per quem acquirit vbi circunscriptū & localiter mouetur: tamen motu locali extensiuè sumpto inquantum acquirit nouam præsentiā ad locū, cùm prius nõ erat pręsens. Ad quęstionem respondendum est secundùm magistrum Nico. de Orb. ij. sen. di. ij. q. iij. per vnam conclusionem, Angelus de loco ad locum mouetur: vt patet in epistola, patet etiā de Gabriele angelo, qui missus fuit ad denuntiandum conceptum Virgini gloriosæ, nõ tamen est intelligendum quòd angelus per motū localem acquirat vbi circunscriptum: quia angelus in nullo loco est circunscriptus: quia non mensuratur loco, nec habet partē extra partē: quia partes nõ constituunt substantiā simplicē & incorporeā sed bene diffinitiuè: aliquid enim dicitur esse diffinitiuè in loco quando est totū in loco & totum in qualibet parte loci.

Eodem die, Lect. epist. ad Heb. ix. cap.

Habens manna. Infra sancta sanctorū arca testamēti erat vrna aurea in qua quidē vrna de mãnaq̃ Deus in deserto filiis Israel pluerat repositū erat & aliquid incorruptè obseruatum. Quod quidem manna seruabatur in figuram præexcellentissimi sacramenti Eucharist. de consec. dist. ii. ca. Reuera mirabile est ꝙ manna pluit De⁹ Patribus, quo quotidiano pascebātur a bmento.

FRatres, [b] tabernaculum factum est primum, [c] in quo erāt candelabra [d] & mēsa, & propositio panū, [e] quæ dicitur sancta. [f] Post velamentum autem [g] secundū tabernaculum [h] quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circuntectā ex omni parte auro. [i] In qua erat vrna aurea, habens † manna, [k] & virga Aaron quæ frõduerat, [l] & tabulę testamēti [m] super quæ erāt cherubim gloriæ [n] obūbrantia propitiatoriū, [o] de quibus nõ est modò dicendū per singula. [p] His verò ita cõpositis: [q] in priori quidē tabernaculo [r] semper [s] introibāt sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. [t] In secundo autem [v] semel in anno summus pontifex, [x] non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorãtia, [y] hoc significāte spiritusancto, nõdum propalatā esse sanctorū viam, [z] adhuc priore tabernaculo [a] habente statum. [b] Quæ parabola [c] est temporis instãtis, [d] iuxta quam [e] munera & hostiæ offerūtur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere [f] seruiente solùmodo in cibis & in potibus, [g] & in variis baptismatibus [h] & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. [i] Christus autem assistens [k] põtifex futurorum bonorum [l] peramplius [m] & perfectius tabernaculū [n] non manufactū, [o] id est non huius creationis [p] neq; per sanguinē hircorum aut vitulorū, [q] sed per proprium sanguinem [r] introiuit [s] semel in sancta [t] æterna redemptione inuenta.

POSTILLA.

FRatres, tabernaculū factū est, &c. In præcedentibus c. apostolus ostendit dignitatem sacerdotum Christi respectu sacerdotij veteris legis in generali: hic consequenter declarat hoc idem applicando & probando magis in speciali. Ad quorum euidentiam consyderandum est quòd omnia quæ sunt in nouo & veteri testamento, ordinata sunt ad cultum diuinum, ad talem verò cultum redditur homo ineptus simpliciter per peccatum & aptus per gratiam, secundùm quid verò per immūditiam corporalem. Et ideò sacramenta nouę legis, quæ conferunt gratiam & auferunt peccatum reddunt hominem simpliciter aptum ad cultum diuinum. Illa autem quæ erant in veteri lege, gratiam non conferebant, sed tantum quasdam irregularitates seu immunditias corporales tollebāt: propter quas prohibebant homines ascendere ad locū diuini cultus, & ad cœtum fideliū. Sicut erat tactus mortui vel alicuius immundi, ex quibus reddebatur homo ineptus ad accedendum ad locum cultus diuini. Talia autem auferebātur per sacramenta veteris legis, licet per ipsa gratia nõ conferretur. Et hoc est quod dicitur in principio huius c. quod tamē principium non ponitur in præsenti lectio. seu epist. sed ibidē recitatur propter intelligentiam sequentiū. Textus autem pręcedens hanc lectio. est. Habuit quidē & prius iustificationes culturæ & sanctū sæculare. Tūc sequitur. a [Tabernaculū enim factum est primū, &c.] Ad quorū intelligentiam est sciendum ꝙ tabernaculum Moysi, sic erat dispositum. Parietes enim erant de quibusdam asseribus coopertis auro, tectū verò tabernaculi erat quædā cortina quatuor coloribus depicta. Altitudo tabernaculi erat decem cubitorū & latitudo decem, longitudo verò huius triginta. Et erat quædā cortina interius diuidens transuersaliter longitudinē in partes inæquales, ex vna parte cortinæ erant decem cubiti tantum, & dicebatur illa pars tabernaculi Sancta sanctorum. In alia autem parte erāt viginti cubiti. Et dicebatur illa pars

sancta absolutè, vel etiam sanctū. Et sic distin-
guebātur duæ partes tabernaculi, sicut in eccle
siis nostris chorus & nauis, nisi ꝙ opposito mo
do erāt sitæ: quia chorus in ecclesiis nostris est
versus orientē, in tabernaculo verò Moysi San
cta sanctorū erat versus occidētē. Vlterius cōsi
derādū ꝙ ī Sācta sanctorū erāt tria, s. arca testa
mēti, duo cherubim, ꝓpitiatoriū. Et secundū a-
postolū cū illis erat ibi thuribulū, i. incensoriū
in quo summus sacerdos intrās Sācta sanctorū
ponebat incēsum, vt nebula inde cōsurgens im
pediret eorū aspectū q erāt in alia parte taber-
naculi, ne viderētur ea quę erāt intra Sācta san
ctorū. Similiter in alia pte tabernaculi quæ di-
cebatur sancta, erāt tria, mēsa ꝓpositiōis in la
tere aquilonari, & cādelabrum aureū in latere
australi, & altare thymiamatis in medio cōtra
diuidentem sanctū & Sancta sanctorū. Et notā
dū ꝙ in arca testamenti erant tria, s. tabulę De-
calogi, virga Aaron, & māna. Si quis autem ad
literā scire voluerit, quid ista designent videat
super hoc ca. Ly. Sed rō allegorica prædictorū
est, quia p illā partē tabernaculi quę dicebatur
sancta designabatur vetus Testamētū, ī quo ve
ritas diuinorū erat latēs sub velaminibꝰ figura
rū, sicut aspectus eorū quę erāt intra scā sancto
rū erat inclusus per cortinā mediā inter vtrāq;
tabernaculi partē: per illā verò tabernaculi p
tē quę dicebatur Sācta sanctorū, in qua erāt il-
la quæ repræsentabāt spiritualia, & diuina: si-
gnificabatur nouū Testamentū, in quo reuela
ta est veritas diuinorū. Propter quod in passio-
ne domini in qua cōsummatū est vetus Testa
mentū, scissa fuit illa cortina, quæ prohibebat
aspectum eorum qui erāt intra Sancta sancto-
rū, vt habetur Luc. xxiij. Et hanc expositionem
prosequitur apostolus. Quibus visis acceden-
dum est ad literam quæ tangit tabernaculi di-
spositionem. b [Tabernaculum sanctū est pri-
mū.] Tabernaculum primum dicitur illa pars
tabernaculi quæ dicebatur sancta: quia ab illa
erat ingressus tēpli. c [In quo erāt cādelabra]
dicitur Cādelabra in plurali, quia licet esset v-
nū candelabrum tantum, tū habebat septem lu
cernas, quæ hîc dicuntur cādelabra. d [Et men
sa & propositio panum] qui septem panes erāt
positi supra mensam illam. Tertium aūt quod
erat ibi, s. altare incensi omittit apostolus, quia
secundùm quòd sequitur infra nō intendebat
de eis dicere per singula. Sequitur. e [Quæ di-
citur sancta] hoc refertur ad tabernaculum pri
mum: quia sicut dictum est, illa pars prima ta-
bernaculi, in qua erāt ista dicebatur sancta ab-
De secundo tabernaculo. solutè. f [Post velamentum autem,] i. post cor-
tinam intermediam erat. g [Secundum taber-
naculū.] i. secunda pars tabernaculi. h [Quod di
citur sancta sanctorū.] aureum habens thuribu
lum, & arcā testamenti circumtectam ex omni
parte auro.] quia erat de lignis sethim operata
auro intus & extrà: vt habetur Exod. xxv. i [In
qua erat vrna aurea habens māna secundùm ꝙ

dicitur Exo. xxvj. k [Et virga Aaron, quæ fron-
duerat] secundū quòd habetur Nume. xvij. l [Et
tabulæ testamenti.] Ista erant inclusa in arca,
vt prædictum est. m [Super quæ erant Cheru-
bim glorię.] gloriosè facta vel potius erant glo
riæ: quia Deo deseruiunt angeli per cherubim si
gnificati: vnde sequitur. n [Obumbrātia propi
tiatoriū.] quod repræsentabat locū diuinum, vt
dictum est. o [De quibus non est modo dicen-
dū per singula.] quia apostolus prosequitur illa
breuiter: & secundum sensum allegoricū tantū
vt dictum est p [His verò &c.] hic Apostolus de
scribit ministerium sacerdotū in tabernaculum Ministeriū sacerdotū describit.
Moysi. Ad cuius intellectū sciendū ꝙ intra San
cta sanctorū solus summus sacerdos intrabat ī
festo expiationis tātum. In alia aūt parte taber-
naculi quę dicebatur sancta absolutè, alij sacer
dotes intrabant qualibet die ad perficiendū sa-
crificiū. Immolatio enim sacrificiorum & obla Vbi fiebat imolatio sacrificiorū.
tio eorum fiebat extra tabernaculum sub dio in
altari holocaustorum, sed consummatio sacri-
ficij fiebat in tabernaculo per cremationē in al
tari incēsi, quia sacrificia illa nō erāt accepta ex
se: sed tātū ex fide & deuotiōe offerentiū, quę fi
des & deuotio significatur per incēsum. Et hoc
est qđ dicitur. [his verò ita cōpositis.] id est de-
positis mō. s. pdicto. q [In priori quidē taberna
culo.] i. in parte tabernaculi quæ dicebatur san
cta. r [Semper.] i. quotidie. s [Introibāt sacerdo
tes, sacrificiorū cōsummātes officia per crema
tionē incensi. t [In secundo aūt.] i. intra Sancta
sanctorum. v [Semel in anno solus pontifex]
sup. introibat. Glo. dicit hic quòd pluries intra-
bat in anno, tamen sine sanguine: hoc tamē non
inuenitur scriptū in lege nisi solum quando mo
uenda erāt castra. Tūc enim Aaron & filij eius
intrabāt vt inuoluerent ea quæ erant intra san-
cta sanctorum, & disponerēt leuitarum onera:
aliàs nō legitur intrasse aliquis nisi summus sa
cerdos in festo expiationis, ad offerendū ibi co-
rā ꝓpitiatorio de sanguine hostię immolatę p
peccato populi & pro peccato ꝓprio. Et hoc est
quod dicitur. x [Nō sine sanguine &c.] y [Hoc
significāte.] Hîc ostēdit quid significabāt prędi
cta: & primò quātū ad vetus Testamentū, secū
do quantū ad nouū ibi, Episcopus assistēs in j.
parte dicit sic, [Hoc significāte spūsancto nōdū
ꝓpalatā esse sanctorū viā] quia sicut dictū est p
hoc ꝙ nō patebat accessus sacerdotibus ad San Figuratio prædictorū.
cta sanctorum designabatur ꝙ via veniendi ad
cęlestia nō erat patefacta, sicut est in nouo Te-
stamēto: & quia vetus Testamentū adhuc habe
bat cursum suū quod significabatur per primā
partem tabernaculi, vt dictū est. Et hoc est quod
subditur. z [Adhuc priore tabernaculo.] i. vete-
ri Testamento. a [Habente statū] suū. b [Quæ
parabola.] i. figura. c [Est tēporis instātis] quia
vetus Testamentum fuit figura noui. d [Iuxta
quā] s. parabolā. e [Munera & hostię offerūtur,
quę nō possunt iuxta cōscientiā pfectū facere.]
quia in veteri Testamento, qđ fuit figura noui

munera oblata non auferebant peccata, vt prædictū est. Et causa subditur. f [Seruientē solum modò in cibis & potibus] qđ dicitur quia obseruationes legalium in parte consistunt in abstinentia à quibusdam cibis & potibus in lege prohibitis. g [Et in variis baptismatibus.] id est ablutionibus, quæ fiebant in emundatione leprosi & in consimilibus. Oīa enim ista erant quædam purè corporalia: & ideo non poterant emundare conscientiam: sed tātum tollere quādam immunditiam corporalem vel irregularē quæ dicūtur iustitiæ carnis. Et hoc est quod dicitur. h [Et iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis impositis.] i. vsque ad tēpus nouæ legis quæ corrigit veterē, nō à mala in bonū reducēdo: quia lex vetus fuit bona & iusta, vt dicitur ad Ro. vij. sed ab imperfecto ad perfectū reducēdo. Quia sicut puero quādiu est sub pædagogo, imponuntur aliqua opera bona, ad assuefactionē virtutis, quæ tñ mutātur aduenien te ætate virili: quia pfectiora opera ei imponūtur. Ita per legē Moysi fuerūt imposita legalia populo Iudaico, vt exerceretur in cultu vnius Dei: quia tñ erāt imperfecta, ideo per legē Christi ad pfectionē sunt reducta, ꝑpter qđ Apostolus ad Gal. iij. cōparabat legē Moysi pædagogo, sub cuius disciplina tenetur puer quādiu est paruulus. i [Christus autem &c.] Hic cōsequēter exponit illud quod prædictum fuit de tabernaculo Moysi, inquantum fuit figura nouæ legis: circa quod Apostolus duo facit: quia primò declarat propositum. Secundò probat quoddā suppositum. ibi. Sic enim &c. Circa primū quinque tangit. Primò dignitatē loci: quia illa pars tabernaculi quæ figurabat nouū Testamētum vocabatur Sancta sanctorum. Secūdò dignitatem ministri, quia solus summus pōtifex illuc intrabat. Quartò tp̄s intrādi: quia tātum semel in anno. Quintò ad qđ intrabat, scilicet ad placandum sibi Deū, & populum. Et ista significabāt ea quæ sunt in nouo Testamēto: quia Christus qui est summus pōtifex, intrauit cælū, qđ designabatur per Sancta sanctorū: & p propriū sanguinem ad placādum nobis patrem. Et hoc est quod dicitur, Christus aūt &c. Sciendū tamē quòd in hoc capitulo cōstructio est multum suspēsiua. Et iō vt clarius & breuius procedamus ponamus literā non secūdum ꝙ iacet in textu: sed secundū ordinē sententiæ. Dicit ergo, Christus aūt: hic tāgitur dignitas ministri noui Testamēti, quia Christus est nomē suppositi existētis in natura dupli ci, scilicet diuina & humana. k [Pontifex.] Hic tangitur nomen officij. quia Christus est princeps aliorū pastorū secundum quod dicitur. i Pe. v. Cū apparuerit princeps pastorum &c. l [Assistens.] id est semper paratus ad suum officium, sed ad interpellandum Deū patrem pro nobis: & auxiliandum nos contra impugnationem hostis. m [Introiuit semel in san.] id est cælum, quod quidem cælum est tabernaculum. n [Perampliu..] id est valdè amplum propter immensitatē bonorū cælestium. o [Et perfectius tabernaculū.] quam tabernaculum Moysi quod fuit mobile & portabile de loco ad locum, istud autem immobile & æternum, secundum ꝙ per Isaiam fuit prędictum, Oculi tui videbunt Ierusalē ciuitatem opulentam: tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. ibi enim loquitur de Ierusalem cælesti. p [Non manufactū.] id est non per hominem sicut fuit tabernaculum Moysi per manum Bezeleel. Et hoc est quod subdit Apostolus, exponendo verbum prædictū. q [Id est, non huius creationis.] id est non humanæ factionis. Tangit etiā tempus intranda ibi. r [Semel.] quia totum tēpus non est nisi vnus annus respectu pōtificatus Christi. Et ideo ex quo semel intrauit semper est ibi. Tangitur etiā modus intrandi, cùm dicitur. s [Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum.] sicut intrabat pontifex in veteri lege. t [Sed per propriū sanguinē.] qui pro nobis fuit effusus in cruce. Tāgitur etiam ad quid intrauit, cū dicitur. v [Æterna redemptione inuenta.] Quia per hoc habemus æternam redemptionem: per medium conuenientissimum à Christo, inquātum satis fecit, quia poterat inquantum Deus: & soluit, quæ debebat inquantum homo.

Similitudo de puero sub pædagogo.

Dignitas ministri noui Testamenti, s. Christi.

QVAESTIO CXLVI.

SVper verbis epistolæ eiusdem diei quæ habentur ad Hebræos ix. scilicet, Christus assistens pontifex futurorum bonorum per propriū sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, oritur quæstio de effectu sanguinis Christi. Vtrū in sanguine Christi, simus redempti à reatu peccatorum nostrorum? Arguitur ꝙ nō, sanguis Christi est quoddā corporale: sed corporale nō habet vim agendi i spirituale. Igitur. In oppositū Apostolus ad Ephe. Deus glorificat nos in dilecto filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinem & remissionem peccatorum. Igitur. Ad argumentū dicitur quòd licet passio Christi sit corporalis, sortitur tamen quandā spiritualem virtutem ex diuinitate Christi vnita, cuius est instrumentū: secundùm quam quidem virtutem passio Christi est causa remissionis peccatorū. Ad quæstionem respondeo per tres conclusiones. Prima est, Christus per passionem suā nobis meruit vitam æternā: patet, pueri baptizati morientes perueniunt ad vitam æternā, non ex eorum merito, sed Christi passione & merito: adulti etiā gloriā æternam mereri nequeūt, cùm eorum meritum sit finitum gloria infinita. Igitur. Secunda conclusio, Christus meruit nobis glorificationem corporis quā sumus recepturi post diē iudicij, post iudiciū enim saluatorū corpora erūt glorificata nō ex propriis meritis, sed merito passiōis Christi. Igitur. Tertia cōclusio, Per Christi passionē seu sanguinē sumus liberari à reatu peccatorū nostrorū patet: sanguis Christi emūdat nos ab oī peccato-

Dominica xviij.post octa pente.
j.Corinth.j.cap.

FRatres, [b] gratias ago [c] Deo meo semper [d] pro omnibus vobis, [e] in gratia Dei [f] quæ data est vobis in Christo Iesu. [g] Quia in omnibus [h] diuites facti estis [i] in illo [i] in omni verbo [k] & in omni scientia, [l] sicut testimonium Christi [m] confirmatum est in vobis, [n] ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, [o] expectantibus reuelationem [p] Domini nostri Iesu Christi. [q] Qui & confirmabit vos [r] vsque in finem [s] sine crimine, [t] in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

Diuites facti estis. Diuitiæ mundi nõ sunt veræ diuitiæ, cũ deficiant & pereãt quãdo possidere credimus & annihilari possint, sed supercælestes diuitię sũt veræ, quæ sunt bona animę quibus anima viuit, vt sunt dona virtutum, dona spiritus sancti beatitudo & felicitas æterna, quibus fruendo aĩa quiescit. Multos perdidit aurum & argentũ. & Mat. vi. hoc de mundi diuitiis. De supernis Christus ait, Thesaurizate vobis thesauros in cælis.

POSTILLA.

FRatres, gratias ago Deo meo semper, &c. Ante initium illius epistolæ scribit S. Paulus Apostolus salutans amicabiliter Corint. dicens, Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu. Tunc sequitur præsens epistola quę concordat cum Euangelio hodierno, in hoc quia in Euãgelio legitur de magno mandato dilectionis, quod absque dono gratiæ perfici non potest: vt ergo hoc mandatum magnum implere possimus, tunc Apostolus Paulus in epistola hodierna nos inducit ad gratiam obtinendam, & principaliter per gratiarum actiones, quia gratiarum actio est ad plus dandũ inuitatio: ergo Apostolus dicit in epist. b [Gratias ago.] Glos. corde, ore, & opere. Hic mos est Apostoli, quia ferè omnes epistolas suas incipit à gratiarum actione. c [Deo meo semper.] Ly.i. in omnibus horis mihi ad adorandum congruis & deputatis. d [Pro omnibus vo.] i. sicut filiis meis charissimis. e [In gratia Dei.] i. propter grariã Dei. f [Quæ data est vobis in Christo Iesu.] Vinc.i. ex meritis & virtute Iesu Christi. g [Quia in omnibus,] s. pertinentibus ad salutem. h [Diuites facti estis in illo.] s. Christo. i [In omni verbo.] doctrinæ. k [Et in omni scientia.] i. intelligentia scripturarum. l [Sicut testimoniũ Christi.] Gor. i. testimoniũ nostrũ de Christo. m [Cõfirmatum est in vobis.] i. à vobis firmiter retentũ. n [Ita vt nihil vobis desit in vlla gra.] ad salutem necessaria. o [Expectantibus reuelationem.] Gor. id est claram visionem & cognitionem. p [Domini nostri Iesu Christi.] quæ erit in patria cælesti. q [Qui & confirmabit vos] in donis collatis. r [Vsque in finem.] i. vsque ad mortem, vt sitis. s [Sine crimine.] Ly.i. sine peccato mortali: quia peccatum veniale nõ potest etiam à perfectis omnino vitari. Vnde Prouer.xxv. Septies in die cadit iustus, & resurget. t [In die aduentus Domini nostri Iesu Christi.] id est in die iudicij: quia qui sine crimine mortali in die mortis inuenitur in die iudicij sine crimine præsentabitur.

QVAESTIO CXLVII.

SVper verbis epistolæ do.xviij post oct.pẽte. quæ habentur j. ad Cor.j. scilicet, In gratia Dei quæ data est vobis, oritur quæst. de habentibus gratiam. Vtrum donum intellectus sit in omnibus habentibus gratiam? Arguitur quòd non: ea quę sunt communia omnibus habentibus gratiam, nunquã ab illis subtrahuntur: sed donum intellectus quandoque se subtrahit ab habẽtibus gratiam. Igitur. In oppositum Psalmista, Nescierunt neque intellexerunt qui in tenebris ambulant: sed nullus habens gratiam ambulat in tenebris. Igitur. ad argumẽtum dicitur quòd donum intellectus nunquã se subtrahit à sanctis circa ea quæ sunt necessaria ad salutem, sed circa alia interdum se subtrahit vt non alta aliquando per intellectum penetrare possint ad hoc quòd materia superbiæ subtrahatur. Ad quæstionem respõdendum est secundùm Tho. ij. ij. q. viij. per tres conclusiones. Prima est, In omnibus habẽtibus gratiam necesse est esse rectitudinẽ voluntatis: quia gratia pręparat voluntatem hominis ad bonũ, quæ quidem non potest rectè ordinari in bonum sine præexistẽte aliqua cognitione veritatis. Secunda conclusio, Sicut per donum charitatis spiritussanct. ordinat voluntatem hominis vt directè moueatur in bonum quoddam supernaturale, ita etiam per donum intellectus illustrat mentem hominis, vt cognoscat veritatẽ quandam supernaturalem, in quam oportet tendere voluntatem rectam. Tertia conclusio, Sicut donum charitatis est in omnibus habentibus gratiam, ita donum intellectus.

Deponẽtes mẽdacium. Deo omnipotẽs valde mẽdaciũ ac mendaces odit: nã per mẽdaciũ primo genus humanum corruit, vt habetur Gen. iii. q diabolus sub serpẽtis specie mentiendo primos parentes decepit, dicens, Nequaquam moriemini & mendaciũ etiã occidit animã, i. dãnat illam. Dominus quę mendaces perdet, Dauid: Psal. v. Perdes omnes qui loquuntur mendacium & Sapiẽ. i. cap. Os quod mentitur occidit animam.

Dominica xix. post octa.pente.
Ephe iiij.cap.

FRatres, [b] renouamini [c] spiritu mentis vestræ, & [d] induite nouũ hominẽ, [e] qui [f] secundùm Deum creatus est [g] in iustitia [h] & sanctitate [i] veritatis. [k] Propter quod deponentes † mendacium [l] loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, [m] quoniam sumus inuicem membra. [n] Irascimini, [o] & nolite peccare. [p] Sol non occidat super iracundiã vestrã. [q] Nolite locum dare diabolo. [r] Qui furabatur, [s] iam non furetur. [t] Magis autẽ laboret, operando manibus suis [v] quod bonum est, [x] vt habeat vnde

y tribuat necessitatem patienti.

POSTILLA.

FRatres, renouamini spiritu mētis vestræ,&c. Ante initiū illius epi.scribit S.Paulus,dicens,Vnus dominus,vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.Tunc sequitur epistola hodierna quę in hoc cōcordat cum Euāgelio hodierno quia in Euāgelio legitur de paralytico,quē Dominus curauit. Sic in epistola hodier. Apostolus monet paralyticos in anima vt erigātur spiritualiter à paralysi ad bona opera. b [Renouamini.]Lyra,per gratiam Dei,&c.c [Spiritu mentis vestræ.] i.in spiritu,qui est mens vestra. d [Et induite nouum hominem.] Tho.vetus homo est Adā, per quem peccatū in omnes homines introiuit, sed nouus homo est Christus qui est primum principium innouationis & renouationis: quoniā sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo omnes viuificabūtur. e [Qui.]C.nouus homo Christus. f [Secundùm Deum creatus est.]scilicet à spiritusancto conceptus est in vtero Virginis, & de ea natus est. g [In iustitia]operis. h [Et sanctita.]cordis. i [Veritatis]oris. Lyra quia non fuit in Christo duplicitas vel falsitas aliqua vel hypocrisis,vt patet j.Petri ij. Qui peccatum non fecit,nec inuētus est dolus in ore eius. k [Propter quod deponen.men.] Ly. per quod proximus defraudatur. l [Loquimini ve.vnusquisque cum proximo suo.]per quam cum eo rectè viuitur. m [Quoniā inuicem men.]Vin.nam vnum membrū non decipit alterum in corpore,sed plus condolet & adiuuat alterū:sic quod os seruit capiti,oculi pedibus,& sic de aliis mēbris. n [Irascimini]contra peccatores. o [Et nolite peccare]nimis asperè arguēdo. Vnde Eccl. vij.Noli esse nimium iustus. p [Sol non occid. super iracun.ve.] i.nō duret vsque ad occasum Solis. q [Nolite locum dare diab.]Vin.s.in ira perseuerando. r [Qui furabatur]Ly.ante conuersionem de errore gentilium. s [Iam non furetur] Christianitatis tempore. t [Magis autem laboret,operando manib.suis.] Gor.vnusquisque manibus suis diligēter& strenuè:quia qui non laborat non manducet. v [Quod bonum est.] i.vtile & honestum. x [Vt habeat.] non tātùm vnde viuat sed & y [Vnde tribuat necessitatem patienti.]id est indigenti.

Christus dicitur bis natus,s.æternaliter & temporaliter. Magi. Sē. iii.

QVAESTIO. CXLVIII.

SVper verbis episto.dom xix.post oct.pētec. quæ habentur ad Eph.iiij.Irascimini & nolite peccare.oritur q. Vtrum irasci sit licitū? Ar. quod non:omne illud quod abducit nos à diuina similitudine est malū, sed irasci semper abducit nos à diuina similitudine, quia Deus cū tranquillitate iudicat: ergo irasci semper est malum. In oppositum Chryso. super Mat. Qui sine causa irascitur reus erit:qui verò cum causa non erit reus. Igitur. Ad argu.dicitur quòd Deo assimilari possumus & debemus in appetitu boni, sed in modo appetēdi ei omnino assimulari non possumus:quia in Deo nō est appetitus sensitiuus sicut in nobis, cuius motus debet rationi deseruire. Ad quæst.respondendum est secundùm Tho. ij.ij.q. clviij. quòd ira propriè loquendo est passio quædā appetitus sensitiui à qua vis irascibilis denominatur in passionibus autem animæ potest dupliciter malū inueniri. Vno modo ex ipsa specie passionis quæ quidem consideratur secundùm obiectū passionis,sicut inuidia secundùm suam speciē importat quoddā malum:est enim tristitia de bono aliorum,quod secundū se rationi repugnat, ideo inuidia mox notata sonat aliquid mali: hoc autem non competit iræ,quę est appetitus vindictæ,potest enim vindicta & benè & malè appeti. Alio modo inuenitur malum in aliqua passione secundum quantitatem ipsius, vel secundum superabundantiam, vel per defectum ipsius, & potest malum in ira inueniri quando aliquis irascitur plus vel minus præter rationem rectam, tunc irasci est illaudabile. Si autem aliquis irascitur secundùm rationem rectam tunc irasci est laudabile.

Dominica xx.post oct a.pente.
Ephes.v capitulo.

FRatres, b videte itaque c quomodo cautè ambuletis, d non quasi insipiētes, sed vt sapiētes, e redimentes tempus, f quoniā dies mali sunt, † g propterea h nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit volūtas Dei. i Et nolite inebriari vino k in quo est luxuria, l sed impleamini spiritusancto: m loquētes vobismetipsis n in psalmis & hymnis o & canticis spiritualibus, p cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, q gratias agētes semper pro omnib' r in nomine Dñi nostri Iesu Christi, s Deo & patri t subiecti inuicē v in timore Xpi.

Dies mali sūt. Nullū tps, nullus annus, nullus dies, mali sunt, in quātum sunt tpa à Deo creata, sed respectu actuum & causarum effectuum qui in temporibus sunt, dies mali esse dicuntur, quoniā de se boni sūt, cùm sint creaturæ Dei, vt patet Gene. c.j. vbi locutum est de creatione temporum & in fine capitis, Et vidit De' cūcta quæ fecerat & erant valde bona.

POSTILLA.

FRatres, videte itaque,&c. Ante initiū illius epist.scribit S.Paul.dicēs,Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.Tūc sequitur epist.hodier.quæ cōcordat cum Euāg.hod. Nā in Euāgelio legitur de nuptiis, & quo quidā: qui nō fuit indutus veste nuptiali,traditus fuit ad tenebras exteriores. Sicut in epist.pseti Apost.Pau.monet nos,vt cautè & sapiēter ambul ad illas nuptias,de quib' dicit Euāg.ne veste nupt.sine qua ad tenebras exteriores proii-

ciamur, perdamus, dicens. a [Fratres.] Gor.i. filij eiusdem patris scilicet Dei, eiusdē matris scilicet ecclesiæ. b [Videte.] Gor. oculo interiori non tantùm exteriori. c [Quomodo cautè ambuletis] propter viæ pericula quæ sunt multa & varia. d [Non quasi insipiē. sed vt sa.] in omnibus prouidentes. e [Redimentes tempus.] Ly. f. bonis operibus insistentes. f [Quoniam dies mali sunt.] Vin. dies secundū se boni sunt, & à Deo per omnia benè ordinati: sed dicuntur mali occasionaliter, vel per accidens propter miseriā & pœnalitatē quas patiuntur homines diebus istis, vel propter peccata vel malitias hominū quę superabūdat diebus istis: quia iam totus mūdus in maligno positus est. g [Propterea.] quia dies mali sunt. h [Nolite fieri impruden. sed intelligen. quæ sit voluntas Dei.] Vin. vt secundùm illam operemini, vt sic voluntas vestra diuinæ voluntati cōformetur. i [Et nolite inebr. vi.] Vin. i. vltra necessitatē & mensurā vti vino. k [In quo est luxuria.] f. non formaliter sed effectiuè & causaliter, vt patuit in Loth, qui post vinū incestū cōmisit: vt patet Gen. xix. l [Sed impleamini, &c.] Ly. qui datur sobriis & castis. m [Loquentes vo.] Vin. i. instruentes non solū alios, sed etiā vosmetipsos. n [In psal.] i. in verbis sacræ Scripturę de laude Dei. o [Et canticis spi.] i. in verbis sacræ Scripturæ de gaudiis æternis tractātibus. p [Cantātes, &c.] Vin. i. ad honorē domini. q [Gratias agēs. semper pro omnibus.] f. donis quia gratitudo beneficij accepti disponit ad receptionē alterius. r [In nomine do. &c.] Gor. i. ad exaltationem domini nostri Iesu Christi qui dicitur dominus propter potestatē non propter charitatē, Iesus propter salutē, Christus propter benignitatē. s [Deo & patri.] i. Deo per creationem, patri per gubernationem & conseruationē. t [Subiecti.] nō solum subditi prælatis humiliter & cum timore obediendo: sed etiam prælatis humiliter & cum timore curam eorum sollicitè gerendo. v [In timore Christi] qui est custodia omnium prædictorum.

Quomodo in vino est luxuria

Quomodo Deus dicitur Dominus

QVAESTIO. CXLIX.

SVper verbis episto do. post octa. pente. quæ habentur ad Eph. v. f. Nolite fieri imprudentes. oritur q. de imprudentia. Vtrū imprudentia sit peccatum? Arguitur quod non: oē peccatum est voluntariū, sed imprudentia non est aliquid voluntarium: nullus enim vult esse imprudens. igitur. In oppositum: spiritualis thesaurus gratiæ non tollitur nisi per peccatum, sed tollitur per imprudentiā, vt habetur Prou. xxj. Thesaurus desyderabilis & oleum in habitaculo iusti, & hō imprudēs dissipabit illud. igitur. Ad arg. dicitur ꝙ de formidine imprudētię nullus vult, sed actus imprudētiæ vult temerarius, qui vult præcipitanter agere. Ad q. respō. est secundùm Tho ij. ij. q. liiij. quòd imprudētia dupliciter accipi pōt. Vno modo priuatiuè, alio mō cōtrariè negatiuè, & non propriè dicitur quòd propriè importet solā carentiā prudentiæ quæ pōt esse sine peccato, priuatiuè autem imprudētia dicitur inquantū aliquis caret prudentia, quā quis debet habere, & secundum hoc imprudentia est peccatum ratione negligentiæ qua quis nō adhibet studium ad prudentiam habendam. Contrariè verò accipitur imprudentia secundum ꝙ ratio contrario modo mouetur agere prudentiæ, putà si recta ratio prudentiæ agitur consiliando: imprudens consilium spernit, & est peccatum mortale, puta quòd quis quasi contemnens & repudians diuina documēta præcipitanter agit: si verò præter eam agat absq; contemptu & absque detrimento eorum, quæ sunt de necessitate salutis, est peccatum veniale.

Dominica xxj. post octa. pentec.

Ephe. vj capitulo.

FRatres, [a] cōfortamini in dn̄o & [b] in potentia virtutis eius. [c] Induite vos armatura † Dei, [d] vt possitis stare [e] aduers⁹ insidias diaboli. [f] Quoniā non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem [g] sed aduersus principes & potestates, [h] aduersus mundi rectores [i] tenebrarum harum, [k] cōtra spiritualia nequitiæ [l] in cælestib⁹: [m] propterea accipite armaturā Dei, [n] vt possitis resistere [o] in die malo [p] & in omnib⁹ [q] perfecti stare. [r] State ergo succincti lumbos vestros [s] in veritate, [t] & induti loricā iustitiæ [v] & calceati pedes [x] in præparationē Euāgelij pacis. [y] In omnibus [z] sumentes scutum fidei, [a] in quo possitis omnia tela nequissimi [b] ignea [c] extinguere. [d] Et galeam salutis assumite [e] & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Armatura Dei. Domini Iesu Christi armatura sūt virtutes theologal. scilicet fides, spes, charitas, sine quibus nullus est Deo grat⁹ nec illi bene placēt: quæ hæ tres sūt æquales, & qui habet vnā, cæteras habet, vt vult Ma. Sent. lib. iii. dist. xxv.

POSTILLA.

FRatres, cōfortamini in Dn̄o, &c.] Ante initiū illius epist. scribit S. Paul. in eo. c. di. Serui obedite dominis vestris carnalibus cū omni timore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Nō ad oculū seruientes quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi facientes voluntatē Dei ex animo cum bona volūtate seruiētes, sicut domino & nō hominib⁹. Tūc sequitur præsens epist. in qua Apost. nos instruit de bello & armis cōtra diabolū qui nos multipliciter impugnat, dicēs. a [Cofortamini in Dn̄o.] Gor. cōtra bellū diaboli. b [Et in potētia virtutis eius.] ipse em̄ dat virtutē & fortitudinē plebi suæ. c [Induite vos ar. Dei.] Ly. i. virtutibus, quæ sunt arma militū Christi. d [Vt possitis sta.] absque casu peccati

mortalis. e [Aduersus insidias diaboli.] qui est mali artifex. f [Quoniā non est no. col. aduer. carnē & sanguinem,] i. aduersus homines, qui sunt caro & sanguis: & per consequens visibiles. g [Sed aduersus prin. & potest.] Vinc. per principes intelliguntur mediocres dæmones qui præsunt minoribus, & per potestates intelliguntur maiores dæmones. Nā de singulis ordinibus ceciderunt aliqui in quibus naturalia remāserūt integra: vt dicit Dio. in cælesti Hierarchia. Et inferiores dæmones obediūt superioribus: vt magis possint nocere hominibus. h [Aduersus mundi rectores.] i. aduersus eos qui regūt mundū i. mundialiter viuētes. i [Tenebrarum harum.] s. qui homines mundiales habent tenebrosas animas, & sunt in tenebris vitiorū & perducētur post hoc ad tenebras exteriores, k [Contra spiritualia nequitiæ] i. cōtra malignos spiritus. l [In cælestibus.] i. existētes in hoc aëre caliginoso de quibus dicitur Matt. xiij. Aues cæli comederunt illud, s. semen seminatum, i. verbū Dei. m [Propterea accipi. ar. Dei.] i. virtutes, quibus Deus suos milites armat, non armaturā mūdi: quia etiā cum hostes sint spirituales nihil valet contra eos armatura corporalis. n [Vt possitis resistere.] Ly. insultibus dæmonū. o [In die malo.] i. in præsenti vita: vbi imminet pugna tētationum. p [Et in omnibus.] tam prosperis quam aduersis. q [Perfecti state.] ita quod non frangamini aduersis, aut eleuemini in prosperis. r [State ergo succincti lum. ve.] i. carnis cōcupiscentias cingulo castitatis frenantes. s [In veritate.] Gor. non simulatoriè, vt hypocritæ qui sunt quasi virgines fatuæ habentes vasa sine oleo. t [Et induti loricam iustitiæ.] Ly. sicut enim lorica cooperit totū corpus, sic iustitia reddit vnicuique debitum. v [Et calciati pedes.] i. affectiones sint munitæ virtutibus, ne à vitiis deturpentur. x [In præparatione euangelij pacis.] vt sitis præparati ad prædicandū euangelium Christi, qui annunciauit pacem æternam. y [In omnibus] Gor. s. prælijs siue illatis à carne siue à mūdo siue à diabolo. z [Sumetis scutum fidei.] Vin. i. fidē pro scuto, de qua dicitur Psal. xc. Scuto circundabit te veritas eius. Sicut enim scutū primos recipit ictus, sic primæ expugnatiões sunt ex parte fidei. Item sicut scuto protegitur sinistra pars corporis, sic fides habet solum protegere in hac vita: quia non erit fides post hanc vitam. a [In quo possitis omnia tela nequissimi.] Gorr. id est acutas tentationes diaboli. b [Ignea.] id est de vitio ad vitium flāmantia. c [Extinguere.] id est superare. d [Et galeam sa. assumite.] id est charitatem, sicut enim galea superponitur aliis armis, sic charitas aliis virtutibus præponitur. e [Et gladium spiritus.] id est gladium spiritualem. f [Quod est verbū Dei.] quia percussus verbo Dei diuiditur à mūdo. De hoc gladio dicitur Mat. x. Non veni mittere pacem, sed gladium.

QVAESTIO CL.

SVper verbis epistolæ domin. xxj. post octa. pente. quæ habētur ad Ephe. vj. s. induite loricam iustitiæ. oritur qō de iustitia. Vtrum iustitia sit virtus? Arguitur quòd non. Quod fit ex necessitate nō est meritoriū: sed reddere vnicuiq; quod suum est, quod pertinet ad iustitiā, fit ex necessitate: ergo nō est meritorium: actibus autē virtutū meremur, ergo iustitia nō est virtus. In oppositum Greg. ij. Moralium ait ꝙ in quatuor virtutibus, s. temperantia, prudētia, fortitudine, & iustitia tota boni operis structura cōsurgit. Igitur. Ad argumentum dicitur ꝙ volūtas fertur in suum obiectū cōsequenter ad apprehēsionē rationis: & ideo quia ordinat in alterū ratio volūtatis potest velle aliquid in ordine ad alterū quod ptinet ad iustitiā. Ad quæstionem respondendū est secundū Tho. ij. ij. q. lviij. per tres cōclusiones. Prima est, Virtus humana est quæ bonū reddit actū humanum, & ipsum bonum facit, quod quidem conuenit iustitiæ. Secunda cōclusio est, Actus hominis bonus redditur ex hoc quòd attingit regulam rationis secundùm quam humani actus rectificantur. Tertia conclusio, Cum iustitia operationes humanas rectificat, & opus hominis bonum reddit: nam ex iustitia viri boni nominātur, sequitur quòd iustitia sit virtus.

Dominica xxij. post octa. pentec.
Philip. j. capitulo.

FRatres, † confidimus [b] in Domino Iesu: [c] quia qui cœpit in vobis opus bonū perficiet [d] vsq; in diē Christi Iesu. [e] Sicut est mihi iustū hoc sentire [f] pro omnibus vobis, [g] eò quòd habeam vos in corde, [h] & in vinculis meis [i] & in defensiōe [k] & cōfirmatione Euāgelij, [l] socios gaudij mei omnes vos esse. [m] Testis enim mihi est Deus, [n] quomodo cupiā omnes vos esse in visceribꝰ Iesu Christi. [o] Et hæc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet [p] in omni sciētia, [q] & in omni sensu, [r] vt probetis potiora [s] & sitis synceres & [t] sine offensa [v] in die Christi, [x] repleti fructu iustitiæ [y] per Iesū Christū, [z] in gloriā & laudē Dei.

Confidimus. Omnis spes nostra omnis confidentia, omnis intentio, omnis cogitatio nostra in dominū Deū se dirigere debet. Dauid Psal. iiii. Sperate in domino. & Psal. x. In domino cōfido. & alibi Ps. Iacta cogitatum tuū in domino, & ipse enutriet te.

POSTILLA.

FRatres, confidimus in Domino, &c. Ante initium illius epl. scribit S. Paulus salutando Phil. dicens, Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Tūc sequitur præsens epistola. Vbi notandum quòd epistola præsens & Euangelium hodiernum con-

cordant,quia in Euágelio monemur ad habendam charitatem,non vt tantùm benefaciamus proximo,ſed etiam vt dimittamus iniurias nobis ab eo illatas, vt patet in Euangelio. Et ad illam perfectá charitatem inducit nos Apoſtolus in præſenti epiſtola, vt patebit in textu dicens. a [Fratres,confidimus.]Vinc.i.fiduciã habemus. b [In domino Ieſu.]non in aliqua alia creatura. c [Quia qui cœpit in vobis, opus bonum perficiet.]Ly. ſicut enim inchoatio operis boni eſt à Deo,ita & cõſummatio. d [Vſq; in diẽ Ieſu Chriſti.] Vin.i.ad mortẽ cuiuſlibet hominis,& tunc Deus manifeſtabit ſe cuilibet homini, & tunc reddet vnicuique iuxta opera ſua. e [Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire.] i.bonam operationem habere. f [Pro omnibus vobis.]quia dilectio facit bonum opinari de dilecto:ergo ſubditur. g [Eo quòd habeam vos in cor.]Gor.i.in intimo affectu charitatis.h [Et in vinculis meis.] Gor. i.vinculis pro Euangelio patiendo. i [Et in defenſione.]Euangelij i.dum Euangeliũ contra infideles defendo. k [Et confirmatione] i.dum infirmos in doctrina Euangelij,ſ.confirmo cum in omnibus his iam enumeratis,memor veſtri ſum deſiderans. l [Socios gaudij mei omnes vos eſſe.]futuræ remunerationis:quia quanto plures ſocij,tanto maius gaudium. m [Teſtis enim mihi eſt Deus.] Vin.i.præbet teſtimoniũ. n [Quomodo cupiã omnes vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti.] i.in intimo amore Ieſu Chriſti. o [Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abũdet.] Lyra, quia charitas ſemper creſcere poteſt. p [In omni ſcientia.]ſcilicet diſcretionis,vt ametis proximos,& vitia eorũ non ametis. q [Et in omni ſenſu]ſcilicet diligẽter, quia in omnibus bonis quæ videt, in eo quem amat congaudet, & malis eius compatitur. r [Vt probetis potiora.]Vin.i.probare poſſitis non ſolùm bona,ſed etiã potiora,id eſt meliora,ea ſequendo. s [Et ſitis ſinceres.] i.puri & mundi in vobis. t [Et ſine offenſa.]ſcilicet proximis veſtris. v [In diẽ Chriſti.]i.vſque in finem vitæ. x [Repleti fructu iuſtitiæ.] i.bonis operibus, quæ ſunt fructus iuſtitiæ. y [Per Ieſum Chriſtum.] à cuius gratia venit omne meritum. z [In laudẽ & gloriam Dei.] Vincentius, vt dignè poſſitis Deum laudare & glorificare.

QVAESTIO CLI.

SVper verbis epiſtolæ xxij.domin. poſt octa. pente.quę habentur ad Philip.j.ſcilicet Repleti fructu iuſtitiæ. oritur qõ de actu iuſtitiæ. Vtrum actus iuſtitię ſit reddere vnicuiq; quod ſuum eſt? Arguitur quòd non. Ait Tullius in libris de Officiis, Beneficẽtia,quã benignitatẽ & liberalitatem appellari licet,ad iuſtitiã pertinet, ſi liberale eſt de proprio dare alicui non de eo,quod eſt eius:ergo iuſtitiæ actus non eſt reddere quod ſuum eſt. In oppoſitum, Ambro. de Officiis, Iuſtitia eſt quæ vnicuiq; quod ſuũ eſt tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem cuſtodiat. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd ſubuenire miſeris quod pertinet ad miſericordiam ſiue pietatem, & liberaliter benefacere quod pertinet ad liberalitatem per quandam reductionem,attribuuntur iuſtitiæ, ſicut principali virtuti. Ad quæſtionẽ reſpondendum eſt ſecundùm Tho.ij.ij.q.lviij. per duas cõcluſiones. Prima eſt,Materia iuſtitię eſt operatio exterior ſecũdùm quòd ipſa res qua per eã vtuntur, proportionatur alteri perſonæ ad quã per iuſtitiã ordinatur, quod dicitur eſſe ſuũ vniuſcuiuſque perſonæ, quòd ei ſecundùm proportionis æqualitatem debetur. Secunda cõcluſio eſt,Proprius actus iuſtitię nihil aliud eſt quàm reddere vnicuique quod ſuum eſt.

Dominica xxiij. ad Philippenſes iij.& iiij.capitulo.

FRatres,[a] imitatores mei eſtote, [b] & obſeruate eos [c] qui ita ambulant, [d] ſicut habetis formam noſtrã. [e] Multi enim ambulant, [f] quos ſæpè dicebã vobis, [g] nunc autem & flens dico [h] inimicos crucis Chriſti, [i] quorum finis interitus, [k] quorũ deus venter eſt [l] & gloria [m] in cõfuſione ipſorum [n] qui terrena ſapiunt. [o] Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. [p] Vnde etiam ſaluatorem [q] expectamus [r] Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui reformabit, [s] corpus humilitatis noſtræ [t] configuratũ [v] corpori claritatis ſuæ. [x] Secundùm operationem [y] qua poſsit etiã ſubiicere ſibi omnia. [z] Itaque fratres mei chariſsimi, [a] & deſideratiſsimi, [b] gaudium meum [c] & corona mea, [d] ſic ſtate [e] in domino chariſsimi. [f] Euſtochiam rogo, & Sinticem deprecor id ipſum ſapere in domino. [g] Etiam rogo & te Germane [h] compar [i] adiuua illas [k] quæ mecũ laborauerunt in Euangelio [l] cum Clemẽte & cæteris coadiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.

Imitatores. Primò Chriſtum Dominum in mandatis & doctrina imitari debemus, dein de ſanctos apoſtolos & catholicos doctores in ſuis ſanctis documentis, & omnem vanam doctrinã fugere. Iſidorus, Virtutes ſanctorum ad exẽplũ noſtrũ Deus ꝓpoſuit, vt quãto de imitatione eorũ cõferũtur nobis iuſtitię prçmia tanto de ꝑſeuerãtia malis ſint grauiora tormenta. Idẽ, Si ad bonũ incitamẽtum diuina quibus admoneremur ꝓcepta deeſſent pro lege nobis exẽpla ſanctorũ ſufficerent.

POSTILLA.

FRatres, imitatores mei eſtote & obſeruate,&c.] Ante initium illius epiſtolæ ſcribit S. Paulus in eod. cap. dicens, Fratres ego non arbitror meipſum comprehendiſſe adhuc: vnum autẽ. Lyr.

supple est quod de me assero: quæ quidem, retro sunt obliuiscens ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum. Tunc sequitur præsens epistola. Vbi notãdum est quòd epistola & Euangelium concordant. Nam in Euangelio legitur qualiter imaginem Dei, id est animam similitudine sua insignitam Deo reddere debemus: cùm dicitur, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Sic in epistola hodierna hortatur nos vt reddamus Deo imaginem suam: hoc fit imitando doctrinam ipsius Apostoli. Ergo dicit. a [Fratres imitatores mei estote.] s. in fide & charitate. b [Et obseruate eos.] i. attendite diligenter: vt vos eis conformetis. c [Qui ita ambulãt.] de virtute in virtutem. d [Sicut hab. for. nostram.] scilicet viuendi vobis traditam, verbo, exemplo, & scripto. e [Multi enim ambulant.] s. vita peruersa. f [Quos sæpè dice. vobis.] cùm essem præsens vobiscum. g [Nũc autem flens dico.] hic notatur passio Apostoli, qui fleuit aliorum miseriam & perditionem: & per hoc inducere nos volens ad compassionem proximorum. h [Inimicos crucis Christi.] quia eorũ vita erat cruci Christi contraria, qui in delitiis viuebant, quales fuerunt gulosi & luxuriosi. i [Quorum finis interitus] scilicet æternus, quia in fine consequuntur pœnam æternam. k [Quorũ Deus venter est.] quia student ei satisfacere in omnibus, & quicquid faciunt pro ventre faciunt & ipsum tanquam Deum colunt. l [Et gloria.] eorum, s. temporalis. m [In confusione ipsorum.] i. perducet eos ad cõfusionem æternam. n [Qui terrena sapiunt] Lyr. tantummodò, & non cælestia. o [Nostra autem conuersatio in cælis est.] Gor. id est similis conuersationi cælestium quamuis sumus in terra. p [Vnde etiã saluatorem.] Gor. tam animarum quàm corporum. q [Expectamus.] venturum ad iudicium. r [Dominum nostrum Iesum Christum, qui refor.] scilicet in generali resurrectione. s [Corpus humilitatis nostræ.] Ly. Nam in nobis modò est humiliationis occasio, eò quòd est corruptibile & putrefactibile & corrodetur à vermibus & in cineres resoluetur. t [Configuratũ] i. assimilatum. v [Corpori clari. suæ.] quia sancti resurgent in corpore glorioso, sicut & Christus resurrexit. x [Secundùm operationem] id est potentiam operandi. y [Qua posset etiã subii. si. omnia.] propter creationẽ omnia sunt sibi subiecta, quæ de nihilo facta sunt. Et nisi conseruarentur à Deo in esse in nihilũ redigerentur. z [Itaque fratres mei charissimi.] Lyra i. mihi iuncti dilectione spirituali. a [Et desyderatissimi] quia desyderabat eos videre temporaliter hic in via & æternaliter in patria. b [Gaudium meũ.] de verbo perfecto. c [Et co. mea] doctoribus enim debetur corona specialis quæ dicitur aureola. d [Sic state] scilicet firmi contra tribulationes huius mundi. e [In domino cha.] ita quòd ab eo nullo modo euellamini. f [Eustochiam ro. ste.] Lyra id est firmiter stare. Istæ erant duæ matronæ, quas confortat specialiter Apostolus, tum propter fragilitatem sexus, tum quia ministrauerant sibi necessaria, & aliis prædicatoribus, vt ostenderet se gratum. g [Etiam rogo & te Germane.] Est nomen proprium. h [Compar.] id est socius & adiutor meus in prædicatione. i [Adiuua illas.] scilicet, mulieres. k [Quæ mecum laborauerunt in Euangelio.] scilicet mihi necessaria ministrando & non solùm mecum: sed. l [Cum Clemente & cæteris coadiutoribus.] in prædicatione verbi Dei, ipsis scilicet sicut & mihi necessaria ministrando.

Omnes fratres sumus secundum quod homines sumus. Aug.

QVAESTIO CLII.

Super verbis epistolæ dominicæ xxiij. post octa. pente. quæ habentur ad Philippenses tertio, scilicet, Imitatores mei estote. oritur q. de imitatione Apostoli. Vtrum ad imitandum Apostolum Christi necessarium sit omnia temporalia relinquere? Arguitur quòd non. ait Aristo. iij. Ethicorum, Virtus in medio consistit: sed ille qui omnia dimittit per voluntariã paupertatem, non videtur in medio consistere, sed magis in extremo: ergo nõ agit virtuosè, quod non pertinet ad vitæ perfectionem. Igitur. In oppositum ad vitæ perfectionẽ requiritur temporalium derelictio; vt patet Matth. xix. Si vis perfectus esse, sed quilibet debet esse perfectus. patet Gen. xxij dictum est Abrahæ, Ambula coram me & esto perfectus, quam perfectionem habuit Apostolus. Igitur. Ad argumentum dicitur negando minorem & ratio est: quia medium virtutis secundùm Philosophum accipitur secundùm rationem rectam, non secũdum quantitatem rei: ideo quicquid potest fieri secundùm rationem rectam non est virtuosum ex magnitudine quantitatis: sed magis virtuosum esset aut præter rationem rectã, si quis omnia sua consumeret intemperantia vel absque vtilitate: est autem secũdùm rationem rectam quòd aliquis diuitias abiiciat, vt contẽplationi sapientiæ vacet. Ad quæstionem respondeo quòd sequela Apostoli duplex est. Vna est consequens & necessaria ad salutem in qua consistit perfectio vitæ Christi, ad quam pertinet perfecta obseruantia præceptorum charitatis, qua tenemur esse perfecti, de qua habetur Mat. xix. si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. & tunc dicendum est quòd ad imitandum Apostolum non est necessarium omnia temporalia relinquere, quia quis absque hoc quod ipse relinquat potest ipsum Apostolum imitari. hoc autem modo fuerunt diuites, qui mãdata Dei seruauerunt. Alia est sequela Apostoli supra communem statum statuti necessarium, vt est sequela in paupertate, austeritate, &c. de qua habetur Luc. ix. Christus, Qui vult venire post me, &c. & tunc est dicendum quòd ad imitandum Apostolum Christi, necessarium est omnia temporalia relinquere.

Dominica xxiiij. post octa pentecostes Col. j. capit.

Non cessamus. Inprimitiua ecclesia in sacris temporibus sancti patres alternatim sine intermissione orabant: prout de sancto Petro fiebat oratio quando Herodes eum vinctum tenebat vt patet Actuum xii. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermiss. ab ecclesia ad Deum pro eo, i. discipuli Petri alterni pro Petro orabant alias defecissent in orando.

FRatres, non † cessamus, [b] pro vobis orantes [c] & postulantes, [d] vt impleamini agnitione voluntatis eius [e] in omni sapientia [f] & intellectu spirituali, [g] vt ambuletis dignè, [h] Deo per omnia placentes, [i] in omni opere bono fructificantes [k] & crescentes in scientia Dei. [l] In omni virtute confortati, secundum potentiam claritatis eius. [m] In omni patientia [n] & longanimitate, [o] cum gaudio gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. [p] In Christo Iesu domino nostro.

POSTILLA.

FRatres, non cessamus pro vobis orantes, &c. Ante initium illius epistolæ, scribit S. Paulus in eodem cap. salutando amicabiliter Colos. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro. Gratias agimus Deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, scilicet ego Paulus & Timotheus discipulus meus, audientes fidem vestram in Christo, & dilectionem quam habetis in omnes sanctos propter spem, quæ reposita est vobis in cælis. Tunc sequitur præsens epistola. Notandum quòd Euangelium & epistola præsens concordant: quia in Euangelio legitur de filia Archisynagogi Iairi mortua, quam dominus ad deuotam petitionem patris suscitauit: sic etiam in epistola presenti Apostolus nos hortatur ad deuotam orationem, per quam mens eleuatur in Deum dicens. a [Fratres, non cessamus.] Gorra, horis opportunis. b [Pro vobis orantes.] Lyra mente. c [Et postulantes.] scilicet ore. d [Vt impleamini agni. voeius.] vt plenius voluntatem diuinam cognoscatis, quid velit & quid non. e [In omni sapientia.] quantum ad cognitionem rerum ad vitam actiuam pertinentium. f [Et intellectu spirituali.] quantum ad cognitionem spiritualium ad contemplatiuam vitam pertinentium. g [Vt ambuletis digne.] scilicet per viam huius vitæ ad patriam. h [Deo per omnia placentes.] per rectam intentionem & bonam voluntatem. i [In omni opere bono fructificantes.] id est per bonam operationem ad Deum, proximum, & ad seipsum. k [Et crescentes in scientia Dei.] id est cognitione diuinitatis. l [In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius.] id est secundum filium qui est claritas patris, per quam confortamur in bono. m [In omni patientia.] Lyra, per aduersorum tolerantiam. n [Et longanimi.] per certam premiorum expectationem. o [Cum gaudio gratias agentes.] Gorra non ex tristitia aut ex necessitate. p [In Christo Iesu domino nostro.]

Patientia est suas & suorum iniurias ac cetera mala æquanimiter ferre. xxiiii. q. J.

QVAESTIO CLIII.

SVper verbis epistolę domin. xxiiij. post octauas pentecostes quæ habentur ad Colossenses primo, scilicet, Crescentes in scientia. oritur quæstio de scientia. Vtrum scientia, quæ ponitur donum spiritussancti, sit practica? Arguitur quòd non. Augustinus xiij. de Trinitate Dei, ait, Actio qua exterioribus rebus vtimur, scientiæ deputatur: sed scientia cui deputatur actio est practica: ergo scientia quæ est donum, est scientia practica. In oppositum: Gregorius ait in Moralib. Scientia in die suo conuiuium parat, quia in ventre mentis ignorante ieiunium superat: sed ignorantia non tollitur totaliter, nisi per vtramque scientiam, scilicet speculatiuam & practicam: ergo scientia quæ est donum, diuiditur in speculatiuam & practicam. Ad argumentum dicitur quòd loquitur de dono scientiæ secundùm quòd se extendit ad operationem attribuitur ei actio sed non sola nec primò, & hoc etiam modo dirigit pietatem. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thomam secunda secundæ quæst. ix. per istam conclusionem, Donum quidem scientiæ primò & principaliter respicit speculationem inquantum homo scit quid fide tenere debeat: secundò autem se extendit ad operationem secundùm quòd scientiam credibilium eorum quæ ad credibilia consequuntur dirigimur in agendis.

POSTILLARVM SEV ENARRATIONVM IN OMNES EPISTOLAS DE TEMPORE, FINIS.

* *
*

ANNOTATIONES PER MODVM QVÆSTIONVM SVPER EVANGELIIS, REI SACRÆ STVDIOSIS PERQVAM necessariæ.

QVIA homines sua quidē natura imbecilles facti sunt, & penitus ignorantes: vt nebulas ipsius ignorantiæ, quę aliquādo mater mortis est, à se tollant, scite quippe desyderant, ne in perpetuam ruinam decidant. Nam per scientiam & doctrinam homo mortis ruinam vitare potest, & per sapientiam, quam si quis adeptus est iam omne bonū consequitur, quia ipsa est quæ cunctis rebus mundi melior est, vt de his Sapiens ait c. vij. Vnus introitus est omnibus ad vitā, & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Et præposui illam regnis & sedibus & diuitias nil esse duxi in cōparatione illius, nec cōparaui illi lapidē pretiosum: quoniā omne aurū in cōparatione illius arena est exigua. Et tanquam lutum existimabitur argentū in cōspectu illius. Super salutem & speciē dilexi ista, & proposui pro luce habere illā quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa. Et idē infrà, Omnibus nobilibus melior est sapientia. Cū ergo Euangelium Christi, in quo vera sapiētia est, quod anno completè legitur hic perscrutandū ac legendū sit prudēter quoque interpretandum, cū omni simplicitate cordis, & animi mansuetudine. Vnde Iaco. j. Cum mansuetudine suscipite insitū verbū, quod potest saluare animas vestras. Nā in humili spiritu quiescit dei sapiētia, superbis autē resistit. Aliquis humilis spiritu, & in Dei sapiētia toto animo, tota mēte edoceri cupiēs, tanquā ad id quod summū bonū cōsequitur, quęrere posset, cur à sancta & catholica Dei ecclesia, lectio. populo legendæ ac interpretandæ assumantur, & legi statutæ sint? ad quā quidem quæstio. cum Orthodoxis ac sanctis Doctoribus, vt sequitur cum formata quæstione breuiter respondeo.

In hanc sententiam Aristo. j. c. j. Metaph. Bona sciētiæ.

Sapientiæ laus.

Summum bonū dicitus Deus. Isidorus.

Quæstio.

Quare S. mater Ecclesia in missis celebrandis assumpsit lectio. Euangelij populo legendas ex vnoquoq; Euangelistarū libro.

QVæstio iam suprà sumpta, videlicet, cur sancta & catholica Ecclesia, sacri verbi Euangelij populo fideli lectiones sumpserit esse legēdas: legique ordinauerit, ex libris quatuor Scribarum Dei & Iesu Christi saluatoris nostri, cum diuina officia missarum aguntur? Ad hanc quidem quæstio. orthodo. Doctores respōdere solēt, ꝙ S. Ecclesia, S. Euangelij lectiones ideo assumpsit, & legi instituit, vt omnis populus in Christo Iesu, & veritate S. fidei ædificaretur, informaretur, necnō omnis credēs corroboraretur, crederetque firmius in S. Trin. patrem & filiū & spiritumsanctum ab vtroq; procedentē, qui verè tres personæ, vna simplici natura, & essentia sunt vnus solus, verus Deus omnipotens, immēsus, super omne quod est, optimus, æternus, sine principio & fine. A quo quidē cuncta esse cœperunt, bonum quippe. Sed postea suo vitio mali corruptionē acceperūt, vt regalis & D. Lyricus ait, Ipse fecit nos, &c. De Trin. hac ineffabili habetur de sum. tri. & fi. ca. c. firmiter, Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, ꝙ vnus solus est verus Deus æternus, immensus, & incōmutabilis, incomprehēsibilis, omnipotēs, & ineffabilis, pater, & filius, & spiritussan. tres quidē personæ, sed vna essentia, & natura simplex. & eod. c. Hæc sancta Trinit. secundū communē essentiam indiuidua: & secūdū personales proprietates discreta. Itaque patent per S. Moysem & cæteros S. prophetas. Itē dici potest ꝙ sacræ lectiones ex Euan. legi introductæ sunt in S. Dei Ecclesia, vt ipsa veritas de Christo domino, quæ à prophetis nondū nota nec cognita penitus habebatur, per Euange. verbum, & eius sanctas lectiones omnibus nota ac manifesta fieret: videlicet quia ipse est Christus dominus verus Messias & omniū redēptor: imo cū omnes populi ante Christi aduentū, in tenebris ambularent nascēte domino Iesu Christo, omnibus lux orta est, Isa. dicente, Popul. qui amb. in ten. vidit lu. ma. & lux orta est eis: quia ipse dominus Iesus est lux mundi, eo dicente, Ego sum lux mū. Igitur vt ambulemus cū Christo in verbo veritatis, & in lumine fidei, necesse fuit eius Euā. nobis manifestū fieri in S. Dei Eccle. vbi omnes cōueniūt: vt credamus in lucē, i. in Christū, vt filij lucis simus, i. ipsius redēptoris Iesu, eo dicente, Credite in lucē, vt filij lucis sitis. Est etiā necesse Euan. lectio. in diuinis officiis assumi, vt in cōmuni legerentur: ideo quòd vnusquisque Christi fidelis in vera sapientia, & diuinis literis proficeret: quas dulce & sacrum Euange. verbū docet. Nam vt ait Hierony. literas nescit qui sacra ignorat. Iam ergo satis manifesta ratio patet, ob quam causam sancti patres lectiones Euange. in S. Dei Eccle. legendas esse statuerunt.

Vnus est Deus: q a si essent plures, vnus posset alium destruere, q a omnipotētes, & sic nullus esset Deus De Orbel. j. Sentent.

Vā Gen. j. c. Viditque Deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona.

Lux de qua loquitur Isai. procedebat de corpore Christi: eò ꝙ gloria animæ Christi, q erat perfectè beata, redundabat in corpus. De Tur. cre.

Qui summorum pontificum, ex sancto Dei Euang. lectiones in sancta Romana Ec-

clesia legendas esse statuerint. Et dehinc per singulas diœceses legendas statuerint cum Decreto.

ET quia aliquorũ hominum curiositas, rarò aut nunquã satiari potest, curiosorũ aliquis igitur forte preter modũ sapere volens, quæreret à me, qui summorũ Pontificũ seu sanctorum patrũ, primus in Ro. Eccle. & per diuersas diœceses, Euan. lect. fidei populo esse legendas statuerit? Ad hanc quæst. responderetur, ꝙ multi summi Pont. & venerãdi patres, Euan. lect. legi statuerunt: nõ tamẽ id ordinatè, i. debito ordine, sub decẽti modo, ratione, & forma, quapropter eorũ non stetit decretũ validũ, neq; ratum: quia quę non rectè fiunt & ratione carẽt, minus benè fiunt: diúq; stare non possunt. Sed postea venerũt alij patres venerãdi, sanctas literas perscrutantes, qui vocato clero, & cœtu venerabiliũ doctorũ, statuerũt cũ eorum cõsilio, ex quatuor Iesu Christi saluatoris scribis, i. Euãgelistis: lectiones Euan. ex vno quoq; partim extractas populo Dei in S. Eccle. congregato, legendas ac interpretãdas esse. Inter quos beatus Thelesphorus, tunc summus Pont. ante sacrificiũ, Euan. Dei legendũ esse statuit, sic & Angelicũ hymnũ, s. Gloria in excelsis Deo, esse decãtãdum in principio missæ. Cuius adhuc sanctũ Decre. manet stabilitũ. Deinde diœces. s. vnusquisq; à summo Pont. authoritate obtenta, statuerunt sibi Euan. lectiones esse legẽdas, secundũ vnãquanq; diœcesim, & cuiuslibet dignitatẽ, & gradum, prout sacro cœtui visum fuit esse discernẽdum. Iuxtaq; Decre. sum. Pont. singuli diœcesani proprias, & ab aliis diuersas, parum vel in toto vnusquisq; videlicet Euã. lectiones legẽdas esse ac decãtandas in propria diœcesi statuit, Decretumq́; singulare ac cõmune factũ ad summum Pont. pro vniuersa sancta ac catholica Dei Eccle. ad cõfirmandũ, atq; decerendum humiliter detulerũt. Tunc beatissimi patres vnũquodq́; statutũ summa diligentia perscrutati sunt in veritatis examine: & quod superfluum innotuit, resecatũ est: & quod deerat sic superadditũ est, ita adeò sapiẽter ac prudẽter à S. patribus exactũ, discussum, atq; decretũ est, ꝙ sacrũ Dei Euan. multifariè partitũ in suas sanctas lectiones secundũ cuiuslibet diœcesis ordinẽ, & vsum in Dei Ecclesia, anno reuoluto cõpletè legatur ac perficiatur, in suo toto à pluribus partim lectũ: necnon fideli populo enarratum suo fine cõpleatur domino Iesu coadiuuante, & hoc opus bonum perficiente, per suos sanctos patres. Quia ipse est principium & rerũ omniũ finis, vt per os Isaiæ euangelici prophetæ de seipso testatur, Ego sum alpha & ω, i. rerũ principium & finis: istud à Deo factũ est tãquam à summo omniũ rerũ authore, mediãte cœtu sanctorũ patrum agẽte. Nam sine ipso domino Iesu homines nil boni facere possunt: vt ait Lucas ore diuino locutus, Sine me nil potestis facere: igitur (sicut sancti patres) in nomine ipsius opus nostrũ faciamus.

Thelesphorus ille summus pontifex.

Hoc ideo factũ est: quia cũ totũ Euangelium in vna diœcesi legi nõ posset, in omnib. legeretur.

Tunc siquidẽ ecclesiæ præcerũ statuta plenũ robur obtinẽt cum à summo Põtifice fuerint comprobata.

Legendũ est potius alpha & omega: quia omega est vltima litera alphabetica Græci.

Cur Euangeliũ à diacono in sinistra parte ab ara populo fideli ad audiendũ stãte decantatur, & cur aliæ multæ solẽnitates fiant.

QVia mens curiosa multis iam auditis. adhuc plurima, quò suo cupido desiderio satietur, audire ambit & quærit: vt aliquid igitur ad votũ, se curiosi mẽs consecutã dicat, placuit & aliã inserere q. Quã quidẽ nonnullus curiosus adhuc super sacri Euan. lectionibus, formare posset, videlicet, Cur dũ sancti Euan. verbũ à diacono exaltata voce cãtatur: populus fidelis astans & erectus, decliuo ac nudato capite, attentè audiat. Et pariter, cur aliæ multæ solẽnitates fiãt, putà quia quãdo sanctũ Euan. legitur, crux antefertur: & cerei ad vtrunq; latus incenduntur, &c. Ad hanc quæst. cum sanctis & orthodoxis doctoribus respõdeo, ꝙ sanctũ Euan. est verbũ Christi, in quo est omnis veritas & quia veritas non debet abscõdi, veluti Christus ait, Prædicate Euan. omni creaturę. & idem, Manifestate nomẽ meũ omnibus hominibus. Ideo oportuit S. Euan. exaltata voce per diaconum legi vt vnusquisque fidelis veritatẽ, s. Christũ, qui veritas est, agnosceret & sanctum eius nomen vnicuiq; loco manifestum fieret. Et deinde in alto legitur: ne quis sese excusare possit. ꝙ Christus verbo suæ veritatis quoscunq; audire volentes nõ vocauerit, & peccatum se non habere dicat: quo quidẽ verbo audito nemo se excuset Iesu dicẽte, Si non venissem, & eis locutus nõ fuissem, peccatum non haberent: imò Christus in occulto nil locutus est, eo dicẽte, In occulto locutus sum nihil. Igitur à diacono stãte in alto Euan. legi iussum est: fuitq; à sanctis patribus statutũ quòd ipsum Euangeliũ, in sinistra parte aræ, vel ecclesiæ legatur & decantetur. Et id significat, s. quòd sancti Euangelij prædicatio, vt vult Inno. j. Iudæis facta fuit, qui in dextera Dei patris erant, i. tempore legis Mosaicę in Dei protectione, quæ per dexterã significatur. Deinde Iudæis Apostolos audire nolẽtibus per ipsos apostolos gentibus prædicatio facta est, quæ per sinistram partem designatur, vt in Act. apost. clarè patet. Nã dominus eis per angelũ suũ præcepit dicẽs, Trãsite ad gẽtes. Quãdo verò sanctũ Euan. legitur duo cerei incenduntur, quod veris Christicolis significat duos populos lumine Euã. i. verbo veritatis illuminatos esse, s. Iudaicũ & gẽtilem, de vtroq; Christus ait, Habeo alias oues, s. gẽtes quæ nõ sunt ex hoc ouili, s. Iudaico populo: quas me oportet adducere cũ his, & fiet vnũ ouile, i. vna congregatio fidelis. Et vnus pastor, &c. Incensum autẽ antequã sacrum Euan. legatur fumigãs à diacono afferri solet: quod nobis denotat ꝙ quilibet fidelis corde puro verba sancti Euãgo

A quo cãtatur Euãgelium.

A qua parte altaris Euangelium cantatur & a quibus fuit institutũ.

lij cũ humilitate,& suauitate, animiq; mãsuetudine, reuerẽter quoq; suscipere debet: quod Ia. apertè docet, dicens, Cũ mãsuetudine suscipite insitũ verbum euangelij. i. quod debet inseri in cordibus vestris. Idq; denotat, ꝙ quisq; fidelis cum charitate & vera fide, verbũ Dei intelligere, & corde sentire debet: queadmodum adoramus thuris fumigationẽ. Orare quoq; nos decet prius petẽtes ꝙ dominus Iesus in suũ sanctum Euã. verã intelligẽtiam nobis cõcedat. Nã per thuris fumigatiõem sctã & deuota oratio intelligitur. Io. vij. Apo. Istud satis edocuit dicẽs, Ascẽdit fumus incẽsorum de orationibus sanctorum omniũ super altare aureum corã Deo. Itẽ crux Christi benedicta antefertur, nobis insinuãs, ꝙ vnusquisq; volũtate & spiritu, si id corpore nõ fiat, sese debet crucifigere opere: sicut Christus dominus verbo docuit. Nã ipse ait, Si qs vult post me venire, tollat crucẽ suã animo. s. & sequatur me. Ipsaq; sancta crux vexillũ Christi est, qd quilibet verus Christicola imitari debet: veluti veri & fideles cõmilitones suũ capitaneum imitãtur, ad fidẽ catholicã cõtra hæreticos defendẽdam & protegẽdã. Deinde diaconus manibus iunctis, sanctã Euangelicam lectionem cantat, denotãs ꝙ sua voluntas iuncta est sanctæ doctrinæ q̃ legit: & piè ita corde credit. Tunc fidelis populus stans. i. pedibus erectus verba sancti Euãgelij audit. Qd itaq; sic à sanctis patribus statutum est, videlicet à beato Anastasio summo Põtifice, vt de conse. di. j. c. aposto. Apostolica authoritate ait idem Anastasius, Mandamus dum sancta Euang. in ecclesia leguntur vt sacerdotes & cæteri oẽs nõ sedentes sed venerabiliter curui & in cõspectu Euãgelij stãtes dñica verba attẽtè audiant & fideliter adorẽt. i. supplices venerẽtur. Et istud nobis significat, ꝙ quilibet fidelis ad præliũ pro fide sustinẽda & Christi veritate, paratus esse debet. Stat quoq; populus capite nudato: significans, ꝙ oẽs tã sanctæ doctrinæ reuerentiã & honorẽ ac Deo gloriam exhibere debent: tanq̃ doctrinæ quæ exuperat omnem sensum: & quę oĩa veteris legis velamina & figuras detegit & aperit. Euãgelio quoq; finito vnusquisq; debet se signo crucis consignare, ne diabolus inuidia sua in nobis zizaniam seminet, & verbũ Christi de cordibus nostris tollat, & ne simus hi, de quibus Euãgelica parabola ait, Hi sunt qui verbum suscipiunt & tẽpore tentationis recedunt.

Quid thus denotat.

Quid crux designat.

Quare populus stat capite discooperto quãdo legitur Euã gelium.

Quare Euangelium vocis accentu magis eleuato ac altiori decantatur quàm Epistola.

Omnium enim præter quã fu us scire est facias.

Sed fortè adhuc curiosus animus nõ quiescit, nec his solutis quæsitis * cõtentus est, imò maiora scire curans, à me quæreret, Cur sanctum Euangelium vocis accentu magis eleuato & ipsa voce magis exaltata, quam Epistola decantetur? Ex sanctorum doctorũ doctrina, ad q̃onem respõdeo, ꝙ sanctum Euangelium accẽtu magis eleuato & voce etiam magis exaltata decantatur, q̃ ipsa Epistola, quia doctrina san. Euange. nos perducit ad salutem, quam suo salutari effectu in nobis operatur, Epistola verò, seu eius lectio solum ad id quod Euãgelium prædicat, nos dirigit. Iõ depressiori voce, q̃ Euangelium decantatur: & Euangelium suo accentu magis exaltatur, queadmodum mõtes super colles: de his apostolus ait ad Heb. vij. Nil enim adduxit lex ad perfectionem. Euangelium aũt dat salutem omni credenti. Istud quoq; dominus Iesus nobis apertè significauit, quando ascendit in mõtem ad prædicandum suum sanctum Euan. vt patet Mat. v. Videns Iesus turbas ascendit in mõtem: sic Isaias xxx. cap. dicens, super mõtem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.

Quid est Euangelium & eius subiectum & quid in se pro materia contineat.

Quia causas supra expliciuimus, qbus satis manifestè patet, ꝙ iustè & sanctè, imò pro cuiuslibet salute, sancti Euangelij lectiones à sanctis patribus legi & decãtari ordinatæ, & ex decreto statutæ sunt. Post hæc verò adhuc quis lector, aut alius animo curiosus, à me quæreret, quæ suprà narrasti perscrutati sumus, attamen nõ dixisti quid sit Euangelium, & eius subiectum. Quamobrem quęrimus quid est Euangelium, & quid est subiectum, & quid in se pro materia contineat. Ad hanc quidem quæstionem postremò factam respondeo, cum sanctis Doctoribus nostræ sanctissimæ legis gratiæ quòd Euangelium est verbi Christi Iesu saluatoris, eius veritatis, nostræque sanctæ fidei, bona nobis credentibus facta salutaris annunciatio. Ex qua quidem diffinitione (quanquam non quidditatiua & essentiali) satis patet, quòd Euãgelij subiectum, ipse est Christus, Deus & homo, prout vtramq; naturã per hypostasim in supposito dicit: & istud omnes sancti Doctores theologi communiter concedunt, dicentes quòd in theologia diuina sciẽtia, super qua nulla, Christus prout vtramq; naturam diuinam, s. & humanam ad vnum compositum dicitur esse subiectum attributionis. Et ideo quia Euãgelium est tota theologia, id est ipsa sciẽtia diuina, audeo in sacro Euangelio dicere, Christũ esse subiectum: nam ipse Christus ait, Ego sum de quo locuti sunt prophetæ. Itẽ quatuor Euangelistæ de eo testimonium dant, imò omne quod dicitur in sancto Euãgelio, ad Christum dominum refertur. Igitur sanè cum Scoto concludere possum, quod nouæ legis consyderatio, Christo attribuitur, tanquam principali subiecto in hac scientia consyderato. Cæteras cæremonias, & quæstiunculas, quæ fieri possent, breuitatis cã (ne tedio sim.) omitto Materia verò de qua in sacro Euangelio, est ipsa fides catholica in qua

Quid sit Euãgeliũ.

Euãgeliũ secundum etymologiam bonũ nuntiũ siue nuntiatio dicitur.

totū Euāgelium respectu nostri dicitur esse interpretatū. Finis verò huius sanctæ Euāgelicæ doctrinæ est, quòd quilibet fidelis Christicola beatā vitā possideat Et hoc Dei mandatis, s. ob seruatis, Domino dicente, Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Euangeliū aūt ethymologizatur quasi boni verbi nūciatio, quoniā Euāgeliū dicitur ab, eu, quod est bonū & angelus nūcius quasi boni verbi nunciū. Debet aūt scribi Euangeliū, sic & pferri, & nō Euuāgeliū. Nā euuam Grçco sermōe, peruersum signat, & sic Euuāgeliū nūciatū peruersum verbū nobis (qđ pcul absit) tua mala voce indicarer. Modū aūt legēdi, bōe lector sumas, put ī epistolis supra edocui.

Quomodo debet scribi Euāgelium.

De quatuor Euangelistis qui notarij Iesu Chr. saluato. nostri dicūtur.

Postquā supra dixi, quid sit Euāgeliū, & quo ad quid nominis vocis interpretationē annotaui, adhuc dicendum est qui sint Euāgelistę Christi, qui & notarij dicuntur, quia omnia quæ Christus dominus dixit, & in sęculo actu fecit, quæcunque sint notatu digna, & ad nostrā salutē necessaria, piè scripserūt, & nobis ad nostrā eruditionem annotauerūt. Pro cuius rei maiori notitia & cognitiōe habenda, sciendū est, put vult beatus Hier. super Mat. in suo Prologo, quod multi Euāgelia scripserunt. veluti fuere Gamaliel, & Nicodemus, & multi alij docti viri Hebræorū, vt vult Iosephus Hebræus historiographus. Et similiter aliq Grçcorū Euāgelicas historias scripserūt. Sic quoq; aliqui Ægyptiorū, à quibus multa hæresis ex eorū verbis interdū orta fuisse legitur, vt ex Apolline & plurimis aliis, quorū noīa hîc enumerare, nimis prolixū esset ac superfluū, cū propriā nō attingāt materiā. Tū īter hos scriptores nullus eorū electus esse annotatur, quia forrè veritatē nō rectè enarrauerūt seu scripserūt. Sed tā tū illa quatuor animalia quæ Ezechiel ppheta aū cōspectum Dei in visiōe vidit, quç sunt Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioānes virgo. Hi nāq; sunt digni & fide pbati in veritate inuēti sunt, qui per illa quatuor animalia nobis demōstrantur, quoniā primum animal horū quatuor, quç in visu Ezechiel propheta vidit, hoīs faciē habebat. Scdm aūt faciem leonis. Tertiū verò faciē vituli, & quartū habet aquilæ faciē. Per proprietates horū quatuor animalium, nobis alij quatuor Iesu Christi nostri saluatoris scribç apertè significantur. Nā per primū animal quod habet hoīs faciem, Matthæus significatur, qui ab humanitate Christi tanquā de homine sui libri exordiū sumpsit, cùm ait, Liber generatiōis &c. Is publicanus dictus est & cognomēto Leui appellatus. Scripsit aūt Euāgelium in Iudęa vel Æthiopia Hebrço sermōe, pprer eos qui ex Iudæis in Christū Iesum credebāt, qui & nōdum nouæ leg s veritatē cognoscebāt, vt illos īstruerer, viā veritatis quoq; edoceret, vt veteris legis tenebras effugarent. Secundum aūt animal habens leonis faciem, nobis beatū Marcū significat, qui Christū dñm, vt fortem leonem nobis resurrexisse aperrè ostēdit. Is autem diuus interpres apostoli Petri fuit à quo baptisma suscepit & Alexādrinæ Ecclesiæ primus Episcopus, q & ipse dominū nō vidit, sed put beatū Petrū prædicātē audiuit, iuxta fidē gestorū seriem ordine seruato veritatem euangelicā enarrauit. Is aūt Euāgeliū in Italia sermone Latino scripsit. Alij tamē eū Græco sermone scripsisse aiūt. Tertiū aūt animal habens faciem vituli, nobis Lucā significat, qui Anthiocensis & natione Syrus fuit arte peritus medicus, tuncq; in magno honore habebatur. Is verò ad fidem doctrina diui Petri & Pauli in Christū Iesum plenè credidit, cuius s. Pauli & postea Discipulus fuit, & deinde diuino flamine inspiratus post Mattheū & Marcum Euāgelium sermone Græco scripsit put à beato Petro & Paulo eius magistris audiuit, & ex aliorum scripturis vera nouit, qui etiam fuit in diebus Herodis Iudææ regis. De Christo verò iuxta eiꝰs patientiā & acerbissimā mortē, satis amplè, & quā cæteri clarius locutus est. Iō per faciē vituli nobis significatur, quoniā sicut bos eūm ducitur ad occisionē nō furit, sed patiēter mortem tolerat, sic Christus dominus patiēter mortē sustinuit, vt vult Isaias euāgelicus ppheta. Sed quartum animal habēs aquilæ faciē nobis beatum Ioānem Iesu Christi amicū & valdè dilectū significat, q & Secretarius domini dicitur. Is cū dño à sua vocatiōe semper stetit & vidit ac audiuit quç ipse dominus fecit & dixit, dicens prout de seipso testatur in Christi amara morte, Qui vidit testimoniū phibet de his. Et ille scit, quia vera dixit. Et ideo in ecclesiis aquila depingitur. Nā sicut aquila inter cæteras aues altius volat, ita adeò ꝙ solē de ppe intueri possit. Sic quoq; beatus Ioannes inter cæteros Euāgelistas Christi scribas magis arduè de filio Dei quo ad diuinitatē, quæ p solē significatur nobis locutus est, sic etiam de eius gloriosa & triūphanti ascensione, Beatus Ioā. post cæteros Euāgelistas vltimus in Asia Euāgelium scripsit Græco tamē sermone, ad infringēdum Ebionitarū dogma, qui asserebāt Christū ante Mariā nō fuisse Ideo vt illos ab hac hæresi diuerteret suū Euāgelium incœpit, In principio erat verbū &c. Sācta aūt doctrina scribarū Christi per quatuor flumina ex terrestri paradiso fluentia nobis manifestè demōstratur. Nam sicut tota terra ex his irrigatur, sic etiā doctrina Euangelica omnem hominē in toto orbe illuminat, vt Io. j. Qui illuminat oēm hominē venientē in hunc mundum. Nomina verò fluminū sunt hæc. Primum est Phison, quod ferè oēm terrā Heiulath circūit. Secundum dicitur Gehō, quod Æthiopię terrā circūit. Tertium, dicitur Tygris quod in Assyrios tēdit. Et quartū dicitur Euphrates, vt patet Ge. ij. Cætera causa breuitatis omitto.

De quatuor Euāgelistis q sunt Lucas, Matthæus, Ioānes, & Marcus.

De quatuor animalibus.

Quare Matth. publicanus dictus est.

De Marc.

Finis Annotationum.

POSTILLA SIVE EXPOSITIO

Euangeliorum tam Dominicalium quàm Ferialium, necnon quatuor temporum, per decursum totius anni.

Dominica prima aduentus, Euang. secundum Lucam xxj. cap.

IN illo tẽpore,[a] dixit Iesus discipulis suis, [b] Erũt signa † in sole, & luna & stellis, [c] & in terris pressura gentiũ prę confusione sonitus maris & fluctuũ, [d] arescẽtibus hominibus [e] præ timore [f] & expectatione [g] quæ [h] superueniẽt [i] vniuerso orbi. [k] Nã virtutes cælorũ mouebuntur. [l] Et tunc videbunt filiũ hominis [m] venientẽ [n] in nube, [o] cũ potestate magna & maiestate. [p] His autem fieri incipientibus, respicite [q] & leuate [r] capita vestra, [s] quoniã appropinquat redẽptio vestra. [t] Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneã & omnes arbores, cũ producũt iam ex se fructũ, scitis quoniã propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri scitote quoniam propè est regnum Dei. [v] Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, [x] donec omnia fiant. [y] Cælum & terra transibunt, [z] verba autem mea non transibunt.

Erunt signa. Dominus Iesus ne nos de die extremo impuisos dimitteret, & terrore concutere mur, diem iudicij nobis futurũ indicauit, ne tã horridis signis humanum genus pauens, sine fide cũ pauore periret, hæc signa erunt ꝑ accidẽs, quia non erũt de essentia corporũ planetarum: sed diuina virtute sic disponẽte videbũt: putà sol videbitur niger, &c.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Erunt signa in sole, & luna, & stellis, &c. Luc. xxj. Matt. xxiiij. Marc. xiij. Hæc prædixit dominus Iesus anno eius xxxiij. kalen. April. feria iij. luna xij. indictione vj. In sacro Euangelio quinque continentur. Primum est signorum præcedentium generale iudicium euentus, in principio Euangelij. Secundum est filij hominis, s. Christi ad iudicium venientis aspectus ibi, Et tunc videbũt filium. Tertium est ad iustos diuinæ cõsolationis affatus, ibi, His autem fieri incipientibus. Quartum est cuiusdam similitudinis ad antedicta annexus, ibi, Videte ficulneam. Quintum est omnium prædictorum certissimæ adimpletionis tempus, ibi, Amen dico vobis quoniã. Ante initium hodierni Euãgelij, scribit S. Luc. in eo. c. quòd Christus pręuidens tẽpus extremi iudicij, dixit, Surget gens contra gentẽ & regnum aduersus regnum, & terrę motus erunt magni per loca, & pestilentiæ, & fames, terroréſq; de cælo & signa magna erunt. Væ prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadẽt in ore gladij & captiui ducentur in omnes gentes. Et Ierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur opera nationum. Item de extremo iudicio dicitur etiã Luc. xvij. Sicut fulgur coruscans de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt, ita erit filius hominis in die sua, s. aduentus ad iudicium, & sicut factum est in diebus Noë, ita erit in diebus filij hominis. Edebãt & bibebãt, vxores ducebant & dabantur ad nuptias, vsq; in diẽ qua intrauit Noë arcã, & venit diluuiũ, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plãtabant & ædificabãt, qua die autẽ exiit Loth à Sodomis, pluit ignẽ & sulphur de cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit die qua filius hominis reuelabitur, s. in die iudicij: vnde etiã de hoc dicit j Thess. v. Cùm dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, dixit ergo. b [Erunt signa in sole, & luna, &c.] Luc. xxj Matt. xxiiij. Mar. xiij. sed quæ erunt illa signa declaratur. Primò vt habetur Ioelis ij. Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequã veniat dies Domini magnus & terribilis. Itẽ ostensum est Ioan. vt habetur Apo. vj. Sol factus est niger tãquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellę de cælo ceciderunt super terram. Item Christus dicit Matt. xxiiij Sol obscurabitur & luna non dabit lucẽ suam, & stellæ cadẽt de cælo. Hoc non intelligitur quòd cadent de firmamẽto, quia minima stella secundũ Astrologos est maior quàm tota terra. Sed tãtæ impressiones & coruscationes erũt in aëre decurrentes ad terrorẽ malorũ, vt à simplicibus hominibus stellæ cadere putabuntur. Vnde Aug. Tã sęua erunt iudicia Dei, ꝙ ipsum sol aspicere nõ audebit. c [Et in terris pressu. &c.] Glos. appropinquante extremo iudicio erit sonitus maris terribilis & fluctuũ eius. Nã mare eleuabitur vltra altitudinẽ montiũ quadraginta cubitis. Vnde Psal. xcij. Mirabiles elationes maris. Tunc illi qui prope mare habitabũt in vallibus, fugiẽt ad loca montana & comprimet se propter sonitũ maris. d [Arescẽtibus hominibus] Gor. quia sicut mentẽ securitas reficit & impinguat secũdum illud Pro. xv. Secura mens quasi iuge cõuiuiũ sic timor attenuat & exsiccat secundũ illud Prou. xvij. Spiritus tristis ex-

Potius Dominus voluit signa apparere in sole, luna, & stellis, quàm in aliis creaturis: quia ista luminaria à toto mundo videntur, vt totus mũdus cognoscere posset adesse illũ qui voluit dare illa signa in rebus manifestissimis. Vinc. in sermone primo huius Dominicæ.

ficcat ossa. e [Prę timore.] s.instantiũ malorũ. f [Et expectatione] s.futurorũ adhuc distantiũ. g [Quæ] s. timor & expectatio. h [Superuenient.] de super, s.de cælo. i [Vniuerso orbi] nõ tantum parti. Ex quo patet, ꝙ nullus erit locus refrigerij, vt patet Matt. xxiiij. Erit tũc tribulatio qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò neq; fiet: vt patet Dan. x. Veniet tale tẽpus quale nõ fuit ex quo gẽtes esse cœperũt. k [Nã virtutes cęlorũ mouebũtur.] i. Angeli in modũ tremẽtiũ se habebũt. Et angeli dicuntur virtutes cælorũ, qui sunt inhabitatores cælorum. Vnde Chry. Angeli qui in iudicio astabunt, nihil sibi cõscij, videbũt infinitã multitudinẽ cõdẽnari, non intrepidè: sed cũ magno tremore illic stabũt. l [Et tũc videbunt filiũ hominis] s.tam boni quã mali: quia secũdũ magistrũ Sen. lib. iiij. Christ⁹ dominus in forma hominis iudicabit, & in illa forma ab hominibus videbitur. Erit tamẽ differẽtia ex parte videntis: quia boni videbunt eũ cũ magno gaudio & gloria: sed mali cum confusione & pœna. Vnde etiã sanctus Tho. in iiij. Sent. dist. xlviij. Sicut visio gloriæ humanitatis Christi, erit iustis in præmiũ, ita inimicis Christi erit in suppliciũ. m [Veniẽtẽ] s.ad iudic. n [In nube.] s.lucida. o [Cũ potestate magna & maiestate] quia cũ Angelis & omnibus sanctis in casu existentibus, & tunc cõgregabũtur omnes gẽtes in vallẽ Iosaphat, vt habetur Ioel. iij. Hieron. verò dicit, Nõ intelligẽdũ ꝙ in illa parua valle cõcludatur innumerabiliũ hominũ multitudo: sed in locis circunjacentibus: nã boni in aere cũ Christo stabunt, mali verò in terra, quorũ infinitus erit numerus, cum quibus verus & iustus iudex cõtẽdet & disceptabit. Cõsequẽter in Euang. hodierno post timorẽ reproborũ, ponitur cõsolatio electorum cum dicitur. p [His autẽ fieri incip. respicite.] per fidẽ. q [Et leuate] per spẽ. r. [Capita vest.] i. corda vestra. Vnde Greg. Capita leuare est mẽtes ad gaudia cælestis patriæ erigere. s [Quoniam appropinquat redemptio vestra.] i. glorificatio animarum & corporũ: quia post mũdi ruinã sequitur beatitudo, quæ erit in glorificatione corporis & animæ. t [Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iã ex se fructum, scitis, quia propè est ęstas, ita & vos cũ videritis &c.] Vnde Hie. Cũ ramus ficus tener est, folia nata, & germẽ in florẽ germinat: & cortex folia parturit tunc intelligitis veris & ęstatis aduẽtum. Sic cùm omnia quę scripta sunt & quę Christi aduẽtũ præcurrere debẽt videritis: sciatis quia propè est aduentus Christi ad iudicium. Sequitur certitudo prędictorum cum dicitur. v [Amẽ dico vobis, quia non pręteribit gene. hæc] id est genus humanum. x [Donec omnia fiãt.] s. quæ dicta sunt. y [Cælum & terra transibunt.] id est deposita priori forma innouabuntur, *permanente tamẽ substantia. Nam terra, aqua, aër, & ignis & omnia elementa conflagratione ignis mundabuntur. Erit enim terra sicut crystallus pura, aqua & aër obscuritate, frigiditate, fumositate priuabuntur: & omnẽ frigiditatẽ, caliditatẽ, & fumositatem, & impuritatẽ ab elemẽtis separabit, & in infernũ detrudet: vt mali infinities plus habeant de frigore, de calore & de fœtore quã habuerunt. z [Verba autẽ mea nõ transibunt.] scilicet sine effectu impletionis. Vnde Hiero. Facilius est transire terram quàm Christi verba. Nã si omnia quæ in lege & prophetis scripta sunt, impleta sunt, & implebuntur, quomodo ergo Christi verba, quæ per se personaliter est locutus, nõ adimpleri debeãt? Ergo verba Christi non transibunt incõpleta: sed minima litera cõplebitur: vt patet Matt. v. Amen dico vobis donec transeat cælum & terra iota vnum aut vnus apex, non præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines minimus vocabitur in regno cælorum. Vnde circa præsens Euangelium vbi dicitur, Tunc videbunt filium hominis venientẽ in nube cum potestate magna. Notandum ꝙ Christus nõ veniet nisi primò veniat Antichristus. Quando Antichristus veniet? Respondetur primò in tempore peccatorum abundantiæ: vt habetur Dan. viij. Cùm creuerint iniquitates, consurget rex imprudens. Glos. omnium iniquitatum plenus. Vnde Osee iiij. dicitur ꝙ tempore Antichristi, plus quàm priùs abundabit mendacium, adulterium, furtum, homicidium, rapina, auaritia, superbia, & sic de alijs vitijs. Vnde etiã Matthæi c. xxiij. Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Quis dubitat iã proximum ipsius tẽpus fore, cum iam ex mala consuetudine, infinita mala fiunt, quæ nostrorum parentũ tẽpore, nõ modici fuerunt dedecoris: quæ nunc tẽporis cõputãtur inter facta honoris? Sicut habere amasias, & bouilatrices, deceptiones in emptionibus. Vnde Prou. ij. Lætantur cùm malefecerint. O si iã tot mala fiunt: quanta mala tunc erunt tẽpore Antichristi? Vnde quanto magis finis mundi appropinquat, tanto peiores homines erunt. Secundò veniet tẽpore litium & præliorum. Vnde Matth. xxiiij. Surget gens contra gentẽ, & regnum aduersus regnum. Si ergo lites nostris tẽporibus sunt & pręlia, quot tunc erunt tẽpore Antichristi, quãdo Sathanas soluetur, qui nunc ligatus tenetur, vt habetur Apoc. ij. Tertiò veniet tẽpore magnę famis: quia ex guerris cõtinuis sequitur fames: vnde Luc. xj. Omne regnũ in se diuisum desolabitur, quia agricolæ tunc nec agros colere nec seminare possunt. Quid demũ? tunc fames & caristia non modica sequetur: vnde dicitur in Psal. cvj. Terra fructifera versa est in salsuginẽ à malitia inhabitantium in ea. Quartò veniet tempore magnæ pestilentiæ. Nam omne quod viuit, cibo indiget. Vnde Aristo. j. Ethic. Non possibile est diu viuere sine cibo. Ideo qui cibo caret, ac famis malitia torque-

Quomodo videbitur Christus, in iudicio vniuersali.

Vbi stabũt boni & mali, in iudicio vniuersali.

Quõo cælũ & terra transibũt. Non enim Deus destruet opera manuũ suarum.

De Antichristo, ab anti, quod est cõtra.

De aduentu Antichristi.

tur propter perditionem humidi radicalis infirmabitur: & tandem leui superueniente febricula homo subitò quasi ex pestilentia, vt Physici dicunt, moritur. Quinto veniet tempore dissidij regnorum à Romano Imperio. ij. ad Thess. ij. Nisi venerit discessio primum, s. regnorum à Romano Imperio. vnde Glo. super illud Dan. viij. Et habebat cornua decem. dicit quòd appropinquãte die iudicij Romanũ Imperiũ scindetur in decem partes, & in decẽ regna. Sextò veniet tempore scismatis in Ecclesia Dei vt dicit Glo. super pręmissa verba Apostoli. Nisi venerit discessio primum, s. ab obdientia Romanę Ecclesię. Septimò veniet tempore hypocrisis illorum, qui se putabunt religiosos prę cæteris hominibus, prima Timo. iij. In hypocrisi loquentium mendaciũ & cauterizatam habentiũ suam conscientiam, prohibentes nubere & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cũ gratiarũ actione fidelibus & his qui cognouerunt veritatem. Item Matt. xxiiij. Surgẽt pseudo Christi, & pseudoprophetæ & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur, si fieri potest, etiam electi. Octauò veniet tempore hæresis. Vnde Apostolus. j. Tim. iiij. Discedent quidam à fide attendẽtes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. Nonò veniet in istius mundi fine: quia post mortem Antichristi non longè mundus finietur.

Tẽpore hę resis veniet.

Quæstiones super Euangeliis Dominicalibus & festiuis totius anni, domini fratris Antonij Betontini, & aliorum Doctorum.

QVAESTIO I.

Quæritur vtrum Deus possit astra, i. solem, lunam & stellas, suo splendore priuare? Ad quod respondeo per tres conclusiones. Prima, Sol nulla sua luce verè priuari potest: nam impossibile est quòd stante causa remoueatur effectus: quia causa est ad quam de necessitate sequitur aliud, vt patet v. Metaph. Sed stante sole, stat causa omnis suę lucis: quia non habet lucem alienam, siue ab alio participatam, nec propriã quæ est accidens, i. cõmune, sed habet solũ propriam, quæ est accidens per se & naturalis proprietas eius. Omne autem tale accidens consequitur principia speciei, cui inest, vt risibilitas principia hominis: & dicitur causari à suo subiecto, non per actionem, sed per naturalem sequelam, id est, sic quod producens subiectum, producit per illud proprias subiecti passiones. Secunda, Luna priuari potest verè aliqua luce, vt patet ad sensum, quia priuatur ea quam habet à sole: vt patet in eclypsi. Non autem omni, quia secundum sanctum Tho. super lib. de Cælo & Mũdo, cum lucẽ participat à sole, habet propriam, licet debilem & solũ in superficie: & hæc sequitur principia lunæ, sicut in sole dictum est. Tertia, Stellæ priuari possunt verè aliqua luce, quia ea quã habent à sole, qui secundum sanctum Tho. illuminat oẽs stellas. Non autem omni, quia si luna, quæ inter omnia corpora stellarum est infima, adeò vt sit opaca, habet aliqualem lucem propriam: à fortiori, videntur eam habere stellæ, vt innuit sanctus Tho. viij. q. xij. art. j. in corpore, dicens lumẽ esse in stellis, vt qualitas & forma permanens: in aere verò vt passio. Sed contra præmissa, quia quidam dicunt solem in passione Christi verè priuatum lumine. Solutio. Hoc est falsum, & contra Dion. in epistola ad Policarp. qui dicit se vidisse tunc lunam subintrasse solẽ. Nec mirum, si ipse hoc vidit, non autem illi qui erãt in Ierusalem, quia ipse fuit in Ægypto, vbi rarò sunt nubes: tunc autem fuerunt nubes in Iudæa ad maiorem honorẽ mortis Christi. Secundò: nam Scotus, & multi alij videntur habere pro Maxima, quod quandocunque aliqua se habẽt vt prius & posterius realiter distincta, Deus potest separare prius à posteriori, quia ab eo non dependeat. Sed huiusmodi sunt sol, & suus splẽdor, & luna, & stellæ. Solutio: Illa Maxima est falsissima. Fallit enim primò, vbi vnum eorum, est reliquo ratio essendi. Vnde non posset Deus facere materiã sine forma, quæ est prior, & à qua realiter distinguitur. Secundò, vbi vnum est effectus & naturalis sequela alterius, sicut passio subiecti: quia tunc est impossibile agere ad conseruationem subiecti, & non eius quod necessario inest subiecto. Et licet prius non dependeat à posteriori, tamen necessario illud causat & infert, & ipsum posterius à priori sic dependet, vt aliquando sinat ipsum sine se esse. Sed contra hoc, quia non magis dependet passio à subiecto, putà color ab igne quàm actio à passione, vel qualitate, putà calefactio à calore. Sed Deus potest passionem siue qualitatem subiecti separare ab actione, vt patet in tribus pueris, ergo & subiectum à passione. Solut. Proprietates quæ sunt cum motu, potest Deus à subiecto separare, quia non sunt proprietates, nisi supposito motu primi mobilis, à quo dependent. Et magis à Deo de quorum numero est calefacere respectu ignis, non autem potest separare quæ sequuntur subiectum per simplicem emundationem, vt lucere. hæc Petrus. Sed quia etiam stante motu cæli, ignis aliquãdo est absolutus ab actione, quæ est calefactiua. Ideo melius dici potest, quòd nõ est simile, quia passio est in subiecto, nõ autem actio in passione, sed transit in passum, & per eius indispositionẽ potest impediri. vnde si actio sit immanens & naturalis, vt ea qua angelus se intelligit est inseparabilis. Non ergo ignis est circa tres pueros absolutus à calefactione, quasi aliquid circa ipsum factum sit, sed quia aliqua forma impressa est pueris, per modum ha-

Nõ est dibilis materia sine forma.

bitus vel actus, qui prohibet eos comburi, sicut & imprimetur corporibus gloriosis. Tertiò, Nam luna & stellæ non habent lucem nisi ab alio: quia Sol est fons totius luminis, & dictus sic quia solus luceat. Ergo possunt omni luce priuari. Solutio. Sol lucet solus: luce propria & pura, non mista cum alia luce, & est fons totius luminis, inquantum ad omnia luminaria, diffundit aliquod lumen, per modum passionis siue accidentis, non consequentis principia speciei, non autem quasi omne lumen luminarium sit hoc modo ab illo. Sed contra hoc, quia lumen quod stellę habent à sole, semper habēt. Ergo non habent illud per modum passionum. Solutio. Negatur consequentia: quia quod semper illud habeant est, non quia habeant vt aliquid permanens & consequens earum naturam: sed quia aspiciunt* solem: & idem esset de *aere, si sol firmaretur in vna parte hemisphærij. Et fortè quòd hac ratione S. Thom. dicit in eis lumen esse vt formam permanentem: quamuis posset dici q̄ loquitur de luce propria stellarum. Quarto, quia nō videtur à quo tunc possint luminaria obscurari, si non priuantur lumine. Solut. Imò potuerunt obscurari per nubes, quæ etiam tunc erant, quicquid erit cum Christus sit venturus in nube & per condensationem maximam aeris, quæ aliquando etiam tanta est, vt aer videatur corpus humanum, vt cum apparet Angelus vel Dæmon corporali visione: & per maioris luminis pręsentiam, id est, corporis Christi & sanctorum quorum corpora lucebunt vt sol, & consequenter Christus plus quam sol.

A quo stellæ Lumen habent.

Et quidē semper, sicque perpetuæ causę, perpetuus esset effect⁹. Id est, aer perpetuo esset lucidus & illustris, si sol supra vertices nostros in eodem semp vestigio cōsisteret.

Dominica ij. Aduentus. Euang. secundum Matthæum xj. cap.

IN illo tempore, [a] cùm audisset Ioánes in vinculis, opera Xp̄i, [b] mittēs duos de discipulis suis, † ait illi, [c] Tu es qui venturus es, [d] an aliū expectamus? [e] Et respōdens Iesus, ait illis, Euntes, [f] renunciate Ioanni, [g] quę audistis, [h] & vidistis. [i] Cæci vident, claudi ambulāt, leprosi mūdanť, surdi audiūt, mortui resurgūt, pauperes euāgelizantur. [k] Et beat⁹ est qui non fuerit scādalizat⁹ in me. [l] Illis aūt abeūtib⁹, [m] cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, [n] Quid existis in desertū [o] videre? arundinē vēto agitatā? [p] Sed quid existis videre? hominē mollibus vestitum? [q] Ecce, qui mollibus vestiūtur, in domibus regum sunt. [r] Sed quid existis videre? Prophetā? Etiam dico vobis, & plusquàm Prophetam. [s] Hic est enī de quo scriptum est, [t] Ecce ego mitto Angelum meum [v] ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam, ante te.

Duos de discipulis suis. Beat⁹ Io. Baptista misit duos de discipulis suis, vt viderent opera Iesu Christi saluatoris nostri: quib⁹ visis in Christum dominum firmiter crederent cęterisque discipulis cum Ioā. & turbis, de veritate Christo testarētur. Quia in ore duorū vel triū stet omni re stat firmum testimoniū, vt iiij. q. 6. in c. lege. Iulia. & infra vbi testiū numer⁹ nō adducitur, etiam duo sufficiunt: pluralis enim locutio, duorū numero cōtenta est.

POSTILLA.

IN illo tempore, cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi &c. Matt. xj. Hoc Euangeliū factum est anno Christi xxxj. Idus Decēb. feria v. Luna xix. indictione iij. Ante initiū Euangelij scribit beatus Mat. in præcedenti cap. quod Christus dixit discipulis suis, Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eū, qui me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē prophetę accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicunq, potū dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amē dico vobis, nō perdet mercedē suā. Tūc post hoc sequitur Euangeliū. In sacro Euāgelio summariè quatuor cōtinētur. Primū est, Io. vinculatio dolorosa: ibi, Cū audisset, Io. in vinculis opa Christi. Secūdū est, Io. interrogatio fructuosa, ibi, Tu es qui venturus es? Tertiū est, Christi respōsio virtuosa, ibi, Respōdens autem Iesus. Quartū est, de Ioānis à Christo facta cōmendatio copiosa, ibi, Illis abeuntibus. a [Cū audisset Ioan. in vinculis opa Christi] Ly. Herodes Antipas incarcerauit Ioanē, ad instantiā Herodiadis adulteræ: propter hoc q̄ Ioānes arguebat ipsum Herodem, eò q̄ abstulerat fratri suo Philippo vxorē suā nomine Herodiadis vt dicitur Marc. vj. Misit Herodes & tenuit Ioā. & vinxit eū in carcerē. Ioan. ergo in carcere positus. b [Mittēs duos de discipulis suis], ad Iesum, vt dicerēt. c [Tu es q venturus.] s. Messias in lege p̄missus q debes saluare Israel. d [An aliū expectam⁹?] Hic quęritur, an Io. dubitauerit de Christo, an ipse esset saluator mūdi, & esset moriturus in humana natura, pro hoīs salute. Rn̄detur q̄ non dubitauit, quia prius ipsum baptizauit. Matt. iij. Et vidit spiritū sanctū descendentē super eū, & insup de eo testificatus est, dicēs, Ecce agnus Dei, ecce q tollit peccata mūdi. Sed discipuli eius q nō sic erāt illuminati dubitauerunt ipsum esse Christū. Et iō misit discipulos suos vt viderēt miracula Christi, & sic crederēt ipsū esse saluatorē mūdi. Isti aūt duo discipuli discedentes à Ioā. inuenerūt Christū cum turbis populorū, qui venerāt ad eū cū infirmis suis, & expectabāt infirmorū curationem, & post pędicationem, tūc discipuli Ioā. fecerunt sibi pędictā q̄onem, corā omni populo. Christus autem nō respōdit eis verbo, sed facto, vt dicitur Luc. vij. In illa hora Christus multos hoīes curauit à lāguoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. e [Et respōdens Iesus ait illis, Eūtes] i. reuertentes vnde venistis. f [Renunciate Io.] s. ad suā cōsolationem, & ad vestrā confirmationem. g [Quæ audistis] s. in

Quæstio an Ioānes dubitauerit de Christo.

Quare Ioā. misit discipulos suos ad Christum

mea prædicatione. h [Et vidistis] in miraculorum operatione. i [Cæci vident, &c. pauperes euangelizantur] i. denunciantur habere regnũ cælorũ, vt patet Luc. vj. Beati pauperes, quoniã ipsorum est regnũ cælorum. Per hæc enim opera Christus manifestè probauit se esse Messiã. k [Et beatus est qui non fuerit *scandalizatus in me.] Gor. id est, cum me post tot miracula viderit pati non me negabit. l [Illis autẽ abeuntibus] s. à Christo, & reuertentibus ad Ioannẽ. m [Cœpit Iesus dicere ad turbam de Ioanne] scilicet ipsum commendando. Hylarius, Christus non commendauit Ioannem præsentibus discipulis eius, sed abeuntibus, ne videretur eũ adulatoriè commendare. Mos enim adulatorum est, in conspectu hominum laudare, & in absentia eorum vituperare, tales sunt similes scorpionibus, qui cũ aculeis anterioribus quasi applaudunt, sed cauda pungunt. Et Christus cõmendat Ioannem in quinque. Primò, de virtute constantiæ, cùm dicit. n [Quid existis in desertum.] Ly. id est, vltra Iordanem vbi Ioannes baptizat. o [Videre arundinem vento agitatam.] quasi dicat, Vos existis in desertum ad Ioannem qui non fuit mobilis in mente, sicut arundo vento agitata, sed est ita cõstans, quòd nec timore. nec amore à veritate declinat. Secundò, de austeritate vitæ cùm dicit. p [Sed quid existis in desertũ videre hominem mollibus vestitum.] quasi dicat, Non, quia Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & esca eius erãt locustæ & mel syluestre, & ideo habitabat in deserto, vt austerã vitam duceret. q [Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.] Ad hoc enim multi de magnatibus adulantur, vt cum ipsis commorantes, delitiis vtantur, sed veritatis amatores talia aspernantur. Tertiò, cõmendat eum Christus à claritate notitiæ, cùm dicit. r [Sed quid existis videre? Prophetam?] quia Ioannes fuit plusquã Propheta, quem alij Prophetæ prædixerũt venturum, ipse enim adhuc in vtero matris positus, agnouit, & postea ipsum baptizauit, & digito monstrauit. Quartò, commendauit eum authoritate doctrinæ, dicens. s [Hic est enim de quo scriptum est] Malach. iij. t [Ecce, ego mitto Angelum meum.] id est Ioannem qui vitam ducit Angelicam. v [Ante faciem tuam, qui præparabit *viam tuam ante te.] id est, corda audientium, ad recipiendum Christum per prædicationem suam. Quintò, cõmendat eum immediatè post hodiernum Euãgelium super omnes sanctos, dicens, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Qui eum me ignominiosam mortẽ sustinere viderit in incredulitatem relapsus non fuerit.

Ioãnes eis corpora ablVendo, Saluatori animarum purificatori viam strauit.

QVAESTIO II.

QVæritur vtrum opera, id est miracula Christi, ostenderent eum, sic euidenter esse filium Dei, vt discipuli Ioannis hoc credere tenerentur. Ad hoc autem dico sic, Miracula Christi, fuerunt in triplici differẽtia. Quædam enim fecit Christus, ad consolationem fideliũ, vel infidelium conuersionem, orando & deprecando, sicut suscitauit Lazarum præmissa oratione. Quædam verò fecit ad eundem finem, imperando authoritate propria, sicut suscitauit filium viduæ, dicens, Adolescens tibi dico, Surge. Quædam verò facit etiam in testimonium eorum, quæ dicebat, sicut sanabat paralyticum, præmittens, Vt autem sciatis quoniã filius hominis habet in terra potestatem, &c. Prima igitur miracula nullo modo arguebant ipsum esse Deum, nec de hoc faciebant suppositionem in mente: quia in nullo differebant à miraculis aliorum sanctorum, quæ non arguebant eos esse deos. Secunda verò, faciebant de hoc probabilem fidem: quia illi qui erant cum eo in naui, viso quòd mari & ventis imperasset, dixerant, Qualis est hic? quia venti & mare obediũt ei: quasi dicerent, Hic non est præcisè homo, vt alij. Tertia verò, conuincebant Dæmones credere: quia cum sciant totam virtutẽ naturæ creatæ, sciebant talia fieri non quacunque virtute creata, sed immediatè à Deo, de quo constat eis, quòd non potest reddere testimonium falsitati: & consequenter concludebãt, vt ita dicam, illam doctrinam esse veram, in cuius testimonium illa fiebant. Homines autem valdè prouocabant ad fidem: quia quod dæmones sciunt, scilicet, ista miracula fuisse à Deo, homines probabiliter credebant frequenter: sed non conuincebant, quia non constabat euidenter eis hæc esse à Deo: quia non nouerunt omnes naturales causas occultas. Vnde quidã attribuebant ea diabolicæ virtuti, quod diabolus facere non poterat: quia in hac re certus erat: ratione enim multitudinis, prima, secunda, & tertia, miracula faciebant probabilem coniecturam, quòd esset Christus, de quo erat fama, quòd multa facturus esset miracula: quia ipse fuit tanquam fons miraculorum, cum virtus de illo exiret & sanaret omnes. Similiter etiam prima, secunda, & tertia, probabant quòd erat Christus, & similiter probabãt deitatem aliquo modo, scilicet mediatè, id est supposito quòd ipse diceret & prædicaret se esse Christum & Deum: quia cùm Deus mendacio non faueat, prædicans falsam doctrinam miracula facere non potest. Discipuli igitur Ioannis qui cũ magistro suo opera Christi (vt creditur) audierant necnon & viderãt, credere tenebãtur, maximè quia prædictum fuerat per Isaiam, Christum facturum talia miracula Isa. xxv. Et sic habet quæstiones multas ad vnum responsiuum corollarium. Sed contra prędicta primò: Nam quicquid probat Ierusalem esse Christum, probat esse filium Dei: quia scripturæ sacræ Christo attribuunt deitatem, vt patebit. Sed prima miracula sunt huiusmodi: quia erant quædam impletio prophetiarum, quæ talia fienda per Christum prædixerant: vt patet in expositione Euangelij. Solut. Non dicebant deitatem Christi immediatè, & inquantũ talia

De scientia Dæmonum.

Quæ miracula pbabant Christum esse Deum.

miracula, vt dictũ est: sed mediatè inquantum ducebãt in Christũ, & inquantũ prophetata de Christo vel facta ab eo qui se Christum asserebat. Sed replicatur: quia etiam talia fecit imperando, cum dixerit, Lazare veni foras. Solu. Ex quo præcesserat oratio ad Deum, illud imperiũ intelligebatur esse diuinæ virtutis, & non propriæ authoritatis. Secũdò. Nam quod puris hominibus conuenit, non facit fidem de alicuius deitate. Sed huiusmodi erant miracula secũda: quia sancti viri ex potestate aliquod fecerunt miraculũ secundùm Greg. Vnde B. Benedictus solo aspectu oculorum, soluit rusticũ alligatũ. Solu. Deus per sanctos sic est operatus miracula aliquãdo eis non hortantibus: sicut per sacramẽta iustificat animã, s. per virtutem existentẽ intentionaliter à Deo in vtrisque, & deriuatam ab eis per intermedia corpora, vsq; ad materiã in qua terminabatur operatio. Sic enim verba consecrationis, conuertunt panẽ & vinũ, in corpus & sanguinẽ Christi, & sic Petrus voce Ananiam prostrauit, & Saphirã, Act. v. Sed tamen nullus sanctus itã temerè locutus est, vt in propria persona effectũ miraculi imperauerit, sicut Christus. Non enim Petrus imperauit mortem illis, sed eo loquẽte, ceciderunt. Tertiò, nã quod intellectũ conuincit, facit scientiã vel intellectũ: quia inter habitus intellectus speculatiui isti soli cõuincunt cùm in omnibus aliis maneat locus trepidationi, vt patet in cõiectura & opinione. Sed tertia miracula nõ faciebãt scientiã de Christi deitate: alioqui eadem conclusio fuisset scita, & credita, cùm de ea sit articulus fidei. Solu. Quicquid cõuincit intellectũ, facit de cõclusione scientiã in speciali, i. faciendo quod videatur ratiõe subiecti & prędicati, & eorũ ordo adinuicẽ vel in generali, i. faciẽdo quòd sciatur quidẽ conclusio esse vera: sed tamen ipsa in se non vt visa. Primo modo facit scientiam diffinitio terminorum: sed secundo modo miracula. Vnde istam conclusionẽ, Corpus Christi est in hostia, in speciali diabolus non videt: quia non videt aliquam colligationem, inter illud subiectum & prædicatũ resultantem, ex rationibus eorum: quia nec eam habent, cùm illud prædicatum non conueniat illi subiecto ex sua ratione: sed ex Dei voluntate quæ diabolum latet. Videt tamẽ quòd non potest esse falsa: quia videt, & scit clarè, aliquã miracula facta esse à Deo in testimoniũ illius cõclusionis. Et satis determinata quæstio manet.

Dominica iij. Aduentus. Euang. secundùm Ioannem. j. cap.

IN illo tempore, [a] miserũt Iudęi [b] ab Ierosolymis, [c] sacerdotes & Leuitas ad Ioãnem, vt interrogarẽt eum, [d] Tu quis es? [e] Et cõfessus est, † & nõ negauit. Et cõfessus est, quia nõ sum ego Christus, & interrogauerũt eum, Quid ergo? Helias es tu? [f] Et dixit. Non sum. [g] Propheta es tu? Et respondit, Non. [h] Dixerunt ergò ei, Quis es tu, vt responsum demus his, qui miserũt nos? Quid dicis de teipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. [i] Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis, [k] & interrogauerunt eũ & dixerunt, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta? [l] Respondit eis Ioannes dicens, Ego baptizo in aqua, [m] medius autem vestrum stetit, [n] quẽ vos nescitis. [o] Ipse est qui post me venturus est, [p] qui ante me factus est, [q] cuius ego non sum dignus [r] vt soluam eius corrigiam calceamẽti. [s] Hæc in Bethania facta sunt [t] trãs Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Et cõfessus est. Nullus debet facere alterius cõfiteri quã rẽ scit, exemplo s. Ioãnis qui noluit fateri se esse Christũ, nisi sit causa, ꝓpter quã leg[...] fiat, vt habes de Iacob qui patri dixit se esse Esau, vt habet Gẽ. xxvij. hoc fuit mysteriũ, non mendacium.

POSTILLA.

IN illo tempore, miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, &c. Io. j. Lu. iij. Historia huius Euãgelij, facta est anno Christi xxxj. Fer. iij. xvij. Kalẽ. Maij luna xv. indictione iij. Ante initiũ illius Euangelij habetur Luc. iij. ꝙ anno xv. Tyberij Cæsaris s. sub quo passus est Christus, factũ est verbum Domini super Ioannẽ Zachariæ filiũ, in deserto, s. cùm Ioannes esset xxx. annorũ, & venit in omnem regionem Iordanis, prædicãs baptismum pœnitẽtiæ, in remissionẽ peccatorum. Dicebat autem ad turbas quæ exibant, vt baptizarentur ab eo, Facite dignos fructus pœnitentiæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor non faciens fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Multa qꝑidẽ & alia exhortans euãgelizabat populo. Vnde Iudæi videntes Ioannis Baptistæ mirabilem natiuitatem, & eius excellentiam, sanctitatem, & austeritatem vitę: ideo moti fuerunt ad opinãdum, ipsum esse Christum, propter quod miserunt nuntios ad Ioannem, volentes super hoc scire veritatẽ. Ly. Et in isto modo quærendi exhibuerunt Ioanni magnã reuerentiam. Et hoc patet ex quatuor in litera. Primò, ex personis mittentibus ad ipsum nuntios: & hoc notatur cùm dicitur. a [Miserunt Iudæi.] i. illi de tribu Iuda, qui erãt nobiliores in populo Iudæorum, in signum eius de tribu Iuda nasci voluit. Secundò, ex loci nobilitate, quia b [Ab Ierosolymis.] quæ erat ciuitas sacerdotalis, & regia,

quia erat caput regni. Tertiò ex nuntiorum so lennitate. Miserunt enim, c [Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem] qui erant solennes personæ, & in ipsis debebat scientia, & sanctitas eminere. Quartò ex persona ad quam mittũt, s. quòd ex hoc requirunt testimoniũ de seipso, & tantam fidem habuerunt in dictis eius, vt ei crederent etiam de seipso: ergo dicunt. d [Tu quis es?] vt responsioné eius discernerent quis ipse esset. e [Et confessus est & non negauit] & confessus est: quia non sum ego Christus. Nã Christus, i. Messias fuit promissus Iudæis, ex dictis & scripturis prophetarũ: audiẽtes quia non esset Christus, interrogauerũt cõsequẽter, si esset Helias: quia sicut aduẽtus Christi, sic & aduentus Heliæ fuerat Iudæis promissus: vnde dicitur Malach. vlt. Ecce ego mittã vobis Heliã prophetã, antequã veniat dies domini magnus. f [Et dixit, non sum.] s. ego Helias. Si quis diceret, Christus Matt. xj. loquẽs de Ioãne dicit ipse est Helias, & Ioãnes hic dicit, Nõ sum Helias. Respondetur ꝙ ipsi tantum quærebant de persona Heliæ: & ideo ad eorum quæstionẽ respondit, ꝙ ipse non erat Helias in persona. Sed vt dicit Greg. in Homil. Ioannes fuit Helias in spiritu, propter similitudinẽ & conformitatem ipsius ad Heliã. Primò in austeritate vitæ: quia de Helia dicitur iiij. lib. Reg. ca. j. quòd fuit vir pilosus, & zona pellicea circa renes accinctus. & de Ioanne dicitur Matt. iij. Et habebat vestimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius. Secundò in dura reprehensione. Helias enim regem Achab durè reprehẽdit: vt habetur iij. Reg xviij. Ioãnes Herodem arguebat: vt habetur Mar. vj Fuit etiam similis Heliæ in officio: quia sicut Ioãnes fuit præcursor primi aduentus: sic Helias erit præcursor secũdi aduẽtus. Et hoc voluit Christus, cùm dicit ipsum esse Heliã. g [Propheta es tu? respondit, non.] Greg. Ioannes negauit se esse prophetam tantum: quia plusquam propheta. h [Dixerunt ergo Iudæi Quis es &c. quid dicis de teipso? ait.] scilicet Ioã. [Ego vox clamantis &c. sicut dicit Isaias ꝓpheta.] i. ego sum ille de quo scriptura dicit Isa. xl. qui debet clamare in deserto Iudææ, ꝙ hoĩes se præparent ad aduentũ Christi in mundum. Et bene signatur Ioã. in proprietate vocis: quia erat annuntiator verbi diuini, id est Christi, qui est verbũ patris secundum diuinitatem. Vox enim sicut est ante verbum, sic Ioã. ante Christum. Item sicut vox manifestat verbum, sic Ioã. Christum: tota enim vita & cõuersatio Ioan. fuit præparatio ad susceptionẽ Christi. i [Et qui missi fuerãt erãt ex Pharisæis.] Ly. Pharisæi inter alios videbãtur magis religiosi: propter hoc dicebãtur Pharisæi à phares, qđ est diuisio: quia in habitu, ĩ vita, & gestu, erãt ab aliis distĩcti, in signũ maioris religiõis: & iõ Pharisæi erãt magnæ famæ in populo Iudæorũ. k [Et interrogauerunt eũ, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neque

Responsio Ioan. quãdo interrogauerunt, si erat ꝓpheta.

Quomodo Ioã. dicitur vox.

Vnde dicitur Pharisæus.

Helias, neq; Propheta?] Vnde Chrys. Interrogauerunt non quasi scire volentes: sed prohibere eũ à baptismo. l [Respõdit eis Io. dicẽs, Ego baptizo in aqua.] scilicet lauando tantum corpus, ad designandum illum, qui sub baptismate lauabit animas. Cõsequenter ostendit Christi excellentiam dicens. m [Medius autem vestrum stetit.] id est, præsens inter vos in corpore apparuit: & communi conuersatione inter homines conuersatus: vt patet in Euãgeliis, cum eis manducans & bibens, ne propter austeritatẽ aliqui desperarent. n [Quem vos nescitis.] quantum ad diuinitatem. o [Ipse est qui post me venturus est.] Tho. s. ad prædicandum, baptizandum, & moriendum. p [Qui ante me factus est.] i. in dignitate positus est: quia dignior est & honorarior. q [Cuius ego nõ sum dignus.] i. sufficiẽs r [Vt soluam eius corrigiam calceamẽti] vnde Hier. ad Eustochium, Christus nunquã fuit calceatus. Ipse enim portare calceamẽta Apostolis prohibuit Lucæ x. & Christus semper fecit opere quod docuit verbo: vt habetur Act. j. Cœpit Iesus facere & docere. Lyr. dicit ꝙ hæc est locutio metaphorica: quia hic Ioannes exprimit, se non esse dignum exhibere Christo etiam minimum ministeriũ: hoc in verbis iam exprimens, secundum modum loquẽdi communem. Cum enim quis suam paruitatem, & excellentiã alterius, vult exprimere, solet dicere cõmuniter, Non sum dignus tãgere sotulares eius, vel aliquid huiusmodi. s [Hæc in Bethania facta sunt.] Lyra non est illa quæ prope Ierusalẽ est, vbi Lazarus fuit suscitatus: sed alia eodem nomine vocata, sita supra Iordanem ex altera parte fluminis, in sorte duarũ tribuum & dimidiæ. Et ideo ad hoc denotandum subditur. t [Trãs Iordanem. &c.] quæ aqua distat à Ierusalem ad vnam dietam, & in eodem loco consueuerat Ioannes commorari, & prædicare, & baptizare & multi conueniebant illuc ad eum, vt baptizarentur ab eo. Vnde circa præsens Euangeliũ vbi dicitur, Tu quis es, quæritur quare Iudæi magis de Ioanne, quàm de Christo credebant? Respondet Chrysosto. quòd triplex fuit ratio. Prima ratio est, quia Ioannes erat de magno genere, vtpote filius Zachariæ magni sacerdotis. Et quia miraculosè natus est, de vtroque parente sterili & sene: Christus autem, vt ipsi credebant erat filius fabri, & cuiusdam paupereculæ mulieris, & non miraculosè natus: quia de iuuencula, quamuis de sene patre Secunda ratio est, quia Ioannes in victu & vestitu, magis asperam vitam quàm Christus agere videbatur. Nam tunicam de pilis camelorũ habebat, & zonam pelliceã ad lumbos eius, & cibus eius locustæ & mel syluestre: vt patet Matth. iij. Christus autem communibus vestibus induebatur: & communi cibo vtebatur, & cum hominibus in nuptiis & conuiuiis comedebat. Tertia ratio est, quia Ioannes consortia hominũ deuitabat, & in deserto morabatur latitãs in

Calceamẽtũ hic metaphoricè sumitur.

De distantia Iordanis à Ierusalem.

antris & speluncis donec spiritussanctus ei dixit, vt exiret ad perhibendũ testimonium de Christo. Et tunc venit trans Iordanem, prædicans baptismum pœnitentiæ, vt patet Luc.iij. Christus autẽ morabatur cum hominibus, & conuersabatur cum peccatoribus, & manducabat cum ipsis: vt patet Matt. v. Propterea ergo Iudæi ad Ioannem legationem miserunt, vt eum interrogarent, an esset Christus. Et respondit, quia non sum ego Christus.

QVAESTIO III.

Quæst. de Christo.

Nonnulli codices habent q̃, & bene, noster tñ habet &, neque id male, vt sit sensus ꝙ Ioãnes nõ solũ Christo sãctior, sed ipse Christ⁹ putaretur.

QVæritur, vtrum Christus debuerit talem habere conuersationem, extra desertum, & sine aspero victu & vestitu, vt Ioan. videretur sanctior, & Christus esse. Ad hoc autem dico sub vna conclusione, & vno responsiuo corollario sic, Christus debuit conuersari inter homines secundum illud Baruch iiij. post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, & taliter conuersari, vt mediocrem vitam in cibo & potu, dormitione & vestitu, duceret, secundũ illud præsentis Euangelij, Medius vestrum stetit &c. Nam quicunque operatur vt congruit suo fini, operatur vt debet, quia vnaquæque operatio, & res, congruere debet suo fini, cum à fine trahatur ratio eorum quæ sunt ad finem, sicut à secare, trahitur ratio quare serra ferrea sit & dentata. Sed Christus conuersando cum hominibus, & taliter, vt dictum est conuersando, operatur vt suo fini congruebat. Hoc autem patet. Primò, quia venit vt ipsemet dicit Lu.iiij. euangelizare regnum Dei, & testificari veritati diuinorum, vt dixit ipse Pilato, sed hoc facere nõ potuisset, si semper fuisset in deserto, nisi forte rarò & quò ad paucos. Secundò, quia venit taliter quærere ouem perditam, vt etiam prælatis & prædicatoribus, vicẽ eius gerentibus, daret ipsam formam, secundũ quã quærere deberẽt. Sed hoc conueniẽter non fecisset, nisi quærendo nos, supra fontem sedisset lassus, ex itinere, ex calore, ex fame, ex siti, & anxietate nostrę salutis. Vnde Chrys. Licet in eodem manẽdo, posset Christus homines ad se trahere, vt eius prædicationem audirent, non tamen fecit, præbẽs nobis exemplum, vt perambularemus, & requireremus pereuntes, sicut pastor ouem perditã. Tertio, quia venit non solũ retrahere nos à peccato, sed principaliter, vt induceret nos ad amorem, & amicitiam, & familiaritatem cum Deo. Sed hoc cõuenientissimè factum est, eo familiariter conuersan^e, & discumbente cum peccatoribus, quia vt dicit Aug. Nulla maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amãtem. Et vt dicit Amb. Nihil est naturæ tam insertũ quam diligentem se, diligere. Quartò, & hæc est ratio sancti Tho. iij. Sent. q. xlix. ar. ij. Nam venit vt esset dux & præceptor omnium Christianorũ, quem deberent audire & sequi, secundum illud Isa. Ecce testem populis dedi eum, ducem, & præceptorem gentibus. Sed non põt esse omnium dux, nisi eũ omnes possint imitari. Igitur quantum ad exteriorem conuersationẽ, debuit minoris austeritatis apparere, quàm Ioannes, & consequenter Ioannes debuit esse magis in opinione, quam esset Christus, & maximè accedentibus aliis quæ dicentur. Sed contra præmissa: Nam quicunque est Deus, decet eum vita solitaria: quia secundum Philosophũ, j. Polit. qui conuersatur solitariè: aut est bestia, si ex feuitia, aut Deus, si ex amore contemplandæ veritatis, id facit. Vnde dicitur Dan.ij. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. Solu. Qui non est Deus purus, sed est etiã homo, habens suam deitatem, publicè debet conuersari, vt dictum est. Secundo: Nam quicunque habet ducere vitam contemplatiuam, habet conuersari solitariè, quia ad hoc maximè confert solitudo, secundũ illud Osee ij. Ducam eã in solitudinem, & loquar ad cor eius: sed Christus debuit ducere vitam contemplatiuã, quia ista est perfectissima, secundum illud, Maria optimam partem elegit. Solutio. Vita contemplatiua est perfectissima, non simpliciter, sed inter vitas, vt ita dicam, simplex & pura. Sed perfectissima simpliciter, est mixta ex contemplatiua & practica, qua quis contẽplata tradit aliis per prædicationem, ducens etiam illos ad vitam contemplatiuam. Iste enim præsupponit contemplationis abundantiam, quia tunc perfectum est vnumquodque, quãdo potest facere sibi simile. Tertiò, Nam quicunque habet initium dare consiliis, & religionum formam instituere, non debet communem vitam ducere: sed pauperem. Sed Christus fuit huiusmodi. Solutio. Sicut dicit sanctus Thomas in tertia parte, quæst. quadragesima, vbi de omnibus istis diffusè loquitur, mediocrem vitam in victu & vestitu ducere potest, habens & non habens diuitias. Ideo ista simul stant, Christum dedisse religionum formam, & habuisse austeritatem Ioannis. Igitur omnibus deductis, determinata quæstio manet.

Quare Christus venit.

Si Adam nõ peccasset, Christus venisset tanquã glorificator, nõ tãquã redẽptor. Scotus. iii. Sẽt. vbi nõ est morbus, ibi nõ debet esse medicina: si ergo morbus peccati nõ fuisset Christ⁹ nõ venisset. iii. Sẽt.

De vita contemplatiua.

Thom. iii. parte.

Feria quarta iiij. tempo. Euangelium secundum Lucam, j. cap.

IN illo tempore, [a] missus est Angelus [b] Gabriel à Deo [c] in ciuitatem Galilæę, [d] cui nomẽ Nazareth, [e] ad virginem despõsatam viro, [f] cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, [g] & nomen virginis Maria. [h] Et ingressus Angelus ad eam dixit, [i] Aue gratia plena † [k] Dominus tecũ. [l] Benedicta tu in mulieribus. [m] Quę cùm audisset, [n] turbata est in sermone eius, [o] & cogitabat qualis esset ista sa

Gratia plena. Virgo Maria ab instãti suæ cõceptionis, diuino priuilegio fuit ab omni macula peccati conseruata, ac exẽpta: sic & illa benedicta caro Christi, q̃ in vtero cõcepit nulla peccati macula tacta fuit: vñ magis. Sẽ. lib. iii. dist. iii. Illa est caro, quã De⁹ de Virgine sibi vnire dignat⁹ est, sine vitio concepta, sine peccato nata est. Angelus mouetur localiter, nec tamẽ est in loco circũscriptiue. de Orbel. ii. Sentent.

lutatio. Et ait angelus ei,[p] Ne timeas Maria, [q] inuenisti enim gratiã apud Deum, [r] Ecce concipies in vtero, [s] & paries filium, [t] & vocabis nomẽ eius Iesum. [v] Hic erit magnus, [x] & filius Altissimi vocabitur. [y] Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob [z] in æternum, [a] & regni eius non erit finis. [b] Dixit autem Maria ad Angelũ, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? [c] Et respondens Angelus dixit ei, Spiritussanctus superueniet in te, [d] & virtus altissimi obumbrabit tibi. [e] Ideoque & quod nascetur ex te [f] sanctum, [g] vocabitur filius Dei. [h] Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, [i] quia non erit impossibile apud Deũ omne verbum. [k] Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini [l] fiat mihi secundùm verbum tuum.

POSTILLA.

IN illo tempore, missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatẽ Galilææ, &c. Luc. j. Historia huius Euangelij facta est anno Christi j. vsuali. viij. Kalendas Aprilis feria vj. luna xv. indictione iiij. Ante initium illius Euangelij, scribit sanctus Lucas in eodem capite quòd Angelus Gabriel apparuit Zachariæ in templo, dicens, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, & erit magnus coram Domino, vinum & siceram nõ bibet, & spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, &c. Et postmodùm concepit Elizabet vxor ipsius, & occultabat se mensibus quinque, dicẽs, Quia sic fecit Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meũ inter homines. In mense autem sexto, scilicet à conceptu præcursoris. a [Missus est Angelus] Gorra id est nuntius vel legatus. b [Gabriel à Deo.] Vnde Beda: Gabriel fortitudo dicitur, quia illum nunciabat, qui debellare diabolum veniebat. c [In ciuitatem Galilææ.] Gorra. in ciuitate concipi voluit quia omnes homines ad vnitatem supernæ ciuitatis vocare venit & inhabitare fecit d [Cui nomen Nazareth] vt adimpleretur illud propheticum Mat. ij. Quoniam Nazaræus vocabitur. e [Ad virginem desponsatam viro] Ly. Hoc diuina ordinatione

Quare in ciuitate cõcipi voluit.

Quare virgo fuit desponsata.

factum est, vt desponsaretur, antequam impregnaretur. Primò ex parte pueri, ne ab infidelibus, tanquam illegitimè natus, abiiceretur. Vnde dicit Ambrosius super Lucam, Quid Herodi, quid Iudæis possit ascribi, si natum ex adulterio viderẽtur persequi? Itẽ vt puer natus à Ioseph nutriretur. Vnde dicitur pater eius, quia nutritius eius fuit. Secundò ex parte matris, vt secundùm Ambrosium per hoc ab infamia liberaretur. Item secundùm Hieron. vt virgini à Ioseph exhiberetur ministerium. f [Cui nomen Ioseph de domo Dauid] ad ostendendum quòd Christus descendit de semine Dauid, sicut per prophetas fuerat prædictum. Nam Maria & Ioseph, cui desponsata fuit, erant de eadem tribu, s. ipsius Dauid. Iungebantur enim *Vnde Ioseph erat.*
vt frequẽtius mulieres viris de tribu sua. g [Et nomen Virginis Maria] Lyra, quòd autem hic ponuntur tot nomina propria, scilicet Angeli missi, virginis ad quam fuit missus, sponsi sui, & loci, hoc fuit ad ostendendum certitudinem historiæ. h [Et ingressus Angelus ad eam] Gor. ex hoc patet, quòd non erat foris in publico, vnde Hieron. super, Missus est, dicit quòd ingressus est in secreto cubiculo, vbi clauso super se ostio, orabat patrem in abscondito. Si enim conceptio præcursoris fuit denunciata patri occupato in sacro officio, vt habetur Lucæ j. multo probabilius est, quòd conceptio Saluatoris denuntiata fuit virgini in deuotione & oratione actualiter existenti, imò aliqui Doctores volunt quòd beata Virgo illud dictum propheticũ actu legit, quod habetur Isaiæ vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium. quando Angelus ad eam intrauit dicẽs ei. i [Aue gratia plena] quod exponit Hierony. j. sermone de assumptione: Et bene plena, quia cæteris per partes præstatur gratia, Mariæ verò tota se simul infundit plenitudo gratiæ. Item ista gratia non solum impleuit eius mentem sed etiam ventrem, inquantum singulari gratia Dei factum est, vt conciperet Saluatorem. k [Dominus tecum] Lyra. non tantum per essentiam, potentiam, & præsentiam, qualiter est in omnibus rebus, nec solùm per gratiam, eo modo quo est in sanctis hominibus, sed etiam per carnis assumptionem, quia corpus deitati vnitum, fuit formatum de beatæ virginis purissimis guttis sanguineis, & intra virginis viscera latuit nouem mensibus. l [Benedicta tu in mulieribus] Ly. id est præ omnibus mulieribus. Nam mulieres benedicentur in te sicut viri in filio. Gor. sunt enim aliquæ mulieres benedictę, quia virgines, sed non fœcundæ. Aliquæ fœcundæ sed non virgines. Sed hęc, simul virgo & fœcunda. m [Quæ cùm audisset] Lyr. Beata Virgo solita erat videre Angelos, ideo de apparitione Angeli non fuit admirata vel turbata, sed de salutatione insolita. Quia nihil mirabilius est humili, quã sua exaltatio. Et ideo cum beata Virgo esset humillima, audiẽs salutationem tantę

Quõ Dominus dicebatur esse secũ Maria.

Prudentia est recta rō agibiliū Aristo. vj. Ethic. de prudentia monastica intelligit, per quam quis regit seipsum.

excellentiæ, turbata fuit, non turbatione incredulitatis (sicut Zacharias pater Ioannis Baptistæ, vt dicitur Luc. j.) sed turbata fuit turbatione admirationis. Vnde sequitur. n [Turbata est in sermone eius] scilicet Angeli, non autem in visione. o [Et cogitabat qualis esset ista salutatio] Ly. quòd enim turbata fuit, virginalem verecundiam ostendit, quòd autem cogitauit de salutatione declarat prudentiam Mariæ: Et ideo Angelus, eam consolatur, dicens. p [Ne timeas Maria] Ly de salu. insoli. q [Inuenisti enim gratiam apud Dominum] Ly non solum pro te, sed pro toto genere humano. r [Ecce cōcipies in vtero] Lyra. Hæc conceptio, facta est per virtutem Spiritussancti, iuxta vterum virginis, corpus filij formantis. s [Et paries filium] Lyra, Virgo permanens in partu, sicut & in conceptu. t [Et vocabis nomen eius Iesum] Lyra. non dicit, Impones: quia hoc nomen fuit impositum à Deo Patre, vt habetur Isaiæ sexagesimo secūdo, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit: sed illud nomen fuit diuulgatum per Angelum ipsi Mariæ & Ioseph. Iesus autem interpretatur Saluator. Vnde de hoc habetur Matthæi primo, Vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. v [Hic erit magnus] quia magnus dominus: Vnde Psalmo quadragesimotertio, Magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis. x [Et filius Altissimi vocabitur] Lyra, id est, ipsius Dei, qui solus est altissimus. Homo enim altus est inter creaturas corporales, sed Angelus altior: Deus autem solus altissimus. Vnde in Psalmo sexagesimo secundo, Tu solus altissimus in omni terra. y [Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob] Gorra in omnibus electis, quorum vniuersitas intelligitur per domum Iacob, id est familiam Iacob, quæ tota recepta est in populum Dei. z [In æternum] quia est hîc per gratiam & in futuro per gloriam. a [Et regni eius non erit finis.] Lyra, Christus enim non solum inquantum Deus: sed etiam inquantum homo regnabit in æternum, non solum super homines, sed etiam super Angelos. b [Dixit autem Maria ad Angelum, quomodo fiet istud, quoniam virū non cognosco] Lyra, id est cognoscere non propono, secundùm illud quod dicunt Doctores catholici. Beata Virgo antequàm desponsaretur Ioseph, habuit obseruantiam castitatis virginalis in desyderio: nō tamen expressè. Sed cùm postea Deo ordinante esset desponsata Ioseph, qui erat in simili proposito, simul emiserunt votum. c [Et respondens Angelus dixit ei, Spiritussanctus superueniet in te.] Lyra. id est non concipies modo humano, sed diuino: quia non voluntate seminis virilis, sed virtute Spiritussancti. d [Et virtus Altissimi obumbrabit tibi] quia in beata Virgine sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. e [Ideóque & quod nascetur ex te] Gorra. id est tuâ vera natura. f [Sanctum] quia de sancta non nascitur nisi sanctum. g [Vocabitur filius Dei] Lyra. non adoptiuus, sicut alij, sed naturalis. h [Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium, in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis.] Lyra. eius enim sterilitas à tanto tempore iam erat nota, quòd sic vocabatur. i [Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.] id est factum, quia dicere Dei, est facere. Vnde Psalm. cxlviij. Dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. k [Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini.] Vnde Bernardus, Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit, mater Dei eligitur, & ancillam se nominat? l [Fiat mihi secundùm verbum tuum] Lyra. quod statim factum est, quia in virtute Dei cōcepit filium.

Qūo Maria habuit obseruantiam castitatis.

QVAESTIO IIII.

Quæstio de Angelo Qūo quid dicitur visibile.

Quæritur vtrum Angelus possit sua naturali virtute, exhibere se visibilem homini? Ad hoc autem dico, quòd aliquid videtur multipliciter, scilicet per se, vt hic color in concreto, siue hoc coloratum, inquantum coloratum, siue color est in esse, & genere qualitatis. Et per accidens, vt substantia. Et hoc dupliciter, scilicet vt substantia subiecta colori per propriam quantitatem, vt lapis, & corpus animalis vel plantæ. Et non subiecta per propriam quantitatem, sed per quantitatem alicuius ad se pertinentis. Et hoc dupliciter, scilicet per quantitatem sui proprij perfectibilis & mobilis simul, sicut videtur vita & anima animalis per colorem animalis cui subiicitur animalis corpus perfectè ab anima. Et per quantitatem sui proprij mobilis, licèt non sit perfectibilis, sicut videmus hominem vestitum per colorem vestium quas mouet; licet non perficiat animando. Angelus igitur non potest se exhibere visibilem primo modo, quia non est color, aut lux corporalis. Nec secundo modo, quia non est corpus. Nec tertio modo, quia non est anima, aut vita corporis. Sed potest se exhibere visibilem, quarto modo, quia potest formare corpus, & illud mouere: & per illud repræsentare suas proprietates, putà intellectu, formando illud corpus in forma hominis, & agilitatem, formando animas, & puritatem, formando pulchrum: nam secundùm Dionysium, Angeli in corporibus assumptis: tales se exhibent in exterioribus, quales sunt intus. Et hoc sic patet: Quicquid enim fieri potest motu locali inferiorum corporum, hoc totum Angelus naturali virtute potest: quia prima corpora mouere potest localiter ad motum suum: sicut anima mouet corpus propriū,

Color est obiectum visus.

vt patet per Augustinũ, & per rationẽ, quia si anima, quæ est spiritus inferior, mouet ad motum, aliquod determinatũ corpus, scilicet humanũ, spiritus superior, id est Angelus ad nutum poterit mouere corpus illuminatum, putà omne corpus corruptibile, maximè aërem, qui est valde mobilis. Patet etiam experimento: quia secundum Philosophos, per voluntatem mouent cælos, & consequenter à fortiori ista inferiora. Sed supradicta apparitio potest fieri motu locali corporũ inferiorũ, maximè aëris: quia per talem motum condensatur & figuratur, & per naturalia semina decoloratur: vt videatur homo. Ex his autem patent multa. Primò, conclusio principaliter intenta. Secundo patet, vnde habeant efficaciã incantationes sanatiuę infirmitatum: quia scilicet diabolus per scientiam suam scit medicinalia corporum, & per motum localem ea applicat homini inuisibiliter, sic vt talia corpora, non videantur talia corpora, sed alia: putà panni inuoluti, aut aliquid tale: hoc autem diabolus facere potest tripliciter. Primò inuoluendo circa talia corpora aërem condensatum. Secundò causando in oculis astantium acrisiam vel aprisiam, quæ est quasi quædam cæcitas, prohibens videre quædam, sed non omnia. Et tertiò applicando illa corpora, quando nullus intuetur. Tertiò patet, vnde est, quòd aliqui vident in aqua vel in igne, aut lapide terso, imagines aliquas? quia est, vel ex eo quòd diabolus aliqua corpora format ex aëre, & obiicit talia, corpori terso, sicut obiicimus nos faciem speculo, vel ex hoc quòd talia corpora format, & obiicit sensibus nostris: vel ex hoc, quòd in imaginationem format tales species ac imagines eum tanta impressione, vt videantur esse res veræ modo illo, qui statim dicetur. Signum autem quòd illę imagines sint in sensibus nostris & non res, est quando non videntur ab oĩbus. Quartò vnde est ꝙ quædam fatuæ, credunt se ludere cum Herodiana, cũ tamen sint in lecto: quia scilicet Diabolus mouet spiritus corporales, in quibus sunt phantasmata, & deducit eos per motum localem ad obiiciendum phantasiæ: eodẽ mõ quo fit in phreneticis. Nec tamen nego quin aliquando realiter huiusmodi deferantur ad ludum: quia diabolus portare posset turrim nedum vetulam. Sed contra prædicta arguitur primò. Nã obiectum intellectus nunquam potest percipi à sensu, putà, visu: quia si visus non potest percipere obiectum alterius sensus sibi vicini, putà sonum, multominus potest percipere obiectum potentiæ magis distãtis, putà intellectus. Sed Angelus est obiectũ intellectus: quia est immaterialis. Ergo nõ põt videri. Solut. R õ probat: quia non põt videri oculo corporali primo, vel secundo, vel tertio mõ, quia quæ sic vidẽtur sunt materialia nõ aũt ꝓbat quin videatur quartõ mõ. Secundo, Nõ sic dicimur videre Angelũ: quia videmus corpus

Quo motu appatitio Angeli põt fieri.

ab illo motũ, pari ratione diceremur videre vaporem, quia vidimus terræ motũ causatum, ab illo. Sol. Nõ est simile: quia ad apparere mouẽtem in suo mobili, non sufficit mouere aliquid. Si enim videamus aliquod corpus motũ à Diabolo, vt quando exquiruntur furta à maleficis, & mouetur setarium, aut cribrum, non propter hoc dicimur videre Diabolũ, aut dicimus Diabolum apparere: sed requiritur ꝙ tale mobile repræsentet proprietates motoris, sicut vestis proprietates seu figuram vestiti: quod non facit terræ motus respectu vaporis. Vnde in corpore formato ab Angelo aliquando dicitur apparere Angelus & aliquando Deus: quia scilicet illud corpus aliquando in Deum, aliquando in Angelum ducit, repræsentando eius conditiones. Vnde Augustinus dicit quòd quando Deus apparuit Prophetis, factum est ministerio angelico: sed quia corpus illud ducebãt in cognitionẽ Dei, ideo dicitur Deus apparuisse. Tertiò si videtur motor in mobili se repræsentare: deitas posset videri in omni creatura: quia quælibet creatura est à Deo mota, & Deũ repræsentat, cùm sit ei similis. Sol. Dico duo. Primum est, Non dicitur semper motor videri, aut apparere eo modo quo Angelus in mobili se repræsentat: quia non dicimur videre patrem Socratis latentem, si videamus filium eius, ab eo actualiter motum, sed tunc quando ad se repræsentandum est formatus vt imago, & non vt vera res talis, qualis videtur sicut cum aër formatur ad instar humani corporis. Modò licet quælibet creatura moueatur à Deo, & illum repræsentet, & sic ad illum repræsentandum sit facta, non tamen est sic ad hoc facta, quin sit verè illa res, quam se esse prætendit, sicut lapis est verè lapis. Secundum est, quòd secundùm Augustinum in vltimo de Ciuitate Dei oculi beatorum poterunt videre incorporalia, etiam deitatem secundum sanctum Thomam prima quæstione septima articulo tertio ad secundum, scilicet eo modo quo vitam viuentis videamus, viuendo opera vitæ. Tunc enim intellectus erit perspicax, & diuina gloria maximè refulgebit in corporibus, ideóque statim intellectus apprehendet deitatem visis corporibus, sicut modo statim apprehendit vitam viuentis viso motu eius. Et sic quæstio satis clarè patet.

Dum sensus sentit effectũ intellectus intelligit causam.

Feria sexta, Euangelium secundùm Lucam, cap. 1.

IN illo tempore, exurgens autẽ Maria [a] in diebus illis, [b] abiit in montana, [c] cũ festinatione in ciuitatem Iuda. Et intrauit in domum Zachariæ, [d] & salutauit Elizabeth. [e]

& factum est vt audiuit salutationẽ Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius. f Et repleta est spiritusancto † Elizabeth, g & exclamauit voce magna, & dixit, h Benedicta tu inter mulieres, i & benedictus fructus ventris tui. k Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, l exultauit in gaudio infans in vtero meo, m & beata quæ credidisti, quoniã n perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino, o & ait Maria, p Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Et repleta est spiritusancto. sãcta Elizabeth diuũ Ioannẽ Baptistam ex semine carnis concepit, & tactu Zachariæ viri cõtra nõnullos hæreticos, illum sine semine conceptum asserentes quẽ in vtero sanctificatum fuisse dicunt: verum est, ꝙ ille domini Præcursor in vtero sanctificatus est, & à macula originali purgat', & in vtero gratia spiritussancti fuit cũ illo: vñ Isa. xlix. Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meæ recordatus est nominis mei, &c.

POSTILLA.

IN illo tempore, exurgens autẽ Maria &c. Postquã in prima parte huius c. descripta est præcursoris, scilicet Ioan. baptistæ & deinde saluatoris cõceptio, in residuo huius prædicti cap. describitur vtriusque ortus. Et primò præcursoris. Secundò Saluatoris, s. in c. seq. Circa verò ortum præcursoris, præmittuntur aliqua præcedentia. Secundò aliqua ortũ concomitantia, & tertiò quædam ortum consequẽtia. Sed pręsens Euangelium continet tantum primã partem. In qua tria ponuntur. Primum est exultatio nasciturι infantis. Secundum est inspiratio matris ibi, Et repleta est &c. Tertium decantatio virginis ibi, Et ait Maria, Magnificat anima mea dominum. mirabilis autem exultatio pueri nascituri fuit propter præsentiam domini sui in vtero virginali. Et ideo, præmittitur aduentus Mariæ, cũ dicitur. a [Exurgẽs aũt Maria.] s. à quiete oratiõis, & deuotiõis, quæ erat præuia oĩbus operibus suis. b [Abiit in mõtana] quia locus, vbi manebat Zacharias erat altior Galilæa à qua recessit Maria. c [Cũ festinatione] vt ostenderet, ꝙ virgo non debet morari in loco publico, nec ibi contrahere colloquia. d [Et salutauit Elizabeth] tum quia erat humillima, tũ quia erat iunior: iõ prius eã salutauit, & quia ad eius obsequium venerat. e [Et factum est vt audiuit salutationẽ Mariæ, Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.] cõgaudens ad pręsentiam domini Hoc aũt duobus modis potuit fieri secundum ꝙ dicit Aug. Vno mõ, sic ꝙ Ioãnes nõdum natus cognosceret ꝑ spiritũsanctũ dñm præsentẽ in vtero Virginis. Et secũdũ hoc oporteret dicere ꝙ in eo fuit acceleratus vsus rõnis. Alio modo sic ꝙ ideo nõ cognosceret pręsentiã Saluatoris, sed mater eius quæ habebat vsum rõnis. Illa tamen motio pueri & exultatio, facta est à Deo ad declarationem sanctitatis Virginis, & ꝓlis in ea existẽtis. Sicut de beato Francisco legitur, ꝙ aues ratione carentes, prædicationẽ eius attentè audiebãt, ac si verba eius intelligerent, quod factũ est à Deo, ad probationẽ prædicationis viri sancti. Neutrum tamen modũ determinatè asserit Augu. Sed dicit quòd siue hoc modo, siue ab alio facta fuerit dicta exultatio, attribuenda tamen est diuino miraculo. Et hoc satis patet, quia non poterat fieri per naturã. Aliqui autem alij expositores dicũt determinatè, ꝙ facta fuit dicta exultatio primo modo. Vnde dicit Græcus expositor, Propheta parente acutius videt, & audit, salutatque Prophetam. Et subditur ibidẽ, Et insinuauit gratia, quæ naturę ignota extiterant. Reclusus ventre miles, agnouit Dñm ac Regẽ oriturum, ventris tegmine nõ obstante. Inspexit enim, nõ palpebris, sed spiritu.

Quotmodis potuit fieri exultatio.

f [Et repleta est spiritusancto.] Hic cõsequenter describitur inspiratio matris. quæ ostenditur cùm subditur. g [Et clamauit voce magna.] Ista magnitudo, magis intelligẽda est, ratione deuotionis interioris, quã soni exterioris. h [Benedicta tu inter mulieres.] i. super omnes mulieres. Cuius ratio subditur. i [Et benedictus fructus vẽtris tui] per hoc eñ quòd cõceperat Dei filiũ, cõtraxerat quodammodo infinitatẽ bonitatis, inquantum scilicet mater est bonitatis infinitæ. Angelus autẽ salutans Virginem suprà, non dixit, Benedictus fructus ventris tui, quia Virgo nondũ conceperat filium Dei, sed postea cùm consensit, tunc concepit. k [Et vnde hoc mihi, &c.] Ista enim non poterat scire Elizabeth, nisi per reuelationem. Spiritussancti. l [Exultauit in gaudio infans, &c.] Ipsa enim Elizabeth per Spiritũsanctũ cognouit quòd illa exultatio fuit propter præsentiam Domini in vtero virginali. m [Et beata quæ credidisti.] qa per assensum fidei cõcepit. n [Perficiẽtur ea q̃ dicta sunt tibi à Domino.] in te s. per Angelum nuntiantem, & etiam per Spiritumsanctũ mentem virginis illustrantem & eam immediatè docentem. o [Et ait Maria] Hic cõsequenter describitur decantatio Virginis, & præmittitur titulus cantici, cùm dicitur, Et ait Maria, hoc enim canticũ sic prætitulatur quia canticũ Mariæ nominatur. p [Magnificat anima mea Dominũ. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, &c.] q.d. Maria, O Elizabeth, tu me magnificas, sed ego totũ Deo attribuens, ipsum magnifico in hoc cantico. Vbi primò ponitur modus cãtici. Secũdò subditur causa cantandi ibi, Quia respexit. Circa primũ declaratur laus Virginis tanquã magna cũ dicitur, Magnificat. Secundò, vt deuota, ibi, Anima mea, & nõ tãtũ labia mea. Tertiò vt debita, cùm dicitur, Dominũ, cui debetur laus & honor. Quartò vt iucunda ibi, Et exultauit spiritus meus. Quintò vt recta, ibi, In Deo salutari meo. Et dicit in Deo, ratione creationis, salutari ratione recreationis, in Deo ratione assumptæ humanitatis, quia sic fuit ipsius virginis, & non

Matris inspiratio.

Decãtatio Virginis.

& non alterius. Cætera verò ipsius cantici & finis capituli non ponuntur in hoc Euangelio.

QVAESTIO V.

Quæritur, vtrum credere Deo reuelanti quidquã, necessariò sit meritorium? Ad hoc autẽ dico ꝙ secundũ doct. S. Tho. præcipuè xij. q. xviij. & ij. d. & Mal q. ij. aliquis actus humanus secundum suã speciẽ vel genus cõsideratus est indifferens ad bonum & malum morale, licet habeat naturalẽ bonitatẽ inquãtum est. Nã si actus humani obiectum includit aliquid rationi cõueniens, actus est bonus, vt misereri pauperis: & malus si includat aliquid ei repugnãs, vt furari, & neuter si nõ includit cõueniẽs & repugnans, vt leuare festucã de terra: quia omnis actus habet speciẽ ab obiecto & actus humanus ab obiecto relato ad principium actuum humanorũ quod est ratio. Sed si loquamur de actu secundum indiuiduũ sic quẽlibet actũ particularẽ humanũ, i. deliberatum necesse est esse bonum vel malum moraliter non solum secundum Theol. sed etiam secundũ Phil. moralem quia si actus fiat quãdo oportet, vbi oportet, sicut oportet, & sic de aliis circũstãtiis, est bonus, & si quod horũ deficit est malus. Est autẽ necessarium ꝙ fiat cum omnibus istis aut nõ fiat: & cõsequẽter ꝙ sit bonus vel malus. Et si quis habeat gratiã nõ potest esse actus humanus in eo cõsideratus secundum indiuiduũ, qui nõ sit peccatum vel meritum. Nã quicquid ab eo qui habet charitatẽ ordinatur in finẽ alicuius virtutis ordinatur in finẽ charitatis & cõsequẽter est meritorium: quia sicut voluntas omnes potẽtias, ita charitas omnes virtutes mouet ad finẽ suum. Sed omnis actus bonus ordinatur in finẽ alicuius virtutis, & consequenter est meritorius & si sit malus est demeritorius. Habens igitur charitatẽ meretur comedẽdo & ludẽdo ad recreationẽ seruato modo tẽperãtiæ & eutropeliæ. Hęc omnia ex S. Tho. vbi supra. Igitur credere supposita gratia est meritorium cũ sit actus virtutis. Et ideo bene dicitur beata Virgo quę credidit dño. Sed cõtrà. Primò, quia sequitur ꝙ quis simul in vno instanti merebitur & peccabit mortaliter, posito ꝙ Socrati reueletur à Deo sua dãnatio: credẽdo enim merebitur vt dictum est & peccabit quia desperabit. So. secũdùm S. Tho. Deus nulli reuelat suã damnationẽ sed nec reuelare potest de potẽtia ordinata: quod si faciat intelligendũ est ꝙ loquatur cõminatoriè, non ex sententia: hęc ille. & si ponatur ꝙ loquitur ex sententia, dico ꝙ si talis acceptet Dei iustitiã secũdùm quã credit se dãnandum, meretur, non autẽ peccat desperãdo. quia non tenemur desperare nisi quousq; sumus dubij de salute. Si autẽ nõ acceptet eam iã peccabit & nõ merebitur. Et si ponatur casus ꝙ Deus reuelet ex sentẽtia & cum hoc stet præceptum de spe, dico ꝙ casus est impossibilis: quia sequitur ꝙ Deus vellet istũ simul credere cõtradictoria, scilicet se dãnandum & saluãdum cùm non possit sperare salutẽ nisi credat se saluandum. Secundo quia posset aliquis mereri credendo falsum, sicut Ezechias credẽdo se moriturum & Niniuitę se credendo subuertẽdos. Sed hoc est cõtra Anselmũ, Cur Deus homo, c. xvj. Si vera inquit non fuisset fides, mors Christi nihil profuisset. Sol. Nõ potest se qui quòd quis mereatur credẽdo falsum, quia Deus nõ potest reuelare falsum nec illud verbũ fuit falsum, Morieris Ezechia: quia sensus erat, Mors tua est futura: quod fuit verum. Nã aliquid est futurum eo ipso ꝙ sua causa est disposita vt eueniat, & ita erat de prima morte, quia habebat causas naturales, vt morbũ mortalem. Et similiter subuersio Niniue erat in sua causa, i. in demeritis Niniuitarum. Et ideo dicitur ij. de Generat. quòd futurus quis incedere non incedet: quia scilicet sua incedendi causa impedietur aut remouebitur. Sed cùm causa sit duplex, scilicet prima, i. Dei voluntas ac præsciẽtia, & secũda, i. cælũ, & alię causæ creatę aliquando aliquid est futurum secundũ primam non secundùm secundã, vt iudicium generale, aliquando secundùm secundam non secũdum primam, vt mors Ezechiæ & subuersio Niniue. Quod etiam est futurũ secundùm primã semper euenit, nõ autẽ quod secundũ secũdã: quia prima impediri nõ potest sicut secũda. Posito tamẽ ꝙ quis credat falsum, vt cũ vetula credit prędicatori errãti, vt Deo tunc creditur falsum sub ratione veri est meritorium: nec est cõtra Ansel. quia sunt verba discipuli: quãuis dici etiam possit quòd illa fides nõ profuisset id est obiectum illius fidei: quia nihil fuisset si fuisset falsum: profuisset tamen ipse actus, quia fuisset actus virtutis nobilissimę, id est fidei: & sic quæstio terminata manet.

Charitas dicitur regina virtutum. 1 ho. ii. u.

Ezechias credidit se moriturũ: quia ei dictum fuit, Dispone domui tuæ, quia cras morieris.

Credẽdo falsum quis meretur.

Sabbato quatuor temporum aduentus domini secundùm Luc. iij. cap.

Anno [a] quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, [b] procurãte Pontio Pilato Iudæã, [c] Tetrarcha autẽ Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis, [d] & Lisania Abilinæ Tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, [e] factum est verbum domini super Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto. [f] Et venit [g] in omnem regionem Iordanis [h] prædicans baptismũ pœnitẽtiæ in remissionẽ peccatorũ. Sicut scriptũ est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite semitas

Baptismum pœnitentiæ. baptismus Ioannis fuit signũ veri baptismi, & in illo Ioãnes pœnitẽtiã agẽdã prę

dicabat: ille baptismus suscipientibus nõ conferebat gratiam totaliter ad salutem efficacẽ, vt vult magi. Sen. lib.iiii. dis. ii. ut de baptismo Ioannis: Ioannis opatio tantum visibilis erat exteri⁹ lauãtis nõ inuisibilis gratia Dei interius operantis.

eius. [i] Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. [k] Et erunt praua in directa, [l] & aspera in vias planas, [m] & videbit omnis caro salutare Dei.

POSTILLA.

Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris procurãte &c. Postquã in c. præcedenti descriptus est saluatoris ortus per suã incarnationẽ. Hic consequẽter describitur eius progressus per suam prædicationem, & circa hoc primò describitur prædicatio præcursoris. Secundò ipsius saluatoris, s.c.iiij. Circa primũ pręmittitur prædicationis Ioannis tẽpus. Secundò subditur prædicationis actus ibi, Et venit in omnẽ regionem, &c. Tertiò prædicationis fructus ibi, Et interrogabãt eũ, &c. Sed ista pars nõ ponitur in hoc præsenti Euan. In quo tria notãtur. Primò pręedicationis tẽpus certum ibi, Anno quintodecimo. Secundò prædicationis modus ibi, Omnis vallis implebitur. Tertiò eius prædicationis effectus ibi, Et videbit omnis caro salu. Circa primũ cõsyderãdum ꝙ pręedicatio Ioannis describitur per nomina & tẽpus Imperatoris tũc regnãtis & præsidis Iudææ & tetrarcharũ & sacerdotũ ad ostendendũ certitudinẽ historiæ & auctoritatẽ prædicationis Ioan. Bapt. sicut in scriptis authẽticis solet fieri: & hoc cũ dicitur. a [Anno quintodecimo &c.] iste Tyberius successit Octauiano Aug. sub quo natus est Christus: scilicet quadragesimo secundo anno imperij eius. Et similiter Ioannes Baptista per dimidiũ annum antè. Augustus enim imperauit lvij. annis. Ex quo patet quòd anno xv. Tyberij Ioan. fuit. xxx. annorũ: & hoc est tempus debitum prædicationi, quia tunc viget ætas virilis. Vnde Ioseph erat xxx. annorum quando stetit coram Pharaone Gen. xl. & Ezechiel quãdo incœpit prophetizare Ezec.j. b [Procurãte Pontio Pilato Iudæã] Pilatus iste nõ fuit Iudæus sed gentilis de territorio Lugdunẽsi oriundus secũdũ Iosephũ. Et à Romano imperatore fuit missus ad regendã Iudęam tunc Romanis subiectam. c [Tetrarcha autem Galilææ Herode &c.] Romani volentes frangere Iudęorum superbiã & auferre ab eis rebellandi occasionẽ, abstulerunt ab eis nomẽ regni, diuidẽtes regnũ in plures partes quæ tetrarchiæ dicebantur. d [Et Lisania Abilinæ tetrarcha.] Glo. Beda dicit ꝙ isti tres nominati: scilicet Herodes, Philippus & Lisanias fuerũt filij Herodis sub quo natus est Christus & ipso mortuo Archelaus eius filius & frater prædictorũ successit eis in regno decem annis, quo accusato apud Cæsarẽ & misso in exiliũ apud Viennã imperator regnum tribus fratribus prædictis diuisit per tetrarchias. Sed quòd iste Lisanias fuerit filius Herodis, ex Historiis authenticis non habetur: quia nec Iosephus nec scholastica Historia ponunt eum inter filios Herodis sed magis dicunt ipsum fuisse filium Ptolomæi Mannei, qui sub Libano habitabat & Alexandræ filiæ Aristoboli quæ de Machabæis descẽderat sub principibus sacerdotum Anna & Caipha. Secundũ quod dicit Iosephus & scholastica Historia sacerdotum successio tũc nõ procedebat secundũ genealogiã & dignitatẽ generis prout in lege fuerat statutum, sed passim à Romanis vẽdebatur, ita ꝙ nõ solum singulis annis mutabatur summus sacerdos sed etiã aliquando in eodẽ anno bis. Et ideo à quintodecimo anno Tyberij quo incœpit prædicatio Ioannis vsq; ad decimũoctauũ annũ ipsius Tyberij in quo passus est Iesus plures fuerunt summi sacerdotes quã isti duo. Sed quia tunc Annas erat summus sacerdos quãdo Ioãnes incœpit prædicare, & Caiphas quãdo passus fuit Christus: ideo Lucas de istis duobus tãtum mentionem fecit. d [Factum est verbum domini super Ioannem] per diuinã reuelationẽ, per quã habuit mãdatum de prædicatione exequenda. e [Et venit] Hic consequenter ponitur prędicationis actus & primò quãtum ad exhortationem boni. Secundò quantum ad redargutionem mali: ibi, Dicebat ergo. Sed præsens euãgelium non habet nisi primam partẽ. Circa quã dicitur. f [In omnẽ regionẽ Iordanis: quia exiuit de deserto vbi pauci habitabant.] Et venit ad loca magis habitata vt plures possent venire ad eius prædicationẽ & baptizari ab eo in Iordane. g [Pręedicans baptismum pœnitentiæ]. Vnde pro eadẽ sententia dicitur Mar.j. in textu, Fuit in deserto Ioan. baptizans & prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorum. Quod sic intelligitur quòd Ioan. pręedicabat pœnitentiã agendam, vt homines essent dispositi ad Christi de proximo venturi receptionẽ. Vnde quando dicitur, Prædicans baptismũ pœnitẽtiæ hoc exponitur dupliciter: vno modo de baptismo Christi, virtute cuius dimittuntur peccata. Et quia talẽ baptismũ Ioan. dare nõ poterat: ideo ipsum prædicabat dãdum per Christũ in proximo venturũ. Et secũdũ hoc ly baptizãs refertur ad baptismũ Ioan. & quod sequitur Prædicãs baptismũ pœn. &c. ad baptismũ Christi futurũ. Alio modo exponitur de baptismo Ioã. & sic baptizans & prædicãs referũtur ad baptismũ Ioã. ad prædicationẽ eius, quia licet baptismo Ioã. nõ diminuerẽtur peccata, susceptio tamẽ illius baptismi erat quædã protestatio agẽdi verã pœnitentiã de peccato, per quã dimittũtur peccata. Et patet litera vsq; ibi. h [Omnis vallis &c.] Hæc autoritas quæ habetur Esa. xl. exponitur à Iudæis de reditu captiuitatis Babylonicæ: de qua prædixit Esaias vias tunc complanari per hoc quòd valles leuarentur ad æqualitatem planiciei, & colles deprimerentur vt sic Iudæi de Babylonia reuertentes in Iudæam possent de facili transire per

Fuerunt tres Herodes Ascalonita, Antipa, Agrippa.

viã. Sed quia nec in scriptura sacra neq; in aliqua historia authẽtica hoc inuenitur esse impletum: ideo illa scriptura sacra est reducenda ad alium intellectum in aduentu Christi adimpletũ, per quã humiles qui per valles intelliguntur repleti sunt bonis spiritualibus, & superbi qui per colles intelliguntur humiliati. Sicut patet in cãtico beatę Virginis, Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Aliter etiã exponitur hoc, q̃a sicut via corporalis redditur difficilis ad ambulandũ propter profunditatẽ valliũ & eleuationẽ colliũ, ita via spiritualis, qua Deus graditur supra corda fideliũ, impeditur per depressionẽ terrenę cupiditatis. Et vtrũque impedimentũ fuit amotũ per aduẽtũ Christi in multis. Primũ patuit in Zachęo, qui dixit domino, Ecce dimidiũ bonorũ meorũ do pauperibus &c. Et in Mat. qui dimisso Telonæo secutus est Christũ, vt legitur Matt. xix. Secundũ patet ĩ mũdi principibus, quorũ colla subiecta sunt Christo. i [Et erũt praua in directa]. i. corda distorta per iniustitiã, per æquitatẽ iustitiæ restificabuntur. k [Et aspera in vias planas] i. corda contra Christum indurata mollificabuntur, sicut patet de Paulo, qui Christũ persequẽs à Christo illustratus statim ad mãsuetudinem obediẽtiæ fuit conuersus, dicẽs, Dñe, quid me vis facere? Actuum ix. l [Et videbit omnis caro salutare Dei] id est Christum. Et accipitur omnis caro, i. omnis homo: quia aliqui de omnib⁹ hominibus viderunt eũ inter homines conuersantem: diuidebatur enim tũc communitas hominũ in duas partes, scilicet in Iudæos & gentiles, & multi de istis, & de illis viderunt eum in mundo conuersantem. Potest etiam hoc verbum intelligi de visu spirituali, quo vident eũ conuersi ad fidem catholicam ex omnibus gẽtibus totius mundi: videbunt etiam eum generaliter omnes in forma humana in die iudicij.

Quæ dicũtur praua.

Quæstio de Spiritusancto.

QVAESTIO VI.

QVæritur vtrũ is super quem fit verbum Dei per aliquam inspirationem, possit esse certus quòd à Deo sit talis reuelatio? Ad hoc autem dico sic, Illi cui fit aliqua reuelatio occultorum per visionem corporalem, vel imaginariam, vel intellectualem, potest de eius auctoritate an sit spiritus bonus vel malus habere coniecturam probabilem: scilicet si terminetur in lætitia mentali. Hoc enim signũ tradunt ferè omnes Sancti: sed primò beatus Anton. quantum ego legerim, & deinde sanctus Tho. iij. q. xx. arti. iij. ad tertium. Sed hoc signum est probabile tantum: vt dicit Catharina in dialogo edocta per Christum de hac re, & est fallax: quia etiam quo ad hoc diabolus fingit se Angelum lucis. Ratio quòd hoc sit signum naturale est: quia naturaliter apparitio Angelica est nobis horrida & eam veremur, sicut alia animalia verentur communiter hominem: quia natura inferior ad præsentiam superioris timet. Sed Angelus malus tanquam superbus hominem in isto timore relinquit, vt ipse appareat magnus, vtpote qui timeatur ab homine: bonus autem tanquam charitate plenus hominem confortat, vel latenter interius inspirando vel exterius loquendo, aut se exhibendo familiarem. Incipit verò bonus à timore & quia rei natura hoc exigit: & quia vult hominem eleuare & attentiorẽ reddere ad quod talis perturbatio valet. Malus autem incipit ab aliquali lætitia: non repugnante prædicto timore, sicut ea quam facit per verba salutando, & per candorem vestium, aut lucem vel huiusmodi: vt mẽtem per inanem gloriam eleuet, aut alia causa. Ratio autem quòd hoc signum sit probabile est: quia talem lætitiam mentalem diabolus absolutè procurare potest per phãtasmata læta quæ posset imprimere, id est deducere ad phãtasiam per modum spirituum, & etiam posset eam procurare, supposito suo fine peruerso: quia ipsam ad illum potest ordinare, scilicet vt mediante tali lætitia, ducat hominem in errorem. Potest etiam talis de eodem habere coniecturam necessariã & demonstratiuam (vt ita dixerim), id est amorem virtutis: vt dicit beata Catha. vbi suprà, & iudicium vel lumen intellectus, vt colligitur ex sancto Tho. Ratio horum est, quia si quid est quod diabolus absolute possit illud ex suppositione, non potest si repugnet fini suo, quia nullus potest velle ea quæ scit repugnare suo volito principali, cuiusmodi est suus finis. Igitur cum diabolus intendat auertere hominẽ à Deo diabolus nihil potest facere per quod homo semper promoueatur in Deum. Igitur hominem prouocare non potest ad displicentiam de peccatis inquãtùm sunt offensa Dei, nec ad amorem virtutis. Et iõ bene dicit sancta Catha. ex doctrina Christi Iesu q̃ quando mens post visionem sentit se amore virtutis ampliori succensam: hoc est infallibile signum quòd anima à suo sponso visitata sit. Non potest etiam diabolus reuelare aliqua homini, confortando lumen eius ex suppositione sui finis: licet hoc possit absolute, quia intendit homines fallere, & inducere in errorẽ, cui repugnat confortare lumen intellectus. Vnde diabolus manifestat aliqua homini, mouẽdo & ordinando phantasmata. & dicit san. Tho. in ij distin. vij. q. i. art. ij. etiam illuminando lumine fortiori ipsa phãtasmata vt scilicet inde homo melius sciat dubitare, & inducatur in aliqua quæ diiudicare nesciat: nõ aũt manifestat confortando lumen intellectus, vt ipse dicit in prima Parte. q. iiij. art. j. Et ipse etiam concludit, xxij. q. clxxij. ar. iij. quòd prophetæ licet certi non sint de his quæ instinctu quodam, id est per cordis inspirationem cognoscunt, vtrum sunt à Deo vel à proprio suo spiritu: tamen de his quæ propheticè cognoscunt, id est per manifestam reuelationem, sunt certissimi, quod hinc dicit patere: quia inde Abrahã mouebatur ad filiũ occidendũ, quod nõ fecisset nisi fuisset

certissimus. Et hoc ideo, quia vt ibi dicitur maior est certitudo quæ est per lumen diuinum, quam quæ est per lumen naturale. Sed habens scientiam pro certo scit se habere. Ergo habés prophetiam per lumen diuinũ multomagis est certus se habere. Vñ & Aug. dicit sexto Confessionum ꝙ mater sua dicebet discernere nescio quo sapore, quẽ verbis exprimere non poterat quid interesset inter Deum reuelantem & animã suam somniantem. Sed cõtra prædicta. Nã si talis esset certus de aliquo reuelato, quòd illud esset à Deo, sciret etiã quæcunq; cogitaret & Deo non reuelante esse à sua cogitatione: sicut si cognosco certè omnem ciuem Bononiensem, cognosco etiam certè oẽm non Bononiensem, non esse Bononiensem. Sed hoc est falsum: quia Greg super Ezechielem dicit, quòd prophetæ, sancti dũ aliquando consuluntur ex magno vsu propherandi quædã ex spiritu suo prophetarunt, & se hoc ex prophetiæ spiritu dicere suspicantur. Et huius exemplum est de Nathã, qui consulente Dauid an fabricare deberet templum Domino, dixit ꝙ sic, quia dominus cum eo erat, vt patet primi Paralipom. ca. xvij. Sed tamen pòst monitus à Deo reuocauit. Sol. sanctus Tho. vbi suprà dicit ꝙ verbum Greg. non intelligitur de his quæ cognoscuntur propheticè: sed quæ per instinctum, qui est quid imperfectum in genere prophetiæ. Ex quibus terminata quæstio manet.

Dominica iiij. aduentus. Euangelium Ioannis j. Miserunt, &c.

Istud euangelium cum sua postilla require suprà, folio cix.

In vigilia natiui. Domini. Euang. Mat. j.

Despon sata: inter mariam & Ioseph fuit verũ matrimonium: quã quã copula nõ fuerit secuta. Quoniam inter eos fuit verus & mutuus consensus quo verũ efficit matrimoniũ: vt vult ma gi. sen. lib. iiij. dist. xxx. ea parte, Inter quos, &c.

CVm esset desponsata [a] mater Iesu Maria [b] Ioseph, [c] antequam conuenirent, [d] inuenta est in vtero habẽs [e] de spiritusancto. [f] Ioseph autem vir eius [g] cùm esset iustus, & nollet eã traducere, [h] voluit occultè dimittere eã. [i] Hæc aũt eo cogitãte, ecce angel' domini in somnis apparuit ei, dicẽs, [k] Ioseph fili Dauid, [l] noli timere accipere mariã coniugẽ tuã. [m] Quod enim in ea natũ est [n] de spiritusancto est. [o] Pariet aũt filiũ. [p] & vocabis nomen eius Iesum. [q] Ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorũ. [r] Hoc aũt totum factum est, vt adimpleretur quod dictũ est à domino per prophetam dicentem, Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & [s] vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.

POSTILLA.

CVm esset desponsata mater Iesu &c. Descripta in priori parte huius capituli genealogia Christi, in qua Mat. ostẽdit Christi humanitatem, hic ostendit diuinitatem eius per modum conceptionis eius mirabilem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur beatæ Mariæ virginis impræguatio. Secundò ipsius Ioseph digna dubitatio. Tertiò magna dubij certificatio. Sed præsens euangelium solùm continet primam partem, in qua ne credatur quòd Iesus fuerit genitus ex cõmistione maris & fœminæ, sicut cæteri hominum: ideo describitur eius cõceptionis modus mirabilis, cùm dicitur. a [Cùm esset desponsata mater Iesu] i. Christi. b [Ioseph] scilicet sponso suo. c [Antequam conuenirent] carnaliter: scilicet non quia pòst conuenerint, sicut dicetur in fine huius euãgel. j. d [Inuẽta est in vtero habens.] Inuenta inquam à Ioseph. qui curã Virginis habebat. e [De spiritusancto.] istud refertur ad verbum præcedens, cum dicitur, Habens in vtero: quia hoc fuit virtute spiritussancti. Istud enim quod in generatione aliorũ hominũ fit, fit per virtutem seminis decisi à patre & recepti à matre in matrice, fuit factũ virtute spiritussancti in Virgine, virtute cuius ex purissimis sanguinibus beatæ Virginis fuit corpus Christi formatũ, & in eodem instanti animatũ & à verbo assumptum: quia cũ infinita sit virtus spiritussancti, põt omnia operari in instãti. f [Ioseph autem &c.] Hic ponitur Ioseph digna dubitatio. Emisso autẽ voto virginitatis per Mariam angelus Gabriel venit ad eam ignorante Ioseph & imprægnata est de spiritusancto: vt habetur Luc j. & statim de licentia Ioseph abiit ad cognatam suam, s. sanctam Elizabeth, vt im prægnanti seruiret & natum filij sui præcursorem videret: & ibi mansit tribus mensibus, vsq; ad perfectam præcursoris natiuitatem. Ipsa autem redeunte, vt vidit Ioseph vterum eius grauidum incurrit ex hoc vehementem suspicionem: nec fuit mirum propter mariæ longam absentiam. Ex altera tamen parte tenebat de Mariæ sanctitate, vt dicit Chrysosto. quòd sibi videbatur impossibile eam cecidisse. g [Cum esset iustus, & nollet eam traducere.] i. probare, quia non erat certus de crimine, & ideo. h [Voluit occultè dimittere eam.] ne fortè ex opposita parte faueret sibi in crimine. Et benè dicitur, quòd occultè, ne si in palam eam relinqueret, nesciret respondere determinatè causam dimittendi eam, hoc quærentibus, cùm haberet argumenta sibi insolubilia ex vtraque parte. Sed quæritur hic, quare Maria non dixit ei diuinum secretum? Et dicendum quòd talia non sunt reuelanda nisi inquantum se extendit voluntas diuina. Et ideo beata Virgo tacuit, tenens firmiter quòd sicut istud secretum

Dubitatio Ioseph.

fuerat reuelatum sanctæ Elizabeth, vt habetur Luc. j. sic reuelaretur aliis competẽti tempore, ex beneplacito voluntatis diuinæ: & similiter quæritur, quare Ioseph nõ petiuit ab ea? dicendũ ꝙ pro nihilo petiisset: quia ipse Mariæ pro se dicenti non credidisset. Et iterum ex diuina dispensatione hoc factũ est, vt per reuelationẽ Angeli ipse Ioseph, sic certificaretur, quòd de cætero nullo modo dubitare posset. i [Hęc autẽ eo cogi. &c.] quia anima clausis sensibus exterioribus, ad recipiẽdũ reuelationẽ magis est apta: quia tunc non est ad occupationẽ sensuũ exteriorũ impedita. Sequitur illud quod dixit ei Angelus in somnis, id est eo dormiente, seu eo stante in lecto hora assueta ad dormiendũ. k [Ioseph fili Dauid.] quia de Christo volebat loqui qui erat promissus ipsi Dauid: ideo de ipso Dauid memoriã facit. l [Noli timere acci. &c.] non ad carnalẽ copulã, sed ad cohabitationẽ cũ ea, & deuotã ministrationẽ: subditur ratio. m [Quod enim in ea natum est] non dicit, Ex ea: quia natiuitas in vtero est, quãdo fœtus animatur, & illa erat cõpleta: sed adhuc natiuitas ex vtero, tẽpore debito expectabatur. n [De spiritusancto est, miraculosè facta est cõceptio, non interueniẽte adulterio. sequitur. o [Pariet filium] s. quando erit natiuitas ex vtero. p [Et vocabis nomen eius Iesum.] saluatorem, ideo subditur. q [Ipse enim saluũ faciet &c.] In hoc ostendit Angelus eum verũ hominem in partu Virginis, verum Deum in salute populi à peccatis: quia nullus potest saluare à peccatis, nisi Deus. r [Hoc autem totum factum est &c.] Hic ad certificationẽ nostræ fidei adducitur ad hoc testimonium propheticũ. Vnde ista sunt verba Euangelistæ scribentis, & non Angeli loquentis. Volebat enim ostendere in hoc cõpletam esse prophetiam Isa. vij. Ecce virgo concipiet, &c. Sequitur: s [Et voca. nomẽ eius Emmanuel &c.] Per hoc ostenditur veritas deitatis, & humanitatis in Christo. Prius est, & erat nobiscũ Deus per essentiã, potentiã, & præsentiã: similiter erat per gratiã nobiscũ, quantũ ad sanctos patres. ergo ly, Nobiscũ quod intelligitur per Emmanuel quod interpretatur nobiscũ Deus, denotat hîc specialẽ vnionem, quæ facta est in Christo, per nostræ humilitatis assumptionẽ, qđ notatur per hoc nomen Iesus, qui interpretatur, Saluator, qui nullo modo poterat esse talis nisi Deus & homo: & ideo ipsius nominis interpretatio in textu ponitur, quando dicitur: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Veritas deitatis & hũanitatis in Christo cum dicitur Emmanuel.

QVAESTIO VII.

Quæstio de virgine Maria. Quot modis accipitur, De.

QVæritur, vtrum beata Virgo sit ita inuẽta habens in vtero de spiritusancto, ꝙ filius eius debeat dici de spiritusancto conceptus? Ad hoc dico ꝙ ly, De, sicut dicit S. Tho. j. q. xxxix. v. & xliiij primùm dicit habitudinem consubstantialitatis, & causalitatis materialis: sicut dicimus cultellum esse de ferro, & efficiẽtis, sicut dicimus filiũ esse de patre. Igitur si ly, De, dicat principium consubstantiale materiale, Christus est conceptus de purissimis beatæ Mariæ sanguinibus: quia ista est causa materialis in conceptione cuiuslibet de muliere nascẽtis, vt patet iij. q. xxxj. art. v. & per Philosophum in lib. de Animalibus. Si verò dicat principium cõsubstãtiale effectiuũ, potest dici cõceptus de spiritusancto, si cõsubstantialis referatur ad vnum, & causalitas ad aliud, nõ autẽ si referantur ad idẽ. Nam cùm in Christo concepto sint duo, scilicet diuinum suppositũ, & corpus, Spiritussanctus respectu suppositi habet consubstantialitatem cum eisdẽ numero naturæ: & respectu corporis effectiuam causalitatẽ, sed respectu suppositi Christi nõ habet rationẽ causalitatis, nec respectu corporis habet consubstantialitatẽ. Vnde illud corpus nõ dicitur de spiritusancto, sed ex spiritusancto. Sed cõtrà. Primo, Nã principiũ actiuũ, de quo aliquid concipitur in generatione se habet vt semen. Sed spiritussanctus in cõceptione Christi nõ se habuit vt semen. Nam dicit Hie. in expositione. c. fi. Nõ vt quidã sceleratissimi opinantur, spiritumsanctũ dicamus fuisse pro semine, sed potẽtia & virtute creationis dicimus fuisse operatum, i. formatum corpus Christi. Ergo non debet dici cõceptus de spiritusancto. Sol. Hic videtur esse diuersitas, inter Hie. & quosdã alios dicẽtes Spiritũsanctũ ibi fuisse pro semine sicut dicit Chryso. super Matt. & Damasc. in iij. li. Sed de facili soluitur: quia illi duo, loquũtur secundũ ꝙ in semine intelligitur virtus actiua: quia sic cõparãt semini Spiritumsanctũ, vel etiã filiũ, qui est virtus Altissimi. Sed Hier. hoc negat secundũ quod in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione trãsmittatur, si sit ministrata à matre. Secundò nihil enim vnũ formatur de duobus, nisi aliquo modo commistis. Si ergo corpus Christi, quod dicitur formatum de Virgine, dicatur etiã cõceptũ de spiritusancto, videtur facta cõmixtio spiritussancti & Mariæ, quam mater ministrauit: quod patet falsum. Solu. Sicut dicit Augu. in Enchir. non eodem modo dicitur Christus conceptus, aut natus de spiritusancto & de Maria virgine, quia de Maria virgine materialiter, de spiritusancto effectiuè est cõceptus. Et ideo nõ habuit hic locum commixtio. Omnia autem hactenus dicta in hac quæstione, sunt sententialiter sancti Thomæ in locis allegatis, vel in iij. Parte. q. xxxij. art. ij. Tertiò, Nam si dicitur conceptus de spiritusancto, ratione efficientiæ & consubstantialitatis dicitur etiam cõceptus de patre & de seipso: quia secundùm Aug in j. de Tri. indiuidua sunt opera trinitatis, s. ad extrà. Sol. Licet tota trinitas istam cõceptionem operata sit, tamen attribuitur spiritui sancto triplic ratione, vt patet iij. q. xxxij. arti. j vide si vis. Quartò, non est conceptus

de charitate vel de dono. Ergo nec de spiritusancto. Solu. Negatur consequentia: quia licet spiritussanctus sit charitas & donum: tamen ista nõ significantur vt persona subsistens, cuius est agere, & esse causam efficientem cõsubstantialem. Et sic patet quæstionis terminatio.

Euangelium in gallicantu natiuitatis Christi. Lucæ ij cap.

IN illo tempore, [a] exiit edictũ à Cæsare Augusto, [b] vt describeretur vniuersus orbis: [c] hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino, [d] & ibant omnes vt profiterẽtur singuli in suam ciuitatem. [e] Ascendit autem Ioseph [f] à Galilæa [g] de ciuitate Nazareth, [h] in Iudæam ciuitatẽ Dauid, quæ vocatur Bethlehem, [i] eò quòd esset de domo & familia [k] Dauid, vt profiteretur cum Maria despõsata sibi vxore † prægnante. [l] Factum est autẽ cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. [m] Et peperit filium suum primogenitũ. [n] Et pãnis eũ inuoluit, [o] & reclinauit eum in præsepio [p] quia non erat ei locus in diuersorio. [q] Et pastores erant in regione eadẽ vigilãtes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. [r] Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, [s] & claritas Dei circunfulsit illos, [t] & timuerunt timore magno, Et dixit illis angelus, [v] Nolite timere: [x] ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo. [y] Quia natus est nobis [z] hodie [a] saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. [b] Et hoc vobis signũ, Inuenietis infantẽ pannis inuolutũ, [c] & positũ in præsepio. [d] Et subitò facta est cũ angelo [e] multitudo militię cęlestis exercitus [f] laudantium Deum, [g] & dicentiũ, Gloria in altissimis Deo, [h] & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Vxore prægnãte. Tẽpore nostri saluatoris Iesu, qui natus est ipse redẽptor quæque viuentia suo genere & specie firmata pace & cibis fruebãtur: vnde, Quod erit firmamẽtum in terra? In summis mõtiũ superextolletur super Libanum fructus eius & florebit de ciuitate sicut fœnũ terrę. Hoc ait Ps. lxxi. & Isa v. Pascent agni iuxta ordinem suũ & deserta in vbertatẽ versa. itẽ vu. c. Butyrũ & mel man ducabit oĩs homo.

POSTILLA.

IN illo tempore, exiit edictũ à Cæsare Aug. Luc ij Histo. huius Euang. facta fuit anno Christi primo vsuali. xij. kal. Ianua. feria j. iij. luna. xxviij. indictione iij. Ante initium istius Euangelij scribit sanctus Lucas præcedenti c. ortum sancti Ioannis Bapt. s. quomodo nuntiatus est per angelum Gabrielem patri suo Zachariæ in templo, & quomodo natus est de sterili matre, & quomodo in circuncisione vocatum est nomen eius Ioannes, & quomodo ipse puer crescebat, quantum ad augmentum corporis & confortabatur spiritusancto quantum ad augmentum gratiæ & virtutis: & erat in deserto vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel, & describit ortũ Præcursoris. Hic cõsequenter describit ortũ saluatoris dicens, Factum est autẽm in diebus illis. In sacro Euangelio quinque continentur. Primò tẽpus & nomen pręsidis, ibi, Exiit edictũ. Secũdò locus & cognatio proficiscẽtis, ibi Ascendit autem. Tertiò partus virginis & cõditio pueri nascentis: ibi, Factũ est autẽ. Quartò nuntiatio Angeli signum ostendẽtis, ibi, Et pastores. Quintò apparitio exercitus cælestis, nato puero testimonium perhibentis: ibi, Et subito facta est, cum angelo. a [Exiit edictum à Cæsare Augusto] Lyr. hic ostendit tempus natiuitatis Christi qui natus est imperante Cæsare Octauiano, qui nominatus est Augustus ab augendo: quia valde notabiliter auxit imperiũ Romanũ, qui regnauit xlij. annis, ante natiuitatem Christi: & pòst tanta fuit pax in vniuerso orbe, vt ad literam videtur impletum quod dicit Isa. ij. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Vnde etiã in Psal. lxxj. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Item Isa xj. Non leuabit gens cõtra gentem gladiũ: & sic in diebus Cæsaris Augusti omnibus gẽtibus Romano imperio subiectis, fuit pax vniuersalis in orbe. Iste mandauit. b [Vt describeretur vniuersus orbis.] vt hoc sciretur, qualiter terræ essent populatæ, & quanta tributa suæ gloriæ possent reddere, vt sic tributis indebitis non grauarentur: & etiam sciretur per quem modum singulæ terræ à Romano imperio melius regerentur. c [Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino] hunc enim Cyrinum Cæsar Augustus præfecerat terræ Syriæ ad ipsam regẽdam. Et quia Syria est in medio terræ habitabilis, & ibi fuit ipsa descriptio primo inchoata, vt inde denũtiaretur fieri in aliis prouinciis circulariter. d [Et ibãt omnes vt profiterentur sin. in ciuit. suã] s. vnde oriũdi erãt. Profitebãtur autẽ dupliciter se subiectos esse Romano imperio, s. scripto ꝙ nomina eorũ scribebãtur, & facto: quia soluebãt censum Imperatori, s. vnũ nummum argenteum valentẽ x. numos vsuales. e [Ascendit autem Ioseph] scilicet vir Mariæ, f [A Galilæa.] quia inferior erat quàm Iudæa. g [De ciuitate Nazareth.] vbi conceptus erat, & in qua Ioseph manebat. h [In Iudæam ciuitatem Dauid.] i. in Bethlehem quæ dicitur ciuitas Dauid: quia inde oriundus fuit. j. Reg. xvij. i [Eò quòd esset de domo & familia] i.

Tempus natiuitatis Christi.

A quo prima descriptio facta est.

Vbi Christus fuit cõceptus.

de genere. k [Dauid, vt profiteretur cum Maria desposata sibi vxore prægnante.] Ipsa enim erat de eadem tribu cum Ioseph. Et licet Maria non fuisset obligata tanquam prægnans illuc ire propter longitudinem viæ, quia Nazareth distat à Bethlehem quasi per tres dietas, tamen propter exemplum obedientiæ, cum ipsis mulieribus ire voluit. Item ex diuina dispositione hoc factum est, vt sic Christus nasceretur in Bethlehem sicut prædictum fuit Michææ v. Et tu Bethlehē terra Iuda nequaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum Israel l [Factum est autem cū essent ibi, impleti sunt dies eius vt pareret] scilicet nouem menses impleti sunt, à die cōceptionis Christi. m [Et peperit filiū suū primogenitum] dicitur aūt primogenitus: non quia post illū habuit filios alios, sed quia ante illum alium filium non habuit, quia sicut ante partū, ita & in partu, & post partum, inuiolata virgo permansit. Tunc impleta est ista prophetia Isa. vij. Ecce virgo cōcipiet & pariet filium: & ipsa beata Virgo Maria magnū gaudium habuit in Christi natiuitate, & hoc ideo: quia sine dolore, sine afflictione, & sine debilitate sui, genuit filiū quem sciuit esse Deū & hominē. Nā sicut & virgo cōcepit, sic & sine dolore genuit. n [Et pannis eum inuoluit] scilicet per seipsam. Ly. Ex quo patet falsitas quæ scribit in li. de Infantia Saluatoris, scilicet ipsam obstetrices habuisse, quę non requiruntur nisi propter afflictionē matris in partu, quæ non habuit locum in virgine puerpera, quia peperit sine dolore & sine debilitate. o [Et reclinauit eum in præsepio.] Ly. Ioseph enim in itinere adduxerat secum asinum ad portandū vxorem prægnantē, & bouē ad vendendū: vt de pretio solueret expensas in via. Et illis duobus animalibus fecit præsepiū iuxta se: in quo beata Virgo inclinauit filiū natum quod fuerat prædictū Isa. j. Cognouit bos possessorem suum, & asinus pręsepe domini sui. Dicit enim quidam quòd asinus & bos genua flexerūt coram Christo, Abacuch. iij. In medio duum animalium cognosceris. Vnde Bernard. O Christiane, vide qualis per te factus est Christus: quia si rex, vbi aula regia? vbi throni sublimitas? vbi curiæ regalis frequentia? Ecce aula regis, stabulū: throni sublimitas, pręsepium: curiæ regalis frequentia, bos & asinus. p [Quia non erat eis locus in diuersorio.] Gor. Hic reprehenduntur Christianorū delitiæ, diuitiæ, & honores huius mundi. Delitiæ in hoc ꝙ Dei filius non mollibus vel calidis pelliceis indutus fuit: sed vilibus pannis inuolutus. Honores in hoc quòd non in palatio: sed in præsepio eū reclinauit mater sua. Diuitiæ in hoc quòd locū non habuit in diuersorio. Vnde Bernard. O homo quid sollicitus es de regali palatio? Ecce rex tuus iacet in præsepio, quid cogitas de indumēto? Rex tuus induitur vili pāniculo. q [Et pastores erāt in regione eadē vigilātes, & custodiētes vigilias noctis super gregem suū]. s. inter Ierusalem & Bethlehē, quæ ciuitates distāt duo miliaria abinuicē. r [Et ecce Angelus dñi stetit iuxta illos] scilicet ad reuelandū eis diuina. s [Et claritas Dei circunfulsit illos] non tantum exterius in corpore, sed etiam interius in mente. t [Et timuerunt timore magno] ex insolita visione. Sed Angelus domini consolabatur eos dicēs. v [Nolite timere.] Cuius causam subiungit. x [Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.] non solum Iudæorum sed etiam Gentiliū. Gor. Et hoc gaudiū est magnum secundum omnem dimensionem: quia altum, profundum, lōgum & latū. Altum quia eius altitudo attingit cælū. Vnde Bernat. Magna est hodierna festiuitas: cælū repletur antequā terra. Profundum: quia eius profunditas penetrat infernum, scilicet vsque ad sanctos qui erant in limbo. Itē eius longitudo protenditur à principio mundi, vsq; ad finem mūdi. Item eius latitudo occupat orbem terrarū: vnde hodie canitur in præfatione missæ secundæ, Profusus gaudiis totus in orbē terrarum mundus exultat. y [Quia natus est nobis] scilicet hominibus & angelis pariter: quia cōsortio hominū est reparāda ruina angelorū. z [Hodie.] Ly. Dicit Hodie quamuis esset nox, quia nox illa ex claritate diuina fuit ita illuminata, ac si esset dies clarissima, secundùm quòd fuerat prædictū in psalmo cxxvij. Et nox sicut dies illuminabitur. a [Saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid] i. Bethlehē. b [Et hoc vobis signū, inuenietis infantem pannis inuolutū] & non sericis inuolutū. c [Et positū in præsepio.] & nō in palatio, d [Et subitò facta est cū angelo] qui tanꝗ principalis inter alios nuntiauerat Christi natiuitatem. e [Multitudo militiæ cælestis exercitus]. i. angelorū qui diuinæ militiæ designantur: quia pro salute hominū cum dæmonibus præliantur: vnde Apo. xij. Michael & angeli eius præliabantur cū dracone. f [Laudantiū Deum] de Christi natiuitate. g [Et dicentiū, Gloria in altissimis Deo.] quia licet æquè gloria vbiq; luceat, maximè tñ in excelsis, i. in cælo empyreo, vbi est omniū sanctorū habitatio. h [Et in terra pax hōi. bo. vo.] Et notanter dicit Pax in terra, & non in cælo: quia in terra pax, & in cęlo gloria. Annūciatur aūt pax hominibus bonæ volun. quia regnū Dei tantū valet qtum habes. Vnde Remigius: Si enim diuitias Zachæi non habes, si desunt tibi duo minuta viduæ, si nec calicē aquæ frigidæ potes offerre: offer Deo bonā voluntatem. Vnde Aug. Coronat Deus intus voluntatem, vbi nō inuenit facultatem. vnde Chrysost. Dextera tua plena est muneribus, si fuerit plena bona volūtate.

Quō accipitur Primogenitus.

De præsepio in quo Christus fuit natus iuxta opinionem de Lyra.

Quare dicitur Hodie ex quo Christ⁹ natus est de nocte.

Quare dicitur pax.

QVAESTIO VIII.

Qværitur vtrum Virgo secundū tēporalē natiuitatem Christi, posset dici mater Christi, & mater Dei? Ad hoc aūt rñdeo, B. Vir-

go dici poteſt mater Chriſti:tum quia Euāgeliũ dixit, Quia peperit filium ſuum primogenitum:& non aliũ quā iſtũ,tum quia quęcunq; requiũtur, & ſufficiũt ad rõnem veræ matris, beata Virgo habuit,& quæcũq; habẽt aliæ matres,quæ ſunt, Miniſtrare materiā vñ cõcipiatur filij corpus,& quæ ad hoc cõſequũtur. Põt

Opinio aliquorũ, vtrũ virgo Maria debeat dici mater Dei.

etiā verè dici mater Dei:tũ quia dicit Dam.in lib.iij. Theothecõ,i Dei genitricẽ verè & principaliter virginẽ pdicamus,tũ quia hoc aſſeritur in capitulis Cyrilli in Epheſina Synodo cõprobatis, ſic ꝙ hoc negās anathema ſit,tũ etiā q a ex hoc dicitur mulier aliqua alicuius mater ꝙ eũ cõcepit & genuit. Sed beata Virgo Deũ cõcepit & genuit,quod S.Tho.iij.parte.q.xxxv.art.iiij. ſic probat, Omne nomẽ ſignificās in concreto aliq̃ naturā põt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi illius naturæ. Cũ igitur vnio incarnationis ſit facta in hypoſtaſi:Deus ſupponere põt pro hypoſtaſi habẽte humanā & diuinam naturā. Et ideo quicquid cõuenit diuinæ naturæ & humanæ,illi perſonæ põt attribui,ſiue ſecundũ ꝙ ꝓ ea ſupponit nomẽ ſignificās diuinā naturā:ſiue ſecundũ ꝙ pro ea ſupponit nomen ſignificans naturā humanā. Cõcipi aũt & naſci perſonę attribuitur & hypoſtaſi:ſecundũ illā naturā in qua concipitur & naſcitur. Cum igitur in ipſo principio cõceptiõis fuerit natura humana aſſũpta à perſona diuina,cõſequēs eſt ꝙ verè poſſit dici Deum eſſe conceptum, & natum de Virgine,hæc ille formaliter. Sed contra prædicta. Primò:Nā Damaſ.dicit in iij.lib. Chriſtothecõ,i. Chriſti matrē virginẽ nõ dicimus. So. Nõ negat eam Damaſcenus eſſe matrem Chriſti, ſed dicit ꝙ non dicimus Chriſto thecõ, quia hoc nomẽ inuentum erat à Neſtorio ad abolendum theothecũ, i. Dei matrẽ. Cũ hæreticis enim nec nomina debemus habere cõmunia,vt dicit Hiero.ſuper Oſee ij. Secũdò miniſtrare materiā, nõ ſufficit adeſſe matrẽ ſine actione,alioquin lignum eſſet mater lecti. Sed beata Maria virgo ſolùm miniſtrauit m-teriam:ergo non eſt mater Chriſti. Solut. Beata Virgo miniſtrauit materiam aptam, vt inde produceretur viuēs eiuſdem ſpeciei ſecũ:& locum conuenientem in vtero & nutrimẽtum conueniens fœtui. Tertiò, Nam qđ poteſt eſſe erroris occaſio,nõ eſt aſſerẽdũ. Sed huiõi eſt ſi dicatur mater Dei:quia intelligitur mater patris & ſpiritusſancti. Solu. Quidā olim hoc concedebant,dicentes quòd debet dici mater filij. ſed non Dei, Sed ly Deus licet ſit commune tribus perſonis,& pro qualibet ſupponere poſſit, quia ſignificat in concreto naturam diuinā, tamen poteſt locutionẽ reddere verā per vnā perſonā:ſecundum ꝙ dicitur generat, ſicut etiam dicitur homo currit, ſolo Petro currente:vnde ſimpliciter conceditur ꝙ eſt mater Dei:ſicut & quòd dicitur Ieſus eſt Deus. Nec obſtat ꝙ ſic prædicatum & prædicata teneātur formaliter, quia ſignificāt naturā ſubſiſtentẽ,& cõſequenter teneri põt pro ſuppoſito tā à parte ſubiecti quā à parte prædicati:vt dicit S.Tho.in di.iij. q.ij.art.ij.ad ſecundũ. Quartò, Nulla enim mater, eſt mater alicuius niſi ſecundũ naturam q̃ ab ea accepit, ſed filius non accepit à virgine naturam diuinam ſed humanam.ergo &c. Solut. Quia vna perſona ſubſiſtit in vtraque natura,communicauit ſibi naturæ idiomata ſua id eſt proprietates, vt dicit Damaſ. vnde ſicut Iudæi dicuntur crucifixiſſe Dominum gloriæ licet non ſecundum deitatẽ:ita & virgo eundem peperit. Et ſicut dicimus hominem creaſſe cælos, ita dicimus Deum natũ de virgine,& conſequenter virginem matrem Dei.

Quòd multis miraculis fuit declarata Chriſti natiuitas.

NAtiuitatis Chriſti ſecundũ Innocen. Papam multis miraculis fuit declarata. Nam ipſa nocte obſcuritas noctis verſa eſt in diẽ Item cùm tempore natiuit. Chriſtianæ & poſt fuiſſet pax in omnibus terris & prouinciis, Romani tẽplum pacis pulcherrimum conſtruxerunt,conſulentes Apollinem deum ſuum, quandiu duraret templum hoc. Reſpondit eis, Quouſque Virgo pareret. His auditis dixerũt, Templũ pacis in æternum manet. Impoſſibile enim credebāt virginẽ parere. Vnde in foribus templi ſcripſerunt, Templum pacis manet in æternum. Sed ipſa nocte qua virgo peperit tẽplum funditus corruit. Item ſecundùm propheticā Ieremiæ ſignum datum eſt eis,quia omnia idola corruerunt quādo Virgo paruit. Et propter hoc ſacerdotes idolorum imaginẽ virginem puerum in gremio baiulantem fecerunt:& in ſecreto loco templi ponentes adorauerũt. Item in legenda Longobardica habetur ꝙ ipſa die natiuitatis Chriſti:ſtatua Romuli & omnia idola in diuerſis locis corruerunt. Item ipſo die tres ſoles in Oriente apparuerunt,qui paulatim in vnũ corpus ſolare redacti ſunt. Itẽ innocen. Papa dicit quòd fons aquę in ipſa nocte in liquorem olei verſus eſt,& tota die largiſſimè manauit,fluēs vſque in Tyberim, ſicut Sibylla prophetaue-rat:ꝙ niſi erũperet fons olei nõ naſceretur Saluator. Item Inn. Papa dicit, Octauianus Imperator cũ vniuerſum orbẽ iuriſdictioni Romanæ ſubiugaſſet, intantũ Senatui placuit, vt eũ pro Deo colere vellent:ad illorum ergo inſtantiam Sibyllam propheti ſſam cõſuluit ſi maior eo aliquādo naſceretur. Cùm ergo in die natalis Chriſti Sibylla in camera Imperatoris orationibus inſiſteret,in die medio aureus circulus apparuit circa ſolẽ,& in medio circuli virgo pulcherrimũ puerũ geſtans in gremio. Tũc hæc Cæſari oſtendit. Admirans autem Imperator audiuit vocem dicentem, Hæc eſt ara cæli. Dixitq; ei Sibylla, Hic maior te eſt,ideo ipſum adora. Eundémque locum in honorem beatæ Mariæ virginis dedicauerunt,qui vſque hodie

De idolis Romæ corruentibus qñ Chriſt⁹ natus eſt.

De Sibylla.

ſancta Maria ara cæli, dicitur. Imperator igitur illi puero hoſtias obtulit, & ipſe deos ſuos de cætero colere recuſauit. Huic dicto concordat Timotheus hiſtoriographus & Oroſius pro magna parte, circa præſens Euangelium, vbi dicitur, Annuntio vobis gaudium magnũ. Notãdum quòd magnum gaudium inſtat populo Chriſtiano de natiui. filij Dei in humana natura in proximo recolenda, per quem natura humana eſt ſuper omnia exaltata, & omnibus bonis repleta. Natus eſt enim filius Dei cum ſacco pleno omnium gratiarum, & virtutum, quas nobis gratis donauit, ad Rom. viij. Quomodò etiam non omnia cum illo nobis donauit? Propterea Angelus dixit, Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt, &c. Vbi ſciendum ſecundùm Albertum quòd primus homo, ſcilicet Adam, productus fuit ſine patre & matre. Secundus homo, ſcilicet Eua, producta fuit ex patre ſine matre. Omnes alij homines ex patre & matre. Reſtabat aũt quartus modus vt quis produceretur ex matre ſine patre. Sic Chriſtus hodie natus eſt. Et in hac quarta generatione filij omnes in terram ſuã, ſ. cæleſtem Ieruſalem per Chriſti meritum redierũt, ſicut in figura Deus dixit Abrahæ Gen. xxv. Generatione autem quarta reuertentur.

De productione hominum.

In diluculo, ſiue in aurora, Euangelium ſecundum Lucam, ij. cap.

IN illo tempore, [a] & factũ eſt vt diſceſsiſſent ab eis Angeli in cælum, [b] paſtores loquebantur † ad inuicem, [c] Trãſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factũ eſt, [d] quod fecit Dominus, & oſtẽdit nobis. [e] Et venerunt feſtinãtes, [f] & inuenerunt Mariam & Ioſeph & infantem [g] poſitum in præſepio: [h] videntes autem cognouerũt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. [i] Et omnes qui audierant mirati ſunt de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. [k] Maria autem cõſeruabat omnia verba hæc, [l] cõferens in corde ſuo. [m] Et reuerſi ſunt paſtores [n] glorificantes [o] & laudantes Deum, [p] in omnibus quæ audierant, & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

Paſtores loquebã-tur. Dominus Ieſus, myſterium ſuæ natiuitatis, prius reuelari paſtoribus innocentib⁹ voluit, nõ ſacerdotibus, legiſperitis, nec doctorib⁹, quia quem piè paſtores in terris adorauerũt Sacerdotes & Iudæi illũ Deum eſſe de cælis negauerunt, & flagellatũ crucifixerũt: vñ Chriſtus, Benedictus es Domine q reuelaſti ea paruulis, & abſcondiſti à ſapientibus. Omnes homines etiã tẽpore nati. Domini gauiſi ſũt: Vnde Iſa. lv. Montes & colles cantabunt coram vobis laudẽ, & omnia ligna regiõis plaudent manu

POSTILLA.

IN illo tẽpore, & factum eſt cùm diſceſſiſſent Angeli ab eis, &c.] Hæc hiſtoria ſignatur vt ſupra. Ante initiũ illius Euangelij, ſcribit S. Lucas illud Euangelium, quod hodie in nocte lectum eſt, & ſtatim poſt verba Angelorum laudantiũ Deum & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ſequitur hoc præſens Euangelium. Et factum eſt cùm diſceſſiſſent Angeli ab eis in cælum paſtores loquebantur adinuicem, Trãſeamus vſque Bethlehẽ. Ly. hic deſcribitur paſtorũ deuotio: quia ſtatim poſt viſionẽ iſtam, dimiſſo grege, fugerunt ad videndum natum. In ſacro Euang. paſtorum diligentia à tribus commẽdatur. Primò à ſollicitudine inquiſitionis, ibi, Paſtores loquebãtur. Secundò à certitudine inuẽtionis ibi, Et inuenerunt Mariã. Tertiò à gratitudine deuotionis ibi, Et reuerſi ſunt paſtores. a [Et factum eſt poſtquã diſceſſiſſent ab eis Angeli] ſ. paſtoribus, in cælum. i. poſtquam aſpectibus paſtorum ſe abſtraxerunt aſcendentes in cælũ. b [Paſtores loquebãtur adinuicem,] ſ. de natiuitate: ſicut & duo diſcipuli euntes in Emaüs de eius paſſione. Lu xxiiij. c [Trãſeamus vſq; Bethlehẽ, & videamus hoc verbum.] i. puerum natum per verbum Angeli nobis ſignificatum: d [Quod fecit Dominus, & oſtẽdit nobis] ſ. per Angelum. e [Et venerunt feſtinãtes] Ly. ex deſyderio videndi Chriſtum, & vt citius redirent ad gregem, quẽ ſine cuſtodia dimiſerãt. f [Et inuenerunt Mariã & Ioſeph & infantẽ.] ſ. Chriſtum. g [Poſitũ in præſepio] ſicut Angelus eis dixerat h [Videntes autẽ cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc] quia nõ ſolùm fuerunt illuminati exterius, ſed etiã interius de cognitione verbi & ſic per cognitionẽ humanitatis venerunt ad cognitionem deitatis. Nec ſunt ſcãdalizati de tanta paupertate, ſed per amplius in fide roborati ſunt. Et cœperunt prædicare Mariæ, & Ioſeph, & cunctis aſtantibus, illã quam viderant claritatẽ, & ꝙ audierant Angelicos hymnos. i [Et omnes qui audierãt, mirati ſunt de his quæ dicta erãt à paſtoribus ad ipſos] Glo. non ſolùm mirabantur de incarnationis myſterio, ſed etiã de tanta paſtorum atteſtatione, quã ſimplices neſcirent fingere inauditam: ſed ſimplici facundia vera prædicarent. k [Maria autem conſeruabat omnia verba hæc,] ſcilicet quicquid Angelus ei retulerat Gabriel, quicquid à paſtoribus audierat, quicquid experta fuerat. l [Conferẽs in corde ſuo] Ly. illa collatio erat Mariæ valde delectabilis, & toti Eccleſiæ vtilis, quia ſecundùm quòd dicit Hiero. in ſerm. de Aſſumptione beatæ Virginis, ipſa poſt aſcenſionẽ filij ſui remãſit ad tempus in terris cum Apoſtolis, vt eos plenius inſtrueret de verbo incarnato, de quo plenius erat edocta per ſpiritum ſanctũ, & omnia familiarius viderat, & tractauerat vniuerſa, propter quod melius exprimere poterat: quia quod melius nouimus, melius & proferimus. [Et reuerſi ſunt paſtores] ſ. ad gregem ſuum. n [Glorificantes] ſcilicet corde. o [Et laudantes,] ſcilicet ore Deum de beneficio toti mundo collato generaliter, & eis oſtẽſo ſpecia

P 5

Iter. p [In omnibus quæ audierant] scilicet ab Angelis. q [Et viderant,] scilicet propriis oculis suis. r [Sicut dictum est ad illos,] scilicet per Angelum qui annunciauit eis natiuitatem Christi.

QVAESTIO. IX.

Quæstio de hoc qd dicitur de Maria, Cōferens oīa verba.

QVæritur, vtrum collatio de qua dicitur quòd virgo erat cōferens in corde suo, esset dubitatiua? Ad quod dico quòd ex ipso verbo Euangelistæ dicentis, Conferens, & non dicentis, Inquirens sumetur huius quæstionis solutio. Nam aliud est comparare, aliud inquirere: quia inquirere rationem ad aliquam conclusionē est dubitantis, vtrum sit vera vel non, sed comparare vnum alteri non est dubitare: sed actualiter contemplari, quæ habitu sciuntur: sicut si quis per visionē in somnis aliquid vidisset, putà quòd sacerdos prędicaret, & deinde illud videret expleri, compararet effectum ipsum suæ visioni, de neutro dubitando. Hoc autem potest fieri cum delectatione maxima, tum quia naturale est animæ nostræ conferre: & propterea tantum delectamur in picturis & repræsentationibus, quia conferimus ista ad ea quorum sunt signa. Conferre autem est delectabile cui est naturale, tum quia est naturale desyderium quod scitur vno modo: putà reuelatione vel per scripturam, scire per alium, tum etiā quia interdum accrescit gaudio quòd ipsæ res de quibus est meditatio, sunt valde delectabiles. Et ista omnia concurrebant in Virgine, & maximè tertium, quia illa erant ei valde grata: tum quia erant maximè ad honorem Dei, qui pro seruo filium dederat, quem ipsa summè amabat, quia erat ad maximam vtilitatem proximi, id est ad salutem vniuersi: tum quia talia per eam explebantur tanquam per electam à Deo. Est autem sciendum secundùm Origenem quòd inter sanctos, ipsa clarissimè nouerat interpretationem omnium figurarum & prophetiarum: quia habuit donum sapientiæ omnium gratiarum excellētissimè. Et quia omnia quæ circa Christum gerebantur, erant figurata & prophetata in omnibus maximè lætabatur. Vnde dicit Beda quòd cōferebat, quia quæ facta erant videbātur conformia his quæ agenda legerat. Legerat enim Isaiæ xl. Exiet virga de radice Iesse, &, Nazaræus de radice eius ascendet. Ex opposito videbat se ex stirpe Dauid ortam in Nazareth de spiritusancto cōcepisse. Legerat Michææ, v. Et tu Bethlehem Ephrata nequaquam parua es in millibus Iuda. Ex te enim egredietur, &c. Ex opposito videbat se in Bethlehem peperisse. Legerat Isaiæ vij. Ecce virgo concipiet & pariet, &c. Et Abacuch iij. secundùm lxx. Interpretes, Domine in medio duum animalium innotesceris. Et se virginem nouerat: & filiam in præsepio inter bruta conspiciebat. Legerat multa alia quæ dietim compleri videbat. Et sic est terminata quæstio.

In missa diei, Euangelium secundùm Ioannem, j. cap.

a IN principio erat Verbum, b & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. c Omnia per ipsum facta sunt, & sine d † ipso factum est nihil. e Quod factum est in ipso f vita erat, g & vita erat lux hominum, h & lux in tenebris lucet, i & tenebræ eam non comprehenderunt. k Fuit homo missus à Deo, l cui nomen erat Ioannes. m Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, n vt omnes crederent o per illum. p Non erat ille lux: q sed vt testimonium perhiberet de lumine. r Erat lux vera s quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. t In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, v & mūdus eum non cognouit. x In propria venit y & sui eum non receperunt. z Quotquot autem a receperunt eū, b dedit eis potestatem filios Dei fieri, c his qui credunt in nomine eius. d Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. e Et Verbum caro factum est, f & habitauit in nobis: g & vidimus gloriam eius, h gloriam quasi vnigeniti à Patre, i plenum gratiæ k & veritatis.

Omnia p ipsum facta sunt. Deus oīa quæ sunt in rerū natura creauit, fecit, & produxit. Et tota trinitas simul operata est. Pater per sui potētiam, Filius per sapientiā, Spiritussācus p bonitatē. Et causa harū rerum est summi & solius Dei bonitas vt vult. mag. Sent. j. ii. dist. j. parte horum. Ergo ait magister, Credam ergo rerū creatorē cælestiū, visibilium aut inuisibilium, nō esse nisi bonitatem creatoris cūcta creātis.

POSTILLA.

IN principio erat Verbum, & Verbū erat apud Deū, &c. Ioan. j. Tho. Ioānes Euāgelista per contemplationē cæteris Euāgelistis altius eleuatus, versatur principaliter circa verbi diuinitatē, cū alij principaliter describāt eius humanitatē. Et primo ostendit verbi excellentiā, prout cōsistit in seipso, dicēs. a [In principio erat Verbū.] Vnde Aug. in Patre erat Filius, vel in ęternitate filius, vel in patre filius eiusdē substātiæ cū eo. b [Et Verbū erat apud Deum,] i. coæternum & coęquale ipsi. c [Omnia per ipsum facta sunt.] Tho. omnia visibilia & inuisibilia, spiritualia & corporalia. d [Et sine ipso factum est nihil.] Gor. nam pater sine verbo, nihil facit. Vnde di-

cit, Et sine ipso sup. verbo omnia faciẽte, factũ est nihil naturaliter subsistens, propter peccatũ quod deficit ab ente. e [Quod factum est in ipso.] scilicet verbo, id est incarnatio, passio, resurrectio & huiusmodi. f [Vita erat] causa vitæ nobis. Ioan. xj. Ego sum resurrectio & vita. Sic exponitur secundùm Hylarium. g [Et vita erat lux hominũ.] scilicet quia homines illuminat & videre facit. Vnde in psal. iiij. Signatũ est super nos lumẽ vultus tui domine. Vnde Aug. Sicut enim non videt oculus, nisi à luce corporali illuminetur: sic non videt intellectus nisi à lumine spirituali illuminetur. h [Et lux in tenebris lucet.] s. cùm peccatores facit vera intelligere. i [Et tenebræ eam nõ cõprehẽderũt.] id est infidelitatis tenebris obtenebrati ipsum non cognoscunt. k [Fuit homo missus à Deo.] Hic ponitur cõmẽdatio Præcursoris, s. Ioan. Bapt. dicentis, Mala. iij. Matt. xj. Mar. j. Ecce, ego mitto Angelum meũ ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuã ante te. Fuit homo missus à Deo. s. ad baptizandũ: & ad prædicãdum, vnde ea quæ loquitur nõ loquitur à seipso: sed ex Deo qui eum misit & ideo verba eius sunt recipienda quasi verba Dei. l [Cui nomẽ erat Ioannes.] Tho. Ioãnes interpretatur in quo est gratia: & ideo cõpetebat sibi nomẽ, quia maximè in ipso gratia diuina abũdabat. Vnde Luc. j. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. m [Hic venit in testim. vt testimoniũ perhib. de lum.] id est de Christo nato de Maria virgine, sicut nascitur de sole sine aliqua eius corruptione vel diminutione. Officium enim eius fuit testificari de Christo, qui est vera lux, vt eius testimonio illustraretur, & sic omnes in ipsum crederent: & hoc est quod sequitur. n [Vt omnes crede.] scilicet in ipsum. o [Per illum] scilicet Ioannem. p [Non erat ille lux] sed tantum testis illius luminis. vnde sequitur. q [Sed vt testimonium perhiberet de lumine.] id est de incarnata diuinitate. r [Erat lux vera.] id est naturalis fons totius luminis per essentiam. s Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Ly. quantum est in se, quia si aliqui non sunt illuminati, hoc est quòd se subtrahunt ab influentia huius luminis. Vnde Chrysost. Paratus est illuminare: sed non omnes illuminantur, quia claudunt viam luminis. Exemplum de cæco existente in sole. t [In mundo erat] per præsentiam diuinitatis: quia non est locus vbi non est Deus. v [Et mundus eum non cognouit.] id est peccatores mundialiter viuentes. x [In propria venit.] i. in mundum qui est suus, vtpotè ab eo factus. Beda, In mundo erat per diuinitatem, in mundo venit per incarnationem: venire quippe vel abire est humanitatis, & manere est diuinitatis: vnde sensus est, Venit, i. visibilis apparuit per incarnationem. y [Et sui eum non receperunt.] i. Iudæi qui dicuntur sui: quia secundum carnem erat ex eorum genere, quia de

Commendatio Ioãnis.

Quomõ interpretatẽ nomẽ Ioãnis.

semine Dauid, qui erat Rex Israel vsq; in sempiternum, secundùm illud Deut. xxvj Elegit te dominus in populum peculiarem. Et sui, i. Iudæi eum. s. conditorem suum non receperunt, scilicet per fidem: quia pauci de Iudæis comparatiuè crediderunt Christo. Vnde Isa. j. Filios enutriui & exaltaui &c. z [Quotquot autem.] Gor. siue Iudæus, siue Gentilis, siue nobilis, siue ignobilis, siue fœmina, siue masculus, siue puer, siue senex. a [Receperũt eum.] per fidem credendo. b [Dedit eis potestatem filios Dei fieri] per regenerationem baptismi, qui non datur nisi profitentibus fidem Christi per se, si sunt adulti: vel per alium si sunt paruuli: & in hoc notatur magna charitas Dei. j Io. iij Videte qualem charitatem dedit nobis pater &c. Et insuper magna vtilitas hominis. Vnde Ro. viij. Si filij & hęredes, &c. Sed posset quæri quibus data fuit hæc potestas: idcirco subdit. c [His qui credunt in nomine eius.] quasi dicat, His qui credunt Christum esse verum Deum & verum hominem: & istis data est potestas quòd sint filij Dei: quòd autem ista generatio spiritualis differt à carnali generatione ostendit Euangelista, dicens. d [Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Gor. hi sunt filij Dei, non qui generantur ex commixtione sanguinum viri & fœminæ, & concupiscentia vtriusque mouẽte actum generationis: sed per gratiam adoptionis in baptismo. Vnde Io. iij. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. e [Et Verbum caro factum est.] i. Deus homo factus est. f [Et habitauit in nobis.] Tho. i. inter nos homines. g [Et vidimus gloriam eius.] s. in miraculis, sicut est suscitatio mortui, illuminatio cæci, & sic de aliis, & etiam viderunt, quòd creaturæ obediebant ei ad nutum suum, sicut domino & creatori. Vnde homines in naui existentes cum Apostolis, quando est orta magna tempestas, dixerunt, vt habetur Matt. viij Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Sed posset quæri qualem gloriam. Respondet Euangelista. h [Gloriam quasi vnigeniti à patre] non sicut videmus gloriam aliorum Prophetarum & sanctorum: sed talem & tãtam, vt decet vnigenitum: quia Christus communiter miracula faciebat imperando, vt patet in discursu Euangelij: per quod ostendebatur quod illa faciebat virtute propria sicut Deus est omnipotens: propter quod dicitur Luc. vj. quòd virtus de illo exibat, & sanabat omnes. i [Plenum gratiæ.] Thom. vt remittat peccata. k [Et veritatis.] vt impleat promissa.

Quomodo aliqui sunt filii Dei.

QVAESTIO X.

QVæritur circa hoc Euangeliũ de quo circa expositionem multa subtilia dicenda forẽt, quomodo hæc propositio sit vera, de qua non est dubium, quòd sit vera, scilicet Verbum

Quæstio de hac propositione. Verbũ caro factum est, quę est vera, qut illud participium determinat subiectũ & prædicatum, ita q; est sensus, Factũ est quod filius Dei est homo. De Tur. Cre. at.

caro factū est: Ad quod sic dico. Si verbū diuinū assumpsisset angelū, vel colūbā, vel solē, vel sapphirū, vel ignē, aut aliā quāuis naturam, sicut assumere potuit, secundū S. Tho. iij. d. ij. & de potentia absoluta, sicut absumpsit humanitatē, diceretur angelus, vel columba, vel sol, vel sapphirus, vel ignis, sicut dicitur homo quia omnis natura in concreto, prædicatur de supposito habente naturā: siue habeat illā per generationē, vt sol, siue per generationē, vt Sortes, siue per assumptionem, vt verbum Dei habeat humanitatē. Aliter tamen dicitur de verbo natura assumpta, & aliter pars naturæ assumptæ: quia cùm pars nunquā prædicetur de toto, sicut homo non est anima, nec est caro animata per animam natura & prædicatur de habente naturam gratia sui, quia natura est totum sicut humanitas est anima & corpus: pars autem solum gratia totius per synecdochen. Igitur hæc propositio, Verbum est caro, est vera per figuram, id est, per synecdochē: sed hæc, Verbū est homo, est vera sine figura. Si tamē per possibile vel impossibile verbum assumpsisset: tamen vt est pars animalis verbū esset caro sicut modò est. Ad quæstionem dico quòd hæc propositio, Verbum factum est caro, est vera in sensu in quo est vera illa, Verbum est caro, id est per synecdochē, vt sit sensus, Verbum factū est caro, id est factū est homo dicente Athan. in epistola ad Epiphaniū, quòd dicere, Verbum caro factum est, simile est ac si diceretur, Homo factus est. Nam quicquid est aliquid, & prius nō erat, illud est factū illud, sicut rex est factus rex. Sed Deus est homo, & aliquādo prius non erat homo. Ergo factus est homo siue caro. Sed cōtra prædicta. Primò: Nam si est vera ly Factus determinat absolutè subiectū aut prædicatum, cùm sit determinatio. Sed neutrum illorum determinat: quia nec Deus qui est subiectum est factus, nec iste homo Christo demonstrato est factus, nisi aliquid addatur, quia supponit æternum suppositum. Ergo non est vera. Solutio. Neutrum illorum absolutè determinat ratione dicta: sed determinat subiectum nō absolutè, sed in ordine ad prædicatum: & importat fieri rationis circa Deum absolutè, vt dicatur Deus factus, sed relatiuè, vt dicatur factus hoc i. homo. Potest autē determinare totam illam propositionē, vt sit sensus, Factū est vt hæc propositio sit vera, Verbum caro factū est. Secundò, Nam si est factum caro, est caro: sicut qui factus est albus, est albus. Sed non est caro. Si dicatur quòd est caro per synecdochen, contrà, quia si est ita, melius Euāgelista dixisset propriè, Est factum homo, quàm impropriè, Est factum caro. Solutio. Affirmo respōsionem: quia homo dicitur aliquando caro: sicut Isa. xl. Videbit omnis caro salutare Dei. Ad replicam dico, quòd solam carnē nominauit. Primò quia caro, fuit verbo ratio apparendi visibiliter. Vnde subditur, Et vidimus gloriam eius. Secundò vt

Quare potius dicit caro quā homo.

ostenderet per locum à maiori nihil esse in natura hominis, quod verbum non assumpserit. Tertiò ad ostendendum carnis veritatē contra Manichæos, dicentes verbum carnem phantasticam assumpsisse. Quartò ad ostendendā pietatem Dei. Magnū enim fuisset pietatis sacramētum, si Deus animam rationalem sibi viciniorem assumpsisset, sed multò magis si passus est corporari, i. corpori vniri, secundū illud, i. ad Timo. iij. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Tertiò: nam adhuc est falsa, sumpta ibi carne pro homine, quia Deus esset factus simpliciter, quia cū homo sit substātia, fieri hominē est fieri simpliciter. Solutio. Fieri hominem est fieri simpliciter quādo simul fit natura humana, & ipsum suppositū in quo est. Modò non sic est hic, quia suppositū verbi æternū est: vnde simile est Deum fieri hominē, sicut Socratē præexistentem paruum quantitate, fieri magnum, per incorporationem alimenti, cui anima nouiter communicat suum esse antiquum, licet hoc & omne aliud exemplum non sit omnino simile. Et sic quæstio expleta est.

In festo sancti Stephani protomartyris Euangelium secundum Matthæum, xxiij. capitulo.

IN illo tempore [a], dicebat Iesus turbis Iudæorum & principib9 sacerdotū, Ecce, ego mitto ad vos [b] Prophetas, & sapientes, & scribas [c]. Et ex illis occidetis†, [d] & crucifigetis, [e] & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, [f] & persequemini de ciuitate in ciuitatē, [g] vt veniat super vos [h] omnis sanguis iustus, [i] qui effusus est super terrā à sanguine Abel iusti, [k] vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis [l] inter tēplum & altare. [m] Amē [n] dico vobis, veniēt hæc omnia super generationē istā. [o] Ierusalem Ierusalē [p] quæ occidis Prophetas, [q] & lapidas eos qui ad te missi sunt, [r] quoties volui cōgregare [s] filios tuos [t] quēadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas, [v] & noluisti [x]? Ecce relinquetur vobis domus vestra [y] deserta [z]. Dico enim vobis, Nō me videbitis amodò, [a] donec dicatis, Benedictus q venit in nomine Domini.

† Ex illis occidetis. Iudæi pleni iniquitate et inuidia, & cordis rancore, multos sanctos, & iustos viros prophetas & alios occiderunt, martyrizauerūt eos lapidātes. ex quo dominus Iesus saluator iratus, hoc in Euangel. eis minatur exterminiū, cùm dicit, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. De occisione iustorū habetur iiii. Reg. c. xi. de Athalia matre Ochoziæ q occidit semen iustū Ochoziæ, & Ioachi regis Israel, sic & de Achab rege Israel & Iezabel vxore eius. iii Re. ca. xvii. vbi narrat occisio prophetarum.

POSTILLA.

IN illo tempore dicebat Iesus turbis Iudæorum, Matt.xxiij.Luc.xj.historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxiij.xij. kal. Apri.feria iij. luna iij.indictione vj.Ante initium illius Euangelij scribit S.Mat.in eod.c.quòd Christus maledixit Scribis & Pharisæis, dicens, Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ qui clauditis regnum cælorũ ante homines: vos enim non intratis, nec introeũtes sinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mẽtam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritę, q similes estis sepulchris dealbatis, quæ deforis parent hominibus speciosa, intus verò sunt plena ossibus mortuorũ & omni spurcitia. Sic & vos deforis quidem paretis hominibus iusti, intus autem estis pleni hypocrysi & iniquitate. Tunc postmodum sequitur Euang.hodier. a [Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum, Ecce ego mitto ad vos.] Gor. instruendos & reuocandos ad me. b [Prophetas,& sapientes,& Scribas.]Lyr. quia ex discipulis Christi multi habuerunt spiritum propheticum, sicut Ioannes Euãgelista, vt patet in Apoc. Aliqui etiam fuerunt Scribæ, sicut quatuor Euangelistæ, qui scripserunt verba & facta Christi:& etiã Apostoli qui scripserunt epistolas ad instructionẽ populi Christi. Fuerunt etiam sapientes, quia de diuinis & cælestibus à Deo illuminati. c [Et ex illis occidetis,]quia Iacobus frater Ioannis ab eis occisus est, vt patet Act.xij. & S.Stephanus lapidatus est, vt patet Act.vij. & multi alij. d [Et crucifigetis] vt Petrum & Andræam fratrem eius, & Philippum Apostolũ,& multos alios. e [Et ex eis flagellabitis in synagogis vestris]hoc patet Act.iiij.c.vbi dicitur quòd omnes fuerũt simul flagellati à Iudæis,& prohibiti ne prædicarent in nomine Iesu Act.iiij. Et Petrus respondit dicens, Oportet Deo potius obedire quàm hominibus. f [Et persequimini de ciuitate in ciuitatem.]In signum huius Christus dicit discipulis suis Ioan.xv.Si me persecuti sunt,& vos persequentur. Non est seruus maior domino suo. Itẽ Christus dixit discipulis suis Matt.x.Cùm vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. g [Vt veniat super vos,]i. generationem istam. h [Omnis sanguis iustus.]i.debita vltio pro effusione sanguinis iustorum. i [Qui effusus est super terrã à sanguine Abel iusti, quem frater suus Cain occidit: ideo quia Deus respexit ad Abel & ad munera eius, sed ad Cain & munera eius non respexit. k [Vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis.] Propterea quia arguebat & iussu & inspiratione Dei regem Israel, cum populo suo: vt habetur ij. Paralip. xxiiij. Spiritus Domini induit Zachariã filium Ioiadæ sacerdotis, & stetit in conspectu populi dicens, Quare transgredimini præceptum Domini? Et cõgregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta pręceptum regis & ipsum occiderunt. l [Inter templum & altare.]f.holocaustorum, quod erat extra templum, i. in atrio templi. Notandũ hìc secundùm Ly.quòd Abel fuit simplex homo, pastor ouiũ & illitteratus, Zacharias fuit litteratus & legisperitus. Per hos enim duos intelligũtur omnes iusti ab eis occisi, & est sensus, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, i. à sanguine iusti minimi vsque ad sanguinem maximi iusti. m [Amẽ]Ly.i.fideliter. n [Dico vobis, venient hæc omnia super generationem istã.]i.super populum Iudaicum, qui pro criminibus istis punitus est multipliciter diuersis temporibus. o [Ierusalem, Ierusalem.] Hìc ponitur continens pro contento: quia frequenter dicitur ciuitas hoc facere, quòd populus in ea habitãs facit. p [Quæ occidis Prophetas.]Lyr.i.consueuisti occidere. q [Et lapidas eos qui ad te missi sunt, i.ad instructionẽ tuam, sicut patet in antiquis Prophetis. r [Quoties volui congregare.] Ly.sub cultu vnius Dei per fidem & charitatem. s [Filios tuos.]i.Iudæos. t [Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.] Hìc ponit exemplum de gallina, ad ostendendum affectum suum ad populũ suum: quia inter alias aues gallina videtur magis affici ad conseruationem & nutritionẽ pullorum. Vnde Amb. Hæc auis tam magnum affectum habet ad pullos, vt eorum infirmitate affecta infirmetur, & eos alis suis protegẽs cõtra miluum pugnet. v [Et noluisti.] Lyr. quia Prophetas ad eos missos contempserunt, & postea S.Ioannem Baptistam, & vltimò Dominũ nostrum Iesum Christum cum discipulis suis contempserunt. Propter quod subditur hìc pœna. x [Ecce relinquetur vobis domus vestra.] Gor.i.templum & ciuitas. y [Deserta] scilicet propter destructionem ciuitatis & templi, quę facta est per Titum & Vespasianum in vindictam mortis Christi, & suorum Prophetarum & Apostolorum. z [Dico enim vobis, Non mẽ videbitis amodò.] Ly.id est tempore passionis Christi, quæ de proximo imminebat futura quando Christus dixit illa verba. a [Donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.] Ly.hoc erit quando Christus veniet ad iudiciũ. Tunc enim Iudæi qui in fine mundi credituri sunt in ipsum, quando recognoscent se ab Antichristo esse deceptos, tunc tẽporis laudabunt & confitebuntur Christum.

Similitudo de gallina.

QVAESTIO XI.

CIrca Euãgelium de Stephano, oritur quæstio, vtrum conuenienter Christus misit ad Iudæos Stephanum, Prophetas, Scribas, & sapientes, sciens & prædicens eos occidendos per Iudæos? Arguitur quòd non: hoc videtur fa

pere quãdam crudelitatem, ſicut mittere oues per lupos diripiendas, igitur. in oppoſitum eſt Euágelium. Ad arg. dicitur ꝙ falſum eſt quòd hoc ſapiat crudelitatẽ aliquam: quia non miſit eos hac intentione, vt à Iudęis interficerentur, benè tamen dedit eis bonam voluntatem, vt ſi contingeret eos morti tradi, patienter & libenter mortẽ ſuſciperent. Ad quæſtionem reſpondẽdum eſt ſecundùm mag. Io. de Tur. cre. in q. ſuper Euág. quòd conuenienter Chriſtus miſit ad Iudæos Stephanum, Prophetas, & Scribas, & ſapientes, ad eorum inſtructionem, non ad hoc, vt occiderẽtur ab eis, licet hoc præuiderit.

In die S. Ioannis Euangeliſtæ, Euang. ſecundùm Ioan. xx. cap.

Sequere me. Petrus princeps Apoſtolorum ꝙ quã non intelligeret, tñ in paſsione ſecutus eſt dominum. Nam ſicut dñs in ara crucis pependit, ſic beatus Petrus cruci alligatus fuit. Secut⁹ eſt autẽ & dominum in laboribus & ſudoribus multis: vt patet Act. iiii c. & c. x. & xi.

IN illo tẽpore, dixit Ieſus Petro, [a] Sequere me†. [b] Cõuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentẽ. [c] Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit, [d] Domine quis eſt qui te tradet? Hũc ergo cùm vidiſſet Petrus, dixit Ieſu, Domine, hic autẽ quid? [e] Dixit ei Ieſus, Sic eum volo manere [f] donec veniam. [g] Quid ad te? [h] Tu me ſequere. [i] Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, [k] quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, quia non moritur, [m] ſed ſic volo eum manere, [n] donec veniam, quid ad te? [o] Hic eſt diſcipulus ille, [p] qui teſtimonium perhibet de his [q] & ſcripſit hæc. [r] Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Ieſus Petro, Sequere me. Conuerſus, &c. Io. xxj. Hiſtoria huius Euangelij facta eſt anno Chriſti xxxiij. no. April. feria iij. lu. xvj indi. vj. Ante initium illius Euãgelij ſcribit S. Ioannes eod. cap. quòd Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam dixit Petro, Amen amen dico tibi cùm eſſes iunior cingebas te, & ambulabas quò volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget & ducet te quò tu non vis. Hoc autẽ dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum: & hoc cùm dixiſſet, dixit ei. a [Sequere me.] Tho. ſcilicet ad paſſionem voluntariè, quaſi dicat, Non timeas mori pro me: quia ego pro te prius moriturus ſum. b [Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem.] Lyr. qui cœperat ire poſt Chriſtum ſicut & Petrus. c [Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius & dixit.] i. ſuadente Petro ſimiliter interrogauit. d [Domine quis eſt qui te tradet.] Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus dixit. [Domine hic autem quid.] Diligebat autem Ioannem ſpeciali dilectione. Et cũ intellexiſſet ex verbis Chriſti, quando dixit ei Sequere me, ſ. in eodem genere mortis: quod eſſet pro Chriſto crucifigendus, ſollicitatur & quærit de fine Ioannis: Hic autem quid? ſ. ſuſtinebit: nunquid occidetur? nunquid crucifigetur ſicut & ego? Lyr. q. d. Bonũ eſſet vt iſte adiungeretur mihi ſocius. e [Dixit ei Ieſus: Sic eum volo manere.] Tho. id eſt ad ſenium venire. f [Donec veniam.] Lyra ad vocandum eum ad gloriam cæleſtem de ſtatu huius mundi: habetur enim in legenda S. Ioannis quòd Chriſtus apparuit ei circa finem vitæ ſuæ vocans eum ad gloriam. g [Quid ad te.] Lyra quia ad Petrum nõ pertinebat ſcire quid Deus ordinabat de Ioanne in futurum, ſicut dictum eſt Apoſtolis Act. j. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed tantum pertinebat ad ipſum verbo Chriſti promptè & humiliter obedire. Ideo ſubditur. h [Tu me ſequere.] q. d. ſecundùm Aug. Nolo eum ſequi me per crucem & paſſionem ſicut tu me ſequeris: ſed manere in carne donec veniam recepturus eum in æterna beatitudine. i [Exiit ergo ſermo iſte inter fratres.] Ly. i. Apoſtolos qui erant vniti in charitate fraterna. k [Quia diſcipulus ille non moritur.] Tho. putauerunt quòd Dominus dixerit eum ſic debere manere, id eſt ſemper viuere: & quòd non eſſet moriturus donec veniret Chriſtus ad iudicium. Vnde quòd non eſſet ſic intelligendum ipſe Ioannes conſequenter declarat cùm dicit. l [Et non dixit ei Ieſus: quia non moritur.] Ly. quia ſecundùm veritatem mortuus eſt per ſeparationẽ animæ à corpore, quia quilibet homo debitor eſt mortis, ex primorum parentum tranſgreſſione ſecundùm quòd dicitur ad Hebr. ix. Statutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori. m [Sed ſic volo eum manere.] Lyra, hoc eſt non per martyrium me ſequi: tamen quia in eo fuit promptitudo ad tolerandum martyrium: quando fuit proiectus in feruentis olei dolium, ideo illud pro martyrio ab eccleſia colitur: quia ſecundùm quod dicit beatus Auguſtinus, Nõ eſt impar meritum patientiæ in Ioanne, qui paſſus non eſt martyrium, & in Petro qui paſſionem ſuſtinuit. n [Donec veniã.] Ly. aſſumens animam eius à corpore, abſque tamen anguſtia & dolore: quia Ioannes dolorem mortis non ſenſit ex ſpeciali priuilegio in ſignum integritatis virginalis. o [Hic eſt diſcipulus ille.] Lyra ſcilicet Ioannes. p [Qui teſtimonium perhibet de his] ſcilicet quæ vidit & audiuit. q [Et ſcripſit hæc.] Lyra modus enim antiquorum fuit, quòd illi ſcribebant hiſtoriam qui vidiſſent: & ideo dicitur hiſtoria, ab hiſtorin, quod eſt videre: & ideo Ioannes qui vidit & audiuit,

Chriſtus plus dilexit Ioãnẽ quã Pet. ſ. quantum ad familiaritatẽ, Bõ. iii. Sen.

Debemur morti noſtraque. Horatius. Per accidens propter peccatum Adę. Th. ii. naturaliter inquãtum ſum⁹ compoſiti ex quatuor qualitatib⁹ cõtrariis.

scilicet verba & facta Christi cōuenientissimè potuit scribere. r [Et scimus quia verū est testimonium eius.] Tho cui vtique credēdum est.

QVAESTIO XII.

Circa Euang. beati Ioan. euangelistę oritur quęstio, vtrū beatus Ioan. fuerit mortuus? Arguitur quòd non, habetur in euang. Sic eum volo manere: scilicet viuum donec veniā, igitur. In oppositū: ecclesia eius obitum celebrat, igitur est mortuus. Ad argumentum dicitur quòd intelligitur sic, id est, nolo eum mori per martyrium. Ad quæstionem respondeo secundùm autorem præallegatum, vbi supra, quòd beatus Ioan. mortuus est non per martyrium: sed post mortem surrexit & cum corpore & anima translatus est ad locum beatorum: quia in sepulchro eius corpus non inuenitur: sed de eius fundo manna scaturit.

In die Innocentium, Euang. secundùm Matthæum, ij. cap.

IN illo tempore[a] ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs, Surge, & accipe puerū & matrem eius, & fuge in Ægyptum, † & esto ibi vsque dum dicam tibi: futurum est enim, vt Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. [b] Qui consurgens accepit puerū & matrem eius nocte, [c] & secessit in Ægyptū. Et erat ibi vsque ad obitū Herodis. [d] Vt adimpleretur quod dictū est à domino per prophetam, [e] dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, [f] iratus est valde. [g] Et mittēs occidit [h] omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, [i] à bimatu & infrà, secundum tēpus quod exquisierat à Magis. [k] Tūc adimpletū est quod dictū est per Hieremiam prophetam, dicētem, Vox in Rama [l] audita est, ploratus [m] & vlulatus multus, [n] Rachel plorans filios suos, [o] & noluit consolari, quia non sunt.

Fuge in Aegyptū. Angel' domini in sōnis Ioseph monet, vt Christum Iesum saluatorē cū sacra virgine in Aegyptum trāsferat, ne Herodes eū in terra Iudæorū perderet, quē regē in Israelfuturū timebat: hoc factū fuit, vt Osee verbū adimpleretur, scilicet, Ex Aegypto vocaui filiū meum.

POSTILLA.

IN illo tempore, ecce Angelus domini apparuit in somnis & c. Mat. ij. Historia huius euangelij facta est anno Christi primo vsuali, pridie nonas Febr. scilicet sabba. luna xiij. ind ct. iiij. Ante initiū illius euangelij scribit san. Mat. in eodē c. ꝙ tres Magi accepto respōso in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliā viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cùm recessissent. a [Ecce Angel' domini apparuit Ioseph in somnis, dicens, Surge & c.] Ly. Deus præuidēs persecutionem Herodis per Angelū admonuit Ioseph, vt puerū in Ægyptum portaret. Ad cuius intellectum, notādum quòd Herodes credidit primo magos fuisse delusos ex apparitione stellæ phantasticæ: & ideo tunc nō curauit de pueri inquisitione, sed postea oblato puero in templo in die purificationis & à Simeone iusto prędicato & manifestato: & etiā ab Anna prophetissa coram toto populo, vt patet Lucæ ij. tunc fama pueri nati crescēte, voluit Herodes ipsum perdere. Sed iterum Iesus portatus est per Ioseph in Ægyptū. Vnde sequitur. b [Qui cōsurgens accepit puerum & matrem eius nocte] Lyra. propter timorē Herodis, vt negocium faceret magis occultum. c [Et secessit in Ægyptū. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis.] s. per septem annos. d [Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetā] Oseæ xj. e [Dicentem, ex Ægypto, & c. Tunc Herodes vidēs quoniā illusus esset à magis] Gor. quia non redierunt ad ipsum. f [Iratus est valde] timens regnum suum perdere. g [Et mittens occidit.] i. occidere iussit. h [Omnes pueros qui erant in Bethlehem Iudę & omnibus finibus eius] Gor. vt Christus nō effugeret. i [A bimatu & infrà.] Gor. i. à biennio & minus, s. omnes pueros masculini sexus, qui habebant duos annos vel minus. Notandum quòd occisio puerorum facta est post annū & quatuor dies à natiuitate Christi, quia Herodes fuit impeditus ab executione huius facti: quia fuit citatus ad curiam Romanam ad petitionem filiorum suorum accusantium: postquā autem fuit reuersus & in regno cōfirmatus tunc impleuit de nece puerorum quod prius conceperat. k [Tunc adimpletū, & c. Vox in Rama] i. in excelsis. l [Audita est, ploratus] Gor. quantum ad fletum puerorū. m [Et vlulatus] quantum ad fletum matrum: paruuli enim vnum patiebantur dolorem, scilicet proprium, sed matres duplicem, scilicet proprium & alienum. n [Rachel plorans filios suos] Gor. per Rachel intelligitur Bethlehem: quia Rachel sepulta fuit iuxta Bethlehem, vt patet Genes. xv. Et ideo ratione sepulturæ dicta est mater ipsius Bethlehem & habitātium in ea. o [Et noluit consolari, quia non sunt] Lyra subintelligitur viuentes.

QVAESTIO XIII.

Circa Euāgelium Innocētium, oritur quæstio vtrum Innocentes veraciter dicantur martyres Christi? Arguitur quòd non: martyriū est actus virtutis: sed omnis actus virtutis, est voluntarius, sed talis nō fuit in illis, igitur. In oppositū ecclesia colit eos martyres, igitur. Ad argumentum dicit. ꝙ intelligitur de martyrio in adultis. Ad quæstionē respōdeo secundū

autoritatem pręfatam vbi supra quòd martyrij gloriam quam in aliis propria voluntas meretur, illi paruuli occisi pro Christo per Dei gratiam sint adepti: nã effusio sanguinis pro Christo vim gerit baptismatis.

Dominica infra octauã natiuitatis domini Euangelium secundum Luc.ij.cap.

Mirantes. Maria virgo mater Christi & Ioseph eius sanctus audientes mira facta de Christo dicebãt admirabãtur, i. valdè stupebant inter se cõferentes de mirandis rebus gestis & gerendis q ab eo fiebãt, potissimè Ioseph qui diuina arcana ignorabat: quin Virgo mater spõsi-cto obũbrata quàm more hũano stuperet, tamen in spiritu sapiebat quę futura erant spõ-sa6 reuelante. Nã omnia quę de Christo dicebãtur, Maria in corde cõseruabat, vt Luc. ii. c. maria autem seruabat omnia verba hęc, cõferẽs in corde suo.

IN illo tẽpore, [a] erant Ioseph, & Maria mater [b] Iesu, [c] mirãtes † super his quæ dicebãtur de illo. [d] Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, [e] Ecce [f] positus est hic [g] in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, [h] & in signũ [i] cui contradicetur. [k] Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius, [l] vt reuelentur ex multis cordibus [m] cogitationes. [n] Et erat Anna prophetissa [o] filia Phanuel, de tribu Aser. [p] Hæc [q] processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem, [r] à virginitate sua, [s] & hæc vidua erat vsque ad annos octuaginta quatuor, [t] quæ nõ discedebat de tẽplo, [v] ieiuniis [x] & obsecrationibus [y] seruiẽs nocte ac die. [z] Et hæc ipsa hora superueniens, [a] confitebatur domino [b] & loquebatur de illo omnibus qui expectabãt redẽptionẽ Israel: [c] & vt perfecerũt omnia secundũ legem domini, [d] reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autẽ crescebat, [e] & confortabatur [f] plenus sapientia, [g] & gratia Dei erat cum illo.

POSTILLA.

IN illo tempore, erant Ioseph & maria mater Iesu &c. Lu.ij. Historia huius Euang. facta est an. incarnationis Christi primo, iiij. nonas. Febr. feria v. Lun. xj. indictione iiij. Ante initium illius Euang. scribit sanctus Luc. in eo ca. quòd Simeon accepit puerum Iesum in vlnas suas & benedixit Deum, & dixit, Nũc dimittis seruum tuum domine, secũdum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi &c. In sacro Euangelio quinque continentur. Primum est Mariæ & Ioseph super his quæ dicebantur de Christo congrua admiratio. In principio Euangelij. Secundum est de Iesu & Maria Simeonis ardua prophetatio: & ibi, benedixit illi Simeon, &c. Tertium est Annæ de Christo confessio: ibi, Et erat anna prophetissa. Quartum est Mariæ & Ioseph cum Iesu ad propria remeatio: ibi, Et vt perfecerunt omnia &c. Quintum est Christi profectus &c. ibi, Puer autem crescebat &c. Tunc sequitur Euangelium hodiernum, Erant Ioseph & Maria mater Iesu. hodiernum Euangelium factum in die purificationis Mariæ, s. xl. die post natiuitatem Christi & in hoc etiam ponitur parẽtum Christi admiratio, dicens. a [Erant Ioseph.] qui pater putatiuus Christi Luc. iij. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum xxx. & putabatur filius Ioseph. Vel quia nutritius eius, sicut nutrix pueri dicitur mater eius. b [Et mater Iesu.] s. virgo Maria. c [Mirantes super his quæ dicebantur de illo] tunc à Simeone, & ab Anna vidua, & prius à pastoribus in nocte Christi: & etiam à regibus quos stella adduxit ad Christum, xij. die post natiuitatem Christi, d [Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius.] Dixit autem ad mariam magis quam ad Ioseph: quia ad eam magis pertinebat de puero: quia ipsa erat vera mater Christi. e [Ecce hic.] id est Christus. f [Positus est.] i. à Deo statutus. g [In ruinã & in resurrectionem multorũ in Israel.] Gor. in ruinam non credentium & in resurrectionem multorum, s. credentium. Item in ruinam vitiorum & in resurrectionem virtutum. h [Et in signum] scilicet fœderis inter homines & Deum. i [Cui contradicetur.] à sacerdotibus & legisperitis & Pharisæis, & multis aliis, qui negauerunt eum esse verum Messiam & mediatorem Dei & hominum. k [Et tuam ipsius animam pertrãsibit gladius.] i. dolor dominicæ passionis. Non enim potuit videre filium suũ crucifigi sine affectu doloris materni. Damas. Dolores quos effugit Maria pariẽs, hos tempore passionis Christi sustinuit. Ex his patet quòd maius fuit martyriũ beatæ Mariæ virginis quàm aliorum sanctorum. Vnde Hie. in sermone de Assumptione beatæ Marię virginis dicit, Quia in parte impassibili passa est plusquam martyr fuit: quia alij martyres passi sunt in corpore, ista in corde. l [Vt reuelentur ex multis cordibus.] id est multorum cordib⁹. m [Cogitationes.] quæ prius occultabantur. Nam tempore passionis Christi patuit malicia sacerdotum, odium Iudęorum, & duritia populi, inconstantia Pilati, auaritia Iudæ, pusillanimitas Petri, & aliorũ Apostolorum, & constantia fidei in Maria virgine. Ly. Licet beata Virgo ex passione Christi maximè afflicta fuerit, tamen in fide immobilis & firmiter stetit. Alij autẽ Apostoli & discipuli quantumlibet solidi dicuntur dubitasse & circa hanc fidem fluctuationẽ diuersarum cogitationum habuisse vsque dum viderunt ipsum à mortuis resurrexisse. n [Et erat Anna prophetissa.] quia donum prophetię habuit. o [Filia Phanuel de tribu Aser.] Gorr. qui fuit patriarcha, & in numero xij. patriarcharum octauus, & sic cõmendatur sancta Anna à generis nobilitate. p [Hæc.] scilicet Anna

Quomodo Ioseph erat pater putatiuus Christi.

Anna. q [Processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem] i. non diuidendo carnem suam cum alio. Vnde Gen. ij. Erant duo in carne vna. r [A virginitate sua] quia vsque ad matrimoniũ virginitatem suam seruauit. s [Et hęc vidua erat] vsq; ad an. lxxxiiij. Hic commendatur quòd tam longo tẽpore in viduitate permãsit: & quãuis iuuenis fuit quã do vir suus obiit, attamen alium virum nõ duxit. t [Quæ nõ discedebat de templo.] Ly. non quòd ibi semper esset, sed frequẽter: sic de homine congruo tẽpore solito frequẽtare Ecclesiam dicitur cõmuni modo loquẽdi: Talis semper est in ecclesia. v [Ieiuniis] quibus incentiuum carnis reprimitur. x [Obsecrationibus.] i. in sacris orationibus quibus mens in Deum eleuatur. y [Seruiẽs nocte ac di.] i. valdè frequẽter. z [Et hæc ipsa hora superueniens.] i. in die purificationis Mariæ. Lyr. i. ñ à casu, vel à dispositione humana, sed Spiritus sancti reuelatione sicut dictũ est de Simeone. a [cõfitebatur.] i. gratias agens de tãto beneficio. b [Et loquebatur de illo omnibus qui expe. re. Israel.] i. populo Israelitico, annuncians eis natũ esse saluatorem mũdi. c [Et vt perfecerunt omnia secundũ legẽ domini.] i. Maria & Ioseph, i. nihil omittentes quãuis non tenerentur. d [Reuersi sunt in Galilæam, &c.] Puer autem crescebat.] i. in corpore, secundum ꝙ homo. e [Et cõfortabatur] i. augmẽto roboris quò ad corpus. f [Plenus sapiẽtia.] quia in eo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ Dei abscõditi. g [Et gratia Dei erat cum illo.] Lyr. quia totã plenitudinẽ gratiæ habuit in instanti suæ cõceptionis. Sed quantum ad ostensionẽ in effectu, magis apparebat, secũdũ ꝙ ille in corpore crescebat. Vnde Theophi. dicit, Si Christus à iuuentute sua omnẽ sapientiã suã demonstrasset, visum fuisset quasi prodigiũ: ꝙ ergo crescebat, nõ sic intelligendũ est, ꝙ quasi aliquo tẽpore minus habuisset de gratia & sapiẽtia, & posteà horũ recepit incrementũ: quia plenus fuit diuinitate, sapiẽtia, & sciẽtia, ab instãti suæ conceptionis: dicitur autẽ notanter Crescebat, i. crescere videbatur, nũc minus nũc magis, suã sapientiã manifestans & gratiã. Sicut sol quãuis eiusdẽ lucis & caloris sit mane, sicut in meridie, tamẽ crescere & augeri dicitur, quò ad eos qui magis eius lucẽ & calorẽ percipiũt. Vnde circa præsens Euã. vbi dicitur, Et tuã ipsius animã pertrãsibit gladius. sciendũ ꝙ gladius Simeonis nouies pertrãsiuit animã virginis Mariæ tẽpore passionis Christi. Primò quãdo audiuit eũ captũ & ligatũ esse à Iudæis: & primò præsentatũ Annæ, postmodùm Caiphę. Secundò, quando in die parasceues hora iij. vidit eũ exire crucẽ portantẽ, inter duos latrones, cõsputũ & flagellatũ, & coronatũ, vadentẽ ad locũ passionis & mortis suæ festinanter. Tertiò, quando vidit eũ exui nudũ, & super crucẽ clauis affigi. Quartò, quãdo vidit eũ in cruce leuari, & à sacerdotibus Iudæorũ, & ab aliis pręter euntibus in cõuitia inferri, dicẽtibus, Vah qui destruis tẽplum Dei, & in triduo reædificas illud. Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluare. Si filius Dei est, descendat nunc de cruce. Quintò quando audiuit eum petere bibere, & nõ potuit habere haustum aquæ, sed datũ fuit sibi vinum felle mixtum. Sextò quando vidit eum præ maximo dolore lachrymantem & dicentẽ, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Septimò quãdo pro magna pœna clamans in cruce voce magna emisit spiritũ. Octauò quãdo post eius mortẽ vidit cor eius lãcea perforari. Nonò quãdo corp⁹ eius depositũ est de cruce, tũc Iesum Christũ filiũ suũ in brachia sua suscepit, & osculata est omnia vulnera ei⁹.

Quomodo Christus dicebatur crescere.

Quot vicibus gladi⁹ Simeonis pertrãsiuit animam virginis.

QVAESTIO XIIIJ.

Quæritur vtrũ beata virgo sic fuerit gladio mortis, aut verbis Christi perforata, vt possit martyr appellari? Ad quod sic dico ex doctrina S Tho. ij. ij. q. cxxiiij cũ dicat Isido. in lib. Etym. duo esse genera martyrij. Vnũ in aperta passione. Aliud in occulta animi virtute. Beata Virgo non fuit martyr primo modo, i. propriè. Nã cum martyr Grecè, Latinè dicatur testis: ad perfectã rationẽ martyrij requiritur, vt quis mortẽ sustineat in testimonium veritatis fidei Christi: qua omnia visibilia propter inuisibilia postponuntur, siue cõtemnenda proponuntur: quia requiritur vt verificetur opere ita esse, quod nõ fecit plenè, quãdiu vitam retinet, propter quã omnia alia sustinẽtur. Sed Beata Virgo nõ sustinuit mortẽ violentam, vt creditur & supponitur. Fuit autẽ martyr secũdo modo & per quandã similitudinẽ propter immensitatẽ amoris ad filium quẽ summè dilexit: tũ quia erat filius, tum quia solus, tũ quia benignus & virtuosus, tum quia pulcher, tum quia labore educatus propter fugã Ægyptiacã & alia, tum quia Deus. Nam grauius fuit tantã animi passionẽ sentire, quã pati pro virtute in corpore cũ animi lætitia, sicut martyres faciebãt: quia dicebãt se in tormẽtis, quasi in pratis & floribus epulari. Vnde Aug. in quodã sermone, ita dicit, Maria quia mẽte passa est, plusquã martyr fuit, nec mirũ quia eius dilectio amplius fortis quã mors, quoniã mortẽ Christi, suã fecit. Sed contra videtur ꝙ fuerit martyr rectè & propriè quia dicit Hie. in sermone de Assump. Rectè dixerim, Dei genitrix virgo & martyr fuit, quamuis in pace vitã finierit. Solu. secundũ Tho. in ij. ij & in iiij. omnes huiusmodi authoritates sanctorũ intelligendæ sunt de martyrio secũdũ similitudinẽ, secundũ ꝙ dicit Grego. Iure plusquã martyr est quæ nimio amore vulnerata, testis existit saluatoris, & præ mœrore in animo cruciatum sustinuit passionis. Et quod dicit Bern. Longe eam plusquàm martyrem censemus, in qua passionis sensum, compassionis superauit affectus. Et rursus idem super illud, Impleuit dñe sanctorũ &c. Meritò,

Quomodo Maria dicitur martyr.

inquit, in plenitudine sanctorum detentio eius erat, cui nec puritas Angelorum, nec fides defuit Patriarcharũ, nec spiritus Prophetarũ, nec apostolorũ zelus, nec constantia Martyrũ, nec sobrietas Confessorum, nec cõiugatorum fœcunditas. Et sic satis deducta quæstio patet.

In octaua natiuita. Domini secundùm Lucam, ij. cap.

IN illo tẽpore,[a] postquàm consummati sunt dies octo,[b] vt circuncideretur puer[c] vocatum est nomen eius, Iesus. Quod vocatum † est ab Angelo priusquàm in vtero [d] conciperetur.

Vo[catum] est nomen eius Iesus. Post dies octo à natiuitate Iesu ipsos, parẽtes nostri saluatoris tulerunt illum in tẽplo, vt circũcideretur, more legis Mosaicæ non quòd circũcisione indigeret, cùm sine peccato esset, sed vt legẽ adimpleret. Vñ ait Christ° de seipso, Non veni soluere legẽ, sed adimplere. In circũcisione Christi, Dominus Iesus vocat° est, quoniam nullum nomẽ illi magis congruebat, nam q saluator erat saluatoris nomen habere debebat. Circuncisio nunc cessit in baptismũ vt vult mag. sent. lib. iii. dis. prima.

POSTILLA.

IN illo tempore, postquã consummati sunt dies octo. Luc. ij. quo die hoc Euan. factum sit auditur: quia die octa. à natiuitate Christi. Ante initium illius Euan. scribit Luc. ꝙ reuersi sunt pastores, s. postquã inuenerunt Mariã & Ioseph & infantẽ positum in presepio, glorificãtes & laudãtes Deũ in omnibus quæ audierãt & viderãt, sicut dictũ est ad illos. Et tunc statim sequitur illud Euangeliũ. In sacro Euan. tria cõtinentur mirabilia. Primum est, quia æternus sub tempore auditur: ibi. Postquã cõsummati sunt. Secundũ est, quia filius Dei impassibilis patitur, ibi, Vt circunciderentur puer. Tertiũ est, quia Deus innominabilis nominatur: ibi, Vocatũ est nomẽ eius. a[Postquã consummati sunt dies octo.] Gor. hodiernum Euan. est breuissimũ in litera, sed profundissimũ in sententia. Communi nomine, & vocabulo vocatur festiuitas ista, nouus annus, & merito, quia Christus nouus homo propter nos factus, nouũ sanguinẽ in sua pueritia hodie incepit effundere: quia hodie circuncisus fuit. Sciendum ꝙ hodie recolimus tria festa quæ tanguntur in Euan. hodierno. Primò octa. natiuit. Christi, & hoc exprimitur notanter cùm dicitur, Postquam cõsummati sunt dies octo, s. à natiuitate Christi cõputãdo: Secundò circuncisionẽ Christi cum dicitur. b[Vt circunciderentur puer.] Sicut enim preceptum fuerat Gen. xvij. Infans octo dierũ circuncidetur in vobis &c. & in nouo Testamẽto baptizamur loco circũcisionis. Vnde Christus dicit in nouo Testamẽto, Ioã. iij. Nisi quis renatus fuerit &c. Vnde Beda super præsenti Euã. Illud quod nunc facit baptismus, hoc tunc fecit circuncisio. Tertiò salutiferi nominis impositionẽ cum dicitur. c[Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatus est ab Angelo priusquã in vtero s. virginis. d [Cõciperetur] vt patet Luc. j. Vocabis nomen eius Iesum. Similiter Angelus dixit ad Ioseph, vt patet Matth. j. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum. Quæritur si Iesus est saluator: quare tunc non omnes homines saluantur? Respondetur ꝙ hoc non accidit ex parte Iesu, sed ex culpa ipsius hominis. Exẽplum istius ponitur prius sic, Si quis ad ostiũ vnius pulset, & nõ ingreditur, hoc non est ex culpa pulsantis: sed non apertiẽtis. Sic si Iesus ad ostium cordis pulset & si nõ ingreditur, non est Dei intrare volentis: sed hominis aditum prohibentis. Vnde Apoc. iij. Ego sto ad ostium & pulso &c. Vnde S. Dio. Quòd enim sol domum, existẽte clausa fenestra nõ illuminat, non est culpa solis, sed hominis fenestram non apertiẽtis. Tertium exẽplum ponit Ansel. Si enim porrigo tibi pomũ, & tu non accipis, ꝙ nõ habes pomum non est culpa mei dantis, sed tui non accipiẽtis. Ideo dicitur ad Heb. xij. Videte ne quis desit gratiæ Dei &c. Circa hoc Euang. vbi dicitur, Vocatum est nomen eius Iesus. notandum ꝙ Papa Io. xij. statuit, vt quicunque in missa, quando nomẽ Iesus nominatur geniculatus fuerit, vel qui tunc tundit pectus, vel inclinãs facit reuerẽtiam huic sanctissimo nomini Iesu, obtinet xx. dies indulgentiarum: prout de hoc habetur publicum instrumẽtum literæ authẽticę. Itẽ notãdum ꝙ hodie secundũ Aug. sermone de kalen. Ianua. Pagani olim maximum habuerunt festum in kal. Ianua. Nam Ianum crediderunt quandam Deum esse, & duas facies ei figurabãt, vnã à parte antè in signũ futuri anni, & aliã à parte pòst, in signũ preteriti anni. Vnde & quidã sexus vestes suas mutauerunt, alij faciem, alij pecudũ vestes induerunt, alij canticis luxuriosis cecinerunt, alij auguria seruabant, alij mensas nocte parabant, credentes saturitatem futuram fructuum: alij strenas, i. iocalia tradiderunt amicis hodie primo mane in signum boni anni: quæ omnia pro Christo dimittere debemus & similia circa Ecclesias & Dei cultum complere debemus.

QVAESTIO XV.

Quæstio de circuncisione Christi.

QVæritur vtrum Christus debuerit circuncidi? Et secundò vtrum conuenienter fuerit nomen impositum? Ad quod sic respondeo quòd Iesum Christum dominum & verum Messiam in lege promissum, propter tria circuncidi oportuit. Primò propter legem adimplendam. Nam ipse Christus saluator venisse seipsum testatur, ad adimplẽdam legem. Matth. v. Non veni soluere legem, sed adimplere. Igitur vt ipse Iesus saluator Christus legẽ adimpleret, circuncidi voluit. Item quia ex assumpta carne sub lege erat, vt communiter omnes Doctores volunt: quia ex semine Abrahæ, qui quidem Abraham circuncisionem pro se, & suis in preceptum habuit. Secundò Christus dominus circuncidi voluit, vt impios Iudæos confunderet: & ne eum incircuncisum appellarent. Nam nequissimi Iudæi, saluatorem Iesum incircuncisum appellassent, dicentes & eidem improperantes, quòd incircunciso ho-

mini nō esset credendū, nec doctrinæ eius assē tiendū. Ob quā causam & occasionē tollendas Iesus Christus Dominus circūcidi voluit. Tertiò propter circuncisionē ipsam terminādā, & baptisma, verū sacramētū, de nouo instituēdū. Nā æquū & iustū erat eū terminare circūcisionē qui erat finis circūcisionis & legis. Sed dñs Iesus Christus ipse is est. Igitur Christū dominū circuncidi decuit, quia Christus dominus tanq̄ verus Messias, totius veteris legis cōsummatio est, vt vult diuus Paulus. Sed quia circūcisio in typum baptismi in lege veteri Abrahę data fuit, & ab eo finē sumebat, quia baptismus erat instituēdus, videlicet Christo: ergo patet ꝙ nisi Christus circūcideretur ipsa circūcisio finē nō haberet, & baptisma nō instituendū fuisset. Ad secundū quęsitū, videlicet, vtrū dño Iesu hoc sanctissimū nomē Iesus cōuenienter fuerit impositū? Respōdeo ꝙ sic, quia hoc sanctissimū nomē ex sua interpretatione idē sonat ꝙ saluator, & cū Xp̄s dominus ad mūdi miseros homines & peccatores, tanq̄ saluator missus sit, apparet per hoc ꝙ hoc nomē gloriosissimū rectè illi impositū est: nec illi magis aliud nomē congruere potuit, quā Iesus: nam vt dicunt Philosophi, nomina debent suis cōgruere rebus. Sed cōtra hæc, Nemo id debet agere ad quod nō tenetur. Sed Xp̄s dñs nō tenebatur ad circūcisionē: quia nō poterat per eā magis sanctificari q̄ sanctificatus esset, nec à macula originali purgari, quia in eo nō erat: igitur Christum circūcidi nō licuit. So. Xp̄m dominū circūcidi nō licuit, videlicet vt circūcisus magis sanctificaretur, quia magis nō poterat, nec vt à macula originalis peccati purgaretur, quia ipsa macula in eo nō erat. Sed id decuit vt legem adimpleret, vt suprà. Secundò nimis miserū esset, cum qui domin⁹ est oīum, legi suorū subditorū subiici, & libertatis statū mutare in seruilē. Sed Christ⁹ domin⁹ se circūcidēdo, talis fieri videtur: Igitur Xp̄m dominum nullo mō circūcidi decuit. Rō est quia nimis absurdum videretur, ꝙ is qui est oībus libertatē daturus seruitutē subiret, cùm seruus sua misera conditione ad hoc inhabilis sit, sed Christus libertatē daturus erat omnibus quia serui peccati eramus: igitur assumptū verum. Sol. Christū dominū nō decuit quò ad se simpliciter legi subiici, videlicet, vt seruus legis fieret: quia nō decēs erat. Sed Christus natus, sub lege, vt ipsam legē approbaret, voluit circūcidi, vt huius ceremoniæ legis finē imponeret, & legē, quò ad eā cōsummaret: quia Xp̄s petra circūcisionis illius erat finis in quo circūcisio tāquam in suo fine terminaretur. Tertiò quò ad secundum quæsitum: Nomē hominum nō congruit illi, qui est plusquā homo & super homines. Sed Christus est plusq̄ homo, & Iesus est nomē hominū: igitur hoc nomen Iesus non cōgruit Xpo. Nā Xp̄s ab hominibus sic nomine nō differret sua maioritate: imò æqualis esset, qđ nimis absurdū esset. igitur, &c. Solu. hoc

Quomodo Christ⁹ dicit nat⁹ sub lege.

nomē sanctissimū ac gloriosissimū Iesus, rectè ex impositione & nominis significatione Christo domino tanq̄ generis humani saluatori, verè congruit: quia Iesus interpretatur saluator, & quia Christ⁹ saluator est. igitur Christus rectè Iesus vocatus est. Et quamuis alij homines Iesu vocati fuerunt: hoc fuit ex sola impositione, & non ex re, quia nullus eorum saluator, nisi solus Virginis filius. Quare ex prædictis cōcludendo infero, quòd tam ex re quàm ex impositione Christus dominus rectè in quantum Messias vocatus est Iesus.

In vigilia Epiphaniæ, Euangelium secundùm Matth. ij. cap.

IN illo tempore, defuncto Herode, † ecce apparuit Angelus domini in somnis Ioseph in Ægypto, dicēs, Surge & accipe puerū & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti enim sunt qui quęrebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius & venit in terrā Israel. b Audiens autem ꝙ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire, & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ c. Et veniēs habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth, d vt impleretur quod dictum est per prophetas, e quoniam Nazaræus vocabitur.

De functo Herode. Herodes Christum Dominum super populum Iudæi cū regem regnaturū existimabat quo regnante, ne dominiū pderet timebat, ideo Iesum saluatorē occidere volebat & in dies persequebatur, vt verū innocentem occideret: innocētes impiè necauit vt habet Matt. ij. & Apoc. xiiij. cap.

POSTILLA.

IN illo tēpore, defuncto Herode, &c. In priore parte huius c. Euangelista ostendit ipsum Iesum esse verum Deum & verum hominem, ex illustratione cælesti, & veneratione regali: & dein de fugā eius in Ægyptū propter Herodis persecutionem. In hoc autem Euāg. ponitur illud quod fuit sequens ad dictā persecutionē: quia mortuo Herode, qui puerum persequebatur, Angelus monuit Ioseph, vt puer in terrā Israel reportaretur. Non autem nominauit aliquam ciuitatem determinatē, vt ex respōsione Angeli instruentis eum de loco, Ioseph ex frequenti locutione cum Angelo magis consolaretur. Sequitur. b [Audiens autē quòd Archelaus &c.] Ad euidentiam huius notandum secundùm ꝙ refert Iosephus, Antiquitatum lib. xix. Herodes moriens, condidit testamentum, in quo ordinauit Archelaum filium suum, regni sui successorem: ita tamen quòd coronam sibi nō imponeret nisi per Romanum imperatorem. Ad accipiendum igitur diadema venit Romam: sed & frater eius Philippus & Herodes illuc venerunt, petentes paternæ hæreditatis partē, finaliter decreuit Imperator, vt Arche-

laus haberet medietaté regni paterni, quæ dicta est Iudæa. aliam aût medietatem, diuisit in duas partes, & vná dedit Herodi. Et factus est Tetrarcha Galilææ. Aliá dedit Philippo, & factus est Tetrarcha Ituréæ & Trachonitidis regionis, vt tangitur Luc. iij. Igitur quia Archelaus fuerat à patre substitutus, quantùm in se fuit, ideo fauebat factis à patre, propter quod Ioseph timuit illò ire. &c. vbi dominabatur alius filius, q in portione sibi debitá à patre fuerat priuatus quantú in se fuit vt visum est: propter quod Ioseph cum puero ibidem securius mansit. c [Et veniens hab. &c. Naz.] vt ibi Christus nutriretur, qui in Bethlehem fuerat natus. d [Vt adimp. quod dict. est per proph.] Isa. xj. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Hebraica veritas sic habet, Et Nazarenus de radice eius cósurget: & ideo dicit. e [Quoniam Nazaræus vocabitur.] quia in Nazareth fuit conceptus & nutritus, licet in Bethlehé fuerit natus, vt patet expressiꝰ Luc. ij.

QVAESTIO XVI.

QVæritur vtrum Christus possit dici Nazaræus? Ad quod dico quòd sic. Et hoc cóuenientissimè. Primò, quia Nazaræus interpretatur sanctus, siue sanctificatus: sed Christus dicitur sanctus sanctorum Dan. ix. & de se ipso dicit Io. x. Quem pater sanctificauit. Secundò qa Nazaræus interpretatur floridus. Sed Christus dicitur flos, secundú Hier. sicut beata virgo dicitur virga, secundú illud Isa. xj. Egredietur virga de radice Iesse, & flos &c. Tertiò qa conceptus est in Nazareth, & cóuersatus ipse, & sui parentes, vt dicit gl. Luc. ij. Sed cótra. Primò: Nam homini cui non conuenit sanctificari, i. sanctum fieri, non cóuenit esse sanctum, & consequenter nec Nazaræum quod secundum glos. interlinearem interpretatur sanctus: quia quod non potest esse, non pôt fieri. secundum Philosop. j. Phy. Sed Christo homini non cóuenit sanctificari, cùm sit principium totius humanæ sanctificationis, quia primum mouens in quolibet ordine est immobile &c. Sol. Cum homo fiat sanctus ex sancto, dupliciter. s. ex minus sancto, magis sanctus, & ex æquè sancto, æquè sanctus, per continuationem eiusdé sanctitatis præcisè: cùm etiam homo fiat sanctus ex non sancto, dupliciter, s. ex non sancto priuatiuè, quando, s. homo est. & non sanctus, & negatiuè quando, s. homo non est, & producitur sanctus Christo competebat fieri sanctum ex sancto. secundo modo, secundùm aliquos, iuxta illud Ioan. xvij. Ego pro eis sanctifico meipsum. Vel etiam primo modo, i. ex minus sancto, non quò ad merita, quæ sunt effectus gratię, in quibus crescebat. Et similiter fieri sanctum ex non sancto negatiuè, inquantum homo erat, loquédo semper: quia ante primú instans, in quo factus est: & sanctus factus, non erat sanctus homo: & cósequenter factus est ex nó sancto sanctus. Non aût priuatiuè: quia nunquá fuit sine sanctitate. Ad argumentum dico q mouens primum simpliciter, est immobile simpliciter, sed primum in aliquo genere, est immobile in illo genere, sed non simpliciter: sicut primum alterans. i. cælum est immobile secundú alterationé, sed tamé localiter mouetur. Similiter Christus inquantum homo, non est sanctificans simpliciter primú, sed Deus trinitas. Est verò primum sanctificans in hoc genere, i. per modum satisfacientis pro peccato: & quantùm ad hunc modú est immobilis, quia nullus satisfecit pro peccato eius, eum illud non fecerit, nec contraxerit. Secundò: Nam cui non conuenit habere contrarium sanctificationis termino, id est gratiæ, non conuenit sanctificari: quia generationes ex contrariis fiunt, secundum Philosophú. Sed Christo non conuenit habere tale contrarium, cum illud sit peccatum. Ergo, &c. Sol. Generationes & productiones factæ ab agéte naturali, fiunt ex contrariis: quia non agit nisi alterando de qualitate in qualitaté. Sed productiones factæ à Deo, possunt esse contradictoriæ, i. de non ente, sicut fecit cælum non ex contrario, sed ex contradictorio: & similiter facit aliquando sanctú non ex ipso, sed ex non sancto, siue ex negatione sáctitatis: & sic Christus est factus sanctus. Tertiò Nam si sic debet dici: ideo est quia sic est prophetatum, vt colligitur ex hoc Euangelio. Sed nullibi in scriptura sic reperitur prophetatum. Ergo &c. Sol. Licet hoc non fuerit prophetatum formaliter, secus virtualiter: quia Nazaræus vt dictum est interpretatur sanctus & floridus: Christus autem in scripturis dicitur sanctus & similiter flos iuxta illud Canticorum ij. Ego flos campi, & iuxta illud Isa. xj. c. Et flos, &c. Vnde fortè signanter dicit Euangelista per prophetas in plurali. Et sic expleta est quæstio.

Quomodo Christus dicit primú sanctificans.

In Epiphani Domi. Euangelium secundum Matt. ij cap.

CVm natus esset Iesus [b] in Bethlehé Iudæ, [c] in diebus Herodis regis, [d] ecce Magi ab oriéte [e] venerunt Ierosolymam, [f] dicentes, Vbi est [†] qui natus est rex Iudæorum? [g] Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. [h] Audiens autem Herodes rex [i] turbatus est, [k] & omnis Ierosolyma cum illo. [l] Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, [m] sciscitabat ab eis, vbi Christus nasceretur. [n] At illi dixerút ei, In Bethlehem Iudę. Sic enim scriptum

vbi est. tépore natiuitatis nostri regis, noua stella visa est in cęlis, apparens in vsu somo re. Ista stella nó fuit cú cæteris à natura creata de nouo a Xpo domino

nascẽt: diuinitus formata, in cuius medio multi dicũt puerũ splendi dum enituisse: vñ Nũ. xxiiii. Orie stella ex Iacob & consurget virga de Israel. Item, De Iacob erit qui dominetur.

ptum est per prophetã, o Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. p Tũc Herodes q clam vocatis Magis, diligẽter didicit temp⁹ stellæ quæ apparuit eis. r Et mittẽs illos in Bethlehẽ dixit, Ite & interrogate diligẽter de puero, & cũ inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniẽs adorem eũ. s Qui cũ audissent regẽ abierunt. t Et ecce stella quã viderãt in Oriẽte antecedebat eos, v vsq; dũ veniẽs staret suprà, vbi erat puer. Vidẽtes autẽ stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. x Et intrãtes domum y inuenerunt puerũ cũ Maria matre eius. z Et procidentes adorauerunt eum. a Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. b Et responso accepto in somnis, c ne redirent ad Herodẽ, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

POSTILLA.

CVm natus esset Iesus, &c. Matth. ij. Ante initiũ illius Euang. scribit S. Matt. in præcedenti c. cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam cõuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cùm esset iustus & nollet eam traducere, voluit occultè eam dimittere. Hoc autẽ eo cogitante, angelus Domini in somnis apparuit ei, dicens, Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariã coniugem tuam: quod enim in ea natũ est, de spũsancto est. Pariet aũt filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorum. Tunc postmodum sequitur Euã. hodier. In sacro Euã. quatuor cõtinentur. Primò Magorũ aduẽtus ad Christũ inquirendũ, in principio. Secundò Herodis cõsilium ad Christũ occidẽdũ. ibi, Audiẽs autẽ. Tertio Magorũ pfectus ad Xp̃m venerãdum, ibi, Qui cum au. Quartò Dei respõsum Magis factũ ad suã patriã remeandũ ibi, Et respõso accepto in somnis. a [Cum natus esset Iesus.] sup. dulcis saluator, de Maria virgine, secundum humanitatem. b [In Bethlehẽ Iudæ.] Gor. hoc dicitur ad differẽtiã alterius Bethlehẽ: quæ est in Galilæa in tribu Zabulõ: de qua habetur Iosue. xix. c [In diebus Herodis.] s. Ascalonitæ qui fuit gentilis & Idumęus & primus rex alienigena in Ierusalẽ, & primus super populum Iudaicũ cõstitutus. Pro quo sciendũ q̃ tres fuerunt Herodes, Ascolanita, Antipas, & Agrippa, vnde versus, Ascalonita necat pueros, Antipa Ioãnẽ

Tres fuerunt Herodes.

Agrippa Iacobũ mittẽs in carcerẽ Petrum. Itẽ sciendum q̃ Christus tunc tẽporis natus est cũ primùm ablatũ fuit regnũ à Iudæis, & q̃n Alienigena regnauit, vt impleret prophetia Iacob Gen. xix. Non auferetur sceptrum de Iuda nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & à tp̃e illo quo Iacob ꝓphetizauerat ꝓphetiam illã fluxerunt M.c.lvj. anni. d [Ecce magi &c.] qui dicũtur magi, ꝓpter magnitudinẽ sapiẽtiæ & sciẽtiæ. e [Venerunt Iero.] secundũ glo. eò q̃ crediderũt, q̃ talis puer, nõ nisi in vrbe regia nasci debuisset. f [Dicentes, Vbi est q &c.] Christus rex Iudęorũ est dictus quia ad ipsos specialiter est missus, vt habetur Mat. xv. Nõ sum missus nisi ad oues, &c. Itẽ quia cum eis nutritus & cõuersatus est, s. in Nazareth. vt habetur Lu. xiij. Notãdũ q̃ ille titulus à tribus regibus est hodie nunciatus, & à Pilato in die parasceues cõfirmatus, cũ fecit scribi titulũ, & cruci affigi, Iesus Nazarenus &c. g [Vidimus enim stellã in Oriẽ. &c.] Vnde Aug. dicit, Magi traditionẽ Balaã sequebãtur, qui dicit, vt habetur Num. xxiiij. Orietur stella ex Iacob. & secundũ Chry. cũ magi super montẽ, qui dicitur Victorialis, cõsisterent, & Deũ adorarẽt, stella, ad instar pueri, crucẽ in capite habẽtis, eis apparuit, cuius aspectu erant valdè gauisi: vt suis tẽporibus meruerũt videre stellã illã, quã propheta Balaã lõgis tẽporibus antè prædixerat. Et statim arripiẽtes iter, stella antecedebat eos & venerunt ad puerũ adorãdum, & munera ei offerebant. Et illa stella nõ tãtum in nocte sed etiã in media die apparebat, & Solis radios vicit in claritate, quod nõ est virtutis aliarũ stellarũ. Ful. Puer natus nouã stellã fabricauit: sed quomodo in xiij. diebus tã citò venerũt ab Oriẽte in Ierusalẽ quæ est in media parte mundi sita? Respõdet Remi. q̃ puer ad quẽ iuerũt, potuit eos tã breui spatio tẽporis ad se reducere. Vnde Augu. dicit q̃ tres Magi iter vnius anni xiij. diebus peregerunt. h [Audiẽs autem &c.] s. regẽ natum Iudæis de genere Iudæorũ, cùm ipse esset Idumæus, & de alia gẽte. i [Turbatus est.] timens ne regno reuoluto ad Iudæos ipse expelleretur à regno, & semẽ eius post ipsum præcideretur. Ideo secundũ Greg. super Matt. codices quibus genealogia Iudæorũ texitur, cremauit. k [Et omnis Ierosol. &c.] causa timoris: ne rex iratus, regiones & populum vexaret, & aggrauaret. l [Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi] qui erãt legis doctores. m [Sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi] sicut periti in lege n [Dixerunt, In Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per prophetam.] Michææ v. o [Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Vnde in Psal. xlvij. Ipse reget nos in secula. Vnde Leo papa, Christus qui serui formã acceperat, & nõ venit iudicare sed iudicari, Bethlehem prælegit

De magis & quare dicuntur magi: magi enim dicuntur & illi qui de singulis rebus philosophantur. Rabanus.

De stella quæ duxit reges in Bethlehẽ, quę differebat ab alijs in natura, claritate, motu & situ. De Turre cre.

natiuitati: & Ierusalē passioni. p [Tunc Herodes] Ly. cognito loco natiuitatis Christi ex Iudæorū responso. q [Clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis temp. stel. quæ appa. &c.] Dicit enim clá, i. occultè: quia cū esset alienigena, nō confidebat de Iudæis: & ideo voluit suū consiliū eos latere. [Et mittēs eos in Beth. &c. & cum inueneritis. renunciate mihi, &c.] Lyr. respondet falsum obsequiū: vt facilius eos decipiat & ad redeundū ad ipsum inducat. Rab. Finxit se vultu & verbis eū adorare velle, quē inuida cogitatione tractabat occidere. s [Qui cū audissent regē abie.] recedētes de Ierusalē, vt irent versus Bethlehem. t [Et ecce stella quā viderāt in Orien. &c.] vnde Chry. super Matt. Ex hoc ostēditur quia cū stella duxisset Magos in Ierusalē abscōdita est ab eis: vt relicta stella cogerētur de Christo interrogare, vt ipsi Magi, qui prius fuerūt cōmoti cælesti signo cōfirmarētur dicto prophetico, & ex doctorum Hebraicorum respō. sicut iā suprà dictū est, v [Vsque dū veniēs staret suprà, vbi erat puer.] stetit enim super caput pueri. q. d. Hic est, vt quia loquēdo mōstrare nō poterat, stādo monstraret. x [Et intrātes do.] i. diuersoriū vbi puer natus fuerat. y [Inuenerunt puerū, &c] Piè creditur ꝙ cū beata virgo ante diuersoriū equitatū magnum vidisset, recepit puerū de presepio super gremium & in brachia, vt sic se matrē pueri ostēderet. Rab. Diuino autē nutu factum est, ꝙ abiret Ioseph: ne aliqua occasio malę suspitionis daretur gentibus. z [Et procidētes adorauerūt eū.] Ly. ex quo patet ꝙ cognouerūt ipsius dignitatē, per diuinā reuelationē. Cū enim viderūt puerum pannis vilibus inuolutū, in gremio pauperis matris positum, nullū regiæ dignitatis humanæ habentem signum, nō est verisimile, ꝙ talē reuerentiā ei exhibuissent: nisi aliquid supra hominem cognouissent. Vnde Chry. Puerum viderūt hominē, agnouerunt redēptorem illū, illuminati in fide credētes hunc puerum esse saluatorē mundi quē quæsierunt. a [Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera. &c.] Lyr. ista tria obtulit quilibet istorū. s. Aurū ad sustentationē pauperis matris & filij. Thus contra fœtorē loci. Myrrham ad consolidanda mēbra pueri. Item per aurum significabat regiā dignitatē, per myrrham hominis mortalitatē, quia myrrha solent vngi corpora mortuorum: per thus ipsius diuinitatem, quia thus ad honorem diuinum cōcrematur. Item quia Magi à puero habuerunt triplicem substantiam, scilicet corpus, animā, & res tēporales, Fecerunt igitur homagiū, regi puero nato, de corpore: quia procideiūt, in quo notatur eorū magna humilitas. Et in hoc reprehenditur superbia illorū Christianorum, qui non flectūt genua sua in eleuatione corporis Christi in missa. De anima, quia adorauerūt eum, in quo notatur eorum fides. de substantia temporali, quia ei munera obtulerunt: plus enim non habet homo nisi corpus, animam, & tēporalia. Sequitur. b [Et responso accepto.] s. per angelū. c [Ne redirent ad Herodē, per aliā viam, &c.] Ly. peracto obsequio: quia descenderūt ad mare & inde per nauem transfretātes abierunt in Tharsim. Quod cognoscēs Herodes iratus postea naues Tharsensium incendit, secundū ꝙ fuit prophetatum per Dauid Psal. xlvij. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Vnde circa præsens Euangelium vbi dicitur, In diebus Herodis regis, hic quæritur, quare non dixit in diebus Octauiani Cæsaris? Respōdetur, Euāgelista hoc dixit, vt videatur impleta prophetia Iacob quę habetur Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec veniat qui mittēdus est: sed iam ablatum erat sceptrum de Iuda: quia iste Herodes erat alienigena & erat primus rex Iudæorum: & sic euangelista probat ipsum venisse ex triplici prophetia, s. Iacob, qui prophetizauerat tempus Christi, vt iam dictū est: & ex prophetia Michęæ, qui prophetizauerat de loco, vt patet in Euan. Et tu Beth. &c & ex prophetia Balaā: qui prophetizauit de ortu stellæ, vt patet Nu. xxiiij. Orietur stella ex Iacob. Manifestum est ergo Christum natum esse, cùm omnes istę tres prophetiæ, vno tēpore sint impletæ.

Quare stella fuit abscondita, qn reges Ierusalē intrauerunt.

Lyr. de munerib⁹ loquens.

Triplex est adoratio, s. latriæ, duliæ & hyperduliæ. Th. [illegible]

QVAESTIO XVII.

Quæritur vtrū fuerit conueniens magos de Christi natiuitate doceri per stellā? Ad hoc dico nō esse dubium quòd sic, quia hoc ordinauit qui nihil non conuenientissimè & sapientissimè ordinat: quia perfecta Dei sunt opera. Deut. xxij. Ratio autem conuenientiæ est hæc: Nam Deus omnia effectiuè mouet, secundùm quod eorum natura requirit, s. naturalia per naturales inclinationes, animalia sentientia per sensibiles appetitus, & homines rationales, per appetitum rationalem cum libertate quadā, Dionys. dicit quòd ad prouidentiam Dei pertinet, rerum naturas non destruere, sed saluare: sicut autem omnia mouet, vt congruit eis: ita etiam & omnia trahit secundùm modos eis conuenientiores, sicut Eustachium venatorem nobilem traxit per ceruum, Catharinam virginem elegantissimam, per viam cuiusdā apparentis matrimonij cōsueti, quo maximè solent delectari iuuenculæ. Aug. verò Philosophum & Oratorem per sapientiam, & facundiam Ambrosianam. Vnde quia ipse ex sua viscerosa charitate, nullum conuenientem modum trahendi animā prætermittit: dicit Isa. v. c. Quid vltrà debui facere vineæ (i. populo meo vel cuilibet animæ) & non feci? Igitur etiam istos Astrologos conuenienter traxit per stellam. Et confirmatur ratio: quia sicut omnis notificatio syllogistica debet esse per notiora, sicut Philosophus j. Post. & j. Physicor. docet, ita quæ fit per aliqua signa vel indicia, debet fieri per notiora & consequen-

ter per familiariora his qbus aliquid notificatur. Sed viris iustis & sanctis familiare est instrui intrinsecus S. spiritus instinctu per donū propheticum. Reliquis autē per sensibilia, Iudæis autem instrui per angelos visibiliter apparētes, per quos legē acceperāt: vt pat Act. vij. & respōsa frequēter. Gētilibus verò & Astrologis maximè familiare erat doceri per sensibilia & maximè astra. Igitur Anna & Sim. iusti ac sancti acceperūt notitiā natiuitatis Xp̄i per instinctū spiritus sācti: pastores verò Iudęi ꝑ angelos & Gētiles. Astrologi, i. magi per sydera. Sed cōtra. primò: Nihil enim adducēs hoīes à Deo in errorē cōuenienter fit à Deo: quia ipse vult oēs hoīes saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Sed apparitio huius stellæ est hmōi: quia fauet his qui dicūt, sydera natiuitatibus hoīm dominari, ergo &c. Sol. Ista apparitio nullā causam errādi dedit: nisi eis q veritatē intelligere noluerūt, quia scd̄m Aug. cōtra Faustū, nulli Astro. cōstituerunt ita nascētium hoīm fata sub stellis vt aliq̄ stellarū hoīe aliquo nato circuitus sui ordinē reliquisse & ad eū qui natus est perrexisse asserāt. Si aūt Deus vellet subtrahere oēm cām errādi his qui volūt errare, quorū, s. ignorātia nō solū est cā peccati, sed etiā peccatū, subtraheret etiā aliis occasiōes addiscēdi, sicut si subtraxisset apparitionē huius stellę, ignoraremus multa quæ scimus. Secundò: Nō oē signū notificatiuū cōuenienter alicuius est certò ducēs in illud. Sed ista stella nō certè notificabat natiuitatē Xp̄i futuri regis Astrolo. tū quia esto ꝙ prætēderēt regē futurū, tn̄ impediri poterāt ne regnaret: quia sydera nō cogūt hoīes: tū etiā quia si nō posset impediri: tn̄ nō prætendebat eū esse natū in determinato loco, cum potuisset mater regis lōgiorem regionē q̄ Bethlehē petiuisse: tū etiā quia dato ꝙ locū determinatū ipsa prętēderet, tamē nō prętēdebat determinata persona: quia existēs in aere nō pōt vnū hominem designare, si esset inter oculos, vt poterat esse rex: tamē quia dato ꝙ vnū determinatè designaret tamē isti cognoscere non poterāt qui stellæ naturā ignorabat, cū antea nō vidissent, ergo, &c. Sol. Fuit signū certum determinatæ personæ, quātum ad officiū, i. regis futuri: sed nō fuit signum certū ex se precisē, sicut sydera signant bella aut morbos, s. gratia annexæ ꝓphetiæ vel inspirationis diuinę. Nō enim isti moti sunt quærere Xp̄m præcisè innitentes astrorum peritiæ: cùm ista stella de illis non fuerit, quas obseruat ars Astronomica: sed innitebantur reuelationi diuinæ, vt patuit in expositione Euang. & etiā inspiratione diuina interiori, quæ secundum Heruæum, est quædā inclinatio animæ ad vnum. Nō poterat autem impediri iste rex ne regnaret: supposita diuina ordinatiōe, & stella prętēdebat locum natiuitatis gñalē. i. Iudæā gratia prophetię, vel subiectæ rōnis asserētis ꝙ apparēte tali stella, ibi Xp̄s nasceretur, quia inspiratione supposita, mater regis nō e poterat absentare. Et licet nō prætēderet determinatā personā quo ad substantiā: tamē spectabant in Iudæa per aliā viā regis personā inuestigare sicut & fecerūt: & sic Iesu puero apparente & coadiuuante expleta quæstio manet.

Dominica infra octa. Epipha Euangelium secundum Luc. ij. cap.

IN illo tempore, cùm [a] factus esset Iesus annorum duodecim, [b] ascendētibus illis Ierosolymā secundū consuetudinē diei festi, [c] consummatisq; diebus [d] cū redirent, [e] remansit puer Iesus in Ierusalē, † & non cognouerunt parentes eius. [f] Existimantes autem illum esse in comitatu, [g] venerunt iter diei, & [h] requirebant [i] eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes reuersi sunt [k] in Ierusalem, requirētes eum. Et factum est post triduum inuenerūt illum, in templo [l] sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem eos. [m] Stupebant aūt omnes qui eū audiebant [n] super prudentiā, & responsis eius. [o] Et videntes [p] admirati sunt, & dicit mater eius ad illū, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus [q] & ego dolētes quærebamus te. [r] Et ait ad illos, Quid est ꝙ me quærebatis? [s] Nesciebatis quia in his quę Patris mei sunt [t] oportet me esse? [v] Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad eos. [x] Et descendit cum eis, & venit Nazareth [y] & erat subditus illis. [z] Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. [a] Et Iesus proficiebat [b] sapiētia & ætate & gratia [c] apud Deū & homines.

POSTILLA.

IN illo tempore, cùm factus esset Iesus annorū xij Luc. x. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xij. & xviij. kalē. Maij, feria iiij. Luna xv. Indictione iiij. Cū Euangelista Lucas nobis declarasset quomodo Christus fuit in tēplo præsentatus, & à Simeone & ab Anna vidua laudatus, sicut dictum est in præcedenti dominica: postquā declarauit quomodo Christus in Ægyptum portatus fuit in qua septem annis fuit, Et cùm tādem rediisset de Ægypto post mortem Herodis: fuisset iam quinque annis cum parētibus suis in Nazareth. Factum est autem

Remansit puer Iesus in Ierusa. Saluator Iesus cū alibi: esset ætatis xi. annorū, remansit in Ierusalem vt eam illi coleret, in quam missus erat: hæc erat synagoga Iudæorum ad quā Saluator missus vt Iudæorum auferret nequitiam & cordis duritiam, & incredulitatē & iā vineā ab omni sparcitia mundaret, & vt adhuc puer erat pueros doceret innumeratos Iudæos imbecilles & ignaros. Qui hi tanquā pueri Christum ignorabāt medius autē vestrū stetit quē vos nescitis, i. ignoratis, Io. i. vñ saluator Iesus de Iudæis ait, Matt. xi. Cui similem existimabo generationē istam? similis est pueris sedētibꝰ in foro.

anno xij. ascendentibus parentibus suis Ierosolymam, secundùm cõsuetudinem diei festi, Iudæi enim ter habebant in anno præceptũ eundi in Ierusalem. Primùm in pascha, qđ fuit festũ Azymorum: per hoc festum recolebant exitum & liberationem de Ægypto. Secundò in pentecoste, per quod recolebãt memoriam legis datę in quadragesima die ab exitu de Ægypto. Tertiò in scænophegia seu in festo tabernaculorum, per quod recolebant quõ per xl. annos in deserto habitabant in tabernaculis. In his festis quilibet vir tenebatur se præsentare in Ierusalem, cum hostiis à Deo determinatis. De mulieribus nõ fuit pręceptũ, si tamen comitabantur viros suos, bonum erat & laudabile: sed qui erãt valde remoti poterãt se in duobus festis excusare: sed non die festo paschæ, nisi de necessitate infirmitatis: ergo dicit, Ascend. &c. In sacro Euang. tria continentur. Primò Christi absentatio, ibi, Remãsit puer. Secundò Christi disputatio, ibi, Inuenerunt in tẽplo. Tertiò Christi inquisitio, ibi, Ego & pater tuus. b [Ascendẽtibus illis.] Iorda. ad literã: quia Galilęa erat in plano, vbi Nazareth fuit sita, ĩ qua Christus fuit annũciatus & educatus. Ierusalem aũt erat in mõtanis & distat Nazareth ab Ierusalẽ per tres dietas. Sed secundũ Greg. Oĩs Christi actio nostra est instructio: ergo Christus hoc in xij. an. fecit, vt nobis exemplũ daret, & vt etiam libentius Ecclesias visitemus. c [Cõsummatisque die.] s. octo pertinẽtibus ad solennitatem. d [Cùm redirent]. s. Maria & Ioseph. e [Remãsit puer Iesus in Ierusalẽ & non cognouerunt parentes eius] id est non aduerterunt quòd remaneret. Et hoc est contra illos qui raro manent in Ecclesia vsq; in finem missæ aut sermonis, sed Diabolo instigante citò exeunt & in cœmeterio vel foro stant: & inutilibus & quandoq; nociuis sermonibus se occupant: vt patet Io. viij. Qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. f [Existimãtes aũt illũ esse in comitatu.] Guliel. filiis Israel ad festa cõfluentibus, vel ad propria redeuntibus, mos erat seorsum viros, & seorsum fœminas incedere: pueri autem cũ quolibet parente indifferenter ire poterãt: & iõ Maria putauit Iesum esse in comitatu virorũ, Ioseph putauit esse in comitatu mulierũ cum Maria, & sic perdiderunt Iesum. g [Venerunt iter vnius diei] .i. in eadẽ die qua redierunt de Ierusalem. h [Et requirebant eum]. s. secunda die. i [Inter cognatos & notos & non inuenientes eum reuersi sunt] scilicet tertia die. k [In Ierusalem requirẽtes eum & factũ est post triduum inuenerunt illum, in templo] nõ in foro, neq; in ludo sicut pueri iam solent inueniri, sed in tẽplo vbi domus orationis est. l [Sedentem in medio Doctorũ audientẽ illos & interrogantẽ eos.] Ly. vt melius posset eos audire, & melius cũ eis cõferre, hoc est enim sapientis primò audire, & pòst interrogare. m [Stupebant autem omnes qui eũ audiebãt], id est valde mirabantur. n [Super prudenti. & respõs. eius:] quia alias inauditum fuerat, quòd puer talis ætatis tam sapienter loqueretur. o [Et videntes]. scilicet Maria & Ioseph eum in medio Doctorum. p [Admirati sunt, & dixit Mater eius ad eum, Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus] scilicet putatiuus, vel nutritius. q [Et ego dolen. quære. te.] Hic instruuntur parẽtes, qualiter in correctione debeant se habere ad filios, vt contumeliis & maledictis non conturbent pueros suos. Corripiendi enim sunt primò cùm benignitate & si nõ iuuat, tũc cum virga aspera: vt patet Prouerbio. xxij. Noli subtrahere à puero disciplinam si enim percusseris eum virga non morietur, & animã eius de inferno liberabis. Nota tamen quòd nunquam legitur in Euangeliis Ioseph Iesu locutum fuisse: sed hoc semper Mariæ virgini dimittebat: quia ad ipsam tãquam ad veram matrem pertinebat. Item hic quæritur quare Ioseph dicitur pater Iesu, cùm nõ genuerit eum? Dicendum quòd dicebatur pater eius propter tria Primò propter hominum opinionem: vt patet Luc. iij. Vt putabatur filius Ioseph. Secundò propter eius nutritionem: quia secundùm Origenem sic appellatur Ioseph, scilicet pater Iesu: quia nutritius eius fuit. Tertiò propter coniugalem desponsationẽ scilicet Ioseph & Mariæ. Nam secundùm August. multo cõuenientius Christus dicitur filius Ioseph, q̃ si esset aliunde adoptatus. Itẽ quare Maria virgo præposuit Ioseph ante se dicens, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, cùm tamen sit mater Dei & regina cæli? Respondetur primò propter humilitatem, quam habebat excellentissimã Secundò vt exemplum daret aliis mulieribus, honorandi viros suos. r [Et ait ad illos, quid est quòd me quęrebatis]. scilicet inter consanguineos & notos. s [Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt] sup. cælestis. t [Oportet me esse] quia alium patrem non habeo. Origen. in cælis sine matre, in terris sine patre. v [Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.] Lyra. quia adhuc non erant assueti talia audire ab eo. x [Et descẽdit cum eis & venit Nazareth] ad eorum consolationem. y [Et erat subditus illis.] ad nostram instructionem z [Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.] Omnia enim quæ vidit vel audiuit à Christo fieri, quorum tũc plenam cognitionem non habebat, memoriter tenuit. Vnde Beda, Virgo Maria quæ non intellexit, siue quæ nõdum intelligere potuit: posuit omnia in corde suo, quasi ruminanda, & diligentius seruanda recondebat. Hoc est contra nos obliuiosos, qui nec aliquid quod de Deo & salute animarum nostrarum audiuimus, memoriter retinemus: sed sumus sicut vas confractũ quod nihil potest continere. vnde Ecclesia. xxj. Cor fatui, quasi vas confractum omnẽ sapientiam non retinebit. a [Et Iesus proficiebat æta-

te.]Gor.quo ad corporis incrementum,scilicet de infantia ad pueritiã, de pueritia ad iuuentutẽ. b [Sapiẽtia & gratia.]Ly.non quantum ad rem, sed quantum ad ostensionem in effectu, inquantum sapientiam suam,non tantum humanam,sed etiam diuinam magis ostendebat, secundùm suum beneplacitum,& prout nostrę saluti expediebat. c [Apud Deum & homines]id est,Deo ad laudem, & hominibus ad salutem proficiebat.

QVAESTIO XVIII.

Quæstio de Christo

QVæritur circa Euangelium vtrum Christus audiendo siue interrogando doctores,vel alios,aliquid ab homine didicerit, vel ab Angelis? Ad quod ex doctrina S.Thom.iij. quæst.xij.artic.iij.& iiij sic respondetur, Non est conueniens dignitati Christi, vt à quocunque homine doceretur. Nam in quolibet genere,primum mouens, non mouetur, secundùm illam speciem motus, sicut primum alteratur. Sed Christus est omnium hominum constitutus caput,sicut ab eo omnes doctrinã veritatis acceperunt.Vnde ipse dicit Ioã.xvj.Ad hoc veni in mundum,vt testimonium perhibeam veritati.Nihil etiam didicit ab Angelis.Nam anima humana,sicut media est inter spiritualia & corporalia: ita duobus modis perfici nata est, scilicet per scientiam acceptam à sensibilibus, & per inditam impressionẽ spiritualium substantiarum. Sed anima Christi perfecta est, ex sensibilibus quidem per experientiam,ad quã lumen Angelicum nõ requiritur,& ex impressione superiori secundùm infusam immediatè à Deo: quia sicut supra communem modum creaturæ, vnita est verbo personaliter, ita etiã supra eundem repleta est gratia & scientia nõ mediantibus Angelis, qui etiam ex spirituali influentia scientiã acceperunt. Sed contra primam conclusionem,primò: Nam interrogare & respondere est addiscentis. Sed Christus ista inter doctores fecit,ergo,&c.Solut.Secundùm Orige.super Lucã: non interrogabat vt addisceret,sed vt erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter. Vnde & dicitur quòd stupebãt omnes qui eum audiebãt, super prudentia & respõsis eius.Secundò: Nam Christus accipiebat scientiam experimẽtalem à sensibilibus. Ergo à fortiori & ab hominibus, quod est nobilius: cùm in anima docentis species intelligibiles sint in actu,quæ in sensibilibus sunt in potẽtia.Solut. Addiscens ab homine non accepit scientiam à speciebus intelligibilibus eius immediate,sed mediantibus vocibus quæ sunt conceptionum intellectualium signa:sicut & creaturæ conditæ à Deo,similiter sunt signa sapiẽtiæ eius.Vnde sicut dignius est doceri à Deo,quàm ab homine: ita dignius est accipere scientiã per sensibiles creaturas, quam per hominis doctrinã. Tertiò:Nam quilibet audiens sermonẽ significatiuum alicuius quod non scit, potest illud addiscere.Sed Christus à principio,secundùm scientiam experimentalem non sciuit omnia, ergo,&c.Solu.Christus in scientia experimentali,sicut in ætate proficiebat.Sicut autẽ ad accipere scientiam per inuentionem,ita ad accipere per disciplinam,requiritur ætas perfecta. Dominus autem nihil fecit suæ ætati non congruens.Igitur audiẽs doctrinæ sermonibus nõ accõmodauit auditum nisi illo tẽpore quo poterat per viã experientiæ talẽ scientię gradum attigisse. Hæc omnia cum multis aliis S.Tho. suprà virtualiter.Sed tamẽ cùm dicit, ꝙ Christus ab homine non didicit, videtur intelligendum de rebus ab homine naturaliter scibilib⁹, cuiusmodi est notitia omnium naturalium nõ autẽ de his quæ per seipsum naturaliter scite nullus potest cuiusmodi est loqui hac vel illa lingua,cùm hoc nõ sit quid naturale:sed ex voluntaria institutione dependens. Sciẽtia enim experimentali Christus addiscebat,& proficiebat modo naturali quo nõ poterat vt videtur, scite prædicta.Sed tamen sciẽdum est ꝙ homo in docendo dupliciter se habere potest,s.vt doctor,quando s. ex intentione docẽdi aliquid facit,& vt res quædã:quando s. sine intẽtione docendi aliquid facit, aut dicit, vnde alius addiscit. Et isto secundo modo forte Christus à matre sua loqui didicit: quia scilicet ex bonitate suæ phantasiæ & memoriæ, cùm audiebat nominari panẽ & videbat afferri panẽ,apprehendebat quòd ly, Panis,panem significabat: siue per cogitatiuã, vt faciunt alij pueri ante vsum rationis, siue per rationẽ, cuius vsum semper habuit. Vnde antequam tempus adesset, quo virgo mater eum verba formare doceret, iam ista didicerat.Et sic quęstiõis terminatio nota.

In octaua Epiphan. Euangelium secundùm Ioan.j.cap.

IN illo tẽpore, a vidit Ioannes Iesum b venientem ad se,& ait, c Ecce agnus †Dei,ecce d qui tollit peccata mundi. e Hic est de quo dixi, f Post me venit vir, qui g ante me factus est,qui prior me erat, h & ego nesciebam eum. i Sed vt manifestaretur in Israel, k ꝓpterea veni ego in aqua baptizans. l Et testimoniũ perhibuit Ioãnes,dicens, m Quia vidi spiritum descendentẽ quasi columbã de cælo, & mansit super eum. n Et ego nesciebã eum. o Sed qui misit me p baptizare in aqua, q ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentẽ, & manentem super eum, r hic est qui baptizat in spiritusancto, s & ego vi-

Ecce agn⁹.Christus saluator mundi à proprietate anima lis rectè agnus dicitur. Nã sicut agnus est animal innocuũ, & simplex, quasi ad mortẽ ducitur patienter patitur:nõ vociferat, tamẽ pede percutit. Sic & xps nulli nocuit,mortem patiẽter tulit, & nõ comminat⁹ est. Et si iniuriabatur, benedicebat. vnde 1.p.cap.ii. Qui cum malediceretur non maledicebat. Qui cũ pateretur, nõ cõminabat.

di, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, vidit Io. Iesum venientem ad se, &c. In hoc Euãgelio explicat Ioannes Euangelista, testimoniũ Ioannis baptistæ de Christo, in eius pręsentia Et hoc dupliciter. Primò generaliter coram turbis, &c. Secundò specialiter, s. coram aliquibus discipulis Ioannis. Sed præsens Euãgelium solùm cõtinet primam partem. In qua ponitur primò Ioãnis Baptistæ testificatio. Secundò excluditur testificantis suspitio. Tertiò subiungitur testimonij confirmatio: dicit ergo sic. a [Vidit Ioãnes Iesum.] pręsentialiter, quia testimonium, quod est per visum, est efficacissimum. b [Venientem ad se] hoc non est intelligendum de aduẽtu Christi ad baptismum, sed pòst. Quod patet ex hoc quod sequitur infrà, hoc est, in isto capitulo, quòd Ioãnes antè iam viderat spiritum descendentẽ super eum, quod factum fuit in baptismo. Et ideo patet, quòd Christus post baptismum venit ad Ioannẽ, vt testimonium Ioãnis pluries latum præsentialiter esset efficacius. Subditur autem testimonium Ioãnis de Christo dupliciter. Primò quãtùm ad eius veram humanitatem, in qua pro nobis immolatus est, cũ dicitur. c [Ecce agnus Dei.] i. à Deo missus immolandus, vt hostia acceptissima. Circa quod consyderandum, quòd licet alia animalia immolarentur in lege, vt bos, vitulus, capra, & huiusmodi: tamen Christus magis vocatur agnus, quàm cætera immolatitia, duplici de causa. Prima est, quia inter omnes figuras veteris testamẽti, agnus paschalis figurabat expressius passionẽ Christi: quia ille agnus erat sine macula, & per eius immolationẽ filij Israel liberati sunt à seruitute Ægyptiaca. Sicut per passionem Christi qui peccatum non fecit, sumus liberati à seruitute diaboli. Secunda causa est, quia iuge sacrificium quod figurabat perpetuitatẽ beatitudinis, fiebat de agno, sicut & Christus est nostra beatitudo. Secundò fert testimonium Ioãnes de Christo, quantum ad eius diuinitatem, cùm subditur. d [Qui tollit peccata mundi.] quia tollere peccatum, est proprium ipsius Dei Dicitur autem hic peccatum, ponendo singulare pro plurali secundùm modum idiomatis Hebraici vt patet Gen. xviij. Venit musca grauissima, i. multitudo muscarum. Vel aliter dicitur peccatum singulariter, licet ille agnus tulerit omnia peccata, tamen speciali modo pro peccato originali occisus est. e [Hic est de quo dixi.] Hic consequẽter tollitur suspitio testis. Iesus enim secundùm carnẽ erat cognatus Ioannis ex parte matris: & ideo si hoc testimonium dixisset tantùm postquàm Iesus fuit ei notus possent aliqui habere eius testimonium suspectum. Et ideo testimonium Ioannis de Christo, fuit aliquo modo antequam notitiam determinatam haberet de ipso: quia primò in generali fuit reuelatus aduẽtus Christi propinquus de futuro ipsi Ioãni: & fuit sibi præceptum à Domino, vt baptizaret in nomine venturi & prædicaret eius aduentum, & præpararet populum: & tunc incœpit ferre testimonium de Christo in generali, dicens quòd citò esset venturus: tamẽ nesciebat quis esset determinatẽ: sed tunc datum fuit sibi signum cognoscendi ipsum, s. per apparitionẽ spiritussancti. Et hoc est quod dicitur, Hic est de quo dixi. q. d. Non modò incipio ferre testimonium de ipso, sed antequã ipsum cognoscerem. f [Post me venit, &c.] Ex hoc patet quòd Ioannes non loquitur de aduẽtu Christi in mundum: quia iam erat natus & ferè triginta annorum: sed loquitur de aduentu ad prædicandum mysterium nostræ redemptionis complendum. g [Ante me factus est.] Ex hoc loco arguit Arrius, quod verbum secundùm naturã verbi sit factum: quia non est dubiũ quin Ioannes præcessit Christũ secundùm carnẽ. Et ideo cùm dicit ante me fact⁹ est, de natura verbi est intelligẽdum. h [Et ego nesciebã eum.] quantum ad personã determinatã. i [Sed vt manifestaretur in Israel.] i. ipsi Israel. k [Propterea veni ego in aqua baptizans.] quia totum officiũ Ioannis, baptizãdo & prędicando, erat ordinatum ad manifestationẽ Christi. Sed cõtra illud quod dicitur hic, Et ego nesciebã eum, videtur esse illud quod habetur Mat. iij. quòd Ioannes prohibebat Iesum venientẽ ad baptismum dicẽs, Ego à te debeo baptizari: ergo vt videtur, ante baptismum ipsum cognouit. Dicẽdum ꝙ in baptismo cognouit eum dupliciter. Primò per reuelationẽ diuinã quãdo venit ad baptismũ Ioannis: & tunc dixit ei Ioannes illud Mat. iij. Ego à te debeo baptizari. Secũdò cognouit eum quãdo spiritussanctus descẽdit super eum in signo visibili, à Deo prius sibi dato, vt dictũ est. Et ideo cùm dicitur hic, Et ego nesciebam eum: refertur ad tẽpus præcedens baptismum, quo Ioannes non cognoscebat Iesum quãtum ad personam determinatã. l [Et testimonium] Hic ponitur testimonij Ioannis confirmatio, per signum sibi diuinitus datum de Christo, à principio quod postea vidit in ipso. Et hoc est quod dicitur, & testimonium perhibuit Ioannes, dicens. m [Quia vidi spiritum descendentem quasi columbã, &c.] Hoc fuit quãdo Ioannes baptizauit Iesum, vt habetur Mat. iij. n [Et ego nesciebam eum.] Istud refertur ad tempus præcedens baptismum, vt dictum est. Aug. autem refert Nesciebam ad potestatem excellentiæ in baptismo, quam sibi Christus retinuit, quæ cõsistit in quatuor. Primum est, quòd ipse solus baptismũ instituerit. Secundum est quòd effectum baptismi, sine baptismo cõferre posset. Tertium est, quòd meritum passionis eius, in baptismo efficaciam haberet: Et q ua tum ꝙ ab aliquo tempore baptismus cõferretur in no

De Christo & ꝙ erat cognatus Ioãnis.

De ætate Christi.

Ad quid erat ordinatũ officiũ Ioã. Bapt.

Potestas Christi in quatuor.

mine ipsius, sicut legitur Act. xix. q. d. Ego nesciebam quod hanc excellentiam prædictã in baptismo sibi retineret: vnde subditur postea, Hic est qui baptizat, s. solus quantũ ad excellentiã. Prima tamen expositio magis videtur cõsonare literæ, ita quod illud Nesciebã eum, refertur ad tẽpus præcedens baptismum Christi: quando Ioan. nõ cognoscebat Christũ adhuc in persona determinata, vt prædictũ est: sed in generali. Et cũ hoc fuit sibi datum signum cognoscẽdi eum determinatè in futuro, per apparitionem spiritussancti in signo visibili, ideo subditur. o [Sed qui misit me.] i. Deus per expressam missionẽ & apparitionem. p [Baptizare in aqua.] quia baptismus Ioannis gratiã non cõferebat sed baptismum Christi significabat, & ad ipsum disponebat. q [Ille mihi dixit.] s. Super quem videris spiritum descendentem & manentẽ super eum, in signo visibili.] i. in specie columbæ. r [Hic est qui baptizat in spiritusancto.] quod est proprium ipsius Dei, s. saluare animas per gratiã spiritussancti: quæ datur in baptismo. s [Et ego vidi] spiritumsanctum. s. prædicto modo descendentem super ipsum. t [Et testimonium perhibui: quia hic est filius Dei] scilicet naturalis, & per consequens habens eandem virtutem cum patre.

QVAESTIO XIX.

Quæstio de Ioãne. Quæritur vtrum Ioan. videns Christum, & ei testimonium reddẽs, ipsum, vt dicit Ioã. agnum appellauerit cõuenientius, quã aliud animal solitum immolari: cuiusmodi est bos, vitulus, capra, turtur, colũba? Ad quod respõdetur quòd sic. Primò: Nam vt patet Num. xxviij agnus erat principale sacrificiũ: quia licet alia animalia certis tẽporibus immolarentur: tamen vnum erat quotidianum sacrificiũ, quo immolabatur vnus agnus mane, alius vespere. Sed Christus est principale sacrificium, quia licet sancti passi pro fide ad salutem fidelium conferant: non tamen habent hoc nisi inquantum super oblationem agni, quasi oblatio adiuncta principali significato immolatur. Igitur ille agnus Christũ significabat qui immolabatur mane & vespere, in signũ quod per Christum habebimus in Patria visionẽ matutinam & vespertinam, vel in signum quod ipse sit α & ω. Et confirmatur ratio: quia ille agnus inter eius figuras erat expressior respectu passionis Christi, quia erat sine macula, & per illũ filij Israel sunt liberati ab imperio Pharaonis, sicut per Christum purissimũ liberamur ab imperio diaboli. Est autem notandum quod hoc testimonium Ioan. reddidit Christo, vt videtur quãdo ipsum baptizauit: quia vt patet Ioã. j. c. ipse Ioan. non cognoscebat Christum: sed à Deo acceperat signum, quòd ipse esset, super quem videret descendẽtem columbam, quam vidit descendere in baptismo. Ideo probabile est quòd tunc statim glorificauerit Christum, apud suos discipulos, quibus eum prædixerat venturum. Secundò propter mansuetudinem. Isaiæ xxxv. Quasi agnus &c. Sed contrà, quanto animal est similius Christo tanto conuenientius per nomen eius nominatur. Sed vitulus est similior Christo quàm agnus, quia est perfectior, & quanto aliquid est perfectius, est Deo similius. Solut. Aliquid dicitur simile alteri duobus modis. Vno modo in repræsentando, vt imago: alio modo in essendo, sicut filius est similis patri. Quando ergo aliquid est perfectius, est Deo similius in essendo, quia magis appropinquat diuinæ naturæ: sed non repræsentando: quia interdum viliora habẽt proprietates magis expressiuas proprietatum Dei, sicut magis exprimitur per misericordem gallinam, quæ pullos fouet & protegit: quam per equum frementem, mordẽtem calcitrantem, & bella cupientem. Sed instatur: quia etiã filius est similis patri in repræsentando dico quòd verum est: vnde plus assimilatur quam imago extensiuè, sed tamen imago aliquando plus assimilatur intensiuè quãtum ad repræsentationem, quia interdum filius erit dissimilior patri in accidentibus: puta quantitate, figura, & colore quàm imago. Et sic satis terminata est quæstio.

Dominica ij. post oct. Epiph. secundum Ioan. ij. cap.

IN illo tempore, [a] nuptiæ factæ sunt † in Cana Galilęę, [b] & erat mater Iesu ibi. [c] Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias. [d] Et deficiente vino, [e] dixit mater Iesu ad eũ, Vinum non habent. [f] Et dixit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? [g] Nondũ venit hora mea, [h] dixit mater eius ministris, [i] Quodcunque dixerit vobis facite. [k] Erãt autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Iudæorum, [l] capientęs [m] singulæ metretas [n] binas vel ternas. Dixit eis [o] Iesus, [p] Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summũ. [q] Et dixit eis Iesus, [r] Haurite nunc & ferte Architriclino. [s] Et tulerunt. [t] Vt autem gustauit Architriclinus aquã vinum factum, & non sciebat vnde esset, Ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primò [v] bonum vinum ponit, [x] & cum inebriati fuerint [y] tunc id quod deterius est, [z] tu

Nuptiæ factę sunt. Aliqui videntur asserere quod dominus Iesus saluator primũ miraculũ quod in his nuptiis fecit matrimonium significare creauerit: matrimonium efficax effecerit istud sic in mẽte diuina, quoniam quã Christus dominus pro peccatis nostris mortuus est omne sacramentũ efficaciam habuit, matrimoniũ initiũ habuit quã deus homine creauit & eos marẽ & mulierem cõ-

autē seruasti bonū vinum vsq; adhuc. [a] Hoc fecit initiū signorum Iesus in Cana Galilææ & manifestauit gloriā suā. Et crediderūt in eū discipuli eius.

Sunt autem nuptiæ seu matrimonium, viri & mulieris mutuo cōsensu coniunctio, vitæ indiuiduam consuetudinē obseruans. Inst. de nuptiis. & hoc vult mag. li. iiii. dist. xxvii. parte. Sūt ergo nuptiæ.

POSTILLA.

IN illo tēpore, nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ &c. Ioan. ij. Miraculū istud dominus Iesus fecit ann. eius xxxj. viij. idus Ian. Lu. xv. fer. ij. Indict. iiij. Ante initiū illius euan. scribit S. Io. de vocat. discipulorū Christi cū dixit eis, Amen dico vobis videbitis cælū apertum, & angelos Dei descendentes & ascēdentes super filiū hominis. Tunc sequitur Euan. hodiernum. [Nuptiæ factæ sunt, &c.] In sacro Euangelio tria cōtinētur. Primò matrimonij cōmēdatio ibi, Nuptiæ factæ sunt. Secūdò miraculi operatio, ibi, Deficiente vino. Tertiò discipulorū confirmatio. ibi, Hoc primum signum. a [Nuptiæ factæ sunt &c.] Gor. Cana est nomen villæ in qua factæ sunt nuptiæ in prouincia Galilææ: & ista villa distat à Ierusalē quasi tribus dietis. Et istæ nuptiæ factæ sunt eadē die, qua Christus baptizatus est, reuoluto vno anno. b [Et erat mater Iesu ibi.] non dicitur ꝙ fuerit vocata: quia ratione cōsanguinitatis venerat tāquā officiosa. Sicut etiā abiit in mōtana ad Elizabeth ad seruiendum ei. Luc. j. Ratione huius etiā vocatus fuit Dominus cū discipulis suis. c [Vocatus est autē Iesus &c.] Chry. Vocatus est Iesus ad nuptias, nō vt aliqs magnus, sed vt cōsanguineus, & ipse vt humilis nō respuit, sed vadit. Sed quō vocati sunt Iesus & mater eius & discipuli ad nuptias, cū essent pauperes, quales nō solēt ad cōuiuia vocari? Respōdetur ꝙ spōsus & spōsa pauperes fuerūt: & ideo pauperes inuitauerūt, Christus aūt nuptiis interesse voluit, vt nuptias probaret & errorē eorū excluderet, qui nuptias dānant. Vnde Beda, Si thoro immaculato, & nuptiis debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaq̄ dn̄s Iesus ad has venire voluisset: vnde j. Cor. vij. Non peccat mulier si nubat. Si vxorē accepisti nō peccasti. Si nupserit virgo, nō peccat. d [Et defi. vino.] in ipso conuiuio, qđ est signū paupertatis. e [Dicit mater Iesu ad eū, Vi. nō ha.] s. ministri ad propinandū. f [Et dixit ei Iesus: quid mihi & tibi mulier?] Tho. q. d. Defectus iste nō ptinet ad me, vel ad te: sed ad illos, quorū sunt nuptiæ. g [Nōdum venit hora mea.] Chry. q. d. Quid rogas & petis, vt faciā miraculum antequam sit hora cōueniens ad hoc: licet enim vinū deficeret, nōdum tamen defectus vini erat omnibus manifestus: Christus aūt volebat, vt oēs prius scirēt defectū, vt sic postea miraculū esset omnibus certū & manifestū. h [Dicit mater eius ministris.] i. seruitoribus eorum. i [Quodcūq; dixerit vo. fa.] Tho. credendū est ꝙ beata Virgo nunq̄ aliquid petiit à filio: qđ ipse nō fecerit, & not. licet aliquantulū durē videretur matri respōdere, ipsa tamē firmissimè

Quid sit Cana. Tēpus nuptiarum.

Quare Christus est vocatus ad nuptias.

sciuit, eū facturū quod petiuerat: & iō dixit ministris, Quodcunq; dixerit vobis facite. k [Erāt aūt ibi] scilicet in domo conuiuij, lapideæ hydriæ sex positæ secundū puri. Iudæorum, i. more Iudæorum, vt patet Mar. vij. Pharisæi & oēs Iudæi nisi crebrò lauent manus non manducant panē. l [Capientes]. i. capere valēres. m [Singulæ metretas.] mensuras. n [Binas vel ternas dixit eis]. i. ministris. o [Iesus] Rogatus à matre. p [Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas vsque ad summū] vt nihil vacuitatis remaneret. q [Et dixit eis Iesus] Tho. iam facta transmutatione, cuius oīpotentia iam aquā in vinum conuerterat. ergo pōt similiter panē in corpus, & vinum in sanguinē, transmutare. r [Haurite nūc: & ferte ar.] vnde Chry. architriclinus dicitur quasi ordinator, vel dispēsator in cōuiuio. s [Et tulerūt] secundū imperiū dn̄i. Et not. ꝙ ministri obediētes fuerūt in fundēdo, & hauriēdo, & deferēdo. t [Vt aūt, &c. omnis homo primò] i. in principio cōuiuij. v [Bonū vi. po. in mēsa. x Et eū ineb. fu.] cibo, & potu boni vini. y [Tūc id qđ deterius est] i. minus bonū. z [Tu aūt seruasti bo. vi. vsque adhuc.] imò optimū. & sicut Chry dicit, hoc gn̄ale in omnib⁹ miraculis, ꝙ semꝑ ad nobilius terminatur, q̄ natura possit. Nunquā natura fecit ita bonū vinū: sicut illud fuit. Nūquā aliquis pistor, ita bonū panē fecit, sicut quādo Christus panes multiplicauit: vnde ꝓpter hoc, q comederūt de panib⁹ istis, voluerunt eū facere regē. Io. vj. Itē natura nunquā potuit dare ita clarū & acutū visū, sicut ipse Christus dedit cæco nato. Io. ix. a [Hoc initiū signorum, &c. & manife. glo. suā] glos. i. latētē diuinitatē, ratione ædificationis discipulorum. Vnde subditur. b [Et crediderūt in eū discipuli eius.] i. firmiter crediderūt, quia viso miraculo roborati sunt in fide amplius ex amore eius. Vbi notandum ꝙ S. Tho. in iij. parte Summæ. q. xliiij. dicit ꝙ Dn̄s ante miraculū cōuersiōis aquæ in vinū, nullum aliud fecit in humana natura. & ideo libellus de Infantia Saluatoris, cōtrarium huius di. reprobatus est, tāquā ab hæreticis cōfectus: vt patet in decre. Gelasij. Vnde circa præsens Euāg. vbi dicitur, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, quæritur, quid efficit matrimoniū? Respondet Hugo de prato, quòd cōsensus expressus voluntarius, & non fictus, vel coactus, de verbis de præsenti, efficit matrimoniū. Carnis autem copula ipsum consummat. Alia autem quæ præcedunt, vt promissio de accipiendo, sunt sponsalia, nec efficiunt matrimonium similiter quæ comitātur, vt immissio anuli qui est signum matrimonij & instrumētum, & omnia alia quæ obseruantur in matrimonio, sunt quædam solennitates matrimonij: sed nō efficiunt matrimonium. Consensus autem ille est in cohabitationē perpetuam, & in copulā carnalē. Itē nota, ꝙ inter Christianū, & quācunq; aliā personā non baptizatā nō potest esse cōniugiū cū baptismus sit ianua omniū sacramēto

Cōuersio aquæ in vinū, fuit primū miraculum à Christo factū. Tho. iii. parte. Qualitas vini ex aqua facti.

Inter baptizatum & nō baptizatā non potest esse matrimonium.

Matrimoniū est cōiunctio maris & fœminę, iter

personale legitimas individuam vitæ consuetudinē retinens. xxvii. q. ii.

mentorum: similiter si aliquis infidelis conuertitur ad fidem, & eius vxor nollet conuerti, potest accipere aliam vxorē, & simile est de vxore: quia non est conuentio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial, vt dicit Apostolus ij. ad Cor. vj. Item quando quis timore coactus accipit aliquam: si enim postea quando est in loco tuto non consentit, potest eam dimittere: quia matrimonia debent esse libera, &c. Itē nota q Philos. in Poli. dicit, Mas non debet cōtrahere ante xxvij. an. & puella ante xviii. an. alias fœtus imperficitur: quia mas & fœmina tunc nō crescunt, oportet tamē & præueniri possunt præfata tēpora aliquādo propter incōtinentiā.

QVAESTIO XX.

Quæritur vtrum iste sponsus fuerit Ioan. Euangelista vel non? Ad hoc autem dico probabiliter, & sine præiudicio quòd sic, quod probo authoritate August. super Ioan. in ptolo. & in gloss. & etiam hic, vt patebit, & Alberti magni super Ioan. dicentis, quòd absque dubio, celebrior opinio est quòd ipse sponsus fuerit Ioan. & quòd sponsa fuerit vna de virginibus Deo consecratis, quæ postea cum matre Iesu permanserit. Hoc autem est valdè conueniens, vt Christus statim tantum faueret virginitati: vt ipso facto ostenderet, matrimonium non consummatum, gratia eius posse dissolui. Suadetur etiam alia ratione: quia non est verisimile quòd ibi fuisset mater Domini, vt posui in expositione textus. Oppositum tamē tenuit Chrys. & Orig. & Victo. Et arguo pro eis primò: Nam si sic est, idem spōsus fuisset vocatus ad proprias nuptias, quia vocatus est Iesus & discipuli eius inter quos discipulos erat Ioannes vt videtur: quia ipse cum fratre sicut & Petrus cum Andræa videntur vocati fuisse, antequam signum aliquod viderent, & consequenter ante has nuptias, in quibus fuit primum signum. Et quia inter baptismum postquam statim ferè cœpit congregare discipulos, & has nuptias ad minus fluxit annus secundùm Tho. in quo vt idem dicit, discipuli cōuersi sunt. Solutio: Posset dici quòd discipuli fuerunt vocati: quia fuit vocatum eorum collegium, licet aliquis de collegio non fuerit vocatus. j. Ioā. ij. Quia nō est verisimile quòd discipulus vocatus ad statum virginitatis à Christo, voluerit aspicere retrò & nubere præcipuè tā dilectus. Solut. Potest dici, quòd nō erat adhuc vocatus ad perfectum discipulatum: sed ad quandam notitiam & familiaritatem. Et quòd dicuntur vocati discipuli ad nuptias, intelligitur quòd vocati sunt qui discipuli futuri erant quando ista scribebantur licet non tunc quādo fuerunt vocati ad nuptias. Sed contra, si fuerunt vocati discipuli futuri oportet quòd haberent colligantiā omnes cum sponso vel cum aliquo, gratia cuius vocarentur. Non primum quia erant de diuersis ciuitatibus: vnde nō est verisimile, spōsum tam pauperem, vt ei deficeret vinum,

Virginitas p carnis integritate nō est virt⁹, Ric. iiii. Sē. dis. xxxiii. Sed prout virginitas est in carne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio, est virtus, sec. d. m.

sic à remotis inuitasse. Ergo, &c. Ergo erāt iam discipuli. Sol. Erant aliqui vel omnes de collegio Apostolorum, tunc iam discipuli imperfecti & futuri discipuli perfecti. Tertio arguitur argumento Victorini: Nam virginitas, inquit, est in carne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio. Ergo non est credendum quòd Io. cui de virginitate testimonium perhibetur, vnquam in nuptiis consenserit. Solut. Ad hoc respondet Albertus magnus, dicens, Est incorruptio secundùm mētem, & secundùm corpus, & secundùm vtrumque. Virginitas autem quę secundùm Amb. habet radicem in mente, & ramos in corpore, primò & principaliter meditationem habet in mente, sed meditatio incorruptionis corporis diuersa est pro temporum diuersitate. Nam tempore non reuelatæ gratiæ, quamuis incorruptio corporis desyderetur, tamen diuinæ dispensationi committitur, sicut etiā beata Virgo fecit eò quòd tunc matrimonium fructificabat gratiæ: quia cum propagatione seminis, fiebat etiā propagatio religionis: tempore autē gratiæ reuelatæ incorruptio corporis tenetur in integritate & sanctitate, quia verbo castitatis fiebat etiā ad gentes propagatio religionis. Et quia matrimonium ante legem, & castitas tempore gratiæ Deo fructificabant, matrimonio Abrahæ, nō præfertur cælibatus Io. quia castitatem quam Io. exhibebat in corpore, Abrahā habuit in habitu & in mente. Et talis incorruptionis meditatio est virginitas, vbi incorruptio tenetur in mēte & incorruptio corporis in habitu mentis, quamuis nō sit in corpore. Et quòd dicit Victorinus, quòd non consensit Ioannes in corruptione quæ violat habitum continentiæ in mente: hæc ille. Cuius verba aliqualiter alteraui, quia exemplum videbatur mihi incorrectum. Intendit autē dicere quòd quando populus Dei crescebat per matrimoniū sicut in lege non repugnabat perfectæ virginitati habere in mente desyderium continentiæ, si Deo placeret: & deinde committere se Deo, consentiendo in copulam coniugalem quia sic fuit in beata Virgine secundùm sanctum Thomam, & vt videtur secundùm Albertum. Modo autem populus Dei crescit per baptismum. Ideo non est simile. Ex quibus suprà deductis nota quæstio patet.

Dominica ij. post octa. Epiph. Euang. secundùm Matth viij. cap.

In illo tempore, [a] cùm descendisset Iesus de monte, [b] secutæ sunt eum turbæ multæ. [c] Et ecce leprosus †veniens, [d] adorabat eū, dicens, [e] Domine si vis, potes me mūdare: [f] & extendens Iesus manum tetigit eum, dicens, Volo, mundare. [g] Et confestim

Leprosus. Lepra est morbus humani corporis sanguinē in-

ficiens & totũ corpus ægrotũ faciens. Allegoricè iste leprosus dici põt genus humanũ, quod à cõstitutione mundi vsque ad tẽpus summi medici leprosum fuit lepra, infirmitas fuit hõis præuaricãs volũtas, quam primus parens prçuaricãs iussũ Dei violauit, vñ morbo peccati totam animã corrũpens h prosus ipse & sui effecti est, i. abominabilis peccator, quapp Deus omnipotẽs illum de paradiso eiecit. de pœn. dist. ij. c. Adam post culpã.

mundata est lepra eius. h Et ait illi Iesus, Vide, nemini dixeris, i sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses in k testimonium illis. l Cum autẽ introisset Capernaũ m accessit ad eum Centurio rogãs eum, & dicens, Domine, puer meus n iacet in domo o paralyticus & malè torquetur, p Et ait illi Iesus, Ego veniã & curabo eum. q Et respõdens Centurio, ait, Domine nõ sum dignus r vt intres sub tectũ meũ, sed tantũ dic verbo & sanabitur puer meus. s Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit. Et alij, t Veni, & venit: v & seruo meo, Fac hoc, & facit. x Audiens aũt Iesus, y miratus est, z & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. a Dico autem vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. b filij autem regni c eiicientur in tenebras exteriores, d ibi erit fletus & stridor dentium. e Et dixit Iesus Centurioni, Vade, f & sicut credidisti g fiat tibi: h & sanatus est puer ex illa hora.

POSTILLA.

IN illo tempore, cum descẽdisset Iesus de monte, &c. Matt. viij. Marc. j. Luc vj. Historia huius Euang. facta est anno Christi xxxj. ij. idus Iulij. feria v. Lu. xvj. Indict. iiij. gloss. Postquã Dominus docuerat discipulos in monte, descendit in vallem, vt turbas doceret, & sanaret turbarum infirmos, qui sequebãtur eum. Discipulis enim tanquã perfectioribus sermonem fecit in monte: turbis autem tanquam imperfectis in valle prædicauit & secundùm Haym. exemplo Christi debent facere prædicatores, vt in prædicatione sua habeãt sermonẽ temperatum, & sicut sciunt vnumquẽque capere posse, ita & verbũ Dei annuncient. Vnde & Greg. secundũ capacitatẽ auditorum, formãdus est sermo doctoris. b [Secutæ sunt eũ turbæ.] Gor. propter quarum sequelã, & ædificationẽ mouebatur ad faciendum miracula. c [Et ecce lepro. ve.] s. cum fide cordis. d [Adorabat eũ.] cum humilitate corporis: vnde Mar. j. dicitur, Genu flexit. Luc. v. procidit in faciẽ, quæ omnia humilitatẽ indicant. Orig habuit enim tria ille leprosus in se, quæ quicunq; habuerit in se, nihil à Deo sibi negatur. Primum est fides, quod tangitur cùm dicitur, Adorabat eum: vnde Iac. j. Postulet autẽ in fide, nihil hæsitans: & dabitur ei. Secundũ autẽ est humilitas, quod notatur ibi, Procidit in faciẽ. vnde Eccles. xxxv. Oratio humiliãtis se, nubes penetrat. Tertium est deuota oratio, quod notatur, cũ dicitur, e [Domine si vis potes me mundare.] Hic est consyderãdum, quòd sapienter se habuit ille leprosus, qui tunc primò ad fidẽ cõuersus fuit. Non enim desyderauit sanitatẽ corporis, nisi inquantũ illa esset animæ salus: & ideo non orauit vt Dominus eũ sanaret, sed illius voluntati cõmisit, an eum sanare vellet: qui solus nouit quid congrueret saluti. A quo leproso adhuc in fide neophyto, nos à pueritia in fide Christi nutriti, exemplum recipere debemus, vt bona fortunę, bona naturę, & quęcunque terrena, quibus cõtingit benè & malè vti, non petamus à Deo, nec ea quæramus, nisi inquantũ necessaria sunt sustentationi nostræ, & expedientia nostræ saluti. Nihil enim nobis bonũ est, nisi nostra fœlicitas æterna: & ea quæ nobis ad istam consequendam proficiunt, siue prospera siue aduersa. f [Et extẽdens Iesus manum tetigit eum, dicens, Volo, mundare] vnde Dam. humanitas Christi erat organũ & instrumentum diuinitatis. Et ideo sicut artifex mediante instrumẽto operatur sic virtus diuina in Christo per applicationem humanitatis, à qua miracula fiebãt quãdoq;, sicut hunc leprosum tangendo sanauit. g [Et cõfestim mundata est lepra eius] s. totaliter nõ tãtùm diminutẽ: vnde in Psal. cxviij. Ipse dixit & facta sunt. Vnde Au. dicit q̃ nõ statim post descẽsum de mõte fecit hoc miraculũ, sed postquã sermonẽ in loco campestri fecit turbis: sicut dicitur Luc. v. Post sermonẽ immediatè ꝓcedit ad miracula, vt verbis præcedẽtibus autoritatẽ pręstaret, vt mirabilis in verbis, mirabilior appareret in opere. h [Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris.] s. miraculũ quod factũ est. Chrys. in his verbis docet nos nõ esse vanè gloriosos, & si aliquod donũ circa nos est, nõ nobis, sed domino tribuere debemus: vnde Psal. cxiij. Nõ nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. i [Sed vade, ostẽde te sacerdoti: & offer munus quod ꝓcepit Moyses.] Leuit. xiiij. s. duos passeres offerebat pro emundatione sua: vnus eorũ occidebatur, & alter in sanguinem illius intingebatur, & sic dimissus euolauit. k [In testimo. illis.] i. vt illorũ testimonio sanus habearis. Quare Christus leprosum sanatũ misit ad sacerdotes? Respõsio secũdùm Gor. Primò ꝓpter legis approbationẽ. Secũdò propter miraculi cõfirmationẽ, s. vt testes essent miraculi. Tertiò propter eorũ vtilitatẽ, vt vidẽtes crederẽt & saluarentur. Quartò propter eruditionẽ nostrã, vt nos etiã sacerdotes honoremus. Quintò in exẽplũ peccatoribus, qui sunt lepra peccati infecti. Quibus dicit, Ite, i. non state, ostẽdite, non occultate, vos,

Sapientia leprosi.

Leprosi mundatio

Quæ no quare Xps misit le ꝓsum ad sacerdotẽ.

non aliós sacerdotibus: qui habent potestatẽ remittẽdi peccata, vt patet Io.xx. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis. l [Cùm autem introisset in Capernaum, accessit ad eum Centurio.] i. quidam gentilis, qui habebat homines in armis sub se, ad custodiã ipsius Galilææ. Tunc enim terra Iudæorũ subiecta erat Romanis à quibus illic erat positus Cẽturio ille. Iste autẽ Cẽturio auditis Christi miraculis, firmiter credidit ꝙ posset sanare seruũ eius, qui erat ei valdè charus, vt dicitur Luc.v. & ideo de eius sanatione fuit sollicitus. m [Accessit &c. rogãs eũ, & dic Dñe, puer meus.] seruũ nominãs puerũ suũ, hoc est cõtra superbos, qui famulos dedignãtur. n [Iacet in domo.] s. nõ potens venire ad te. Hoc est cõtra inhumanos dños qui expellunt infirmos famulos de domo sua, & mittunt ad hospitale. o [Paralytic. & malè torquetur.] i. valdè. Chryso. Infirmitatẽ tantúmodo exposuit, sed sanitatis remediũ in potestate misericordiæ eius dimisit. p [Et ait illi Iesus, Ego veniã & curabo eũ.] vnde Beda, qui ad sanandũ filiũ reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur, ad seruũ vadit, ne seruilẽ cõditionẽ spreuisse putaretur. q [Et respõdẽs Cẽturio: ait, dñe nõ sum dign⁹] s. quia gentilis sum: vnde Hie. quia gẽtilis fuit, & forte idola stabant in domo sua, ideo noluit vt Christus intraret, ne in hoc offenderetur. r [Vt intres sub tectũ meũ.] Gor. Nõ dicit palatium, licet princeps esset, sed tectũ præ humilitate sui, & consyderatione magnitudinis Christi: vnde Aug. dicẽdo se indignũ, præstitit se dignũ, nõ in cuius parietes, sed in cuius corpus Christus intraret. vnde Orig. Qñ corpus & sanguinẽ Christi sumpturus es, tunc dñs tectũ tuũ vult intrare. Et tu ergo humiliãs teipsum, die, Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. vnde Beda, Magna est fides, quę dicere credidit esse facere. s [Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit.] s. quantũ ad negotiũ implendũ in absentia [& alio.] Antiqua est Grammatica. t [Veni, & venit.] quantũ ad officium implendum in præsentia. v. [Et seruo meo, [Fac hoc, & facit.] Ex his concludit, quòd si dicto eius vnus vadit, & alius venit, multò plus si Christus Deus & dominus dicat infirmitati, Vade, & vadet: & sanitati, Veni & veniet. x [Audiens aũt Iesus], scilicet ꝙ sub velamento carnis, Centurio agnouisset excellentiam maiestatis. y [Miratus est]. id est ad modum mirantis se habuit. z [Et sequentibus se dixit; Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel], id est in populo Iudaico: quod intelligendum est quãtum ad facilitatem in credendo: quia alij pluribus signis visis, sed ille solo auditu credidit. a [Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidẽte venient & recũ. &c.] quia multitudo gentium de diuersis orbis

Vtilitas predicationis Apostolorum.

partibus existentium, per prædicationem Apostolorum cõuersa est ad fidem, & sic perceperunt gratiã in præsenti, & gloriam in futuro. b [Filij autem regni]. i. Iudæi, ex quibus erat natus & q̃bus erat principaliter missus ad prædicandum eis. c [Eiicientur in tenebras exteriores] quia repulerunt Christum, & sic remanẽt in peccatis suis obstinati. & sic eiiciẽtur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores: vnde Greg. Interiores tenebræ sunt cęcitas mẽtis, exteriores æterna nox dãnationis. d [Ibi erit fletus & stridor dẽtiũ] vnde Raba. Fletus de ardore, stridor dentiũ de frigore solet oriri: vnde Iob xxiiij. Transibunt de aquis niuiũ, ad calorem nimium. e [Et dixit Iesus Cẽturioni, Vade]. i. securè reuertere. f [Et sicut credidisti.] perfectè. g [Fiat tibi.] in sanatione serui tui. h [Et sanatus est puer:] nõ filius sed seruus. [Ex illa hora]. s. qua Dominus Iesus dixit sibi, fiat tibi. Raba. fidei merito, ostẽdit imperrasse salutẽ seruo. Vltimò notandũ, quod legitur in Euãgeliis, Xp̃m tres paralyticos curasse. Vnũ, q iacebat in porticu, xxxviij. annos habẽtẽ in infirmitate, vt patet Ioã.v. Alium, qui portabatur à quatuor viris in grabato, vt patet Mat.ix. Tertiũ qui fuit seruus Cẽturionis, sicut habetur in Euãg. hodier. Circa p̃sens Euãgeliũ vbi dicitur Extẽdẽs Iesus manũ, tetigit eũ, dicẽs, Volo, mũdare. dicit Hugo de prato, ꝙ in scripturis inuenimus tribus modis leprã fuisse mundatã: qui significãt tres modos remissionis peccatorum. Primus modus fuit in ablutione aquę: vt lepra Naamã, vt patet iiij. Reg.v. & significat baptismũ, in quo omnia peccata mundantur, sic fuit mũdatus Cõstãtinus corporaliter, & spiritualiter, i. in corpore & anima simul. Secũdus modus fuit in ostẽsione & missione ad sacerdotẽ: & significat confessionẽ, in qua & per quã peccata mundãtur. vnde Iaco.v. Cõfitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicẽ vt saluemini. Tertius mod⁹ fuit in tactu man⁹ Christi, sicut hic dicitur, Extendens manum, &c. Et significat bonã operationem. Nam si homo in peccato mortali existẽs, non desperat sed facit bona opera, orando, ieiunando, eleemosynam dando, verbũm Dei audiẽdo: tunc dominus Iesus Christus eò citius illuminat eũm: & nõ patitur eum perire; sed reducit ad pœnitentiã vt patet in Cornelio Centurione, de quo legitur Act.x. Eleemosynæ tuæ & orationes ascẽderũt in conspectu Dei. & ad eum missus est Petrus Apostolus, vt baptizaret eum, sed si in peccato mortali existens, negligit bona opera vt multi stulti faciunt, dicentes, Ad quid prodest mihi bona operari? tunc Deus derelinquit quãdoq; tales, vt tandem sic in peccatis suis moriantur, & dãnabũtur. Vnde de hoc dicitur in decretis, In peccatis existẽtes debẽt bona opera facere, vt Deus cor illustret. de pœ dis. vi. falsæ. Sequitur, Vade ostẽde te sacerdoti. Hic reprehẽditur error pauperũ de Lugduno dicẽtiũ, nõ esse ne-

Xp̃s curauit tres paralyticos.

Hu. de Prato de modis mundandi lepram.

Pœnitentia est peccata plangere, & plãgenda iterum nõ cõmittere

cessariũ sacerdoti confiteri; quia quilibet bonus Christianus est sacerdos.

QVAESTIO XXI.

Quaest. de virtute leprosum sanante.

Quaeritur vtrum Christus leprosum sanauerit virtute diuina immediatè: vel mediante aliqua virtute creata. Ad hoc autem dico q Deus triplici virtute aliquid operatur. Nam aliqua facit immediatè sua virtute, quae est sua essentia, sicut creauit cælũ & alias primas creaturas non mediãte alia creatura, alio qui in creaturis iret in infinitũ. Aliqua verò, mediãte virtute sua,& virtute quæ alicui creaturæ est naturalis: sicut calefacit sua virtute,& mediãte calore: cùm Deus sit causa omniũ effectuum & omnium operationum. Aliqua verò mediante sua virtute & mediante virtute creata, nulli creaturæ naturali: sed existẽte intẽtionaliter in creatura, etiã corporali eo modo quo motus est in serra à secãte: sicut iustificat animã per talẽ virtutem existentẽ in sacramẽtis: per ea quæ dicit, c.iiij.d.j.q.j. Igitur virtus diuina sumitur duobus modis. Primò pro essentia diuina:& secũdò pro virtute creata influxa à Deo creaturæ supernaturaliter, i. sic q nulli creaturæ est naturalis. Tũc respõdeo per multas conclusiones. Prima, Quæcunque fiũt naturaliter vel miraculosè, fiũt diuina virtute. primo modo, i. per diuinam essentiã: quia ipsa est causa omniũ causarum & etiã causa omniũ effectuũ. Secunda, Nõ tamen omnia quæ fiũt sola diuina virtute primo modo: sed cũ ea concurrit aliquãdo virtus naturalis: & aliquando virtus diuina secũdo modo, i. creata. Na actiones rerũ naturaliũ non sunt immediatè à Deo solo, sed ab ipsis virtutibus naturalibus, vt calefactio à calore, vt probat S. Tho. iij. cõtra Gẽt. lxix. & lxx. Actiones etiã sacramẽtorũ nouę legis, puta iustificatio animæ per gratiam & cõuersio panis & vini in carnẽ & sanguinẽ, similiter fiũt virtute creata immediatè, licet nõ naturali, sed diuina: secũdo mõ, vt probat idẽ iiij. dist. ar. iiij. q. j. Actiones etiã miraculorũ factorũ per sanctos, aliquando fiunt immediatè per aliquã talẽ virtutẽ: quãdo, s. ex potestate, & nõ orãdo miracula faciũt, sicut B. Benedictus dissoluit rusticum loris alligatum aspectu suo tãtummodò, vt etiã idem dicit Bo. q. vj. artic. iii. Deus tñ nõ vtitur talibus virtutibus, quasi sine eis oĩa effectiuè facere nõ possit quæcũq; per alias efficit: sed vt creaturas sibi magis assimilet,& magis eisdẽ suã cõicet bonitatẽ: quia melius est assimilari Deo in duobus, s. in esse,& in esse causę alicuius, q̃ in vno tantũ, s. in esse. Tertia, Aliqua tamen fiunt sola diuina virtute primo mõ. i. sola diuina essentia, nulla instrumẽtali virtute concurrente. Hoc enim patet de primis creatis:& sicut dicit S. Tho. de ipsa resurrectiõe nostra futura, ad q̃ nihil Angeli cooperabuntur: licet aliqua pręcedentia sint facturi: puta cinerum collectionem vt idem dixit. Quarta, Christus oĩa sua miracula fecit diuina virtute

Qua virtute fiunt actiones sacramentorum.

te vt pbat S. Tho. iij. q. xliij. arti. ij. quia, vt inquit, solus Deus mutare põt ordinem naturæ, quod pertinet ad mirabilem rationem. Vnde dicit Leo ad Flauianum, Cùm in Christo sint duæ naturæ: vna earum est scilicet diuina, quæ fulget miraculis: altera scilicet humana, quæ succumbit iniuriis. Quinta, Quædã tãtum miracula fecit Christus, vt videtur quibusdã sola diuina virtute primo modo, sicut Lazari suscitationem, quædam verò etiam diuina virtute secundo mõ, sicut leprosi huius mundationem sic quòd à diuinitate deriuabatur ad illam beatam humanitatem virtus effectiua miraculorũ, quæ ei non erat naturalis. Ista enim conclusio est de mente S. Tho iij. q. xiij. ar. ij. vbi dicit, animã Christi habuisse virtutem ad faciẽda quędã miracula circa corpus suum, & in iij. q. lxv. ar. iij. ad secũdum, vbi sic dicit, Christus venerat saluare mundum non solum virtute diuina sed per mysterium incarnatiõis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum, non sola diuina potestate vtebatur, curãdo per modum imperij, sed etiam aliquid ad humanitatẽ eius pertinens apponendo: vnde super illud Lu. iiij. singulis manus imponẽs curabat omnes, dicit Cyrillus, Quamuis vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tangit tamen eos, ostendens propriam carnem efficacem ad præstãda remedia, hęc S. Tho. posset tamẽ quis sine peccato tenere, quòd in omnibus miraculis Christus vtraque diuina virtute vtebatur: ita quòd ab eius deitate non solum ad humanitatẽ, sed etiã ad vestes & alia corpora ei coniuncta deriuabatur supernaturalis virtus vsque ad rem in qua fiebat miraculum: putã vsque ad infernũ in suscitatione Lazari:& hoc repẽtè & subitò: sicut à Sole in instanti diffunditur possibiliter vel de facto lumen à cælo vsque ad terrã & ab Oriente vsque ad Occidentẽ. Sed contra prędicta primò: Nam si Christus fecit miracula virtute diuina, in faciendo fuisset omnipotens, sicut & illa virtus omnipotens est. Sed hoc est falsum: quia dicitur Mat. vj quòd non poterat ibi, scilicet in Patria sua vllam virtutẽ facere. Solut. Illud non intelligitur de potentia eius absoluta, sed quia non erat congruum operari miracula inter incredulos: vt dicit S. Tho. iij. q. xliij. ar. j. ad primum. Vnde subditur ibi, Et mirabantur propter incredulitatem eorum:& secundùm hunc modum dicitur Gen. viij. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? & Gen. xix. Non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Secundò, Nam si fecisset miracula diuina virtute aut potestate, nõ orasset: quia etiam nec sancti orãt quãdo miracula ex potestate faciunt secundùm Grego. Sed est falsum: quia orauit in suscitatione Lazari. Io. xj.& panum multiplicatione. Mat. xiiij. Solutio, Ad hoc dicit S. Thom. vbi suprà ad secundum post Chryso. quòd quia de Christo oportebat credi q à patre sit, & q ei æqualis, Christus vtrũque ostende

De miraculis Christi.

De potestate Dei

ostendendum orando, & nunc ex potestate miracula faciendo. In minoribus quidem, vt in panum augmento, respiciẽdo cælum: & in maioribus: puta relaxatione peccatorum, & mortuorum suscitatione, cum potestate operãdo. Quod autem dicitur Io. xj. quia Lazarum suscitaturus oculos in cælum leuasset, non propter suffragij necessitatem, sed propter exemplum hoc fecit: vnde ibi dicit propter populũ qui circunstat, Dixi vt credant: quia tu me misisti. Tertiò si leprosum mundauit diuina virtute creata tantum, sequitur quòd virtus spiritualis esset in corpore. Nam illa virtus agebat in spiritũ, putà in animas, eas iustificãdo: quia cũ Christus venisset propter animã principaliter secundũ S. Thomã, nõ prius curabat corpora quàm animas, & consequẽter erat spiritualis, quia vt in li. vj. Principiorum, impossibile est non corpus: putà spiritum corpore, i. corporali virtute moueri. So. Non conuenit spiritualẽ virtutẽ esse in corpore per modũ intẽtionis vel transeuntis, sicut conceptus scriptoris, in calamo aliquo modo. Vide de hoc cap. dist. j. q. j. conclusione iiij. & in solutione argumentorum contra ipsa: quibus omnibus diligenter consyderatis, quæstio clarè patet.

Dominica iij. post octa. Epiphaniæ.
Euang. secund. Matt. viij. c.

Perimus. Dominus Iesus saluator in naui hũanitate dormiebat, sed & spiritu vigilabat: sed discipuli increduli hæsitãtes perribãt impetu vẽtorum, & aquæ naufragio, in vitus & mũdi volupta te: hoc fecit vt eos probaret quos spiritus in futurũ crebraret. Monuitque eos vigilare. Matth xxiiij. Vigilate, q̃a nescitis diẽ neque horã, qua dominus vester vẽturus sit.

IN illo tẽpore, [a] ascendẽte Iesu in nauiculã, [b] secuti sunt eum discipuli eius. [c] Et ecce motus [d] magnus [e] factus est in mari, [f] ita vt nauicula operiretur fluctibus, [g] ipse verò dormiebat. [h] Et accesserũt discipuli eius, & suscitauerunt eũ dicentes, [i] Domine [k] salua nos, † perimus. [l] Et dixit eis, Quid timidi estis [m] modicæ fidei? [n] Tũc [o] surgens [p] imperauit ventis & mari, [q] & facta est trãquillitas magna: [r] porrò homines mirati sunt, [s] dicentes, Qualis est hic? [t] Quia venti & mare obediunt ei.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, ascendente Iesu in nauiculam &c.] Matth. viij. Marc. iiij. Lu. vij. Historia huius Euan. facta est anno Christi. xxxj. kalẽ. Aug. feria. v. Luna. iij. Indict. iij. Ante initium illius Euang. scribit S. Matthæus in eod. c. q̃ vnus de scribis accessit ad Iesum, & ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris. Dicit ei, Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos: filius autẽ hominis, non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et statim sequitur Euangelium hodiernum, in quo quatuor notantur. Primò Christi nauigatio, ibi, Ascendente Iesu. Secundò maris commotio, ibi, Et ecce motus magnus. Tertiò discipulorum oratio, ibi, Et accesserunt discipuli. Quartò venti sedatio, ibi, Surgens Iesus. a [Ascendente Iesu in nauiculam.] Vnde Chry. Cùm multa & miranda dominus ostendisset in terra, transit ad mare, vt ibi excellentiora opera demonstraret, quatenus terræ marisque dominum se ostenderet. b [Secuti sunt eum discipuli eius.] scilicet transfretãtes cum eo. c [Et ecce motus.] id est, maris turbatio. Vnde Psal. lxiij. Qui conturbas profundũ maris. Et ista turbatio maris non fuit naturalis: sed imperio Christi hæc facta est diuina virtute, vt manifestaretur virtus Christi discipulis eius. d [Magnus] scilicet vt maius appareret miraculum. e [Factus est in mari.] id est, in stagno Genezareth. f [Ita vt nauicula operiretur fluctibus] supple ferè: & dicit, Operiretur, & non submergeretur: quia nauis Christi concuti potest, sed submergi non potest. Cuius figura ostensa est in arca Noë: vt patet Genes. vij. g [Ipse verò dormiebat] Lyra. Et hoc duplici de causa. Prima vt veritas humanæ naturæ in eo ostenderetur: dormiebat enim corpore, sed vigilabat in deitate. Secunda vt discipuli in periculo positi ad Christum recurrerent, & auxilium suum peterent, ideo sequitur. h [Et accesserunt & suscitauerunt eum discipuli eius, dicentes.] deuotis precibus. i [Domine perimus.] id est perire timemus. k [Salua nos.] Rab. O veraces & benedicti discipuli Christi, saluatorem vobiscum habetis, & periculum timetis: vita vobiscum est, & de morte sollicitiestis. l [Et dixit eis, Quid timidi estis.] Ly. quasi dicat, Non deberetis timere, cum sim præsens vobiscum quẽ vidistis tot miracula facere in terra. m [Modicæ fidei.] Chrysosto. propter hoc vocat eos modicæ fidei: quia licet crederent Christum posse eos liberare à periculo cùm esset excitatus, non tamen credebãt quòd hoc posset dormiens facere: quia si perfectam fidem haberent, cognoscerent eum tantam virtutem habere dormiendo, quantam vigilãdo: & tantam in mari, quantam in terra. n [Tunc] scilicet post preces discipulorum. o [Surgens] scilicet à somno. p [Imperauit ventis & mari] contra inundationem fluctuum. q [Et facta est tranquillitas magna in mari.] Lyra, ex quo patet eius diuinitas: quia miraculum hoc fecit imperando, sicut dominus omnium creaturarum: Vnde sequitur. r [Porrò homines mirati sunt.] Vnde Hieronym. Non discipuli: sed nautæ, & cæteri, qui erant in naui. s [Dicentes, Qualis est hic.] Lyra. quia sicut homo dormit, & sicut Deus miracula facit. Gorra. In miraculis Christi, semper aliquid ponitur ad ostẽden-

dum veritatem humanam, & ostendendum veritatem deitatis. vnde Chryso. Somnus hominem, trāquillitas Deum ostendebat. Tria ergo admirabantur, & hominem dormientē, & Deū imperantem, & creaturam obedientē. Vnde addunt. t [Quia venti & mare obediunt ei] sicut creaturæ creatori.

QVAESTIO XXII.

Quæritur vtrum vniuersalis Ecclesia, designata per nauiculam secundùm glo. quandocunque sit sic procellis conquassanda, seu agitanda, vt patiatur naufragium. Ad quod dico quòd non. Hoc autē patet. Primò per dictum Augustini in lib. de Catholica Fide, dicentis, Nauicula. i. Ecclesia Christi in medio mari videlicet, mundo diu iactata est fluctibus sed vexata, nō dissoluta aut submersa: quia ille imperauit vento, & mari qui eidem Ecclesiæ promisit se vsque ad finem adfuturū. Secundò per dictum Ambro. in quodam sermone, dicentis, Nauim Ecclesiam debemus accipere, in salo huius mundi cōstitutam, quæ etsi vndarum fluctibus aut procellis sæpe vexetur: tamē nūquam potest sustinere naufragium. Patet tertiò per illud Matth. xvj. scilicet, Portæ inferni non præualebunt aduersus eam. Hoc enim nō esset verum, si aliquādo vexationibus cōquassata, naufragij dispendia pateretur. Patet quartò ex ratione S. Tho. ij. ij. q. cvj. art. xl. Dicit enim ꝙ cùm status mundi possit variari dupliciter, scilicet secundùm ꝙ stante vna & eadem lege homines se habent diuersimodè ad illam obseruandam, & secundùm diuersam legem. primo modo sicut status legis veteris diuersimodè fuit mutatus: ita etiam status nouæ mutabitur, secundùm diuersitatem locorum ac temporum. Non tamen expectandus est status in quo perfectius habeatur gratia spiritussancti, quam habita sit hactenus, maximè ab Apostolis, qui primitias spiritus acceperūt, & tempore prius, & cæteris abundantiùs, secundùm glo. Ro. viij. Sed secūdo modo dicit, ꝙ huic statui nō succedet alius. Nam statui, inquit, veteris legis, successit status nouæ, sicut perfectior, imperfectiori. Sed nullus status præsentis vitę esse perfectior potest, quàm status nouæ legis: quia nihil potest esse vltimo fini propinquius, quā quod ad illū immediatè introducit, quod facit noua lex. Tātò est autē vnumquodq; perfectius, quantò vltimo fini propinquius. Hæc ille. Patet etiā vltimò, testimonio prophetico. Nam Danielis ij. c. Daniel declarauit Nabuchodonosor exponendo significatum statuæ, quam viderat rex: & dixit futura esse quatuor regna, seu quatuor monarchias, scilicet regnū Chaldęorum, regnum Medorum & Persarum, regnum Græcorum, & regnum Romanorum. Et deinde subiungit, dicens, In diebus regnorum illorum, suscitabit Deus regnū cæli, id est Christianitatem vel Ecclesiam, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius, id est Christi (quem iam nominauerat in suo signo, id est lapide pretioso sine manibus) populo alteri non tradetur. Cōminuet autem & consumet vniuersa regna hęc, & ipsum stabit in ęternū: secundùm quòd vidisti quòd de mōte abscissus est lapis sine manibus, id est Christus missus de cęlo sine virili semine: & comminuit testam, & ferrum, ęs, & argentum, & aurum. Similiter etiam. c. vij. iterū describit dictas quatuor monarchias, sub figura quatuor bestiarū. deinde dicit filium hominis, id est Christū accipere à Deo regnum, id est potestatem super Christianitatē: & de illo regno subiungit, Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, scilicet durāte ista vita, sed in fine eius ex duabus prouinciis, scilicet Ecclesia militante, & triūphante, fiet vna, id est triumphās quò ad bonos. Intelligo autem Ecclesiam semper durantē: quia semper in aliqua parte orbis dominabuntur Christiani, & in aliqua erit sedes beati Petri sicut ecōuersò dicitur Iudęorum regnum & synagoga defecisse: quia non habēt dominiū, sed vbiq; addicti sunt seruituti. Sed cōtra pręmissa primò: Nā cùm defecerit fides, hostia, & sacrificium, deficiet Ecclesia: quia secundùm Aug. vbi fides, ibi Ecclesia. sed prędicta deficiēt: quia dicitur Dan. ix. Deficiet hostia, & sacrificiū, & erit in tēplo abominatio desolationis, & vsq; ad consummationem & finem, &c. Solutio. Dictum Dan. nō videtur intelligi de consummatione mundi, sed Ierusalem. Dato autem quòd loquatur de fine mundi, & abominatio sit Antichristus: tamen non deficiet fides totaliter, & si deficiet sacrificiū altaris in aliquibus terris, quas inuadet, quia Christus Lu. xxij pollicitus est pastori Ecclesiæ suæ, Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: & Christus exauditus est pro sua reuerentia. Heb. v. c. & hoc in omni oratione: quia semper pater eū audiuit, vt dicitur Ioan. xj. Quia verò Daniel dicit regnū Christi perpetuū: & quia destructa sede regali & regnum videtur destructum, sicut capta Ierusalem destructum est regnum Iudæorum: existimo ꝙ vsq; ad finē mūdi durabit sedes Apostolica etiam tēpore feruidę persecutionis Antichristi, licet tunc multa Christianorum regna occupabit, sicut & Machometh fecit, quē quidam dicunt fuisse Antichristum: quorum sententiam licet approbare non velim, nolo tamen etiam reprobare: quia multum est apparens. Secundò: Nam Luc. xviij dicitur, Veruntamen filius hominis veniens putas fidem inueniet in terra? quasi diceret, Non. Ergo, &c. Solu. Illud nō dicitur, quia fides sit omnino defectura, sed propter paucitatē fideliū qui erunt tēpore Antichristi. Vel hoc dicitur, nō propter fidelium paucitatem, sed propter fidei remissionem: quia erit quædam fides in multis, sed exigua & tenuis. Et quæstio satis patet.

De statu nouæ legis

Potestas Christi.

Dominica iiij. post octauam Epiphan. Euangelium secundum Matt. xiij capit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, [a] Simile factũ est regnum cælorum homini [b] qui seminauit bonum semẽ in agro suo. [c] Cùm autem dormirent homines, [d] venit inimicus homo, [e] & superseminauit zizaniã [f] in medio tritici, & abiit. [f] Cùm autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuit & zizania. [g] Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizaniã? &ait illis, Inimicus homo hoc fecit. [h] Serui autem dixerunt ei, Vis imus & colligimus eam. Et ait, Nõ, ne fortè colligentes zizaniam, eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere [i] vsque ad messem, [k] & in tempore messis dicam [l] messoribus, [m] Colligite primùm zizaniam, & alligate eam in fasciculos ad comburendum. [n] Triticum autem [o] congregate in horreum meum.

Superseminauit zizaniã. Zizania est herba pessima granifera: huius herbæ proprietas est quod suffocat frumenta propè crescentia: farina suorum granorum homines inebriat, & febricitare facit: zizania peccatũ est, quod suo posse, virtutes extinguit in homine & hominem voluptate côcupis. & tiæ inebriat, & febre mortis febricitare facit: quia hominem morte gehẽnæ occidit: vnde Prouer. v. Iniquitate sue capitur impium & funib' peccatorũ cõstringitur, ipse morietur quia nõ habuit disciplinam: & alibi, Anima quæ peccauerit ipsa morietur.

POSTILLA.

IN illo tempore, simile factum est regnum cælorum homini qui semina. &c. Mathæi decimo tertio. Historia huius Euangelij facta est in mense Aprili, videlicet primo die, anno Christi trigesimo tertio, indictione v. In sacro Euangelio quatuor continentur. Primum est diuinæ bonitatis affluentia: quia bonum semen seminauit in principio Euangelij. Secundum est humanæ salutis negligentia & diabolicæ fraudis operatio: quia dormierunt homines & Diabolus zizaniam seminauit ibi, Cùm autem dormirent. Tertium est diuinæ longanimitatis patientia: quia vtraque &c. ibi, Serui autẽ. Quartum est magnæ æquitatis iustitia: quia zizaniam & triticum secundùm vtriusque decentiam recondi iussit, ibi, Colligite primùm, &c. a [Simile factum est regnum cælorum.] id est status Ecclesiæ militantis. b [Homini qui seminauit bon. semen in agro suo] Lyra. homo ille Christus est, ager autem Ecclesia laborè & sanguine Christi exculta: bonum semen est sancta doctrina & fides catholica. c [Cùm autem dormirent homines]. i. custodes. Glo. interl. qui ad custodiã & tutelam sunt deputati, per quos prælati designantur. d [Venit inimicus homo]. i. Diabolus: vt patet Exo. xv. Dicit inimicus per se. & compre. &c. e [Et superseminauit zizaniam in me. tritici] quia inter doctrinam veritatis, commiscuit fallaciam erroris, inter fideles & electos, commiscuit prauos homines, inter virtutes, commiscuit vitia. f [Cùm autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparu. & zizania.] Chry. quasi similem herbam habens: ita quantum ad exteriorem apparentiam, frequenter non est differentia inter semen Christi & semen Diaboli: sed in facto deprehenditur diuersitas. g [Accedentes autem &c. Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit.] Gor. Diabolus dicitur inimicus homo ex eo quod homini à principio inimicabatur. h [Serui autem dixerunt ei, Vis &c. Sinite vtraque crescere] s. zizaniam & triticũ, i. bonos & malos. i [Vsque ad messem]. i. vsque ad mundi consummationem. k [Et in tempore messis.] i. iudicij die. l [Dicam messoribus]. id est Angelis. m [Colligite primùm ziza. & alli. in fasci. ad comburendum] quia ministerio Angelorum separabuntur mali tunc de medio iustorum, & mittentur in gehennam. n [Triticum]. i. fideles in horreo huius mundi contritos & flagellatos. o [Congregate in horreum meum]. id est in cæleste gaudium.

Amicitia est idem velle & idem nolle in rebus honestis: vnde Cice. Diabolus vult dãnationẽ hominũ. nõ salutẽ: ideo Diabolus dicitur inimicus.

QVAESTIO XIII.

QVæritur vtrum inimicus homo. i. Diabolus dictus homo, propter conuenientiam intelligendo, possit in agro. Dei. i. in anima humana superseminare zizaniam hæresum, s. vel non. Respondeo: Ad hæresim quæ in intellectu consistit essentialiter, multa requiruntur. Primò sensibile aliquod mouens sensum nostrum: quia omnis nostra cogitatio ortum habet à sensitiuo, vt patet primo Posteriorum, sensitiuum à sensibili, vt patet ad sensum. Et secundò phantasia, quæ est motus factus à sensu, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari, id est formare phantasmata, ex quibus & in quibus videat rem. Et tertiò lumen intellectus faciens phantasmata habilia ad imprimendum speciem in intellectum possibilem. Quartò species intelligibilis faciens intellectũ in actu, inquantũ est intellectus, licet prius esset in actu, inquantum res quædam: quia ipse de se, est sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & est pura potentia in genere intelligibilium, & consequenter non potest intelligibiliter agere, id est intelligere, cũ potentia non sit principium agendi: sed actus seu forma. Quintò sequitur verbum formatum ab intellectu actuato per speciem intelligibilem: quia etiam ipse Deus non potest intelligere se, vel alia à se sine verbo, multominus

Quæstio de Diabolo.

Quid sit phãtasia.

angelus etiã intelligendo essentiam suam: & multominus etiam homo. Sextò requiritur iudicium quo verbũ simplex, de verbo simplici affirmetur, aut negetur: quia hæresis est credulitas falsi: falsum autem solum in compositione & diuisione existens propriè. Septimò requiritur obstinatio ex parte voluntatis, quia secundùm August. & S. Tho. xxij. q. xj. ar. ij. si aliqua opinio sit hæretica, & tenens eam non sit obstinatus, ipse non est hæreticus: & consequenter opinio hæretica non est hæresis: sed tamen efficitur hæresis, superueniente obstinatione. Diabolus igitur potest seminare hæresim, quò ad primum: quia vt patet ex dictis feria iiij. post tertiã dominicam Aduentus, potest aliquod, & quodcunque sensibile supponere oculis & sensibus nostris. & similiter quò ad secundum, vt ibi patet. Non autẽ quò ad tertium, id est lumẽ quia licet absolutè possit illud intendere, nõ tamẽ ex suppositione sui finis, vt ibi patet: & probat S. Tho j. q. iij. ar. j. Nec quò ad quartum, id est speciem. Nam vt colligitur à S. Tho. q. xvj. arti. xij. & ij. dist. arti. v. nec angelus malus, nec bonus, potest influere species in intellectum humanum, licet possit vterque aliqua signa exterius adhibere, quibus homo excitatur ad intelligendum, & possit illustrare & illuminare species imaginarias. Nec quò ad quintũ quia in libertate nostræ voluntatis est, vt hac specie vel illa vtamur, & consequenter vt iudicemus secundum illas vel nõ iudicemus. Nec quò ad sextum vt patebit in alia quęstione: quia de voluntate nõ se pòt impedire nisi suadẽdo. Est ergo Diabolus causa hæresum licet insufficiens, & hoc potissimè in duobus modis. Primò scilicet illustrando & ordinando phãtasmata, vt homo sciat bene dubitare & cogitare falsa, quę tamen diiudicare non possit. Vnde & hac ratione non intendit lumen intellectus sicut posset: ne scilicet homo sciat dissoluere nodos, in quos inducit. Et secundò persuadendo firmitatẽ in falso iudicio, eo modo quo & alia vitia voluntati suadet. Sed contra præmissa primò: Nullum enim procedens ex libero arbitrio, seminari potest à diabolo. Sed huiusmodi sunt hæreses, secũdùm Hieronymũ, & habetur vicesima quarta quæstione tertia in c. hæresis, Hæresis Gręcè ab electione dicitur, quod scilicet eã sibi vnusquisque eligat disciplinam, quã putat esse meliorem, Ergo &c. Sol. Negatur minor: quia licet Diabolus non possit super liberum arbitrium mouendo illud, secus suadendo. Vnde dicit August. iij. de Trinit. Diabolus sua subtilitate malignos affectus inspirat: & sic superseminat hęreses. Ex quibus dictis quęstio terminata patet.

Qũo Diabolus est causa hæresum.

Dominica v. post octa. Epiphan. Euangel.

Confitebor tibi domine Pater, &c.

Hoc Euangelium quære infra de sanctis in festo sancti Mathiæ Apostoli.

Dominica in septuagesima Euang. secundùm Matth. xx cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolã hanc,[a] Simile est regnũ cælorum[b] homini patrifamilias,[c] qui exiit primo mane cõducere operarios† in vineam suã,[d] conuentione autem facta, cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.[e] Et egressus circa horã tertiã, vidit alios stãtes in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos in vineã meã, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt.[f] Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter.[g] Circa vndecimã verò horã exiit & inuenit alios stantes, & dixit illis,[h] Quid hic statis toto die otiosi?[i] Dicũt ei, quia nemo nos conduxit. Dixit illis,[k] Ite & vos in vineã meã.[l] Cùm autem serò factum esset,[m] dixit dominus vineæ[n] procuratori suo,[o] Voca operarios, & redde illis mercedem,[p] incipiẽs à nouissimis vsq; ad primos.[q] Cùm venissent ergo qui circa vndecimã horam venerant,[r] acceperunt singuli denarium.[s] Venientes autem & primi,[t] arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi,[v] acceperunt autem & ipsi singuli denarium,[x] & accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicẽtes, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei & æstus?[y] At ille respondens[z] vni eorũ, dixit,[a] Amice non facio tibi iniuriam.[b] Nonne ex denario diurno conuenisti mecum?[c] tolle quod tuum est, & vade.[d] Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi,[e] an non licet mihi quod volo facere,[f] an oculus tuus nequam est,[g] quia ego bonus sum?[h] Sic erũt nouissimi primi,[i] & primi nouissimi.[k] Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

In vineã suam. Vinea saluatoris Iesu est sancta mater Dei Ecclesia cuius pessuli sunt fides, vitis verò spes, ligamen charitas, quæ multitudinem peccatorũ operit: operarii autẽ q in vineam mittuntur sunt Christiani, qui has tres virtutes, videlicet spem, fidẽ, charitatẽ in se habeant, qui si bene vineã coluerint, & effoderint quacũque hora venerint mercedẽ condignã accipient, quia operarius expectat condignã mercedẽ. Christus in Euang. Dignus est mercenarius mercede sua. & Matt. x. Dignus est enim operarius cibo suo, i. mercede sua.

Postilla.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, &c. Circa hoc Euã. duo tãguntur. Primum est vocatio ad laboris exercitium Secundum ad recipiendum præmiũ ibi, Cùm sero factum esset. Circa primum ergo dicitur. a [Simile est regnũ cælorum] id est status Ecclesiæ militantis. b [Homini patrifamilias.] Iste est Deus pater, qui ita gubernat totum mundum, sicut paterfamilias subditos in domo. c [Qui exiit.] Iste exitus nõ est per loci mutationem, sed per suæ bonitatis diffusionẽ, in creatura subiecta. Vinea ista est vniuersalis Ecclesia, quę à primo iusto colligitur vsq; ad vltimũ, qui in fine mũdi nasciturus est. Dicit Greg. Operarij autem sunt Doctores & prælati à Deo missi ad culturã huius vineæ per prædicationem & doctrinam: primo ergo mane Deus pater operarios conducit: quia à principio mundi, vsq; ad Noë, aliquos sanctos patres ad eruditionem hominum misit videlicet Adam, Seth, & Enoch, & alios iustos. d [Cõuentione autem &c.] Conuẽtio ista promissio est vitæ æternę pro labore: quæ quidẽ vita dicitur denarius diurnus: qui est æqualis omnibus quantum ad finem. e [Et egressus circa horam terriam &c.] Hora tertia intelligitur mũdi discursus à tempore Noë vsque ad Abraham, in quo aliqui sancti ad eruditionem aliorũ missi sunt à Deo vt Noë, Sem, Heber, Thare, Abrahã & consimiles. f [Iterum autem exiit circa sextam, & nonã horam] hora sexta fuit ab Abrahã, vsque ad Moysem, in quo missi sunt Abraham, Isaac & Iacob, & xij. patriarchę. Hora nona à Moyse vsque ad Christum, vt tempore legis in quo ad eruditionem populi missi sunt Moyses, Aaron, Iosue, iudices, & reges prophetæ, & sacerdotes. g [Circa vndecimã verò &c.] Vndecima intelligitur à tẽpore Christi, vsque ad finem mundi, in quo gentiles vocati sunt per prædicationem Apostolorum & aliorum Ecclesiæ doctorum: & propter hoc dicitur hic. h [Quid hîc statis tota die otiosi?] quia à principio mundi vsque tunc laborare in bonis moribus neglexerunt, quasi tota die otiosi stabãt. i [Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit] i. nullus doctor, nullus propheta ad nos instruendũ venit: quia lex & prophetæ filiis Israel dati fuerant: vt illi speciali sanctitate fulgerent: ex quibus Christus secundùm carnem erat nasciturus. k [Ite & vos in vineam meam.] Interponitur hic coniunctio copulatiua: qua gentiles Iudæis adiũcti sunt vt vna Ecclesia ex ambobus, fieret. l [Cùm autẽ serò factum esset.] Hic ponitur vocatio ad recipiendum præmium. Serò autem ab aliquibus hic dicitur finis mundi: in quo vocabuntur iusti ad receptionem præmij: vt habetur infrà, xxv. ca. Venite benedicti patris mei &c. Sed illud quod sequitur videtur contradicere, s. quòd aliqui accipientes præmium murmurabãt aduersus patremfamilias: quia nullus in fine mundi præmium æternum recepturus, murmurabit cõtra Deum: sed erit suo præmio contentus. Ad quod respõdet bea. Greg. ꝙ ista murmuratio non est aliud, quàm dilatio præmij, quam sustinuerunt patres sancti in lymbo vsque ad passionem Christi. Sed hæc responsio non videtur cõuenis: quia murmuratores hîc dicuntur nequam, quod non potest dici de sanctis patribus in lymbo existentibus: & in fine parabolæ concluditur, Multi sunt vocati pauci verò electi. Ex quo patet ꝙ ista parabola non solum se extendit ad electos cuiusmodi sunt illi qui in fine mundi recipiẽt præmium. Et ideo dicendum ꝙ Serò hic accipitur pro tẽpore gratiæ quod incœpit à Christo, vnde Ioã. j. dicitur, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo dicitur. (Cùm serò autẽ factum esset) i. cũ tempus gratiæ aduenisset. m [Dixit dominus vineæ.] i. Deus pater. n [Procuratori suo] id est homini Christo, qui missus est ad procurationẽ salutis humanę. o [Voca operarios & redde illis mercedẽ] ista merces bene intelligitur gratia: quia quędam inchoatio gloriæ: cùm gloria non sit aliud quã gratia cõsummata. p [Incipiens à nouissimis] quia in primitiua Ecclesia gratia data est gentibus, quæ in vltimo venerant ad fidem, Iudęis pro maiori parte in infidelitate remanẽtibus. q [Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant.] i. gentiles. r [Acceperũt singuli denarium.] i. donum gratiæ, quæ est quædam inchoatio & arrha gloriæ. s [Veniẽtes autem & primi] i. Iudęi qui à principio legis datæ Deo seruierunt. t [Arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi,] quia in primitiua Ecclesia credebãt ꝙ plus deberẽt habere de Christi gratia: vnde reputabant gentiles indignos gratia Dei secũdũ ꝙ dicitur Act. xj. ibi, Petrus vidit linteũ submissum de cælo, in quo erãt animalia quadrupedia, & serpẽtia, & volatilia immũda secũdũ legẽ: & dictũ est Petro, Occide & manduca. In quo significabatur incorporatio gentilium intra Ecclesiam per fidem & gratiã, sicut patet ex litera sequẽti: quia à Deo missus est Petrus ad prædicãdum Cornelio Centurioni, & aliis gentilibus, propter quod Petro abominationẽ habente de mãducatione immundorum secũdùm legẽ, in quo significabatur, vt dictum est, vocatio gentiliũ ad fidẽ, dictum est sibi à Deo, Quod Deus purificauit tu ne commune dixeris. Et infrà, eodem c. dicit Petrus Cornelio & amicis suis, Vos scitis quoniam abominatio sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem. v [Acceperunt autem & ipsi singuli denarium.] i. consimilem gratiam sicut gentiles & non maiorem. Vnde Act. x. cap. dicitur quòd prædicante Petro cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbum, scilicet super Cornelium & amicos eius: quia, vt ibidem

Quid sit vinea.

Quid sit cõuentio.

De tempore vocationis ad vineam.

Vocatio ad recipiẽdum præmium.

Quid sit murmuratio illius, qui de præmio murmurauit.

Christus dicitur vineæ procurator.

De venientibus ad quęrẽdum præmium.

De Petro ad prædicandum misso.

dicitur, receperũt spiritumsanctũ in signo visibili, & donũ linguarũ sicut acceperãt Apostoli & alij Discipuli, qui erant Iudęi in die pẽteco. x [Et accipientes murmurabãt &c. Dicẽtes, Hi nouissimi &c.] quia ad literã in primitiua Ecclesia conuersi Iudæi murmurauerunt, de hoc quòd consimilis gratia fiebat gentilibus sicut & ipsis: vnde Act. xj. c. dicitur quòd cũ Petrus rediisset in Ierusalẽ baptizato Cornelio & amicis eius, disceptabant aduersus illum, qui erãt ex circuncisione, dicentes, Quare cõmunicasti cum illis qui habent præputium, & mãducasti cum illis? & ibidem vj. c. dicitur, In diebus illis crescente numero discipulorum, factũ est murmur Græcorum aduersus Hebræos: eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorum. y [At ille respõdens] per diuinam reuelationem Apostolis factam. z [Vni eorum dixit.] Sicut autem aliquãdò accipitur numerus determinatus pro indeterminato, ita etiam aliquando sumitur vnitas pro numero: sicut suprà dictum est quòd Petrus loquebatur pro omnibus Apostolis: ita similiter quod hic dicitur vni, intelligitur esse dictum multitudini eorum, qui de gratia data gentibus murmurabãt seu admirabantur. Et hoc factum est Act. x. cap. vbi Petrus reddidit rationem Iudæis murmurantibus de hoc, quòd baptizauerat Corneliũ, dicens ꝙ diuina reuelatione fecerat: & quia viderat spiritum sanctum descendentẽ super gẽtiles, sicut super Iudæos, vt habetur ibidem: sequitur. a [Amice non facio tibi iniuriam.] quia iniuria non habet locum vbi est mera gratia & ideo si det gratiam cuicunq; voluerit, non faciet alicui iniuriam, b [Nonne ex denario diurno conuenisti mecum.] quia ad hoc aliquis venit ad fidem, vt habeat gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. c [Tolle quod tuũ est & vade.] i. gratiam quam meruisti credendo legi & prophetis de Christo: quia licet prima gratia non cadit sub merito augmentũ tamen gratiæ cadit sub merito: quod quidẽ augmentum datum est Iudæis credẽtibus in Christũ. d [Volo autem & huic nouissimo dare &c.] i. gentili vocato ab idololatria immediatè, sicut Iudęo vocato à legis obseruantia. e [An non licet mihi quod volo facere.] quasi dicat, Sic: quia Dei voluntas nullo modo potest esse distorta. f [An oculus tuus nequam est] quia talis iniuria & iudiciũ procedebat ex humano defectu. g [Quia ego bonus sum] per essentiam: & ideo non possum malè agere. h [Sic erunt nouissimi primi] quia gentiles qui à Iudæis erãt quasi viles reputati, sunt cõuersi deuotè ad fidẽ Christi. i [Et primi no.] quia Iudęi qui fuerant populus peculiaris ipsius Dei, propter infidelitatẽ sunt à Deo deiecti, hoc est quod subdit, k [Multi enim, &c.] ad fidẽ Christi. l [Pauci verò electi,] quia pauci de Iudæis cõparatiuè crediderunt in Christũ: & de credẽtibus multi reuersi sunt ab Ecclesia: & adhuc reuertuntur ad vomitum.

Iniuria capitur hic pro iniustitia.

De augmento gratiæ.

EXPOSITIO MORALIS.

Moraliter autem potest exponi parabola ista, de vocatis ad gratiã, secundũ diuersas ætates. Ita ꝙ hora prima significat pueritiam. Hora tertia iuuentutem: quia sicut tunc sol incipit ascẽdere, sic in iuuentute calor naturalis in homine. Hora vj. ętatẽ virilem: quia tunc homo in statu perfecto est, sicut sol in cæli medio. Hora ix. senectutem in qua calor naturalis incipit in homine refrigescere. Vndecima verò significat senium: quia tunc homo est prope mortis occasum. Vocantur autem operarij omnibus istis horis: quia aliqui vocãtur ad fidẽ per gratiam operantem in pueritia, alij in iuuentute: & sic de alijs ætatibus. Et omnes habebunt denarium diurnum: quia quantuncunq; homo tardè ad gratiam vocetur: dum tamen in ea perseueret habet gloriam æternam. Contingit etiam quandoque quòd ille qui vocatur in senectute, consequitur tantam gratiam & gloriam à Deo: sicut ille qui in iuuentute vocatur, tum ex diuina liberalitate: tum ex ipsius vocati feruenti voluntate & operatione.

De quo intelligitur parabola.

Quo tẽpore vocantur homines.

QVAESTIO XXIIII.

Mvlti sunt vocati, pauci verò electi.] Super quibus verbis dubitatio talis mouetur: vtrum adeò peccatum humanæ naturę cõtrariatur, & adeò libertas eius ex ipso peccato debilitatur, vt ex se homo Dei mandata seruare nõ valeat, & virtutes ad beneoperandũ peccatum impediat? Et breuiter ex sententia beati Bona. Ric. atq; doctoris subtilis super d. xxviij. ij. lib. Sen. responderi potest, ꝙ pręcepta diuina seruare, virtutes vel dona gratuita ad bene operãdum exercere, dupliciter potest intelligi: vel secũdùm actum humanum, vel secundùm pręcipientis & dona gratuita dãtis votũ. Et primo modo mandata seruari, atq; ad bene operandũ virtutes exerceri possunt: tamẽ non meritoriè. Nulla enim virtus vel operatio bona dici debet, nisi ad finem vltimum. i. ad Dei fruitionem sit ordinata. Actus quidem humanus licet secũdũ se moralis & bonus posset esse, sicut quædam operatio multorum Philosophorum, non tamen sine charitate meritorius atque perfectus. vnde j. Corinth. xiij. Paulus ait, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas & si tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatẽ autem nõ habeam: nil mihi prodest. Hinc est ꝙ multi quibus gratia solũ inest gratis data, bene videntur operati tamẽ meritum inde nõ credũtur acquirere: quia opera eorum nesciũt, sed volunt finẽ debitum ordinare. Vnde Philoso. viij. Physi. dicit, Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Sed secundo modo inquantum ad præcipientis votum secundum, s. voluntatem Dei: qui vult omnia cum charitate fieri secundùm facultatẽ arbitrij, Domini

mandata homo seruare non potest: nisi gratia gratum faciens auxiliū præbeat. Idcirco j. ad Tit. j. Paulus ait, finis præcepti est charitas, & ad Rom. xiij. dicit, Qui diligit proximū legem impleuit. Peccatū verò contra charitatem faciens, non tantū à præceptorū obseruatione, & à virtutū exercitatione hominē & suam potestatem arbitrij retrahit, verumetiam ad mala eligenda, quasi per cōsuetudinē cogit. Hinc Hiero. ad Demetriadem virginem scribēs ait, Nec verò alia nobis causa difficultatē bene faciendi fecit, quàm longa consuetudo vitiorum, quæ nos cùm inficit à paruo, paulatimq; per multos corrumpit annos: ita postea obligatos sibi & astrictos tenet, vt quodammodo modum videatur habere naturæ: idcirco cum multi sint Christiani, qui ad præceptorum obseruationē & ad virtutum exercitationem vocantur: tamē peccato detenti pauci sunt qui in numero electorum reperiātur. Hinc Dominus dixit, Multi sunt vocati, pauci verò electi.

Dominica in sexagesima. Euang. Luc. viij. cap.

IN illo tempore, [a] cū turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarēt ad Iesum, dixit per similitudinē, [b] Exiit qui seminat, † seminare semen suum. [c] Et dum seminat, [d] aliud cecidit secus viam, & conculcatum est. [e] & volucres cæli [f] comederunt illud, [g] aliud cedidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorē: [h] & aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud [i], & aliud cecidit in terram bonā, [k] & ortū fecit fructū centuplum. Hæc dicens clamabat, [l] Qui habet aures audiēdi audiat. [m] Interrogabant autē eū discipuli eius, quæ esset hæc parabola? [n] Quibus ipse dixit, Vobis datū est nosse mysteriū regni Dei, [o] cæteris autē in parabolis, [p] vt vidētes [q] nō videant, [r] & audiētes [s] nō intelligant. Est autē hæc parabola, Semen est verbū dei. Quod autem secus viā: hi sunt qui audiūt. Deinde venit diabolus, & tollit verbū de corde eorū, ne credētes salui fiant. Nam quod supra petrā, hi sunt qui cū audierint cū gaudio suscipiunt verbū, & hi radicem nō habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedūt. Quod autē inter spinas cecidit, hi sunt qui audierūt & sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ eūtes suffocantur, & nō referunt fructū. Quod autē in terrā bonam hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Exiit qui seminat. Christus saluator filius Dei exiit de sinu patris, per generationē æternam, s. diuinā: & venit in humanam carnē, quā sub forma serui accepit, vt in terris veritatē seminaret & verbo prædicaret, quē humanum genus multis annis ignorabat, i. Euāgelium cui credendū esse iubet: vnde Marc. vi. Qui crediderit saluus erit.

POSTILLA.

IN illo tēpore, cū turba plurima &c.] hic describitur ipsius Christi doctrina, seu instructio. Et primò describitur dicta instructio. Secundò instructionis expositio: ibi, Interrogabant autē. Primò ergo præponitur dicta instructio per parabolam, quæ ponitur etiā Matt. xiij. de semine proiecto in terrā: cuius quarta pars tantū fecit fructum. Et in hoc denotatur prædicatio Christi, qui prædicauit Iudæis indifferenter bonis & malis, & pauci in cōparatione ad eius prædicationem crediderunt: pro maiori autē parte in infidelitate remanserunt, & hoc est quod dicitur. In sacro Euangelio tria scribuntur. Primò parabolę propositio: ibi, Exiit qui seminat. Secundò petitur parabolæ explanatio: ibi, Interrogabant. Tertiò ponitur parabolæ expositio ibi, Est autē hæc parabola. b [Exiit.] Christus, id est secundū humanitatem, qui de vtero matris exiit in mundum ad docendum, vel de loco arcto, & de domo ad locum spaciosum, vt visum est: secundum tamen diuinitatē non potuit exire, nec de loco ad locum progredi: quia sic est vbiq;. c [Et dum seminat] id est doctrinā indifferenter spargit. Comparatur autem eius doctrina semini: quia sicut semē in terram bonam proiectum, resurgit multiplicatū, sic verbum diuinum in corde deuoto receptum, facit multitudinem bonorū operū. d [Aliud cecidit secus viam], id est super corda exposita tentationibus Dæmonis, & per consequens contrita & conculcata ab eis, per malum consensum factum. e [Et volucres cæli], id est dæmones per peccatū superbiæ alta petentes. Vnde de Diabolo scribitur Iob xvij. Ipse enim est Rex super omnes filios superbiæ: peccata carnalia non possunt in Dæmonibus esse. f [Comederūt illud], id est fructū impedierunt. g [Et aliud cecidit super petram], id est super corda humore fidei, & deuotionis carentia. h [Et aliud cecidit inter spinas,] id est in corda sollicitudinibus diuitiarum lacerata: & ideo sollicitudo talis impediuit fructum prædicationis. Vt enim apparet ex discursu vtriusq; Testamēti Iudæi semper fuerūt auari, & omni vitio cupiditatis fuerūt excæcati, & semper elōgati ab agnitione veritatis. Ex prædictis patet quod prædicator verbi diuini, nō debet cessare à prędicatione, licet videat paucos proficere, qa tres huius semi-

Doctrina Christi, semini comparat, qa sicut semē in terram bonā proiectū resurgit multiplicatum: sic verbū diuinū in corde deuoto receptū, facit multitudinē bonorū operū. de Tur. Crema. in q. sup Euāg.

nis partes dicuntur hic infructuosæ: quarta autem pars tantū fructum facere: & intelligitur ad literā de prædicatione Christi, qui est exemplum omnium prædicatorum: & ideo licet auditores non proficiant, prędicator tamē faciēs, quod in se est, non perdit meritum suum. i [Et aliud cecidit in terram bonā]. i. in corde fideli & deuoto. k [Et exortum fecit fru. centuplum &c.] In hoc tanguntur tres gradus, qui possunt signari in qualibet virtute. Verbi gratia, In virtute castitatis. Primus gradus est, castitas cōiugalis, per quem gradum vitatur illicitus cōcubitus, licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus gradus est castitas vidualis, per quem euitatur de cætero omnis cōcubitus, vt animus possit liberiùs Deo seruire: licet possit licitè matrimonium cōtrahere. Tertius est castitas virginalis, qui est superior istis: per quem omnis cōcubitus simpliciter euitatur, vt mens ipsa tanquam sponso suo soli Deo per amorē copuletur, secundū quod dicitur j. Cor. vij. Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu: quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Similiter in virtute fortitudinis possunt tres gradus assignari. Primus gradus, quando propter bonum virtutis, sustinet constanter detrimentum in exterioribus bonis, vt in possessionibus, & in diuitiis, & huiusmodi. Secundus, quando sustinet detrimentum etiam proprij corporis, vt flagellationes, & huiusmodi. Tertius autem gradus est, quando propter virtutem contemnit etiam totam vitam per martyrium. Sequitur. l [Qui habet aures audiendi audiat.] secundùm Hiero. vbicunque ponatur hoc verbum, designatur mysticus intellectus: quia sub verbis parabolicis, alius sensus est per intellectum requirendus. m [Interrogabāt autem eum discipuli eius: quæ esset hæc parabola.] Aduertendum tamen, quòd non quæsierūt eum tunc, cùm esset in actu prædicandi, sed postea, quando fuit in domo, sine turba secūdùm quòd habetur Mar. iiij. Et cum esset singularis interrogauerunt, volentes scire intellectum. Conuenienter petierunt ab eo, quare locutus fuerat turbis sic parabolicè, vt ostenderent se nō de ipsis solū, sed etiā de aliis solicitos esse. n [Quibus ipse dixit, Vobis datū est nosse, &c.] Aposto. enim erāt quasi fundatores Eccl. post Christū. vnde Apoc. xxj. dicitur ꝙ murus ciuitatis habebat fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostol. & Agni scripta: & ideo ad ipsos pertinebat scire secreta Ecclesię, de quib' erat ꝓcessus Eccl. à prędicatione Christi, vsque ad finem mundi: quia ista erant futura in diuina dispositione præordinata: & istud vocatur hic mysteriū regni cælorū, i. secretum Ecclesiæ militātis. o [Cæteris autē in parabolis] i. vulgaribus turbis: vel etiā Pharisæis incredulis, non est concessum ista intelligere: & propter hoc loquebatur eis talia parabolicè, i. velatè & mysticè. p [Vt videntes.] Christi, scilicet opera & miracula. q [Non videant]. id est nō intelligāt ea diuinitus facta, & ideo virtuti Dæmonum attribuebant talia. r [Et audiētes] Christi s. doctrinam sanctam, & bonam, & doctrinæ Moysi & prophetarum consonam, & ipsius perfectiuam, non audiant, assentiendo. s [Non intelligant.] intellectum eius spiritualem, qui principalior est capiendo.

In virtute fortitudinis tres gradus assignantur.

EXPOSITIO MORALIS.

De morali expositiōe Gre. homi. viij. dicit, Hæc lect. expositione nō indiget, sed admonitione: quā enim veritas per seipsam exposuit, hanc exponere humana fragilitas non præsumat. Exponitur tamen moraliter sic, b [Exiit qui seminat.] semen istud potest dici eleemosyna, de cuius seminatione dicitur ij. Corint. ix. Qui parcè seminat, parcè & metet &c. Huius autem seminis cecidit pars secus viam, & Diabolus tollit illud, & hoc est quando recipiēs eleemosynam cum illicitis consumit eam. g [Et aliud super petram.] Quod fit quādo recipiēs de beneficio non est gratus homini: neque Deo. h [Et aliud inter spinas.] per quas significantur sollicitudines vitæ præsentis. Et pro parte sunt bona Ecclesiæ data clericis & religiosis, qui de illis viuunt carnaliter, & pompaticè, & implicātur secularibus negotiis: cū tamen illa bona sint data ad seruiendum Deo deuotè, & ad ministrandum pauperibus in necessitate. i [Et aliud cecidit in terram bonam &c.] Istæ sunt eleemosynæ receptæ ad victum & vestitum necessarium, Deo seruientium, & intendentium studio sacræ scripturæ. Et sic patet expositio huius Euangelij.

Nō sunt in gratis munera dāda viris. Egidius.

QVAESTIO XXV.

Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.] Luc. viij. Super quibus verbis oritur talis quæstio, vtrū Deus vult in mūdo aliqua mala fieri. Ad qđ breuiter rñdetur ex sententia doctoris nostri Petri de Aquila sup dist. xlv. j. li. Sē. sic dicētis, ꝙ malū triplex est. Naturę videlicet, quo qs nascitur cęcus vel claudus. Pœnę quo qs peccādo, vel malū agendo, punitur. Culpæ, quo malo oīs peccator à dño reꝓbatur. Iuxta quæ mala, triplici differētia distincta, tres cōclusiones assignātur. Quarū prima talis est, ꝙ Deus nō pōt velle malū sub ratione mali. Nā illud non potest esse volitū, quod est extra rationē formalē voluntatis, quæ est ad bonū: ergo huiusmodi, malū sub ratione mali, rectè iudicatur. Alia, præter hāc, cōclusio talis est, ꝙ malū naturę, & pœnę, pōt Deus velle per accidēs, cū ex eis quandoq; magnum bonū vniuerso proueniat: sicut in cæco nato probatur. De quo, vt Ioā. ix. scribitur, Saluator ait, Neq; hic peccauit, neq; parētes eius, vt cæc' nasceretur: sed vt manifestētur opera Dei ī illo. Quātū verò ad malū naturę, ꝓbatur: qa ex corruptiōe

Quæstio de Deo, vtrum velit mala fieri.

vnius, alterius generatio prouenit. Vltima quidem circa hæc cōclusio, talis est, quòd malum culpæ, neque per se, neque per accidens Deus velle potest. Qui enim vult quouis modo malū culpæ, eius volūtas obliqua iudicatur: quod & in Deo esse, nullo modo credēdum est. Sicut & magister, j. Sen. xlvij. distin. in litera posuit. Licet Hugo singularis doctor, Deum velle malū culpæ, per accidens, asserat, eò quòd ad decentiam vniuersi (ait ipse) tale malum esse cognoscitur, quod eius pace à magistro negatur. Moderni quoque dicunt, Deum nolle quouis modo malum culpę, nisi voluntate permissiua. Cū igitur superius ex Euāgelica lectione dicatur, Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem in parabolis, non intelligitur quòd dominus Apostolis optabat bonum, scribis verò & Pharisęis malum, nisi per accidens. Dicebat enim primò sanctis Apostolis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, id est scripturæ. Regnum enim secundùm dominū Bernardum in sacris codicibus, quadruplex inuenitur: Ecclesiæ scilicet scripturæ, animæ, & gloriæ. Sed hîc regnum pro scriptura accipitur: vt patet. Quare vobis Apostolis, vobis claris, scilicet per intelligentiam, vnde eis Matth. v. Dominus dixit: Vos estis lux mundi. Charis per amicitiam: hinc similiter Ioan. xv. & Dominus inquit, Vos autem dixi amicos. Mūdis per innocentiam. Nam ibidem eis dixit, Vos mundi estis. Firmis per patientiam. Quia Luc. xxiij. Christus ait: Vos estis qui permāsistis mecum in tentationibus meis. Cæteris autem in parabolis, quare? quia cæteris scilicet caninos atque porcinos mores habentibus, datū est nosse vel ignorare mysteriū in parabolis regni Dei, videlicet diem scripturæ: vt videntes, id est videre præsumentes, vel videntes, id est miracula oculis conspicientes, non videant, id est visu interiori non percipiant. Vnde nulla est cōtradictio: quia videre, fertur ad visum exteriorem, non videre autem, ad interiorē. Quod de auditu etiam eodem modo intelligitur, & hoc non fit, quia Deus velit pro talibus malum per se, sed per accidēs, vt dictum est: quia agit hoc iusto iudicio, qui non vult indignis, sua communicari secreta. Proinde Marcus capitulo septimo dixit, Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas.

Regnū p Scriptura.

Dominica in quinquag. Euangelium secundùm Luc. xviij. cap.

IN illo tēpore, [a] assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis, [b] Ecce ascendimus Ierosolymam, [c] & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, de filio hominis. Tradetur † enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget, & ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. [d] Factum est autem cùm appropinquaret [e] Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. [f] Et cùm audiret turbam prætereuntem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autē ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicēs, Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibāt increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multomagis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset interrogauit illum, dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit illi, Domine vt videam. At Iesus dixit illi, Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illū magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Tradetur enim gēt.

† & illudet. i. Dominus Iesus prę-uidens tēpus suę durę passionis Apostolis & discipulis suis ... referēs dura supplicia quæ pro peccatis suæ gētis passurus erat: dicit quoque militēs gētiū tā grauia supplicia eidem illaturos, cum dicit, Tradetur gentibus. Tamē passio saluatoris Iesu dicit opus Iudæorū, vt vult magi. Sent. libro iij. dist. xx. pte, Passio ergo Christi & opus dicit Iudæorū.

POSTILLA.

IN illo tempore, assumpsit Iesus xij. discipulos, &c. In sacro Euangelio tria notantur. Primò Christi passionis congruentia: ibi, Ecce ascendimus. Secūdò Christi sanationis gratia: ibi, Cæcus quidam. Tertiò diuinæ laudis copia: ibi, Et omnis plebs. In hac parte saluator inducit discipulos ad martyrij tolerantiam, exemplo sui, quia Prælatis debet esse vigor ad tolerandum martyrium, si necesse sit, pro grege sibi cōmisso: & hoc docet per exemplum sui, quia voluntariè venit in Ierusalem ad sustinendum mortem, pro salute mundi. Vnde beatus Greg. exponens illud Ioan. x. Ego sum pastor bonus, & animā meā pono pro ouibus meis, ait, Hoc dicit de se, & de aliis Prælatis. In hoc ostēsa est nobis via, quam sequamur: & hoc est quod dicit hic. b [Ecce ascēdimus Ierosolymam.] quæ respectu totius terræ promissionis, in alto sita erat: & propter hoc venientes illuc, ab aliis partibus ibant ascendendo. c [Et consummabūtur omnia quæ scripta sunt, &c.] Quia prophetæ scripserunt de passione Christi futura: vt patet Isa. liij. & Dan. ix. & in multis aliis locis. [Et ipsi nihil horum intellexerunt.] Tum quia adhuc erant rudes & imperfecti. Tum quia Christus frequenter eis parabolicè loquebatur: & ideo nescierūt si tunc parabolicè loqueretur. d [Factum est autem.] Postquàm posita est Christi

instructio de tolerantia passionis: hic consequenter describitur dictæ doctrinæ confirmatio, per opus miraculosum: secundum quod scribitur Matth. vlt. cap. Sermonem confirmante sequentibus signis, & patet sententia ex dictis Mat. xx. & Marc. x. hoc excepto, Factum est autem cū appropinquaret Christus, c [Ierichō.] i. prope Iericho adhuc existeret: quia secundum veritatem non accedebat ad Iericho, sed inde recedebat, vt patet Matt. xx. ca. & Marci x.

EXPOSITIO MORALIS.

Assumpsit Iesus. Hierō. Dominus crebrò de passione sua, discipulis ante prędixit, ne cum veniret persecutio, & crucis ignominia, scandalizarentur. c [Et die tertia resurget.] Chrys. Qui quidem grata dicit, vt cum viderentur tristia, resurrectionem expectarent. d [Et ipsi nihil horum intellexerunt.] Per hoc significatur quòd homines carnales aspera nolunt audire, sed ad delectabilia sunt intenti. e [Factum est autē, &c. Cæcus quidam, &c.] Cæcus iste per quem mysticè significatur populus gentilis, qui erat excæcatus per idololatriam, & adueniente Iesu, & eius oculos mentales tangente, illuminatus est, per fidem opera sancta sequens. Aliter exponitur, Iste cæcus dicebatur Bartimæus, &c. Bartimæus qui filius pinguedinis interpretatur, significat hominē in delitiis carnalibus nutritum. Ideo dicitur cæcus, i. sapientiæ luce priuatus, de qua dicitur Iob xxviij. quòd non inuenitur in terra suauiter viuentium, quia delitiæ carnales habebāt intellectum. f [Et cum audiret, &c.] Talis enim cum audit de saluatore, debet clamare per orationem deuotā, vt ab eo recipiat sapientiæ lumen, qui dat omnibus affluenter, saltem de necessariis ad salutem.

QVAESTIO XXVI.

Traditur enim gentibus, &c.] Lucę xviij. cap. in quibus verbis mouetur talis quęstio, Vtrum peccatum fuerit occasio passionis Christi. Ad hoc breuiter respondetur ex sententia doctorum Alexand. Ioan. & Scoti quòd nisi malignitas peccati fuisset, mors Christi nullo modo secuta fuisset: ideo aiunt præfati doctores, quòd neque sine hoc, Christus redemptor incarnatus fuisset. Vnde glo. super epistola j. ad Timoth. ait, Nulla causa veniēdi fuit in Christo domino Deo nostro, nisi peccatores saluos facere, & Hierony. super hoc in quodam sermone sic ait, Conspui voluit, vt nos saluaret: velari voluit, vt velamen culpæ & ignominiæ à cordibus nostris auferret. In capite percuti, vt caput nostrum, id est Adam sanitati restitueret. Colaphis cędi, & verbis derideri, vt nos in manibus & labiis, i. verbis & operibus applaudamus. Quod autē hæc omnia dominus passus sit, vt nos redimeret à peccato ostēdit, non solùm Apostolus ad Galat. iiij capitu. dicens, Misit Deus filium suum natum ex muliere factū sub lege, vt eos qui sub lege erāt, redimeret: sed & textus Euāgelicus hodiernus postquam domini passionem explicauit, illuminationem cæci subiūxit per quod voluit denotare, quòd non nisi propter cæcum, id est propter peccatorem dominus passionem voluit sustinere. Ideo dicitur, Tradetur, scilicet Christus gentibus ad illudendum, & omnia quæ sequuntur. Alij autem scholastici oppositum tenent.

(Quæstio de peccato, vtrum fuerit occasio passionis Xpi.)

Feria quarta Cinerum. Euangelium secundum Matth. vj. cap.

IN illo tēpore, dixit Iesus discipulis suis, a Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ b † tristes: c exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. d Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua e ne videaris hominibus ieiunans, f sed Patri tuo g qui est in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. h Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo i & tinea demolitur, k & vbi fures effodiunt & furantur. l Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. m Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum.

(† Sicut hypocritæ. Hypocrisis est dissimulatio bonitatis, veritatis, & sanctitatis, & iustitiæ, quā homines se ostendunt veros, iustos bonos, tā mēdaces, & falsi sūt: hos Deus in vtroque Testamento odisse probatur. Isa. v. Væ qui dicitis malū bonū & bonū malum. Nonne hypocritarū proprium est simulatè facere, & dicere? Christus saluator Mat. xxiii. Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ qui mūdatis quod deforis est intus autē pleni estis rapina.)

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Cùm ieiunatis, &c. In sacro Euangelio, hodierno Christus saluator inuitat nos singulariter ad tria. Primò ad exercitium laboriosum, per corporis castigationem: ibi, Cùm ieiunatis. Secundò ad obsequium studiosum, per terrenorum abdicationem: ibi, Nolite thesaurizare. Tertiò ad præmium gloriosum, per virtutum operationem: ibi, Thesaurizate autē vobis. In hac parte excludit intentionem vanæ glorię ab operibus pœnitentiæ, dicens, a [Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ.] dicitur enim hypocrita ab hypo, quod est sub, & crisis aurum: quia sub auro, vel sub honestate exterioris conuersationis, habet absconditum plumbum falsitatis. Sequitur, b [Tristes.] Isti enim ostendunt quan-

dam faciei tristitiam, vt simulent pœnitētię rigorem, & ideo subditur. c [Exterminant enim facies &c.] Exterminare enim, est extra terminos ponere: & ideo illi facies exterminant, cū quandam tristitiam extra modum solitū aliorum demōstrant, vt religiosi præ cæteris appareant. Vel aliter: sicut fiunt quandoq; vnguēta ad decorandum faciē, quibus vtūtur mulieres ad simulandū pulchritudinē, ita fiunt quædam vnguenta, ad exterminandum prædicto modo faciem. Et forte talibus vtebantur ad simulandum pœnitentiam, sicut etiam Tyrāni talibus vtuntur ad extorquendum pecuniam per quæstum. Subdit autem debitū modum ieiunandi, cùm dicit. d [Tu autem cum ieiu. vnge caput tuum.] id est signa lætitiæ quærendo. Talibus enim vnguentis & lotione corporis vtebantur Iudæi in diebus solennibus & festiuis. e [Ne vi. hominibus ieiunans,] id est ad gloriam hominum quærendam. f [Sed patri tuo] cælesti, cuius gloriam debes tātum quærere in operibus tuis. g [Qui est in abscōdi.] quia Deus in præsenti vita non potest videri à nobis, licet sit præsens vbique. Cætera patent. h [Nolite thesaurizare.] Hic excludit ab affectione hominis peccatum auaritiæ. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres electiones; per quas excludit immoderatam congregationem diuitiarum. Secunda ponitur ibi, thesaurus tuus. Tertia ibi Nemo potest duobus dominis seruire. Prima ratio accipitur ex defectu thesauri temporalis. Thesaurꝰ enim nihil aliud est quā cōgregatio diuitiarū: cōgregātur autē diuitiæ, propter sufficientiā vitę habēdā, sed thesaurizatio indebita recti inducit contrarium, quia reddit hominē iniustissimum, quia talis thesaurizatio est quę fit ex auaritia, & ex amore diuitiarū in se. Ille autem qui sic congregat diuitias, non audet eis vti, sed iuxta eas ducit miseram vitam: & dimittit eas putrefieri. Et ideo dicit Hierony. in epistola ad Paulinū, Antiquum dictum est, auaro deest tam quod habet, quàm quod non habet. Talem modum thesaurizandi excludit saluator, cùm dicit (Nolite thesaurizare &c. vbi ærugo) Ærugo est æris rubigo. & in hoc tangitur corruptio diuitiarum artificialium, vt auri & argenti & cæterorum metallorum. i [Et tinea.] Hic tangitur corruptio diuitiarum naturalium, bladi, & vini, & vestimentorū, & consimilium. k [Et vbi fures effodiunt &c.] hoc dixit propter lapides pretiosos, qui licet non possint rubiginari, nec à vermibus corrodi, tamen possunt à latronibus tolli. Et ex prædictis patet, quòd thesaurizatio quæ fit ex causis honestis, non est interdicta à saluatore, tanquam illicita, & quando aliquis thesaurizat ad bona opera facienda, vt est constructio Ecclesiarum, releuatio pauperū, & huiusmodi; vel propter rempublicam seruandam & consimilia. l [Thesaurizate.] per hoc concludit excellentissimum modum thesaurizandi quando, scilicet bona temporalia & transitoria conseruantur in pios vsus: & sic commutantur in bona spiritualia & æterna, & per consequēns incorruptibilia, & hoc est thesaurizare in cælo: & patet litera. m [Vbi est thesaurus tuus.] Hic ponitur secūda ratio, ad excludendum thesaurizationem inordinatam temporalium: & accipitur ista ratio ex quodam effectu malo ipsius, qui est excæcatio mentis. Ad talem enim thesaurizationem, sequitur totalis cōuersio mentis, ad amorem diuitiarum. Et hoc est quod dicit, Vbi est thesaurus tuus &c. Ad conuersionem, sequitur auersio à Deo: & quia intellectus illuminatur per conuersionem ad Deum, ideo ex tali auersione obtenebratur.

Pecuniæ fugienda est cupiditas.

Corruptio diuitiarū.

EXPOSITIO MORALIS.

CVm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Leo papa, Non sunt casta ieiunia, quæ non de ratione continentiæ veniunt, sed arte fallaciæ. d [Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua] per caput Christus intelligitur: per faciem propria conscientia, quæ lauanda est per cōfessionem: Christus autem vngēdus deuotione. h [Nolite thesaurizare, &c.] Rabanus, Ærugo significat superbiam, quæ decorem virtutum offuscat. Tinea quæ latenter vestes rodit, significat inuidiam, quæ bonum studium lacerat. Fures sunt hæretici & dæmones qui semper sunt intenti, nos donis spiritualibus spoliare.

Quid moraliter ærugo significat.

QVÆSTIO XXVII.

CVm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.] Matthæi sexto, super quibus verbis meritò quæritur, Vtrum superbo ieiunanti valeat ieiunium: & si ei in hoc peccato, vel altero existenti, ad bona spiritualia & temporalia prosit? Ad quod respōdendo, aduertendum est, hominem in peccato mortali dupliciter existere posse: siue illud peccatum superbia sit, siue aliud. Aut enim sic existens contritus est, & confitendi propositum habet, & sic ieiunio, vel alterius boni fructu non caret. Aut de superbia vel alio modo, nullum dolorem & signum pœnitentiæ retinet, & sic ieiunium quo ad culpæ satisfactionem, & quo ad gloriæ adeptionem sibi minime valet: quia vt doctor Ricardus super distinct. xv. iiij. sententiæ. ait, Cum Deus bonorum nostrorum non egeat, si hominem non amat, neque opera eius acceptat. Hinc Gen. iiij. cap. scriptum est, Respexit Dominus ad Abel: & primum hoc fecit, deinde ad munera eius. Scotus autem qui doctor subtilis est & Landulphus Neapolitanus super. iiij. senten. quæst. iij. dicunt oppositum, quod valeat, scilicet quando opera satisfactoria res vel vires minuunt, iterari non debent: quia quandoque forte non possunt. Valet tamen secundum omnes ieiunium factum in peccato mortali quo ad nouē. Primò ad mandati completionem, ad quam

Quæstio de ieiunio superbi.

quis tenetur, siue quia ecclesia eũ obligat, siue confessor suus, dum id pro pœnitentia ei iniũgit. Ad hunc sensum verba Pau. ad Eph. vj. c. deduci possunt qui ait, Filij obedite parentib. &c. patri, s. spirituali & Ecclesiæ. Secundò ad gratiæ impetrationem. Nam si Rahab meretrix, vt in ij. c. lib. Iosue legitur ex opere pietatis tantã gratiã apud Heb. inuenit, quãto magis apud Deum, qui ad sui honorem ieiunium facit, & nõ bona fortunæ, sed bona naturæ, ieiunio fundit. Tertiò ad pœnæ tẽporalis diminutionem, vt, de Achab in iiij. Re. legitur: qui cùm ex minatione Heliæ, quam sibi ex parte domini fecerat, vestimenta scinderet, & cilicio carnẽ suam operiret, & ieiunando in terra & in sacco dormiret, illud quod in xxj. c. scribitur, à domino audiuit Helias, sibi esse dicẽdum, Quia inquit humiliatus est mei causa Achab, non inducam malũ in diebus suis, sed in diebus filij sui. Quartò ad pœnæ infernalis minorationẽ. Nota tamen secundùm Ricar. vbi suprà, ꝙ propter tale bonum nõ diminuitur pœna quæ peccatis iam factis debetur, sed cauet à malis, qui tale bonum agit, quæ si nõ faceret grauius puniretur. Quintò ad bonorũ temporaliũ multiplicationem: vnde Greg. in homi. de diuite & Lazaro scribit, Nisi enim diues iste aliquid boni egisset, vnde in præsenti seculo remunerationẽ accepisset: nequaquã ei Abrahã diceret, Recepisti bona in vita tua: quę verba de pœ. d. iij. c. cauẽdo. à Gratiano notantur. Sextò ad pœnitentiæ sumendæ dispositionem. vnde Greg. de huiusmodi pœnitentiam facientę ait, Hortamur vt faciat, vt omnipotẽs Deus cor illius illustret ad pœnitentiam: scilicet veram, de pœni. dist. v. c. falsas, in decretis habetur. Septimò ad bonorũ assuefactionem. vnde Tren. iij. scribitur, Bonũ est viro cùm portauerit iugum ab adolescẽtia sua. Octauò ad famæ cõseruationẽ. Quia Prouer. xij. legitur, Melius est nomen bonum quã diuitiæ multæ. Nonò & vltimò ad potestatis Diaboli minorationem, sicut in plerisq; locis beati Francisci, aut Benedicti, Basilij, atq; aliorum multorum sanctorum legitur. Quid igitur restat, nisi vt vitam æternã ieiunans acquirat? quam profectò possidebit, si nõ sicut superbus hypocrita ieiunabit, sicut dominus dicit, Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

De Achab exẽplum.

Feria v. post diem Cinerũ Euangelium secundum Matth. viij. c.

IN illo tempore,[a] cùm introisset Iesus Capernaum [b] accessit ad eũ Centurio, [c] rogans eũ dicens, Domine puer meus iacet in domo paralyticꝰ & malè torquetur. Et ait illi Iesus, d Ego veniam & curabo eum. Et respondẽs Centurio, ait, [e] Domine non sum [†] dignus, vt intres sub tectũ meũ, [f] sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. [g] Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites. [h] Et dico huic, Vade, & vadit, & alio, Veni, & venit, & seruo meo, Fac hoc, & facit. [i] Audiẽs autẽ Iesus [k] miratus est, [l] & sequẽtibus se dixit, [m] Amẽ dico vobis, [n] non inueni tantam fidem in Israel. Dico autẽ vobis, ꝙ multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abrahã, Isaac & Iacob in regno cælorum. [p] Filij autem regni [q] eijcientur in tenebras exteriores: [r] ibi erit fletus & stridor dentiũ. [t] Et dixit Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti [v] fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Domine nõ sum dignus. Centurio iste firmiter credẽs, & nullatenus dubitãs in verbo suæ fidei meruit apud Dominum sibi poẽs saluũ, i. sanũ anima & corpore ilico fieri: ex quo patet, quod qui firmiter credit, & à domino qd mẽtũ est petit, firmas de obtinet Ioan. xiiij. Christus ait, Si quid petieritis me, in nomine meo, hoc faciã.

POSTILLA.

CVm autem introisset Iesus Capernaum. Hic ponitur secundum miraculum: scilicet curatio paralytici, & diuiditur in duas partes: quia primò describitur huius Centurionis fides & deuotio: secundò ex hoc infertur conclusio: ibi, Audiens autem Iesus. Circa primum aduertendum, quòd iste Centurio ad cuius preces seruus eius curatus est, non erat Iudæus, sed Gentilis: ibi positus à Romanis ad custodiam principalis ciuitatis Galilææ, i. Capernaum: quia tota illa terra erat subdita Romanis, propter quod Iudæi coram Pilato dixerunt, Non habemus regem nisi Cęsarem. Et ideo quia Iesus erat Iudæus: ipse non venit ad eum in persona propria, reputans se indignum ad hoc impetrandum. Sed misit ad Iesum principes Iudęorum, vt dicitur Luc. vij. cap. vt per eos curationem serui sui facilius impetraret: & quia quod per amicos facimus, quodãmodo per nosmetipsos facimus: ideo Matth. dicit eum venisse ad Iesum, nõ quia in persona propria venerit, sed per intermedios, & sic est intelligendum quod dicitur hic. b [Accessit ad eum Centurio.] scilicet per amicos: dicitur autem Centurio, quia habebat cẽtum homines in armis sub se, ad custodiam illius terræ, ne fortè vellent contra Romanos rebellare. Iste ergo Centurio auditis Christi miraculis, firmiter credidit ꝙ poterat sanare seruũ eius, qui erat ei valdè charus: vt dicitur Lu. vij. cap. Ideo de eius sanatione erat valdè sollicitus. Iesus autẽ sciens eius fidem & deuotionẽ, respondit ei per internũtium. d [Ego veniam & curabo eum.] Cùm autẽ esset in via misit Centurio nuntios obuiã ei, vt dicit Lu. dicẽtes ex parte eius. e [Domine

De Centurionis fide

non sum dignus.] Erat enim homo gētilis, cum abominabile erat Iudæis comedere & bibere cum gētilibus, & etiā domos eorum intrare, vt habetur Act. xj. & fortè iste qui gētilis erat, idola in domo sua habebat. Et ideo ex humilitate Christum ab ingressu domus suę repellebat dicēs, Domine non sum dignus, &c. Et ex altera parte firmiter credebat, quòd absens solo verbo seruū suum curare poterat, propter quod dicit. f [Sed tātum dic verbo, &c.] quod probat per hoc quod subditur. g [Nā & ego homo sum.] i. licet habeā aliquos sub me, qui mihi habeāt obedire, tamē sum subditus maiori potestati, videlicet præsidi & Imperatori, & tamē subditi obediunt mihi ad nutum. h [Et dico huic, Vade & vadit, &c.] Et ex hoc intelligitur sequēs cōclusio. s. hæc: Ergo tu qui nō es subditus alicui potestati, potes præcipere infirmitati, & eā eiicere: & sic solo verbo seruū meum curare. i [Audiens autē Iesus] hic ex dictis infertur quædā cōclusio: quia ex fide huius gētilis, & infidelitate Iudæorum, cōcludit saluator vocationem gentium ad fidē, & reprobationē Iudęorum, & hoc est quod subditur, Audiēs autē Iesus s. verba Centurionis expressiua tantæ fidei. k [Miratus est.] Sed quæritur: quomodo in Christo fuit admiratio, quæ cōsurgit in homine, ex alicuius incogniti & insoliti inspectiōe. Christus autē ab instāti cōceptionis, plenus fuit sciētia: nec aliquid noui cognouit. Ideo videtur, quòd in ipso admiratio secundùm rē nō fuit: sed tantum secūdùm apparentiā, quia ad modū admirantis se habuit, vt dicunt aliqui. Nec fuit ibi falsitas, quia hoc fuit ad designādum aliquod verum, s. fidē Centurionis, & infidelitatem Iudæorum. Sed melius dicitur quòd fuit in Christo vera admiratio ad ostendēdum veritatem humanę naturę in eo. Ad cuius euidentiā sciēdum, quòd in Christo ponitur duplex sciētia. Vna diuina quæ est æterna: & secundùm hanc in eo nō potest esse admiratio, quia nihil cognoscitur ab eo de nouo. Alia humana vel creata. Et hęc est duplex. Vna visionis rerū in verbo: quia anima Christi ab instāti cōceptiōis, cognoscit verbū notitia visionis. Et hæc sunt omnia quæ habent esse secundū quācunq; differentiā temporis, cuiusmodi sunt præsentia, preterita & futura: & secūdū hāc scientiā in Christo non fuit admiratio, sicut nec innouatio. Alia est sciētia in Christo, qua cognoscit in proprio genere: & hæc est duplex. Vna habitualis, & in ista nō est aliqua nouitas: quia ab instāti cōceptiōis fuit anima Christi perfectè repleta habitu omniū scientiarū. Alia experimētalis, sicut aliquis habens habitū scientiæ per doctrinā, postea experitur per intuitionē in effectu: & isto modo in anima Christi erat aliquid de nouo cognitū, & sic ex inspectiōe hoc modo incogniti prius, poterat in ipso admiratio de nouo causari, sic factum fuit in proposito: sequitur. l [Et sequētibus se,] i. discipulis suis. m [Dixit, Amē,] i. fideliter. n [Non inueni tantā fidē in Israel] in populo Iudaico: quia licet aliqui de Iudæis firmiter crederent. s. discipuli sui: tamen principales illius populi non crediderunt, & multitudinē eius à fide auerterūt: & ideo cōcludit saluator. o [Dico autē vobis quòd multi ab Oriente & Occidēte venient] quia multitudo gētilium in diuersis partibus orbis existentium, per prædicationē Apostolorum cōuersa est ad fidem. Et sic perceperunt gratiā & gloriā. p [Filij autem regni.] i. Iudæi ex quibus Christus natus est: & quibus principaliter missus est ad prædicandū eis regni cælestis Euangelium. q [Eiicientur in te. exter.] quia repulerunt fidem Christi, & sic remanēt in peccatis suis obstinati, & sic eiicientur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores: quia tenebræ primæ sunt tenebræ culpę, aliæ autē sunt gehēnę. Sed quæritur quomodo sint ibi tenebrę, cùm sit ibi ignis qui de natura sua est lucidus? Dicendum quòd ille ignis describitur in medio terræ: & ideo fumosus est & obscurus. Item non lucet ad ostendendum dānatis aliquid ad eorum cōsolationem: sed ad eorum desolationē. Ideo dicūtur ibi esse tenebræ exteriores. Sequitur r [Ibi erit fletus.] In fletu duo sunt, s. tristitia animi, ex qua procedit fletus, & secundùm hoc fletus est in dānatis generaliter tam in dæmonibus quàm in hominibus. Aliud est ex parte corporis, s. lachrymarum resolutio, & turbatio cerebri, & oculorū, & ista non possunt esse in spiritibus separatis: sed post resurrectionē quantū ad aliquid erunt in hominibus dānatis: quia ibi erit prędicta cerebri & oculorū turbatio: sed nō erit ibi lachrymarū fluxus à capite, vel resolutio: quia cessante motu cęli cessabit omnis generatio & corruptio. Ex quo patet vlterius quòd ibi erit. s [Stridor dentium.] qui non importat aliquam corruptionem, sed tantum doloris ostēsionem: sequitur. t [Et dixit Iesus] s. perfectè. v [Fiat tibi] in sanatione serui tui. Expositio literalis alia super idem Euangelium habetur suprà, dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

Quomodo in Christo, fuit admiratio.

Defectus Christi.

In inferno est lumen, nō ad consolationē, sed ad pœnā. Ri. 4. Sent.

Duplex est fletus.

Quomodo in damnatis est stridor dentium.

EXPOSITIO MORALIS.

CVm introisset Iesus Capernaum, accessit ad eum Centurio, &c. Iste gentilis erat, in Christū tamen credebat, aliter enim pro sanatione sui pueri non rogasset: ideo per ipsum primitiæ gētium significātur, credentes in Christum & laborantes ad conuersionem aliorum. De quibus fuit Lucas Euang. & Diony. Areopagita, & alij plures: propter hoc autē Christus subdit. m [Non inueni tantam fidem in Israel] vbi significatur deuotio gentilium ad Christi fidem, & obduratio Iudæorum.

QVAESTIO XXVIII.

Quæstio de superbia

DOmine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Matt. viij. Ex his verbis oritur quæstio talis: vtrum superbia ex sua praua cōditione sit grauissimum peccatorum: cui pe

titioni ex sententia S. Tho. ij. ij. quæst. clxij. art. vj. sic respondetur: Quia cum in aliis peccatis, vel propter ignorantiam, aut propter infirmitatem, siue propter desiderium cuiuscũque alterius boni, à Deo auertatur homo, per superbiam auersionẽ habet ab ipso. Et hoc est quòd non vult per malitiam, sibi & eius regulæ subiici. Vnde Bern. ait, Omnia vitia fugiũt à Deo, sola superbia se sibi opponit. Et Ia. iiij. c. scribitur, Superbis Deus resistit. duobus enim modis Deum per peccatum offendit, per conuersionẽ ad commutabile bonum, quod est velut materiale peccati, & per auersionẽ ab eo in cõmutabili bono, quod est velut formalis & cõpletiua causa delicti: & licet superbia non sit grauissima per conuersionẽ ad cõmutabile bonũ: quia celsitudo quã inordinatè superbus appetit, ex ista ratione maximam repugnantiã non habet ad bonum virtutis, tamen ex auersione omnia alia peccata transcendit: idcirco beatus Hiero. in suo fœlici transitu dicit, Vbi est superbia, nihil peius. Nõne omnia oriũtur mala ex superbia tanquã ex vna radice? Cùm enim diues factus fuerit homo, & multiplicata fuerit gloria domus eius nõne superbit? Et cùm superbierit, nõne polluuntur viæ eius in omni tempore? Et tunc in insidiis cum diuitib⁹ in occultis cogitat, vt interficiat innocentẽ. Oculi eius in pauperem respiciunt, & insidiantur in occulto vt capiant eum tanquam leo in cubili suo, dicentes in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciẽ suam ne videat vsq; in finẽ. Qua ex re humilis Cẽturio ne Iesum offenderet, ne se ab eius pietate auerteret ait, Domine nõ sum dignus, &c.

Feria vj. post diem cinerum. Euang. secundùm Matth. v. & vj. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est Antiquis, [b] Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis, [c] Diligite inimicos vestros: [d] † benefacite his qui oderũt vos. [e] Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est. [f] Qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facietis? Nonne Ethnici hoc faciunt? [g] Estote ergo & vos perfecti, [h] sicut & pater vester cælestis perfectus est. [i] Attendite, [k] ne iustitiam vestram [l] faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cęlis est. [m] Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis & in vicis, [n] vt honorificentur ab hominibus. [o] Amen dico vobis, [p] receperunt mercedem suam. [q] Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscõdito. [r] Et pater tuus [s] qui videt in abscõdito [t] reddet tibi.

Diligite inimicos vestros. Christus saluator Iesus inimicos nostros nobis diligẽdos esse suadet, nõ inquãtum sunt inimici: sed inquãtũ homines mortales similes nobis: & etiam quòd diuinũ præceptum ot-

k tenemus. Et ne pp odium dã nemur, peccata odire debemus: sed non homines. 16. de Sum. Bo. Sic diligẽdi sunt homines: vt eorũ non diligãtur errores, idẽ vult magi. Sen. lib. ii. dist. xx.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Audistis. &c.] Hic ponit intellectum præcepti de dilectione proximi, super quod fundatur lex, inquãtum ordinatur ad proximum: quia in pręcepto charitatis tota lex pendet & prophetæ. In hoc præcepto Iudæi errabant. Ex hoc enim quòd præceptum est Leuitici xix. c. b [Diliges amicum tuum sicut teipsum] arguebant à cõtrario sensu, quòd debebãt odire inimicum. Sed hoc est falsum: quia omnis homo ex charitate diligendus est, inquãtum ad imaginẽ Dei creatus est & capax ipsius per cognitionẽ & amorem Amicitiæ enim charitas fundatur super cõmunicationẽ supernæ beatitudinis: & ideo omnis creatura intellectualis, quæ in actu vel potẽtia est beata, est ex charitate diligenda. Mali autẽ homines quandiu sunt in via, sunt in potentia veniẽdi ad beatitudinẽ. Et ideo licet eorũ malitia sit odiẽda, ipsa tamẽ natura possibilis beatificari est diligenda. Et hoc est quod dicit saluator. In sacro Euãg. tria notantur. Primò tãtæ affectionis charitas dilatãda: ibi, Audistis quia dictum est. Secundò puræ intẽtionis synceritas recitanda: ibi, Attendite ne iustitiã. Tertiò piæ subuẽtionis largitas ordinãda: ibi, Cũ ergo facis eleemosynã. c [Diligite inimicos] bona s. gratiæ & gloriæ eis optãdo. Alia verò nõ sunt eis optãda, nisi in quadã generalitate, inquantum valẽt ad eorũ salutẽ, quod soli Deo est notum: quia omnibus aliis potest homo benè vel malè vti: & ideo circa hoc nõ est determinatè aliquid petẽdũ. Sequitur. d [Benefacite] Benefacere est effectus dilectionis: & ideo sicut tenemur diligere inimicos, quãtum ad bona gratiæ & gloriæ, ita tenemur in effectu salutẽ eorum modo debito & possibili procurare. e [Et orate pro persequentibus vos] optando eis scilicet bona gratiæ & glorię. alia autem bona in speciali optare vel facere, non est necessitatis: sed supererogationis. Ad prædicta autem facienda etiam inimicis, hortatur nos exemplo Dei. f [Qui solem suum oriri facit, &c.] Bo-

Quomõ tenemur inimicos diligere.

neficia enim cõmunia nõ subtrahit malis hominibus qui tñ ei inquãtũ in eis est inimicãtur Arguit aũt hic exẽplo gentilium infideliũ, qui suos amicos diligũt,& eis benefaciunt. Si ergo super ipsos mercedẽ beatitudinis volumus habere, debem⁹ plus propter Deũ facere, dilectionẽ etiam ad inimicos extendẽdo modo prędicto:& hoc est qđ concludit in fine. g [Estote ergo & vos perfe.] legẽ Euãgelicam, quæ est lex amoris conseruando, vt sitis perfecti. h [Sicut & pater vester cælestis &c.] qui beneficiũ largitur etiã malis hominibus: ita quòd propter eorum maliciã, non deserit beneficentiã circa ipsos: ita nec vos circa inimicos, modo tamẽ prędicto intelligendo, quia aliquando est necessitatis,& aliquando supererogationis. i [Attendite.] Postquam saluator regulauit hominis opinionem, hic regulat ipsius affectionem, excludendo ab operibus eius intentionem vanæ gloriæ. Et primò dat intentionem suam in generali. Secundò applicat magis in speciali: ibi, Cùm facis eleemosynã. circa primam partẽ aduertẽdũ, ꝙ secũdũ ꝙ dicit Phi. iij. Ethi. Bonũ cõtingit vno modo, malũ autẽ omnifariã: quia ad hoc ꝙ actus humanus bonus sit, requiritur bonitas generis,& circunstãtiarũ: sed redditur malus ex quolibet defectu istorum,& ideo nõ sufficit ꝙ actio sit bona de genere, sed requiritur ꝙ fiat recta intẽtione: bonitas enim finis est circunstantia principalis: ideo opus quantuncunq; bonũ in genere, si fiat intẽtione vanæ gloriæ, redditur malũ. Propter quod dicit saluator, Attendite, i. diligenter cõsyderate. k [Ne iustitiam vestram.] i. opera bona de genere quæcunq; fuerint illa: quia omnia continẽtur sub iustitia generaliter dicta. l [Faciatis corã hominibus] gloriã scilicet & laudẽ humanã ex talibus quærendo. Per hoc autem non prohibetur, ꝙ opera bona fiant corã hominibus, ad ꝓximorũ ædificationẽ & ad Dei gloriã quod est bonũ & meritoriũ, vt supra dictũ est, sed quia hic loquitur de imperfectis, qui de facili in vanã gloriã efferũtur: iõ cõsulit eorũ bona opera occultãdo. Suprà aũt loquebatur prælatis qui sunt in statu perfectionis, propter qđ nõ est existimandũ ꝙ de facili ferãtur in vanã gloriã. Iõ dicit eorũ opera in publico fiẽda, ad aliorũ ædificationẽ. Sic luceat lux vestra, vt suprà dictũ est. Aliquid enim bene est consulendũ viris perfectis, de quorũ securitate cõfiditur, ꝙ non est consulendum imperfectis & paruulis, de quorum debilitate timetur. m [Cùm ergo &c.] Applicat in speciali: excludit intentionem vanæ gloriæ ab operibus misericordiæ dicens, Cum ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te, hoc est ad laudem hominum manifestare. Ad cuius intellectũ sciendum, ꝙ apud Iudæos vtebantur tubis, sicut apud catholicos cãpanis: & ideo sicut videmus quod in aliquibus locis pulsatur cãpana pro eleemosyna accipiẽda, ita & apud Iudæos ad hoc faciendũ vtebantur tuba. Sed hypocritæ nõ faciebant huiusmodi clangorẽ, principaliter propter pauperũ vocationem, sed magis ad propriã ostẽtationem vt patet in litera cum dicitur. n [Vt honorificentur &c.] Rationem aũt prohibitiõis subdit. o [Amen dico vobis &c]. i. firmiter & fideliter assero p [Receperunt mercedẽ suam.] Ex quo enim intentio refertur ad homines tantũ, non est aliquid à Deo iustè expectandum. Modum aũt conuenientem faciendi eleemosynã subdit, cùm dicit. q [Te autem faciente.] Modus loquendi est, vt quando fit aliquid secretè per hoc innuit ꝙ talia sunt faciẽda propter Deum tantùm. Vnde subditur. r [Et pater tuus.] scilicet Deus, qui est pater omnium per creationẽ, & iustorum, per gratiæ adoptionem. s [Qui videt in abscondito] quia ipse solus videt intẽtionem cordium. t [Reddet tibi.]

Magis meritoriũ est diligere inimicum, quàm amicum, Tho.

Eleemosyna cadit sub præcepto legis naturæ. Ric. iiii. S. dist. xv. art. ii. ii. q. qui habuerit. substantiã &c. Io. iii. Etiã cadit sub præcepto legis diuinæ Mat. xxv. E furiui. sub præcepto legis canonicæ. lxxxvi. di. c. non satis & viii. q. i. sed illud præceptũ est affirmatiuũ,& nõ obligat nisi pro loco, & tempore, de Clauasio in Sum.

EXPOSITIO MORALIS.

Diliges proximũ tuum:& odio habebis inimicũ tuũ &c. secũdùm Aug. Inimicus iste diabolus intelligẽdus est, qui præcisus est totaliter à Dei consortio,& sanctorum. Homo viator quantũcunque malus, potest ad Deum reuerti, ideo diligendus est ex charitate: propter quod subditur. c [Diligite inimicos vestros,&c.] Et quoniam valde difficile est bonis operibus patenter factis, vanam gloriã totaliter euitare: ideo subditur. i [Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus,&c.] Et illud quod sequitur. m [Cùm facis eleemosynam noli tuba canere ante te.] Chryso. Si bonorũ quæ facis vis inspectores habere, ecce habes non solum Angelos & Archangelos, sed etiã Deum vniuersorum.

QVAESTIO XXIX.

Attendite ne iustitiam vestram &c. Matt. v. Pro quibus verbis merito quæritur, Vtrum gloria boni operis possit haberi sine peccato. Ad quod respondetur ex sentẽtia S. Tho. ij. ij. q. cxxxiij. ar. j. di. ij. & iij. & Durã. iij. lib. j. parte. ij. quòd appetitus gloriæ alicuius boni operis non est aliquid vitiosum. Nam gloria claritatẽ quandã significat. Vnde glorificari idem est qđ clarificari. Claritas autem vt Aug. super Ioan. ait,& decorẽ quendã habet,& manifestationẽ importat alicuius, quod apud homines decor videtur, siue illud sit bonum corporale, siue spirituale, hinc Matth. v. scriptũ est, Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opa vestra bona. Potest tamen appetitus circa gloriam tripliciter ordinari. Primo modo ex parte rei, de qua qs gloriã quærit, puta cũ gloria quæritur de re fragili atque turpi, falsa & diuinę reuerẽtię cõtraria. Sicut princeps Tyri quæsiuit, cui Ezech. xxviij. dicitur, Eleuatum est cor tuum,& dixisti, Deus ego sum. Siquidem quærentem gloriam Apostolus j. ad Cor. iiij. cap. reprehendit dicens, Quid habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris

Quæstio de gloria boni operis, vtrum possit haberi sine peccato. Appetitus circa gloriã tripliciter potest ordinari.

quasi non acceperis. Alio modo, ex parte eius à quo quis gloriā quęrit, putà hominis cuius iudicium nō est certū: nam de plerísq; sic gloriā quærentibus Ioan.xij. dicitur, Dilexerunt magis gloriā hominum, quā gloriam Dei. Vltimo modo ex parte finis, quoniā qui gloriam appetit non indebitum finē, ad honorē Dei scilicet, gloriari non pretendit: idcirco Ier.ix. scribitur, Non glorietur sapiēs in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diuesin diuitiis suis. Sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. Et Hie. ad Nepotianum scribens ait, Caue ne hominum ramusculos aucuperis, ne in offensam Dei, populorum laudes cōmutes. Si adhuc inquit Apo. hominibus placerem Christi seruus non essem. Desinit placere hominibus, qui Christi seruus factus est per bonam & malam famā. A dexteris & sinistris Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur, nō diuitiis rumet, non contrahitur paupertate, & læta contemnit & tristia: per diē Sol nō vret eū, neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectū iter precū tuarū frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias, & ostētui habere philacteriam, & consciētia repugnāte pharisaica ambitione circūdari. Hinc depēdet Euan. Inde lex & prophetę. Fidelis quisque meeum lector intelligis quid taceam, & quid magis tacēdo loquor. Tot regulæ quot species gloriarū. Quādo melius erat hoc non in corpore, sed corde habere fautorem: non aspectus hominum. Hęc dominus ait, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.

Fortis animi est, aduersa patienter tolerare. Macro.

Sabbato post diem cinerum, Euangelium Marci vj. cap.

IN illo tempore, cùm serò esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborātes in remigādo. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa b quartam vigiliā noctis venit ad eos ambulās super mare, c & volebat pręterire eos. At illi, vt viderunt eū ambulantē super mare, putauerūt phantasma esse, & exclamauerūt. Omnes enim eum viderūt, & cōturbati sunt. Et statim locutus est cū eis, & dixit illis, † Cōfidite ego sum, nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim, & cessauit vētus. Et plus magis inter se stupebant, non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcęcatum. Et cùm transfretassent peruenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt. d Cumque egressi essent de naui, cōtinuo cognouerunt eum. e Et percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, vbi audiebant eum esse. Et quocūque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Confidite ego sum. Si quis firmā spē & fidem in Christum dominū habuerit, in nomine eius & virtute ab omni periculo liberari potest. Et non est tam grāde periculū, quod domino adiuuāte vitari nō possit, in robore fidei & virtute Dei vñ Christi in Euangelio Marc i xi. Habete fidem Dei. Amen dico vobis: quia quicunque dixerit huic mōti, Tollere & mitte te i mari & non hæsitauerit, in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit Fiat, fiet, &c.

POSTILLA.

ET volebat præterire eos, eo modo sicut post resurrectionem suam ambulans cum duobus discipulis suis euntibus in Emaüs, finxit se lōgius ire, vt videtur Luc.xxiiij.cap. Nec tamen fuit ibi aliqua duplicitas seu falsitas, secundùm quòd dicit beatus Greg. Hoc enim fecit, vt sic se ostenderet eis exterius, qualis apud eos erat in mentibus eorum interius. Erant enim dubij in fide resurrectionis Christi, & tardi ad credēdum, vt ibidē dicitur. Et propter hoc dubium, erant aliquātulum elongati à veritate. Et ideo apparuit eis in peregrina effigie, & finxit se lōgius ire: quia tales appaririones fiunt communiter secundùm dispositionem interiorē ipsorum quibus fiunt, & eodem modo dicitur hic, quòd volebat præterire eos, quia erant paruæ fidei: secundùm quòd dicitur in textu, quia putabant phantasma esse: & tamen iam viderant tanta miracula eum fecisse: quod credere debebāt ipsum super aquas ambulare. d [Cumque egressi essent de naui cognouerunt eum] scilicet illi de terra Genezareth, qui per famā quā audierant, & miracula quæ aliqui eorum viderant cognouerunt, quòd ille erat qui infirmos curabat, & miracula alia faciebat, & ideo subditur. e [Et percurrentes vniuersam regionem illam] quia Genezareni miserunt per ciuitates, ad hoc quòd adducerētur infirmi ad præsentiam Christi: vt fimbriam vestimenti eius tangerent. Iudæi enim erant distincti ab aliis gentibus, non solum in lege, sed etiam in habitu: quia Num.xv.c. præcipitur, quòd facerent fimbrias in angulis palliorum. Et talem habitum portabat Christus, sicut & legem seruauit: & ad tactum huiusmodi fimbriarum, curabantur infirmi.

EXPOSITIO MORALIS EIUSdem Euang. Mar.vj.c.

ERat nauis in medio mari. Nauis est corpus humanum, in quo secūdùm Platonicos anima est sicut nauta in naui, quæ fluctibus passionum iræ & concupiscentiæ, quæ sunt in organis corporalibus

ralib' frequẽter impellitur, & aliquãdo pericli tatur. Nã motus passionis aliquando subuertit iudiciũ rationis: sed quarta vigilia quę terminat à luce matutina Christus venit: qa dũ mẽs ad superni luminis claritatẽ oculos erigit, passionũ impetus cõquiescit. Et tũc fit applicatio ad terrã Genezareth, i. generãtis aurã, per quã significatur spiritus aurę lenis, vbi est domin'. iij. Re. xix. & sanãtur infirmi à lãguore peccati.

QVAESTIO XXX.

Quæstio de vãa gloria, & an sit peccatũ

CVm serò esset factum erat nauis in medio mari, &c. Mar. vj. super quibus verbis quęritur, Quid sit vana gloria: & an sit peccatum mortale? Ad quod breuiter respõdetur ex sententia Duran. lib. j. par. xiij. d. ij. ꝙ vana gloria secũdũ Hie. est inordinatus animi motus: quo aliquis propriã desyderat excellẽtiam, vt alios honore præcellat. Qui quidem appetitus si adeò inordinatur, vt inde cõtẽptus Dei, vel proximi sequatur, mortale peccatũ est: vnde Hier. ad Antoniũ monachũ scribens, ait, Iudaicus populus primus sibi cathedras & salutationes in foro vendicans, deputato anrea in Scyllam Siculam gentili populo succedente delatus est. Cõtra sophistas quoq; seculi, & sapientes mũdi piscaror mittitur: cuius rei causa scriptura ait, Superbis Deus resistit humilibus autẽ dat gratiã. Vide frater quale malũ sit, quod aduersariũ habet Deum, ob quod in Euan. Phariseus arrogãs, spernitur, & humilis Publicanus auditur, hæc ille. Ideoq; dicere possumus ꝙ ventus vanæ gloriæ, non modicum contrarius est naui, i. Christianæ religioni, quę est in medio mari, i. in passione huius miseri seculi: vt dicunt verba pręposita, scilicet, Cum serò esset, &c.

Dom. j. in xl. Euan. secun. Matt. iiij. cap.

Tentaretur à Diabolo. Dñs Iesus vt nos ad tẽtationes instrueret, a spiritu maligno se tentari permittit, illi potenter resistẽdo: ostendens quod tentationes mundi, & Dæmonũ patienter sustineamus, & eis potenter resistam' per fidem: ga in tentationibus ferẽdis meremur.

IN illo tempore, [a] ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tẽtaretur à diabolo. [b] † Et cum ieiunasset [c] quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, [d] posteà esuriit. [e] Et accedens tentator dixit ei, [f] Si filius Dei es, [g] dic vt lapides isti panes fiant. [h] Qui respondẽs, dixit, [i] Scriptũ est, [k] Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. [m] Tunc assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ, [n] & statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli. [o] Et dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. [p] Scriptũ est enim, [q] quia Angelis suis mandauit de te, & in manus tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi Iesus rursum, Scriptũ est, [r] Nõ tẽtabis dominũ deũ tuũ. [s] Iterũ assumpsit eũ diabolus in montẽ excelsum valdè, [t] & ostendit ei omnia regna mũdi & gloriã eorũ, [v] & dixit ei, Hæc omnia dabo tibi, si procidẽs adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus, [x] Vade Satana. Scriptũ est enim, Dominũ Deum tuũ adorabis, [y] & illi soli seruies. [z] Tunc reliquit eum diabolus. Et ecce Angeli [a] accesserunt & ministrabant ei.

POSTILLA.

IN illo tempore, ductus est Iesus in desertum &c. Hic ostẽdit Euangelista in Christo veritatẽ deitatis & humanitatis, ex dæmonis tẽtatione, & ex sanctorum Angelorum administratione. Et primò ponitur primum: secundò secundũ ibi, Tũc reliquit &c. Prima diuiditur in tres partes secundũ triplicẽ tentationẽ, & triplicẽ Christi victoriã. Secunda ibi, Tũc assumpsit eum: tertia ibi, Iterũ assumpsit. Prima ergo tentatio fuit de carnis cõcupiscẽtia. Accepit autẽ tẽtator occasionẽ. primò de hoc tẽtãdi ex esurie ipsius Christi. Post baptismũ enim Christi immediatè ductus est à spiritu, scilicet sancto, quia humanitas Christi erat organũ diuinitatis: ideo ad omnia agẽda mouebatur instinctu spiritussancti: hoc igitur motu iuit in desertũ, locũ, s. aptũ orationi, vt ibi spiritũ in oratione offerret pro nobis Deo patri. b [Et cũ ieiunas.] vt carnẽ innocentẽ pro nobis maceraret, & exẽplũ fidelibus daret. Ex hoc ꝙ post baptismũ talia egit: nobis ostendit ꝙ qui inchoat nouã vitã debet seipsum offerre Deo per ieiuniũ & orationem: sequitur. c [Quadrag. dieb.] Vltrà non transit, vt virtus diuinitatis diabolo cælaretur: quia Moyses & Helias ieiunauerũt tot dieb'. d [Posteà esur.] per hoc in se veritatẽ humanę infirmitatis ostẽdit, & occasionẽ tentatori dedit: ideo sequitur. e [Et accedens tent.] Ad euidentiã huius tentationis aduertendũ, ꝙ diabolus sciebat prædictũ per prophetas ꝙ Christus futurus erat verus homo & verus Deus: vt habẽtur expressè Is. ix. Paruulus nat. est no. & fil. &c. Ecce verba humanitatis. Et vocabitur nomẽ eius, admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Ecce manifesta eius diuinitas: & in pluribus aliis locis idẽ exprimitur, quod omitto propter prolixitatẽ. Similiter sciebat tẽpus natiuitatis Christi esse cõpletũ. Tũ propter hebdomadas Dan. in quib' erat determinatè pfixus terminus sui aduẽtus. Tũ propter translationẽ regni Iudęorũ ad Herodẽ alienigenã, prout fuerat prędictũ per Iacob patriarchã Gen. xlix. Sed nesciebat certitudinaliter, ꝙ Iesus Nazarenus esset ipse Christus de quo talia & talia fuerũt dicta: verũtamẽ propter eminentiã sanctitatis eius, propter cõple-

tionẽ tẽporis, reſpectu Chriſti aduentus, habebat quãdã coniecturam, ꝙ ipſe eſt verus Chriſtus. Et ideo de hoc voluit experientiã accipere per tentationẽ, quia tentare, eſt accipere experientiã de aliquo quod ignoratur. Intendebat etiã vlterius per hãc tentationẽ inducere eũ ad peccatũ, ſi inueniretur purus homo. Sed neutrũ obtinuit, vt patebit. Dicit igitur tentãdo. f [Si filius Dei.] ſ. naturalis: & per cõſequẽs ei æqualis in poteſtate. g [Dic vt lap &c.] Lu. iiij. dicitur, Dic lapidi huic &c. & idem eſt quia ſingulare includitur in plurali. Et iõ ſi demonſtrauit plures lapides, neceſſariò demõſtrauit & vnũ, vel aliter dicendũ ꝙ Luc. accipit ſingulare pro plurali: ſicut accipitur Exo. viij. Venit muſ. gra. in do. Pha. i. multitudo muſcarũ. h [Qui reſpõdi.] Sic reſp. Chriſtus, ꝙ nec diuinitatẽ eius poterat perpendere, nec ipſum ad gulã inducere. i [Scriptũ eſt.] Deu. viij. k [Nõ in ſolo pane vi. &c.] ſ. corporali. l [Sed in omni verbo, &c.] quod verificatur nõ ſolũ de vita ſpirituali: ſed etiã de corporali, ſicut patet de Moyſe qui ieiunauit xl. diebus, & xl. noctibus verbo Dei ſpiritualiter & corporaliter ſuſtẽtatus. m [Tũc aſſumpſit eum.] Hic ſecundò tentat eũ de ſuperbia, & ad eũdẽ finẽ ſicut prius. Dicit ergo Mat. [Tunc aſſumpſit eũ in ſan. &c.] i. Ieruſalem quę dicebatur ſancta: quia diuino cultui deputata, propter tẽplum quod erat ibi: nec erat licitum in lege ſacrificare Deo alibi. n [Et ſtatuit eum ſupra pinnaculũ tẽpli.] Iſtud pinnaculũ erat tẽpli tectũ, quod erat deſuper planũ ſicut fiebant tunc domus Palæſtinæ. Erat enim intentio dęmo. illuc eũ portãtis, vt à populo ciuitatis ipſe Ieſus quaſi volare videretur: & ſic in vanã gloriã ferretur: ſed diuina virtute fecit ꝙ nullus eũ vidit: quia in poteſtate eius erat videri & nõ videri. o [Et dixit ei, Si filius Dei es, mit. &c.] Ly. quaſi dicat, Virtute propria potes ſine periculo & etiã propter miniſteriũ angelorũ tibi ſeruiẽtiũ. p [Scriptum eſt enim] de te, ſ. Chriſto, &c. q [Quia angelis ſuis mãdauit de te. Ait illi Ieſus.] Sic reſpõdit ei per ſcripturã ꝙ totaliter euacuauit eius tentationẽ. r [Nõ tẽtabis dominũ Deum tuũ.] Deu. vj Ly. Tẽtare enim Deum eſt quærere experimẽtum de Dei virtute abſq; ineuitabili neceſſitate, & hoc eſt peccatũ, quia quandocunq; habet homo aliquid quod poteſt facere ſecundùm viã humanã, ad euadendũ periculum, nõ debet illud omittere, quærẽdo diuinum experimẽtum: propter hoc probatio ferri cãdẽti, & monomachię, tanquã illicita prohibentur in iure. Per hoc ergo reſpondit Ieſus diab. tentãti ipſum: quia cũ poſſet de pinna tẽpli deſcẽdere per viã humanã, i. per gradus ad hoc factos in tẽplo: nõ debebat per aliũ locum deſcẽdere: quia hoc eſſet Deũ tẽtare. s [Iterũ.] Hic tertiò tẽtat eũ de cõcupiſcẽtia oculorum, ſeu auaritia: quia poſuit eum in mõtem excelſum. Quis autẽ fuit iſte mõs nõ nominatur: nec multũ refert ad propoſitũ. t [Et oſtend.] Ly. nõ ſic eſt intelligendum, ꝙ ex illo loco poſſent omnia regna, & omnes ciuitates determinatè videri: ſed oſtẽdendo diuerſas partes orbis dixit ei, Tale regnũ eſt in tali ſitu, & tale in tali, enarrãdo breuibus magnitudinẽ & gloriã illorum regnorũ: & iõ oſtẽſio fuit magis ad auditũ quã ad viſum: quo facto. v [Et di.] Ex hoc loco & aliis ſimilibus dixerunt Manichæi: ꝙ diabolus eſt dñs iſtorũ corporaliũ inferiorũ ſicut factor & creator eorum. Sed hoc patet manifeſtè falſum. Gen. j. vbi deſcribuntur facta à Deo. Et iõ dicẽdum ꝙ diabolus mẽtiebatur, quia mẽdax eſt & pater mẽdacij: vt habetur Io. viij. Creaturæ enim corporales nõ ſunt in poteſtate ipſius, niſi inquãtũ ſibi permittitur à Deo. Sequit. x [Vade ſa.] hic increpat eum: & nõ ſuprà, ad oſtẽdẽdum ꝙ proprias iniurias debet homo portare: ſed Dei iniuriã nullo modo tolerare. Hoc autẽ maximè fit, quãdo cultus debitus Deo, impenditur diabolo, quod diabolus facere ſuggerebat. Et ideo hanc voluntatem per ſcripturam confirmat Deut. vj. y [Dominum de &c.] Adoratione. ſ. latriæ, quæ ſoli Deo debetur, homines autẽ venerari poſſunt veneratione duliç. z [Tũc reli. &c.] hic oſtenditur eius diuinitas ex miniſterio ſanctorum angelorũ. Reliquerunt enim angeli ipſum Ieſum ad tẽpus, vt diuinitas eius diabolũ magis lateret, & cõuenientius locũ tentãdi haberet, & vt victoria ipſius Chriſti excellentior appareret, ex hoc ꝙ ſolus ipſum deuinceret: & iõ victo tẽtatore, & præ cõfuſione recedẽte. a [Acceſ. ang.] ſicut vero domino proprij ſerui. Ex quo apparet diuinitas Chriſti: quia nulla natura eſt ſupra angelicam, niſi diuina.

In homine duo ſunt, ſ. corpus & anima cuius animæ cibus, eſt verbũ Dei ſciẽtia, & virt⁹, Th.

Quomodo intelligatur, Oſtendit ei omnia regna mũdi.

Statuet oues. Dominus Ieſus venturus eſt, & faciet iudiciũ vniuerſale, & ꝑmittet angelos ſuos qui in quatuor cardinibus voce tubę canãt, Surgite mortui, venite ad iudiciũ dei & tunc reſurget oĩs caro æternaliter ꝑfecta, & ſtabit ãte thronũ iudicantis ordinéque ſtatuet eos. Nam iuſtos & bonos ſtatuet à dextris, malos autẽ à ſiniſtris, & ꝓferet ſententiã pro bonis dicens, Venite benedicti patris mei, poſſidete regnũ meũ. Et contra malos proferet, Ite maledicti in ignem æternum. hoc habetur ex magiſtro Sẽten. li. iiij. diſt. xliij. & xliiij.

Feria ij poſt Dom. j. xl. Euan. Matt. xxv. c.

IN illo tẽpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, [a] Cũ autẽ venerit filius hominis [b] in maieſtate ſua, [c] & oẽs angeli eius cũ eo, [d] tũc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ, [e] & cõgregabuntur ante eũ omnes gẽtes, & [f] ſeparabit eos ab inuicẽ, [g] ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. [h] Et ſtatuet oues [†] quidẽ à dextris, hœdos [i] autẽ à ſiniſtris. [k] Tũc dicet rex his qui à dextris eius erũt, Venite benedicti patris mei [l] poſſidete [m] paratũ vobis regnũ à conſtitutione mũdi. [n] Eſuriui enim, [o] & dediſtis mihi mãducare. [p] Sitiui, & dediſtis mihi [q] bibere. [r] Hoſpes erã, [s] & collegiſtis me. [t] Nudus erã, [v] & cooperuiſtis me. [x] Infirmus erã, [y] & viſitaſtis me. [z] In carcere eram, [a] & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicẽtes, [b] Domine quando te vidimus eſu-

riétē[r] & pauimus te? sitientē, & dedimus tibi potū? Quãdo autē vidimus hospitē, & collegimus te, aut nudū, & cooperuimus te? Aut quãdo te vidimus infirmū, aut in carcere, & venimus ad te? Et respõdēs Rex, dicet illis, Amē dico vobis quãdiu vni fecistis de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet & his q̃ à sinistris eius erūt, Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Esuriui enī, & nõ dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potū. Hospes erã, & nõ collegistis me. Nudus,[c] & non cooperuistis me. Infirmus, & in carcere, & nõ visitastis me. Tunc respõdebūt ei & ipsi dicētes,[d] Dñe qñ te vidimus esuriētē, aut sitiētem, aut hospitē, aut nudū, aut infirmū, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Amē dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

POSTILLA.

IN illo tpe, dixit Iesus discipulis suis. Cūm autē ven. &c.] hic ponitur tertia parabola quæ pertinet ad actus ad quos pertinet se exercere in actibus misericordię: p̃ quo exercitio remunerabūtur, desistētes autē à talibus cõdēnabūtur: dicit ergo In sacro Euãg. tres ptes tractãtur. In prima judicãdorū cõuocatio ibi, Cū venerit filius. In ij. separatorum examinatio ibi, Tūc dicetur In tertia examinatorū priuatio: ibi, Et ibūt hi in sup. a [Cū autē] Licet enim idē sit filius Dei & hominis, facit tamē mentionē de filio hoīs: q̃a in forma humana veniet ad iudiciū. b [In maiestа.] q̃a tunc apparebit in forma hoīs gloriosa; c [Et oēs.] Tū propter honorē iudicis, tū p̃pter execrationē iudicij: q̃a ministerio sctõrū Ang. deducētur electi ad cælū, & per malos Ang. reprobi trahentur ad infernū. d [Tūc sedebit.] per hoc significat ptãtē iudiciariã, q̃ data est Xp̃o homini. e [Et cõ.] q̃a nullus tunc poterit latere, f [Et sepa.] q̃a iustitia cuiuslibet & malitia apparebit oībus manifestè. Et talis distinctio vocatur separatio: q̃a cū hoc forte distinguētur secūdū sitū. g [Sicut pa.] p̃ oues intelligūtur iusti, p̃pter eorū innocētiã. Per hœdos reprobi, propter eorū neq̃tiã: hœdus enim qñ crescit est animal fœtidū & luxuriosum, vñ & in lege hircus offerebatur p̃ pctõ principis: vt habetur Leui. iiij. h [Et sta.] .i. in potioribus bonis: quia sancti trãsferētur ad gloriã. i. [Hœdos.] quia mali dimittētur ad pœnã, vel q̃a fortè sic erūt dispositi secūdū sitū in iudicio: q̃a dexter est locus honorabilior, & iõ cõuenit electis. k [Tūc di.] i. à patre meo. l [Possidete]. i. æternaliter tenete. m [Paratū.] q̃a à principio mundi factū est cęlū empyreū, quod est locus beatorum. n [Esuriui] in mēbris meis desyderãtibus eucharistiã. o [Et dedistis mihi] vos sacerdotes bene ministrãdo. p [Sitiui.] potū sapientię salutis. q [Et dedistis] vos doctores & prædicatores Ecclesię r [Hospes erã.] exclusus à cõmunitate Ecclesiæ. s [Et collegistis me:] vos pij iudices absoluētes me. t [Nudus erã] operimento virtutū. v [Et coop] Reducēdo me ad virtutis bonū. x [Infir.] infirmitate passionis inordinatæ. y [Et visit.] supportãdo charitatiuè. z [In car.] ligatus praua cõsuetudine. a [Et ve.] soluēdū tali ligamine. Ecõuersò verò dicet malis, Esuriui & non dedistis mihi manducare. Expositio patet ex prædictis per negationē collationis dictorū beneficiorū. Et sicut conferētes digni sunt pręmiatione, ita denegãtes & dare potētes punitione. Ideo cõcluditur in fine, Et ibūt hi in suppliciū æternū.

Fer. iij post dom. j. in xl. Euang. matt. xxj. c.

IN illo tēpore,[a] cum intrasset Iesus Ierosolymã,[b] cõmota est vniuersa ciuitas, dicēs,[c] Quis est hic?[d] populi autē[e] dicebãt, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galileæ[f] Et intrauit Iesus in tēplū Dei.[g] Et eiiciebat oēs[†] vēdentes & emētes in tēplo,[h] & mēsas numulariorū, & cathedras vēdentiū columbas euertit,[i] & dixit eis, Scriptū est,[k] Dom⁹ mea, domus orationis vocabitur, vos aūt fecistis illã spelūcam latronū.[l] Et accesserūt ad eū cęci & claudi in tēplo,[m] & sanauit eos.[n] Vidētes aūt principes sacerdotū & scribę mirabilia quę fecit,[o] & pueros clamãtes in tēplo, & dicētes, Osanna filio Dauid,[p] indignati sunt[q] & dixerūt ei, Audis quid isti dicūt?[r] Iesus aūt dixit eis, Vtique.[s] Nūquã legistis, q̃a ex ore infantiū & lactãtiū p̃fecisti laudē?[t] Et relictis illis[v] abiit foras, extra ciuitatem in Bethaniam.

POSTILLA.

IN illo tpe, cū intrasset, &c. Hic ponitur Iudęorum indignatio: q̃a principes sacerdotū & maiores indignabantur de reuerentia Christo exhibita & ideo dicitur. In sacro Euang. sunt tres

Eiiciebat omnes Dominus Iesus aptè in hoc sacro Euãgelio ostēdit, q̃ nulla humana, negotia in Dei Ecclesia tractari seu fieri debēt, verbo vel facto: reprehendūtur qui nundinas in Ecc. exercent & turpes cantilenas choreasque agunt. extra, vi. lib. in cap. decet domum Domini, & infrà, Cessēt in Eccle. earumque cœmiterius negotiatiões & præcipuè nundinarū: & tori cuiuscū- que tumultus, omnis in eis seculariū iudiciorū strepit⁹ quiescat, & c. de imuni. eccles. De Iudæis.

partes. In prima ostenditur quomodo Christus venit ad saluādū perdita ibi, Hic est Iesus In secū.la qūo reprobat iniusta negotia: ibi, Et inuenit. In tertia docet relinqre mala, & amare cælestia: ibi, Et relictis. b[Cōm. est vni. ciui] quia factū maiorū dicitur esse factū totius vniuersitatis dicēs. c[Quis est hic.] quasi dicat, Iste nō est talis ac tātus ꝙ talia deberēt sibi exhiberi. d[Pop aut.] id est simplices vulgares, quasi rationem de cōtratio reddentes, e[Dicebāt, Hic est Ies. pr. à Naz. Gal.] Et vocāt cū Prophetā nō quemcūq;: sed illū qui dictus fuerat per Moysem prophetā Deut. xviij. & replicatur Act. viij. Prophetā suscitabit Deus de fratribus vestris: & ideo meritò debet honorari. f[Et intra.] Hic secundò ostēdit ꝙ Iudæi fuerūt contemptores diuinæ maiestatis, in facto paterni. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostenditur Christi diuinitas, ex duplici sacramēto. Secūdò subiungitur Iudæorū impugnatio. Vidētes autē principes. Prima in duas secundum duplex factū à Christo ostēsum. Secūda ponitur, ibi, Et accesserunt ad eū. Ad euidentiā primi cōsyderandū, ꝙ principes sacerdotū qui erāt auari per astutias suas diuersas conabātur exspoliare populum: igitur quia de longinquis partibus aliqui veniebāt in Ierusalē causa deuotionis, quia non erat eis licitū alibi sacrificiū offerre: & nō poterant ex tam lōginquo animalia adducere, ideo sacerdotes statuerunt in templo aliquos de sua familia, qui vendebāt in atriis templi illa quæ poterāt in templo offerri: ne venientes à longe haberēt excusationē cessandi ab oblationibus. Similiter quia aliqui veniebant ad templū qui non habebāt pecuniam, vnde possent animalia offerēda emere: ideo sacerdotes statuerunt ibi numularios, qui sub certa cautione pecuniam traderent: & sic nullus excusaretur quin posset sacrificiū offerre: licet enim pro illa accōmodatione pecuniæ, nō reciperent pecuniā vltra sortem, recipiebāt tamē aliqua munera vel xenia. Et sic patet ꝙ peccabāt ex facto, quod erat illicitum, scilicet aliquid recipere vltra sortē quātūcūque modicū, & ex loco: quia talia exercebant in locis orationi deputatis. Et ideo Christus talia tanquā illicita de templo eiecit: & in hoc se dominū tēpli ostēdit, & hoc est quod dicitur hic, Et intra. Ie. in tem. Dei. Templū autē aliquādo accipitur propriè pro domo templi: quia diuidebatur in duas partes. Vna pars vocabatur sanctum, vbi erat altare thymiamatis, mensa & candelabrū. Alia pars erat sanctū sanctorū, vbi erant Arca Testamēti, & Cherubim. Illā partē quæ dicebatur sancta intrabāt quotidie sacerdotes ad offerendū incensum, & nulli alij: intra sanctū sanctorū solus summus pontifex intrabat semel in anno. Aliquādo autē accipitur templū largè, pro quadā platæa quadrata ante templū, clausa muro, & dicebatur atriū sacerdotū: quia sub dio erat altare holocaustorum: & illud intrabant non solū sacerdotes, sed

Quomodo accipitur templum.

etiā Leuitæ eos adiuuātes in excoriatione hostiarum, & ablutione & cōsimilibus. Vulgares autem homines illuc nō intrabant: sed ad ostiū illius atrij animalia viua offerebant sacerdotibus. Ista autem duo loca nō intrauit Christus: quia non erat sacerdos, nec Leuita: sed præter ista duo loca, erant adhuc duo alia loca vbi homines sub dio erant in oratione: & in vno orabant viri, & in alio mulieres: ista atria nomine templi vocabantur secundùm quod scribitur Actuum iij. Petrus & Ioānes ascenderūt in templum ad horā orationis nonā. Et de hoc dicitur hîc, Et intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendētes, &c. sed oritur hic quæstio quomodo nō restiterūt ei? Dicendū ꝙ ex oculis eius & facie exibat fulgor terrens eos, ita ꝙ non audebāt resistere, sicut in voce sua terruit eos, qui veniebāt ad capiendū eū: qui cùm audierūt ipsum dicentē, Ego sum, abierūt retrorsum, & ceciderūt in terrā: vt habetur Ioā. xviij. In voluntate enim Christi erat ostendere infirmitatem assumptā, & suæ diuinitatis virtutē: sequitur. i[Et dixit eis, Scri. est] Isa. lvj. k[Domus me. & c.] quia non curabant de cultu Dei: sed magis de decoriatione populi, & astutiis suis exquisitis, vt visum est: spelunca autē latronum dicitur esse locus vbi spolia quæ rapiūtur cōgregantur, & hoc fecerūt sacerdotes de templo, vt visum est. l[Et acc. ad eū cæci & claudi.] à priuatione enim in habitum non fit regressus per naturam. m [Et san. eos.] virtute propria, quod non poterat facere virtus creata, n[Vid. aut. prin.] hic cōsequenter ponitur cōtra Christum Iudæorū indignatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ex indignatione impugnāt eius famā, & secundò eius doctrinā: ibi, Et cū venisset in templū. Prima in duas: quia primò ponitur Iudæorū impugnatio: secundò ponitur Christi responsio: ibi, Iesus dixit eis. Circa primum sciendū quòd principes sacerdotum conceperunt rancorē & odiū contra Christū, propter hoc quòd manifestè reprehendebat auaritiam & alia eorū vitia: & propter miracula quæ fecit infirmos sanādo. o[Et puc. cla. in temp. & c.] Ipsum scilicet esse Christū verum. p[Indig. sunt.] Verūtamē quia nō audebāt miracula manifestè impugnare: ideo arguunt eū de applausu populi, quē sustinebat circa se. q[Et dixit ei, Aud: s quid isti dicūt] quasi dicat, Si tu es iustus & bonus, tu nō sustineres talē applausum populi. r[Iesus autem dixit] Hic ponitur Christi respōsio: vbi Christus ostēdit eos iustè reprobādos à Deo. Primò, facto: secūdò euidēti signo, ibi, Mane autē reuerrēs. In prima ergo parte dicitur sic, Iesus autē dixit eis, quasi dicat, Bene scio ꝙ isti dicūt me Christū cōfitēdo: & ꝙ hoc debeā sustinere patet, ꝙ hoc est ex diuina præordinatione secūdùm quod scribitur Psalm. viij. Propter quod subdit, s[Nunquam leg. quia ex ore inf. & lact. perfe. lau.] quasi dicat, Vos qui estis legisperiti deberetis scire hāc

Quid est spelunca latronum.

Christi responsio.

ſcripturam, & per conſequens me non reprehẽdere. r[Et relictis illis.] tanquam excæcatis per inuidiam. v [Abiit foras extra ciuitatem.] & in hoc quòd dimiſit eos corporaliter, oſtendit facto eos dimittendos à Deo ſpiritualiter propter eorum excæcationem.

EXPOSITIO MORALIS.

ET cùm intraſſet Ieſus Iero. commo. eſt ciui. di. Quis eſt hic? per hoc ſignificatum fuit quòd intrante Ieſu cæleſtem Ieruſalem angeli dicturi erant, Quis eſt iſte rex gloriæ. f[Et intra. Ie. in tem. Dei.] Chryſo. hoc erat proprium boni filij, intrare domum patris. Et tu imitator Chriſti factus, cùm aliquam ciuitatem fueris ingreſſus, primò ad Eccleſiam curras. g [Eiic. omnes ven. in tem.] nam mercatores eiici debent de Eccleſia. h [Et men. num.] Chryſ. ſignificans quod in templo Dei non debent eſſe numi niſi ſpirituales, habentes imaginem Dei. i [Et cathe. ven. co. euer.] dignitates Eccleſiæ obtentas ſymoniacè. k [Domus mea do. oratio. voca.] ſed nunc domus diſſolutionis poteſt vocari, & domus cupiditatis: ideo ſubditur, Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Magni latrones in ſpeluncis ſuis exiſtentes, quãdo ſciunt aliquos parum habentes trãſire, non exeunt de ſpeluncis, ſed mittunt famulos ſuos ad illos ſpoliandum: ſed quãdo ſciunt homines tranſire multum pecunioſos, currunt illuc de primis. Sic Canonici quando ſciunt magnum lucrum tẽporale, currunt ad Eccleſiam: ſed quãdo modicum eſt lucrum, remanent in domibus ſuis in recreationibus, & ad Eccleſiã clericos ſuos mittunt. l[Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi &c.] Moraliter cæci ſunt ignorãtes, claudi verò rectitudinem iuſtitiæ dimittentes: & iſti curantur aliquando per pauperes prædicatores, Chriſti ſectatores per eorum bona conſilia & hortamẽta Dei: quo tamen mali ſacerdotes indignantur contra quos ſubditur. m [Nunquã legiſtis &c.] q. d. Si ſacræ ſcripturæ notitiam haberetis, non indignaremini, ſed gauderetis. Et ita fit communiter, quòd quãdo literati nõ indignãtur, ſed gaudent, quia per hoc impoſito ſibi honore ſubleuantur. n [Et relictis illis abiit &c.] Chryſ. vt ibi manerẽt corporaliter, vbi habitant ſpiritualiter.

De modo latronum: latrocinium enim dicitur quod furatur de die, fur de nocte. De clauaſio in ſua Sũma ait.

QVAESTIO XXXI.

Quæſtio de mercatione.

INtrauit Ieſus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo. Matth. xxj. Super quibus verbis quæritur, Vtrum aliquando licita ſit ipſa mercatio? Ad cuius euidentiã aduertendum eſt ſecundùm Alexan. de Halis, quòd tria ſunt genera operũ humanorum. Quædã enim ſunt quæ minimè poſſunt eſſe mala: ſicut diligere Deum & proximũ. Quædam etiam ſunt quæ aliquo modo non poſſunt eſſe bona cuiuſmodi ſunt blaſphemare Deum, odire proximum, vſura, fornicatio & ſimilia. Quædam alia reperiri cõtingit, quę bona eſſe poſſunt & mala, ſicut eſt eleemoſynam dare, ieiunare, Eccleſiam viſitare, & alia his ſimilia, inter quæ mercatio numerari debet: quę de ſe mala non eſt, ſed aliquibus circunſtantiis deprauari poteſt: vnde Aug. ait in lib. de Quæſtionibus noui & veteris Teſtamenti, Fornicari hominibus ſemper non licet, negotiari autem aliquando licet: aliquãdo non licet: quò d autem de ſe licitum ſit Doctor ſubtilis magiſter Ioã. Scotus q. ij. ſuper d. xv. iiij. lib. Sent oſtendit ex manifeſtis neceſſitatibus & commodis, hominum communitati prouenientibus, ex officio & exercitio ipſo mercandi. Conſtat enim vni patriæ vel vrbi multa deficere, quæ in altera ſuperabundant: qui autem in colẽdis agris & cæteris artibus mechanicis occupantur, vel reipublicæ regimini, aut iuſtæ militiæ operã pręſtant, ad resquibus eguerint emẽdas & deferẽdas cõmodè & oportunè ire nõ poſſunt. Necinſuper ad hoc omnes induſtriã & peritiã habent. Quare Reip. ſatis expedit, quòd huic officio aliqui idonei mancipentur: quibus vtiq; meritò pro emolumẽto aliquid lucri debetur: vnde Apoſtolus j. ad Corint. ix. dicit, Nemo militat ſuis ſtipendiis vnquam. Et quis reperiri poſſet, qui ſine lucro huic operi ſeruire vellet: cùm Mat. x. c. dicat dominus, Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Proinde oſtenditur negotiationem eſſe licitam lege naturæ, ſcripturæ, & gratiæ. Primò inquam oſtẽditur lege naturæ: quia quod Reipublicæ vtiliter & pecunialiter vtile eſt, quoquomodo fieri debet: imò non parum laudandi ſunt, qui ex hac intẽtione huic operi ſeruire conantur: licet inde lucrari videantur cùm induſtriam, ſollicitudinẽ, labores, pericula, pro hac re mercatores experiũtur, dummodo diſcreta ſit quãtitas lucri. Secundò idem oſtẽditur lege ſcripturæ: quia negotiatio in nulloloco reprobatur: imò de ſe cõceditur. Vnde in vlt. c. ſecũdi li. Nehemię dicitur, ꝙ negotiatores in die ſabbati nõ venderẽt. Ex quo colligi poteſt quòd aliis diebus mercatores emere & vẽdere poterãt. Et ſi in die ſabbati erat negotiatio prohibita, hoc propter feſtũ erat, in quo negotiari nõ licet: nõ quia eſſet de ſe mala. Tertiò quoq; negotiationẽ eſſe licitã oſtenditur lege gratiæ. Nam tẽpore tali authoritas vniuerſalis Eccle. mercatores ſub cõgrua menſurã lucrantes minimè dãnat: imò in c. per veſtras. de don. inter virum & vxorẽ. mercatores approbare videtur, quando dicit pro vxoris cuiuſdam cautela, dotes debere reponi in manu mercatoris. Sed contra prædicta ſatis obſtare videtur Io. Chryſ. ſuper hoc Euang. dicens, Nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe proiiciatur de Eccle. & paulo pòſt, Qui emit & vendit non poteſt eſſe niſi periurus. Ad quod dicendũ eſt quòd Chry. ibi execratiuè locutus eſt: pro eo quòd ſunt pauci

Oſtendit quomodo negotiatio eſt licita.

mercatores qui in suis negotiationibus iustitiã obseruant. & multis aliis vitiis ibi peccent. Aut absque dubio, non est in hoc dicto sequendus cùm nullam habeat pro se rationem cogẽtem, aut scripturæ authoritatem. Nam ex Euã. huius diei non potest aliud colligi, nisi quòd Christus inuehitur contra vendentes in tẽplo: quod vtiq; prauum peccatum est. Aduertendũ est quòd sunt quædam negotia quæ vix possunt absque peccato fieri, sicut beatus Greg. in homil. xxiiij. dixit, & notatur à Gratiano de pœn. dist. v. c. negotium. Huiusmodi secundùm Durandum nostrum & alios doctores septem sunt. Cura, s. rei familiaris, militia, procuratio, administratio, aduocatio, quod negotium secundùm Host. omnibus periculosius est: Episcopatus officium, quo nihil miserabilius & periculosius est, si perfunctoriè, i. negligẽter res agatur, vt patet ix. dist. Decret. c. ante omnia dicitur, quæ sunt propria verba Aug. ad Valerium, licet hæc vltima duo sub procuratione & administratione valeant comprehendi. Septimũ quoq; negotiũ mercatio est de qua Leo papa, sic inquit, Qualitas lucri negotiantem aut accusat aut laudat, quia & honestus est quęstus & turpis. Veruntamẽ pœnitenti vtilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis astringi, quia difficile est inter ementis vendẽtísque commercium, non interuenire peccatũ quæ licet de se sit bona, tamẽ ex aliqua circunstantia de facili maculatur. Sicut fuit mercatio istorum in templo vendentium & ementium, quòd hoc omnino agere in templo licitum non erat. Quamobrem Christus de templo omnes eiecit, sicut dicunt verba ista, Intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo.

Negotia quæ sine peccato fieri non possunt.

Signum videre Signũ quod iudæi quęrebant, erat, aliquod cæleste prodigiũ, quod hominib' inuisũ seu inauditũ fuisset, putà hora nona diei ignẽ dimittere de cælo, vel huiusmodi aliquod inaudita vel inuisa. Sed signum non quærebãt vt viso signo in Iesum crederẽt, sed vt diuinã sapientiã tẽtarẽt, & experirẽtur, videlicet si signo deprehẽderent, Christũ esse filium Dei: vel forte eum illuderẽt, vt in passione factũ est, Lu. xxiij. Stabat populus expectãs & deridebant eum principes.

Feria iiij. post primam dominicam quadragesimæ, Matt xij. cap.

IN illo tempore, accesserũt ad Iesum Scribæ & Pharisæi, dicentes, [a] Magister, volumus à te † signum videre. [b] Qui respondens, ait illis, [c] Generatio mala [d] & adultera signum [e] quærit, [f] & signum nõ dabitur ei, [g] nisi signum Ionæ Prophetæ. [h] Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. [i] Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic. [k] Regina Austri [l] surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, [m] quia venit à finibus terræ [n] audire sapientiam Salomonis. [o] Et ecce plusquam Salomon hic. [p] Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine [q] ambulat per loca arida [r] quærens requiem, [s] & non inuenit. [t] Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. [v] Et veniens inuenit eam vacantem, [x] scopis mundatam [y] & ornatam. [z] Tũc vadit & assumit secum alios septem spiritus nequiores se. Et ingressi habitant ibi, [a] & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. [b] Sic erit & generationi huic pessimæ. [c] Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ille respondens dicenti sibi, ait, [d] Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? [e] Et extendens manum in discipulos suos, dixit, [f] Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.

POSTILLA.

IN illo tempore, accesserunt ad Iesum Scribæ &c. Magister volumus à te signum videre.] non quodcunque, sed de cælo: vt habetur Luc. vndecimo. In Euangelio sacro sunt tres partes. In prima corrigit ingratitudinem peccatorum, ibi, Generatio. In secunda aggrauat periculum recidiuantium: ibi, Cùm autem. In tertia commendabat gratiam bene operantium: ibi, Adhuc eo. b [Qui respondens ait illis, Generatio mala] quia ex persecutoribus Prophetarum descenderunt. d [Et adultera.] quia patres eorum idololatræ fuerunt. e [Signum quærit.] de cælo. f [Et signum non dabitur ei.] de cælestibus, quia sunt indigni propter eorum curiositatem & malitiam. g [Nisi signum Ionæ Prophetæ,] quasi diceret, Terreni sunt, & infimi: & ideo de terra & infimis signum habe-

bunt. Et hoc est quod subditur. h [Sicut enim fuit Ionas &c.] vt patet. i [Viri Niniuitæ sur. in iudicio cum generatione ista &c.] Hic exprimitur eorum condemnatio: quia gẽtiles peccatores egerũt pœnitentiam, ad prędicatio nes Prophetarũ,& Pharisæi obstinanti sunt in prædicatione Christi, qui tamen erat Dominus Prophetarum: & ideo ex facto illorum, apparebit condẽnatio iusta istorum. Et hoc est quod dicit, Viri Niniuitæ surgent in iudicio &c. hoc est dictum, Ex facto eorũ apparebit iusta condemnatio istorum. Sequitur. k [Regina Austri.] id est Regina Saba, de qua habetur tertio Regum, decimo capitulo. & dicitur hæc Regina Austri: quia regnum eius est in Australi parte respectu Ierusalem. l [Surget in iudicio.] hoc est ex facto suo, ostendetur istorum condemnatio. m [Quia venit à finibus terræ.] scilicet à longinquis partibus. n [Audire sapientiam Salomonis] qui non fuit nisi figura Christi. o [Et ecce plusquam Salomon hic.] id est Christus præsentialiter positus, cuius prædicationem Iudæi contempserunt. p [Cùm autem immũdus spiritus exierit.] Hic ponitur eorum excęcatio & possessio à Diabolo. Ad cuius euidẽtiam sciẽdum quòd potestas Diaboli eiecta erat quodãmodo a populo Iudaico, per legis dationẽ: quæ excludebat cultum dæmonum, & inducebat ad colendum vnum verum Deum. Et sic eiectus, trãsit ad possidẽdum plenius gentiles, sine lege, & Prophetarum oraculis, viuentes: & ideo eos tenebat in idololatria subiectos: sed adueniente Christi prædicatione & Apostolorum, Iudæi pro maiori parte fuerunt increduli, gentiles autem deuotè fidem Christi & Apostolorum acceperunt: & sic Diabolus eiectus ab eis per fidem Christi, reuersus est ad possidendum populum Iudaicum errore excęcatum: & sic facta sunt nouissima huius populi peiora prioribus: quia status populi Iudaici peior est modò quàm fuerat à principio ante legem datam. Hoc est ergo quod dicitur. [Cùm immundus spiritus exierit ab homine.] id est à populo Iudaico viuente sub lege naturæ: quia eiectus est per successionem legis Mosaycæ. q [Ambulat per loca arida.] id est corda gentilium. r [Quærens requiem.] id est perpetuam mansionem. s [Et non inuenit] quia prædicantibus Apostolis inde eiectus fuit. t [Tunc dicit, Reuertar in domum meam.] id est, Iudaicum populum. v [Et veniens inuenit eam vacantem.] id est fide & bonis operibus vacuam. x [Scopis mundatam]. quia populus Iudaicus habebat quandam exteriorem munditiam. y [Et ornatam] propter legis apparentiam. z [Tunc vadit & assumit secum alios septem &c.] Per hoc quòd dicit, Septem alios, intelligit vniuersitatem vitiorum. hoc dictum est, quia ante legem datam fuerũt peccatis irretiti & à Diabolo possessi: sed post aduentum Christi in peccato suo obstinati sunt peiores facti: quia ex ingratitudine peccata eorum sunt quasi duplicata. Ex hoc quòd loquendo quasi de vno homine dicit per similitudinem, intelligitur de toto populo Iudæorum quod patet per hoc quod dicit. a [Sic erit generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente.] Hic vltimò ponitur consultatio insidiantium ipsius infirmitatis assumptæ in hoc, quia ipso prædicante dixit ei quidam insidiator, quòd mater sua & fratres eius expectabãt eum foris: vt si propter hoc dimitteret prædicationem, arguerct ipsum esse purum hominem, motũ propter affectionem carnalem. Sciendum tamen, quòd hic dicuntur fratres, cognati eius germani, secundùm morem Scripturę quæ frequẽter nominat consanguineos fratres. Iesus autem illum insidiatorem confutauit, ostẽdens quòd spiritualis occupatio est carnali affectioni prę ponenda, dicens. d [Quæ est mater mea.] quasi dicat, Prædicatio non est interrumpenda seu dimittenda. e [Extendens manum] quasi ad protestandam veritatem. f [Ecce mater mea.] quasi dicat, Intantum est mihi aliquis propinquus, inquantum est spiritualibus actibus intentus, &c.

Quid figurabat sapientia Salomonis.

EXPOSITIO MORALIS.

Generatio mala & adultera signum quærit &c.] quia quærunt ea quæ non sunt scibilia nec ad fidem vel ad mores vtilia: & ideo. f [Non dabitur ei signum nisi signum Ionæ Prophetæ] quem deglutiuit cetus, & sic deglutiuit eos Diabolus & deludit. i [Viri Niniuitæ surgent in iudicio &c.] Per Niniuitas significantur peccatores ad vocem prædicatoris pœnitentiam agentes, & per reginam Austri simplices sapientiam Christi deuotè quærentes, quorum salus secundùm sententiam Saluatoris præponitur saluti eorum, qui sunt multùm literati de sua tanta scientia præsumentes. p [Cùm autem immundus spiritus, &c.] Per istum significatur peccator curatus per Dei bonitatem, sed propter ingratitudinem suam sequentem, dimittitur cadere in hypocrisis prauitatem. [Et sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus] & quia sicut dicit Hieronymus, simulata sanctitas duplex est iniquitas. c [Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, &c.] Per hoc autem quod Saluator à prædicatione non destitit propter aduentum suæ matris, & fratrum sibi loqui volentium, declarauit manifestè, quòd opus Dei præponendum est negotiis familiarium personarum. Per hoc autem quod subditur. g [Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est &c.] ostendit quòd propinquitas charitatis, præponenda est propinquitati consanguinitatis.

QVAESTIO XXXII.

Quæstio de mercatore.

GEneratio mala & adultera signum quærit & c. Matt. xij. Ex quibus verbis meritò potest quæri, vtrum merces pluris, vel minoris, quàm valent, licitè vendi emíve possunt. Pro declaratione interrogationis notandum ex doctrina Doctoris subtilis, q. ij. super di. x. iiij lib. Sen. quòd valor quarúcunque rerũ, dupliciter sumi põt. Nã vn° naturalis, reliquus vsualis appellatur. Primus est, secundũ bonitatẽ naturæ, à Deo creatæ. Hoc modo, mus, formica, vel pulex, pluris, quã panis æstimatur: cũ illa animã habeãt, panis verò aĩa priuetur. Secũdus verò qui dicitur vsualis in respectu ad vsum nostrũ sumitur quoniã quãto res vsib° nostris magis expediũt: tãtò amplius valẽt, & hoc mõ, illis, s. muri, formicæ, vel pulici panẽ præferimus. Et q̃a emendi vel vẽdendi actus ad humanæ vitæ vsus ordinantur, ideo in eis valor vænaliũ rerũ secũdo mõ sumitur, & nõ primo mõ. Secundò notandum ꝙ hic valor vsualis in re vænali tripliciter cõsyderari põt. Primò respectu virtuositatis, qñ, s. res vęnalis virtuosior est & efficacior nostris vtilitatib°. Secũdò respectu raritatis: qñ, s. res vęnales ex raritate & inueniẽdi difficultate, magis nobis necessarię sunt, vt de frumẽto est tpe penurię, ꝙ maiori ꝑtio vẽditur, q̃ abundãtiæ & fertilitatis tpe. Inde est ꝙ magis æstimatur aurũ vel balsamũ, q̃ aqua, terra, vinum vel oleũ oliuarũ. Tertiò respectu cõplacibilitatis, s. qñ res vęnalis magis est cõplacibilis voluntati nostræ quõ appretiatur equus ab armigero, & ornamentũ à muliere. Tertiò adhuc notãdũ, ꝙ pẽsatio valoris vsualiũ rerũ, vix aut nunq̃ à bonis fieri põt nisi per cõiecturalem & probabilẽ opinionẽ. His visis dicitur ad huius generationis malę quæsitũ, ꝙ res saluo meliori iudicio, non pluris possunt licitè vẽdi vel minoris emi q̃ valeãt, earũ pẽsato valore ad vsum nostrũ, & ad ꝓbabile ęstimationis hũæ iudiciũ mẽsurato etiã valore rei infra limites latitudinis cõpetẽtis. Quę quidẽ latitudo iure, cõsuetudine, & discretione, innotescere põt. Primò enim iure sic innotescit: q̃a ius determinat, ꝙ quãdo emptor vel venditor vltra dimidiũ iusti pretij defraudatur, cõtractus fit nullus, & per iudices sic irritãdus. Tamẽ secundũ doctorem subtilẽ vbi suprà, si infra illud notabilis fraus appareat, est correspondẽs restitutio facienda. Hoc quidẽ intelligi debet: si defraudatus excessum ignoraret. Sciẽs enim donare põt, & in cõtractu cõsentire, & defraudat° putari nõ debet. Et licet lex ciuilis dicit ꝙ cõtrahentes se inuicem decipere possunt, tamẽ Ecclesia in cõtractibus dolũ facere nõ permittit. Lex enim ciuilis vt sanct. Tho. dicit, populo data est, in quo sunt multi à virtute deficientes: & ea sola prohibet, quæ humanũ modũ viuẽdi destruere dignoscũtur. Et ideo duntaxat magnos excessus corrigit, vt cum quis deceptus vltra dimidiũ. Lex autem diuina quæ non modò data est populo, sed hominibus virtuosis, nihil impunitum relinquit, quod sit virtuti contrarium. Hinc est quòd secundùm diuinam legem illicitũ reputatur, si emendo vel vendendo æqualitas non seruatur: licet parua additio vel diminutio pretij, æqualitatem iustitiæ tollere non videatur: & de hoc in decretis, x. q. ij §. hoc ius. plenius habetur. gloss. enim ibi dicere videtur, quod si in venditione plusquã res valeat offeratur, illud Ecclesia accipere non debet. Insuper in his notandũ est, quòd si res minoris quã iusti pretij parte dimidia comparatur in potestate emptoris est, iustum supplere pretiũ, vel à contractu recedere: vt extra de empt. & vendi. in ca. cùm dilectus. plenius legitur. Secundo modo secundùm Scotum vbi suprà huiusmodi latitudo consuetudine innotescit: cui consuetudini à legibus aliquid de rigore dimittitur, vt contrahentes ex cõsuetudine valoris rerum mutuo sibi remittere possint, si tamen enormiter consuetudo nõ deficit à iustitia. Tertio modo patet ex discretione, s. secundũ Tho. ij. ij. q. lxxvij. Carius vendere, & vilius emere, est licitum & iustum: nisi res quæ venditur in detrimentum cederet venditoris, cùm ea nimis indigeat. Vnde in tali casu iustum pretiũ est: si non solùm inspiciatur res quæ venditur, sed etiam damnum, quod ex venditione à vendẽte recipitur. Hinc licitè rem pluris quàm valet vẽditor non emat, qui vult emere: sed hæc generatio mala auarorum mercatorum, hac solenni responsione Doctorum minimè contenta, obiicit nõnullis rationibus apparentibus ad quę petit signa, i. respõsa suas responsiones omnino frãgentia. Dicũt enim primò, hui° prauæ generationis filij, Nobis q̃dẽ licet reb° nostris pretiũ statuere: & sicut nullũ ius nos cõpellit, res nostras vendere: ita nec cõpellere debet pretiũ nõ secundũ placitũ nostrũ ipsis statuere: quia nullus emptor cõpellitur emere. Vulgariter enim dicitur: Tãti res valet quãti vẽdi potest. Quib° obiici potest breuiter ꝙ licet quis non cogatur res suas vendere: cogitur tamen in cõtractu vẽdendi, iuris & æquitatis regulam debitè conseruare. Proinde secundũ Hostiẽ licet aliquis cogi non possit rem suam vendere, vel alienam emere, si tamen rem vęnalẽ exponit & pretium offeratur, & iustè non vult vendere, per iudicẽ cogi potest, vt iusto pretio vendat: quia impositio pretij nõ imponitur rei tãquã improprię, sed ipsi quasi in alterũ cõmutãdę. Adhuc adultera gñatio peius infert, dicẽs, Ergo tota cõitas vendentium & ementiũ contra iustitiã peccat: quia ferè omnes vili emere & carè vẽdere cupiunt. Cui dicitur quòd tantũ cõmunitas auarorum & non iustorũ vili emere & carè vẽdere cupit. Fortius miseri vlterius dicunt, Rebus vt dictũ est punctualis taxatio nõ põt imponi: ergo secundũ cõsensum vtriusq; partis licet rerũ pretium ęstimare. His etiã respõdetur quòd licet punctualis taxatio rebus nõ possit imponi,

Valor rerũ dupliciter sumi põt.

Neque enim expletur neque satiatur cupiditatis litis.

nihilominus potest & debet illis sub congruis limitib' mēsurari: sed quia in his tribus signis. i. responsionibus auari contenti non sunt, sed semper vlterius signa quærūt: ideo eis bene dicitur, Generatio mala & adultera, &c. q. d. Hæc praua generatio dictis sacrorum Doctorū acquiescere non vult: sed vlterius signa & responsa quærit: sed signum non dabitur ei nisi signū Ionæ Prophetę, qui typum ostendit Christi resurrectionis: quia inde veniet ad iudicandum omnes viuos & mortuos, vbi de omni cōtractu vsurario, rationem reddere obligabuntur: nec inuenient tunc argumenta sophistica, quibus vsurā eius valeant defensare: quia vt dixit beatus Bernardus, iudex ille non falletur verbis.

Feria v. post primam dominicam quadragesimæ Euang. Matt. xv.

IN illo tempore, egressus [a] Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis. [b] Et ecce mulier Chananæa [c] à finibus illis egressa clamauit, dicens ei, [d] Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio † vexatur. [e] Qui non respondit ei verbum. [f] Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos. [g] Ipse autem respondēs ait, [h] Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. [i] At illa venit & adorauit eum, dicens, [k] Domine adiuua me. [l] Qui respōdens ait, [m] Non est bonum sumere panē filiorum [n] & mittere canibus. [o] At illa dixit, Etiam domine. [p] Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorū suorum. [q] Tunc respondens Iesus ait illi, [r] O mulier magna est fides tua. [s] Fiat tibi sicut vis. [t] Et sanata est filia eius ex illa hora.

Filia mea malè. Mulier Chananæa habēs filiā à dæmonio vexatā, est natura humana, cuius anima à mundi creatione à dæmonio p tentationes & vanas suggestiones valdè, multo tēpore vexat. sed veniens Christ' dominus naturam humanā à dæmonio, & eā à vinculo peccati soluens à morte & dæmonio liberauit, vt refert Matth j. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. & Dauid ps. cxxix. Ipse redemit Israel ex omnib' iniquitatibus eius.

POSTILLA.

IN illo tēpore, egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis, &c. Reprobato errore Pharisæorū, hîc Christus transit ad gentiles, vt ex deuotione Gentilium ostendatur iusta reprobatio Iudæorum: & hoc est quod dicitur. In sacro Euāg. sunt tres partes. In prima notatur mirabilis egressio redēptoris. ibi, Egressus Iesus. In secunda stupenda miseratio saluatoris ibi, Ecce Chananæa. In tertia deuota cōmendatio conditoris, ibi, O mulier magna est fides tua. a [Egressus Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis.] Tyrus & Sydō sunt quædam ciuitates sitæ in terra promissionis, prope montem Libani, quia filij Israel non potuerunt totaliter expellere gentiles de terra sua. b [Et ecce mulier Chananæa.] s. natione: Chananęi enim habitauerunt in terra promissionis, ante filios Israel, nec potuerunt per eos totaliter extirpari: vnde ista mulier ab illis qui remanserant descenderat. Ista autem audierat miracula, & famā Iesu Christi: & ideo firmiter credebat, quòd filiam suam sanare poterat. c [A finibus illis egressa.] quia Christum sequebatur in via, ad impetrandum suæ filiæ sanationē. Mar. tamen dicit, vij. ca. quòd venit ad Iesum intra domū: & hoc est verum primò, sed quia eam ibi non exaudiuit, secuta est eum in itinere clamans. d [Miserere mei domine fili Dauid.] audierat enim Christū promissum Iudæis descendere de genere Dauid. e [Qui non respondit ei verbum.] nō propter indignationē, sed vt ex perseuerantia eius in prece, ostēderetur fides eius & deuotio discipulis. f [Et accedētes discipuli eius, &c.] moti enim erant ad hoc videntes eius fidē & deuotionem. g [Ipse autē respondens.] Primò negatiuè, tamen sine improperio, ait, h [Non sum missus, &c.] quia Christus erat primò & principaliter missus Iudæis tanquā Apostolus eorū: & ideo in propria persona non prædicauit nisi Iudæis: nec fecit miracula nisi in casu, ex aliqua speciali causa: vt s. ostēderet Ecclesiā in fide gentium esse fundandā: sicut habetur hîc & Ioan. iiij. vbi Christus prædicauit Samaritanis deuotè eum recipiētibus. Post mortē autē Christi fides prædicata est publicè gentibus & hoc est quod dicit Apostolus ad Rom. xv. Dico autem Christum ministrum fuisse circuncisionis i. Apostolum Iudæorum, propter veritatē Dei ad cōfirmādas promissiones patrum: quia antiquis patribus Iudæorum fuerat facta pmissio de Christo sicut Abrahæ & Dauid: quia tamen Iudæi pro maiori parte fidē Christi repulerūt, & Gētiles eā susceperūt, ideo Apostolus subdit ibidē Ro. xv. Gētes aūt super omnia honorare Deū, &c. Sequitur. i [At illa venit & adorauit eum.] adoratione latriæ dicens k [Domine adiuua me.] infirmitatē enim filiæ suæ reputabāt suā: & per consequens sanationē. l [Qui respōdens] negatiuè, s. cum improperio ait. m [Non est bonum su. pa. filiorū] i. doctrinā & miracula promissa Iudæis tāquā spiritualibus filiis propter cultum vnius Dei. n [Et mittere canibus] id est dare Gentilibus qui erant dediti cultui idolorum, sicut canes circa cadauera animalium defunctorum. o [At illa dixit, Etiam.] bonum est in casu. p [Nam & catelli edunt.] q. d. Sicut catelli aliqua modica, vtpote micas cadentes de cibo cōcesso filiis percipiunt, ita etiā Gentiles debebāt aliquid certè modicum percipere de beneficiis Christi. Ex quo patet quòd nō est cōtrarietas in verbo Christi cùm dicit, Non est bonum, &c. ex verbis huius mulieris dicentis, Imò bonum est: quia verbum Christi

non est intelligẽdum quòd nõ erat regulariter & vniuersaliter bonũ: cùm Christus esset Apostolus Iudæorum, vt dictum est. Verbum autẽ huius mulieris intelligẽdum est in casu ꝓpter, s. petentis deuotionem, vt ostenderet Ecclesiæ Gentium futurã fundationẽ. r [Tunc respõdẽs Iesus ait, O mulier magna est fides tua.] quod patet ex verbo & facto suo: quia nõ fuit retardata à feruore petendi, primò propter Christi taciturnitatẽ: nec secundò propter eius responsionẽ negatiuã: nec tertiò propter improperiũ adiunctũ responsioni negatiuę. Et ideo subdit. s [Fiat tibi sicut vis.] q. d. fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto cùm subditur. t [Et sanata est filia eius.] hoc patet etiã ex dictis, quòd tarditas Christi ad exaudiendum eius petitionem, non fuit ex ignorantia vel voluntate: sed vt perseuerantia mulieris ostenderetur fides eius & deuotio dignior exauditione.

EXPOSITIO MORALIS

Et egressus inde Iesus venit in partes Tyri & Sydonis.] Per mulierem Chananæam cui dicitur à Domino. t [O mulier magna est fides tua.] potest ratio superior intelligi, quæ legibus æternis inspiciendis & consulendis intendit secundùm Aug. xij. lib. de Trin. Per filiam eius ratio inferior: per dæmonium autẽ ipsa sensualitas, quæ etiam per serpentem significatur, vt dixit Aug. ibidẽ. Si igitur filia mulieris Chananææ, à dęmonio vexatur, quando per sensualitatem inferior ratio ad consensum peccati mortalis impellitur. Cuius sanatio per matrẽ i. superiorem rationẽ à domino petitur. Nam ratio superior semper ad optima deprecatur: sicut enim dominus distulit exaudire petitionẽ mulieris Chananææ, vt eius fides clarius appareret: sic & dominus aliquãdo dimittit impulsum rationis inferioris per sensualitatẽ diutius ꝓtrahi, vt augeatur meritũ tentati. Propter quod Paulo petẽti stimulũ carnis à se auferri dixit dominus, ij. Cor. xij. Virtus in infirmitate perficitur.

QVAESTIO XXXIII.

Quæstio de pretio in mercãtia taxãdo

Miserere mei domine fili Dauid, Matt. xv. In quibus verbis quæritur, Vtrum secundum valorem vtilitatis ementium, possit pretium in mercatura taxari? Ad quod breuissimè dicitur quòd non. Nam hoc modo pretium rei inæstimabile esset: cum scyphus aquæ, homini nisi aquam habeat morituro, infiniti auri pretij apud omnes vtentes carior esset. Quod esset primò nequissimũ, tum quia bonum proprium præponeretur bono communi: ob quod mercãtia instituta est, tum quia hoc onus importabile putaretur, tum quia propter hoc onus modus pietatis euacuaretur. Secundò esset iniustissimũ quia cum iustitia obseruet in emptionibus & venditionibus naturalem ordinẽ vtilium rerum, secundùm communem abundantiæ & inopiæ cursum, mercatoris industriã, & laborem, & periculum, omnia ista iustissima taxatio pretij redderet incongruissima. Tertiò inhonestissimum: quia nulla curialitas posset esse inter amicum & inimicum, inter seruũ & dominum, inter patrem & filium, & vt breuius loquar: si hoc esset omnis modus vẽdendi & emendi redderetur inconsonus & auaritiæ accõmodatus. Vbi verò auaritia regnat, quis dubitat quomodo nulla mercatio licita sit? & ideo mercator clamabit ad dominum & dicet, Miserere mei domine fili Dauid: filia mea, id est conscientia mea quæ charior omni primogenito esse debet, tali tẽtatione à dæmonio vexata per tuam gratiam liberari desyderat.

Feria vj post primam domin. xl. Euang. secundùm Ioan. v. cap.

In illo tẽpore, [a] erat dies festus Iudæorũ, [b] & ascendit Iesus Ierosolymã. [c] Est autẽ Ierosolymis probatica † piscina, [d] quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, [e] quinque porticus habens. [f] In his [g] iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. [h] Angelus autẽ Domini secundùm tempus [i] descẽdebat in piscinã, & mouebatur aqua. [k] Et qui prior descendebat in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat quacunque detinebatur infirmitate. [l] Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habẽs in infirmitate sua. [m] Hunc ergo cùm vidisset Iesus iacẽtem & cognouisset quia iam multum tempus haberet, [n] dixit ei, Vis sanus fieri? [o] Respondit ei languidus, [p] Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. [q] Dum venio enim ego, alius ante me descendit. [r] Dixit ei Iesus, Surge, [s] tolle grabatum tuum [t] & ambula. [v] Et statim sanus factus est homo, [x] & detulit grabatum suum & ambulabat. [y] Erat autẽ sabbatum in die illo. [z] Dicebant ergo Iudæi illi qui sanus factus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, [a] Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuũ & ambula. [b] Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?

Probatica piscina. Per hanc piscinam Christus dãs nobis significari voluit baptismũ fluminis, i. q. fit in aqua communiter per trinã immersionẽ. Nã sicut hæc piscina sanãs omnes corporis morbos in primis missis & prius lauatis curabat, sic & baptismꝰ omnes morbos animæ mortiferos delet, & gratia curat. de conse. dis. iiij. ca. A generãte autẽ tãtummodo contrahit peccatum originale, regenerante autem spiritu sãcto nõ solũ originalium sed etiã voluntariorũ fit remissio peccatorũ &c.

[e] Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. [d] Iesus aűt declinauit à turba cőstituta in loco. [e] Postea inuenit eű Iesus in těplo, [f] & dixit illi, Ecce sanus factus es iā noli peccare, [g] ne deteri⁹ tibi aliquid cőtingat. [h] Abiit ille homo & nűtiauit Iudæis, q̄a Iesus esset q̄ fecit eű sanű. [i] Propter ea persequebātur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. [k] Iesus autē respondit eis, [l] Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.

POSTILLA.

In illo tempore, erat dies festus Iudęorum. Euãgelista determinat in hoc Euan. de beneficio quantű ad generationē spiritualē cőuenienti exhibitione. In generatione enim carnali filij habēt à patre vitā, nutrimētű & doctrinā. Ita eodē modo est in generatione spirituali. Ideo Euangelista primò describit vitæ collationē. Secűdò spiritualē nutritionē. Circa primű sciēdű est, quòd modus naturalis, cognitionis humanæ, est ex sensibilibus ad intelligibilia deduci: quia omnis naturalis cognitio oritur ex sensu: & ideo modus istius Euā vt frequēter est signű sensibile cőueniēs sequēti doctrinę. Et ideo in hoc Euan. ostēditur signű sensibile in Christo, s. potētia vitæ reparatiua. Et hoc dupliciter. Primò ex miraculi operatione. Secűdò ex eius impugnatione ibi, Erat au. sab. Prima in duas: q̄a primò circűstantia miraculi describitur: ibi, Erat au. qui. Circa primű ponitur primò circűstātia tēporis: cű dicitur. a [Erat dies fe. Iud.] s. festű Penteco. b [Et ascen. Iesus Ier.] quia viri tenebātur esse ibi in illo festo: quia ter in anno tenebātur masculi apparere corā dño, s. Pascha & Pentec. & festo Tabernaculorű. Secűdò describitur cőditio loci cű dicitur. c [Est aűt Ierosolymis ꝓbatica pisci.] in qua aquæ pluuiales colligebātur, & ibi lauabātur hostiæ primò, & postea in lateribus in atrio sacerdotű existētibus. Ideo dicebatur illa piscina ꝓbatica, à ꝓbatő: ꝙ est ouis & est nomē Grēcű, cuius interpretationem ponit in Hebraico, dicēs, d [Quę cognominatur Hebrai. Bethsaida] i. dom⁹ ouiű. e [Quinque porticus habens] vt per plura loca possent lauātes hostias descēdere ad aquā. f [In his], s. porticibus. g [Iacebat multitudo lāguentium cæcorű &c.] Et subditur causa. h [Angel⁹ autem dñi secűdű tps] i. in diuersis tpibus interpellatiōe tamē facta i [Descēd. in pisc & mou. aqua] ex descēsu angeli. k [Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aquę san⁹ fiebat] Causa aűt descēsus angeli, & hui⁹ miraculi assignatur à Doctoribus, dicētibus ꝙ appropinquāte Euāgelij veritate dñs voluit figurā expressam baptismi in hac piscina ostēdere: quæ cőueniebat baptismo in műdādo & sanādo virtute Dei occulta ad motionem Angeli. Sicut Baptismus sub sensibili elemēto műdat animā virtute occulta verbi: & cű hoc aliq̄ñ sanat corpus miraculosē. Verűtamē q̄a figura deficit à figurato: iō ista piscina nō sanabat nisi corp⁹, & vna vice tātűm, & non sanabat nisi vnű. Baptis. aűt pertinet ad animā: & sanat oēs quotquot veniunt ad ipsum: nisi ponāt impedimētű. Alij dicűt ꝙ illa miracula ibi fiebant ꝓpter præsentiā ligni do. crucis, q̄d ibi enatauit, appropinquāte Xp̄i passione: & ideo Ang. illuc descēdebat ꝓpter ligni reuerētiā: & enatauit tpe cőuenienti, per eius motionem. Per hoc etiā ostēdebatur ꝙ natura humana morbo peccati p lignű dñicę crucis erat sanāda. Qualiter aűt lignű illud dñicæ crucis in loco illo fuerit positű, diuersimodè dicitur. Dicitur enim in Historia Scholast. ꝙ Regina Saba vidit in domo salt⁹ Libani Salomonis quoddā lignű, de quo vidit in spū, ꝙ in illo pateretur ille, ꝓpter quē deficeret regnum Israel. Quod cű significasset Salomōi ipse volēs seruare durabilitatē regni: fecit pōi illud lignű in ꝓfundo terrę iuxta tēplű, vbi postea in superficie terrę facta est illa piscina: & ideo postea illud lignű apparuit modo prędicto. In quadā vetò historia sanctæ crucis dicitur ꝙ Seth filius Adæ, ex p̄cepto patris iuit ad Paradisum voluptatis, vnde eiectus fuerat, & acceptis trib⁹ granis arboris ligni vetiti, dedit ea Seth: & ipse plātauit supra sepulchrű patris sui Adæ: & inde ortę sunt tres virgulę, q̄ postea in vnā arborē sunt cőiunctæ. Postea tēpore Salomonis illa arbor fuit secta q̄ videbatur ædificationi tēpli necessaria. Verűtamē q̄ñ applicabatur ad opus semp erat nimis curta, vel nimis lōga: & ideo tāquā inutilis ad hoc dimissa fuit iuxta tēplű in atrio: quidā aűt homines veniētes ad tēplű, illi ligno cœperűt facere quādā reuerētiā instinctu diuino. De quo dolentes sacerdotes, fecerunt illud proiici in piscinā, quę erat ꝓpe tēplű: quod descēdēs ad fundű ibi diu latuit. postea verò imminēte passione apparuit modo prædicto. Hęc aűt scripsit sine aliqua assertione. l [Erat autē quidā.] Hic cősequenter actus ponitur miraculi, cű dicitur. [Erat aűt quidā homo ibi, xxxviij. annos habens in infirmitate sua.] Ex quo patet quòd diu punitus fuerat, & illā etiā infirmitatem propter peccatum præcedēs incurrerat, vt patebit infrà: veruntamen quia pœnā patiēter sustinuerat: ideo dignum erat, vt ei subueniretur: ꝓpter hoc sequitur, m [Hunc cum vidisset Iesus iacentē & cognouisset: quia tempus multum haberet.] s. in infirmitate illa. n [Dixit ei, Vis sanus fieri.] non petit quasi dubitans de voluntate, & sed vt magis excitet eius desyderiű, quia per hoc efficitur dignior accipere Dei donű. o [Respōdet ei languidus] ostendens suum desyderium. p [Domine hominē non habeo, vt cűm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā] q.d. Multum desydero, sed non habeo hominē

Causa descensus angeli.

Effect⁹ baptismi.

De Regina Saba.

Quare Christus dixit, Vis sanus fieri?

qui portet me, & ego sum ita debilis q nõ possum tam citò venire sicut alij: vnde sequitur, q [Dũ enim venio ego, alius ante me descẽdit.] hoc autẽ dicebat, quia videbat Iesum fortẽ, & aptum ad portandum eum: & magnũ eũ reputaret, si in hoc ei seruire vellet: sed statim cõtulit ei maius beneficiũ, videlicet sanitatẽ perfectã: vnde sequitur. r [Dixit ei Iesus, Surge.] restitutus sanitati. s [Tolle grab. tuũ.] restitutus pristino vigori. t [Et ambula.] ad declaratiõẽ diuini miraculi. v [Et statim sanus fact. &c.] quia diuina virtus infinita est, & operatur in instanti. Sanitas enim quæ virtute naturæ restituitur, in tẽpore, & nõ in instanti acquiritur. y [Erat autẽ sab.] Hic cõsequenter ponitur prędicti miraculi accusatio: & primò quãtum ad ipsum sanatum. Secundò quãtùm ad ipsum medicum ibi, Interrogauerunt ergo. In prima parte dicitur sic. [Erat autẽ sab. in die il.] in quo nõ erat licitum opera seruilia facere: propterquod sequitur. z [Dicebãt ergo Iudęi &c. Sabbatum est, nõ li. &c.] Isti falsum dicebant: quia opera corporalia quæ sunt ad Dei honorem bene possunt fieri die sabbati: sicut sacerdotes in templo corporaliter operabantur: templum ornãdo, hostias immolando & cõsimilia: vt dicitur Matth. xij. portatio autem huius grabati erat ad magnificentiã diuini miraculi: sicut & modò illi qui miraculosè de carceribus vel huiusmodi liberantur, portant cõpedes suos ad loca sancta ad manifestationem suę miraculosæ liberationis. Tamẽ aliter se excusat ille sanatus, dicens. a [Qui me sanum fecit ille mihi dixit, Tolle grabatum tuũ & amb.] q. d. Ille qui me diuina virtute sanauit: & eadẽ virtute & authoritate mihi præcepit, & per consequens teneor sibi obedire, nec sum transgressor. b [Interrogauerunt ergo] hîc ponitur accusatio medici. Et primò in generali ante cognitionem determinatã de ipso. Secũdò in speciali, ipso cognito, ibi postea: qa enim per sanitã ẽ cùm iste sanatus cõuenienter se excusabat: ideo quærebãt de ipso sanãte, vt ipsum persequerentur. Et hoc est quod sequitur. [Interrogauerũt ergo eũ, qs est ille homo qui dixit, Tolle grabatũ tuum, & ambula.] quasi dicerent, Malus homo qui præcepit talia. c [Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset] quia diu lãguidus iacuerat & sic facta Christi, & eius famam ignorabat. d [Iesus autẽ declinauit à turba cõstituta in loco] dãs exẽplum aliquãdo fugiendi volẽtes calũniari: & nolẽs se iactare de operatione miraculi. e [Postea] ponitur accusatio mõ in speciali habita cognitiõe de eo, & hoc est quod dicitur. [Postea inuenit eũ Iesus in tẽplo.] quia ad agẽdũ gratias de sanitate sibi collata frequẽtabat tẽplũ, qa locus est orationis. f [Et dixit illi, Ecce sanus factus es: iã noli peccare.] Ex quo patet q infirmitas illa fuerat sibi ppter peccatũ inflicta. g [Ne deterius aliqd tibi cõtingat.] incurrẽdo pœnã ęternã: qa in recidiuãte funt nouissima peiora prioribus. h [Abiit ille hõ, & nuntiauit Iudæis, &c.] Dicũt aliqui q hoc fecit maliciosè sed hoc non est verũ: qa illos, quos dñs sanauit corpore, sanauit, & mẽte. Vñ de isto dicitur infrà ix. c. Totũ hominẽ saluũ feci in sabbato. Quod etiã exprimitur hic ex verbo Christi, cũ dicitur, Iã noli peccare q. d. Pręcedẽs peccatum est tibi dimissum. Et ideo dicẽdum est q iste sanatus fuit bona intẽtiõe ad publicãdũ virtutẽ Xpi. Illi autẽ qbus hoc nũtiauit fecerũt hoc in dãnũ suum, sicut & de aliis Christi virtutibus.

Sanatio infirmi.

Opera quę licitè fiũt in die sabbati.

Accusatio medici.

Quare infirmitas fuerat illi inflicta.

EXPOSITIO MORALIS.

Erat dies festus Iudęorũ &c. Sequitur. b [Est autẽ Ierosolymis pbatica piscina] secũdũ doc. catholicos piscina hęc sanãs infirmitates inuisibili virtute, apparuit ante baptismũ Christi, ad significandũ virtutẽ huius baptismi, sicut dixi plenius in expositione literali. c [Quinq; porticus hñs.] aditus per quos signãtur Lex, Prophetę, & Agiographa, Euãg. & Apostolica doctrina: hęc enim quinq; mẽtionẽ faciunt de Christi baptismate, quasi ad Christum prębẽtes aditum: tria prima figuratiuè, alia duo exhibitiuè. Per angelũ descendentẽ in piscinã signatur Christus qui Isa. ix. c. secundùm trãslationẽ septuaginta Interpretum dicitur magni cõsilij Angelus. Ipse verò descẽdẽs in Iordane, vim regeneratiuã dedit aquis tactu suæ sacratissimæ carnis: sed qm̃ diuina virtus nõ est alligata sacramentis: ideo ad hæc significãdum, iste lãguidus qui dicitur hic sanatus, nõ fuit sanatus per descẽsum in piscinã: sed per Christi sermonẽ: cũ ei dixit. s [Surge, tolle gra. tu.] Per hoc autẽ q vnus tãtùm sanatus fuit de multitudine languidorum significatur, q pauci saluãtur de multitudine vocatorum. Per lectum autẽ in quo iacebat lãguidus, signatur praua cõsuetudo, per quã homo iacet in peccato, q̃ tollitur per exercitium in opere bono. & ideo subditur. r [Et sustulit grab. su. & amb.] per virtutis exercitiũ. l [Propterea persequebantur Iudæi Christum.] opus eius bonum peruertẽtes in malum. Et adhuc multos habẽt sequaces, nuntios Christi pter opus cõfessionis, & pdicationis molestãtes. k [Iesus autẽ respõdit: pater meus vsque modò operatur.] vbi Christus vnitatẽ operationis ostẽdit, & naturę in filio, & in patre, & hoc satis diffusè. Nec occurrit mihi moralitas hîc cõueniens: nisi quòd quilibet Christianus qui Dei filius est adoptiuus, debet vniri sibi per charitatem mentis, & conformitatem operationis, secundùm illud, j. ad Cor. vj. Qui adhæret Deo vnus spiritus est.

Quid per lectũ signi ficabatur.

Opera Trinitatis sũt indiuisa.

QVAESTIO XXXIIII.

Vrge & tolle grabatũ tuum & ambula. Io. v. super quibus verbis potest quæri. Vtrũ emẽs agrum, vel vineã pretio quo valeat sub tali cõditione, quòd post quinque annos, siue quãdocunq; venditori placuerit, pro eodẽ pretio illũ ei restituat vsura faciat. Circa hunc casum dicendum est quod si emptor sub emptionis no-

Quæstio de emptione.

mine pretiũ agri permutare intendit & ex illo mutuo fructus annuos agri lucrifacere, vsura est, licet ab Ecclesia secundùm Archid. ex hoc condẽnari non possit, sed si hoc nõ facit in fraudẽ, licitus est cõtractus secundũ eundẽ. Huius quidẽ emptoris intẽtio, tribus signis quãdo dolosa est cõprehendi potest. Primum signum est ꝙ pretium quod tũc datur respectu valoris rei modicũ æstimatur. Secundum quãdo vltra receptã summã in redditione aliquid soluitur: vt verbi gratia, Res vendita fuit c. floren. in pacto ponitur quòd si venditio rescindatur, cxxx. floreni soluẽtur. Tertium signum est, quãdo solet emptor vsuras exercere præcipuè in consimili contractu. Hæc tria signa ab ipso capitulo, Ad nostrã. de emptio. & vẽditio. & ab illo capi. Illo vos. extra de pignoribus extrahũtur. Quidam etiã addunt vt Hostiẽ. & Ioan. And. in Nouella: quia quando fit cõtractus venditionis cum pacto de re vendẽda infra decenniũ: ita tamen ꝙ ante quinquennium instrumẽtum venditionis nequaquã facere teneatur, vsura est: licet in foro iudiciali vt aliqui dicũt potiora signa requirantur. Ex omnibus istis summariè perstringimus, quòd si emptor intẽtione simplici aliquid emit iustumq́; soluit pretium, paratus semper restituere venditori non est ibi vsura. In foro autem cõscientiæ standum est verbis confitentis, si purã habuit voluntatem: quia vt in capit. Cum voluntate. extra de sentẽtia excom. dicitur, Voluntas & propositum distinguunt maleficia. Ad hãc simplicem voluntatẽ inducit nos Dominus dicens quod Mat. x. scriptũ est, Estote prudẽtes sicut serpẽtes & simplices sicut columbæ. Quæ verba quomodo intelligẽda sunt Hieron. ad Paulinum sic declarat, Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiã: ne aliorum supplanteris insidiis. Non multum distat in vitio, vel decipere scilicet aliquem emendo vel vendendo: vel decipi posse, & alteri scilicet faciẽdi vsuram occasionem dando. Hæc verba, xvj. q. j. c. si cupis à Gratiano notantur: & vj. q. j. c. & meritò. Item Eleuterius papa dicit, Habeãt omnes, inquit, simplicitatem columbæ: ne cuiquã machinentur dolos in emendo, scilicet & vendendo vel aliquid aliud faciendo: & vt largius loquar serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Hinc auaro mercatori, qui vigintiocto annis in infirmitate iam stetit auaritiæ, Dominus ait, Surge, tolle grabatum. Grabatum dico penultima syllaba producta, id est capitis reclinatorium, per quod moraliter & ad nostrum propositum intelligere possumus prauitatem voluntatis, in qua velut in lecto caput eius mercatoris auaritia id est mentis ratio recumbit ægrota: & ambulat recta scilicet intentione, emendo & vendendo.

Sabbato post primam dominic. quadrag. Euang. secundùm Matt. xvij. cap.

IN illo tempore, assumpsit Iesus Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius [a] & duxit illos in montẽ excelsum [b] seorsum, [c] & trãsfiguratus est † ante eos. [d] Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimẽta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. [e] Et ecce [f] apparuerunt illis Moyses, & Elias, [g] cũ eo loquentes. [h] Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum, [i] Domine bonũ est nos hîc esse. Si vis faciamus hîc tria tabernacula, [k] tibi vnum, Moysi vnũ, & Eliæ vnũ. [l] Adhuc eo loquẽte [m] ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs, [n] Hic est filius meus dilectus, [o] in quo mihi benè complacui, [p] ipsum audite. [q] Et audiẽtes discipuli ceciderũt in faciẽ suã, & timuerunt valdè. [r] Et accessit Iesus [s] & tetigit eos, dixitq́; eis, Surgite & nolite timere. [t] Leuantes autẽ oculos suos neminẽ viderunt nisi solum Iesum. [v] Et descendentibus illis de monte præcepit eis Iesus, dicens, [x] Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à morte resurgat.

Transfiguratus est ante eos. Christ⁹ saluator ante Petrũ, Iacob. & Io. in monte transfiguratus est, i. intra humanitatẽ, diuinã naturã multa claritate multóque splendore lucis ostẽdit, & diuinitus demõstrauit, non ꝙ aliam ad humanã figurã sumpserit, sed ꝗa diuinitas humanam naturam: quia si nouã figurã ostẽdebat, trãsfiguratio Christi in veteri Testamento fuit figurata: vt videtur Exod. xxxii. per Moysem, qui in conspectu Domini transglorificatus est, ita ꝙ duobus radiis capite elucentibus diuino fulgore cornutus simplicibus videretur.

POSTILLA.

IN illo tempore, assumpsit Iesus, &c. In hac parte Euangelista confirmat fideles in Ecclesia Gẽtium fundata in fide, ostendens eis gloriã futuræ resurrectiõis. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ad declarationem futurę resurrectionis describitur Christi trãsfiguratio. Secundò subiungitur huius trãsfiguratiõis testificatio ibi, Et ecce apparuerunt. Tertiò circa hoc ponitur discipulorum instructio ibi, Et descendentibus illis. Circa Christi transfigurationẽ Euangelista notat tria: scilicet cõsortium, locum, & modum. Consortium autem notatur cùm dicitur, Assumpsit Iesus Petrum & Iacobũ & Ioan. Isti enim tres sunt assumpti, ad videndum gloriam futuræ resurrectionis, propter prærogatiuam eminentiæ specialis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis, propter quod & principaliter datæ sunt ei claues Ecclesię: vt patet in præcedẽti c. Ioannes autẽ excellebat in prærogatiua virginitatis, propter quod erat inter alios Christo familiarior. Iacob. autem inter alios discipulos primus sustinuit martyrium propter Christum: vt habetur Act. xij. Consyderandum tamen ꝙ B. Amb. super Lucã & Aug. super epistolã ad Gal. videntur dicere ꝙ Iacobus iste qui fuit in trãs-

Quare Christ⁹ in sua transfiguratione assumpsit tres Apostolos in Euange. positos.

figuratione fuit ille Iac. qui primò rexit Eccle siā Ierosol. & ille nō fuit frater Ioan. & filius Zebedæi: sed filius Alphæi. Sed dicēdum est q̄ cū textus expressè dicat istū fratrē Ioā. & per cōsequēs filiū Zebedæi: q̄ Aug. & Amb. nō loquuntur asserēdo, sed magis opinionē referēdo: si tamen loquerētur assertiuè, nō esset curādum de dictis eorū, quādo sacra scriptura expressè dicit cōtrariū, sicut hic. Vnde B. Aug. in episto. ad Vinc. Donatistā dicit, de doctrina sanctorum, quæ est extra scripturā canonicam, Hoc genus scripturarū, ab illis quæ canonicæ nominātur, distinguēdū est. Nō enim ex eis ita testimoniū proferēdū est, vt cōtrariū sentire nō liceat: maximè vbi aliter senserūt quā veritas se habeat. Nos in illo genere sumus: vt non dedignemur etiā nobis ab Apo. Paulo dictū suscipere. Si qd aliud sapitis, Deus illud reuelauit: cōsequēter Euāg. designat locū, dicēs. a [Et du. il. in m. excel.] Ad designādū, q̄ illi sunt apti ad cōtēplandum cælestia, qui eminēt in contēplatiua vita. Subdit aūt. b [Seorsum.] ad denotādum, q̄ contēplatiui debēt esse à tumultu secularium segregati, cōsequēter describit trāsfigurationis modū dicēs. c [Et trāsfiguratus est] nō q̄ mutauerit lineamēta corporis, vel figurā, sed propter claritatis vultus eius immēsitatē: & hoc est qđ subditur. d [Et respl. fac. eius sicut sol.] Ad cuius euidentiā cōsyderādū q̄ anima Christi à principio creationis fuit gloriosa, propter apertā visionē, & perfectā fruitionē: veruntamē ex diuina dispositione fiebat, vt gloria animę nō redūdaret ad corpus: vt sic corpus esset passibile & mortale, ad implendū pretiū redēptionis humanæ. Et eodē modo ex diuina ordinatione factū est: vt gloria animæ redundaret ad corpus in hora trāsfigurationis, vt ostēderetur discipulis gloria futuræ resurrectionis: nō tantum animæ, sed corporis vt sic animarētur ad sequēdū Christū in acerbitate passionis, ad qđ eos inuitauerat in alio Euāgelio. Et sic patet q̄ claritas illa in trāsfiguratione fuit claritas gloriæ: quātum ad essentiā: sed nō quātum ad modū, quia fuit eiusdē rationis cū illa claritate quæ est in corporibus gloriosis: sed nō fuit ibi per modū qualitatis permanentis, sicut est in illis, sed per modum passionis transeuntis. Et ideo claritas non debet dici dos gloriæ: quia dos de sua ratione importat qualitatē permanentem. Et est simile de lumine eleuāte animā Pauli, ad vidēdum in raptu diuinā essentiā, quod fuit eiusdē rationis cū lumine eleuāte animas Beatorū. Veruntamē quia nō fuit in Paulo per modū qualitatis permanētis: sed per modū passiōis trāseūtis: ideo ex tali eleuatione siue visione nō fuit Paulus beatus: qa beatitudo importat permanētiā. e [Ecce.] Hic ponitur trāsfiguratiōis testificatio: & primò testificatio humana: secūdò diuina, ibi, Adhuc eo loquente. Prima in duas: quia primò ponitur testificatio eminentiū virorū in veteri testamēto. Secūdò eminentiū in nouo: ibi, Respōdēs aūt Petrus. Dicit ergo primò q̄. f [Apparuerūt illis Moyses & Elias.] hoc est ipsis discipulis. g [Cū eo loquētes] De quo autem loquerentur Luc. exprimit ix. c. dicēs, q̄ loquebātur cū Iesu de excessu, quē expleturus erat in Ierusalē: qui quidē excessus fuit in sua passiōe, qua sustinuit dolorē excessiuū, & ignominiā excessiuā, propter amorē excessiuum ad nos. Ratio autē quare Moyses & Elias magis apparuerūt q̄ alij fuit: quia Moyses erat legislator, & Elias maximus æmulator pro honore diuino, secūdùm q̄ de eo scribitur iij. Reg. xix. Zelo zelatus sū pro Domino exercituū: & ideo per testimoniū istorū apparuit, q̄ Christus nō erat dissolutor legis (vt imponebāt sibi Iudæi) sed magis adimpletor similiter nec blasphemator diuini nominis (vt imponebāt ei Iudæi, qa dicebat se filiū Dei) sed magis cōfessor veritatis. Cōsyderādū etiā q̄ Moyses & Elias nō fuerunt ibi secundū apparentiā phātasticā, sed secundū veritatē: quia Elias fuit adductus ibi de loco quodā eminēti, ad quem fuerat raptus: vt habetur iiij Reg. ij. Et sic apparuit in anima & corpore. Moyses autē adductus fuit ibi de lymbo sanctorū patrū, nō qa resurrexit: sed qa anima apparuit ibi in quodā corpore sibi adaptato sicut apparēt Angeli in corporib⁹ assumptis. Per hoc etiā ostēditur q̄ Christus erat domin⁹ vitæ & mortis: qa habebat testimoniū ab Elia qui erat adhuc viuus, & à Moyse qui iā fuerat mortuus. h [Rñdens autē Petrus.] Hic ponitur testimoniū Apostolorū qui fuerūt eminētes in N. testamēto. Ad cuius euidētiā sciendū, q̄ beatitudo essentialiter cōsistit in aspectu claro ipsius diuinitatis, & perfecta eius fruitione. Accidentaliter autē cōsistit in aspectu humanitatis Christi, & delectatiōe cōsequēter, per quā sicut per instrumētū cōiunctū diuinitati, sunt sancti adducti ad gloriā. Isti autē Apostoli, q admissi fuerūt ad videndū trāsfigurationē Christi, non viderūt ipsius diuinitatē, sicut Paulus in raptu: sed tātū eius humanitatē in forma gloriosa, & in eius aspectu fuerūt sic delectati, q̄ voluissēt ibi perpetuò manere, ꝓpter quod dicit Petrus. i [Domine bonū est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula.] ad manēdum hic, s. continuè. k [Tibi vnū] nō loquitur de tabernaculo faciēdo pro se & sociis suis: quia volebat cum Christo esse in suo tabernaculo, & socij sui cū aliis duob⁹. Lucas autē dicit q̄ loquebatur Petrus nesciēs quid diceret. Sicut enim ex magnitudine passiōis, vel timoris, vel amoris, aliquis prorūpit in aliqua verba sine præmeditatione: ita similiter ex magnitudine deuotionis, & delectatiōis, ex parte dixit Petrus illa verba, quæ tamē nō erāt rationabilia: quia in solo aspectu humanitatis Christi non cōsistit beatitudinis essentia, vt iā dictum est: & ideo illud nō debebat sufficere ꝓ finali beatitudine. l [Adhuc eo loquēte.] Hic ponitur testificatio diuina. Sicut enim in baptismo Xp̄i, in quo cōsistit regene-

Marginal notes:

Quare duxit in mōtem.

De anima Christi.

De claritate corporis Christi transfigurati. Claritas in facie Christi & candor, in vestibus non fuit proueniens ex aliqua ꝓprietate corporis gloriosi existente in corpore Christi, [illegible] Th. ii. Sen. dist. xvi. q. j. art. ii.

Ratio quare Moyses & Elias magis apparuerunt quàm alij.

Vnde fuit adductus Moyses.

Testimonium Apostolorum.

Petrus de se non loquebatur.

Verba Petri rationabilia non erant.

ratio & principiũ vitę spiritualis apparuit tota trinitas: filius in carne, pater in voce, & spiritus sanctus in columbę specie. Ita similiter conueniẽs fuit ꝙ appareret in trãsfiguratione, per quã ostensus est terminus seu perfectio vitę spiritualis, videlicet gloria futuræ resurrectionis: & ideo sicut filius apparuit ibi in carne decorata in claritate glorię, ita & spiritussanctus in lucida nube per quã significata est plenitudo veritatis, in Christi prædicatione, propter qđ dictũ est. m [Ipsum aud.] Pater autẽ apparuit in voce dicẽs, n [Hic est filius meus.] s. naturalis: alij autẽ sunt adoptiui. o [In quo mihi bene cõpla.] i. in quo diuinũ beneplacitum cõplebitur de redẽptione mundi. Sequitur. q [Et audiẽtes discipuli, &c.] hoc autẽ factum est ad declarationẽ humanæ fragilitatis, iuxta excellentiã diuinæ maiestatis. r [Et acces. Iesus.] s. ad cõsolandũ eos. s [Et tetigit eos] familiariter eos consolãdo. Sequitur. t [Leuantes autẽ oculos suos neminẽ viderunt, &c. quia Moyses & Elias iam recesserãt, reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerant adducti. v [Et descendẽtibus.] Hic ponitur discipulorum instructio de visione præhabita: quia præcepit eis Iesus ne visionem prædictã aliis diuulgarent ante resurrectionem suam, ne alij audientes Christum eis apparuisse in forma gloriosa, scãdalizarẽtur postea vidẽtes Iesum pati tã ignominiosẽ, &c.

Diuina testificatio.

Discipulorum instructio.

EXPOSITIO MORALIS.

ET duxit illos in mõtẽ excelsum &c. Origenes, sex diebus factus est visibilis mundus, igitur qui transcendit omnes res mũdi visibiles, potest excelsum montẽ transcendere & respicere gloriã verbi Dei. e [Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquẽtes.] Orige. Si quis intelligit spiritualẽ legem conuenientem sermonibus Iesu: & quæ est in Prophetis absconditam Dei sapiẽtiã, ille videt Moysem & Eliã in gloria cum Iesu. i [Bonũ est nos hîc esse] s. in contẽplationis dulcedine. k [Faciamus hic tria taber.] quæ contẽplatiuus moraliter facit quãdo Legẽ, & Proph. & Euang. pract. legẽdo disponit, s. corde credẽdo, ore cõfitendo, & opere adimplendo. m [Ecce nubes lucida], i. cognitio vera. Ideo subditur. n [Hic est filius meus dilect. &c. Et ceciderunt disci. in faciẽ suã, &c.] Nam illuminati viderant Dei maiesta. o [Nemini dixeritis visionem, &c.] quia diuina mysteria non sunt semper reuelanda: sed loco & tempore debitis publicanda.

Discipuli ceciderũt in faciem, potiꝰ quã retrorsũ, ad denotãdũ quòd sancti in faciem cadent, impii retrorsum. Remigius super Matth.

QVAESTIO XXXV.

SI vis faciamus hîc tria tabernacula, Matt. xvij. c. Vtrũ alię circunstantię negotiationẽ vel mercaturam impedientes, inueniantur? Ad quod breuiter respondetur ex multorum sententia, quòd licet propriè & strictè loquendo, aliæ circunstantiæ non inueniantur, præter infrascriptas, in quæstione super Epistolam eiusdem dominicæ: quæ mercantiam habent impedire: tamen largè loquendo de ipsius mercantię circunstantiis, tres alię signari possunt. Quarum prima dicitur iniqua separatio: quia plerique sunt qui negotiationi nimium intendentes, sine vxoribus longam moram in longinquis partibus trahunt: tales autem quantis carnalitatibus, & spurcitiis tam cum fidelibus, quàm infidelibus inquinantur, quis exprimere posset? Et quod deterius est, frequentius quoque vxoribus violandi sacrum matrimonium causas multiplices præstant: vt sicut in capit. præsentia. extra de spõsa. dicitur, mulieres sæpius pro iuuenili ætate, seu fragilitate carnali, nequeunt continere, petentes aliis copulari. Nam vt magister Senten. di. xxvj. cap. j. quarti voluminis ait, quod etiã ponitur à Gratiano. xxij. q. ij. c. j. §. j. Matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: quia vt Matth. xix. c. legitur, cùm Pharisęi tentantes dominum petiissent ab eo, dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suã? post alia verba audierunt, Quod Deus cõiunxit, homo nõ separet. Hac enim intẽtiõe secundũ Goff. Tranẽsem, vir & mulier matrimonio iũgi debẽt, vt simul perpetuò maneãt, quãuis post cõtractum matrimoniũ, ante carnalẽ copulã possit alter, inuito altero, religionẽ intrare, tamen post consummationẽ non nisi volẽte. Vnde Alex. papa, Priori & fratribus S. Ioãnis, sicut extra de cõuer. cõiug. c. vxoratus habetur, sic ait, Vxoratus sine licẽtia vxoris inter vos nullatenus recipiatur. Secũda diuinorum sacramentorũ & officiorũ omissio. Multi enim inter infideles longã trahentes morã, vel etiã inter fideles existẽtes tantũ tẽporalibus lucris inhiãt, vt absq; cõfessione, & cõmunione, & aliquo signo Christianitatis, tanquã animalia viuãt. Proinde lxxx. di. Decretorum in c. Quoniã nõ cognoui Aug. ait, Merito dictũ est negotiũ: quia negat otium, quod malũ est, cùm nõ quęrat verã quietẽ, quæ est Deus. Et Ecc xvij. c. scribitur. Difficilè exuitur negotiãs à negligentia, scilicet diuinorum: & non iustificabitur caupo à peccato labiorum. Tertia quidẽ dicitur, vltra sortem rerum vsuraria receptio: quia vt Ambr. ait & Gratianus, xxiiij. q. iij. c. Plerisque, etiam annotauit, quòd cum sorte accedit: (quæ sors secundùm legistas est debita quantitas mutuatæ rei in materia occurrẽte) vsura est. Vnde dominus Hostien. clarius vsurã definiẽs ait, Vsura est cuiuscunq; solutionis rei mutuatæ acceptio ipsius rei vsus gratia pactione interposita, vel hac intentione habita in cõtractu: vel exactione habita ex primo facto. Et licet doctor irrefragabilis Alexander de Hales, dicat in tertio volumine Summæ: quòd hæc vsuraria receptio rerum vltra sortem fieri possit duntaxat in illis quæ mutuantur sub certo numero, sicut pecunia, & sub certo pondere, sicut aurum, & argentum, & similia: & sub certa mensura, sicut granum, vinum, & oleum, &

Tres circunstantię de mercantiis.

Quid sit matrimonium.

Vnde dicitur negotium.

Quid vsura.

Alexander de Hales.

alia huiusmodi: quia in his tantũ est determinatus valor ab arte, vel à natura. Ab arte, vt in illis quę numerãtur. A natura, vt in illis quę mẽsurãtur, & põderãtur: & si vltra talẽ valoris determinationẽ vel artis inueniuntur, est propter indigẽtiã nostrã, nõ propter ipsorũ variationẽ in valorẽ: tamẽ largius loqui volentes impræsentiarum: in omni re negotiali eam locamus. hinc Hie. super Ezec. lib. vj. quod dictũ xiiij. q. ij. c. putãt. in Decreto describitur sic, Putãt quidã vsuras tantũ esse in pecunia, qđ prouidẽs diuina scriptura, omnis rei aufert superabundãtiã. Quicqd illud est ab eo qui dederit plus acceperit: vt plusquã dedisti nõ recipias. Pro his tribus circũstãtiis in pręsenti dicere possumus, Faciam⁹ hic tria tabernacula, i. faciam⁹ in fine tractatus negotiationis, mẽtionẽ de trib⁹ circũstãtiis licet nõ ꝓpriis, ad rẽ hãc tamẽ satis pertinẽtibus. Quarũ vna detestatur p Christũ spõsam suã eccle. diligentẽ nõ delinquentẽ. Altera per Moysem legis officia diligentem. Vltima per Eliam non solum vsuram: sed etiam cuncta temporalia omnino spernentem.

Dom. ij. in xl. Euang. secun. Matt. xv. cap.

In illo temp. Egressus Iesus, secess. &c.

Quære suprà feria v. post primam domin. quadrages. Require suprà folio cxlj.

Fer. ij. post Dom. in xl. Euan. secũ. Ioan. viij. c.

IN illo tẽpore, [a] dixit Iesus turbis Iudęorũ, Ego vado, [b] & quęritis me, [c] & in peccato vestro † moriemini. [d] Quò ego vado vos non potestis venire. [e] Dicebãt ergo Iudęi, [f] Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire? [g] Et dicebat eis, [h] Vos deorsũ estis, [i] ego de superius sum. [k] Vos de mũdo hoc estis, [l] ego non sum de hoc mũdo. [m] Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nõ credideritis, [n] quia ego sum, [o] moriemini in peccato vestro. [p] Dicebant ergo ei, [q] Tu quis es? [r] dixit eis Iesus, [s] Principiũ, qui & loquor vobis. [t] Multa habeo de vobis loqui & iudicare. [v] Sed qui misit me verax est, [x] & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mũdo. [y] Et nõ cognouerũt, quia patrem eius dicebat Deũ. [z] Dicit ergo eis Iesus, cùm exaltaueritis filiũ hominis, [a] tũc cognoscetis, quia ego sum. [b] Et à meipso facio nihil, [c] sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui misit me, mecum est, [d] & non reliquit me solum, [e] quia ego quę placita sunt ei facio semper.

In peccato vestro moriemini. Peccatores obstinati sua peccata cõfiteri nolẽtes, & de quib⁹ pœnitere nolunt, sub desyderio semper velle peccare viuẽtes: & qui nunq̃ peccata sua deponunt, si sic moriũtur, sine fine damnant: vnde de pœ. dist. j. cap. voluissent iniqui sem. p viuere vt potuissent sine fine peccare. Et in-fri, Ad magnã iustitiã iudicis pertinet, vt nunquã careat supplicio, qui in hac vita nunquam voluit carere peccato.

POSTILLA.

IN illo tpe, dixit Iesus turbis Iudæorum, &c. Hic Euãgelista docet quòd peccatores obstinati non audientes Christũ, nõ possunt sequi Christum sed in tenebris manẽt. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ostẽdit eos quibus loquebatur habere huius lucis defectũ. Secundò subdit huius defectus remedium, ibi, Dicebãt ergo. Circa primum sciẽdum, ꝙ sicut recedẽte sole visibili de nostro hemisphærio causantur ibi tenebræ, ita similiter Christo, qui est sol iustitiæ, ex hoc mundo per mortẽ recedẽte, Iudæi pro maiori parte sunt obtenebrati tenebris infidelitatis, & in eis obstinati, & hoc iusto iudicio Dei, quia viderãt signa in vita eius & in morte, propter quod Gẽtiles Legẽ & Prophetas nõ habẽtes crediderunt Christo. Similiter patet de illo Centurione, qui nõ visis signis de morte Christi dixit, Verè filius Dei erat iste, vt habetur Matt. xxvij. c. Et ideo Iudæi qui non solùm per miracula visa, sed & per oracula prophetarum prędicta, poterant eum cognoscere verũ Christũ, per consequens meritò sunt à Deo dimissi, propter eorum ingratitudinem, & sic excæcati totaliter per obstinationẽ. Et hoc est quod dicitur, Et in peccato, &c. In sacro Euãgelio sunt tres partes. In prima ponitur dura cõminatio ibi, In peccato vestro moriemini. In secũda stricta Christi examinatio ibi, Multa habeo vobis. In tertia determinatur Christi passio ibi, Si exaltatus fuero. a [Dixit Iesus turbis Iudæorum. Ego vado] scilicet ad patrem per mortem secundùm humanitatem: à quo tamen non recessit secundùm diuinitatem. b [Et quæritis] scilicet persequẽdo me in membris meis: quia post mortem Christi Iudæi persecuti sunt Apostolos, & alios Christi fideles vsque ad mortẽ: vt patet Actuum viij. c [Et in peccato vestro moriemini,] id est propter peccatum vestrum, quia propter persecutionem Christi & Apostolorum ciuitas Ierusalem destructa est, & templum combustum: & populus occisus ab exercitu Romano, vt fuerat à Christo prædictum expressius Luc. xix. cap. Ierusalem Ierusalem quæ occidis Prophetas, &c. d [Quò ego vado vos non potestis venire] scilicet ad gloriam patris, vestra infidelitate hoc impediẽte. e [Dicebant ergo.] Hic consequenter Iesus docet remedium: & diuiditur in duas partes: quia primò huiusmodi remedium præponit. secundò eius efficaciam ostendit ibi, Dicebant ergo. Circa primum sciendum, quòd hoc remedium consistit in veniendo ad Christum per fidem: qui est vera lux. Ideo diuiditur in duas: quia

Quomodo causantur tenebræ.

De obstinatis.

quia primò remediū huius fidei ostenditur: secundò ad credendū eos inducit: ibi, Dicebant ergo Iudæi. Prima in duas: quia primò ponitur Iudæorū interrogatio. Secūdò subditur Christi responsio, in qua dat remedium prædictum ibi, Et dicebat. Circa primum sciendum, quòd audierant Iudæi Christum voluntariè moriturum, vt habetur per illud Isa. liiij. Tradidit in morte animā suam: quæ scriptura & totum capitulum exponitur de Christo ab antiquis doctoribus Hebræorum: & ideo Iudæi derisoriè quærebant de Iesu quem reputabant falsum Christum. f [Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado vos non potestis venire.] si enim seriosè loquerentur de impletione huius Prophetiæ dicerent sic, Nunquid ex simplici voluntate separabit animam à corpore? quod patet ex eo quòd subditur, Quò ego vado vos non potestis venire. Ipsi enim poterant seipsos interficere: sed non poterant animam suam pro voluntate sua tradere: sicut fuit prophetatum de Christo per Isa. in Iesu fuit ad impletū. g [Et dicebat eis.] hic ponitur Christi respōsio: in quo datur prædicti verbi intellectus di. h [Vos deorsum estis:] id est de massa corrupta præ pondere originalis peccati: & ideo habetis debitum mortis, & necessitatem moriendi, propter quod separatio animæ à corpore non subiacet simplici vestræ voluntati. i [Ego de superius sum.] quia secundùm deitatem habet naturam cū patre. Secundùm humanitatē anima est à Deo immediatè per creationē, & corpus formatum spiritussancti virtute: & propter hoc habebat plenum dominium super corpus suum separando animam ab ipso & reuertendo: secundùm quòd dixit infrà, c. x. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ideo sequitur. k [Vos de mūdo hoc estis.] corpore & affectu. l [Ego non sum de hoc mūdo] quia secundùm quòd Deus præcedit mundum vt causa effectum: nec est pars Vniuersi: secundùm autem humanitatem, propter virtutem formatiuam, eodem modo dicendum, quia illa virtus fuit virtus spiritussancti, quantùm ad animam & corpus, benè est pars Vniuersi: & sic est de mundo quantùm ad substantiam, non autem quò ad peccati deordinationem, quæ deordinatio nomine Mundi in sancta Scriptura frequenter designatur: vt patet Ioan. j. cap. & hoc modo Iudæi erant de mundo propter infidelitatis peccatum. Propter hoc subdit. m [Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris] suprà dixerat, In peccato vestro, in singulari: quia principale peccatum eorum erat persecutio Christi: sed ad hoc sequebātur multa alia peccata: propter hoc replicauit hic in plurali, In peccatis vestris. & consequenter ostendit remedium contra ista mala, dicens, n [Si enim non credideritis] fide formata charitate, Quia ego sum vobis in Lege

Quare Christ⁹ habuit potestatem ponendi animā & assumendi eā.

& Prophetis promissus. o [Moriemini inquā.] In peccato vestro. p [Dicebant ergo ei.] Ostenso remedio euadendæ mortis, quod est per fidem Christi: hic consequenter inducit eos ad credendum sibi. Circa quod præmittitur Iudæorum interrogatio, dicens. q [Tu quis es] q. d. Ostende nobis quòd tu sis talis, & tantus quòd debeat credi tibi. r [Dixit eis Iesus] probando quòd debeat credi, per hoc quòd est omnium creaturarū principium primum, & per cōsequens veritas prima infallibilis: & hoc est quod subditur. s [Principium qui & loquor vobis.] Et quia est primum omnium rerum principium: omnia reducit ad seipsum, cùm sit finis omnium: ideo consequenter ostendit quòd ad ipsum pertinet omnium iudicium: per quod omnia reducuntur in ipsum, & hoc est quod dicit. t [Multa habeo de vobis loqui & iudicare.] non dicit, Vobis ad vtilitatem vestram, sed de vobis, s. ad malum vestrum: quod erit in iudicio futuro. v [Sed qui misit me verax est] quia adimpleuit promissum de prima missione filij, qui non est ad condemnandum vel iudicandum: sed magis ad saluandum per doctrinam, ideo sequitur. x [Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor, &c.] Dicit enim se audire à patre: quia inquantum Deus habet scientiā à patre eandem cum ipso sicut & essentiam: sed inquantum homo habet scientiam infusam ab eo. y [Et non cognouerunt: quia patrem eius dicebat Deum.] hoc addit Euangelista: vt ostenderet cæcitatem eorum. Veruntamen quia multi Iudæorum in morte Christi crediderunt, videntes miracula quæ acciderant in morte eius: vt habetur Luc. xxiij. Similiter ad prædicationem Apostolorum multi Iudæorum crediderunt post mortē Christi: vt habetur Act. ij. c. ideo subditur. z [Dixit eis Iesus, Cùm exaltaueritis filium hominis.] scilicet in cruce in qua fuit extensus in aëre: & propter quod exaltatus est à patre: secundū quòd dicitur ad Philipp. ij. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortē, mortem autē crucis: propter quod Deus exaltauit illū. a [Tunc cognoscetis quia ego sum] scilicet verè Christus. Vtitur autem tali modo loquendi: vt reducat eis ad memoriā illud Exo. iij. Ego sum qui sum. b [Et à meipso facio nihil.] quia secundū, quòd Deus habet totam virtutem operatiuam à patre & eandem: sicut dictum de Dei scientia: sed secūdùm quod homo, illa natura est organum diuinitati coniunctum, ideo nihil poterat operari nisi secundùm morem & regulationē ipsius Dei. Ideo sequitur c [Sed sicut docuit me pater hæc loquor. Et qui misit me mecum est,] quia secundùm deitatem pater est in filio, & econuersò. secundùm humanitatem verò ipsa deitas est in homine Christo, speciali modo per realem, scilicet, vnionem per quem modum non est in aliquo alio. d [Et non reliquit me solum.] quia filius secundùm quòd Deus

Quomodo Christus à patre separari potuit.

nō potest separari à patre, secūdùm verò quòd homo potest separari de potentia absoluta: sed de potentia ordinata naturæ nunquam dimittetur: quia quod semel assumpsit, nunquā deponet: vt dicit Damascenus. e [Quia ego quæ placita sunt ei facio semper,] Inquantum enim Deus idem vult quod facit pater, quia eorum est vna voluntas & operatio. Inquantum verò homo eius voluntas & operatio regulātur absque aliqua obligatione à regula diuinæ voluntatis: vt patet ex supradictis.

EXPOSITIO MORALIS.

Dixit ergo eis Iesus, Cùm exaltaueritis filium hominis, scilicet in cruce. a [Tunc cognoscetis: quia ego sum.] Post mortem enim Christi & eius ascensionem vna die prædicante Petro, crediderunt simul & semel de Iudæis quinque millia, & altera die tria millia: vt habetur Act. ij. & iiij. c. Sic etiam est inter homines: vt valor hominis plus apparet & commendatur, post eius mortem, quàm antè.

QVAESTIO XXXVIII.

Quæstio de malitia

IN peccato vestro moriemini. Io. viij. cap. In quibus verbis meritò quæritur, Vtrum omnis malitia confundatur aliquoties ratione veritatis: aut corrigatur nonnunquàm, maximè eorum qui proposito malo & non ignorantia peccant. Hinc Io. Chry. Ecce enim iniqui vsurarij, postquam audierūt vsuram omni lege detestari, nunquid compunxit eos timor peccati? nunquid compescuit eos vel liberalitatis consyderatio? Sed quid aiunt dicentes, Nihil nisi peccatum lege prohiberi debet: sed quod vtilitatem proximo cōfert, culpa non esse videtur. Constat enim quòd res quæ mutuò datur, aliquam commoditatem & vtilitatem confert illi cui præstatur: ergo secundùm æquitatē potest huiusmodi commoditas æstimari pretio, & meritò compensari. Sed meritò his iniquis responderi potest, quòd res mutuata non confert ei, cui facta est, mutuantis vtilitatem aliquam, à rei consumptione differentem, nisi esset ex industria recipientis mutuum quæ mutuantis propria non videtur esse: & ideo nō est vendibilis alio pretio mutuatæ rei. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd quædā res sunt quarum vsus est ipsarum rerum consumptio, sicut vinum ad potum, eo vtendum consumimus. In quibus vsus rei à re ipsa seorsum cōputari non debet: sed cuicunque vnum ipsorum conceditur necesse est vt alterum concedatur. Vnde in istis per mutuum transfertur dominium. Si quis igitur seorsum vellet vendere vinum & seorsum vsum eius, bis idem vendere dignoscitur, & vendendo quod est contra iustitiam, peccat. Quædam verò res sunt quarum vsus non est ipsarum, consumptio sicut vsus domus & inhabitatio, & non dissipatio.

De re mutuata.

In quibus seorsum potest vtrunque concedi: putà cùm quis concedit alteri vsum domus, retento sibi dominio, vel econtrà. Et propter hoc pro vsu domus licitè potest recipi pretiū. Res igitur quæ mutuo dantur in quibus committi potest vsura sunt de numero earum rerum quarum vsus est ipsarum consumptio: sicut quæ mutuantur sub certo numero, vt pecunia: & sub pondere, vt aurum & argentum: & sub certa mensura, vt granum, vinum & oleum: quia in eis secundùm doctorem irrefragabilem impositum est pretium à natura præter illa quæ numerantur quibus ab arte pretiū impositum est: & ideo per vsum talium rerum illicitum est accipere pretium: quia dicitur vsura. Sufficit enim accipere æquiualens illius rei quæ mutuatur, quia omnia talia nomine Pecuniæ intelligi possunt: de qua Exod. xxiij. capit. dicitur, Si pecuniam mutuam, scilicet dederis populo meo pauperi qui habitat tecum non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes: licet de omni re vltra sortem accipere peccatum est. Ideo Ambr. lib. de Dauid. Et esca vsura est, & vestis vsura est, & quod cunque sorti accedit, vsura est: & quod velis ei nomen imponas, vsura est. Vnde contrarium defendētibus dicitur, Et in peccato vestro moriemini.

Feria iij. post Dominicam secundam quadragesima. Euang. secundùm Matth. xxiij. cap.

In illo tempore, locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos dicens, [a] Super cathedram Moysi [b] sederunt Scribæ & Pharisæi, [c] omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, [d] secundùm † verò opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. [e] Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, [f] digito autem suo nolunt ea mouere. [g] Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. [h] Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. [i] Amant autem primos recubitus in cœnis, [k] & primas cathedras in synagogis, [l] & salutationes in foro, [m] & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. [n] Vnus est enim magister vester, [o] omnes autem vos fratres estis. [p] Et patrem nolite vocare vobis

Secūdum eorū opera nolite facere. Doctores bonum docētes, & viā veritatis pdicētes, in veritate viā salutis edocētes, verbo, & exēplo suo modo viuēdi Deo mentiūtur quia aliud verbo dicunt quod opere non faciunt, & mente nō agūt, mortis damnatione rei sunt Vnde Isido. de Sum. Bo. lib. iii. cap. xxxvii. Qui bene docet & malè viuit quod docet bene viuentib⁹ pficit, q verò malè viuit seipsum occidit. Et in decretis, Qui bene docet, & malè viuit Christum docet quomodo eū damnare debet.

ſu per terram, vnus eſt enim Pater veſter qui in cælis eſt.[q] Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.[r] Qui maior eſt veſtrum,[s] erit miniſter veſter.[t] Qui autem ſe exaltauerit,[v] humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, &c. Super cathed. Moyſi &c.] Hic oſtendit Iudęos eſſe reprobatos, quia fuerũt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes: quia Saluator primò ponit in hac lectiõe huius fictionis motiuũ. Sc̃dò hoc motiuũ excludit à diſcipulis ſuis ibi. [Vos aũt] Motiuũ aũt fuit ſupbia Phariſ. & Legiſp. & hæc ſupbia oſtẽditur ex tribus. Primò ex abuſu ſuę poteſtatis. Secundò ex ſimulatiõe ſanctitatis ibi, Oĩa ergo. Tertiò ex ambitione dignitatis ibi, Amãt aũt primos recubitus. Circa primũ cõſyderandũ, ꝙ à tẽpore Moyſi fuerũt conſtituti à Deo, lxxij. ſenes, ętate & ſcientia prouecti, qui cũ Moyſe haberent curã populi. Et dicebãtur Iudices Ordinarij: q a ad ipſos fiebat recurſus in dubiis cauſis: magnę etiã cauſæ nõ tractabãtur ſine eis. Et iſtud fuit obſeruatũ apud Iudęos quãdiu fuerũt in poteſtate. Et hoc eſt ꝙ dicit hìc ſaluator. In ſac. Euãg. ſunt tres partes. In prima tractatur de bono iuſtitiæ & æquitatis, vt ſeruetur ibi, Super cathed. In ſecunda manifeſtatur periculũ vanitatis, vt euitetur: ibi, Oĩa verò opa ſua. In tertia cõmendatur plãtariũ humilitatis, vt regnũ lucretur: ibi, Vos aũt. a [Super cathed. moyſi.] id eſt in authoritate iudicandi populũ. b [Sederũt Scribæ & Phariſ.] quia illi qui videbãtur eſſe magis in populo periti ad hoc eligebãtur. c [Oĩa ergo quæcuq; dixerint vobis ſer. & fa.] quia prælatis etiã malis eſt obediendũ: niſi in his quæ ſunt manifeſtè cõtra Deũ, & ſunt habẽdi in reuerẽtia, quãdiu tolerãtur in officio ſuo: vt patet exemplo Dauid qui venerabatur Saul regem, licet ſciret eum eſſe malũ, & à Deo reprobatum. d [Secundũ verò opera eorũ nolite facere:] quia non ſunt imitandi in malis: imò tantum in bonis. e [Alligant enim onera grauia & importabilia &c.] quia ſupra legis præcepta, conſtituerant multa ex ſuis traditionibus, ſicut patet cap. xv. quæ ſubditis grauia & importabilia erãt. f [Digito aũt ſuo nol. ea mouere.] id eſt modicũ conatũ ad agendum talia nolũt apponere. Ex hoc patet quòd ille qui cõſtituit legem aliquã, licet non ſit ſubditus legi, quantùm ad hoc quòd puniatur per hominem ſi contrarium faciat, tamen obligatus eſt ad legem implendam: & grauius punietur à Deo ſi contrarium fecerit, quia trãſgreſſio eius grauior eſt propter ſcandalũ. Propter ꝙ dicit Sapiens, Patere legem quam tu ipſe tuleris. & extra de cõſtit. c. cũ omnes. dicitur ꝙ quicquid iuris in altero ſtatuit, ipſe eodẽ iure vti debet: patet etiã ex prædictis, ꝙ illi qui ſtatũ Eccleſię in generali ſeu in ſpeciali onerãt grauibus ſtatutis ſine magna pœna & euidẽti neceſſitate, abutuntur ſua poteſtate ſicut faciebant Scribæ & Phariſæi. Vnde dicit Aug. ad inq. Ian. loquens de religiõe Chriſtiana, Ipſam religionẽ noſtrã quã domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus in pauciſſimis ſacramentorũ celebrationibus voluit eſſe liberã, quidã ſeruilibus premũt oneribus, adeò vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubiiciuntur inſtitutis. g [Omnia verò.] Hic oſtenditur ſuperbia Phariſæorũ ex ſimulatione ſanctitatis: quia hoc faciebãt, vt eſſent in reuerentia & honore populo. Et hoc eſt ꝙ dicit. [Omnia verò opera ſua fac. vt vi. ab ho.] i. propter gloriã humanã: quia videri in bonis, propter gloriã diuinã, nõ eſt malũ, ſed magis meritoriũ: vt dictũ eſt, v. c. h [Dilatãt enim phylacteria] ſecũdũ ꝙ dicit Hier. erant quędã chartæ, in quibus ſcribebatur Decalog⁹ mãdatorũ, & ponebatur illa charta in capite ad modũ coronæ. per hoc ſignificabatur ꝙ debebãt legẽ in memoria habere ſecundũ ꝙ dicitur Deute. vj. ca. Dicebantur enim phylacteria à phylaxe, qđ eſt ſeruare, & tora qđ eſt lex, quia erant quędã ſigna ſeruãdæ legis. Phariſæi igitur, vt viderentur præ cęteris religioſi faciebant ſibi phylacteria magis lata: & ſcribebãt in eis Decalogũ de groſſiori litera: & eadẽ rõne faciebant fimbrias maiores in palliis ſuis. Quę aũt eſſent iſtæ fimbriæ dictũ eſt ſuprà, ix. c. ſuper illud verbũ. Tetigit fimbriã veſtimenti eius, quod etiã hìc declaratur. Chriſtus enim portabat veſtimentũ ſuũ ad modũ Iudæorum. Ad cuius euidentiã ſciendũ, ꝙ populus Iudaicus, de quo Chriſtus erat naſciturus ſecundũ carnẽ, debebat pollere quadam ſanctitate ſpeciali præ aliis populis, & ab eis diſtingui: & ideo data eſt eis circũciſio, vt quoddam ſignum diſtinctum in carne. Similiter data eſt eis lex, vt haberẽt quendã ſpecialem modum viuendi. Similiter præceptũ fuit eis in habitu diſtingui, vt patet Nu. xv. c. Loquere filiis Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias, per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Vittæ enim hyacinthinæ quæ erant cæleſtis coloris, deſignabant quòd debebant habere conuerſationem eminentem præ ceteris, ſecundum quòd Paulus dicit, ad Philipp. iij. c. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Vnde ſequitur ibidẽ, Nume. xv. Vt recordentur mandatorum Dei, & ſint ſancti domino Deo ſuo. Talem ergo veſtem portabãt Phariſæi, in qua magnificabant fimbriã quæ eſt in angulo pallij. i [Amant autem.] Hic conſequenter oſtenditur ſuperbia eorum, ex ambitione dignitatis cùm dicitur, Amãt autem primos recubitus in cœnis. Et hoc duplici de cauſa, ſ. ratione gulæ: quia ibi ponũtur fercula meliora, & rõne ſuper-

Triplex eſt obediẽtia: vna eſt ſufficiens ad ſalutẽ qua quis obedit in his ad quæ obligatur. Alia eſt pfecta qua obedit in omnib⁹ licitis. Alia indiſcreta qua etiam in illicitis. Th ii. ii. q. ciiii. Obedire non ſemp tenetur ſubditus ſuo ſuperiori. idẽ

Oſtenditur ſuperbia Phariſęorum.

De veſtimẽto Chriſti & modo portandi.

Superbia Phariſęorũ ex ambitione dignitatis.

biæ, quia ille est locus honorabilior. k [Et primas cathedras in synagogis.] vbi conueniebãt homines ad audiendum verbum Dei. l [Et salutationes in foro], id est in loco patenti. m [Et vocari ab hominib⁹, Rabbi] Desyderare enim scientiam & actum docendi non est malum, sed meritorium: sed desyderare nomen tantum hoc est malum, & superbiæ peccatum. Si tamen desyderetur nomen, & authoritas magisterij ad hoc ꝙ scientia iã habita aliquis possit melius vti: non est malũ sed est bonũ, quia bonus doctor debet ea quærere quę faciũt ad efficaciã suæ doctrinæ. Veruntamẽ quia homo nõ est magister principalis, sed solus Deus: ideo dicit. n [Vnus est enim magister vester.] quia solus Deus potest interius docere intellectũ: illuminando seu speciẽ intelligibilẽ infundẽdo: homo autẽ docet tantũ exterius, aliqua proponendo: ex quibus formantur phantasmata debita, à quibus intellectus agens facilius abstrahit speciem intelligibilẽ. Sicut in sanatione hominis, natura agit tãtũ principaliter: medicus autẽ aliqua administrat ex quibus natura iuuatur. o [Omnes autẽ vos fratres estis] quia filij Dei per creationem, & adoptionẽ gratiæ. p [Et patrẽ nolite vocare vo. super terram &c.] licet enim aliquis posset vocari pater in terra ratione generationis, doctrinæ, siue ætatis: tamen solus Deus est pater principalis: quia ab eo solùm habemus animã intellectiuã, quæ est forma hominis: ergo pater est ille qui dat formã. q [Nec vocemini magistri &c.] sicut iam suprà positũ est. r [Qui maior est vestrũ] id est vult esse secũdùm veritatem. s [Erit minister] id est paratus ad officia humilitatis, secundùm decẽtiam sui status: propter hoc Papa vocat se seruum seruorum Dei. t [Qui autem se exaltauerit] in præsenti, per superbiam. v [Humiliabitur] in futuro, per gehennæ pœnam.

Quomodo sumus filij Dei.

EXPOSITIO MORALIS.

LOcutus est Iesus ad turbas &c. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & fa. &c.] Hoc generaliter intelligendũ de omnibus benè docentibus, & malè viuẽtibus. Nã eorũ doctrina potest acceptari, & vita repudiari. a [Alligant enim onera grauia] Hie. hoc generaliter dicitur aduersus oẽs magistros, qui grauia iubent, & minora non faciunt. Chrys. Tales autẽ sunt qui graue põdus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & sic dũ præsens pœna fugitur, contẽnitur futura. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem nõ potest portare posueris necesse habet vt fascem reiiciat aut sub onere confringatur. Sic & si homini grande pondus pœnitentiæ imponis, necesse est, vt aut pœnitentiam reiiciat, aut suscipiens dum ferre non potest scandalizatus amplius peccet. Deinde si erramus, modicã pœnitentiã imponẽdo: nõne melius est propter misericordiã reddere rationem, quàm propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus est, dispensator nõ debet esse tenax g [Omnia verò opera sua fa. vt vi. ab hominibus &c.] Chry. In omni re nascitur quod eam exterminat: sic in ligno vermis, & in vestimẽto tinea. Vnde sacerdotũ ministerium, qui positi sunt in ędificationem sanctitatis, Diabolus nititur: & hoc ipsum bonum dum propter homines sic fiat malũ, a [Amant autem primos recu. in cœnis &c.] Ista recipere cũ exhibẽtur ordinatè nõ est malũ sed ipsa cõcupiscere. p [Et patrẽ nolite vocare, super terrã.] Nõ excludit exhibitionẽ honoris debiti, sed indebiti: scilicet vt ꝓpter adulationẽ, vel aliquid huiusmodi sic fiat.

Conditio patrisfamilias.

QVAESTIO XXXIX.

SEcundum verò opera eorum no. fa.] Matt. xxiiij. Super quibus verbis quæri potest: vtrũ simonia sit hæresis. Ad qđ breuiter respõdetur secundum sententiam sancti Tho. super dist. xxv. iiij. lib. Sententiarum, & etiam ij. ij. q. centesima atque secundum do. nostrum Alexã. & Durã. parte iiij. j. lib. dis. xj. quòd licet propriè & per se loquendo simonia hæresis nõ iudicetur cùm aliquam falsam opinionem in fide non habeat: tamẽ omnes simoniaci propter similitudinem actus hęretici nũcupantur: quia ita operantur ac si æstimarent donum spiritussancti pecunia possideri: quæ ęstimatio est hęretica, vnde Gre. in registro dicit, Cum omnis auaritia sit idolorum cultus, quisquis hãc Ecclesiasticis dignitatibus dandis non præcauet vulgariter infidelitatis perditioni subiacebit, etiam si tenere fidẽ quã negligit videatur. & j. q. j. c. eos sic habetur, Tolerabilior est Macedonij & eorũ qui circa ipsum sunt, spiritussancti repugnatorũ impia hæresis quam simonia: illi enim hæretici, creaturã, & seruũ patris & filij, spiritũsanctum fatentur, delirando. Sed isti simoniaci eundẽ spiritũsanctũ efficiunt seruum. Et in eodem loco decretorum, q. vlt. ca. patet. scribitur, Patet simoniacos velut primos & præcipuos hęreticos ab omnibus fidelibus esse respuendos. Et infrà, omnia enim ad comparationem simoniacæ hæresis pro nihilo reputantur. Vnde dominus noster Pharisæos qui super cathedram Moysi sedebant simoniacos esse consyderans ait omnibus Christianis, Secundùm verò opera eorum nolite facere.

Quæstio de simonia.

Feria quarta post Dominicam secundam quadragesimæ. Euang. secund. Mat. xx. ca.

IN illo tempore, ascendẽs Iesus Ierosolymã, [a] assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis, Ecce ascẽdimus Ierosolymã, [b] & filius hominis tradetur principibus Sacerdotũ & Scribis, [c] & cõdẽnabũt eũ

morte. [d] Et tradent eum Gentibus, [e] ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendū, [f] & tertia die resurget. [g] Tunc [h] accessit ad eum [i] mater filiorum Zebedæi cū filiis suis, [k] adorans & petens aliquid ab † eo. [l] Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, [m] Dic vt sedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam in regno tuo. [n] Respōdens autem Iesus dixit, [o] Nescitis quid petatis. [p] Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus. [q] Ait illis, [r] Calicem quidem meum bibetis, [s] sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, nō est meum dare vobis, [t] sed quibus paratum est à patre meo. [v] Et audientes decem, [x] indignati sunt de duobus fratribus. [y] Iesus autem vocauit eos ad se, [z] & ait, Scitis quia principes gentiū dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatē exercent in eos. [a] Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. [b] Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis.

Adorans & petens aliquid ab eo. Dominus Iesus matrem filiorū Zebedæi à se remisit, & petita dare renuit, q a iniusta petebat, im ò quod petebat ignorabat: per quod patet quòd quæ iniustè petuntur, à Deo omnipotē ti iustè denegantur. Ex quo iterū patet, q petitio quæ apud Deum fit dere iusta, non negatur, sed de re iniusta repulsatur vnde Prosper de vita Cōtemplatiua, ait, Si autē id postulas quod De' præcepit fiet omnino quod poscis: q a accipit veritas, qd petit charitas.

POSTILLA.

In illo tempore, ascendens Iesus, &c. Hic saluator ostendit quòd in prælatis debet esse vigor ad tolerandum martyrium, si necesse sit, pro commisso sibi grege. Et hoc docet per exemplū sui, qui voluntariè venit in Ierusalem ad sustinendum mortem pro salute mundi: vnde beatus Gre. exponens illud Ioan. x. Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. dicit de se, & aliis prælatis, In hoc ostensa est nobis via quam sequamur. Et hoc quod dicit, Ascendens Iesus Ierosolymam, quæ respectu totius terræ promissionis, est in alto sita: & propter hoc venientes illuc, ab aliis partibus, ibāt ascendendo. In sacro Euangelio tria ponuntur. Primò quomodo passio Christi est imitanda, ibi, Ascēdens, &c. Secūdò quomodo postulatio nostra est formanda, ibi, Nescitis quid. Tertiò, quomodo dominatio tēporalis est refutanda, ibi, Scitis quia principes. a [Assumpsit Iesus duodecim discipu. suos se.] Et hoc duplici de causa. Vna quia cùm esset secretum mysteriū suę passionis futurum, volebat Apostolis communiter præ aliis reuelare, ne videntes eum postea mori ignominiosè scandalizarentur. Secunda est: quia secreta mysteria sunt tantùm maioribus reuelanda & detegenda, cuiusmodi erant Apostoli. Sequitur, b [Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis.] id est legisperitis: quia eis per Iudam fuit traditus & venditus. c [Et cōdemnabūt &c.] quia ipsi iudicauerunt eum esse reum mortis: licet non haberent potestatem interficiendi, quia iudiciūm sanguinis erat eis ablatum à Romanis, qui dominabantur eis. ideo sequitur, d [Et tradent eum gentibus] videlicet Pilato præsidi & suis militibus, ad perficiendum illud, quod non poterant, videlicet Christi mortem. Et hoc est quod subditur, [Ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.] Ista enim tria inflicta sunt Christo per ordinem: vt videbitur infrà. f [Et tertia die resurget.] Hoc autem subdit Christus: ne Apostoli eius morte audita præ tristitia absorberentur. g [Tunc accessit.] Hic ostendit tertiò quòd in Prælatis debet esse tenor humilitatis: quia non debent appetere præesse. Et diuiditur in duas partes. Primò ponitur huius documenti occasio. Secundò subiungitur humilitatis instructio, ibi, Iesus autem vocauit. Circa primum aduertendum, quòd Iudæi existimabant Christum per prophetas promissum regnaturum temporaliter in Ierusalem: quia scripturas de regno Christi carnaliter intelligebant: & ideo regnum ablatum eis per Romanos, credebant sibi restituendum per Christum, propter quod Apostoli dicebāt Christo, Actuum. j. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Et hoc modo Iacobus & Ioānes filij Zebedæi & mater eorum, audientes Christū post mortem tertia die resurrecturum, crediderunt ipsum immediatè post resurrectionem regnaturum in Ierusalem temporaliter. Et ideo cupientes ei esse collaterales præ cæteris: quia erant ei cognati germani, informauerunt matrem suam de petitione sequenti. Et hoc est quod dicitur hic, Tunc, scilicet audita resurrectione Christi futura. h [Accessit ad eum.] id est ad Christum. i [Mater filiorum Zebedæi.] cum filiis suis, consciis de petitione matris. [Adorans & petens aliquid ab eo.] non petiit primò in speciali & determinatè, sed tantùm in generali: vt concessio facta in generali primò minus posset postea denegari in speciali. l [Qui dixit ei, Quid vis?] non petit vt inscius, sed vt petitio sua postea efficacius ostendatur irrationabilis. m [Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c.] id est sint tibi collaterales & maiores post te in regno tuo. quod quidem regnum credebant temporale, vt dictum est. Nec est mirum si talia Apostoli credebāt: quia adhuc carnales erant, & nondum illuminati perfectè nec confirmati per gratiam Spiritussancti. n [Re-

In prælatis debet esse tenor humilitatis.

Quæ mater filiorū Zebedęi à Christo pro filiis petiuit.

spondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis.] Respondit filiis & matri, quia sciebat ipsam missam à filiis, & informatam de petitione facienda pro eis. p [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?] id est sustinere mortem ignominiosam & crudelem, quá ego passurus sum, & per quam debeo venire ad regnum non temporale, vt creditis, sed ęternum. q [Dicunt ei, possumus.] Loquuntur sicut inexperti propriç fragilitatis, quod patuit per effectum, quia in passione Christi fugerunt præ timore mortis r [Ait illis, Calicem quidē meum bibetis.] quia Iacobus propter Christú ab Herode est occisus, vt habetur Actuum xij. c. & Ioannes in dolium feruentis olei propter Christum missus est. Et sic patet quòd habuit promptam voluntatem moriēdi propter Christum. Fuit etiam missus in exiliū propter Christum: exilium autem est quædam mors ciuilis. s [Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistrā, &c.] in illo supple, statu in quo estis, i. nondum humilibus, adhuc & carnalibus. t [Sed quibus paratum est à patre meo.] id est verè humilibus & spiritualia sapientibus. v [Et audientes decem] id est Apostoli. x [Indignati sunt de duobus fratribus.] aliquid humanum passi, quia adhuc erant carnales, sicut & illi, & ideo indignati sunt quòd excellentiam super alios habere voluerunt. y [Iesus autem vocauit eos ad se.] Hic consequenter instruit discipulos suos, de humilitate ex præhabita occasione, vt ambitionem Iacobi & Ioannis reprimeret & indignationem aliorum sedaret. z [Et ait, Scitis: quia princ. gen. &c.] q. d. Maioritas in regno meo non eodem modo acquiritur, sicut in regno terreno: quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & potestatem: sed in regno meo contrario modo acquiritur, videlicet per humilitatem: propter quod dicit, a [Quicunque voluerit inter vos ma. fie. sit vester minister.] i. se exerceat in obsequiis humilitatis. Et in moralibus magis mouent facta quam verba: ideo inducit suiipsius exemplum, dicens, b [Sicut filius hominis non venit ministrare sed ministrari, &c.

Calix pro morte accipitur.

EXPOSITIO MORALIS

AScendens Iesus Ierosoly.] Hierony. Dominus crebrò de passione sua Discipulis ante prædixit ne cùm veniret persecutio, & crucis ignominia, scandalizarentur. б [Et tertia die resurget.] Chry. quod quidem huius gratia dixit, vt cùm viderent tristia, resurrectionem expectarent. g [Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.] Per istos qui per matrem petierunt à Christo, præ cæteris discipulis honorari, eò quòd erant eius consanguinei, significantur ambitiosi, qui habentes prælatum consanguineum volunt propter hoc in ecclesia præ cæteris promoueri: quibus benè respondetur, o [Nescitis quid petatis.] Nam Ecclesiæ non sunt dispensandæ ex propinquitate sanguinis: sed ex idoneitate personarum ratione scientiæ & virtutis: ideo subditur, p [Potestis bibere calicem, &c.] id est, sustinere martyrium propter Deum. v [Et audientes decem indignati sunt de duobus.] Chry. Sicut duo carnaliter petierunt: ita & decem carnaliter contristati sunt. nam velle super omnes esse, vituperabile est: non sustinere alterum super se, nimis est gloriosum. a [Non ita erit inter vos &c.] Chrysost. Principes mundi sunt vt dominentur minoribus, & eos subiiciant seruituti: principes autem Ecclesię sunt vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis quæcunque à Christo receperunt, & suas vtilitates negligant & aliorum procurent, & mori non recusent pro salute inferiorum.

QVAESTIO XL.

FIlius hominis tradetur, &c. Matth. xx. Ex quibus verbis quæritur: vtrum auaritia sit maximum peccatorum? & breuiter respondeo ratione, authoritate, & exemplo: Pars dubitationis affirmatiuè tenetur. Primò enim auaritiam esse omnium peccatorum maximum sanctus Tho. ij. ij. q. cxviij. sic ratione demonstrat, Omne peccatum ex hoc ipso malum est, inquantum in quadam corruptione seu priuatione alicuius boni consistit: sed inquantum voluntarium est aliquod apparens bonum ex inordinatione appetitus eligitur. Dupliciter ergo ordo peccatorum potest consyderari. Vno modo ex parte boni quod per peccatum contemnitur vel corrumpitur, quod quanto maius est, tanto grauius offenditur: quia graue peccatum, contra res exteriores est auaritia: grauius contra hominem, cordis malitia: grauissimum contra Deum, superbia. Alio modo ex parte boni, quod per peccatum eligitur, cui appetitus humanus inordinatè subditur, quod quanto minus est tanto peccatum grauius atque deformius æstimatur. Et quia inter omnia bona commutabilia, minora sunt ista temporalia, circa quæ magis præcipuè consistit auaritia: ideo hui9 respectu, omnibus peccatis grauior est auaritia. Quòd secundò grauius sit hoc peccatum authoritate probatur Eccle. x. c. scribitur, Auaro nihil est scelestius. Et infrà, Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam vænalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Et Hieron. ad Heliodorum ait, Apostoli audi sententiam, qui ait, Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut fraudulator, aut maledicus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Et quanquam generaliter aduersus Deum sapiat, quicquid Diaboli est, & quod Diaboli est,

Existimatio Iudæorum de Christo.

idololatria sit, cui idola omnia mancipantur: tamen in alio loco specialiter, nominatímque determinat, dicēs, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, deponentes fornicationem, immunditiam, concupiscentiam malam, & cupiditatem, & auaritiam, quæ sunt idolorū seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ, quis igitur negabit auaritiam omniū peccatorum esse grauissimum, quæ idololatria propriè iudicatur? Ad hoc etiam Euangelicę lectionis hodiernæ inducit exemplum quòd eam auaritiam ostendit omnium peccatorum esse grauissimum: quando per eam filius hominis à Iuda tradetur principibus Sacerdotum: & sicut dicitur Mat. xx. cap. Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum.

Epulabatur. Diuites epulones qui abūdè mūdi bona possident, pauperib[us] in charitate propter Christum largiri tenentur. Et misericordiam facere esurientibus, sitiētibus, nudósque operire, viduis & orphanis succurrere, corpora defunctorū sepelire: qui talia facient misericordiam Dei consequētur: qui verò non fecerit Dei iudiciū in se duriter à Saluatore arguet. Vnde Saluator ait, Qui recipit vos, me recipit: & infrà, Qui recipit Prophetā in nomine prophetæ mercedē Prophetæ accipiet: & ecōtrario Iacobi ii. Iudicium fiet illi sine misericordia, qui nō fecerit misericordiā

Feria quinta post secundam Dominicam quadragesimæ. Euangelium, Lucæ xvj. capitulo.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis Parabolam hanc, [a] Homo quidā [b] erat diues, [c] qui induebatur purpura & bysso, [d] & epulabatur† quotidie splendidè. [e] Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, [g] vlceribus plenus, [h] cupiens saturari de micis [i] quę cadebant de mēsa diuitis, [k] & nemo illi dabat. [l] Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. [m] Factū est autem vt moreretur mendicus, [n] & portaretur ab Angelis in sinum Abrahę. [o] Mortuus est autem & diues, [p] & sepultus est in inferno. [q] Eleuans autē oculos suos, cùm esset in tormentis, [r] vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamās dixit, [s] Pater Abrahā, miserere mei, [t] & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, [v] vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flāma. Et dixit illi Abrahā, [x] Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. [y] Nunc autem hic consolatur, [z] tu verò cruciaris. [a] Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, [b] vt hi qui volunt hinc transire ad vos, nō possint, neque inde huc transmeare. Et ait, [c] Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domū patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. [d] Et ait illi Abraham, Habent Moysem [f] & Prophetas, [g] audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham, [h] sed si quis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent. Ait autem illi, [i] Si Moysem & Prophetas nō audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

POSTILLA.

IN illo tempore. &c. Homo quidam erat diues.] Hìc inducit Euangelista exemplum, ad prouocandum homines ad opera misericordiæ ex diuite damnato, propter defectum pietatis & misericordiæ. Et non dicitur hic quòd sit Parabola: quia secundùm doctores est narratio rei gestæ. In Euangelio tria notantur. Primò miserabilis status peccati: ibi, Homo quidam. Secundò commendabilis status gratiæ & meriti: ibi, Erat quidam mendicus. Tertiò euitabilis boni vel mali status præmij: ibi, Factum est autem. Dicit ergo, a [Homo, quidam erat.] secundùm quòd dicit Grego. non exprimitur nomen eius: quia non erat à Deo cognitus per approbationem, secundùm quòd dicit saluator reprobatis, Mat. xxv. Non noui vos discedite à me &c. b [Erat diues] ecce superfluitas in censu. c. [Qui induebatur purpura.] ecce excessus in vestitu. d [Qui epulabatur quotidiè splendidè] excedens in victu. e [Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.] Exprimitur autem eius nomen: quia erat Deo cognitus per approbationem. Sicut & Moysi dixit Exod. xxxij. Noui te ex nomine: & ex hoc dicit Ambros. hìc quòd est magis narratio quàm parabola. f [Qui iacebat ad ianuam eius.] g [Vlceribus plenus] vt ex vicinitate, magis appareret duritia diuitis: & probaretur patientia pauperis. h [Cupiens saturari de micis.] non dicit de preciosis. i [Quæ cadebant de mensa diuitis.] in quo apparet maxima duritia, eò quòd perire permittebatur: vnde pauper poterat subleuari. k [Et nemo illi dabat.] quia tali domino, talis familia etiam cōformabatur in mentis duritia. l [Sed & canes veniebāt & lingebant vlcera eius.] Ecce brutalis pietas in lingendo pauperis vlcera. Arguit duritiā diuitis quia curialiores erant canes pau-

bus putredo erumpit ad exteriora. h [Cupiens saturari de micis,] i. de consiliis & verbis suis quæ procedunt ex sciētia, sicut micæ de mēsa. k [Et nemo illi dabat.] quia talis cōtemnit pauperes, & eos alloqui dedignatur. l [Sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.] Per canes lupos à gregibus arcētes, significātur prædicatores & cōfessores, qui debent tales dulciter consolari. m [Factum est autem: vt moreretur mendicus, &c.] quia frequēter contingit quòd simplices & ignari saluātur: & homines astuti & literati damnantur. Vnde Aug. de Paulo simplice dixit, Simplices & illiterati rapiunt cælum: & nos cum literis nostris trahimur ad infernum. g [Pater Abrahā miserere mei] per hoc significatur quòd dānati vellēt si fieri posset à Beatis adiuuari. Sed hoc impeditur per Dei sententiā quæ dicit hîc, h [Magnū chaos,] Impossibile pertrānsiri. Firmatum est.

Quid per canes significabatur.

Quid significatur per mendicum.

QVAESTIO XLI.

HOmo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso, &c. Lu. xvj.] Ex quibus verbis meritò quæritur, vtrum homo diuitias & temporalia bona possit appetere sine peccato? Ad quod Alexan irrefragabilis doctor in secunda parte Sūmæ, q. cvi j. taliter inquit, quòd quicunque diuitias & cuncta temporalia bona appetit, triplici intentione potest appetere. Primò intentione vel cōsyderatione necessitatis. Quod est laudandum exemplo Salomonis, qui Prouer. xxx. Domino dixit, Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi. Tribue tantum victui meo necessaria: ne fortè satiatus illiciar ad negandum & dicam, Quis est dominus? & egestate compulsus furer, & peierem nomen Domini mei. Licet quidem, vt S. Thomas ait, ij. ij. quæstio. lxxxiij. art. vj. temporalia desyderare, quāuis non principaliter, vt in eis finem cōstituamus, sed sicut quædam adminicula, quibus ad tendendum in beatitudinē adiuuamur, inquantum scilicet per ea vita corporalis sustentatur: & inquātum nobis ad actus virtutum organicè deseruiunt, vt dicit Philosophus, j. Ethic. Vnde Aug dicit, Ad sufficientiam vitæ non indecenter vult quisquis ea cuncta habere, &c. Secundò intentione & consyderatione anxiæ superfluitatis, quod & malum est: quia teste Hierony. ad Demetriadem, Diuitiarum amor insatiabilis est: expleri nescit bonorum cupido, res habituræ finem sine fine quæruntur. Hæc quidem anxietas habendi superflua, non hominē beatum, sed calamitosum facit. Vnde Seneca ad Lucilium ait, Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias miser. Tertiò intentione vel consyderatione voluptatis, quod & peius est: quia peccato auaritiæ, adduntur peccata gulæ & luxuriæ, sicut in diuite epulone conspicitur: qui propter diuitias plenus voluptatibus legitur in verbis istis, Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.

Triplici intentione diuitiæ appetuntur.

Feria vj. post Domin. ij. xl. Euang. secundùm Mat. xxj cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum Parabolam hāc, [a] Homo quidam erat paterfamilias, [b] qui plātauit vineam † [c] & sepem circundedit ei. [d] Et fodit in ea torcular, [e] & ædificauit in medio eius turrim, [f] & locauit eā agricolis, [g] & peregrè profectus est. [h] Cùm autem tēpus fructuum appropinquasset, [i] misit seruos suos [k] ad agricolas, l vt acciperēt fructus eius. [m] Et agricolæ apprehensis seruis eius, [n] alium ceciderunt, [o] alium occiderunt, [p] alium verò lapidauerunt. [q] Iterum misit alios seruos plures prioribus, [r] & fecerūt illis similiter. [s] Nouissimè autem misit ad eos filium suum, [t] dicēs, Verebuntur fortè filium meū. [v] Agricolæ autem [x] videntes filium, [y] dixerūt inter se, Hic est hæres, [z] venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius: [a] Et apprehēsum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. [b] Cùm ergo venerit dominus vineæ quid faciet agricolis illis? [c] Aiunt illi, Malos malè perdet, & vineā suam locabit aliis agricolis, [e] qui reddent ei fructum in temporibus suis. [f] Dixit illis Iesus, [g] Nunquam legistis in Scripturis, [h] Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? [i] A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. [k] Ideo dico vobis, l quia auferetur à vobis regnum Dei, [m] & dabitur genti facienti fructus eius. [n] Et qui ceciderit super lapidē istum confringetur. [o] Super quem verò ceciderit conteret eum. [p] Et cùm audissent principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret, [q] & quærentes eum tenere timuerunt turbas, quia sicut prophetam eum habebant.

Plantauit vineā. Homo paterfamilias q vineā plātauit Christus est pius saluator, qui habet agrum fertilē, i. mundi in lege Mosaica & in illo agro plantauit vineam, s. legē gratiæ, quia ipse author legis est: sepes qua circūdata est, sunt ipsius legis præcepta: torcular sunt pœnæ legis p peccatis commissis imponendæ quæ contumaces & obstinatos feriūt. Vnde Dauid Psalmo vii. Nisi conuersi fueritis gladium suū vibrauit, arcū suum tetēdit & parauit eum: sagittas suas ardentib⁹ effecit. Gladius cōfessio, arcus pœnitentia, sagittæ, satisfactio.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus, &c. Euágelista adducit parabolam: & cósequenter ostédit qualiter ipsi impugnauerunt Christum legislatorem. Et diuiditur in duas partes: quia primò ad ostédendum propositum proponit quandá parabolam. Secundo confirmat suum propositum per scripturá, ibi, Dixit illis Iesus, Nunquid legistis. Circa primum dicit sic. a [Homo quidam erat paterfamiliâs, &c.] Iste homo Deus est rationibus prædictis, qui dicitur paterfamilias: quia sic gubernat totam creaturá, sicut paterfamilias gubernat subditos in domo. b [Qui plantauit vineam] domum scilicet Israel secundùm, quòd dicitur Isa. v. Vinea domini exercituum domus Israel est. c [Et sepem circundedit ei.] s. clausuram legis & mandatorum. d [Et fodit in ea torcular] dando doctrinam Prophetarum, in qua exprimitur & magis declaratur virtus legis. e [Et ædificauit turrim.] s. templú in Ierusalem, quod erat ędificatum ad modum turris. Vnde templum dicitur turris Michææ iiij. capitu. Et turris gregis nebulosa filia Sion, &c. f [Et locauit eam agricolis] videlicet Sacerdotibus & principibus qui habent officium seruandi cultum diuinum, & iustitiam in omnibus. g [Et peregrè profectus est] non quia mutet locum, cùm vbique præsens sit, sed quia dimittit homines agere secundùm libertatem arbitrij, secundùm quòd dicitur Ecclesiast. xv. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu cósilij sui. h [Cùm autem tempus fructuum appropinquasset] quia post legem susceptam debebant facere fructum bonorum operum. i [Misit seruos suos,] id est primos prophetas. k [Ad agricolas,] id est ad Reges & sacerdotes principaliter: & alios eis subiectos consequenter. l [Vt acciperent fructus eius,] per prædicationem suam, eos ad fructum bonorum operú reducendo. m [Et agricolæ apprehensis seruis eius. quia Reges multi & Sacerdotes, prophetas sibi missos à Domino, turpiter comprehenderunt & incarcerauerunt ac occiderunt: & hoc est quod subditur, n [Alium ceciderunt] sicut Isaiam qui serratus fuit serra ex præcepto Manassæ Regis Iuda. o [Alium occiderunt] sicut Amos quem Ozias etiam per tempus transfixit. p [Alium verò lapidauerunt] vt Zachariam, quem Ioas rex Iuda lapidare iussit inter templum & altare. q [Iterum misit alios seruos plures prioribus] multiplicádo prophetas, scilicet ad populi correctioné. [Et fecerunt illis similiter.] eos, scilicet occidendo, in tantum quòd impleuerunt Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os: vt iij. Reg. xxj. s [Nouissimè autem misit ad eos filium suum.] pro nobis incarnatum, dicés. t [Verebuntur forte filium meum.] hoc non dicitur quasi Deus ignoraret contemptum, quem Iudæi facturi erant Christo: sed per hoc exprimitur quid deberet fieri, acsi diceret, Verebuntur filium meum, id est in reuerentiam habere deberent. v [Agricolæ autem] id est sacerdotes & legisperiti. x [Videntes filium] id est dominum Iesum opera diuinitatis facienté & omnia quæ prædicta erát de ipso, adimplentem, y [Dixerunt intra se, Hic est hæres] quia de ipso veram notitiam habuerunt: vt iam dicetur. z [Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.] propter hoc tractauerút de morte eius, ne occasione Christi venirent Romani & auferrent eis locum & gentem: vt habetur Ioan. xj. Et sic occiderunt eum, vt in pace possiderent ciuitatem & templum. Cótrarium autem accidit eis, quia per hoc in vindictam mortis Christi, locum & gentem perdiderunt: quia per Titum & Vespasianum destructa est ciuitas & templum & populus occisus & captiuatus. a [Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam & occiderunt] quia Christus extra ciuitatem Ierusalem crucifixus est. b [Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis] venit Dominus ad iudicandum & vindicandum illud factum: quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum. c [Aiunt illi, Malos malè perdet, &c.] Lucas verò ista verba refert, quasi à Christo dicta, & sacerdotes dixerunt contrarium, absit: vt habetur Luc. xx. Dicendum quòd non est contradictio: quia in turba illa erant aliqui qui consentiebát doctrinæ Christi: & illi dixerunt, Malos malè perdet, vt hic dicit Matth. & hanc respósionem quasi approbans tanquam veram Christus recepit: vt dicit Lucas. & tunc consequenter sacerdotes quod erat dictum contra eos dixerút, absit. Malos autem Dominus perdidit quando ciuitatem & templum per Romanos destruxit. Sequitur. d [Et vineam suam locabit aliis agricolis.] quia Christus Ecclesiá suam regédam tradidit Apostolis, & aliis discipulis. e [Qui reddent ei fructum temporibus suis.] quia ad prædicationé eorum crediderunt multæ gentes. f [Dixit illis Iesus] Hic confirmat parabolam suam per sacram scripturam. g [Nunquam legistis in scripturis,] i. in Psalmis. q. d. Vos qui estis legisperiti deberetis hoc scire. h [Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c.] Ad literam dicitur de ædificatione tépli Salomonis: qui quidé lapis pluries oblatus est in ædificatione: & quia non poterat conuenienter collocari, ideo pluries reiectus est quasi reprobatus ab ædificátibus: vltimò auté positus est in consummatione anguli, vbi coniungebátur parietes templi: & de illis scribitur Psal. cxvij. i [A Domino factum est istud] quia illud non fuit à casu: sed ex diuina præordinatione: quia lapis figurabat Christú qui multoties & multipliciter reprobatus est à Principibus sacerdotú: & tamen factus est in caput anguli, cóiungens Iudæos & Gentiles quasi duos

Sacerdotú officiú.

Ferocitas regum.

Si homo nó peccasset, Deus filiú suum ad incarnandú misisset. Scot. iij. Senten.

Iudæorú punitio.

Tempus perditionis malorú, i. Iudæorum fuit in destructione Ierusalem.

parietes in ecclesiam. Quod autem Christus dicatur lapis in scriptura, habetur Danie.ij. lapis qui percusserat statuā factus est mons magnus: & impleuit vniuersam terrā. Quod etiā sit lapis angularis habetur Isa.xxviij. Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem angularem, probatum, pretiosum, &c. Et ex authoritate concluditur reprobatio Iudæorum. k[Ideo dico vobis.] qui Christum reprobatis. l[Quia auferetur à vobis regnum Dei] regimen Ecclesiæ. m[Et dabitur genti facienti fructus eius.] id est Apostolis & eorum successoribus. n[Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur.] Ille autem cadit super lapidem, qui credens peccat per lubricitatem carnis seu aliis peccatis, & iste confringitur: sed non comminuitur: quia non peccat tam grauiter, sicut ille, qui peccat peccato infidelitatis. o[Super quem verò ceciderit conteret eum] super illum verò cadit lapis, in quo inuenitur peccatum infidelitatis: & iste conteritur, qui ex pondere diuini iudicij grauissimè punitur. p[Et cùm audissent principes sacerdotum.] Hîc ponitur conclusio huius capituli, vbi ostenditur obstinatio sacerdotum: quia audientes doctrinam eius, non fuerunt contriti: sed magis ad occidendum eum incitati. q[Et quærentes eum tenere] scilicet ad occidendum. r[Timuerunt turbas] Ex quo patet quòd solo timore retracti fuerunt ab eius morte.

Quid dicitur cadere super lapidem.

EXPOSITIO ALLEGOrica & moralis.

HOmo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, &c. Ad sensum allegoricum homo iste Christus est, qui plantauit ecclesiam de suo latere formatam. c[Et sepem circundedit ei.] i. doctrinam Euangelicam. d[Et fo. in ea tor.] id est martyrum patientiam, qua roborata est Ecclesia. e[Et ædifi. in me. eius tur.] id est contemplationem Confessorum, & doctorum. f[Et locauit eam agri.] Rab. moraliter hæc vinea cuicunque locatur cum baptismi mysterium sibi datur, vt bene operando in ea exerceatur. Mittitur seruus vnus, alter, tertius, cùm lex Psalm. Prophetia legitur, sed missus cæditur, eiicitur cum sermo contemnitur, vel quod peius est blasphematur: hæredem verò quantum in se est occidit, qui filium Dei conculcauerit: & spiritui gratiæ contumeliam fecerit, perdito malo cultore, vinea alteri datur cùm donum gratiæ quod superbus spreuit humilis accipit. g[Et cùm audi. Principes sacerdotum.] Chry. Hæc est differentia omnium bonorum & malorum. Bonus enim comprehensus in peccato gemit, malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato.

QVAESTIO XLII.

Quæstio de Iudæis vtrū Christum Deū esse filium promissū cognouerunt.

QVæritur vtrum Iudæi cognouerunt Iesum Nazarenum esse Christum sibi promissum? & arguitur primò quod non per illud quod dicitur j. Corint.ij. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Item Act.iij. dicit Petrus loquens Iudæis, Scio fratres quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Item Luc.xxij. dicebat Iesus in cruce, Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. In contrarium arguitur per illud quod habetur Ioan.xv. Hunc autem viderunt & oderunt me & patrem meum, quod autem videtur manifestè cognoscitur. Itē super illud quod dictum est in præsenti.c. Agricolæ videntes filium, dixerunt intra se, hic est hæres. dicit Hier. Manifestè probat dominus his verbis, Iudæorū principes nō per ignorantiam: sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse.

Responsio ad quæsitū in qua ponuntur differētiæ Iudæorū.

Responsio: dicendum quòd in populo Iudæorū aliqui erant maiores, scientes scripturas legis, & prophetarum. Aliqui autem minores, sicut laici, & vulgares tantummodo scientes illud quod est de necessitate salutis, vt præcepta Decalogi, & huiusmodi quæ debent sciri ab omnibus: & subtilitatē scripturarum, & dicta prophetarum ignorātes. Item quòd Christus erat verus homo, propheta, sanctus & Deus in vnitate suppositi. Dicunt ergo aliqui, & benè, quantum ad hoc quòd minores populi Iudæorum nō cognouerunt Iesum esse Christum nec quantum ad diuinitatem nec quantum ad humanitatem, quia licet cognoscerent eum esse hominem, veruntamen non cognoscebant illum esse hominem seu prophetam, qui erat à Deo promissus, sicut Christus, cuius ratio est: quia ignorabant scripturas quæ loquuntur de Christi diuinitate, & illas quæ loquuntur de terminatione temporis & de signis sui aduentus. Sed maiores cognouerunt eum esse verum prophetam à Deo promissum & missum: quia sciebant scripturas loquentes de tempore sui aduentus, de signis quæ omnia videbant in eo impleri: non tamen vt isti dicunt cognouerunt ipsum esse Deum. Et secundum hoc loquitur Apostolus in authoritate præallegata: quòd si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent: quasi diceret, Nunquam cognouerunt eius diuinitatem.

De sciētia maiorum.

Sed hoc non videtur cōuenienter dictum: quia sicut scripturæ determinatè loquuntur de tempore sui aduentus Dan.ix.ca. in hebdomadis illis abbreuiatis, & de signis sui aduentus, sicut est translatio regni: vt habetur Gen.xlix. & modus aduenīēdi eius in paupertate & humilitate: vt habetur Zach.ix. ita expressè vel expressius loquuntur scripturæ prophetarum de eius diuinitate. Hier.xxxiij. Ecce dies veniunt dicit Dominus: & suscitabo verbum quod locutus sum ad domum Israel, & Iuda in diebus illis: & germinare faciā Dauid germen iustum: & faciet iudicium & iustitiam

in terra. Et hoc est nomē quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. In Hebraico enim, vt habetur hic Dominus, ponitur nomen domini Tetragrammaton: quod nullo modo potest dici de aliquo nisi de Deo vero. Cùm ergo ista authoritas secundùm omnes Doctores, etiam Hebraicos exposita sit de Christo, sequitur ipsum esse verum Deum. Item Isa. xj. dicitur Paruulus natus est nobis. sequitur, Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi princeps pacis. Quæ etiam authoritas secundùm Hebræos intelligitur de Christo, & in ea fit expressa mentio de eius diuinitate, sicut de humanitate. Et multæ aliæ authoritates consimiles possunt ad hoc induci. sed propter prolixitatem omitto, & ideo dicendū ꝙ sicut maiores populi Iudæorum habuerunt notitiā de tēpore, & signis sui aduētus ita notitiam per scripturas habuerunt quātum ad eius diuinitatē. Cōsyderandum tamē quòd aliquid cognoscitur in habitu: cuius tamen cognitio actualis impeditur, propter aliquā passionem vel habitum impedientem, sicut dicit Phil. vij. Ethi. quòd incontinens differt ab intemperato, per hoc quòd habet æstimationem verā non solū in vniuersali, quam etiam habet intēperatus: vt quòd fornicari est malum, cùm non peccet per ignorantiam: sed etiam habet ęstimationem verā in particulari: & per hoc incōtinens differt ab intēperato, & tamen adueniēte passione corrūpitur æstimatio particularis: quia passione vincēte iudicat nunc fornicādū ita ꝙ passio impedit actualem consyderationem veram in particulari: & si passio semper duraret semper sic iudicaret. Eodem modo dicendum est quòd Iudæi habuerunt veram veram æstimationem de Christo, & in habitu & actu in principio, sed quando incœpit contra eos prædicare, excitati fuerunt contra eum passionibus iræ, rancoris, & inuidiæ, quibus passionibus impediebantur ab actuali consyderatione veritatis præhabitæ de Christo: ideo machinati sunt in eius mortem: sicut incontinens propter passionem concupiscibilis, eligit fornicari: quod tamen alias refugeret. Cōsyderandum tamen quòd illa notitia quam habuerunt de Christo, per scripturas prophetarum non erat certa certitudine euidentiæ: tum quia talis certitudo solùm habetur per demonstrationem vel sensum, tum quia prophetiæ possunt aliquando variè exponi: & ideo magis notitia probabilis, est verisimilis coniecturæ: vel secundùm alios erat ibi certitudo adhærentiæ: quæ tamen potest impediri in actu modo prædicto. Per dicta possunt solui argumenta ad vtranque partem: quia illa argumenta quæ probant quòd habuerunt notitiam de Christo, intelligenda sunt de notitia habituali prædicto modo. Aliæ autem authoritates quæ dicunt contrarium loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus, quæ fuit impedita propter passionem inuidiæ & rancoris: vt dictum est.

Opinio Hebræorum.

Existimatio Iudæorum quam habuerūt de Christo.

QVÆSTIO XLIIII.

Quæstio de auaritia.

HIc est hæres, venite occidamus eum, &c. Matt. xxj. Ex quibus verbis meritò quæritur, Vtrū auaritia sit causa inuidiæ. Ad quod breuiter respondetur ex sacrorum Theologorum sententia quòd sic: vnde Prouerb. xxviij. scribitur, Vir qui festinat ditari, aliis inuidet. & Greg. Vir iustus per hoc ꝙ in terris nihil appetat, alienis fœtibus inuidere nescit. Tāto enim quisq; plus inuidet aliis bona præsentia, quāto minus ipse contempserit ea. Et Alanus de Planctu naturę dicit, Si quis in torrente diuitiarum natat in hunc omnes suarum detractionū aculeos extendit inuidia. Difficile enim imò impossibile est, cùm auarus quēpiam aut diuitiis, aut aliis rebus in quibus omnibus est inuidia, magnum & potentem viderit, ipsum illi non inuidere. Hinc beatus Hieronymus in fine vitæ beati Marci inquit, Semper virtutes insequitur inuidia, feriúntque summos fulgura mōtes. Nec mirum si hoc de omnibus loquor, cùm & dominus noster Pharisæorum zelo sit crucifixus, & omnes sancti æmulos habuerint. Sed vt clarius pateat quòd auaritia sit efficax causa & quasi totalis inuidiæ inducuntur verba Euangelij hodierni. [Hic est hæres, &c.] In quibus verbis denotatur quòd agricolæ quibus locauerat vineam, quam plantauerat, id est Iudæi quibus Dominus dederat legē, temporalia bona sicut auari timentes amittere: vnde Ioan. xj. dicebāt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, venient Romani & tollent nostrum locum & gentem: & ex hoc inuidentes ipsi domino, trucidatis primò patribus & prophetis, quia ab eis fructum boni operis requirebant, dixerunt adinuicem, Hic est hæres (Iesum ostendentes) venite occidamus eum.

Sabbato post domin. ij. xl. Euange. secundùm Luc xv. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hāc, [a] Homo quidam [b] habuit duos filios, [c] & dixit adolescētior ex illis patri, [d] Pater, da mihi portionē substantiæ quæ me contingit.[e] † Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus, [f] adolescentior filius peregrè profectus est in regionem lōginquam, [g] & ibi dissipa-

Et diuisit illis substātiā. Dominus Deus duos filios sibi creauit & m-

natura genuit, per duos filios binas naturas, s. angelicam & humanā intelligere possumus: angelica quæ bona fuit apud patrem remāsit, humana aūt sibi petiit portionē, s. liberum arbitriū, quod dominus homini ī creatione dedit vt vult mag. Sen. lib. ii. dist. xxv. Sed illo malè vsus substātiam, i. animā dissipauit: g ad patrem rediēs, pater cōgaudens vitulum pro eo occidit, i. Christū in sui redemptionē, vt vult præsens text⁹.

ult substantiā suam, [h] viuendo luxuriosè. [i] Et postquàm consummasset omnia, [k] facta est fames valida in regione illa, [l] & ipse cœpit egere. [m] Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius, [n] & misit illum in villam suā, [o] vt pasceret porcos. [p] Et cupiebat implere ventrē suum de siliquis quas porci manducabāt, [q] & nemo illi dabat. [r] In se autem reuersus dixit, [s] Quanti mercenarij [t] in domo patris mei [v] abūdant panibus, [x] ego autem hîc fame pereo? [y] Surgam, [z] & ibo ad patrem meum, [a] & dicā illi, Pater peccaui in cælum & corā te, iam nō sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis: & surgens venit ad patrem suum. [b] Cùm autem adhuc longè esset, [c] vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est. [d] Et accurrēs cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq́; ei filius, Pater peccaui in cælum & coram te, iam nō sum dignus vocari filius tuus. [e] Dixit autē pater ad seruos suos, [f] Citò proferte stolam primā, & induite illum, [g] & date annulum in manu eius, [h] & calceamēta in pedibus eius, [i] & adducite vitulū saginatū, & occidite, [k] & manducemus, [l] & epulemur, [m] quia hic filius meus mortuus erat [n] & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. [o] Erat autem filius eius senior in agro. [p] Et cùm veniret, & appropinquaret domui, [q] audiuit symphoniā, & chorum, [r] & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent? Isq́; dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. [s] Indignatus est autē, & nolebat introire. [t] Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patrî suo, [v] Ecce tot annis seruio tibi, [x] & mādatum tuū nunquàm præteriui, [y] & nunquam dedisti mihi hœdū, vt cum amicis meis epularer. Sed postquàm filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ille dixit illi, [z] Fili tu semper mecum es, [a] omnia mea tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat & inuētus est.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam, &c.] Hîc describitur per Euangelistā peccatorum conuersio ad iustitiam, & qualiter sunt benignè suscipiendi, vt patet per parabolam. In qua tria notantur. Primò damnosa separatio adolescētis: ibi, Homo quidam. Secundò fructuosa reuersio pœnitentis: ibi, In se autem reuersus. Tertiò amorosa receptio indulgentis: ibi, Cùm autem adhuc. a [Homo quidā.] Hîc ponitur parabola de filio prodigo: per quem designatur populus Gētilis qui erat subditus peccatis, vel etiā quicunque peccator singularis. Dixit ergo [Homo quidā.] i. ipse Deus pro nobis humanatus. b [Habuit duos filios.] i. duos populos, scilicet Iudaicum & Gentilem: vel duos filios, id est iustos & peccatores: quia peccatores sunt filij Dei inquantum sunt ad eius imaginem: licet non sint filij Dei per gratiam. c [Et dixit adolescentior.] id est Gentilis populus: vnde & Iudaicus vocatur filius Dei primogenitus, Exod. iiij. Filius meus primogenitus Israel. Vnde peccator qui dicitur iuuenis moribus: & ideo dicitur adolescentior filius. e [Et diui. illis substantiā.] quia dona Dei omnibus largiuntur, sed diuersimodè. f [Adole. fili. peregrè profect. est.] propter multiplicationem peccatorum, elongādo se à Deo patre & cęlesti ciuitate. g [Et ibi dissip. substā. suam.] quia per peccata mortalia tolluntur bona gratiæ, & peiorātur bona naturæ. h [Viuendo luxurio.] Luxuria spirituali, quæ est idololatria quantum ad Gentilem populum, & luxuria corporali non solùm quantum ad Gentilē: sed etiam quantum ad peccatorem informem fidem habentem. k [Facta est fames valida.] per defectum verbi diuini & scripturæ, quia Gentilibus non est data lex vetus, neque oracula Prophetarum, sed secundùm illud Psalm. xlvij. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Peccatoribus etiam Iudæis in tali statu lex & prophetæ non valebant ad salutem: ideo subditur. l [Et ipse cœpit egere.] spiritualibus bonis. m [Abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius.] scilicet diabolo, qui est ciuis in regione vmbræ mortis. n [Et misit illum in villam suam.] & occupauit eum circa cupiditatem mundanam: cuius villæ diabolus dicitur dominus. Ioan. xiiij. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. o [Vt pasceret porcos.] i. vitia, quæ fœtida sunt & immunda. vnde j. Tim. vj. Radix omnium malorum est cupiditas: quia sicut sa-

Moralis expositio de duobus filiis.

Quid incommodi peccata mortalia faciunt.

Quid per porcos intelligatur.

dix ministrat nutrimentum omnibus arboris ramis, sic abundātia temporalium circa quam versatur mundana cupiditas, administrat materiam & fomentum omnibus vitiis, p [Et cupie. &c.] quia intentus congregationi temporalium, quærit in talibus sufficientiam, intendens eam habere per talia: sed non assequitur intentum, quia talia nō minuunt cupiditatem, sed magis eam augent: quanto enim aliquis plus habet de bonis temporalibus, tantò plus ad habenda maiora anhelat: secundùm quod dicit B. Greg. & hoc de communi cursu videmus: & ideo bene subditur. q [Et nemo illi dabat.] quia non assequitur quod intendebat: & quia consyderatio huius defectus inducit aliquando ad pœnitentiam, ideo subditur. r [In se autem reuersus: dixit.] Homo enim peccando extra se egreditur: quia limites rectę rationis transgreditur: & ideo pœnitendo ad se reuertitur. s [Quanti mercenarij,] i. seruientes pro mercede æterna. t [In domo patris mei] i. Ecclesia seu congregatione iustorū. v [Abundant panibus,] s. pane sacræ scipturæ per eruditionem, & pane Eucharistię per sacramenti receptionem. x [Ego autē hic fame pereo] quia si ad populum Gentilem referatur hoc dictum, patet quòd ei talia non administrantur: si autem ad catholicum peccatorem, patet quòd talia non proficiunt homini quamdiu manet in mortali peccato. y [Surgam] per infidelitatis vel peccati derelictionem. z [Et ibo ad patrē meum.] per vitæ meliorationem. a [Et dicam illi, Pater, &c.] per veram fidei confessionem, quantum ad populum Gentilem, secundùm illud Rom. x. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. quantum ad catholicum peccatorem per integram peccatorum contritionem & purā confessionem. b [Cùm autem adhuc longè esset] id est motus ad pœnitendum: non tamen perfectè contritus, ad quē requiritur gratia diuina præueniens: ideo subditur. c [Vidit illum pater ipsius.] oculo clementiæ: subditur. e [Dixit autem pater ad seruos suos] i. Apostolos Ecclesiæ ministros quibus præcepit prædicare non solùm Iudæis: sed etiam Gentilibus, & non solùm iustis, sed etiam peccatoribus. f [Citò proferte stolam primam.] i. proferendam innocentiam & restituendam nunciate verè conuersis & pœnitentibus. g [Et date annulū in manu eius.] i. prædicate dandum annulum fidei per charitatem operantis. h [Et calceamēta in pedibus.] i. sanctorum præcedentium exempla: quia calceamenta fiunt de pellibus animalium mortuorū. i [Et adducite vitulū saginatum.] i. sacramentum eucharistiæ fidelibus administrate: in quo immolatur Christus, qui est vitulus saginatus propter gratiæ pinguedinem. o [Et manducemus] quia in primitiua Ecclesia non solùm ministri Ecclesiæ sumebant hoc sacramētum, sed etiā totus populus quotidie: vt habetur Act. ij. Et adhuc semel in anno quilibet Christianus tenetur refici hoc sacramento. Reficitur etiam quotidie: quia sacerdotes non solùm sumunt hoc sacramētum pro se, sed etiam pro populo. m [Quia hic filius meus mortuus erat.] morte culpæ. n [Et reuixit.] vita gratiæ. o [Erat autē filius eius senior in agro] quia Iudaicus populus in cultu vnius Dei erat occupatus. p [Et cum ve. & appropinquaret domui.] i. Eccl'ciæ. q [Audiuit symphoniam & chorum.] quia cum spiritussanctus descēdisset super Apostolos aliosq; discipulos in die Penteeostes, cœperunt laudare Deū variis linguis: vt habetur Act. ij. Et tunc Iudæi qui erant in Ierusalem audiētes voces eorum admirati sunt & cœperunt quærere: vnde esset tanta gratia & exultatio, ideo subditur. r [Et voca. vnum de ser. interro. quid hæc essent,] quia Petrus pro aliis respondit, ostēdens quòd hoc erat ex dono spiritussancti, quod iustificabat venientes ad fidem catholicam siue sint Iudæi siue Gentiles. Vnde & similis gratia Spiritussancti data fuit Gentilibus credentibus: sicut & discipulis Christi in die Penteeostes data fuerat: vt habetur Actor. x. de Cornelio & aliis Gentilibus qui erant cum eo. s [Indignatus est autē & nolebat introire] quia Iudæi ad fidē conuersi, fuerunt admirati quòd Gentiles quos prius despexerant æquarentur eis in gratia Dei: vt habetur Act. x. Vnde cùm Petrus rediisset Ierusalē illi qui erant conuersi ad fidem catholicam de Iudaismo disceptabāt aduersus illum eò quòd cōmunicauerat cum illis: vt habetur Actor. x. t [Pater ergo illius egressus cœpit rogare illū.] quia Deus per Apostolos & per Paulum spiritualiter ostendit rationabiliter, & per scripturas, quòd erant Gentiles non contemnendi, sed gaudenter ad communicationem fidelium recipiēdi. v [Ecce tot annis seruio tibi] sub lege Moysi. x [Et mādatum tuum nunquam præteriui] i. mādatum de cultu vnius Dei: licet enim multi de Iudęis fuerunt Idololatræ tamen aliqui semper remanserunt in fide & cultu vnius Dei: & illi possunt dici populus Iudaicus, sicut & frequēter pars nominatur nomine totius. y [Et nunquam dedisti mihi hœdum.] quia toto tempore legis Mosaycæ nunquā tantum beneficium datum fuit populo Iudaico, quantum datum est tempore Euangelij, Gentili populo ad fidem conuerso: ideo omnia beneficia illius temporis modica sunt & quasi nullius reputationis, respectu beneficiorum nouæ legis. z [Fili tu semper mecū es] quia semper aliqui de Iudæis adhæserunt per fidē. Et multi ex eis receperūt fidem catholicā, qui sunt participes beneficiorum nouę legis: ideo subditur. a [Et omnia mea tua sunt.] Cætera patent ex prædictis. Si autem referatur ista Parabola ad iustum & peccatorē reuertentem, sic filius senior existēs in agro, est homo à iuuētute in operibus virtuosis exercitatus. Iunior aūt filius est peccator pœnitēs, q diu malè

Marginal notes: Verba prodigi. — Gratia est vita animæ sicut anima est vita corporis. — Quid significatur per istos duos filios.

vixit: & aliquando datur sibi à Deo maior gratia & per consequens gloria, quã illi qui bene vixit à iuuentute: sicut patet de sancto Bonifacio Martyre non Põtifice: qui iuuentus in stupro pœnituit & passus est sub Diocletiano: cuius festũ colit Ecclesia Romana, ij. idus Maij, de quo iusti aliquando mirantur: quæ quidem admiratio potest dici quędam indignatio, inquantum talis non videtur dignus tãto bono: sed Deus pater pacificat hanc ingratitudinem, quando ostendit per eruditionem vel inspirationem quòd hoc nõ prouenit ex parte peccatoris pœnitentis, sed ex infinita bonitate Dei conferentis, secundùm sua vera iudicia facultatem humanam omnino transcendẽtia. Et ad hãc intentionẽ potest de facili litera applicari.

EXPOSITIO MORALIS.

H[Omo quidã habuit duos filios.] Homo iste Christus est: eius autem filij sunt omnes Christiani, per eius baptismum regenerari: quorum tamen aliqui sunt iusti, & aliqui peccatores. c[Et dixit adolescentior.] per quem significatur quilibet peccator, quia iuuenis est moribus. d[Pater da mihi portionẽ &c.] per hoc significatur, quòd peccator recedit à Dei patris lege, vt agat pro libito voluntatis suæ. e[Et diuisit illis substãtiã] quia Deus permittit quemlibet agere secundùm arbitrij libertatem. f[Et adolescentior filius peregre profectus es.] per multiplicationem peccati, elongans se à patria cælesti, ideo subditur. g[Et ibi dissipauit substantiam suam.] scilicet bona gratuita perdendo, & naturalia peiorando. i[Et postquam consummasset omnia, facta est fames valida in regione illa.] Nam in regione peccati, fit magnus defectus pabuli diuini. l[Et ipse cœpit eg.] bono spirituali. m[Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius.] id est Diabo. qui ciuis est in regione vmbræ mortis. n[Et misit illum in villam suam.] id est in peccatorum societatem, in qua dominatur, sicut in propria villa. o[Vt pasceret porcos.] id est immunditiæ peccata. p[Et cupiebat implere ventrem de si. porcorum] quæ est carnalitas. q[Et nemo illi dabat.] quia nullus vtens ratione, concedit carnaliter viuere. r[In se autem reuersus] id est ad propriam consciẽtiam per rationis dictamen, à qua recesserat sequendo sensualitatem. s[Dixit, Quanti mercenarij] id est Deo seruientes. v[Abundant panibus.] verbi diuini & Eucharistiæ sacramenti. x[Ego autem fame pereo] priuatus omni bono. y[Surgam.] de luto culpæ. z[Et ibo ad Patrem.] per conatum operandi bene. a[Et dicam ei, Pater peccaui.] recognoscendo culpam, & petendo veniam. b[Cum autem adhuc longè esset] attritus & non perfectè contritus: ad quod requiritur gratia Dei præueniens: ideo subditur. c[Vidit illum pater ipsius] oculo clementiæ. d[Et occur. cecidit super collum eius: & oscu. est eum.] in signo reconciliationis perfectus. e[Et dixit ad seruos suos.] id est Eccle. ministros, quibus Christus præcepit benignè recipere pœnitentes & confitentes. f[Citò proferte sto primã] administrãdo sibi Eccle. sacramenta, vt sicut priùs, spiritualiter adornetur. i[Et adducit vi. saginatum.] id est Eucharistiæ sacramentũ, Christum continens immolatum. l[Et epu.] quia peccator verè pœnitens de peccatis ad mensam Christi recipitur cum aliis Christianis. o[Erat autem fi. eius se. in agro.] per quem significatur Christianus perseuerãs in iustitia, remissiuè tamen operando: & talis aliquando miratur quòd Deus magis respicit peccatorem conuersum, dando ei virtutem fortius operandi, sicut dedit Bonifacio Martyri: & talis admiratio indignatio dici potest largè loquendo: quia Parabola est quædã similitudo, quæ non semper currit omnimodè. Pater autem amouet hanc admirationem seu indignationem, quando Deus per se vel per alium ostendit iusto, quòd quicquid operatur iustè fit licet hominibus aliquando videatur aliter.

Lex est regula bene viuẽdi. de Maronis.

Quid dicitur villa in sensu morali

Contritio est dolor volũtariè assumptus pro peccatis cũ proposito cõfitendi & satisfaciẽdi. Bonauent. iiii. Senten. & Ric. iii. Sẽ. dist. xvii. art. 1. q. 1.

QVAESTIO XLIIII.

FIli tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt. Lu. xv. Super quib^9 verbis meritò est dubitandũ, an iustus frater receptioni alterius fratris peccatoris inuideat? hoc enim mouet Dam. Papa qui ad beatum Hier. ait, Si autẽ, vt ais, s. de iusto & peccatore voluerimus esse Parabolam: isto modo non poterit conuenire, vt de salute alterius & fratris maximè cõtristetur. Si enim inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum, & imitantur eum qui sunt in parte eius, nunquam personæ iusti tam inanis inuidia poterit coaptari, vt fortius steterit & clementissimo Patri frigidus obstiterit solusq; liuore cruciatus lætitiæ domui interesse noluerit. Cui B. Hiero. respondit dicens, Videamus quomodo super sancto generaliter & peccatore Parabola ista possit intelligi: & de cæteris quæ iusto cõueniant non ambigimus: illud est in quo legentis scrupulus commouetur, cùm iustus saluti peccatoris inuideat, & in tantum iracũdia repleatur, vt nec fratris misericordia, nec Patris precibus, nec totius domus iucunditate superetur. Ad quod breuiter respõdemus, omnem istius mundi iustitiam ad Dei comparationem non esse iustitiam. Quomodo enim ex peccatis Ierusalem Sodoma iustificatur, nõ quo ipsa sit iusta: sed quo maiorib^9 delictis fiãt minora delicta. Ita & hominum vniuersa iustitia non est Deo collata, iustitia. Deniq; Paulus qui dixerat, Quicquid ergo perfectũ hoc sapiamus: in alio loco cõfitetur & clamitat, O profundũ diuitiarum sapiẽtiæ, & sciẽtiæ Dei, quã inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et alibi, Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus: & nũc per speculũ vide-

Cuius inuidia mors intrauit in mundum.

mus in ænigmate: & ad Rom. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Ex quibus omnibus edocemur, Dei solius perfectam esse iustitiam qui solem suum oriri facit super iniustos & iustos, qui dat pluuiam serotinam & matutinam merentibus pariter & nõ merentibus: qui de vicis, angulis & plateis inuitat ad nuptias, & deinde quosdam iam quasi electos expellit foras: & ouem, quę ad exemplum filij pœnitentis ipsa redire non poterat, vel nolebat, quærit, & inuenit, & inuentã suis humeris reportat, multùm enim errando laborauerat: vt autem doceamur in sanctos quoque cadere posse inuidiam, & soli Deo puram clementiam derelinqui, filiorũ Zebedæi cõsyderemus exemplum, pro quibus, cùm mater mota pietatis affectu nimis grandia postulasset, reliqui decem indignati sunt.

Quibus verbis iustitiæ Dei perfectio ostendit.

Dominica iiij. quadragesimæ, Euangelium Luc. xj. cap.

IN illo tempore, erat Iesus eiiciens dæmonium & illud erat mutum. Et cũ eiecisset dæmonium, locutus est mutus, a & admiratæ sunt turbæ. b Quidam autem ex eis c dixerunt, d In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. e Et alij tentantes signum de cælo quærebãt ab eo. f Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum, † dixit eis, g Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis, in Beelzebub eiicere me dæmonia? h Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri i in quo eiiciũt? k Ideo ipsi iudices vestri erunt. l Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia, m profectò peruenit in vos regnũ Dei. n Cum fortis armatus o custodit atriũ suum, p in pace sunt omnia quæ possidet. q Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa r arma eius auferet, in quibus confidebat, s & spolia eius distribuet. t Qui nõ est mecum, v aduersum me est. x Et qui non colligit mecũ, y dispergit. z Cũ immundus spiritus exierit de homine, a ambulat per loca arida, & inaquosa, quęrens requiem, b & non inueniens dicit, c Reuertar in domũ meam, vnde exiui. d Et cùm venerit, inuenit eam vacantem, e scopis mundatam. f Tũc vadit & assumit secum septem alios spiritus nequiores se. Et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. g Factum est autẽ cùm hęc diceret, h extollens vocem i quædam mulier de turba, dixit illi, k Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. l At ille dixit m Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Vidit cogitatiões eorum. Deus omnipotens sciẽtia & pręscientia hominũ cogitationes cognoscit: & Deo naturæ nil incognitũ, nil occultum. Quoniã ipse q omnia nouit, & noscens est, cognitũ habet Dauid in Psa. vij. Scrutans corda & renes D. Et saluator in sacro verbo nil absconditum qd non sciatur, & nil occultum qd non reueletur.

POSTILLA.

IN illo tempore, erat Iesus &c.] Hic describitur confutatio æmulorũ, de praua affectione, facta Christi peruersè deprauãdo. Et primò describitur eorum æmulatio. Secundò eorum confutatio ibi, Ipse autem vt vidit. Circa primum sciendum, quòd homines æmulantes, & Pharisæi adducunt mutum dæmonem habentem, dicitur autem dæmonium mutum, non formaliter, sed effectiuè tantùm. Ad cuius intellectum consyderandum, quòd natura corporalis obedit spirituali ad motum localem: voces autem significatiuæ formantur per motum linguæ, & labiorum & aliorum instrumentorum naturalium. Et ideo quia dæmon pro voluntate sua potest ista localiter mouere, potest per linguã diuersa formare verba. Et sic arreptitij aliquando loquuntur idioma eis ignotum, sicut purus laicus Latinum. Et hoc est manifestum signum, quòd sic loquens sit dæmoniacus: quia talis locutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu. Et ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale idioma ignorãtis, sequitur quòd procedit ab intellectu angeli, vel dæmonis, linguam sic mouentis. Et sicut dæmon potest mouere linguam ad loquendum idioma incognitum, ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquendum idioma cognitum: & sic reddit hominem mutum. a [Et admiratæ sunt turbæ] quia admiratio cõtingit ex inspectione rei insolitæ, quod fuit in proposito. [Quidam autem ex eis dicebant, In Beelzebub principe dæmoniorum.] Circa quod sciendum, quòd odium & inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partem, & peruerti iudicia. Pharisæi autem odiebant Christum, quia acriter arguebat vitia: vt patet per Euangelij decursum, & ideo miraculis à Christo factis virtute diuina, dupliciter detrahebãt. Vno modo illa esse facta arte magica, & eodem modo eiectionem dæmonũ factã per Christum, dicebant fieri virtute eiusdem superioris dęmonis, cui inferiores obediebant ad nutum de corporibus exeundo. Sicut enim in Angelis sunt ordines, quoniã alij sunt aliis superiores: sic in dæmonibus, cùm eis reman

Potestas dæmonis in corpore hominum existentis.

Turbæ admiratio.

Verba Pharisæorũ de Christo loquentium.

manserint naturalia integra, secundū Dionysium. Dicebant ergo Pharisæi quòd Christus habebat aliquem dæmonem superiorem, quem vocabant Beelzebub, sibi familiarem & priuatum: & sic dæmones inferiores de corporibus obsessis eiiciebat per illum. Sed istud rationabiliter reprobatur à Christo in hac lectione Euangelica. Hæc etiam omnia patent Matt. ix. & xij. Aliomodo detrahebant miraculis Christi, reputando illa parua, eò quòd erant circa inferiora communiter, vt putà circa sanitates corporum & huiusmodi: ideo quærebant ab eo fieri signa circa corpora cælestia. Sicut tempore Iosue sol stetit immobilis ad spatium vnius diei, vt habetur Iosue ix. Et tempore Ezechiæ retrocessit sol decem gradibus, vt habetur Isaiæ xxviij. Et hoc notatur cùm dicit, Et alij tentan. &c. [Ipse autem vt vidit.] Hic consequenter describitur confutatio malignantiū prædictorū: & primò illorum, qui opera Christi dæmoni attribuebant. Et diuiditur in duas, quia primò confutantur verbo Christi eorum malitiam arguentis. Secundò mulieris deuotę virtutem Christi confitentis: ibi, Factum est autem. Sententia autem primæ partis hæc est, b [Quidam.] s. Pharisæi audientes, turbas s. confitentes ipsum esse Christum, propter euidentiam facti. c [Dixerunt] hic non eiicit dæmones. d [Nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum] quia enim factum mirabile negare non poterant: ideo modum faciendi calumniātur, dicentes ipsum per aliquem dæmonem superiorem sibi familiarem & priuatum eiicere Dæmones inferiores de corporibus obsessorum, sicut suprà dictum est. f [Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis.] Hic ponitur calumniæ confutatio: & ostendit, quòd miracula quæ faciebat non poterāt attribui spiritui maligno. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit propositum per rationem. Secūdò istorum calumniantiū excæcationem, ibi, Cùm autem immundus. Primò ostēdit quatuor rationibus. Prima ratio talis est: quia si per dęmonē aliquem eiiciebat alios: sequitur quòd diuisio erat inter eos, & sic nō posset stare diu potestas Diaboli: & ex hoc sequitur aduentus Christi, per quem potestas Dæmonis erat auferenda: & hoc est quod dicitur. g [Omne regnū, &c.] patet litera. Secunda ratio ponitur ibi, Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia: quia non solum Christus eiiciebat Dæmones, sed etiam Discipuli Christi in nomine eius: & non solūmodò Discipuli, sed etiam aliqui Iudęi qui nō erant Christi Discipuli secūdùm quod dicitur Mar. ix. Vidimus quēdam in nomine tuo eiiciētem Dæmonia, qui non sequitur nos. Nō poterāt autem Iudæi dicere quod Apostoli facerēt miracula virtute magica: cū essent simplices & illiterati. Et si diceretur de Apostolis, ꝙ Christus docuit eos artē magicam: tamen non poterat dici de eis qui non erant eius Discipuli. Cū

Inaudita Pharisæorum malitia qui nec Christi virtutē confitentur nec alios confiteri finūt

ergo eiicerent Dæmones in nomine Christi, vt dictum est, nec poterat hoc attribui spiritui maligno, vt visum est, similiter per consequens nec eiectio Dæmonum facta per Christum, & hoc est quod dicitur, h [Si autē ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri.] i. Apostoli, qui erāt de semine Iudęorum, vel alij Iudęi qui nō sequebātur. i [In quo eiiciunt.] q. d. Cū nō possitis hoc attribuere nisi virtuti diuinæ, per consequens nec eiectionē factā per me: vt patet ex dictis. k [Ideo ipsi iudices vestri erūt] de Apostolis patet ꝙ erunt iudices, i. assessores Christi in iudicio, vt habetur Mat. xix. Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicātes xij. tribus Israel. Si autē accipiatur pro Iudæis sequētibus Christum, qui tamen eiiciebāt dęmones in nomine eius: sic dicuntur iudices aliorū non credentium, quia ex facto eorum alij ostendebantur condemnabiles: quia nō crediderunt in Christum, cuius deitas declarata fuit per miracula in virtute eius facta. l [Por. si in di. Dei ei. dęmo.] sicut cōclusum est ex prędictis. m [Profecto peruc. in vos re. Dei.] i. Christus cuius regnum erat à Deo promissum. Isa. ix. Et regni eius non erit finis: & istud regnum expectabant Iudęi, tamē in hoc erant decepti, quia credebāt istud regnum tēporale: quem errorem excludit Christus dicens, Io. xviij. Regnum meum non est de hoc mūdo. n [Cùm for. &c.] Hic ponitur tertia ratio ostendens Christum nō virtute dęmonis eiicere Dæmonia cùm dicitur. [Cū for. &c.] i. Diabolus. o [Custo. atri. suum.] i. hominē peccatorem, in quo habitat tanquam in domo. p [In pa. sunt omnia] quia non est potestas maior super terrā, vt scribitur Iob xij. Non est potestas super terrā quæ ei cōparetur. Atrium autem eius est homo obsessus in quo habitat sicut in domo. q [Si autē for. il. superue. vice. eū vni. ar. eius aufe. in quibus confi. & spo. eius distri.] Vniuersa arma eius, s. Diaboli: sunt peccatores, qui à Christo diripiuntur, quando à potestate Dæmonis per Christum eripiuntur. Ex quo cōcluditur ꝙ ipse sit verè Christus, quia in aduentu Christi potestas Dæmonis erat diminuenda & arcenda. Quartā rationē ponit ibi, r [Qui nō est mecū.] Et talis est voluntas eius, qui obedit, saltem in facto: & ideo si Christus in virtute Dæmonis faceret miracula, sequeretur quòd Christus & Dæmon essent concordes in factis. Hoc autē est falsum: quia facta Christi & doctrina erant ad retrahendum homines à peccatis. Facta autem Dæmonis sunt ad detrahendum hominem per peccatum. Ex quo sequitur quòd Christus homo non operabatur in virtute Dæmonis: & hoc est quod dicit. [Qui non est mecum] scili. per cōcordiam in facto & voluntate. v [Aduersum me est:] & huiusmodi est Diabolus: vt patet ex dictis. x [Et qui non colligit mecum.] s. fideles ad vnitatem fidei reducendo. y [Dispergit.] Hic est Diabolus qui

Malitia diaboli.

Potestas diaboli p Christi aduentū minuenda.

diuersas sectas, & hæreses, & scismata, quantum potest introduci. z [Cùm immundus.] Hic ponitur eorum excæcatio, & possessio à Diabolo. Ad cuius euidentiam sciendum quòd potestas Diaboli fuit eiecta quodammodo à populo Iudaico, per legislationem, quę excludebat dæmonium, & inducebat ad colēdum vnū Deum verum: & sic eiectus transit ad possidendum plenius Gentiles sine lege & Prophetarū oraculis viuentes: & ideo eos tenebat idololatria subiectos. Sed adueniente Christi prædicatione & Apostolorum Iudęi pro maiori parte fuerunt increduli, gentiles autem deuotè fidem Christi & Apostolorum acceperunt, & sic diabolus eiectus ab eis per Christi fidem, reuersus est ad possidendum populum Iudaicum errore excæcatum: & sic facta sunt nouissima huius populi Iudaici peiora prioribus: quia status populi Iudaici peior est modò, quā fuerit à principio ante legem datā. Hoc est ergo quod dicitur. [Cùm immun. spi. exierit ab homine.] id est à populo Iudaico, viuente sub lege naturæ: quia eiectus est per susceptionē legis Mosaycæ. a [Ambulat per loca arida & inaquosa quærens requiem.] scilicet in ipsis perpetuam mansionem. b [Et non inueniens:] quia prędicantibus Apostolis inde eiectus fuit. c [Dicit, Reuertar in domum meam.] i. Iudaicum populum. d [Et cum ve. inuenit eam vacantem.] i. fidem & bonis operibus vacuam. e [Scopis mundatam.] quia populus Iudaicus habebat quandam exteriorem munditiam & ornatum, propter legis apparentiam. f [Tunc vadit &c.] Per hoc quod dicit septem alios intelligit vniuersitatem vitiorum: hoc est dictum, quòd ante legem datam fuerunt peccato irretiti & à Diabolo possessi: sed post aduentum Christi in peccato suo obstinati sunt peiores facti, quia ex ingratitudine peccata eorum sunt quasi duplicata, & hoc loquendo quasi de vno homine, dicit per similitudinem, vt intelligatur de toto populo Iudaico. g [Factum est autem.] Hìc ponitur confutatio prædictorum, verbo mulieris virtutem Christi confitentis, cùm dicitur, Factum est autē cùm hæc diceret, scilicet Christus respondens blasphemiis Iudæorum. h [Extollens vocem.] i. ex corde & constanter altè proferens laudem Christi contra vituperium Iudæorum. i [Quædam mulier.] Ista à sanctis doctoribus dicitur fuisse sancta Marcella, famula beatæ Marthæ sororis Lazari. k [Beatus venter qui te portauit.] Matrē beatificat & laudat ex filio, & non econuerso: quia ab illo prouenit gratia & gloria principaliter ratione deitatis, & instrumentaliter ratione humanitatis: quia humanitas Christi est organum coniunctum ipsius deitati. l [At ille dixit] commēdando fidem & constantiam mulieris, & aliorum consimilium. m [Quinimò, beati qui audiunt..] Istud Quinimò non dicitur aduersatiuè sed commutatiuè, q.d. Non solum illa quæ me portauit beata est, sed etiam qui audiunt verbum Dei, corde credentes, & opere adimplentes. Vnde dicit beatus August. lib. de Virginitate quòd beata Maria fœlicius cōcepit Deum mente per fidem, quàm corpore per carnis assumptionem.

Per prædicationem apostolorum diabolus fuit eiectus.

Quæ fuit mulier quę dixit, Beatus venter qui te portauit.

EXPOSITIO MORALIS.

Et erat Iesus eiiciens dæmo. & illud erat mut. scilicet effectiuè tantùm: eò quòd obsessum ab eo fecerat mutum. Hoc autem fit spiritualiter: quando gratiam habens prædicandi: vel in ecclesia officiandi, cessat ab istis instigante diabolo quasi mutus: sed cùm gratia Dei visitatur eiicitur dæmon: & os eius ad prædicandum & ad laudandum Deum aperitur. Per illos autem qui dicebant, In Beelzebub &c. significantur maledicti, qui peruertunt aliorum bona opera. m [Et alij ten. sig. de cæl. quære.] per istos significantur Doctores & studentes nimis curiosè scrutantes diuina propter quod opprimuntur à gloria. g [Omne reg.] per quod significatur omnis concordatio carens concordia, in qua sunt duo Satanæ: quorum quilibet nititur partem suam augmentare, vt sic possit alteri præualere. n [Cum for. arma.] Hoc literaliter exponitur de Diabolo. Moraliter potest exponi de peccatore obstinato qui defendit peccatum suum contra reprehendentem, sicut Saul contra Samuelem, j. Reg. xix. Sed aliquando talis, Dei adiutorio vincitur: quia aufert. r [Arma eius.] id est rationes quibus defendit peccata. s [Et spolia eius distribuet] quando eius actus, & membra, ad bonum conuertit. z [Cùm immundus spiritus exierit ab homine.] i. peccati carnalis appetitus, qui exit per virtutem pœnitentię. a [Ambulat per loca arida & inaquosa quærens requiem,] id est per corda humana mollitie carentia, in quibus fornicationis spiritus requiem non inuenit. Et tunc ad pristinum locum redit, quando pœnitens patitur recidiuū. f [Et fiunt nouissima eius peiora prioribus.] quia propter ingratitudinem doni pœnitentiæ præcedentis, aggrauatur peccatum. h [Extollens vocem quædam mulier.] per quā significatur quælibet persona beatæ Virgini deuota. i [At ille dixit, Quinimò beati, &c.] per quæ significauit Christus beatam Virginem se concepisse fœlicius per fidem & deuotionem spiritualiter, quàm corporaliter, & hoc dicit Aug. in lib. de Virginitate.

QVAESTIO XLV

In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.] Luc. xj. In quibus verbis quæritur, Vtrum detractio generale vitium appelletur? Alexand. noster antiquus, in secundo

Quæstio de detractione.

suo volumine ait, quòd licet ipsa inuidiæ filia sit, tamen est ita periculosa quòd ferè totũ genus humanum periclitatur. Vnde glo. super illud Prouer. xxiiij. Cum detractoribus ne commiscearis: taliter inquit, Hoc specialiter vitio periclitatur ferè totum genus humanũ, & hoc ideo dicit: tum quia pauci per viá salutis ambulant, tum quia pauci vel nulli qui sunt vel si nõ ando ex animi leuitate aliquid dicant, vnde in aliquo vel leuiter fama alterius minoratur. Idcirco ait, Rarò inuenies quòd aliquis ita irreprehensibilẽ velit exhibere vitã suam: vt non libenter reprehendat alienam. Vnde & Iudæi quamuis legem se non obseruare ostenderent, quamuis stupenda, & super naturam miracula Christi viderent, tamẽ sibi detrahendo dicebant, In Beelzebub principe, &c.

Feria secunda post dominicam tertiam quadragesimæ. Euange. secun Luc. iiij. cap.

Fac & hîc in patria tua. Opera miraculorum quę Dominus fecisset inter ppinquos suos tunc nullus effectus ad fidem videntium esse potuissẽt: quoniá in Christum nõ credidissẽt, sed fortè Christum reprehẽdissent, quinõ priº deteriores essent, ideo Christus miracula apud notos & proximos suos non fecit: vnde Domi. reprehendens incolas Capernaum ait. Matth. xi. Et tu Capernaum nuncquid vsque in cælũ, exaltaberis? vsque in infernũ descẽdes: ga

IN illo tempore, dixerunt Pharisæi ad Iesum, Quanta audiuimus facta in Capernaum, fac & hîc in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua. [b] In veritate dico vobis, Multæ viduæ erant in diebus Eliç in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mẽsibus sex, cùm facta esset fames valida in omni terra, [c] & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sareptam Sydoniæ ad mulierem viduam: [d] & multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, [e] nisi Naaman Syrus. [f] Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes: & surrexerunt. [g] Et eiecerunt illum extra ciuitatem, [h] & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, supra quem ciuitas eorum erat ædificata, vt pręcipitarent eum. [i] Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixerunt Pharisæi ad Iesum, &c. Hîc Euangelista adducit rationem Pharisæorum contra Christum à minori ad maius, dicẽs Sicut fecisti in Capernaum, & non tantùm ibi sed alibi, fac hîc & in patria tua. Et adducunt similitudinẽ in hoc cap. Medice cura teipsum. Sicut enim medicus verus citius & libentius seipsum curat, & alios ad se pertinentes quàm extraneos, ita dicebant ei, Si tu faceres vera miracula citius faceres ea inter propinquos tuos, & in ciuitate tua quã inter extraneos. Sed ipse consequenter respondit quia non dimittebat inter eos facere miracula ex impotentia, vel falsitate aliqua, sed ex eorũ malitia & ad hoc inducit sacræ Scripturę exẽpla cùm subditur. b [In veritate dico vobis, Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quãdo clau. est cælum] orationibus Eliæ vt habetur iij Regum xvij. vbi ista hist. diffusè tractatur. c [Et ad nullam illarum missus.] quia non erant ita deuotæ sicut illa mulier gentilis Sareptana: & quia Elias persecutionem patiebatur in terra Israel, quæ debuisset esse grata. d [Et multi leprosi erant in Israel, & nemo illorum mundatus est.] propter illorum ingratitudinem erga Deum; quia regnum Israel declinauerat ad idololatriam, colendo vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam. e [Nisi Naamá.] cujus historia ponitur iiij. Reg. v. vbi describitur bonitas eius ante curationem cùm dicitur: Per illũ enim dedit Deus salutem Syriæ, & post curationem fuit adhuc melior & valdè gratus Deo & Eliseo, vt habetur ibidẽ. f [Et repleti sunt omnes in synagoga ira.] quòd præponebat eis gentiles quos abominantur sicut canes. g [Et eiecerunt illũ extra ciuitatem.] tanquàm dignum morte. h [Et duxerũt illum] in montem, vt illum interficerent: vt patet in litera. i [Ipse autem transiens per medium illorum ibat, virtute diuinitatis, qua poterat se seruare illæsum quando volebat. Dicit autem Beda quòd cùm Dominus de manibus eorum lapsus de vertice montis descenderet, & sub rupe latere vellet: subito ad tactum dominicæ vestis saxum illud subterfugit: & instar ceræ solutum, quoddam signum effecit: id est concauitatem. In quo dominicum corpus reciperetur: in quo loco omnia lineamenta & rugæ vestis, vestigia pedum in rupe apparent adhuc: sicut testantur qui viderunt.

si in Sodomis factæ fuissẽt virtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissẽt vsque in hanc diẽ. Matt. xiii. Omnis qui audit verba regni & non intelligit venit Malus.

EXPOSITIO MORALIS.

ET, repleti sunt omnes in synagoga ira, &c. per istos significantur illi qui prædicatores veritatis persequuntur: eò quòd dicũt eis displicentia. i [Ipse autem transiens per medium illorum ibat] non percutiens illos aut impellens: nec aliquo modo se vindicans: in hoc docens prædicatores Euangelij, vt non quærant vindictam de iniuriis sibi factis.

QVAESTIO XLVI.

IPse autem transiens per medium illorum ibat. Lu. iiij. In quibus verbis quæritur, Vtrũ non resistere detractoribus sit mortale pecca-

tum. Ad quod irrefragabilis doctor Alexan. de Hales ait quòd si quis detractoribus non resisteret cùm deberet, hoc est aut ratione officij, aut ratione imminentis periculi, aut ratione timoris humani: propter quæ contra Dei præcepta facere non licet, mortaliter enim Deum offenderet si faceret. Vnde Apoc. xxj. scribitur, Timidis erit pars in stagno ardenti igne & sulphure. Verum si quis ex rationabili causa peragéret, minimè mortaliter peccaret: quia teste Hie. Frustra niti & nihil aliud quam odium quærere extremæ dementiæ est. xxiiij. q. iij. c. non in perpetuũ scribitur. Et sunt verba Rab. de pressuris ecclesiasticis, qui taliter inquit, Multi sacerdotum culpam zelo Dei persequi se profitentur, sed dum indiscretè hoc agunt, sacrilegij facinus incurrunt: & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque magis deterius cadunt. Idcirco Dominus audiens ciues suos Nazareth ex inuidia habitatoribus facta in Capernaum detrahentes atq; dicentes, Quanta audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua: suisq; iustis responsionibus non modò esse conuictos, sed ita turbatos, & ad sui necem esse dispositos: donare volens nobis exemplum fugiendi detractores atq; maleficos, transiens per medium illorum ibat, i. abscõdit se. In quo secundùm Chry. eis quę sunt humanitatis, & quæ sunt diuinitatis ostendit. Stare enim in medio insidiantium, & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat. Abscondi verò dispensationis apparebat ministerium.

Feria iij. post iij. Domini. xl. Euangeliũ secundùm Matt. xviij. ca.

Si peccauerit in te frater tu[a]. Dominus Iesus fons misericordiæ & pietatis, misericorditer nos docet fratres nostros q nobis malè faciunt, & in nobis peccantibus humanitus corripere, qd & facere debemus, quia malos piè corripere, op[9] est pietatis: & si monitis nostris non obedi

IN illo tpe, respiciẽs Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro, [b]Si † peccauerit in te frater tuus, [c]vade & corripe eũ inter te & ipsum solum. [d]Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. [e]Si autẽ te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, [f]q si non audierit eos [g]dic Ecclesiæ. [h]Si aũt Ecclesiã non audierit, [i]sit tibi sicut ethnicus & publicanus. [k]Amen dico vobis, [l]quæcumq; ligaueritis super terram, erũt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. [m]Iterũ dico vobis, quia [n]si duo ex vobis consenserint super terrã [o]de omni re, quãcunque petierint, fiet illis qui Patre meo q in cęlis est. [p] Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, [q] ibi sum in medio eorum. [r] Tunc accedẽs Petrus ad eũ, dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? [s]Dixit illi Iesus, Nõ dico tibi septies, sed vsque septuagies septies.

re monent di sunt per Ecclesiã, & si contumaces secularis iustitia eos apprehendat & in suo brachio corripiat: & hoc debet fieri ex ordine charitatis: & hoc vult magi. Sét. in libr. iiij. dist. xxix. & xxx. per totum.

POSTILLA.

IN illo tempore. Si peccauerit, &c. Hic consequenter ostendit q debemus esse benefici proximo ex parte animæ in affectu: & hoc dupliciter. Primò defectus eorum charitatiuè corrigendo, & secundò offensam misericorditer remittendo, ibi, Iterum dico vobis. Ad primi euidentiam notãdum, q duplex est correctio. Vna quæ est ad peccantis punitionem propter conseruationem iustitiæ: & ista nõ ordinatur semper ad correctionem delinquẽtis, quia aliquando sibi infligitur pœna mortis: & ideo principaliter est ad conseruationem iustitiæ, & ad terrorem aliorũ. Et sic talis correctio non pertinet ad singulares personas, sed ad iudicem, ad quem pertinet conseruare iustitiam inter homines, & propter hoc talis correctio est actus iustitiæ. Alia est correctio quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem: & hic est actus charitatis, & pertinet ad omnes. Ecclesi. xvij. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo: & ideo sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere: si tamẽ probabiliter credat quòd ex sua correctione debeat se emendare: & de tali correctione loquitur hîc saluator, non de prima quæ est actus iustitiæ. Tangit autẽ debitũ modũ huius correctionis dicẽs, b[Si peccauerit in te frater tu.] & intelligitur istud dupliciter. Vel quia te solum læsit. Vel quia te solo sciente peccauit. Si enim alios læderet vel coram illis peccaret, tunc non haberet locum illud quod subditur, c[Vade & corripe eum inter te & ipsum so.] quia peccata publica sunt in publico arguenda, secundùm quòd dicitur, j. ad Tim. v. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Sed quãdo sunt secreta: tũc habet locum correctio fraterna, quæ est actus charitatis, quæ debet fieri primò in secreto. Cuius ratio est, sicut enim medicus corporalis, si debito modo procedat, nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis, vt sine membri abcissione: & si non possit tunc abscindet mẽbrum minus nobile, vt conseruetur magis nobile, vel totum corpus, sic ille qui fratrem peccantem occultè corripit, charitatiuè debet tentare, si possit fratrem emendare absque detrimento suæ famæ: quia fama computatur inter maiora bona hominis citra

In te, intelligitur dupliciter.

virtutes: ideo corrigens fratrem debet quantum potest conseruare eius famam. Alia causa est quia amissa fama, vel læsa, efficitur homo inuerecundus, & per consequens minus à peccato retrahitur quàm prius: est ergo debitus processus in correctione charitatiua, vt homo corrigat fratrem suum inter se & ipsum solum vt sic possit eum saluare cum omnimoda integritate suæ famæ: & hoc est quod sequitur. d [Si te audierit lucratus eris fratrem tuum.] cum scilicet cum integritate famæ, ad salutem reducendo. e [Si autem te non audierit] quia cum fama minus bonum sit, quàm bona vita, si non posset seruari bona vita fratris, sine detrimento suæ famæ tunc procedendum est ad salutem bonæ vitæ cum aliquali læsione suæ famæ, & ideo adducendus est vnus alius vel duo ad sciendum, s. fratris delicta, & vt coram eis arguatur: & si non se correxerit, tunc simpliciter contemnenda est eius fama, vt conseruetur bona vita, vel saltem ordo iustitiæ ad terrorem aliorum: & hoc est quod sequitur. f [Quòd si non audierit eos se corrigendo. g [Dic ecclesiæ.] i. prælato per denũtiationem publicam: & tunc sunt testes inducẽdi ad facti probationẽ, qui priùs fuerãt inducti ad fratris secretã correctionem. h [Si autem eccle. &c.] præceptum prælati contemnendo. i [Sit tibi sicut ethnicus &c.] i. separetur ab aliis fidelibus per excommunica. & censu. ecclesiasticam. Et quòd talia possint prçlati ecclesiæ inferre subditur, k [Amen.] i. fideliter. l [Dico vobis, quæcunque ligaueritis] quia Deus talem punitionem approbat si iudicium ecclesiæ non errat: consyderandum tamen circa prædicta, quòd si peccatum occultum fratris, fuerit in præiudicium communitatis, vt si aliquis tractaret secretè, cum aliquibus ciuibus, qualiter ciuitas esset hostibus tradenda: vel si aliquis hæreticus in secreto corrumperet fideles, tunc secreta correctio vel admonitio non esset expectanda: sed statim esset prælato denunciandum, qui posset tali periculo præcauere. Et idem iudicium de consimilibus talibus est habendum. m [Iterum dico vobis] hîc consequenter ostendit quòd non solúm debemus fratrem corripere, sed etiam offensam nobis illatam remittere. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est. Secundò ostendit quoties sit offensa fratris remittenda ibi, Tunc accedens. dicit igitur primò, n [Si duo ex vobis cõsenserint] in animo, s. per assensum sibi inuicem remittendo. o [De omni re quamcunque petie. fiet il.] quia oratio non est accepta corã Deo, si teneat odiũ contra fratrẽ in animo, propter quod subditur. p [Vbi enim sunt duo vel tres congregati] i. charitate vniri. q [Ibi sum in medio eorum.] acquiescendo bonæ voluntati & petitioni eorundem dum tamen illa oratio habeat conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur, scilicet quòd aliquis oret pro se piè & perseueranter: his enim concurrentibus semper oratio exauditur: & si aliquando differtur, tamen tempore competenti impletur, sicut habetur cap. vij. Aduertendum tamen quòd licet offensa sit semper remittenda, non tamen iniuria. Si enim ex remissione iniuriæ & pœnæ debitæ, sequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum, non esset bonum ei remittere, similiter si ex tali remissione esset scandalum eorum, & omissio iustitiæ, & in consimilibus casibus. r [Tunc accedens Pet. ad eum.] Hic ostenditur quoties sit fratri remittendum. Circa quod aduertendum, quòd sicut frequenter dictum est Petrus tanquam principalis, aliquando loquebatur pro se & pro aliis: ideo audito Saluatore quòd offensa fratris peccantis esset remittenda fratri, & hoc petiit si sufficeret ad salutẽ, dimittere septies, s [Dixit illi Iesus] quòd non sufficeret dimittere septies: sed vsque ad septuagies septies, & ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato: ac si diceret toties quoties, vt dicit beatus Augustinus.

Correctio fraterna, est admonitio charitatiua fratris, de emendatione peccatorum, ex fraterna charitate procedẽs. de Cla. in sua Sũma. & hæc est de præcepto omnibus. Ric. iiii. Sentẽ. dis. xix. ar. ii. q. j. & quia præceptum est affirmatiuum non obligat nisi pro loco & tempore. & correctio fraterna tripliciter omitti põt s. meritoriè qñ homo non corrigitur quoniã nõ est tempus neque locus. Secũdo vẽ peccato mortali quãdo homo sperat fratrẽ à peccato retrahere, & non facit. Tertiò cum peccato veniali quando homo propter incõmodũ temporale sit tardior. Ricar. iiii. Senten.

EXPOSITIO MORALIS.

SI autem peccauerit frater tuus &c. id est te sciente: vnde Augustin. Quid est in te peccauerit, nisi tu scis quia peccauit. e [Vade & corripe eum inter te & ipsum solum.] Hierony. corripiendus enim est seorsùm frater, ne si semel verecundiam amiserit, permaneat in peccato. d [Si te audi. lucr. eris fratrem tuum.] Per salutem enim alterius, nobis quoque acquiritur salus. e [Si autem te non aud. adhibe tecum vnum vel duos] glo. vt si dixerit non esse peccatum, probent illud esse peccatum. f [Quòd si non audierit eos dic Ecclesiæ.] Chrysost. id est his qui Ecclesiæ præsident. h [Si autem Ecclesiam non au. sit tibi sicut ethnicus & publicanus.] Augustin. id est gentilis & paganus, in numero fratrum non computandus. k [Amen dico vobis, Quæcunque ligaueritis &c.] Augustin. de Verbis Domini in monte, Cœpisti habere fratrem tuum tanquàm ethnicum & publicanum: liga eum in terra: sed vt iustè liges eum vide. Nam iniusta vincula disrumpit iustitia. m [Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint.] subintelligendum est si petierint piè, perseuerãter, & pro se. s [Domine quoties peccabit in me frater meus &c.] Subditur. x [Vsque septuagies septies.] id est quadringentis nonaginta vicibus, vel vt dicit beatus August. Omninò quotiescunque peccauerit ignoscas.

QVAESTIO XLVII.

SI Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Matt. xviij. Super quibus verbis quæritur, vtrum sine peccato vnus ho-

Quæstio de condẽnatione alicuius.

mo possit iudicare, & condemnare alium hominem. Ad quod breuiter respondetur secundùm Astesanum in Summ. sua. lib. j. tit. xxxviij. quòd vnus homo iudicet alium hominem tripliciter potest intelligi. Vno modo extenso vocabulo iudicandi, ad arguere, corripere, & monere: & hoc circunstantiis obseruatis, fieri potest sine peccato. Nam arguere propriè superiorum est respectu inferiorum. Vnde apostolus ad Tit. iij. Argue, obsecra, increpa. Sed modum reprehensionis in secundo cap. explicat dicens, Hæc loquere, & exhortare, & argue, cum omni imperio. Verùm corripere est respectu parium. Idcirco in Euangelio hodierno dicitur, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Monere verò est inferiorum respectu superiorum. vnde Bern. ad Eugenium, Moneo te non arguo. Alio quidem modo vnum hominem alium iudicare intelligi potest temerariè, quod vniuersaliter interdicitur: vt ij. quæstio. j. cap. j. super omnia scribitur, Primò super omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia & charitate definiatis, neminem condemnetis ante verum & iustum iudicium, nullum iudicetis suspitionis arbitrio: sed primùm probate, & postea charitatiuam proferte sententiam: & quod vobis non vultis fieri alteri facere nolite. Et si suspitionibus quis tentatur: cum propheta Psal. cviij. clamare debet ad Dominum dicens, Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia Paulus j. ad Corint. c. iiij. dicit, Nolite ante tempus iudicare, id est ante vniuersale iudicium: quod filio Dei propriè reseruatur. Vltimò vnum hominẽ alium iudicare intelligi potest secundùm ordinem Ecclesiæ. Quæ dupliciter hominem iudicat. Iudicio scilicet discretionis, quod in manifestis & certis, cuicunque conceditur: eo modo quo superius dictum est. Et iudicio correptionis quod prælatis solùm competere dignoscitur. Quod gloss. super illo verbo Pauli, j. Corint. v. Qui frater nominatur, &c. tangit dicens, Hoc inquit Apostolus, dicendo, Noluit hominem ab homine iudicari ex argumento suspitionis, vel extraordinario vsurpatóque iudicio: sed potius secundùm leges Dei & Ecclesiæ. Cui inobediens mortaliter peccat, secundùm verba Matth. xiij. Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus: quia talis secundùm doctorem nostrum Landulphum excommunicatus est: & excommunicatio non est infligenda secundùm Ric. & doctorẽ subtilem, nisi pro peccato mortali & multũ enormi. Quia igitur omne iudicium rectum vel rectè factũ secundùm hæc dicta bonum est præter iudicium temerarium: patet quia sic vnusquisque ordine posito, alium iudicare valet præterquam iudicio terminato, quod ex inuidia procedit: sicut ipsa detractio.

Homo iudicatur ab Ecclesia duplici iudicio.

Feria quarta post Dominicam tertiam quadragesimæ. Euangelium secundùm Matt. xv. cap.

IN illo tempore, accesserũt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisęi, dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorũ? Nõ enim lauãt manus † suas cùm panẽ manducant. [a] Ipse autem respondẽs, ait illis, [b] Quare & vos transgredimini mandatũ Dei propter traditionem vestrã? [c] Nam Deus dixit, [d] Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. [e] Vos autẽ dicitis, [f] Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunq; est ex me, [g] tibi proderit, [h] & nõ honorificabit patrẽ suum aut matrẽ suam. [i] Et irritũ fecistis [k] mandatũ Dei propter traditionẽ vestram. [l] Hypocritę bene prophetauit de vobis Isaias, dicens, [m] Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longè est à me. [n] Sine causa autẽ [o] colunt me, [p] docentes doctrinas & mandata hominũ. [q] Et cõuocatis ad se turbis, [r] dixit eis, [s] Audite [t] & intelligite: [v] Nõ quod intrat in os, [x] coinquinat hominẽ, [y] sed quod procedit ex ore, [z] hoc coinquinat hominẽ. [a] Tuc accedẽtes discipuli eius, dixerunt ei, Scis quia Pharisęi audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respõdens ait, [b] Omnis plãtatio quã nõ plãtauit Pater meus cælestis, [c] eradicabitur. [d] Sinite illos, [e] cæci sunt [f] & duces cæcorũ. Cæcus autẽ si cæco ducatũ prę-stet, ambo in foueã cadunt. [g] Respõdens autẽ Petrus dicit ei, [h] Edissere nobis [i] parabolam istam. [k] At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? [l] Nõ intelligitis, quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, [m] & in secessum emittitur. [n] Quæ autẽ procedũt de ore, [o] de corde exeunt, [p] & ea coinquinãt hominẽ. [q] De corde enim exeunt cogitationes malę, [r] homicidia, adulteria, fornicationes, furta,

Lauãt manus suas. Iudæi in minimis formidabant, & de re vili Christi discipulos arguebãt, aut forte condẽnabant. Nõ dicebant, Christi discipuli manibus illotis manducant. Sed grauiora peccata nõ formidabant velut detractiones, inuidiã, vsuras, furta occulta, & adulteria, de quibus Dominus Matt. vii. Iudæos arguit dicẽs, Quid aũt vides festucam in oculo fratris tui, trabem in oculo tuo non vides?

falsa testimonia, blasphemiæ. [s]Hæc sunt quæ coinquinant hominē. [t]Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

POSTILLA.

IN illo tempore, accesserunt ad Iesum, &c. Hic exponitur vera promulgatio legis Euāgelicæ à Christo ad gentiles, reprobādo Iudæorum expositionem falsam legis. Et diuiditur in tres partes: quia primò arguit Iudæos de eo quod dictum est. Secundò de apparenti sanctitate: ibi, Hypocritæ. Tertiò de vana superstitione, ibi, Audite & intelligite. Prima in duas: quia primò ponitur Iudæorum maligna interrogatio ad Christi deprehensionem. Secundò ponitur eius responsio vera, ad eorum confutationem: ibi, Ipse autem respondens. Ad euidentiā primæ partis aduertēdum quòd à tempore Moysi de voluntate Dei constituti sunt septuaginta senes ætate & moribus maturi, & scientia præditi ad regimen ipsius populi: & Moyses erat super eos, ita quòd in vniuerso erant septuaginta vnus: vt habetur Num. xj. Et ex illo tempore statutum est quòd tot essent ad regimen populi ordinati. Et isti dicebantur iudices ordinarij: quia per impositionem manus instituebantur, vt habetur in gl Hebraicis, in multis locis. Et isti residebant in Ierusalē, & ad eos fiebat recursus de ciuitatibus, in ambiguis, & difficilibus, & eorum determinatio habebatur pro lege firma, quam non licebat trāsgredi, vt habetur Deu. xxviij. Isti etiam statuebant aliqua quæ pertinebant ad regimen populi, & in statutis eorū erant aliqua quę cadebant sub pręcepto tanquā necessitatis, & aliqua sub monitione tanquam cuiusdam decentiæ & honestatis. De talibus autem erat istud statutum quod hic tangitur, videlicet ꝙ accedentes ad mensam prius lauarent manus suas. Veruntamen Pharisæi & scribæ intellectū huius mandati volebant trahere ad quandam falsitatem, videlicet ꝙ per hoc acquireretur quædā munditia spiritualis. Mouebantur autem ad hoc quia in lege aliquæ immunditiæ, per corporales ablutiones dicebantur emundari. Quia ergo discipuli X̄pi aliqua quæ non erant necessaria, sed magis cuiusdam superstitionis inquantum intellectus sic trahebatur, nō obseruabāt, Christum in discipulis suis arguebāt tanquam contēptorem odiosum. a[Ipse autem.] Hic ponitur X̄pi responsio vera ad ipsorum confutationem dicens. b[Quare & vos transgredimini mandatum Dei.] non respondet dicēdo ꝙ lotio manuum quā faciebant ad honestatē esset mala, vel ꝙ Apostoli ipsam omittēdo bene facerent, vt facit ad honestatē, licet bene facerent omittēdo ꝓpter superstitionē, sed quasi clauū clauo retūdendo, dicit eos deficere, quia faciebant transgredi mādatum Dei, propter mandatū hominū. Quod probat dicēs, c[Nā Deus dicit.] Exo. xx. d[Honora patrem tuum] Honor iste non solūmodo intelligitur reuerentia, sed & administratio necessariorum. Hanc autem excludebant per suam doctrinam falsam, quia sacerdotes qui erāt cupidi, vt bona quæ essent administranda parētibus, cōuerterentur in lucra eorum dicebāt quòd melius esset illa Deo offerre. Tum quia pater principalis & spiritualis. Tum quia licet per talem oblationē parentes sustinerent detrimentū corporale: cōsequebantur tamen bonū spirituale, inquātum illud qđ erat in eorū necessitate cōuertendum, Deo offerebatur. Et ex hoc sequebatur ꝙ præceptum de honore parentū, inquantū intelligitur in hoc administratio necessariorū euacuabatur per talē expositionē falsam. Et hoc est ꝙ dicit saluator, e[Vos autē dicitis.] falsè, s. exponendo mandatū Dei. f[Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunq, ex me est,] Deo consecratum, s. & oblatū. g[Tibi proderit.] magis quàm si expenderes in necessitates tuas, & est constructio defectiua, & est sensus, Quicunque dixerit, &c. i. licitè & benè potest dicere quod dictum est, & impleuit præceptum diuinū, & est dignus vita æterna: quod est falsum, quia secundùm veritatem est trāsgressor præcepti. Et hoc est quod subditur. h[Et nō honor. pat. &c.] illud quod erat sibi debitum subtrahendo. i[Et irritum fecistis] vos sacerdotes Pharisæi. k[Mandatū Dei, &c.] Ad maiorem intellectum considerandum ꝙ pater per se tenetur prouidere filiis, quia est causa eorum quātum ad esse & ideo debet eis nutrimentū & documentum. Filius autē tenetur prouidere parentibus, de necessariis per accidēs, s. si indigeāt, & ipse sit potēs: & ideo si pater iā necessitatē incurrerit bona de quibus filius pōt sibi administrare, iam sunt sibi debita: de alieno autē nullus potest Deo sacrificium facere, & ideo talia Deo offerre nō est licitū, qa hoc est transgredi præceptū de honore parētū. Secus autē esset, si filius bona sua Deo vouisset, vel consecrasset, antequā parētes essent in necessitate positi: q̄a tunc nō esset licitū de eis prouidere parētibus: quia si esset Deo votū factum de aliquo immolatitio, non posset mutari: si aūt de aliquo immolato non poterit mutari nisi in redemptione. Ex dictis patet falsitas illius opinionis, quę dicit quòd filius post professionem factam in religione, tenetur exire claustrū, propter necessitatem parentum etiam contra volūtatem sui superioris: quia per talem professionē est Deo iam consecratus: & ideo propter necessitatem parentum, non debet contra votum tale facere. Hoc etiam patet alia ratione quia filius cùm venerit ad ætatem adultam, sicut potest inuitis parētibus licitè matrimonium contra-

Pater debet prouidere filiis & filii parētibus necessitatem habentib[us]

here, vel ad sacerdotium promoueri, ita etiam religionem ingredi, cessante tunc necessitate parentum. Sed per sacerdotium excusatur de hoc quòd non tenetur subuenire patri per vsum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam nō est sibi licitū pugnare corporaliter. Similiter per matrimoniū excusatur, quòd non tenetur manere cum patre: quia est obligatus vxori. Ergo multo fortius per professionem factam in religione, excusatur à subueniendo parentibus, nisi secundùm modum conuenie͂tem suæ regulæ. Et per consequens, non debet propter hoc contra votum obedientiæ facere imo esset inobediens hoc faciendo. Per hoc patet solutio cuiusdam rationis quæ solet ad oppositum induci, quæ talis est, Votum factum de his quæ sunt supererogationis, non præiudicat illis quæ sunt de necessitate præcepti, cùm præceptum implere sit necessitatis, vouere autem talia non. Sed votum religionis est de his quæ sunt supererogationis, subuenire autem parentibus in necessitate est de necessitate pręcepti: ergo per votum religionis per professionem solennizatum, non absoluitur aliquis, quin teneatur administrare parentibus, sicut antè, ergo per consequens tenetur exire claustrum, propter necessitatem parentum, etiam contra voluntatem superiorum. Dicendum, quòd per professionem non absoluitur à præcepto: bene tamen absoluitur aliquo modo implendi præceptum: quia præceptum de honore parentum est affirmatiuum: & ideo non obligat ad semper, sed pro loco & aliis debitis circunstantiis, quæ aliquando variantur secundum cōditionem ipsius implentis præceptum: quia aliquis modus subueniendi patri efficitur & inconueniens & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti, imò etiam perfecti: sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotij statum: tenetur tamen ei subuenire aliis modis suo statui conuenientibus. Ita eode͂ modo post votum obedientiæ subuenire patri contra voluntatem superioris, efficitur illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ. l[Hypocritæ] hic redarguit saluator Iudæos de falsa sanctitatis simulatione, quia ad hoc quòd essent in reuerentia populi, ostendebāt sanctitate͂ in verbis & exteriori conuersatione, cùm tame͂ corrupti essent in intentione, sicut fuerat prophetatum per Isa. xxix. c. licet sub aliis verbis ponatur quam hîc: sente͂tia, tamen est eadem. sequitur. n[Sine causa]. i. frustra. o[Colūt me]. Sicut enim medicina dicitur sine causa vel frustra propinari, quæ non confert sanitatem, sic cultus diuinus, qui nō ducit ad veram fœlicitatem. Sequitur, p[Docentes doctri. & mā. hom.] quia propter suam auaritiam docebāt transgredi mandata Dei propter traditionem suam, vt visum est in falsa expositione præcepti, de honore parentum: & hoc etiam faciebant propter suā superbiam, vt propter doctrinæ authoritatem populus deferret eis maiorem reuerentiam. s[Audire & intelli.] Hic saluator arguit Iudæos de vana superstitione. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit qđ dictum est in generali. Secundò magis explicat intentione͂ suam in particulari: ibi, Respondens autem Petrus. Primò in duas: quia primò in generali posuit suū documentum: secūdò ex hoc subiungit. Pharisęorum scandalum: ibi, Tunc accede͂tes. Circa primum aduertendum, quòd sicut dictū est, lotio manuum ante comestionem vel cibariorum appositionem faciebat ad quandam honestatem & munditiam corporalem: & in hoc erat bonum: sed si omitteretur temerè, quod ex hoc incurreretur immunditia spiritualis, hoc esset falsum & superstitiosum: quia immunditia spiritualis prouenit ab interiori delectatione, & consensu me͂tis, non ab ipsis rebus corporalibus. Et hoc est ꝙ dicitur hic. q[Et cōuocatis ad se turbis.] reuocādo eos à falsa doctrina eorū. r[Dixit eis.] s[Audite.] scilicet aure corporis. t[Et intelligite] aure mentis. v[Non quod intrat in os], id est cibus corporalis. x[Coinquinat hominem] spiritualiter, scilicet nisi inquātum per delectationem malus efficitur ad cibum. y[Sed quod proce. ex ore.] id est verba quæ sunt malitiæ interioris significatiua. z[Hoc coinquinat hominem.] consyderādum quòd Christus hîc non dicit contra legem. Licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi: vt caro porcina, & huiusmodi: hoc tamen non erat secundùm eorū doctrinam quia omnis creatura Dei bona est. j. ad Timo. iiij. c. vnde Gen. j. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Dicitur aute͂ porcus immundus & agnus mundus: vt dicit Aug. contra Faustum: quia per animalia immunda secūdùm legem significantur, quędam vitia quæ sunt euitanda: & ideo quia lex Euāgelica quę spiritualis est, inchoata fuit per Christum, ideo & illa obseruatio figuralis ciborum nō erat amplius obseruanda. a[Tunc accede͂tes discipuli eius.] Hic ex doctrina Christi ponitur pharisęorum scandalizatio: quia per doctrinā Christi, videbant eorum simulationes & doctrinam reprobatam: & non poterāt resistere per ratione͂ vel per scripturā: ideo ex inuidia mouebātur contra Christum ad mouendū seditionem. Et quia veritas vitæ, iustitiæ & doctrinæ nō est dimittenda, propter scandalū aliorum: quia tale scandalum procedit ex malitia ipsius scandalizati: vnde dicit Gregorius, Si de veritate scādalum oritur, rectius oriri permittitur quam quòd veritas relinquatur. ideo subditur, b[Omnis plantatio]. s. doctrina ab homine inuenta, quæ non est legi ipsius Dei consona. c[Eradicabitur.] quia non habet firmum fundamentum & radicem. d[Sinite illos], id est doctrinam eorū euitate. e[Cæci sunt], id est carentes vero intel-

Votum est promissio facta Deo & sanctis ex proposito supererogatione Deo facta ꝑpter bonum finem ex deliberatione firmata. Ric. iiij. Sente͂. De præce. pro honoris parentum.

Christus redarguit Iudæos de hypocrisi.

Redarguit Iudæos de superstitione.

Pharisæorum scādalizatio, est cum scandalum dictū vel factum minus rectū, præbens alteri occasionem ruinæ, ita no. Card. in Cle. j. de of. ordi. & secundum Lau. à scādalō Græcè, qđ est ruina, Latinè dicitur, & est duplex, scilicet actiuū & passiuum. de Claua. in sua Sūma,

ctu legis. f [Et duces cæcorum.] quia alios excæcant suo errore, & ducunt eos ad præcipitium. g [Respondens autem Petrus.] Hic aperitur prædictę doctrinæ Christi intellectus magis in speciali: quia Petrus pro se & pro aliis quæsiuit intellectum Dei. h [Edissere nobis,] i. expone. i [Parabolam istam] i. sententiá occultam. k [At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis?] quasi dicat, Tamdiu audistis doctrinam meam, quòd statim deberetis intelligere ea quæ dicta sunt. vnde sequitur, l [Non intelligitis quia omne, &c.] Istud est verũ per synecdochen: quia aliqua pars de omni cibo qui intrat in os. m [Et in secessum emittitur.] quia in omni cibo quantumcumque puro est aliquid impuritatis, & à natura expellitur tanquàm superfluum, & aliquid retinetur tanquã ad nutritionem necessarium, & neutrum istorum coinquinat hominẽ spiritualiter loquendo. n [Quæ autem procedunt de ore] vt verba. o [De corde exeunt:] quia sunt cóceptus mentis significatiua. p [Et ea coinquinát hominem] quando sunt malæ cogitationis significatiua. Et hoc est quod sequitur. q [De corde enim exeunt cogitationes malæ] & per consequens. r [Homicidia] id est consilia & colloquia ad perpetrandum huiusmodi vitia, quæ hic tanguntur & consimilia. s [Hæc sunt quæ coinquinant hominem] spiritualiter. t [Non lotis autem manibus manducare non coinquinat.] immunditia spirituali.

EXPOSITIO MORALIS.

Accesserunt ad Iesum, &c. Per scribas & Pharisæos multùm sollicitos de munditia exteriori, & modicum de interiori, significãtur hypocritæ falsè arguentes frequenter alios de modicis, cùm tamen sint infecti grauibus peccatis: propter quod dicitur eis Mat. vij. c. Quomodo dicis fratri tuo, Frater sine vt eiiciam festucam de oculo tuo: ecce trabs est in oculo tuo. o [Quare & vos transgredimini mandatum Dei.] Simile fit hodie in multis locis in quibus maior sollicitudo habetur circa custodiam mandatorũ hominum, quàm circa custodiam diuinorũ præceptorum: quia grauius punitur transgrediens mandatum principis vel prælati: quod tamen frequenter non est malum nisi quia prohibitũ: quàm transgrediens Dei mandatum, quod de se semper est illicitum. m [Populus hic labiis me honorat.] hoc potest dici de doctoribus & prædicatoribus, qui docent benè & viuunt malè. Cætera sunt ita moralia, quòd non indigẽt alia moralitate.

QVAESTIO XLVIII.

Quæstio de malo iudicio. Qvare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Matth. xv. In quibus verbis oritur quæstio, Vtrũ pro leui causa mali quæ apparet in operatione alicuius, possit fieri malum iudicium sine peccato mortali? Ad quod breuiter respondetur secundùm doctrinam domini Alexandri de Hales in suo secundo volumine: & etiam secundùm quòd habetur ex vltima glossa super cap. Si quis de gradu. extra de purgatione canonica, quòd pro leui causa sine magno & lætali crimine nemo iudicare temerariè potest: leuis enim causa mali est, vt prædicta glossa dicit, quando sunt plura signa boni, pauca mali: sicut cum mulier vel iuuenis quidam Dei verbum attentè & deuotè frequẽtant. Item cùm homo peccator, licet sceleribus olim fuerit multis inuolutus: prædicationem frequentat & eam audit attentè ac deuotè. Cęterum cùm homo claræ famę vitæq́ue bonæ & conuersationis honestæ, in loco satis honesto, & tempore non incõgruo, cum muliere deuota, turpi, & ægrota, quãdoque versatur. In his vtique malum iudicare, falsum & temerarium iudicium est. Idcirco in Registro Greg. ait, Graue est satis & indecens, vt in re dubia, certa dicatur scientia. & Bernard. super Canticis, sermone duodecimo dicit, Si is qui de claustro est, cõuersatur in populo, interdum minus discretè, minusve circunspectè sese agere deprehenderit, verbi gratia, In verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio, non in iudicando confestim prosiliat: sed meminerit scriptũ, Melior est iniquitas viri: quàm bene faciens mulier. Nam tu quidem in tua custodia vigiliam bene facis, sed qui iuuant multos, & melius faciunt, & virilius, quòd si implere nõ sufficit absque aliqua iniquitate id est absq; quadam inæqualitate vitæ & conuersationis suæ, memento quia charitas operit multitudinem peccatorum. hæc ille. Nam qui tales iudicant similes simiæ esse noscũtur, quæ granatum pomum comedere cupit, sed quia corticem sentit amarum, illud certissimè proiicit: proinde Isidorus in Synonymis ait, Nullum iudices suspitionis arbitrio: ante proba, & sic iudica. Non enim qui accusatur, sed qui cõuincitur, reus est. Sic vtique iudicauit Pharisæus (vt Luc. vij. ca. scribitur) ipsum dominum, qui se tangi à Magdalena permisit. Sic etiam iudicatus est Dominus, quando cum muliere Samaritana loquebatur: vt iiij. cap. sui libri Ioannes ait. Sic insuper eum scribæ & Pharisæi iudicauerunt: quia discipuli sui manus non lauabant, cùm panem manducabant, dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus.

Feria v. post dominicam tertiam xl. Euang. secundùm Lucam, iiij. c.

In illo tempore, [a] surgens Iesus de synagoga, [b] introiuit in domũ Simonis. [c] Socrus autem Simonis

Magnis febribus tenebatur. Socrus Petri, i. natura humana magnis febribus ægrota fuit, s. à præuaricatione primi parentis vsque ad aduentum Christi, qui tanto languore morbi febris eam sanauit: febres sunt ea mala culpæ & paupertatis, quæ transgressis mandatis protoplastus nobis filiis, & sibi malè demeruit munc'ique finē facit. vnde dist. xxxv. cap. vj. die, & infrà, Vbi cibus cœpit, finis factus est [illegible] dis vbi cœpit sua incrementa nescire: vbi cœperunt circa eam diuina opera seruari. hæc de gula Adæ.

tenebatur † magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illā, imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. [d] Cùm autem sol occidisset, omnes qui habebāt infirmos variis languoribus, ducebāt illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens [e] curabat eos. [f] Exibāt autem dæmonia [g] à multis clamātia, & dicentia, quia tu es filius Dei. [h] Et increpās non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. [i] Facta autem die, egressus ibat in desertū locum & turbæ requirebāt eū & venerūt vsq; ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum Dei quia ad hoc missus sum. Et erat prædicās in synagogis Galilææ.

POSTILLA.

IN illo tēpore, surgens Iesus, &c. Hic ponitur secundum miraculum per Christum operatum, & diuiditur in duas partes. In principalē, & in incidentalem. Secūda ibi, Cum autem sol occidisset, circa primū sciendum quòd synagoga erat locus vbi conueniebant legisperiti, & communis populus, ad audiendum doctrinam legis, maximè diebus sabbatorum, in quibus diuinis erat vacandum: ideo tali loco & tēpore fuerat, & docebat eos Christus: quia erat conuenientia doctrinæ eius. Sciēdum secundò quòd cum Christus doceret in synagoga Iudæos, erat ibi homo à spiritu immundo, id est obsessus à dæmone, & exclamauit dolens de Christi doctrina, quæ erat animarum salus & medicina, quem obsessum liberauit in synagoga, & post liberationē ipsius obsessi, liberauit socrum Simonis febricitantem, quod fuit secundum miraculū: & hoc est quod dicitur a [Surgens, &c.] s. post prædicationem: & eius cōfirmationem, per expulsionem dæmonis. b [Introiuit, &c.] vt ibi acciperet refectionē post laborem. c [Socrus autem Simonis tene. magnis feb.] licet enim virtute naturæ febris curari possit: non tamen in instanti: Christus autē sanauit eam subitò, & ita perfectè quòd illa mulier ministrabat eis. Ex quo ostenditur ista curatio miraculosa ad discipulorum cōfirmationem. d [Cùm autem sol occi.] Hic ponitur pars incidentalis. Occasione enim huius sanationis illi qui habebant infirmos variis languoribus, adduxerunt eos ad Christum, quærentes remedium: & hoc est quod dicitur, Cum autem sol occi. Dicit autem Theophilus expositor, quòd adduxerunt ita tardè eos ad Christū: quia illa dies erat sabbati, & credebāt curationes non esse licitas durante die sabbati, quæ finiebatur in vespera illius diei. e [Curabat eos. s. omnes qui fuerāt ibi adducti, qui erant multi, vel curabat eos id est plures de adductis: quòd fides & deuotio curationē merebantur. f [Exibant autem dæmonia] id est omnia vel plures, eodem modo exponendo. g [A multis clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei] quia Christus ad salutem hominū erat missus. Per prophetias enim de Christo dictas, quę determinauerāt tempus locum, & modū veniendi ipsius Christi (secundùm quòd plenius declaratum est in quæstione de aduentu Messiæ) completas in eo: & per alias circunstantias Iudæi sciebant eum esse Christum in lege promissum: vt patet hic per textum Euangelicū, etiam & Mar. j. vbi præcepit Christus dæmoni, dicens, Obmutesce. Veruntamen nesciebant ipsum esse Deum. Nec per tentationem in deserto diabolus potuit scire de Christo, vtrum esset Dei filius per naturā, habens eandē naturam numero cum patre, licet ad hunc finem tripliciter eum tentauerit, vt dictum fuit plenius Matt. iiij. Si enim cognouissent dæmones ipsum esse Deum, nunquam induxissent Iudæos ad ipsum crucifigēdum secundū quòd dicitur j. Cor. ij. c. Si cognouissent nunquam Dominum glorię crucifixissent. Aliqui autem doctores dicunt, quòd nō solum nō cognouerunt dæmones ipsum esse Deum, vt dictum est, sed nec etiā cognouerunt certitudinaliter ipsum esse Christū in lege promissum: sed tantum cognouerunt quadam coniectura multum probabili, quæ in hoc loco, & aliis locis Euangelij pluribus nomine Scientiæ exprimitur. Sed primum dictum magis videtur consonum textui & dictis sanctorum. h [Nō sinebat ea loqui]. Cōpellebat enim Christus dæmones ad tacendum de ipso, ne veris falsa miscerētur, & ne videretur quærere testimonium ab ipsis maximè: quia Pharisæi dicebāt ipsum in Beelzebub principe dæmoniorū eiicere dæmones, vt habetur Mat. xij. vbi dictum Pharisæorū plenius excluditur, vt patuit suprà per expositionem ibid. i [Facta autē die, egress. &c.] In hoc dans exemplum, vt prædicator, & mirabilium diuinorum operator, debeat fugere populi applausum. Patet litera Euangelij de se.

EXPOSITIO MORALIS.

SOcrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Per quā significatur, persona, iracundiæ calore, aut cōcupiscentiæ laborans, super quam stat Iesus, cùm istas passiones mitigat: & tūc ei deuotè ministrat. d [Cùm aūt sol occidit] per hoc significauit, quòd passio sua in qua iustitiæ sol occidit: futura erat medicina omnis spiritualis infirmitatis, i [Facta autē die, egressus ibat in

des.lo.] dans in hoc exemplum prædicatoribus reuertendi ad solitudinem contemplationis, post laborem prædicationis, & vt gratias Deo agant de profectu præterito, & se disponant pro futuro.

QVAESTIO XLIX

EXibant autem dæmonia à multis clamantia, &c. Luc. iiij. Super quibus quæritur, Vtrum dolo loquens atque ignoranter contra proximum temerariè iudicet. Ad quod breuiter respondetur q sic. Nam iudex proprio dolo, vel imprudentia contra aliquem sententiam ferens secundũ Rayn. in titu. de rap. & host. in Sũ. & Alex. lib. j. ti. xxviij. tenetur læso ad omne interesse, vbi non posset induci ille pro quo sententiam tulit, ad integram restitutioné: & hoc maximè dicitur in iudicio conscientiæ. Quod verò graue sit, vel odio, vel amicitia, vel munere, vel metu, vel quolibet modo iudicium peruertere Aug. testat. dicés, Quicũq; auté cõsanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, vel inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudiciũ Christi, qui est iustitia: fructũ illius vertit in dãnationis amaritudinem. Vnde fit q si quispiam dolo & ignorantia loquitur, licet verum atq; bonum dicat: & illi de quo fatur minimè noceat, nihilominus temerariè iudicat. Idcirco xj. q. iij. not. Aug. de Sermo. Domini in monte ait, Temerariũ inquit iudiciũ plerunq; nil nocet ei de quo temerariè iudicatur: ei autẽ qui temerariè iudicat, ipsa temeritas necesse est vt noceat. Et quia dæmonia quæ Christi præcepto à multis exibant, dolo atq; ignorãter clamabãt, Tu es filius dei. Dolo quia verbo laudabant, & facto contradicebant, & officiũ apostolicũ secũdũ Chr. vsurpabant, & ministerium Christi lingua fœda publicabant. Ignoranter: quia secũdum Bedam suspicabantur eum esse Christum, & ij. q. j. cap. super omnia. nullum iudices suspitionis arbitrio. ideo ipse Christus, increpans, non sinebat ea loqui.

De temerario iudicio.

Feria sexta post Dominicam tertiam quadragesimæ, Euangeliũ secundũm Ioannem quarto capit.

IN illo tempore, venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, [a] iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. [b] Erat autem ibi fons Iacob. [c] Iesus auté fatigatus ex itinere, [d] sedebat sic super fonté. [e] Hora auté erat quasi sexta, [f] venit mulier de Samaria haurire aquam. [g] dixit ei Iesus, Da mihi bibere. [h] Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, [i] vt cibos emerét [k] Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, [l] Quomodo tu Iudæus cũ sis, [m] bibere à me poscis, quę sum mulier Samaritana? [n] Non enim coũtuntur Iudæi Samaritanis. [o] Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, [p] & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, [q] tu forsitan [r] petiisses ab eo, [s] & dedisset tibi aquã viuã. [t] Dixit ei mulier, Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est. [v] Vnde ergo habes aquã viuã? [x] Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, [y] q dedit nobis puteũ, [z] & ipse ex eo bibit & filij eius, & pecora eius? [a] Respondit Iesus, & dixit ei, [b] Omnis qui bibit ex aqua hac, [c] sitiet iterum. [d] Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, [e] non sitiet in æternum. [f] Sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. [g] Dixit ad eum mulier, Domine da mihi hanc aquam, [h] vt non sitiam, neque veniã huc haurire. [i] Dixit ei Iesus, Vade voca virum tuum, [k] & veni huc. [l] Respondit mulier & dixit, Non habeo virum. [m] Dixit ei Iesus, [n] Bene dixisti, quia nõ habeo virum, [o] quinq; enim viros habuisti, [p] & hic quem habes non est tuus vir, [q] hoc verè dixisti. [r] Dixit ei mulier, [s] Domine video, [t] quia propheta es tu. [v] Patres nostri in monte hoc adorauerunt, [x] & vos [y] dicitis, [z] quia Ierosolymis est loc᷒ vbi adorare oportet. [a] Dixit ei Iesus, [b] Mulier crede mihi [c] quia venit hora, [d] quando neque in mõte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrẽ. [e] Vos adoratis quod nescitis, [f] nos adoramus quod scimus [g] quia salus ex Iudæis est. [h] Sed venit hora, & nunc est, [i] quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu [k] & veritate. [l] Nam & Pater tales quærit qui adorent eum. [m] Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. [n] Dixit ei mulier, Scio quia Messias venit, [o] qui dicitur Christus. [p] Cùm ergo venerit, ille nobis an-

Vt cibos emerent. Dominus Iesus in suo sacro modo viuendi in suo sancto collegio communi more viuebat nec humanitatis vires excedebat: ex amicis & à bonis viris pecunias pro modico victu sumebat aut pro eo discipulus q pro victu curam gerebat: hic facit textus cũ dicit, Discipuli enim eius abie. nam non tãta quod quicquam proprii faceret, sed pro necessitate habent: nam bona mũdi Christ᷒ possidere noluit, cũ Dominus esset, sed rerum visibilium vsum humanit᷒ habuit, sed non quicquã proprii sibi tenuit, vnde Christus de se ait in Euangel. Vulpes foueas habent, volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.

n...iabit omnia. Dixit ei Iesus, [q] Ego sum qui loquor tecū. Et continuò venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cū muliere loquebatur. [r] Nemo tamē dixit, [s] Quid quæris aut q̄d loqueris cum ea? [t] Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, [v] & dixit illis hominibus, [x] Venite & videte hominē, qui mihi dixit omnia quæcunq; feci. [y] Núquid ipse est Christus? [z] Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. [a] Intereà [b] rogabāt eum discipuli eius, dicentes, Rabbi māduca. [c] Ille autem dixit eis, [d] Ego cibū habeo manducare quē vos nescitis. [e] Dicebāt ergo discipuli eius adinuicē, Núquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Iesus, [f] Meus cibus est vt faciā voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. [g] Nōne vos dicitis, quòd adhuc quatuor mēses sunt, & messis venit. [h] Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem. [i] Et q̄ metit mercedē accipit, [k] & cōgregat fructū [l] in vitā æternā. [m] Vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. [n] In hoc enim est verbū verū, [o] quia alius est qui seminat [p] & alius est qui metit. [q] Ego misi vos metere, [r] quod vos nō laborastis. [s] Alij laborauerūt, & vos in labores eorū introistis. [t] Ex ciuitate autē illa [v] multi crediderūt in eū Samaritanorū propter verbū mulieris testimonium perhibētis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. [x] Cùm venissent ergo ad illū Samaritani, rogauerunt eū, vt ibi maneret. [y] Et māsit ibi duos dies, [z] & multo plures crediderūt in eum propter sermones eius. [a] Et mulieri dicebant, [b] Quia iam non propter tuam loquelam credimus. [c] Ipsi enim audiuimus, [d] & scimus, [e] quia hic est verè Saluator mundi.

POSTILLA.

IN illo tēpore, venit Iesus, &c. in hac lectione Euangelica determinat Ioā. de deriuatione effectus gratiæ quantum ad gentiles. Et quia Christi doctrina dupliciter deriuatiua est ad credentes, scilicet per eius doctrinam, & per miracula: vt habetur Mar. vlt. Sermonem confirmante sequentibus signis: ideo primò agitur hic de deriuatione eius per doctrinā secundò per miraculum: ibi, Post duos dies. Prima diuiditur in tres: quia primò ponitur doctrinæ Christi oportunitas. Secundò ipsius qualitas ibi, Venit mulier. Tertiò consequentis vtilitas: ibi, Reliquit ergo hydriā. Prima ostenditur ex eius accessu ibi, Venit ergo. Circa quod sciendū quòd Christo baptizato primò, & discipulis eius cō sequenter, vt patet ex dictis in hoc cap. Pharisæi cōmoti fuerunt contra eum inuidia: & ideo volens dare patiētiæ exemplum, inde recessit: & sic occasionem docendi gētiles habuit. Pharisæi enim ex inuidia persecuti sunt Ioannē & procurauerūt eum mitti in carcerem, propter quod dicitur Mat. xvij de Ioanne, Elias iam venit, & fecerunt in eum quęcunq; voluerunt. Eodem modo Christum persequebantur, & eius mortem tandem procurauerunt. Reliquit igitur Iudæam: quia persequebantur eius doctrinā, quanquā Iesus nō baptizaret tunc licet primò baptizasset, vt dictum est: sed discipuli eius. In hoc enim dedit Christus exēplum prælatis Ecclesię, cōmittēdi ea quę possunt fieri cō modè per inferiores: vt ipsi liberius possint in altioribus exerceri. Eodē modo dicitur de Apostolis relinquentibus Iudæā propter eorum incredulitatē. Act. xiij. cap. vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. [Venit Iesus, &c.] Hic ostenditur cōuenientia doctrinæ Christi, & oportunitas docendi ex accessu, &c. Pro intelligentia huius est aduertendum, q̄ Christus trāsiens de Iudęa in Galilæā erat transiturus per gentiles, qui in regno decem tribuum habitabāt: quia trāslati fuerant à rege Assyriorū illuc, captiuatis inde decē tribubus sicut habetur iiij. Reg. xvij. Conueniebant tamen cum Iudæis aliqualiter: quia cum primò fuerant translati in terram decem tribuum, Dominus misit leones eos deuorantes: & ideo rex Assyriorū habito consilio super hoc, misit vnum de sacerdotibus captiuis: qui doceret eos colere dominū. Veruntamen hi colebāt idola, vt ibidē dicitur: nec recipiebāt omnes libros veteris Testa. sed tantū v. lib. Moysi: & sic partim erant gentiles, & partim Iudæi. Christus autē veniens de Iudæa in Galilæā habebat trāsire per mediā Samariā. Erat ergo Samaria ciuitas gentilium. Vnde intelligendum est q̄ tota ista regio dicebatur Samaria à nomine ciuitatis metropolis, quę antiquitus dicebatur Samaria: quāuis enim tunc esset destructa tamen nomen remāserat in terra. Ponitur autē oportunitas docēdi ex accessu: quia accessit ad locum delectabilē, & quietū, & doctrinæ aptū: tum propter amœnitatē loci, tum propter bon-

Christus dedit exēplum prælatis.

tis ibidem existentis proprietatem,qui significat doctrinam Christi & gratiam secundùm quòd dicitur Isa. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris,&c. Et hoc est quod dicitur, [Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur Sichar]antiquitus dicebatur Sichen,vt habetur Gen.xxxij.In Euãgelio tria ostenduntur. Primò gratiosa occupatio in Christi fatigatione,in principio. Secundò virtuosa informatio in mulieris collatiõe:ibi, Venit mulier. Tertiò fructuosa determinatio in veritatis ostensione:ibi,Ego sum. a [Iuxta prædiũ quod dedit Iacob,&c.] Iacob enim veniens de Mesopotamia,emit agrum ab Emor principe ciuitatis Sichẽ : & ibi habitauit ad tempus iuxta vrbem, vt ibidem dicitur,sed propter raptum Dinæ filiæ suæ occisi sunt habitatores illius ciuitatis, à filiis Iacob, & sic cessit in possessionem eius, & illum locum dedit Iacob moriens filio suo Ioseph:vt habetur Gen.xlviij. b [Erat autẽ ibi fons Iacob.]i.puteus quem foderat quando ibi habitauit. c [Iesus autem fatigatus ex itinere.]Ex quo apparet veritas ex humanæ naturæ infirmitate. d [Sedebat sic super fontem.]propter loci aptitudinẽ ad quiescendum & docendum. e [Hora autem erat quasi sexta.] hoc dicitur ad ostendendũ causam fatigationis: quia per magnum tempus ambulauerat prędicãdo. f [Venit mulier de Sa.&c.]posita oportunitate docendi,hìc consequenter ponitur qualitas doctrinæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur in docendo cõueniens ingressus.secundò debitus processus,ibi,Respondit Iesus.Conueniens ingressus fuit per hoc quòd Christus petiit à muliere potum corporalem, volẽs sibi reddere potum spiritualem:quia modus instructionis humanæ est,quòd à sensibilibus ad intelligibilia deducatur : & hoc est quod subditur , Venit mulier de Samaria haurire aquam. Samaria hìc nõ est nomen ciuitatis:sed gentis vel regionis quia illa mulier erat de ciuitate Sichen quæ non erat metropolis Samaritanorum,vt dicit Iosephus xj.lib.Antiquit. Samaria enim erat destructa & reædificata , mutato tamẽ nomine eius, quia tunc Sebaste dicebatur, vt habetur xiij. lib. Antiquit. g [Dixit ei Iesus, Da mihi bibere.]Causa quare petiit à muliere subditur. h [Discipuli eius abierunt in ciuitatem.] ideo non fuerunt præsentes ad dandum sibi potum. i [Vt cibos emerent.] quia super fontem comedere volebant sicut pauperes:nec ad magna hospitia in villã declinabant. k [Dixit ergo ei illa mulier Sama. Quomodo tu Iudęus cùm sis]. Cognouit enim per habitu quẽ ipse portabat,eum esse Iudæum:quia sicut erãt distincti ab aliis in cultu Dei & in corporali circuncisione,ita etiam in veste : propter quod Num.xv. præcipitur, quòd haberent fimbrias per angulos palliorum. m [Bibere à me poscis, &c.]De hoc etiam mirabatur,cuius causa subditur. n [Nõ enim coü.untur Iudęi Samarita.]

Quomodo mulier cognouit Christum esse Iudęũ

licet enim esset Iudæis præceptũ, ne iungerent fœdus & amicitias cum aliis nationibus:tamẽ specialiter abominabantur Samaritanos: tum quia terram eorum pro parte occupauerant, tum quia multas molestias eis fecerant in reædificatione templi & ciuitatis: vt patet Esd.j.c. o [Respondit Iesus.] Hic cõsequenter ponitur debitus processus in docendo: quia primò docet Christus verbis:secundò signis,ibi,Dixit ei Iesus,Vade.Prima in duas:quia primò proponit intentũ.Secundò remouet mulieris falsum intellectum: ibi, Respondit Iesus.Habita eius occasione loquẽdi de aqua spirituali ex verbis mulieris , [Respondit Iesus & dixit ei,Si scires donum Dei.]i.gratiã spiritussancti : in quo dona alia donantur. p [Et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere.]quia potẽs est & paratus gratiam spiritussancti dare omnibus petẽtibus eã fideliter & deuotẽ. q [Tu forsitan] hoc dicit propter liberi arbitrij vertibilitatẽ. r [Petisses ab eo.]quia gratia nõ datur adultis de cõmuni lege,sine motu proprio in Deum. s [Et dedisset tibi aquam viuã]i.spiritussancti gratiã,quæ ab æstu concupiscentiæ refrigerat,& per deuotionem humectat.Dicitur ergo aqua viua,ad similitudinem aquæ in corporibus : vbi dicuntur aquæ viuæ quæ cõtinuantur principio suæ scaturiginis. Aquæ autem mortuæ dicuntur illæ, quæ sunt collectæ in lacubus & cisternis.Gratia autem spiritussancti cum ipso continuatur: quia gratia nõest in anima,nisi spiritussanctus speciali modo habitet in ipsa , & quia mulier erat assueta corporalibus : intellexit verbum Christi de aqua corporali:ideo sequitur, t [Dixit ei mulier , Domine neque in quo hau. habes, & puteus altus est.] q.d. Non potes mihi dare aquam viuam de isto puteo, quia nõ habes instrumentum ad hauriendum , & puteus est ita profundus quòd non possis attingere manu. v [Vnde ergo habes aquã viuã.] quasi diceret, Nõ potes mihi dare,nisi faceres hoc miraculosè : quod non videtur,quia tunc tu esses maior patriarcha Iacob quod non videtur. Et hoc est quod dicitur, x [Nũquid tu maior es patre nostro Iacob]qui fuit cõtentus aqua huius putei? ideo sequitur, y [Qui dedit nobis puteum.]inquantum fodit ipsum,vt prædictum est : quod non fecisset si aquam viuam pro voluntate sua aliunde habere potuisset. z [Et ipse ex eo bibit, & filij eius& pecora eius.] a [Respõ.Iesus.]Hic remouet falsum intellectum huius mulieris, ostendens quòd non loquebatur de aqua materiali , sed spirituali : & hoc est quod dicitur. b [Respon. Iesus & di. ei. Omnis qui bibit ex aqua hac]s.materiali de qua tu intelligis. c [Sitiet iterum] quia non sedat sitim nisi ad tempus. d [Qui autẽ biberit ex aqua quam ego da. ei]i.gratia spiritussancti. e [Non sitiet in æternum.] Sed cõtra hoc videtur illud Eccl.xxviij. Qui bibunt me adhuc sitient, vbi loquitur de aqua sapientiæ. dicendũ ꝙ sitis vno modo acci

Gratia aliquando accipitur p amore : & sic capitur in 1.q.cap. cũ nimo. a liquãdo p concessione beneficij,seu alicuius indulgẽtiæ, & autoritate : sicut cle.gratiæ de rescrip. aliquando accipitur pro dono spiritussã-cti. l. q. j. gratia. & in cle.l. de magistris in glo.& p magistrũ Senten.ii.

De qua aqua intelligitur.

pitur pro desyderio alterius rei non habitæ: & sic omnis res téporalis adepta magis generat sitim quam tollat: quia cupiditaté augmentat. Similiter aqua corporalis: quia non habet effectũ nisi ad tempus, oportet ꝙ iterum alia aqua numero sumatur ad sedandũ sitim, & sic fit interruptio. Alio modo accipitur sitis pro desyderio eiusdé rei habitæ, ad habendam eam perfectius: & sic habétes Deum per gratiam sitiunt habere ipsum per gloriam: & hoc modo loquitur authoritas Eccle. præallegata. Tertio modo accipitur sitis pro exclusione fastidij à delectatione debita: & sic dicuntur beati Deum sitire. Cum ergo dicitur hic: Non sitiet in æternũ, intelligitur de siti primo modo dicta: quia habẽs gratiã Dei, habet Deum: & ideo non desyderat aliquid quod nõ habet: sed desyderat id quod debet habere perfectius: ideo sequitur. f [Sed aqua, &c. fons aquæ salientis in vitam æternã] quia per gratiã spiritussanctus inhabitat mentem, qui est origo gratiæ facientis hominẽ salire in vitam æternã. Naturale est enim ꝙ aqua tantum ascendere potest quãtum descendit: & ideo sicut aqua gratiæ, à Deo in nos deriuatur: ita per ipsam animam à Deo eleuatur: quia per ipsam consors diuinæ naturæ efficitur: vt dicitur. ij. Pet. j. magna & pretiosa donauit vobis: vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. g [Dixit ad eũ mulier, Domine da mihi hanc aquã] quãuis enim ad plenum non intelligeret verba Christi, tamen audiẽs huius aquę bonitaté, petiit eam, & subdit causam. h [Vt non sitiam neque veniã, &c.] i. vt liberer à sitis ardore, & à labore veniendi huc, hauriendi, & deportandi. i [Dixit ei Iesus] quia adhuc non poterat capere hæc mulier verba Christi: ideo consequẽter procedit ad signa. Et diuiditur in duas, quia primò instruit eam per reuelationẽ secreti secundò per solutionẽm dubij: ibi, Dixit ei mulier. Secretũ autẽ istud erat, qui. mulier adulterum tenebat, qui tamẽ ab omnibus hominibus loci illius credebatur esse maritus eius: & ideo per hoc ꝙ Christus hoc secretum mulieri dixit, ostendit se scire peccata occulta: & hoc est quod dicitur, Dixit ei Iesus [Vade & voca virũ tuum] s. putatiuum. k [Et veni huc] hoc nõ dixit Iesus ad hoc: vt illa mulier eũ adduceret ad se, sed vt responsione eius cõuenientius ipsam argueret, secretũ reuelãdo. Vnde sequitur. l [Respondit ei mulier & dixit, non habeo virum, s. legitimũ. m [Dixit ei Iesus exponendo eius dictum. n [Verũ dixisti quia nõ habeo virũ] & subditur. o [Quinque enim viros habuisti] s. legitimos. p [Et hic quem habes nõ est tuus vir] secundùm veritatẽ, ideo sequitur. q [Hoc verè dixisti.] q. d. Illud quod aliàs finxisti eum esse virum tuum, mendaciũ est. r [Dixit ei mulier] Hic consequẽter instruit eam per solutionem dubij. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur ipsius Iesu instructio. Secũdò mulieris respõsio: ibi, Et dixit ei mulier:

Duplex est gratia Dei vna dicitur gratis data, & est bonum additum naturalibus nostris: alia gratũ faciens de C[?]uasio in Sũma.

Scio quia. Circa primã partem sciẽdum, quòd mulier percepit eum esse prophetã: & hoc quia eius secretum cognouerat: ideo cõuertit se ad interrogandum eum de quodam dubio quod inter Iudæos & Samaritanos vertebatur. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur mulieris interrogatio. Secundò Christi respõsio, ibi, Dixit ei Iesus. Circa primum sciendum quòd Iudæi reuertentes de captiuitate Babylonica noluerunt Samaritanos associari sibi in ædificatione tẽpli: vt habetur Esd. iiij. c. Et ideo fecerunt sibi locum adorationis diuinæ, in monte Garizim: vt dicunt aliqui. Iosephus autem assignat aliã rationem dicens quòd quidã Iudęus nomine Manasses accepit filiam principis Samaritanorum: & quia apud Iudæos summum sacerdotium erat valdè honorificum: rogauit socerum suum, vt faceret sibi tẽplum in Garizim, vt ibi sacerdotio fungeretur: vt habetur xj. Antiqu. lib. Samaritani ergo dicebant, quia locus iste magis erat cõueniẽs orationi, quàm templum Ierosolymitanum: Iudæi autem contrarium dicebant: & erant rationes in vtranq; partẽ, & ideo mulier voluit audire à Iesu circa hoc suam sententiam Et hoc est quod dicitur. s [Dixit ei mulier, Domine video] per effectũ, s. per reuelationem secreti. t [Quia propheta es tu] instrue ergo me de loco oratiõis debitæ. Et arguit ꝙ locus Garizim sit cõueniẽtior, per hoc quod antiqui patres veteris Testamẽti ibi adorauerunt, quia filij Israel ingrediẽdo terrã promissionis in loco illo benedixerunt Deũ, vt habetur Deu. xxvij. Similiter Iacob patriarcha & filij eius, prope illũ locũ manserunt, vt suprà dictũ est, & ideo in illo loco orationes & sacrificia fecerũt, quia ante ædificationem tẽpli Iudæi in mõtibus adorabãt & sacrificabãt, vt patet de Abrahã Gen. xxix. & Salomõ iij. Reg. iij. & in aliis multis, & ideo probabile est ꝙ Iacob & filij eius in monte Garizim adorauerunt. Et hoc est quod dicitur. v [Patres nostri, &c.] vocabãt enim Samaritani patres veteris testamẽti patres suos, quia receperunt libros Moysi, & in parte erãt Iudæi, vt dictũ est. x [Et vos] s. Iudęi y [Dicitis] ecõtrariò. z [Quia Ierosolymis &c.] q. d. Nõ videtur cõueniẽs illud quod dicitur ratiõe prædicta. Sciẽdũ tamẽ, ꝙ locus cõueniẽtior erat in Ierusalẽ, quia erat à Deo electꝰ vt esset locus adorationis & sacrificij, vt habetur ij. Paral. vj. a [Dixit ei Iesus.] Hic ponitur Christi respõsio. Mulier enim deuotè petierat eũ: quia cognosceẽs eum prophetã, nõ cõuertit se ad quærendũ de curiositatibus, vt de euentu futurorũ & cõsimilibus, sed de modo vel loco colendi Deũ, ideo instruit eam dicens. b [Mulier crede mi.] quia addiscẽtem oportet credere. Hebr. ix. & Isa. ix. Nisi credideritis nõ intelligetis, secũdùm translationẽ lxx. Int. c [Quia veniet hora] id est tempus publicationis Euangelij. d [Quando neque in monte hoc, neque in Ierosoly. adorab. patrem] quia cultus gen-

Qui vocabantur Samaritani.

tilium tunc cessabit: quoniam templum diuina dispositione destructum est xlij.anno post passionem Christi; vt sic deuoti populi currerent ad Christum, & ex gentilibus, & ex Iudæis, fieret populus Christianus, subtracto eo quod impediebat hanc conuentionem ex vtraque parte, quia idololatria gentilium erat abominabilis Iudæis, & onus ceremoniarum legalium erat importabile gentilibus, & ideo per Christum vtrumque est amotum per publicationem Euangelij, ideo ex Iudæis & gentilibus factus est vnus populus Christianus. Et sic patet quòd Christus eam instruxit de vero cultu diuino in proximo futuro, quia idololatria gentilium, & ceremoniæ Iudæorum, conuertendæ erant in spiritualem nouæ legis cultum diuinum. Veruntamen, quia ante publicationem Euangelij cultus Iudæorum erat licitus & bonus, non sic autem cultus gentilium, ideo subdit Saluator, e [Vos adoratis quod nescitis] attribuere enim Deo illud, quod sibi non conuenit, vt quòd sit corporeus, vel aliquid huiusmodi, est Christũ nescire. Hoc autem faciebant gẽtiles, & maximè isti Samaritani. Iudæi verò habebant verã cognitionem de Deo vt dicitur Psal.lxxv. Notus in Iudæa Deus & in Israel magnum nomen eius. Ideo sequitur. f [Nos adoramus quod scim.] quia vera cognitio Dei per legẽ & prophetas erat concessa populo Iudaico, sicut & alia beneficia spiritualia & diuina, propter hoc quòd Christus erat nasciturus ex eis, ideo subditur. g [Quia salus ex Iudæis

De cultu ceremoniali. est.] id est saluator ex eis expectatur. Et quia per ipsum saluatorem cultus ceremonialis legis conuertendus erat in specialem ritum no-

Quo tempore incepit publicatio Euangelii. uæ legis, vt dictum est, ideo sequitur. h [Sed venit hora & nunc est,] quia à tempore prædicationis Christi incepit publicatio Euang. per quã introductus est verus & perfectus diuinus cultus, vnde sequitur. i [Quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu.] per hoc excluduntur figurales ceremoniæ legis. k [Et veritate.] Per hoc excluditur falsitas, quæ erat in cultu gentilium, quia vtrumque amotum est per Christum. Et quod talis cultus nouæ legis sit Deo acceptus ostenditur diuina acceptione, cùm subditur. l [Nam pater tales quærit qui adorent eum.] ex assimilatione ad eum, qui est spiritualis natura, & ideo ei magis conformamur per spiritualia quàm per corporalia, & hoc est quod dicitur. m [Spiritus est Deus, & eos qui adorãt eum in spiritu & veritate oportet adorare] quia oratio est ascensus mentis in Deum, & ideo requirit conformitatẽ ad ipsum secundùm quòd est possibile. n [Dixit ei mulier] Hic ponitur mulieris responsio. Erat enim opinio non solum apud Iudæos sed etiã apud Samaritanos, ꝙ in aduentu Messiæ instruerentur perfectè de omnibus pertinentibus ad salutem: & ideo mulier ad plenum non capiens verba Christi, dicit se & alios tempore Messiæ de his ad plenum instrui. Et hoc est ꝙ dicitur, (Dixit ei mulier: scio qa messias venit) i. in proximo venturus est: sicut enim dictũ est Samaritani receperũt quinq; libros Moysi, & Ge.xlix. datur signũ aduentus Christi, i. trãslatio regni Iudęorũ cum dicitur, Non auferetur sce. de Iuda: & dux de femore eius, donec veniat qui mittẽdus est. Ipsi autẽ videbant hoc cõpletum tempore Herodis regis sub quo natus est Christus, & ideo apud eos erat fama cõis ꝙ Christus erat de proximo vẽturus, & ideo sic loquebatur mulier, qa fama cõmuni audierat. o [Qui dicitur Christus.] i. vnctus, qa Christus expe- Quare Christus dicitur vnctus.
ctabatur & sacerdos, & vtrumq; officium per vnctionem accipiebatur. p [Cũ ergo venerit ille nobis annunciabit oĩa.] ad salutem necessaria quæ nunc sunt occulta. Ergo Iesus videns eius deuotionem conuenienter ei se reuelat dicens, q [Ego sum qui loquor te.] q. d. Modò est tempus veritatis reuelãdæ. r [Et cõtinuò.] Hic ponitur fructus consequens ex doctrina Christi: quia hæc mulier edocta à Christo statim iuit in ciuitatẽ & adduxit ad Iesum populi multitudinẽ ad credendũ paratã. Diuiditur ergo in duas partes, quia primò ponitur mulieris recessus. Secundò ex hoc sequẽs populi accessus, ibi, Exierunt. Recessit igitur mulier à Christo: quia cessauit loqui cum eo, veniẽtibus discipulis de ciuitate. Et hoc est quod dicitur. [Et continuò venerunt discipuli eius, & mi. quia cum mulie. loqueba.] nõ propter suspitionẽ aliquã: sed mirum erat ꝙ tantus doctor alloquebatur vnam solã mulierẽ pauperculã & gentilẽ: quia videbatur eis parua aut nulla vtilitas cùm ta- Vtilitas locutionis.
men esset magna: vt patebit ex sequentibus. s [Nemo tamen dicit, Quid quæris, &c.] scientes quòd eius locutio cum muliere nõ fuit inutilis & vacua, quamuis hoc non viderẽt. Quod patet ex sequenti effectu: quia mulier edocta à Christo ex feruore denunciãdi quod audierat, t [Reliquit ergo hydriã suam mulier, & abiit in ciuitatem] quia oblita aqua necessaria ad vitam corporalem, currit ad denunciãdum aquã sapientiæ, quæ est necessaria ad vitam spiritualem. vnde sequitur, v [Et dixit illis hominib⁹.] i. omnibus existentibus in ciuitate. x [Venite & videte hominem, &c.] Ex quo patet eius deuotio: quia non veretur fateri turpitudinem suã, vt eos adducat ad Christi prædicationem. y [Nunquid ipse est Christus] q. d. videtur per effectum. z [Exierunt ergo] Hic consequẽter ponitur populi accessus ad Christũ. Et diuidi- Accessus populi ad Christum
tur in tres partes: quia primò Euangelista incipit describere hunc accessum. Secũdò interponit instructionẽ discipulorum: ibi, Interea. Tertiò reuertitur ad propositum: ibi, Ex ciuitate autẽ. Circa primũ sciendum quòd Samaritani erant in suspenso de aduentu Christi de proximo. Tum propter impletionem temporis, vt dictum est. Tum propter prędicationem Ioannis prædicãtis Christi aduẽtum de proximo: cuius

prædicatio tunc erat famosa: ideo facilius crediderunt verbo mulieris. Et hoc est quod dicitur, Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum. a [Interea.] Hic ponitur discipulorum informatio: quia Christus videbat multitudinē gentium dispositam ad credendum: ideo volebat excitare discipulos ad prædicandum. Excitat autem eos dupliciter. Primò propter salutem proximi. Secundò propter remunerationem præmij: ibi, Et qui metit. Circa primum ostendit Christus quòd homo debet esse magis sollicitus de salute spirituali sui proximi quam de sua necessitate corporali: quia cùm esset tempus comedendi voluit tamen differre vt intenderet prædicationi: dans exemplum aliis similiter faciendi: & hoc est quod dicitur. [Interea.] i. antequā peruenissent Samaritani ad eum. b [Rogabant eum discipuli eius dicentes, Rabbi manduca.] quia iam erat hora sexta, vt prædictum est, & erat supra fontem vbi erat locus aptus ad comedendum. c [Ille autem dixit eis.] habita occasione ex cibo corporali. Et incipit loqui de cibo spirituali, s. de conuersione Samaritanorum qui per eius prędicationem sunt ei incorporati: vnde subditur. d [Ego cibum habeo manducare quem nescitis.] q.d. Alius cibus plus me delectat. e [Dicebant ergo discipuli eius adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare?] Intellexerunt enim verbum istud de cibo corporali: & sciebant quòd nihil portauerat in via comestibile: ideo quærebāt si habebat aliunde. Ideo Christus exponit se dicens. f [Meus cibus est vt faciam volūtatem eius qui misit me; vt perficiam opus eius.] in gentilium conuersione: quia secundùm quod dicitur, j. Timot. ij. Vult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem veritatis eius venire. Et quòd instat tempus hoc faciendi dicens, g [Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt.] quasi dicat Tempus messis corporalis adhuc distat per quatuor menses: tamen tempus messis spiritualis iam instat. Dicitur autem messis collectio frugum: & ad similitudinem huiusmodi messis spiritualiter, dicitur vocatio hominum ad fidem, per quam congregantur in domini horreum. Vnde sequitur, h [Ecce dico vobis, leuate oculos vestros & vi. &c.] Hoc dicebat propter Samaritanos venientes ad ipsum dispositos ad credendum. i [Et qui metit.] Hortatur discipulos ad opus prædicationis, ex merito sequentis præmij. Sicut enim Samaritani iam erant dispositi ad credendum per prædicationem Christi, sic etiam Christus videbat multitudinem gentium per totum mundum citò congregandam in horreum Ecclesiæ per prædicationem Apostolorum: ex qua prædicatione meruerunt præmium vitæ æternæ: & hoc est quod dicitur. [Et qui metit mercedem accipit.] in præsenti enim vita prima messis est per quam homines adducuntur ad fidem: & in hac messe messores fuerunt apostoli. Vltima verò messis erit in iudicio, quando fideles colligentur intra horreum gloriæ: quia tunc messores erunt angeli vt habetur Matt. xiij. c. & ideo sequitur, k [Et congregat fructum] i. multitudinē fidelium reponendā. l [In vitam æternam.] quia peracto iudicio, reponuntur in horreo gloriæ per ministerium angelorum vt dictum est. Et quia locutus est de messe spirituali per similitudinem messis corporalis: ideo ostendit in quo est simile, & in quo est dissimile. Ad cuius intellectum sciendum, quòd apud Iudæos erat prouerbium, de hoc quod quando laborabat aliquis multum in re aliqua: & alius reportabat fructum, dicebatur prouerbialiter, Vnus seminat, alius metit: quasi dicat, Vnus laborat, alius colligit: & sic aliquando contingit de messe corporali, quæ aliquádo ab vno seminatur, & ab eius hoste irruente colligitur. De messe verò spirituali sic est quòd alij seminauerunt & alij messuerunt, quia Patriarchæ & Prophetę antiqui seminauerunt prima semina fidei: sed Apostoli messuerunt inquantùm populum ad perfectionem fidei reduxerunt: veruntamen vtrique reportant gaudium, quia tam Prophetæ antiqui quàm Apostoli propter meritū laboris sui recepti sunt ad cæleste gaudium. Et in hoc tenet prouerbium de messe corporali, de qua non gaudet seminans, si ab alio metatur. Et hoc est quod dicitur. m [Vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit] s. prophetæ & Apostoli. n [In hoc enim est verb. verum] i. prouerbium commune pro tanto habet locū in proposito. o [Quia alius est qui seminat] s. patriarchæ & prophetæ. p [Et alius est qui metit.] s. Apostoli. Ideo sequitur. q [Ego misi vos metere] i. ad perfectionem fidei perducere. r [Quod vos non laborastis] prophetæ enim & patriarchæ multū laborauerunt in denunciando aduentum Christi & arguendo infidelitatē populi: & ideo sequitur. s [Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis,] quia prophetias ab aliis prænunciatas completas prædicabitis. t [Ex ciuitate] Suprà Euangelista inchoauerat accessum Samaritanorū ad Christum, sed interposuit informationem discipulorum: ideo hîc reuertitur ad propositū, ostendens quòd eorū accessus fuit valde vtilis, quia per veram fidem cōuersi sunt ad Deum. Et hoc est quod dicitur, Ex ciuitate autem, illa quæ dicitur Sichar, vel Sichē, vt dictum est. v [Multi credi. in eum Sama. propter verbum mulie. testi. perhibentis, &c.] Istud testimonium videbatur efficax ex duobus: quia primò dicebat contra honorem suum ex zelo veritatis: secundò quia ostendebat eum scire talia, quæ non poterant sciri via humana. Veruntamen, quia hoc testimonium non fuit nisi quædam persuasio ad credendum: quia perfectio fidei ipsorum facta est per Christum: ideo sequitur. x [Cùm venissent ergo ad illum] quia accepta fide per eius

Xp̄s priùs incipit loqui de cibo spirituali quando ei locuti sunt de cibo corporali.

Propter quos Christus dicebat, Leuate oculos.

De messe spirituali.

eius doctrinam desyderabant informari amplius ad suam confirmationem. y [Et mansit ibi duos dies] acquiescens petitioni eorum, quæ erat honesta & deuota. z [Et multò plures crediderunt in eum] quã à principio. a [Et mulieri dicebant, Quia non propter tuam loquelam credimus:] quia licet ex doctrina alicuius aliquis inducatur ad credendum, tamen fides nititur diuinæ veritati secundùm se. Ideo sequitur, b [Ipsi enim audiuimus &c.] ab ipso qui est Deus & homo à nobis quærendo. c [Et scimus] firmiter credendo: quia in fide maior est certitudo adhærentiæ quàm in scientia: quamuis non sit tam certa certitudo euidentiæ. Et quia non sufficit corde credere, sed oportet ore confiteri fidem, secundùm quòd dicitur ad Rom. x. cap. ideo fidem suam confitentur dicendo, d [Quia hic est verè Saluator mũdi.] In quo tria confitentur de Christo, s. eius eminentiam singularem, cùm dicitur, Hic est, efficaciam salutarem, cùm dicitur verè Saluator. Influentiam generalem, ibi, Mundi, &c.

EXPOSITIO MORALIS.

IEsus autem fatigatus ex itinere &c. Ista fatigatio fuit signum passionis Christi futuræ tali hora. f [Venit mulier de Samaria hauri. aquam.] Per quam mulierem quæ gentilis erat, potest intelligi vniuersitas studentium in doctrina gentilium e [Dixit ei Iesus, Da mihi bibere.] Per quod significabatur, quòd intendebat aliquos peritos in doctrina gentilium sibi incorporare per fidem. s. Diony. August. & Ambros. l [Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis.] Hoc admiratiuè dicitur: quia quando tales sicut Diony. & cæteri ad fidem conuertebantur, alij de gentilitate mirabantur, o [Respondit Iesus & dixit ei, Si sciret donum Dei] ac si dicat, ô tu gentilitas, si scires Dei gratiam tibi concedendam, tu non mirareris: sed eam peteres precibus deuotis: & hæc gentilitatis ignorantia magis designatur, cùm subditur. y [Vnde ergo habes aquam viuam.] quia gentilitas ignorabat Christi potentiam. b [Omnis qui bibit ex aqua hac] id est gentilium doctrina. c [Sitiet iterum] Nam Philosophi de fœlicitate loquentes, non attigerunt ad aliquod, quod esset humani desyderij quietatiuũ quod tamen est de ratione fœlicitatis. Illi verò qui magis appropinquauerunt veritati posuerunt fœlicitatem hominis in speculatione primæ causæ, quæ tamen speculatio est per creaturas, de qua certum est per experientiam quòd hominis desyderium non quietat. d [Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet, &c.] quia doctrina Euangelica fœlicitatem perfectam quæ consistit in visione Dei ostendit, gratia quæ datur credentibus Euangelio ad illam perducit, ideo sequitur. f [Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dixit ad eum mul. Domine da mihi hanc aquam &c.] Nam gentilitas audita prædicatione Apostolorum aliorumque discipulorum deuotè recepit fidem Christi. t [Dixit ei Iesus, Vade voca virum tuum.] per quem significatur intellectus, qui ad capiendum Christi doctrinam est applicandus. s [Domine video quia propheta es tu. Patres nostri &c.] Per hoc enim quòd hæc mulier quæsiuit à Christo debitum adorationis modum, significatur quòd gentiles vnius veri Dei cultum receperunt, & idololatriam abiecerunt. r [Et continuò venerunt discipuli eius & mirabantur quòd cum muliere loquebatur.] per hoc significata fuit admiratio Iudæorum in conuersione gentilium, sicut habetur Act. x. c. quòd qui Iudæi erant cum Petro fuerunt admirati quando viderunt gratiam spiritussancti dari Cornelio, & aliis gentilibus existentibus cum eo. t [Reliquit ergo hydriã suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dixit illis hominibus, Venite &c.] Per quod signatur quòd multi doctores gentilium reliquerunt doctrinam consuetam, propter Euangelium, & discurrerunt ad docendum alios, & fecerunt fructum magnum. Quod significatur per hoc quòd dicitur. z [Exierunt ergo in ciuitatem & veniebant ad eum.] Iesum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes, a [Rabbi mandu. &c.] per hoc autem quòd distulit refectionem corporis accipere, quamuis iam esset hora sexta, & ipse etiam esset fatigatus ex itinere, volens prius intendere conuersioni Samaritanorum, ostendit, verbo & facto quantum prædicator Euangelij debet esse sollicitus de salute hominum, & postponere omne aliud negotiũ. t [Ex ciuitate autem multi crediderunt, &c.] qui licet excitati fuerint per mulieris verbum: tamen magis crediderunt per Christum: ideo sequitur. v [Quia non iam propter tuam lo. credi. &c.] per quod signatur, quòd licet doctrina philosophica fidei nostræ sit in pluribus accommodata: tamen non credimus propter illam: sed propter sacram scripturam & potissimè propter Christi doctrinam.

Opiniones Philosophorũ de fœlicitate loquẽtiũ.

Quid per virum significatur

QVAESTIO I.

IEsus autem fatigatus ex itinere sedebat super fontem. Ioan. iiij. Super quibus verbis oritur quæstio, Vtrum otiositas sit peccatum: vel quando sit licita? Ad quod breuiter respondetur ex intentione doctoris irrefragabilis Alexan. de Halis, & secundùm Astensa. lib. ij. tit. xx. art. ij. ꝙ otiositas multipliciter dici potest. Vno modo dicitur otiositas vel otium secundũ Greg. quòd caret ratione iustæ necessitatis, vel intuitione pietatis: & sic est peccatum vel dispositio ad ipsum: iuxta quem sensum domi-

Quæstio de otiositate.

nus Matth. xij. cap. ait, De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddēt rationem in die iudicij. Alio quidem modo dicitur otiositas ab his quæ sunt propriè actiuæ vitæ vacare, secundùm illud quod Luc. x. c. scribitur, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quod otium dicitur contemplationis, & appellatur bonum quod fit de iusta causa. Tertio modo dicitur otiositas indifferens, secundum quod vacare his quæ propriè sunt actiuæ vitæ fieri potest, bono vel malo fine. Quando verò malo fine fit, & est improba voluntas quiescendi ab opere iustæ necessitatis, vel piæ vtilitatis, peccatum est. Et si est infra Deum, veniale, tenetur. Si autem à domino proportionetur, & sibi ex otio derogatur vel contra debitam charitatem proximi prælia. tur, est peccatum mortale: quæ quidem otiositas acedia dici potest, ad quam expellendam scripturæ exempla nos prouocant. Vnde Hier. ad Rusticum monachū inquit, Facito aliquid operis, vt semper te Diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habētes potestatem de Euangelio viuere, loborabant manibus suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebāt refrigeria, pro quorum spiritualibus debebant metere temporalia cur tu in vsus tuos successura non præpares? Vel fiscellam texe iunco: vel canistrum lentis plecte viminibus. Setatur humus, areolæ æquo limite diuidantur. In quibus cùm olerum iactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, ducantur irriguæ aquæ, vt pulcherrimorum versuum expectator assistas. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur. Saxa ciet, scatebrísque arentia tempetat arua. Inserantur fructuosæ arbores vel gēmis, vel surculis post paruo tēpore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabrica aluearia ad quas mittunt te Salomonis prouerbia. Et monasteriorum ordinē & regiam disciplinam, in paruis disce corporibus. Texātur retia piscibus. Scribantur vel libri, vt manus operetur cibo, & animus lectione saturetur. In desyderiis omnis otiosus. Ægyptiorum monasteria hunc morē tenent, vt nullum absq; operis labore suscipiant, non tā propter victus necessaria, quàm propter animæ salutē: ne vagæ perniciosis cogitationibus mentis, & instar fornicatricis Ierusalē omni transeunti diuaricet pedes suos. Hæc ille. Dominus quoque ac saluator noster vsque ad sextam fatigatus horam, licet sedeat super fontem tamē intendit Samaritanæ saluti.

Otiositas est cùm qs quiete necessaria sua corpo ra accepta vacat ab aliquo opere spūali vel corpo rali. de Clauasio in sua Sum.

Sabbato post Dominic. iij. xl. Euang. secundum Ioannem viij. cap.

IN illo tempore, [a] perrexit Iesus in mōtem Oliueti, [b] & diluculo iterum venit in tēplum. [c] Et omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. [d] Adducunt autem Scribæ, [e] & Pharisæi [f] mulierem in † adulterio deprehensam, & statuerūt eam in medio, & dixerūt ei, [g] Magister, hæc mulier [h] modò deprehensa est in adulterio: [i] in lege autem, Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. [k] Tu ergo quid dicis? [l] Hoc autē dicebant, tentantes eum, [m] vt possent accusare eum. [n] Iesus autem inclināns se seorsum, digito scribebat in terra. [o] Cùm autem perseuerarent, interrogantes eū, erexit, [p] & dixit eis, Qui sine peccato est vestrū, primus in illam, lapidem mittat. [q] Et iterū se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, [r] vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, [s] & remansit solus Iesus & mulier in medio stans, [t] Erigens autem se Iesus dixit, [v] Mulier vbi sunt qui te accusabant [x]? Nemo te condemnauit? Quæ dixit ei, [y] Nemo domine. [z] Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemnabo. [a] Vade, [b] & iam amplius noli peccare.

† In adulterio deprehensam. Adulteriū est scelus & peccatū ac sacrilegium multum Deo odiosum & humanis perniciosum: nā que omnes lex adulterium damnat, isto nāque impio scelere multa regna, multæque vrbes præmunitæ perierunt, & plures viri fortes occubuerunt & quāuis in lege Moysi, & humana hoc peccatum veniā non meretur, tamen in lege gratiæ nunc omni pœnitenti venia datur qui pœnitentiā egerit, vt de pœn. dist. ii. ca. talis mihi crede, talis est erga hominem pietas Dei & talis nū quā spernit pœnitentium.

POSTILLA.

IN illo tempore, perrexit Iesus, &c. In hac lectione Euangelica ostendit Ioannes Euangelista doctrinā Christi Iesu inquantum est illuminatiuæ virtutis per Christum docentem. Et diuiditur in duas. Quia primò ponitur doctrina veritatis. Secundò confutatio falsitatis: ibi, Adducūt autem. Circa primum sciendum, quòd debitus modus docendi veritatem fidei, est primò haurire in oratione, & postea effundere populo in prædicatione. Et ideo Christus volens dare exemplum prædicatoribus Ecclesiæ, aliquando ante prædicationem sequestrabat se in oratione. Et hoc est quod dicitur. a [Perrexit Iesus in montem Oliueti &c.] causa orandi, quia domus Marthæ in qua hospitabatur erat prope montem illum. b [Et diluculo iterum venit in templum:] ad ostendendum in eo zelum animarum. c [Et omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.] de salute animarum. Quid autem tunc dixerit prætermittit Euāgelista: quia principaliter intendebat describere illa, ex quibus eius Deitas manifestabatur: ex quibus dissensio Iudæorum cōtra eum oriebatur. d [Adducunt autem] Hic

consequenter ponitur confutatio falsitatis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur Iudæorum maligna interrogatio. Secūdò subiungitur Christi benigna responsio: ibi, Iesus autem inclinans. In prima ergo parte dicitur. [Adducunt autem scribæ] i. illi qui habebant notitiam scripturarum. e[Et Pharisæi] i. qui vi debantur præ aliis religiosi. f[Mulierem in adulterio deprehensam.] Si quęratur quare non adduxerunt adulterum eius, cùm secundùm le gem erat eadem pœna plectendus? Potest dici, quòd per hoc voluerunt ponere suspitionem in corde populi, quòd fuisset aliquis discipulorum eius: & ideo non adduxissent eum, ad eius iudicium. Vel forte adulter erat diues, & ideo pro pretio ipsum liberauerunt. Proponunt ergo quęstionem cornutam, quia respon sio ad quemlibet partem videbatur esse cōtra Christum. vnde dicunt, g[Magister, hæc mu.] in quo allegant pręsentiam personæ, & præsentiam facti: cum subditur. h[Modò deprehensa est in adulterio.] Et arguunt grauitatem crimi nis, ex grauitate pœnę, per legem inflictę, cùm dicunt, i[In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapi.] Leui. xx. k[Tu ergo quid dicis?] Et subditur causa quæstionis. l[Hoc autem dicebant tentantes eum.] ad capiendum ipsum ex responsione. m[Vt possent accusare eum.] Videbant tamen tantam eius mansuetudinem & misericordiam, quòd probabiliter credebant, eum iudicare ipsam dimittendam: & sic accusaretur ab eis, vt transgressor legis, propter quod reduxerant legē ad memoriam, ne posset excusari per legis obliuionem. Si autem econtrariò diceret eam lapidandam, videretur dicere cōtra alia dicta & facta, quæ erant de pietate & misericordia. n[Iesus autem] Hic ponitur Christi benigna respōsio. Et diuiditur in duo: quia primò ostenditur, quòd in sua respōsione iustitiam tenuit. Secūdò quòd à misericordia non declinauit, & per hoc vtranque eorū cauillationem euitauit. Secūda ibi, Erigēs autē. Circa primū sciēdum quòd suam senten tiam secūdùm modū iudicialē, primò scripsit: postea protulit: & hoc est quod dicitur. (Iesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terra.) illud quod postea protulit ad maiorem certitudinē. o[Cùm autē perseue. interro. eū, erexit se.] ad eorū importunitatē reprimendā. p[Et dixit eis, qui sine peccato &c.] q.d. Puniatur peccatrix, sed nō à peccatoribus: impleatur lex quam allegatis, sed non à transgressoribus legis. Inferendo enim pœnam iustam debet obseruari debitus modus. q[Et iterum se inclinans scribebat.] Dicunt aliqui, quòd scribebat idem quod prius, ad ostendendum maiorem firmitatem sententiæ. Aliqui dicunt, & melius, vt videtur, quòd scribebat eorum peccata: vt eos ostenderet ineptos ad accusationem huius fœminæ: Ideo sequitur. r[Vnus post vnum exibant] quia grauioribus criminibus irretiti erant. Sed si quæratur, quomodo scribebat? dicendum quòd non scribebat per singula: sed diuina virtute potuit facere, quòd in aliqua figura ab eo protracta, quilibet eorum videret sua propria peccata, & non aliena, nec ab aliis videbantur. s[Et remansit solus Iesus.] Non est intelligendum quòd Christus remansit solus simpliciter cum illa muliere, quia remanserunt cum eo discipuli: & multitudo populi sed remansit solus à suis calumniatoribus. t[Erigens.] posito rigore iustitiæ, quia Christus ipsum temperat dulcore misericordię, & hoc est quod dicitur, Erigens autem se Iesus confutatis calumniatoribus. v[Dixit, mulier, vbi sunt qui te accusabant?] In quo examinabatur de accusatione, & consequenter de condemnatione. x[Nemo te condemnauit] Et subditur mulieris responsio. y[Nemo domine.] quia recesserant vt visum est. Subditur Christi absolutio. z[Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo] quia veni peccatores saluare & non condemnare. a[Vade] absoluta à culpa & pœna b. [Et iam amplius noli peccare] saluando enim naturam, damnat culpam. Circa hoc sciendum quòd hoc factum Christi non est trahendum ad cōsequentiam, imò debent sacerdotes in foro pœnitentiali, imponere pœnitentiam secundum conditionem peccantis & peccati: quia non habent talem potestatem dimittendi. Poterat etiam Christus illi mulieri tantam contritionem dare q̄ sufficeret ad deletionem illius culpæ & pœnæ, & illam contritionē cognoscere: non sic autē alius sacerdos qui non nouit cor, nec videt: quia homo videt ea quæ parent: vt habetur j. Reg. xv.

Quomodo sacerdotes debent imponere pœnitentiam.

EXPOSITIO MORALIS.

P Errexit Iesus in montē Oliueti, &c. Sequitur, o[Adducunt autem scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam] vbi significatur qualibet persona Christi per fidē desponsata: secundum illud ij. Cor. xj. Despondi enim vos vni viro virginem castā exhibere Christo: sed postea per mortale peccatū cum diabolo adulterata. Per scribas & Pharisæos dæmones significantur. Dicūtur hic scribæ: quoniā peccata nostra retinent memoriter tanquā firmiter scriptum, & pharisæi id est diuisi rectè dicuntur. Nam à Christo & sanctorum consortio separātur. Hi mulierem ad iudicium adducunt: quia damnationem hominum solicitè quærunt. Sed quia Dominus non vult mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur & viuat. Eze. xviij. ideo dixit ei, b[Vade & iam amplius noli peccare] quia sibi sufficit vera pœnitentia de præteritis, & cautela contra recidiuum pro futuris.

QVAESTIO LI.

MAgister, hęc mu. modò depre. est in adulterio, &c. Ioan. viij. Super quibus verbis mouetur quæstio, Verum viro liceat propter adulterium vxorem occidere? Ad quod bre-

uiter respondetur secundùm doctrinam domini Bon. Ric. & aliorum Theologorum, dist. xx. ar. xxviij. iiij. lib. Senten. quòd virum, vxorem adulteram interficere, multipliciter potest intelligi. Aut ex authoritate propria, aut ex lege Ecclesiastica, aut ex lege ciuili & humana. Authoritate propria nulli licet propter adulteriũ vxorem occidere. Vnde magister Sen. vbi suprà inquit, Quicunque propriam absque lege, & sine causa scilicet iudiciali: id est absque iudicio & certa probatione, vxorem interfecerit, aliamque duxerit: depositis armis publicam agat pœnitentiam. Et hæc verba notátur. xxxiij. q. ij. c. interfectores. Et licet in principio c. dicatur interfectores suarum coniugum sine iudicio cùm non addit Adulterarum vel aliquid huiusmodi, quid aliud habẽdi sunt quàm homicidæ? In quibus verbis dici vidẽtur quòd si quispiam vxorẽ adulteram interfecerit absque iudicio reputatur homicida: tamen ibi quando dicitur cùm non addit Adulterarum supplendum est maximè, secundùm glo. quia grauiores sunt homicidæ qui sine causa vxores suas interficiũt. Lege insuper Ecclesiastica non licet: quia eodem loco magister ait, Ecclesiastica disciplina spirituali gladio non materiali criminosos feriri iubet. Et infrà ibidem dicitur, Sed sancta Dei Ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus: gladium non habet nisi spiritualem. Lege autem ciuili & humana si scilicet vir procurat à iudice vt vxor sua occidatur adultera, licitum est amore iustitiæ, non vindictæ libidine. Et hoc modo Lex Moysi Leui. xx. dixit, Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera qua lege & scribæ & Pharisæi dicebant domino, Magister hæc mulier, &c.

Lex ciuilis non imponit pœnam viro interficiẽti vxorem adulterantẽ. l. Gracchus. C. de adult. si inuenit in actu adulterii. Sed ipse peccat mortaliter: quia lex diuina prohibet, Non occides.

Dominica quarta quadragesimæ, Euangelium secundùm Ioan. sexto capit.

In illo tempore, abiit Iesus trãs mare Galileæ [b] qđ est Tyberiadis. [c] Et sequebatur eum multitudo magna, [d] quia videbant † signa quę faciebat super his qui infirmabantur. [e] Subiit ergo in montem Iesus, [f] & ibi sedebat cum discipulis suis, [g] erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum [h] Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum, [i] Vnde ememus panes, vt mãducent hi? [k] Hoc autem dicebat tentans eum. [l] Ipse enim sciebat quid esset facturus. [m] Respõdit ei Philippus, Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis, [n] vt vnusquisq; modicum quid accipiat. [o] Dixit ei vnus ex discipulis eius Andræas frater Simonis Petri, [p] Est puer vnus hic, qui [q] habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? [r] Dixit ergo Iesus, [s] Facite homines discũbere. [t] Erat autẽ fœnum multum in loco. [v] Discubuerũt ergo viri numero quasi quinque millia. [x] Accepit ergo Iesus panes, [y] & cùm gratias egisset, distribuit discũbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebãt. [z] Vt autẽ impleti sunt, [a] dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. [b] Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum, [c] ex quinque panibus hordeaceis qui superfuerant his qui mãducauerant. [d] Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum Iesus, dicebãt, [e] Quia hic est verè propheta, [f] qui venturus est in mundum.

Videbant signa quæ faciebat. Dominus transmare Galilææ, quod mare Tyberiadis dicitur a ciuitate (quæ ciuitas mari propinqua a ciuitate Tybe-rii Tyberias nomẽ sumpsit) multa miracula fecit videlicet curans infirmos, & languidos: quo viso magna turba ad dominum confluxit: & in desertũ secuta est, ibique Dominus turbã sequẽtẽ de quinque panibus & duobus piscibus satiauit hęc re fectio mystica est. Nã cibus naturalis fuit: sed mysterio sacramẽtalis, quia quinque panes & duo pisces sunt septẽ sacramẽta, quibus diuinitus anima satiatur vt vult Beda hom̃ilia: sic & Grego.

POSTILLA.

In illo tẽpore, abiit Iesus, &c. In hac lectione Euangelica tangit Ioan. secretarius Iesu Christi de nutrimento corporali correspondente nutrimento spirituali. Et ponitur signum sensibile de collatione cibi corporalis: vt per hoc inducamur ad intellectũm cibi spũalis. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur miraculi tẽpus & locus. Secundò miraculi actus: ibi, cum subleuasset. Tertiò consequens fructus: ibi, Illi ergo homines. In prima pte dicit sic. a [Abiit Iesus trans mare Galilææ.] Iudæi enim quærebant eum interficere, & nõ erat tempus adhuc passionis suæ: ideo recedendo dedit exemplum cedendi ad tempus malitiæ humanæ, ostẽdens quòd aliquãdo licitum sit Christi fidelibus fugere in persecutione. b [Quod est Tyberiadis.] illud enim mare est quidam lacus magnus, per quem transit Iordanis fluuius: sed vocatur mare secũdùm modũ loquendi Hebraicũ: in quo fit cõgregatio aquarũ, secundũ illud Gen. j. Cõgregationem aquarũ vocauit maria. Vocatur autem mare Galilææ à prouincia iuxta quam transit: & vocatur mare Tyberiadis ex noĩe ciuitatis ædificatę in littore quæ antiquitus Ge-

Quod est illud mare Tyberiadis.

nezareth dicebatur: sed ab Herode Tetrarcha fuit reędificata & ampliata & Tyberias vocata in honorem Tyberij Cęsaris. Vocatur etiam mare illud aliis nominibus: vt declaraui suprà in Matth. Et ideo illa dimitto. e [Et sequebatur eum multitudo magna.] Quidā eum deuotione ab eo curati, quidam malitiosè, volētes eū capere in sermone: vt Pharisæi. quidē ex desyderio addiscendi, & aliqui ex curiositate, volentes miracula quæ faciebat, videre. Ideo subditur, d [Quia viderunt signa quæ fac. super his qui infirm.] Hoc additur ad ostendendum quòd faciebat virtute diuina: Magicis enim artibus benè fiunt aliqua curiosa & inutilia, sicut quod statuæ loquerentur & consimilia: sed sanitates quæ fiunt ad reducendum homines in Deum fiunt tantummodò virtute diuina, vt habetur in Itinerario Clementis. e [Subiit ergo in montem.] quia erat locus deuotioni & doctrinæ aptus: ideo sequitur, f [Et ibi sedebat cum discipulis suis.] docens eos. Et sic patet locus in quo factum est miraculū sequēs, tempus autē in quo factū est describitur, cū dicitur, g [Erat autē proximum pascha dies festus Iudæorum.] Istud est festum paschale, de quo iste Euangelista facit mentionem: & in isto festo paschæ non fuit Iesus in Ierusalem, quamuis enim Christus legem seruauerit, tamen in hac solennitate non fuit, quia illi qui habebant inimicitias capitales erant excusati à præcepto legis, quia præcipitur omne masculinum apparere coram Domino in solennitate paschali. Sic autem erat de Christo: quia Iudæi quærebant eum interficere. Præterea Christus sicut seruando legem ostendit se esse verū hominem de filiis Israel secundùm carnē, sic aliquando prætermittendo obseruationem eius ostendebat se esse Dominum supra legem. h [Cū subleuasset] Hic ponitur miraculi actus. Et diuiditur in tres: quiā primò pręmittitur miraculi necessitas. Secūdò describitur eius qualitas. ibi, Dixit ergo Iesus. Tertiò ostēditur eius veritas: ibi, Vt autem impleti sunt. Primò ostēditur tripliciter, s. ex populi multitudine, cū dicitur. [Cū suble. ergo &c. quia multit. maxima venit ad eum, &c.] tantum enim desyderabant audire Christum, ꝙ omiserant apportare secū alimentum: propter quod necessarium erat fieri miraculum. Ostēditur etiā hæc necessitas ex defectu pecuniæ, cùm subditur, i [Vnde ememus panes vt manducent hi?] Non petit ignorans ꝙ deficeret eius pretium: sed vt ex responsione Philippi, appareret certius miraculum. Vnde subditur, k [Hoc autem dicebat tentans eum.] vt per hoc defectus pecuniæ aliis ostenderetur: sicut Gen. xxij. Tentauit Deus Abraham, vt eius obediētia aliis manifestaretur nō sibi propter quod sequitur. l [Ipse enim sciebat quid esset facturus.] quia inquantum habuit plenitudinem scientię à principio conceptionis: & inquantum Deus omnia nouit ab æterno. m [Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, &c.] q. d. Pauperes sumus, & tantā pecuniā habere nō possumus: & si haberemus, nō sufficeret pro eorum refectione: & ideo sequitur, n [Vt vnusquisq; modicum quid accipiat] Iste enim Philippus adhuc rudis existens, non aspiciebat ad eius virtutem: qua de aqua vinum fecerat: nec ad alia signa quæ frequenter fecerat. Ostenditur cōsequēter miraculi necessitas ex cibi paucitate, cū dicitur. o [Dixit ei vnus ex discip. eius Andræas frater Simonis Petri.] Hic videtur melius dispositus, quàm Philippus: quia in responsione sua videtur habere respectum ad multiplicationem panis eo modo quo factum est per Eliseum iij. Regum iiij. vnde subditur. p [Est puer vnus hic, qui habet quinque panes, &c. sed hæc quid sunt inter tantos] quasi dicat, etiam si multiplicarentur eo modo quo factum est per Eliseum qui de viginti panibus multiplicatis non satiauit nisi centum viros: in ista magna multitudine hoc esset valdè modicum. r [Dixit ergo Iesus.] Ostensa miraculi necessitate, hìc consequenter describitur eius qualitas, per multiplicationem panum virtute Christi: & hoc est quod dicitur, s [Facite homi. discumbe.] i. ordinatè sedere ad comedēdum. t [Erat autem fœnum multum in loco.] Hoc interponitur ad ostendendum quòd locus erat aptus ad sedendum. v [Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia] secundùm modum Hebraicum, soli viri hìc numerantur à viginti annis suprà: vt habetur Num. j. Mulieres autem & paruuli hìc tacentur. x [Accepit ergo Iesus panes] quia in manibus suis multiplicati sunt. De modo huius multiplicationis habetur Matth xiiij. qui etiā hìc adducitur. De modo autem huius multiplicationis est dubitatio inter doctores: quia non determinatur in litera. Dicunt enim aliqui quòd hoc fuit sine additione alicuius materiæ, sicut de costa Adæ, formatū est corpus mulieris. Sicut enim Deus potest de nihilo aliquid facere: ita modicum corpus in magnum conuertere, sine additione materiæ. Alij autem dicunt, quòd hoc fuit per cōuersionem alicuius materiæ præexistentis, vt aeris vel huiusmodi, in substantia panis & piscis. Et hoc videtur Aug. sentire super Ioan. vj. dicens, Inde multiplicauit quinq; panes, vnde ex paucis granis creat segetes. Certū enim est ꝙ segetes creantur ex conuersione materię præexistentis in segetem. Sciendum tamen ꝙ Christus non creauit panes de nouo: sed præexistentes multiplicauit, vt miraculum esset magis notum: quia talis multiplicatio est magis perceptibilis quàm creatio. y [Et cùm gratias egisset distrib discumbentibus.] i. per Apostolos distribui, præcepit. Sciendum etiā quod Christus aliquando fecit miracula imperādo vt ostenderet se facere illa virtute propria. Aliquando autem orando: vt hìc cū dicitur, Cum

Marginalia: Quomodo sequebat Christū multitudo magna. — Miraculi actus. — Quare Deus tentauit Abraham. — Opinio doctorum de multiplicatione panum. — Aliquādo Christus fecit miracula imperando: aliquando orando.

gratias egisset, vt ostenderet quòd talia nõ fiebant ab eo per dæmones magica arte, vt Pharisæi dicebant. z [Vt autem impleti sunt.] Hîc ostenditur miraculi veritas. Si enim multiplicatio illa fuisset tantum secundũ apparẽtiam, homines non fuissent inde satiati nec remãsissent ibi reliquiæ sensibiles. Ideo ad maiorem declarationem miraculi & eius publicationẽ subditur. a [Dixit discip. suis, Colli. quæ super. fi. a. ne pereant.] quia per fragmẽta portata aliis, qui non fuerant ibi publicatum est miraculum & approbatum: quia verè & nõ fictè reficiebantur. b [Collegerunt ergo & impleue. duodecim cophinos frag.] non casu: sed ex diuina dispositione impleti sunt duodecim cophini, secundũ numerum duodecim Apostolorum, vt per hoc designaretur, quòd fragmenta verborum Christi per Apostolos per mundum publicarentur. Sed si quæratur vnde habuerũt illos cophinos in monte: potest dici, quòd acceperunt in aliqua villa propinqua: vel quod fuerunt ibi portati, vt venderentur multitudini venienti. Vel potest dici, ꝙ nõ fuerant ibi cophini, sed tantũ collegerunt de fragmentis, ꝙ duodecim cophini possent impleri, vt bene alibi inuenitur talis modus loquẽdi. c [Ex quinq; panibus] hoc etiã facit ad euidentiã miraculi, quia plus remansit quã à principio fuit. d [Illi ergo.] Hic ponitur miraculi fructus, qui ostenditur in fidei cõfessione cũ dicitur. e [Hic est verè propheta.] Circa quod sciendum, ꝙ Christus erat promissus in lege, tãquam prophetis cæteris excellẽtior, vt habetur Deut. xviij. Prophetam suscitabit: propter quod viso miraculo prædicto, populus confessus est illum esse, de quo loquitur prædicta scriptura, & sic confitebãtur eum esse verum Christũ. Et hoc est quod dicitur, Illi ergo homines &c. fecerat signum aliàs non auditum, quia illa multiplicatio quę facta fuit per Eliseum, fuit multum deficiens ab ista, vt patet per prædicta. f [Qui venturus est in mundum] ad ipsum saluandum, sic autem non venerunt alij prophetæ, sed solùm ad denuntiandum istius aduentum.

Ex diuina dispositione impleti sunt duodecim cophini.

Quomodo Christus erat promissus in lege.

EXPOSITIO MORALIS.

ET sequebatur eum multitudo magna] quia adhuc populares, & pedestres magis vadunt ad sermones, & ad Dei deuotiones quàm diuites & equites. s [Facite homines discumbere,] Theophilus, Quiescere facit Christus discipulos suos, vt discant præpositi, ꝙ qui laborant in opere & sermone requiem mereantur, & ꝙ non debent continuè laborare. t [Vnde eme. pa. vt man. hi.] Be. Mysticè declinata die turbas saluator reficit, quia cũ sol iustitiæ pro nobis occubuit, spirituali inedia sumus saluati. Prouocat Apostolos ad fractionem panis, insinuans quòd quotidie per eos sint corda nostra pensanda, eorum scilicet literis & exemplis. Per quinque panes intelliguntur quinque libri Moysi. Per duos pisces prophetæ & psalmi figurantur. Duodecim cophini sunt duodecim fructus spiritussancti, quibus reficimur in Eucharistiæ sacramento.

ALIA EXPOSITIO MORALIS.

SVbiit Iesus in montem. Mons iste significat montẽ Caluariæ in quo dedit nobis nutrimentum salutis, sicut in hoc monte pauit multitudinem copiosam, ita & in bonis contulit gratiam sufficientem, vt dicunt Theologi. p [Est puer vnus hic.] Puer idem quòd purus & mundus ab omni macula qui significatur Christus, qui fuit purus ab omni peccato. q [Habens quinque panes] sicut in hoc puero in monte sunt reperti quinque panes, sic in Christo in monte Caluariæ sunt repertæ quinque plagæ. Et sicut in hoc puero erãt duo pisces, sic in Christo duę naturæ, scilicet humana & diuina. his enim saturauit id est saluos fecit, ascendentes in montẽ, id est volentes ascendere in cælum. Cætera patent in alia morali expositione, excepto quòd non superauerat de piscibus ex hoc, quia eorũ quæ semel assumpsit, nihil vnquam dimisit, quia verus Deus & verus homo regnat in cælis.

QVAESTIO LII.

AD maiorem euidentiam eorum quę dicta sunt hîc & alibi de miraculis Christi, quęritur, Vtrum Christus fecerit miracula sola virtute diuina. Et arguitur primò quòd sic: dicit enim Leo papa in epistola ad Flauianum, Cùm in Christo sunt duæ naturæ, vna earum est, s. diuina quæ fulget miraculis: altera, s. humana quæ succumbit iniuriis: ergo sicut se habet humana natura ad succumbendum iniuriis, sic se habet diuina ad agendum in operibus miraculosis. Sed sola natura humana iniuriis succumbit: quia talia pati repugnat deitati: ergo solo natura diuina agit in operibus miraculosis. Et confirmatur authoritate psal. cxxxv. scilicet, Qui facit mirabilia magna solus: ergo sola diuinitas est principium agendi miracula. Item opera miraculosa excedunt totam virtutem naturæ creatæ. Natura autem humana in Christo creata est, ergo, vt videtur, in nullo attingit opera miraculosa. Contrà: quia Christus per tactum corporis sanabat miraculosè: vt dicitur de muliere patiente fluxum sanguinis, Matth. vj. Quotquot autem tangebant eũ, salui fiebant. Si ergo talis tactus nihil ageret in sanatione prædicta, frustrà adhiberet, quod non conuenit Christo, s. aliquid frustrà agere: ergo ille tactus aliquid faciebat: & certum est ꝙ pertinebat ad humanitatem, ergo. Respondeo, In hac quæstione

Quæstio de virtute qua Christus fecit miracula.

sic est procedendum: quia primò vidēdum est, qualiter viri sancti viui vel defuncti quorum miracula scripta sunt, illa operati fuerunt. Secundò qualiter Christus inquantum homo operatus fuerit. Circa primum certum est videlicet quòd miracula non possunt fieri aliqua virtute tanquam principaliter agente, nisi virtute diuina: quia sicut dictum est, operatio miraculosa excedit totam facultatem virtutis creatæ: similiter certum est quòd sancti viri ad miracula possunt operari meritoriè: quia frequenter est expertum miracula facta fuisse à Deo ad preces sanctorum. Sed dubium est: vtrum viri sancti in miraculis aliquando operati sunt per aliam virtutem in eis existentem, non quia illa sit principalis ratio agendi: sed tantum instrumentalis: vt sic Deus tanquam principaliter agens, fecerit miracula per sanctos tanquam per quædam instrumenta. Et hanc q. reliquit Aug. xxv. lib. de Ciuitate Dei insolutam, vbi enarratis miraculis martyrum dicit sic, Siue enim Deus per seipsum miro modo quo per temporales operatur æternus, siue per suos ministros ista faciat, si eadem ipsaque per ministros faciat, siue quædā faciat etiā per martyrum spiritus, siue per homines adhuc in corpore constitutos: siue Deus ista per angelos, quibus inuisibiliter, immutabiliter, incorporaliter imperat, operetur, quæ per martyres fieri dicantur, eis orationibus tantùm impetrantibus non etiam operantibus fiant, siue alia istis, siue alia illis modis quæ nullo modo comprehendi à mortalibus possunt: & tamen attestatur fides hæc in qua carnis resurrectio prædicatur. Beatus tamen Greg. hanc q. determinare videtur in ij. lib. Dialogorum, vbi dicit sic, Qui deuota mente Deo adhærent, cùm res, non necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroque solent: vt mira quæque aliquando ex prece faciant: aliquando ex potestate concessa illis à Deo. Et hoc probat consequenter ratione & exemplo. Ratio autem talis est, Cui conceditur illud quod est maius, non est mirum si aliquando concedatur quod est minus: sed maior est potestas filios Dei fieri etiam per adoptionem cùm hoc solùm sanctis concedatur, quā miracula operari: quod etiam aliquando malis conceditur: vt habetur Mat. vij. Sed primū conceditur hominibus sanctis secundùm quod dicitur Ioā. j. Quotquot autē receperunt eum dedit eis potestatē filios Dei fieri. Item probat exemplo: quia Petrus suscitauit Thabitam orando, vt habetur Act. ix. Ananiam verò & Saphiram morti tradidit subitò absque oratione: sed solùm culpam eorū increpando. Act. v. Et sic videtur illud factū fecisse ex aliqua potestate sibi à Deo concessa tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ. Item ad hoc videtur facere q gratia Dei diuiditur per gratiam gratis datam, & per gratiam gratum facientem. Et licet aliquando ab aliquibus dictum fuerit, quòd gratia gratum faciens nihil ponit in anima, tamen gratia gratis data ab omnibus conceditur, quòd aliquid ponit in anima: & hoc patet manifestè de gratiis gratis datis, quæ vocantur sermo sapientiæ & sermo scientiæ. j. Cor. xij. quia significant quasdam eminentes cognitiones diuinorum, quæ ponunt aliquid in anima: similiter fides, prophetia, genera linguarum, & interpretatio sermonum. Et eadem ratione videtur quòd gratia sanitatum, & operatio virtutum, i. miraculorum quæ imponuntur gratiæ gratis datæ, dicant aliquando virtutem in anima existentem. Dicunt tamen aliqui q illa virtus operantis miracula, non est aliqua virtus mansiua per modum passionis transeuntis, sicut & prophetia: propter quod tales nō possunt facere miracula, quotiescunq; volunt, nec prophetare. Sed quicquid sit de conclusione, ratio tamen non valet: quia sicut dictū est, talis virtus operandi miracula non est principalis, sed tantùm instrumentalis. Instrumentum autem operari non potest, quamuis sit perfectum per formam suā, nisi moueatur actualiter per manum artificis, sicut patet q securis nō potest secare, nisi per manū artificis moueatur. Et ideo dato, quòd talis virtus sit mā̄siua: non potest tamen operari ad miracula, absq; motione diuinę virtutis principaliter agētis. Si tamen talis virtus sit mā̄siua, vel per modū passionis transeuntis solùm, sicut est motio instrumēti, cōmouetur ab agente principali nihil dicto modo. Item ad conclusionē inducit illud, quia à sanctis doctoribus catholicis dicitur de sacramentis nouæ legis, videlicet quòd efficiunt quod figurant: ita quòd tanquam quædam instrumēta diuinę misericordię agūt ad introductionem gratiæ ipsam instrumentaliter attingendo: vel saltem aliquā dispositionem ad ipsam, vt characterē vel aliquid simile correspondenunt in sacramentis, quæ non imprimunt characterem: ita quòd in sacramētis est aliqua virtus ad efficiendū modo prædicto. Et tamen sacramenta consistunt in quibusdā rebus sensibilibus. Et ideo multò fortius, videtur quòd in animabus sanctorum virorum defunctorum, vel viuentiū, possit poni aliqua virtus diuinitus eis cōcessa in operibus miraculosis, per modum prædictum. Ex dictis patet quid dicēdum sit de humanitate Christi: quæ est organū seu instrumentum cōiunctum ipsius deitatis: sicut manus est instrumentum artificis: homines autem alij quantumcunq; sancti non sunt sibi coniuncti: & ideo sunt quasi quædā instrumenta deitatis separata: & adhuc pl⁹ separata sunt Ecclesiæ sacramenta. Instrumentū autem coniunctum magis participat efficaciā agētis principalis, quàm separatū: & ideo talis virtus operandi miracula efficacior inuenitur in humanitate Christi quàm in quibusdā aliis. His dictis

Quæstio de miraculis à sanctis factis.

Quomodo diuiditur gratia Dei, in gratiam gratis datam, & gratum facientē.

Qualis est virtus operandi miracula in hominib⁹.

Similitudo sacramētorum nouę legis quomodo causat gratiam Dei.

Deitas est principiū faciendi miracula.

potest responderi ad argumenta. Ad primũ dicendũ quod simile tenet quãtũ ad hoc: quòd sicut humanitas in Christo fuit ratio patiẽdi: sic deitas est ratio & principiũ faciendi miracula principaliter, non tamen quantũ ad secundum quia non repugnat humanitati Christi operari ad miracula per modũ instrumenti, repugnat autem deitati qualitercunq; pati. Veruntamen ratione idẽtitatis suppositi idiomata cõmunicantur: quia sicut hæc est vera, Deus passus est: ita hęc vera demõstrato Christo, Iste puer creauit stellas. Ad illud quod inducitur de Psal. dic quòd solus nõ excludit humanitatẽ tanquam instrumentaliter agẽtem, sed tanquam principaliter: & sic intelligendũ est respectu aliorum sanctorũ quòd solus Deus fecit miracula, f. tanquam principale agens. Ad secũdum dicẽdum quòd instrumentũ in virtute principalis agentis bene attingit ad aliquid, quod excedit facultatem propriã conuenientem, & secundum se: sicut calor naturalis in virtute animæ generat carnẽ: vt habetur ij. de Anima. Argumẽta autẽ in contrariũ concludũt tantùm quòd humanitas Christi agebat ad miracula, sicut agens instrumẽtale & secũdarium, quod cõceditur, &c.

Feria ij. post Dominicam quartam quadragesimæ. Euangelium secundùm Ioannem secundo cap.

Omnes eiecit de tẽplo. Dominus Iesus saluator omnes peruersos negotiatores, qui sine conscientia sunt & non pœnitẽtia ducti, & qui suum templum, i. animam vitiant cum furore suę nullitiæ eiiciet de palatio cœli, & eos pdet: quia mali sunt: vnde Mat. xxi. Malos male perdet.

IN illo tẽpore, propè erat pascha Iudæorum, & ascẽdit Iesus Ierosolymã. [b]Et inuenit in tẽplo [c] vendentes oues, & boues, & columbas, [d] & numularios sedentes. [e] Et cùm fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo†, oues quoque & boues. Et numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vẽdebãt, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domũ Patris mei domũ negotiationis. [f] Recordati sunt verò discipuli eius, quia scriptum est [g] Zelus domus tuæ comedit me. [h]Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, [i] Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? [k] Respondit Iesus, & dixit eis, [l]Soluite templum hoc [m] & in tribus diebus excitabo illud. [n]Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud? [o] Ille autem dicebat de templo corporis sui. [p] Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat. [q] Et crediderunt Scripturæ [r] & sermoni quem dixit Iesus. [s] Cum autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, [t] multi crediderunt in nomine eius, [v] videntes signa eius quæ faciebat. [x] Ipse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis, [y] eò quòd ipse nosset omnes. [z] Et quia opus ei non erat, [a] vt quis testimoniũ perhiberet de homine. [b] Ipse enim sciebat quid esset in homine.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, propè erat pascha, &c. In Euangelio tria notantur. Primò conuersatio exẽplaris in templi accessione, in principio. Secundò increpatio viri spiritualis, in vendentium expulsione: ibi, Et cùm fecisset. Tertiò informatio prophetalis, in futuri responsione ibi, Soluite templum. Quoniam secundum sententiam Philosophi quarto Metaphysicæ, ad ipsum esse sequitur ipsum operari: cùm omnia sint determinata proprio opere: ideo hìc Euangelista declarat diuinitatem Christi in opere, scilicet per opera diuina & miraculosa, quæ sunt diuinæ virtutis manifestatiua, quia transcendunt virtutẽ totius naturæ creatæ, vt patet in præsenti Euangelio. (Propè erat.) Ponitur ergo hìc occasio prænuntiandi suam resurrectionem futuram, quæ non poterat fieri nisi virtute diuina: quoniam à priuatione ad habitum impossibilis est regressus, secundum naturam. Hæc autem prænunciatio suæ futuræ resurrectionis fiebat: quia ascendens Iesus Ierusalem eiecit de templo vendentes & emẽtes: quod videbatur pertinere ad personam super populum authoritatem habentem: & ideo huius authoritatis petierunt Iudæi signum: & hæc; occasio fuit prædicendi signum suæ resurrectionis: & hoc est quod dicitur. Propè erat pascha Iudæorum. In tribus enim solennitatibus in anno tenebantur conuenire in Ierusalem, f. in solennitate paschæ, pentecostes, & tabernaculorũ, vt habetur Exo. xxxiij. ca. Veruntamẽ de festo tabernaculorũ, & pentecostes aliquãdo dispensabatur, cũ illis qui erant à remotis: non tamẽ de solẽnitate paschali. Christus autem vsq; ad passionẽ suam voluit legẽ obseruare: & per cõsequens in solennitate paschali Ierusalẽ ascẽdere: & hoc est quod subditur. a [Et ascẽdit Iesus Ierosolymã.] Et ex hoc confutatur error Manichæi: qui dicit vetus Testamẽtũ à Diabolo esse datũ: quia

Qua virtute Christi resurrectio fit.

Christus nullo modo obseruasset ipsum. b [Et inuenit in tẽplo.]Nomine Templi non accipitur hic ipsa domus domini, in qua erat altare thymiamatis, cãdelabrũ, nec atrium sacerdotũ in quo erat altare holocaustorum, sed quoddã atrium vbi homines orabant: & doctores etiã docebant ibidem: & etiam ibi vendebantur ea quæ in tẽplo offerebãtur: & hoc est quod dicitur, c [Vendentes oues & boues, & colũbas.] Et quia talia non poterant de longinquo adduci: ideo sacerdotes cupiditate ducti, statuerunt homines talia ibi vendere: vt veniẽtes de longinquo non haberẽt excusationem, de oblationibus dimittendis. Aliqui etiã eorum non habebant pecuniã: ideo sacerdotes statuerunt ibi cãpsores: qui sub cautione tradebant pecuniã: & cum hoc vltra sortẽ aliqua munuscula recipiebant: non tamen pecuniã, ne arguerẽtur manifestè facere cõtra legẽ Deut.xxiiij. vbi dicitur, Nõ dabis fratri tuo ad vsurã pecuniam. Et hoc est quòd dicitur. d [Et numularios sedentes, quia hoc erat illicitũ, propter cupiditatem sacerdotum qui diuersis adinuentionibus depauperabant populũ vt patet ex prædictis: & quia fraus & tumultus solent annecti mercationi, quæ cõtrariatur orationi: ideo sequitur, e [Et cũ fecisset quasi flagellũ de funiculis, &c.] & patet litera vsq; ibi, f [Recordati verò sunt discipuli eius] qa scriptũ est Psal.xvij. de ipso. g [Zelus domus tuæ comedit me] Ex facto enĩ Christi recordati sunt scripturę illius & impletiõis eius, & de Christo. Quæritur hic quare nõ resistebant ei, cùm essent multi, & ipse solus: & parum adhuc reputatus. Dicendum quòd diuina virtus in illo facto operabatur: quæ apparebat in effectu cũ volebat, sicut infrà Ioã.xviij. Solo verbo prostrauit eos qui volebãt eum capere. Corpus enim Christi erat instrumẽtum diuinitati cõiunctum. & ideo ex oculis eius quidam fulgor exibat, virtute diuina eos deterrens, ita quòd resistere non audebant. Sicut in passione vox illa quę erat diuinitatis quodammodo instrumentum prostrauit magnam multitudinẽ armatorum. Solet etiam quæri ab aliquibus: quomodo fecit flagellum de funiculis: quia nõ vendebantur ibi funiculi, sed solùm illa quæ debebant in templo offerri? Et dicunt aliqui ꝙ ipse Christus vtebatur funiculo pro cingulo: & illum funiculũ accepit de quo erat prędinctus: & ipsum duplicãdo fecit quasi flagellum, quãuis hoc non habeatur expressè in textu: tamen probabiliter potest credi: quia non omnia scripta sunt, vt dicitur in fine huius Euangelij. h [Responderunt ergo.] Hic ponitur suæ resurrectionis prænunciatio: quia occasione huius facti petierunt ab eo signum ipsi Iudæi, dicentes, i [Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?] quãuis enim factum esset bonum de se: tamen non pertinebat ad quẽlibet hoc facere, sed solùm ad eum, qui haberet authoritatẽ corrigendi excessus sacerdotũ: quod non cõueniebat alicui de cõmuni populo, cùm sacerdotes essent in illo populo superiores, sed prophetis missis ad hoc specialiter à Deo: & ideo petierunt signum missionis suæ. Et ipse dedit signũ potestatis diuinæ, in suscitatione sui corporis propria virtute. Et hoc est quod dicitur. k [Respõdit Iesus & dixit eis.] l [Soluite tẽplũ hoc.] Non est verbum inductiuũ ad hoc faciendum: cùm fuerit simpliciter malum ex parte Iudęorum: ad malum autẽ Christus nõ poterat inducere: sed est verbum denuntiatiuum eius quod erat per ipsos fiẽdum. q.d. Soluite templũ hoc, i. soluetis: quia in passione Christi anima fuit soluta à corpore, & sanguis à carne, & cõtinuitas neruorũ in confixione clauorum & lanceæ. m [Et in tribus diebus excitabo ill.] non dicit, Post tres dies: quia Christus non fuit mortuus tribus diebus cõpletè. n [Dixerunt ergo.] Hic ponitur suæ pronuntiationis interpretatio. Et diuiditur in duo: quia primò ponitur interpretatio Iudæorum falsa. Secundò interpretatio Euangelistæ vera, ibi, Ille autem. Circa primũ sciendum quòd Iudæi non petierunt à Christo signum ad credendum & venerandum, sed magis ad deridendum & impugnãdum. Quod patet ex hoc quòd statim impugnauerũt dictum suum, & ideo non fuerunt digni, vt prædicaret eis resurrectionem corporis sui manifestè: sed occultè, vocãs corpus suum tẽplum: & ideo voluerunt arguere dictũ suum per materiale templum. Et hoc est quod dicitur. [Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, &c.] Hoc dicunt deridẽdo, quasi esset ei impossibile: multò plus derisissent si resurrectionem corporis sui prædixisset manifestè: qa difficilius est resuscitare mortuũ, quàm ædificare tale templum. Sciẽdum etiam quòd nõ loquuntur hic de templo facto per Salomonem: quia illud fuit ædificatum in septẽ annis. vt habetur iiij.Reg.vj & pręterea quia fuit per Nabuchodonosor destructum, iiij.Reg.vlt. Sed loquuntur de templo reædificato post captiuitatẽ Babylonicã. A primo anno Cyri regis Persarum, in quo data est populo licentia redeũdi & templum reædificandi vsque ad sextum annum Darij, sub quo consummatũ est templum illud, fluxerũt quadragintasex anni: quia Iudęi impediebãtur à nationibus in circuitu eorum existentibus in ædificatione templi. Iste numerus patet per hoc quia Cyrus regnauit xxx. annis: & Cãbyses filius eius post eum decẽ, quia non computatur tempus quo regnauit cum patre. Post eum regnauerũt successiuè duo magi, sed tempus eorum dimittitur quia regnauerũt tantùm septem mensibus: quibus successit Darius: in cuius sexto anno cõsummatum est templi opus. Et ideo de isto templo loquebantur: quia istud stabat in eorum præsentia, & ostendebatur: vt patet in litera. Hic autem quadraginta sex annorum acceptio, accipitur secundùm expositores Latinos & Græcos: secun-

Illicitum erat vendere in tẽplo.

Resurrectionis Christi pnunciatio.

De quo templo intelligitur, Soluite tẽplum.

De tẽpore ædificationis templi.

dum Hebræos autem aliter accipitur, ficut dixi in principio lib. Efdræ, & ix. c. Dan. Vnde de verificatione huius dicti, Quadraginta fex annis ædificatum eft templum hoc: non eft multùm curandum, quia non eft verbum Chrifti, nec Euangeliftæ nifi tantùm referendo: fed eft verbum Iudæorum deridendo Chriftum, contra quem multa falfa dixerunt, vt infrà refert Euangelifta. o [Ille autem.] Hic ponitur interpretatio vera: quia loquebatur de corpore fuo, nomine Templi: quia humanitas Chrifti erat fpirituale habitaculum ipfius Dei. Et hoc eft quod dicit Euangelifta, Ille autem dicebat de templo corporis fui. Hanc autem interpretationem non cognouerunt tunc Apoftoli: quod patet ex hoc quòd poftea Petrus audiens ab eo eius paffionem futuram, voluit eam impedire. Matt. vj. fed poft refurrectionem Chrifti hanc interpretationem intellexerunt quãdo aperuit illis fenfum, vt intelligerẽt fcripturas. Luc. vj. Et hoc eft quòd dicitur, p [Cùm ergo refurrexiffet à mortuis recordati funt, &c.] f. intelligẽdo de corpore fuo. q [Et crediderũt fcripturæ] fcilicet prophetarum loquentiũ de Chrifti refurrectione futura tertia die. Ofeæ vj. Viuificabit nos poft duos dies: & in die tertia fufcitabit nos. hoc dicit propheta, quia refurrectio Chrifti fuit caufa refurrectionis noftræ. Ionæ ij. dicitur, quia Ionas fuit tribus dieb⁹ & tribus noctibus in ventre ceti in figura ipfius Chrifti. r [Et fermoni quem dixit Iefus] quia tunc perceperunt impletionem verbi illius. s [Cum autem effet.] Hic vltimò ponitur fructus denuntiationis & prædicationis Chrifti: quia Chriftus exiftens Ierofolymis in fefto pafchali populum docuit, & multa miracula fecit ad cõfirmationem fuæ doctrinæ: ex quibus multi fuerunt moti ad credendũ: & hoc eft quod dicitur, Cùm autem effet Ierofolymis in pafcha, in die fefto: non accipitur hic dies pro vna die naturali vel artificiali tãtùm, fed pro toto tempore folennitatis pafchæ, quæ durabat per feptem dies continuos. t [Multi crediderunt in nomine eius] credentes quòd ipfe effet verus Chriftus. v [Videntes figna eius quæ faciebat.] Sicut enim fufficienter oftenditur veritas fubiacens facultati naturali intellectus, quando reducitur ad prima principia per fe nota, ita veritas excedens facultatem intellectus: qualis erat ifta, quãdo confirmatur per opera diuina: quia certũ eft quòd Deus non poteft effe teftis falfitatis: & ideo quando ad confirmationem alicuius doctrinæ, inducitur opus diuinũ, fufficienter oftenditur quod dictum eft in illa effe verum. Veruntamen quia illis credentibus aliqui erant adhuc imperfecti: & aliqui iungebãtur eis qui erant tantummodo ficti: ideo Chriftus adhuc non reuelabat eis altiora myfteria catholicæ fidei: quia ficti indigni erant audire, & imperfecti adhuc non poterant capere: propter quod etiam ipfis Apoftolis dixit Iefus Io. xxvj. Multa habeo vobis dicere: fed nõ poteftis portare modò. Et hoc eft quòd dicitur. x [Ipfe autem Iefus non cre. femet eis.] altiora myfteria fcilicet fidei reuelando, & fubditur caufa. y [Eò quòd ipfe noffet omnes] f. iftorũ imperfectionem, & illorum fictionem. Modus per quem cognofcebat oftenditur. z [Et quia opus ei non erat,] id eft neceffe. a [Vt quis teftimonium perhiberet de homine] id eft vt mentem & ftatũ cuiuflibet hominis cognofceret: & per informationem alterius: quia hoc fciebat perfectè per femetipfum: propter hoc fequitur, b [Ipfe enim fciebat quid effet in homine.] id eft in mente & ftatu cuiuflibet hominis. Et ex hoc Euangelifta oftendit ipfum effe Deum, cuius proprium eft fcire fecreta cordium.

Chrifti refurrectio fuit caufa noftræ refurrectionis: omnes electi refurgent, q a ad hoc ordinatur principaliter refurrectio, vt homines confequãtur vltimũ finẽ fuum qui eft perfecta eorũ cõiunctio cum fummo bono. R ic. iiij. fẽtẽ. di. xliij. art. iij. quæftio. i. omnes adulti. Dãnati refurgent vt eorum damnatio cõpleatur: vt ficut in corpore & anima demeruerũt ita in corpore & anima puniãtur ibidem, q. ij.

EXPOSITIO MORALIS.

ET inuenit in templo vẽdentes oues & boues, &c.] Per oues intelligũtur hypocritæ, qui mentem lupinam habent fub ouina pelle. Per boues qui funt laboriofi, fignificãtur illi qui magnos labores fuftinent pro principibus & prælatis, per hoc vt promoueantur in Ecclefia, licet infufficientes fint & indigni. Per vendẽtes columbas, fimoniacè promoti: omnes iftos eiecit de templo Chriftus, fignificans quòd funt exclufi de templo gloriæ fanctorum Dei. l [Soluite templum hoc, &c.] quod intelligitur literaliter de folutione corporis Chrifti per mortem, vt dicitur in litera: per quod fignificatũ fuit, quòd Iudæi poft afcenfionem Chrifti conarentur foluere corpus eius myfticum: fed in tribus diebus fuit fufcitatum, per quos dies fignificãtur doctrinæ miracula, & exempla vitæ in Apoftolis aliifq; difcipulis per hæc Ecclefiam illuminantibus, ficut Sol, & Luna. x [Ipfe autẽ Iefus non credebat femetipfum eis] i. non reuelabat altiora myfteria eis fecũdùm fenfum literalẽ, quia aliqui erãt imperfecti non potentes capere, & aliqui ficti quærentes ea deridere. Et in hoc inftruit prædicatores Euangelij, vt nõ prædicent fimplicibus alta, fed craffa & captibilia, quia funt nutriendi lacte, & non folido cibo, nec fictis fidei per fecreta myfteria, ne derideant ipfa. Propter quod dicit faluator Matth. vij. c. Nolite fanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus fuis.

QVAESTIO LIII.

ZElus domus tuæ comedit me. Ioan. ij. Super quibus verbis quæritur: vtrum homo aliquando poffit turbari & irafci fine peccato? Quæftio de ira. Ad quod breuiter dicitur ex fententia Durandi, Aftefani, & Alex. de Hales in ij. vo. quòd triplici modo hominem irafci fiue turbari quandoq; cõtingit. Vno modo ratione naturæ, ficut plerifq; fæpius euenire folet, qui propter inclinationẽ naturæ, ad paffionẽ irafcibilitatis tu-

bitò conturbantur. Hæc quidem ira si vltra primos motus procedere non cognoscitur, nullius culpæ à doctoribus, existimatur. Nam Philoso. teste, primi motus non sunt in potestate nostra. Alio modo ratione vindictæ, offensionis humanæ, quæ illis euenire contingit, qui propter aliquam offensionem humanam propriam vel alienam se vindicare ex indignatione appetunt, cùm ex iniuria accenso sanguine circa cor irascuntur & conturbantur. Et hi quidem si vindicta leui vindicare se vellent, venialiter tantummodo peccarent. Vnde glos. super illud Psal. iiij. Irascimini, & nolite peccare, dicit, Venialis est ira quæ non perducitur ad effectum, id est graue proximi nocumentum. Vltimo modo hominem irasci & cõturbari contingit ratione vindictæ offensionis diuinæ, sicut iratus est Moyses contra idololatras, vt Exod. xxxij cap. legitur. Et Elias contra sacerdotes Baal, vt in tertio Reg. xviij. c. scribitur. Et hæc ira quæ propiè vocatur ira per zelum cùm virtus sit, non prohibetur, si rationis ordine procedere cognoscatur, scilicet vt nemo ad vindictam procedat, nisi sit talis ꝙ iniuriam Dei vindicare ex officio sibi cõtingat. Iure enim diuino & naturali cautũ est, pœnã nulli inferendã fore nisi per iudicẽ. In duobus primis locis: ira ex impatientia cognoscitur procedere. In vltimo ex zelo & diuinæ charitatis

Duplex est ira.

amore. Vnde Gregor. in v. lib. taliter inquit, Alia est ira quã impatiẽtia excitat, alia est quam zelus format. Illa ex vitio, hęc ex virtute generatur. Illa per vitium oculos mentis excæcat, ista per zelum turbat. Inde autẽ mens turbatur ne videat, inde proficit vt ad vidẽdũ verius clarescat. Sicut infirmitati oculorũ collyriũ cùm immittitur, lux primitus negatur, sed inde eam post paululum veraciter recipit, vnde hanc ad tempus salubriter amittit. Hanc igitur iram per zelum Christus dominus noster habuit hodie, quando facto flagello de funiculis, emẽtes & vendentes eiecit de templo cùm de eo scriptum sit, Zelus domus tuæ comedit me.

Feria iij. post iiij. Domin. xl. Euangelium, Ioan. vij. cap.

IN illo tempore, [a] iam die festo mediante, [b] ascendit Iesus in templum & docebat, [c] & mirabantur Iudæi dicẽtes, [d] Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? [e] Respondit eis Iesus, & dixit, [f] Mea † doctrina non est mea, [g] sed eius qui misit me. [h] Si quis voluerit voluntatem eius facere, [i] cognoscet [k] de doctrina mea, [l] vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. [m] Qui à semetipso loquitur,

Mea doctrina non est mea. Omnis doctrina quę à Domino Deo non est, citò præteribit, aut modico tẽpore permanebit. Christus Matt. xv. Omnis plãtatio quã non plantauit pater meus eradicabitur.

[n] gloriã propriã quærit. [o] Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, [p] hic verax est, [q] & iniustitia in illo non est. [r] Nonne Moyses dedit vobis legem, [s] & nemo ex vobis facit legẽ? [t] Quid me quæritis interficere? [v] Respondit turba, & dixit, [x] Dæmonium habes. [y] Quis te quærit interficere? Respõdit Iesus, & dixit eis, [a] Vnum opus feci, [b] & omnes miramini. [c] Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem, [d] nõ quia ex Moyse est, [e] sed ex patribus. [f] Et in sabbato circunciditis hominem. [g] Si circũcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, [h] mihi indignamini, quia totum hominẽ sanum feci in sabbato? [i] Nolite iudicare secũdum faciem, [k] sed iustum iudicium iudicate. [l] Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis [m], Nonne hic est quem quęrunt Iudæi interficere? [n] Ecce palam loquitur, [o] & nihil ei dicunt? [p] Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? [q] Sed hunc scimus vnde sit. [r] Christus autẽ cùm venerit, nemo scit [s] vnde sit, [t] Clamabat ergo [v] in templo docens [x] Iesus, & dicens, [y] Et me scitis, & vnde sum scitis? [z] & à meipso non veni. [a] Sed est verus qui misit me, [b] quem vos nescitis. [c] Ego scio eũ, & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, [d] quia ab ipso sum, & ipse me misit. [e] Quærebant ergo eum apprehendere. [f] Et nemo misit in illum manus, [g] quia nondum venerat hora eius. [h] De turba autem multi crediderunt in eum.

Possumus iudicare sine peccato malum quod videmus, sed iudicare quod non videmus, est mortale peccatũ, si perueniat ad firmã assertionem cum pertinacia. Alexã. de Hales, ii. ii.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, iã die &c. In hac lect. Euang. agit de origine Christi & eius doctrinæ manifestando eã: quare sicut prędictũ est pater debet filiis nutrimentum & documentũ. Primò igitur de manifesta origine Christi ponitur occasio. Secundò de origine doctrinæ Christi sua naturalis manifestatio. Secunda, ibi, Respondit eis Iesus, Mea doctrina &c. Circa primum est sciendum, ꝙ locus aptus ad prædictã manifestationem, erat ciuitas Ierosol. vbi ad diem festum veniebat populus: & ideo ad manifestationem

talem ascendit Ierusalē, vel aliter. In Euangelio tria notantur. Primò Iudæorum vituperabilis admiratio, ibi, Quomodo hic literas. Secundò saluatoris laudabilis obuiatio ibi, Nōne Moyses. Tertiò peruersorū admirabilis cōsultatio: ibi, Nolite iudicare secūdùm faciem. a [Iam die festo.] Hic ponitur occasio manifestationis: quæ est admiratio turbæ in doctrina Christi. Et ideo ostēdit vnde originaretur excellentia suæ doctrinæ, & hoc est quod dicitur, Iam die festo mediante; dies festus hic dicitur totum tempus illius solennitatis quæ durabat per septem dies: & sic medium huius festi erat in quarto die: & tunc b [Ascendit Iesus in templum & docebat] quia ibi erat locus aptus & communis sanæ doctrinæ. c [Et mirabantur Iudæi] propter rem insolitam, Credebant enim ipsum filium esse Ioseph: & per consequens occupatum in labore corporali. Sciebant ipsum non esse exercitatum in studio, & tamen videbant eū excellentissimè docentem, legis & prophetarum testimonia proferentem: & ideo meritò mirabantur, vnde tanta excellētia doctrinæ originabatur. Et hoc est quod dicitur, d [Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?] e [Respondit eis Iesus i.] Hic cōsequenter exprimitur origo illius doctrinæ. Et diuiditur in duas partes quia primò ostendit doctrinæ suæ originē. Secūdò inuitat ad ipsam ibi, Nouissimè autem. Prima in duas: quia primò ostenditur origo doctrinæ. Secundò origo docentis: ibi, Dicebāt ergo. Prima in tres: quia primò proponit intentū, & secundò probat propositū: ibi, Si quis voluerit, & tertiò concludit, ibi, Nolite iudicare. In prima ergo parte proponit, quòd doctrina sua est à patre originaliter, dicēs. f [Mea doctri. nō est mea] q. d. ista doctrina quę est mea approbatiuè & subiectiuè, nō est mea per exercitiū acquisitionis humanæ. g [Sed eius qui misit me.] i. data est mihi à patre: quia filius secūdùm naturam diuinā, licet habeat eandē scientiam cum patre, tamen habet eā ab ipso: vt superius frequenter dictū est: secundū verò naturā humanam habet aliā scientiā, s. creatā, nō tamen habet eā per exercitiū acquisitam: sed ab instanti conceptionis infusam. Et sic soluta est quæstio qua quærebatur, Quomodo hic literas scit, cùm nō didicerit? Alio modo exponit Aug. dicens quòd filius est verbū patris: quia verbū alicuius idem est ꝙ doctrina sua: ideo sequitur quòd filius sit doctrina patris. Filius igitur est doctrina per identitatem, non tamē per originē: quia à se nō originatur, sed à patre. Est igitur sensus secundū Aug. Mea doctrina non est mea. q. d. Ego qui sum doctrina patris, nō sum à meipso: sed à patre. Expositio tamen prima magis cōcordat literæ. h [Si quis.] Hic consequenter probat propositū, s. quòd sua doctrina sit à patre sibi data. Et diuiditur in duas qa primò inducit suā probationē, secundò remouet quandam obiectionē: ibi, Nonne Moyses. Prima in duas, secundum duas probationes quas inducit. Secunda, ibi, Qui à semetipso. Prima probatio ꝓcedit ex aliorū iudicio. Amor enim & odiū multùm peruertunt iudiciū rectæ rationis: & ideo monet eos, vt amoueant odium, quod cōtra ipsum cōceperāt, & tunc poterunt manifestè iudicare, ꝙ eius doctrina sit à Deo patre eā per miracula testificāte: quia non pōt esse testis. Et hoc est ꝙ dicitur, Si quis voluerit voluntatē eius facere, s. patris cęlestis peruersam affectionē à se abiiciēdo. i [Cognoscet.] i. verè poterit iudicare. k [De doctrina mea] qa paratus sum eius iudicio committere. l [Vtrum ex Deo sit an ego à meipso loquar.] Nō est per hoc intelligēdum, quòd filius in aliquo possit à patre discordare, quia hoc est impossibile: sed loquitur eis secundùm eorum opinionem, quia reputabant eum purum hominē. Quare dicit, An ego à meipso loquar, gloriam humanam falso quærēdo, vt vos existimatis. m [Qui à semetipso.] Hic cōsequenter probat propositum proprio facto: quia in doctrina sua quærebat gloriam patris cælestis: & sic patet quòd illa doctrina erat a Deo. Omne enim quod est ad Dei gloriam ordinatū ab ipso est. Et hoc est quòd dicitur, Qui à semetipso loquitur, falsa de se fingendo. n [Gloriam propriam quærit] quia superbia excitat eum ad sic loquendum. o [Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum.] s. est Dei patris. p [Hic verax est] in doctrina. q [Et iniustitia in illo non est.] quia irreprehensibilis est in vita. Sic autem faciebat Christus: quia statum paupertatis & abiectionis elegit, & gloriā Dei in omnibus quæsiuit. Et patet propositum. r [Nonne Moyses.] Hic remouet quādam obiectionem quæ posset fieri in contrarium: quia possent dicere, & de facto dicebāt, Tua doctrina non est à Deo, quia legem Dei datam Moysi non custodis, violando sabbatum: hoc enim ei imponebant. Hanc autem obiectionem remouet dupliciter. Secunda ibi, Respondit Iesus. Primò igitur remouet obiectionem prædictā per hæc, dato quòd esset transgressor legis: non tamen habebāt titulum arguendi Christū, cū essent transgressores legis manifestè in maioribus. Et hoc est ꝙ dicitur, Nonne Moyses dedit vobis legē, quasi diceret, Vos estis obligati ad eius obseruationem magis quàm ego, quia secūdū veritatem non erat obligatus. s [Et nemo ex vobis facit legem] quod probat per effectum, dicēs. t [Quid me quæritis interficere.] Lex enim prohibet interfectionem innocentis. Et quia non poterant rationabiliter respondere, cōuerterunt se ad conuitia, vnde sequitur, v [Respondit turba.] i. homines turbati. x [Dæmonium habes] quod patet manifestè falsum: quia dæmonia expellebat. y [Quis te quærit interficere.] q. d. Nos non quærimus: & in hoc mentiuntur sicut in primo, quia quærebant mortem eius, vt

Origo doctrinæ. Vnde sit Christi origo.

Quomodo intelligitur, Nō est mea.

patet in principio huius. z [Respondit Iesus.] Hic alio modo excludit obiectionẽ prædictã, ostendens eam falsam. Ex hoc enim dicebant eum transgressorem legis, quòd languidum sanauerat die sabbati, vt patet Ioan. v. & tamen in hoc non fuit transgressor. Et hoc idem ostenditur alio modo, s. per circuncisionem quam licitè accepit homo in sabbato: & hoc est quod dicitur. [Respõdit Iesus & dixit eis] exprimendo eorum malitiam. a [Vnum opus feci] scilicet notum vobis. b [Et omnes miramini] id est, turbamini, quasi diceret, quantum turbaremini si videretis omnia facta mea malè interpretantes ea? c [Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ in lege] eam scribẽdo. d [Nõ quia ex Moyse est.] scilicet primò. e [Sed ex patribus.] quia data est tempore Abrahæ: vt patet Gen. xvij. c. Et sic patet quòd circuncisio est maioris authoritatis: quia data est tempore Abrahæ, qui erat pater principalis populi. f [Et in sabbato circunciditis hominem.] absque legis transgressione: quia præceptũ est quod viij. die circuncidatur puer: & ideo si viij. dies fit in sabbato circunciditur puer: nec ab aliquo trãsgressio reputatur. Et hoc arguit saluator. g [Si circuncisionẽ accipit homo in sabbato,] vt non soluatur lex Moysi: vt patet per prædicta. h [Mihi indignamini: quia totum hominem sanum feci in sabbato?] quasi diceret, Hoc est valdè irrationabile: quia magis licita & melior sanatio hominis est in anima & corpore, quàm sit ipsa circuncisio, & magis ad gloriã Dei. i [Nolite iudicare secundùm faciem.] Hic ex prædictis concludit intentum, scilicet, quòd eius doctrina sit à Deo si rectè cõsyderetur. Et hoc est quod dicitur, [Nolite iudicare secundùm faciem] attendentes ad id quod non pertinet ad rem: quod fit quando amor vel odium attenditur, propter quod aliter quàm secundùm veritatem iudicatur. k [Sed iustum iudicium iudicate] id est de doctrina mea, & de factis meis iudicate secundùm naturam rei in se: & tunc inuenietis, quòd est à Deo secundùm veritatẽ. l [Dicebant ergo quidam] Declarata origine doctrinæ, hic ostenditur origo doctoris. Et diuiditur in duas: quia primò circa hoc ponitur populi dubitatio. Secundò Christi solutio: ibi, Clamabant ergo. Circa primum sciendũ quòd multi de populo sciebant principes quærere mortem Christi: ideo cum vidissent eum palã docentem, & principes arguentem, & ipsos nõ contradicere, crediderunt fortius ipsum esse Christum, trahentes argumentũ ex facto principũ, qui non capiebant eum, cùm tamen prius ad mortem quærerent eum, quasi ipsi de nouo haberent notitiam, quòd ipse esset verus Christus eis promissus: & ideo ab eius persecutione cessassent: & hoc est quod dicitur. [Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis] Isti enim melius sciebant malitias principum quam alij: quia manebant cum eis in ciuitate. m [Nonne hic est quem quærũt Iudæi interficere] conatu suo. n [Ecce palam loquitur.] contra eos: vt patet per prædicta quia dicit, [Nemo ex vobis facit legem.] o [Et nihil ei dicunt] ipsum non capiunt: quia bene aliqua verba ei dicebãt, vt patet ex prædictis. p [Nũquid verè cognouerunt.] quasi dicat, Videtur quòd sic: eò quòd desistũt ab eius persecutione. Verũtamen quia non habebant certitudinem: sed tantum opinionem, ideo etiam arguebant in contrarium dicentes. q [Sed hunc scimus vnde sit:] quia patriam & genus cognoscebãt. r [Christus autem cùm venerit nemo scit]. i. nemo sciet. s [Vnde sit.] Aliud autẽ accipiebant ex scriptura Isa. liiij. quæ ad literã intelligitur de Christo, Generationẽ eius qui enarrabit? & Isa. xlv. Verè tu es Deus abscõditus Saluator Israel. t [Clamabat ergo.] Posita dubitatione populi circa originẽ Christi: hîc ponitur prædictæ dubitationis solutio. Et diuiditur in duas, quia primò declaratur Christi origo. Secundò ex hoc oritur turbæ diuisio: ibi, Quærebãt. In prima ergo parte dicitur sic, Clamabat ergo Iesus. In quo ostenditur magnitudo sui affectus, ad nostram informationem. v [In templo docens] vt omnes possent eum audire. x [Et dicens] eorum dubitationi respondendo. y [Et me scitis] quantum ad humanitatem, patriam, & genus cognoscendo: sed quantum ad diuinitatem me nescitis. Ideo sequitur, z [Et à meipso non veni:] sed à patre quẽ ignoratis. a [Sed est verus qui misit me] quia in hoc impletur promissum de filij missione. b [Quem vos nescitis:] quia Deum nemo vidit vnquam: vt patet primo capitulo: & proinde me non cognoscitis: cùm sim eius filius naturalis, & æqualis ei in natura deitatis. c [Ego scio eum] quia inquãtum Dei filius habet eandem scientiam cum patre: & sic eum comprehendit, secundùm etiam quòd homo eum clarè videt à principio licet non comprehendat inquantum homo. Et causa eius notitiæ subditur cum dicitur. d [Quia ab ipso sum, & ipse me misit] per hoc enim quòd procedit à patre in natura diuina, habet scientiam primã, quæ est scientia comprehensionis: per hoc autem quòd missus est in natura humana ad salutem mundi, habet in natura humana plenitudinem gratiæ, & scientiæ, quæ potest in natura creata recipi. e [Quærebant ergo] Hic consequenter ponitur populi diuisio sequens ad responsionẽ Christi: quia ea audita maligni exarserunt in malitia, & boni fuerunt in fide solidati. Et hoc est quòd dicitur. [Quærebant ergo eum apprehendere.] ad occidendum malignantes. f [Et nemo misit in illum manus.] quia non potuerunt implere malitiam in effectu, nisi inquãtum permittebat: ideo sequitur, g [Quia nondum venerat hora eius.] id est ab eo ordinata de captione sua. h [De turba autem multi crediderunt, &c.] propter eius doctrinam, & miracula.

Mendaciũ est falsa vocis significatio ex intentione fallendi. magister iu. Sent.

Christ⁹ secundũ omnem s. etiam affecebat eia. magister Sent. iii.

EXPOSITIO MORALIS.

QVarta die festiuitatis quæ erat media: eo quòd septem diebus durabat festum. b [Ascēdit Iesus in templum & docebat.] qui diebus præteritis intentus fuerat sacrificiis & oblationibus consuetis. Per hoc docuit prædicatores Euangelij, vt secundùm sapientis verba, tempus tacendi consyderent, & tempus loquendi.

QVAESTIO LIIII.

Quæstio de homicidio.

QVid me quæritis interfi. Ioan.viij. c. Ex quibus verbis quæritur, Quotuplex est, vel potest esse homicidium? ad quod ex epist. Clementis respondetur de pœni.dist.j.c.homicidiorum, vt notatur: vbi dicitur, Homicidiorum verò tria genera esse dicebat beatus Petrus & pœnam eorum parem fore dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, qui ei detrahit, pariter homicidæ esse demonstrātur. Ex his verbis clarè comprehēditur, quòd homicidiorum aliud est operis: quod interfectores hominum operantur. Aliud oris, & aliud cordis. Et de quolibet istorum, impræsentiarum minimè dicendum esse constituo: sed tantum de homicidio operis, propter concordiam lectionis Euangelicæ, in qua continetur quòd Iudæi quærebant interficere Christum. Vnde dicebat eis, Quid me quæritis interficere?

Feria iiij. post quartam domin.xl. Euang. secundùm Ioan.ix.cap.

Prætериēs Iesus saluator per mundum prętериēs, & humanitus viuēs, vt homo mortalis, similis nobis hominem mortalem vidit, i. consyderauit, & inspexit à natiuitate cæcum. id est non videntem. Homo iste fuit totum genus humanum, quod à sui cōditione seu creatione cæcum fuit, i. non videns gloriā Dei do

IN illo tēpe, [a] præteriens † Iesus, [b] vidit hominem cæcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius, [c] Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? [d] Respōdit Iesus, [e] Neque hic peccauit, neque parētes eius [f] sed vt manifestentur opera Dei in illo. [g] Me oportet operari [h] opera eius qui misit me, [i] donec dies est. [k] Venit nox, quādo nemo potest operari. [l] Quādiu sum in mūdo, lux sum mundi. [m] Hæc cùm dixisset, expuit in terram [n] & fecit lutum ex sputo, [o] & liniuit lutum super oculos eius, [p] & dixit ei, Vade, & lauare, in natatoria Siloe, [q] quod interpretatur missus. [r] Abiit ergo [s] & lauit, & venit videns. [t] Itaque vicini & qui viderāt eum priùs, [v] quia mendicus erat, [x] dicebant, Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebāt, quia hic est. [y] Alij autem, [z] nequaquam, [a] sed similis eius est. [b] Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebāt ergo ei, [c] Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus [d] lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloe, & lauare. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei, [e] Vbi est ille? Ait, Nescio. [f] Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. [g] Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. [h] Iterū ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset? Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. [k] Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, [l] Non est hic homo à Deo, [m] qui sabbatum non custodit. [n] Alij [o] autem dicebāt, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? [p] Et scisma erat inter eos. [q] Dicunt ergo ad cęcum iterum, [r] Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? [s] Ille autem dixit, quia propheta est. [t] Non crediderunt ergo Iudæi de illo quòd cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes, [v] Hic est filius vester [x] quem vos dicitis, quia cæcus natus est? [y] Quomodo ergo nūc videt? Responderunt eis parentes eius & dixerunt, [z] Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est, quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nescimus: [a] ipsum interrogate, ætatem habet. [b] Ipse de se loquatur. [c] Hęc dixerunt parentes eius, quia timebāt Iudæos: [d] iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christū, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatē habet, ipsum interrogate. [e] Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo. [f] Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille, Si pecca-

nec Christus saluator veniret & hominem lumine veritatis illuminaret: vnde Io.i. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum. Et Matt. viii. dicit Christus nos sanasse à peccatis, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.

tor est nescio, [h] vnum scio, quia cùm cæcus essem, modò video. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respõdit eis, Dixi vobis iam, & audistis. Quid iterũ vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? [i] Maledixerunt ergo ei, [k] & dixerunt, Tu discipulus illius sis: [l] nos autem Moysi discipuli sumus. [m] Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus. [n] Hunc autem nescimus vnde sit. Respõdit ille homo, & dixit eis, [o] In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. [p] Scimus autem quia peccatores Deus nõ audit, [q] sed si quis Dei cultor est, [r] & voluntatem eius facit, [s] hunc exaudit. [t] A seculo non est auditũ, quia quis aperuit oculos cęci nati, [v] nisi esset hic à Deo, [x] nõ poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei, [y] In peccatis natus es totus, [z] & tu doces nos? [a] Et eiecerunt eum foras. [b] Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, [c] & cùm inuenisset eum, [d] dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit, [e] Quis est Domine, vt credam in eum? [f] Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, [g] & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait, [h] Credo Domine. [i] Et procidens adorauit eum.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, præteriens Iesus. Postquàm Christus ostẽdit se habere virtutem illuminatiuam verbo, hîc consequẽter hoc ostendit sensibili signo. Et diuiditur in tres: quia primò ponitur quædam miraculi præfatio. Secundò miraculi operatio: ibi, Et cùm hæc dixisset. Tertiò miraculi facti examinatio: ibi, Itaque vicini. Præcedentia miraculum sunt duo. Secundũ ponitur ibi, Respondit Iesus. Primum, quod fuit præcedẽs ipsum miraculum & eius occasio, fuit discipulorũ interrogatio, de cęco nato: & hoc est quod dicitur, a [Præteriens Iesus] in exitu templi: de quo dictum est in fine præcedentis capituli. b [Vidit hominẽ cæcum à natiuitate] quia ibi sedebat mendicans eleemosynã ab ingredientibus templum. Et diligenter intuitus est eum Iesus: vt dicit Chryso. quasi vellet aliquid agere circa eum: & ideo discipuli moti sunt, ad quærendum de causa cæcitatis eius, dicentes. c [Rabbi, quis peccauit] Ex hoc enim quòd suprà Dominus sanãdo languidum dixerat, Iam noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat, ostendens, quòd peccatum fuerat causa illius languoris, vt ibi dictum fuit: ideo Apostoli consimiliter crediderunt de isto cæco nato: quòd peccatum ipsius, vel parentum, esset causa huius cæcitatis. d [Respondit Iesus] hîc ponitur secundum præambulum, ad miraculum: s. Christi responsio: ex quo ostenditur, quòd cæcitas cõtingit, vt virtus diuina in eius sanatione declaretur: & hoc est quod dicitur. e [Neq; hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur.] Nõ negat simpliciter ipsum peccasse, vel parentes eius: sed solùm illud de quo interrogatur, q.d. Nec peccato proprio cæcus natus est: quia ante natiuitatem peccare non potuit. In quo apparet quæstio Apostolorum ridiculosa, quantum ad hanc partem. Nec mirum, quia adhuc rudes erant ante receptionẽ sancti spiritus. Neque peccato parentum contigit. Licet enim parentes, pro peccatis suis aliquando puniũtur in filiis mõstrosis, inquãtum talia monstra ex diuina iustitia nascũtur: tamen frequẽtius fit sine peccato: s. propter indispositionem materiæ, vel debilitatem virtutis, quæ est in semine, veruntamen quamuis talia sint à casu, respectu naturæ creatæ: sunt tamẽ ordinata respectu diuinæ prouidentiæ, & aliquãdo ordinantur ad declarationẽ diuinæ virtutis in operibus miraculosis. Et sic erat de isto: ideo sequitur, f [Sed vt manifestentur opera Dei in illo.] in eius mirabili illuminatione: vnde subditur, g [Me oportet operari] illud nõ importat coactionẽ voluntatis in Christo: sed immobilitatẽ eius à diuina ordinatione. h [Opera eius qui misit me] s. patris. hoc dicit, quia miracula ipse faciebat virtute diuina: & humanitas Christi operabatur instrumẽtaliter. i [Donec dies est] i. quãdiu sum præsentialiter super terrã in humanitate assumpta. Sicut enim pręsentia Solis super terram facit diem, sic præsentia Christi, qui est sol iustitiæ, in humanitate assumpta, fecit quãdam diem gratiæ spiritualem: quæ dies durauit à Christi natiuitate vsque ad eius ascẽsionem: licet posteà remansit nobiscum sacramentaliter, vsque ad mundi finẽ. Et tunc k [Venit nox quando nemo potest operari] quia post iudicium nullus poterit mereri, vel à culpa ad gratiam reuerti. l [Quãdiu sum in mundo lux sum mundi.] ipsum doctrina & miraculis instruẽdo. m [Hæc cũ dixisset ex, &c.] Hîc cõsequẽter ponitur miraculi operatio. In qua duo exprimũtur, quę in miraculis diuinis requiruntur. i. Dei potẽtia operãs, & sanati fides, & obedientia disponẽs. Et hoc est quod dicitur. Hæc cum dixisset expuit in terrã. Saliua enim fluit à capite: & ideo per hanc expuitionẽ ostendit, ꝙ virtus sanatiua quodãmodo erat ab eius humanitate, inquãtũ est organũ diuinitatis: propter hoc dicitur Lu. vj. c. Virt' de illo exibat & sana

Qua virtute Christus miracula faciebat. & quo modo eius humanitas in illis operabatur.

bat omnes. n [Et fecit lutum ex sputo] vt ostenderet se esse illum, qui formauit primum hominem de limo. o [Et liniuit lutum super oculos eius.] Inter corpora animalium nobilius est corpus humanum: & in corpore humano caput est pars nobilior: & in capite oculus: & ideo ex formatione partis nobilioris repertæ in corporalibus, ostendit Christus se esse formatorē corporis. p [Et dixit ei, Vade, lauare in natatoria Syloë.] Hoc dixit ei, vt cæcus trāseundo sic per ciuitatem, linitus luto à multis videretur: & per consequens miraculum magis diuulgaretur & confirmaretur. q [Quod interpretatur missus.] Hoc addit Euangelista volens interpretari nomen Hebraicum ad designandum mysterium Christi missi ad salutem hominum. r [Abiit ergo.] In quo patet fides cæci. s [Et lauit, & venit videns.] Non virtute luti, alioqui vidisset statim cum impositum fuisset. Et iterum hoc patet: quia non vidit donec lutum amotum fuerat. Nec virtute aquæ: quia homines ibi frequenter se lauabāt, & idem cæcus aliàs de illa se lauerat: quia communis erat, tamen virtutem illuminatiuam nullus ibi expertus fuerat: & sic patet quòd illuminatio illa, diuina virtute facta est. t [Itaque vicini & qui vid.] Hic consequēter ponitur miraculi facti examinatio. Et primò à turbis, secundò à Pharisæis, ibi, Adducunt autem. In prima examinatione fit inquisitio de tribus. Primò de ipso illuminato, vtrū esset ille, qui prius dicebatur cæcus natus: & hoc est quod dicitur. [Itaque vicini & qui viderant eum prius] frequenter: cuius causa subditur. v [Quia mendicus erat] & sic suam cæcitatem frequenter eis exposuerat, eleemosynam petendo. x [Dicebant, Nonne hic est qui sedebat.] q. d. Sic pro certo: quia dictum eorum erat firmum propter experientiam sequētem. y [Alij autem.] volētes impugnare facta Christi dictabant. z [Nequaquam] sup. est ille cæcus natus. a [Sed similis eius est.] Ex visu enim fit homo maximè cognoscibilis, & ideo restitutio visus, ita mutauerat vultum eius, quòd vix poterat recognosci: nisi à valdè expertis, quales erant vicini, qui frequenter eum viderant. b [Ille verò dicebat: Quia ego sum.] & in hoc excludit aliorum dubium: & sicut gratus cognoscit diuinum beneficium. Sed consequenter quærunt de secundo. s. de modo illuminationis, dicentes. c [Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus] licet enim alias non vidisset, cum esset cæcus, tamen frequenter audiuerat nomen eius & vocem, ideo ipsum cognoscebat. d [Lutum fecit & vn. ocu. me.] asserit tamen illud quod fiebat, senserat enim lutum positum super oculos suos per tactum, & cùm esset in loco sicco in quo non erat lutū, per hoc sciuit quòd Christus illud lutum fecerat, sed vtrū fecisset cum sputo vel aqua hic non cognouit: & ideo tependo non dicit lutum ex sputo: sed tantum fecit lutum &c. Quærunt tertiò de ipso illuminante, dicentes. e [Vbi est ille? Ait, Nescio.] quia antequam esset reuersus de natatoriis Syloë videns Iesus à loco illo declinauerat. f [Adducunt.] Posita examinatione miraculi coram turbis, hic consequenter ponitur examinatio eius corā Pharisæis. Et diuiditur in duas: quia primò examinant miraculū. Secundò inducūt illuminatum ad veritatem negandam: ibi, Vocauerunt rursum. Prima in duas: quia primò examinant miraculum per ipsum illuminatum. Secundò per parentes ipsius: ibi, Non crediderunt. Prima in duas: quia primò ponitur illuminati interrogatio. Secundò ex hoc audientium diuersa opinio ibi, Dicebant ergo. In prima ergo parte dicitur sic, Adduc. eum ad pha. qui cæ. fue. Hoc fecerunt malignantes contra ipsum, volentes ostendere quòd fecisset cōtra legem, propter quod subdit Euangelista. g [Erat autem sabbatum &c.] Pharisæi enim arguebant eum de violatione sabbati. h [Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset.] Sciendum est quòd interrogauerunt eum ordinatè, de tribus prædictis in prima examinatione. Sed Euangelista breuiter hoc repetit. i [Ille autem dixit eis &c.] respōdendo sicut prius. k [Dicebant.] Hic ponitur diuersitas opinionum sequentium ex eius responsione. Quidam enim ex Pharisæis arguebant Christum de violatione sabbati in hoc facto, dicentes. l [Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit.] Ipsi falsum dicebant: quia opera corporalia ad Dei magnificentiam ordinata licitè fiebant in sabbato, sicut dictum est suprà v. c. n [Alij autem.] econuerso volentes factum Christi excusare, & magnificare. o [Dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere.] q. d. Nullo modo. Sed contrarium videtur Matth. vij. vbi dicitur de malis hominibus, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? sequitur, Non cognoui vos. Discedite à me operarij iniquitatis, &c. Dicendum, quòd miraculum est opus excedens omnem virtutem creatam: & per consequens fit à solo Deo: talia autem fiunt ab ipso, ad testificandum aliquid quod est supra humanam cognitionem. Et hoc est dupliciter. Vno modo, ad testificandum veritatem alicuius doctrinæ, existentis supra facultatem intellectus nostri: & tunc oportet quòd illa doctrina sit vera, cùm Deus non sit testis falsitatis: tamē non oportet quòd ille qui docet doctrinam illam, sit bonus: quia miraculum illud non fit ad testificandum eius bonitatem, sed doctrinæ veritatem: & hoc modo, aliquando per malos homines prædicantes fidem catholicam, facta sunt miracula ad confirmationem fidei catholicæ: & sic intelligitur illud verbum Matth. prætallegatum. Alio modo fiunt miracula, ad testificandum de bonitate ip

Vbi patet fides cæci.

Quomodo homo fit cognoscibilis.

Quomodo cæcus Christū cognoscebat.

Quomodo miraculū est opus excedens omnē virtutē creatam.

Miracula nō possunt fieri nisi virtute diuina, quæ operatur

Deus ad hominum vtilitatem dupliciter vno modo ad veritatis prædicatę cõfirmationẽ: sic miracula possunt fieri per quencunque, qui veram fidem prædicat & nomen Christi inuocat quod fit p malos. Alio modo ad demonstrationẽ sanctitatis alicui⁹, & sic miracula nõ fiũt nisi à iustis Tho. ii. ii. q. clxxviii. ar. ii.

te ipsius docentis: & tunc oportet quod bonitas sit in illo: aliter Deus esset testis falsitatis, & hoc modo fiebant miracula Christi, sicut dictũ fuit suprà, v. c. Opera quæ ego facio testimonium perhibẽt de me. Et hoc modo isti loquebantur dicentes, Nõ potest homo peccator &c. q [Et scis. erat inter eos] propter quod requiritur sententia illius illuminati, cum dicitur. r [Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos,] Illud quæsitum non fuit ab illis, qui impugnabant facta Christi: quia probabile erat quòd responderet pro suo illuminatore: sed ab aliis: & subditur eius responsio, cum dicitur, s [Ille autem dixit, quia propheta est,] non est intelligendum quòd cõfiteretur eum esse prophetam cõmuniter dictum, sicut fuit Isaias vel Ieremias: sed prophetam antonomasicè dictũ, qui erat promissus ad salutẽ hominũ: secundũ quod dicitur Deu. xviij. c. Prophetam suscitabit vobis Deus: & sic confessus est ipsum esse verum Christum. t [Non crediderunt ergo Iudæi] Hic ponitur consequenter inquisitio miraculi, per parentes cæci: & hoc ex diuina ordinatione factum, ad maiorem fidei & miraculi declarationem, interrogauerunt ergo parentes de tribus. Primò de persona filij, cum dicitur, v [Hic est filius vester?] intelligitur interrogatiuè. Secundò, de modo nascẽdi cum subditur. x [Quem vos dicitis, quia cæcus natus est.] id est fingitis, quãuis fortè non sit ita. Hæc dicebant vt inducerent eos ad negandũ: quia parẽtes solent occultare monstrositatem filiorum, quam trahunt à natiuitate: quia talis monstrositas, magis conuertitur in confusionem parentum, quàm si post natiuitatem esset contracta, propter pueri defectum. Tertiò si natus sit cæcus quæriũt de modo vidẽdi, dicentes, y [Quomodo ergo nunc videt] subditur respõsio: & de duobus primis responderunt assertiuè, dicẽtes, z [Scimus quia hic est filius noster: & quia cæcus natus est.] magis volunt confiteri turpitudinem suam quàm dicere falsitatem. De tertio autem remittunt ad filium, non audentes veritatem dicere: & causa ponitur, & hoc est quòd dicitur, a [Ipsum interrogate: ætatem habet.] q. d. Melius potest veritatem dicere. b [Ipse de se loquatur,] id est in causa sua: vt dictũ suum nobis non imputetur. Cuius causam subdit Euangelista. c [Hoc dixerunt parentes, quoniã timebant Iudæos.] quia erãt principales in populo. d [Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.] i. extra societatem Iudæorum, tãquam excommunicatus & reprobatus: quod apud Iudæos erat maximè reprobatum. e [Vocauerunt.] Hic inducitur illuminatus ad negandum facti veritatem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur dicta inductio. Secundò iniusta condemnatio: ibi, Maledixerunt. Tertiò eius Christi receptio: ibi, Audiuit. Circa primum sciendum quòd Pharisæi videntes, quòd factum negari non poterãt: ideo voluerunt decipere ipsum illuminatum: & hoc est quod dicitur, Vocauerunt ergo rur. &c. Da gloriam Deo, id est cõfitere veritatem: volebant enim eum inducere ad dicendum, quòd illuminatus fuisset magica arte: ideo subditur, f [Nos scimus, quia hic homo peccator est.] q. d. Diuina virtute non fecit. Ideo subditur ipsius illuminati constantia: quia inter aduersarios existens, fortius quàm antè, veritatem confitetur, dicens, g [Si peccator est ne.] hoc nõ dixit dubitãs de Christi sanctitate: sed irridendo eorum malitiã. q. d. Vos dicitis: quia scitis eũ esse peccatorem, & ego non dico hoc: imò contrarium. Quod probat consequenter per factum. h [Vnum scio: quia cùm cæcus essem modò video.] Et ex hoc manifestè arguit eius sanctitatem: quia tale factum excedit omninò facultatem totius naturæ creatæ, & per consequens non fit à magica arte: sed à Deo solo qui non facit aliquod testimonium bonitatis alicuius, nisi in veritate sit factũ. Cætera patent. i [Maledixerunt.] Hic ponitur eius iniusta condẽnatio, cũ dicitur, Maledixerũt ergo ei secũdũ suã reputationẽ: tamẽ secundũ veritatẽ magis erat benedictio. Vnde dicit Aug. Vtinã super me veniret ista maledictio. k [Et dixerunt, Tu discipulus illius sis.] i. illius malefici & transgressoris. l [Nos autem Moysi discipuli sumus.] Hoc erat verum tantùm nomine, non autem re: quia verè discipuli Moysi sunt, qui eius opera imitantur: & eius scripturã piè interpretantur. Isti autem faciebant contrariũ: propter quod saluator dixit eis suprà, v. cap. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. m [Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus.] In hoc verum dicunt: quia hoc expressè in sacra Scriptura continetur, n [Hunc autem nescimus, vnde sit] id est nullius authoritatis ipsum reputamus: nec à Deo missum. Non enim simpliciter loquendo nesciebant vnde esset: quia patriam & genus eius cognoscebant, vnde suprà dictum est vij. cap. Hunc scimus vnde sit. Sed iste illuminatus eorum malitiam & falsitatem confutat, dicens. o [In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit &c.] Ista enim mirabilia dicuntur, quæ sunt insueta. Consuetum autem erat Iudæis signa quærere: vt habetur j. Corinth. j. Iudæi enim signa petunt, & manifestis signis credere: sic patet de Moyse faciente signa magna coram populo: propter quod crediderunt: vt habetur Exod. iiij. Ideo insuetum erat mirabile, quòd non credebant Christo facienti signum maximum in illuminatione huius cæci: quia nec Moyses nec alius propheta simile miraculum fecerat. Ideo subditur. p [Scimus autem quia peccatores Deus non audit.] faciendo talia miracula ad testimonium bonitatis eorum: vt patet ex prædictis. q [Sed si quis Dei cul-

Christus nõ peccauit, nec peccare potuit. Bon. iii. Sentẽ.

tor est] per actum latriæ debitum. r [Et voluntatem eius facit.] per impletionem mandatorum. s [Hunc exaudit.] faciendo miracula ad declarationem suæ bonitatis. t [A seculo non est auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati.] hoc enim non inuenitur in tota serie veteris testamenti: & ideo concludit propositum. v [Nisi esset hic à Deo.] specialiter missus. x [Non poterat facere quicquam.] de talibus facultatem naturæ excedentibus. Et quia mali homines, & obstinati non recipiunt persuasionem: ideo ex veritate ostensa reddunt ei vituperationem, dicentes. y [In peccatis natus es totus] scilicet in anima & corpore, vt patet ex cæcitate. z [Et tu doces nos] q.d. Non decet, sed hoc est falsum: quia veritas à quocunque dicatur, recipienda est. a [Et eiecerunt eum foras.] i. à societate aliorum hominum excommunicauerunt. b [Audiuit Iesus.] Hic ponitur eiecti receptio, & diuiditur in duas partes: quia primò ponitur eius in fide instructio. Secundò fidei suæ commẽdatio: ibi, Dixit Iesus. In prima ergo parte dicitur sic, Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, licet omnia nouerit antequam fierent: tamen hoc audiuit auditu corporali. c [Et cùm inuenisset eũ] non à casu factum est, sed ex sua voluntate & ordinatione. d [Dixit ei, Tu credis in filium Dei,] i. paratus es credere in filium Dei, qui aperuit tibi oculos, & ille sicut valdè paratus ad hoc respondet. e [Quis est domine vt credam in eum.] non enim cognoscebat Iesum in facie: quia illum aliàs non viderat, vt suprà dictum est. sed eum desyderabat videre, & ideo dignum erat vt ei veritas reuelaretur: ideo sequitur, f [Et dixit ei Iesus, & vidisti eum.] nunc in præsenti. g [Et qui loquitur tecum ipse est.] Et statim ipse credidit, & fidem suam ore professus est, dicens, h [Credo domine.] & opere. i [Et procidens adorauit eum.] adoratione latriæ, credens eum Deum & hominem.

Triplex est veritas f. vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, Tho. ii. ii. q. cix.

EXPOSITIO MORALIS.

ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. Mysticè cæcus nascitur omnis habens peccatum originale, quia priuatus est Dei visione. Hanc tamen priuationem non facit eius actuale peccatum quod adhuc non habet, nec etiam parentum suorum immediatorum, ideo subditur, e [Neque hic peccauit neque parentes eius vt cæcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo,] sic enim permissus est nasci iste cæcus, vt illuminaretur Christi miraculo & similiter emundatio peccati originalis est opus diuinæ virtutis, cuius modus significatur cùm dicitur, n [Et fecit lutum ex sputo] per quod significatur catechismus præcedens baptismum. De quo subditur, p [Vade, lauare in natatoria Syloë] i. Christi missi à patre pro salute mundi. r [Abiit ergo & la. & ve. vi.] Per illuminationem fidei datã virtute baptismi. q [Ille verò dicebat, quia ego sum,] per hoc ostẽdens ꝙ quilibet tenetur recognoscere gratãter & cõstanter beneficium diuinũ. s [Adducũt eum ad Phari.] qui interpretãtur diuisi: ꝓpter quod per ipsos hæretici significãtur, qui sunt ab Ecclesia diuisi: quorũ alij ceremonias legis obseruant, f. Nazareni: & isti significãtur per illos qui dicebãt de Christo, l [Non est hic homo à Deo qui sab. non cu.] Alij verò dicũt hominẽ nasci sine originali peccato, f. Pelagiani & isti significãtur ꝑ illos de quibus subditur, t [Nõ crediderũt ergo Iudæi de illo ꝙ cæcus fuisset] id est natus in originali peccato. Per parentes autẽ cæci qui de modo suæ illuminationis non respõderunt timore ducti, significãtur fideles infirmi, qui tempore ꝑsecutionis fidei nõ audẽt confiteri. Per cæcum verò confidenter veritatem confitentem significantur in fide firmi constanter veritatem fidei confitentes. a [Et eiecerunt eum foras] Sed Christus suscepit eum benignè: & per hoc significatur quòd abiecti de societate malorum propter Christum ab eo recipiuntur gratiosè, sicut dicitur Mat. v. Beati estis cùm maledixerint vos, &c. & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter nomen meum, &c.

QVAESTIO LV.

MAledixerunt ei, & dixerunt, Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus, Io. ix. Sup quibus verbis mouetur quæstio talis, Vtrum ipsa blasphemia sit maximum peccatorum? Et certè secundum mẽtem doctoris irrefragabilis Alexan. in secudo suo volumine, & Seraphici beati Bona. super dist. xliij. lib. ij. mag. Senten. atque Astes. in lib. ij. tit. xl. blasphemia omnia in grauitate & nequitia peccata præcellit: cum infidelitas sit radix tantæ malitiæ, ad quam infidelitatem ipsa blasphemia pertinet. Quantum enim putãdum est ꝙ offendant qui contra cognitam veritatem voluntate peruersa blasphemant? Profectò Apostolus ad Heb. x. di. Voluntariè enim peccantibus nobis post accepta notitiã veritatis iam nõ relinquitur hostia pro peccatis. Terribilis autẽ quædã expectatio iudicij & ignis æmulatio: quæ consumptura est aduersarios. & infra, Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei conculcauerit & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit? Sic & hi maledicti Iudæi fecerũt, qui cæco nato, & postmodũ illuminato credẽti maledicebãt, & potiꝰ Moysi, qui quãquã sanctus, pura & simplex erat creatura, quã Xpo creatori virtutẽ & doctrinã sanctã tribuebãt. Idcirco blasphemãtes maledixerunt ei, scilicet cæco: & dixerũt, Tu discipulus illius sis. Nos autem discipuli Moysi sumus.

Quæstio de blasphemia.

Feria quinta post dominicam quartam quadragesimæ, Euangelium secundum Lucam cap. vij.

IN illo tempore,[a] ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naym,[b] & ibāt cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus [c] efferebatur, filius† vnicus matris suæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset Iesus [d] misericordia motus super eam, dixit illi, Noli[e] flere. [f] Et accessit, & tetigit loculum. Hi autē qui portabant, steterunt, & ait, Adolescens tibi dico, Surge. Et resedit qui erat mortuus,[g] & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabāt Deū, dicentes, [h] Quia propheta magnus surrexit in nobis, [i] & quia visitauit Deus plebem suam.

Fili⁹. Vnicus filius cuiusdam viduę mortuus efferebatur ad tumulum in sepulturam, matrem vidit Dominus cuius misertus filium illius suscitauit. Dominus præpotentes docet & viduis & orphanis & pauperib⁹ succurrere ac misereri debēt, qđ est opus pietatis. Dauid, Psal. ix. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

POSTILLA.

IN illo tempore, ibat Iesus in ciuitatem, &c. In Euangelio tria ostenduntur. Primò Christi pietas assistēs propinquius ibi, Ibat. Secundò charitas affligēs amatius, ibi, Ecce. Tertiò potestas operantis virtuosius, ibi, Adolescens. In hac lectione Euangelica Lucas ostendit per signū sensibile confirmationem instructionis, s. Christi per suscitationē filij vnici viduæ dicit ergo, a [Ibat Iesus in ciuitatē quæ vocatur Naym.] ciuitas parua est in Galilæa prope montem Thabor. b [Et ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa.] Hoc factum est vt euidētius esset miraculum coram multis factum. c [Ecce defunctus efferebatur.] ad sepeliendum. Antiquitus loca sepulturæ erāt extra ciuitates, ne ex cadaueribus inficerētur habitatores ciuitatū. d [Misericordia motus super eam: tum quia erat vidua, tum quia nō habebat alium filium, à quo posset in senectute sustentari. e [Noli flere.] q. d. citò consolata eris. f [Et accessit & tetigit loculum.] i. feretrum. Ad hoc enim tetigit, vt ostenderet quòd corpus suæ diuinitati vnitum, erat instrumentum diuinitatis, etiam in miraculis faciendis. g [Et cœpit loqui] vt manifestè appareret: quòd erat verè suscitatus & nō apparenter tantùm. Vnde de Simone mago legitur, quòd apparenter resuscitauit quendam mortuū, qui tamen loqui non poterat: per quod apparuit illam resurrectionem fuisse tantum apparenter. h [Quia propheta mag. sur. in nobis.] id est ille magnus propheta de quo dicitur Deuter. xviij. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, &c. quod intelligitur de Christo in lege & prophetis promisso, & ideo subditur. i [Et quia Deus vi. ple. su.] mittendo eis saluatorem. Eiusdem Euangelij expositionem aliam quære infrà, dominica xvj. post pentec.

Loca sepulturarū, vbi tēpore antiquo erant.

EXPOSITIO MORALIS.

ECce defunctus efferebatur. Per istum defunctum significatur mortuus per mortale peccatum. Eius mater est Ecclesia: portitores huius funeris, sunt facta & verba fouentes hominem in peccatis, porta per quam fertur mortuus, est exterior sensus peccati manifestatiuus. Isa. ij. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. Talis autem mortuus per peccatum mortale, suscitatur misericorditer à Deo per preces Ecclesiæ.

QVAESTIO LVI.

ECce defunctus efferebatur. Luc. vij. Ex istis verbis non desino mirari, quàm plures esse quos puto ægrotos hoc mortali blasphemiæ vitio: quia plures eius venenosis poculis corrumpuntur: cum hoc scelere illud psal. xiiij. videatur impletum, Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: quia sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum: quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Ex quibus prophetæ verbis cuidam tacitæ quæstioni responderi potest. Nam & doctores & patres quærere solent, An maledictio vel blasphemia sit peccatum: Inter maledictionem enim & blasphemiam, secundum quorundam vulgaria, vt in Tuscia nulla differentia est, sicut etiam per ca. statuimus, extrà de maledictis, confirmatur. Et ad hoc breuiter respondetur ex sententia beati Tho. ij. ij. q. lxvj. & doctoris nostri Durandi quod non est dubitandum, blasphemiam vel maledictionem esse mortale peccatum: & maximum omnium peccatorum. Quis enim dubitat peccare mortaliter illum, s. qui contra charitatem Deo vel proximo maledicit. vnde Pau. j. ad Corin. vj. c. dicit, Neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et de blasphemis propriè secundum vocabulū Leui. xxiiij. c. scribitur, Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur. Neque mors danda est alicui, nisi pro peccato mortali. Hoc euenire tamen quandoque contingit ex triplici ratione: blasphemiam vel ma

Modi blasphemiæ.

ledictionem non esse ita graue vel mortale peccatum. Primò ratione prauitatis: quando alteri quid modici mali, aliquis imprecatur. Secundò ratione leuitatis quando, f. ludo talia verba, & non ex malitia, vel ex consuetudine mala loquendi profert. Tertiò ratione susurrationis: vt quãdo, f. aliquis in non imaginata verba prorumpit non cõsyderans verborum significationem: quia peccata oris maximè ex affectu pensantur: vnde in c. cum ex voluntate: extra de sen. excom. dicitur, Voluntas & propositum distinguunt maleficia, & doctor Amb. dulci epistola paradisi, lib. de Offi. ait, Iugum sit verbis tuis, & statera atque mensura: vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus. Primò dicit venenum aspidum sub labiis eorum: & deinceps adiungit, Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: quia primò mala est intentio, secundo est vel fit praua locutio, iuxta illud Hugo. li. ij. de Anima, Vanus sermo, vanæ conscientiæ est index: mores hominis lingua pandit: & qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Qua ex re adolescens iste de quo Euangelica lectio loquitur, prius in domo defunctus est, quia blasphemus qui per ipsum significatur, prius in mente per malam cogitationem moritur, posteà ad portam ciuitatis, pro sepultura effertur, quia post malam & venenosam cogitationem, blasphemando, & maledicendo, proloquitur.

Feria sexta post Dominic. iiij. quadragesimæ. Euangelium secundùm Ioannem, xj. capitu.

Quidam languens Lazarus. Iste Lazarus in Ierusalẽ princeps erat à Iesu Christo dilect⁹ is quodã languore morbi defunct⁹ sororũ precibus suscitat⁹ est. In cuius suscitatione Dominus suam misericordiã ostendit, suam clementiã & pietatẽ demõstrauit, omnipotentiãque patefecit: quã-

IN illo tẽpore, [a] erat quidam lãguẽs [b] Lazarus [c] à Bethania, [d] de castello Mariæ & Marthæ sororũ eius. [e] Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. [f] Miserunt ergo sorores eius [g] ad eum, dicentes, Domine ecce, quem amas infirmatur. [h] Audiens autem Iesus dixit eis, [i] Infirmitas hæc non est ad mortem, [k] sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam & Lazarum, [l] vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodẽ loco, [m] duobus diebus. [n] Deinde post hæc [o] dixit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum. [p] Dicunt ei discipuli, [q] Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, [r] & iterum vadis illuc? [s] Respõdit Iesus, [t] Nõne duodecim sunt horæ diei? [v] Si quis ambulauerit in die, [x] nõ offendit, [y] quia lucẽ huius mundi videt. [z] Si autẽ ambulauerit in nocte, [a] offendit, [b] quia lux non est in eo: [c] hæc ait. [d] Et post hæc dixit eis, [e] Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eũ. [f] Dixerũt ergo discipuli eius, Domine si dormit saluus erit. [g] Dixerat autem Iesus de morte eius. [h] Illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. [i] Tunc ergo dixit eis Iesus manifestè, [k] Lazarus mortuus est & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniã nõ eram ibi. Sed eamus ad eum. [l] Dixit ergo [m] Thomas qui dicitur didymus [n] ad cõdiscipulos, [o] Eamus & nos, & moriamur cũ eo. [p] Venit itaque Iesus, & inuenit eũ quatuor dies [q] iã in monumento habentẽ. [r] Erat autẽ Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim. [s] Multi autem ex Iudæis venerant ad Marthã & Mariã, vt cõsolarentur eas de fratre suo. [t] Martha ergo vt audiuit, quia Iesus venit, occurrit illi. [x] Maria autẽ domi sedebat. [y] Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine si fuisses hîc frater meus nõ fuisset mortuus. [z] Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus. [a] Dixit ei Iesus, [b] Resurget frater tuus. [c] Dixit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. [d] Dixit ei Iesus, [e] Ego sum resurrectio, [f] & vita. [g] Qui credit in me, [h] etiã si mortuus fuerit, [i] viuet, [k] & omnis qui viuit, & credit in me, [l] nõ morietur in æternum. [m] Credis hoc? Ait illi, [n] Vtiq; domine. [o] Ego credidi, q̃a tu es Christus [p] filius Dei viui, [q] qui in hunc mundum venisti. [r] Et cũ hæc dixisset [s] abiit & vocauit Mariã sororem suã [t] sub silẽtio, [v] dicens, Magister adest, & vocat te. [x] Illa autẽ vt audiuit surrexit citò, & venit ad eũ. [y] Nondũ enim venerat Iesus in castellũ, sed erat ad-

do quatriduanũ suscitauit, quia pius & misericors est, q̃ si misericorditer rogaſ, petita nõ denegat, Matt. vij. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit, s. iusta petẽdo.

huc in illo loco vbi occurrerat Martha ei. [z] Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabātur eam cū vidissent Mariam, quia citò surrexit, & exiit, secuti sunt eam, [a] dicētes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. [b] Maria ergo cū venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei, [c] Domine si fuisses hîc nō esset mortuus frater meus. [d] Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudęos qui venerant cum ea plorātes [e] infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, [f] Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine veni, & vide. [g] Et lachrymatus est Iesus. [h] Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eum. Quidā autē ex ipsis dixerunt, [i] Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic nō moreretur? [k] Iesus ergo rursum fremēs in semetipso, [l] venit ad monumentū. [m] Erat autē spelunca, & lapis superpositus erat ei. [n] Ait Iesus, [o] Tollite lapidem. Dixit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine iam fœtet, quatriduanus est enim. [p] Dixit ei Iesus, [q] Nōne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? [r] Tulerunt ergo lapidem. [s] Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, [t] Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. [v] Ego autem sciebā, quia semper me audis. [x] Sed propter populum qui circūstat dixi vt credant, quia tu me misisti. [y] Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras. [z] Et statim prodiit qui fuerat mortuus, [a] ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, [b] Soluite eū [c] & sinite abire. [d] Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Christus fleuit in infantia, super Lazarum, super Ciuitatē, & in cruce vt nōnulli dicunt.

POSTILLA.

In illo tempore, erat quidam languens, &c. Hic Euangelista ostendit in Christo virtutem viuificatiuam sensibili signo, in mortuo virtute eius resuscitato. Et diuiditur in tres partes: quia primò describit infirmitatem Lazari incurabilem. Secundò eius mortem indubitabilem: ibi, Vt ergo audiuit. Tertiò eius suscitationem mirabilem: ibi, Iesus autem vt vidit. Prima in duas: quia primò eius infirmitas describitur. Secundò Christo nuntiatur: ibi, Miserunt. In prima parte dicitur sic a [Erat quidam lang.] ex quo patet incurabilitas infirmitatis via naturæ: infirmitas enim curabilis nō dicitur propriè languor. b [Lazarus.] s. nomine. c [A Bethania] nomen est villæ in qua erat infirmus. d [De castello Mariæ & Marthæ sororū eius.] quia erat in prędicta villa illud castrum, in quo manebant istæ dominę cum Lazaro earum fratre: & quia multæ mulieres vocabantur nomine Maria: ideo ad distinguēdum istam ab aliis subditur. e [Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento.] Verum autem Maria hæc fuerit illa peccatrix, de qua scribitur Luc. vij. quæ lauit pedes domini & vnxit vnguēto sancti variè loquuntur. Hiero. autem & Chrys. dicunt istam fuisse aliam. Vnde illa dicitur peccatrix, hæc sancta & honesta: & propter hoc nomen illius Luc. vij. tacetur: istius autem nomen exprimitur. Et tunc dicūt isti quòd ambæ mulieres fecerunt simile: sed illa fecit hoc ex peccatorum suorum compunctione: ista autem ex ipsius deuotione. Greg. & Aug. de cōsensu Euangelistarum, dicunt contrarium. Dicit tamen Aug. quòd ista Maria vnxit bis dominū ex hoc loco sumens argumentū: quia hic dicitur quòd vnxit loquendo de præterito: & sequenti c. similiter dixit quòd vnxit caput Domini. Dicitur igitur, quòd prima vnctio fuit ex contritione, quam Lucas narrat diffusè & hîc breuiter repetitur. Secunda autem fuit ex deuotione, quæ sequenti c. describitur. Consuetudo etiam Ecclesiæ tenet, quòd eadem mulier fuit: de qua narrat Luc. tacito eius nomine: & quæ hic dicitur soror Lazari: nec mirum, quia officiū Ecclesiasticum à sancto Greg. ordinatum est, qui fuit huius opinionis. f [Miserunt] Hîc consequenter infirmitas Lazari Christo denuntiatur per internuntium: & hoc est quod dicitur. [Miserunt ergo sorores eius.] curationem fratris desyderantes. g [Ad eum dicentes, Domine, ecce quem amas infirmatur] non dicūt, Veni: quia amatori sufficit necessitatem nuntiare amici. h [Audiens autem Iesus dixit eis.] s. respondendo per nuntium. i [Infirmitas hæc nō est ad mortem.] Non est intelligendū quòd Lazarus non fuerit mortuus, vt dixerunt aliqui, quia hoc esset destruere veritatem Euangelij, cùm infrà eo. c. dicat saluator, Laza. mor. est. Sed pro tanto dicitur, Hęc infirmitas nō est ad mortem: quia non tendebat ad mortem, ibi sistendo, sed propter resurrectionem sequentē, vt inde glorificaretur Deus per ostensionē virtutis, & in Christo declararetur virtus deitatis, ideo sequitur. k [Sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei &c.] Diligebat autem Iesus

Bethania quid.

Quæstio de Maria Magdalena.

Martham, hoc addit ad ostendendum, quia nõ
oportuit quòd Martha & Maria irẽt ad ipsum
personaliter, sicut fecit regulus, de quo suprà
dictũ est, iiij. c. Quia Christus erat familiaris
Lazaro, & eius sororib⁹, & ibi frequẽter hospi-
tabatur. l [Vt ergo audiuit] Hic consequẽter
describitur mors Lazari: & diuiditur in duas,
quia primò describitur huius mortis expecta-
tio Secũdò expectatę denunciatio, ibi, Deinde
post hæc. Circa primum sciendum ꝙ Christus
audita infirmitate Lazari nõ statim iuit ad eũ,
ne à Iudæis eius miracula impugnantibus, &
virtuti dæmonum ea imponentibus posset di-
ci, ꝙ illa infirmitas & mors sequens, fuisset tã-
tum secundũ apparentiam & illusionẽ, facta à
Christo per artẽ magicam, & hoc est quod di-
citur, Vt er. aud. quia infirmabatur, tunc quidẽ
man. in eo. lo. trans Iordanẽ. m [Duobus dieb.]
expectãdo mortẽ Lazari, sic ꝙ esset quatridua-
nus antequã illuc veniret, ad maiorẽ miraculi
certitudinẽ. n [Deinde post hæc, &c.] Hic con-
sequenter ponitur mortis Lazari denũciatio, in
qua denunciatione Saluator sic procedit, quia
primò propositũ eundi in Iudæã prædicit. Se-
cũdò causam subiungit, ibi, Hæc ait. Tertiò ad
locum peruenit, ibi, Venit itaq; Iesus. In prima
ergo parte dicitur sic, Deinde post hæc, scilicet
expectationẽ mortis Lazari prędictã. o [Dixit
discipulis suis, eamus in Iudæam.] Hoc autem
prædixit eis propter consuetudinem, quia scie-
bat eos inde terreri, vt minus iacula ferirent
quæ præuidentur. p [Dicunt ei discipuli.] ti-
mẽtes in Iudæam reuerti. q [Rabbi nunc quę-
rebant te Iudæi lapidare.] Hoc habitum est c.
præcedenti. r [Et iterum vadis illuc?] q. d. Non
est tibi nec nobis securum. s [Respondit Ie-
sus] eos assecurando. t [Nonne xij. sunt horę
diei.] q. d. Si voluntatem habebant tunc me la-
pidandi: modò tamen non facient: quia muta-
to tempore, potest voluntas mutari. Erat enim
prouerbiũ apud Iudęos, & adhuc est apud nos,
quòd loquendo de mutatione propositi dici-
tur, Duodecim sunt horæ diei: & ideo Saluator
vsus fuit tali modo loquendi, & ostendit vlte-
rius, ꝙ deberent esse securi dicens, v [Si quis
ambulat in die.] i. sanctè & iustè, vel aliter in
die, i. mecũ qui sum lux mũdi, faciens diẽ diui-
næ gratiæ. x [Nõ offẽdit] i. securus debet esse
y [Quia lucem huius mundi videt.] i. memet-
ipsum qui possum saluare. Vel aliter, lucẽ, i. iu-
stitiã, ad quã attendit. z [Si autem ambulaue-
rit in nocte.] i. sine pręsentia mea, vel sine iusti-
tia. a [Offendit.] i. sustinere debet pœnam of-
fensæ debitã. b [Quia lux non est in eo,] i. iu-
stitia: vel ego qui sum lux, s. Christus quandiu
vobiscum sum præsentialiter, nõ debetis time-
re Iudæos: quia Christus etiã in captione sua,
suos saluauit discipulos dicens, Sinite hos abi-
re, vt habetur infrà, xviij. c. sed post mortẽ meã,
periculum erit vobis inter Iudæos ambulare.
c [Hæc ait] Hic consequenter exponit causam
quare volebat ire ad Iudæam: scilicet propter
Lazari suscitationẽ. Et diuiditur in duas: quia
primò, denuntiat mortẽ Lazari, tamen occultè.
Secundò exprimit eam manifestè: ibi, Tunc er
go dixit. Circa primum dicitur, Hæc ait, quæ
immediatè prædicta sunt. d [Et post hæc dicit
eis, Lazarus amicus noster dormit.] Mortem
eius vocat dormitionem: quia citò erat surre-
cturus. e [Sed vado vt à somno excitem eum.]
quia tam facilè imò facilius est Christo susci-
tare mortuum, quam alteri, dormientem, hanc
causam sui itineris dixit, ad assecurandum di-
scipulos. q. d. Non debetis timere: quia non va-
do ad disputandum cum Iudæis sicut antè, sed
ad Lazarum suscitandum. f [Dixerunt ergo
discipuli eius, Domine si dormit saluus erit.] q.
d. Ex quo dormit, signũ est suæ curationis nec
est necesse quòd vadas illuc. Nondum enim e-
rant plenè assecurati per verba Christi, nec mi-
rum: quia adhuc erant infirmi & imperfecti.
g [Dixerat autem Iesus de morte eius.] eã ex-
primens per dormitionem ratione prædicta.
h [Illi autem putauerunt: quia de dormitione
somni diceret] sed videtur mirabile, quòd in-
tellexissent Christũ velle ire tam longã viam,
ad excitandum hominem de somno. Dicẽdum
quòd adhuc rudes erant, & in timore positi, vt
patet ex dictis: & ideo malè capiebant verba
Christi. Vel dicendum, quòd Christus consue-
uerat eis parabolicè loqui: & ideo nesciebant,
quid per excitationem à somno, intelligeret:
suspicantes ne fortè parabolicè loqueretur.
i [Tunc ergo.] Hîc cõsequenter exprimit mor
tem Lazari manifestè, dicens, k [Lazarus mor-
tuus est, & gaudeo] non de eius morte absolu-
tè, sed l [Propter vos.] vt videntes eius resu-
scitationẽ, in fide confirmemini. Vel sic: & gau-
deo scilicet quia non eram ibi non propter me:
sed propter vos: quia per præsentiam meam
mors eius fuisset impedita, cùm mors ha-
bere locum nõ debeat, vbi est vita, & per con-
sequẽs eius suscitatio non esset, quæ tamen est
vtilis vobis. m [Dixit ergo Thomas qui di-
citur Didymus.] i. dubius. n [Ad condisci-
pulos.] suos. o [Eamus & nos & moriamur
cum eo.] iste erat magis timidus quàm alij. q.
d. Exponamus nos periculo. Vel secundùm a-
lios dicebat hoc ex magna dilectione. q. d. Me-
lius est nobis cum illo mori, quàm sine illo
viuere. p [Venit itaque Iesus.] Hic con-
sequenter agitur de aduentu Christi ad La-
zarum, & diuiditur in duas: quia primò a-
gitur de eius peruentione. Secundò de eius
susceptione: ibi, Martha ergo. In prima ergo
parte dicitur sic, Venit itaque Iesus & inuenit
eum quatuor dies, &c. Quatuor dicit ad certi-
tudinem mortis: quia licet sint aliquæ infir-
mitates latentes, quibus aliquis videtur mor-
tuus ad tempus: hoc tamen non durat per iiij.
dies. Dixit etiam, q [Iam in monumento.] s. in
terra reclusus: quia dato, quòd fuisset ibi posi-

tus viuus: nihilominus fuisset tanto tempore mortuus. r [Erat autem, &c.] quasi stadiis quindecim quæ valent leucam, excepto vno stadio. s [Multi autem ex Iudæis vene. & con so. eas de fratre suo] tum quia erant nobiles dominæ: tum quia locus erat satis prope, vt patet ex dictis. t [Martha ergo, &c.] Hic agitur de Christi susceptione. Et primò quò ad Martham. Secundò quò ad Mariam: ibi, Et cùm hæc dixisset. Prima in duas: quia primò Christus à Martha deuotè suscipitur. Secundò fratris suscitatio ei promittitur: ibi, Dixit illi Iesus. In prima parte dicitur sic, Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit: ipsa enim habebat curam domus: ideo primò illi aduentus Christi annunciatus est, per aliquem qui aduentum Christi præuenerat. v [Occurrit illi.] reuerenter & deuotè. x [Maria autem do. sede.] cum Iudæis qui venerant ad eas. y [Dixit ergo Martha ad Ie. Domine si fuisses, &c.] Ex quo apparet, quòd credebat ipsum posse præseruare fratrem suum à morte tamen imperfectè credebat quia videtur innuere, quòd nō potest Christus tantum absens, quantum præsens. z [Sed & nunc scio quia quæcunq; poposceris.] Videtur per hoc nō fuisse edocta plenè de eius deitate: quia non dixisset Quæcunque poposceris: sed dixisset, Quæcunque iusseris fient. a [Dixit illi Iesus.] Hic suscitatio fratris sui ei promittitur, cum dicitur. b [Resurget frater tuus.] sed illa intellexit hoc, de resurrectione futura, ideo subditur. c [Dixit ei Martha, scio quia resurget, &c.] Ex quo patet quòd erat de secta pharisæorum, quantum ad hoc quòd confitentur resurrectionem futuram: non de secta Saducæorum, qui hoc negant. d [Dixit ei Iesus.] explicans intētionem suam de resurrectione fratris sui propinqua. e [Ego sum resurrectio] scilicet causaliter. Tum quia resurrectio generalis futura, fiet virtute Christi vocātis mortuos ad iudicium. f [Et vit.] per essentiam: propter quod sum causa vitæ omnibus viuentibus, possum dare vitā mortuis, quia quod est tale per essentiam, est causa omnium aliorum quæ sunt per participationē: vt habetur, ij. Meta. g [Qui credit in me] sic prædestinatus. h [Etiam si mor. fue.] per lapsum, in peccatū mortale. i [Viuet.] finaliter vita gratiæ. k [Et omnis qui viuit & credit in me] fide formata. l [Non morietur in æternum] i. morte æterna: licèt moriatur morte temporali, ad soluendum debitum naturæ. m [Cre. hoc?] non petit hoc quasi ignorans: sed quærens eius confessionem ad meritum, quia ore fit cōfessio ad salutem, vt habetur Rom. x. n [Ait illi, Vtique domine] quia per Christi verba erat instructa in fide plenius, quam antè: quod patet ex eius sequenti cōfessione: in qua primò exprimitur Christi dignitas sacerdotalis & regia, cum dicitur. o [Ego credidi quia tu es Christus] i. vnctus, vnctio autem debebatur regibus, & sacerdotibus. Secundò Christi diuinitas cum dicitur. p [Filius Dei.] s. naturalis. Tertiò incarnationis veritas cum subditur. q [Qui in hūc mundū venisti.] Nō per loci mutationem: sed per carnis assumptionem. r [Et cū hæc dixisset.] Hic agitur de susceptione Christi quo ad Mariam: quia Martha à Christo fuit edocta statim. s [Abiit & vocauit Mariam sororem suā] Vt audiret bonos rumores, quos ipsa à Christo audierat. t [Sub silentio.] propter Iudæos præsentes, quorū aliqui contra Christū machinabantur. v [Dicēs, Magister adest, & vocat te.] Licèt nō sit suprà expressum quòd Christus vocaret Mariam: tamen hoc est credendū: quia non est probabile, quòd Martha in hoc mentiretur: sed propter breuitatē Euangelista illud omisit, quia sufficit ex verbo Marthæ hoc exprimere. x [Illa autem vt audiuit, surrexit citò & venit ad eū.] ex magna deuotione y [Nōdum enim venerat Iesus in castellum.] ostendens quòd ad miracula facienda, n[illegible] se ingerebat: & vt ex aduentu Iudæorum cum Maria ad ipsum, magis celebre & notorium esset miraculum. z [Iudæi ergo.] patet litera vsque ibi. a [Dicentes, quia vadit ad monumentum: vt ploret ibi] credebant enim eam esse subito motam compassione fratris sui: quia non audierāt verbum Marthæ, vt dictum est. b [Maria, &c. cecidit ad pedes eius]. quod non fecerat Martha. Ex quo patet quòd Maria magis amabat Iesum & reuerebatur. c [Et dixit ei, domine si fuisses hic, &c.] exponitur sicut suprà. d [Iesus ergo.] Hic consequenter agitur de Lazari suscitatione. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur suscitationis actus. Secundò sequens effectus ibi, Multi ergo ex Iudæis. Prima in tres, quia primò describitur affectio Christi ad Lazarum. Secūdò sequens idem murmuratio Iudæorum: ibi, Dixerūt ergo. Tertiò Christus suscitat mortuū: ibi, Iesus, ergo rursum. Affectio Christi ad Lazarum, ostēditur primò ex signo: cùm dicitur. d [Iesus ergo vt vidit eam plorantem: & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes.] ex morte amici. e [Infremuit spi. & turbauit seipsum] Fremitus consurgit ex indignatione: iste enim Christi fremitus procedebat ex indignatione eius contra diabolum, per cuius suggestionem, mors intrauit in mundum, quem erat cito debellaturus. Turbatio autem illius procedebat, ex compassione Lazari & sororum eius. Sciendum tamen, quòd istæ passiones & consimiles non erant in Christo vitiosæ, quia non erant præuenientes iudicium rationis: sed magis sequētes, & per ipsum excitatæ: sicut dicit Philosophus iij. Ethicorum, quòd passio iræ excitata per virtutem fortitudinis, adiuuat ad actum eius fortius exequendum. Secundò ostenditur affectio ex verbo cum dicit. f [Vbi posuistis eum, &c.] Tertiò ex facto cùm subditur, g [Et lachrymat⁹ est Iesus.] ex pietate videns locum sepulturæ. Per hoc etiam ostendit veritatē humanæ naturæ. Pars

Aequiualētia quindecim stadiorum.

Christi susceptio à Martha.

Quomodo fiet resurrectio generalis.

Vox tubæ non erit principalis causa reformationis corporū, nec vnionis animarū ad illa: sed virtus diuina, erit tamen prædictorū instrumentalis causa. Ric. iiii. Sentē. di. xliii. ar. iii. q. ii.

Corpora mortua, nō possūt vocē illam audire, tamen animæ virtute intellectuali apprehendent eam. ibidē ad j.

Vnde consurgit fremitus.

Quō passiones vt fremitus, & sic de aliis, erant in Christo.

enim periculi est dicere solam humanitatem in Christo sicut & deitatem: & ideo vbi Christus ostendit suam deitatem, adiungebat aliqua, ad declarandum suam humanitatem: & econuersò. Et hoc patet in eius natiuitate, quádo iacens in præsepio, vt homo infirmus, stellam fecit radiare in cælo, vt Deus. Similiter in passione, quando ipso moriente ex natura passibili, Sol obscuratus est inuisibili virtute Dei. Et hic similiter in suscitatione Lazari quatriduani, quæ erat maximæ virtutis turbatus est, & fleuit, ad declarandum veritatem humanitatis. h[Dixerunt] Hic ex affectu Christi, ostenditur sequens murmuratio. Iudæi enim viderunt Christum tristari, & per consequens, arguebant quòd mors illa contra voluntaté Christi simpliciter accidisset. Quia tristitia est de his quæ nobis nolentibus acciderunt, dicit Aug. xiiii. de Ciuita. Dei. & per consequens concludebant, quòd non potuisset præseruare Lazarum à morte. Et hoc est quod dicitur. [Dixerunt ergo Iudęi, Ecce quomodo amabat eum.] quia videbant euidens signum, innuentes per hoc quòd libenter si posset præseruasset eum à morte, & ex hoc miraculum de cæco nato illuminato volebant annihilare & in malum retorquere, dicẽtes, i [Non poterat hic qui aperuit ocu. cæci nati, facere vt hic nõ moreretur] q.d. Ex quo nõ potest hoc, nec illud potuit, nec fecit. Illi non expectabant sufficienter, sed iudicabant ante tempus: quia Christus plus fecit. Plus enim est mortuum suscitare, quàm mortem infirmantis impedire. k[Iesus ergo.] Hic consequenter ponitur Lazari suscitatio. Et ponuntur hic quinque per ordinem, facientia ad miraculi certitudinem & magnificentiam. Partes patebunt prosequendo. Primum est descriptio sepulchri, quod erat spelunca cauata in rupe magna & profunda: ita quod poterant poni plura ibi corpora, eorum scilicet qui fuerunt eiusdem parentelæ. Vnde frequenter dicitur in lib. Reg. Sepultus est in s. pulchro patrum suorum. Sic igitur erat factum sepulchrum Lazari: & desuper grandi lapide claudebatur. Ex quo patet vera mors Lazari, qui si fuisset ibi positus sanus, intra quatriduú fuisset mortuus, ex loci corruptione, & hoc est quod dicitur. [Iesus ergo rursum fremens in semetipso] indignatus contra malitiam Iudæorum, de factis suis iniquè murmurantium & talis indignatio est virtuosa. Quia sicut ad virtuosum pertinet applaudere bono: ita ex opposito, & indignari contra malum.l [Venit ad monumentum.] Dicitur enim sepultura monumentum, quasi monens mentem: quia monet viuentes, vt præcogitent mortem. m [Erat autem spelun.] modo prædicto facta. n [Ait Iesus.] Hic ponitur secundum, s. lapidis amotio, cum dicitur, o [Tollite lapidem, &c. Domine iam fœtet.] q.d. Licet aliquando suscitati sunt mortui recenter: tamen vt iam quatriduanus ex fœtore solutus resuscitetur, non est sic auditum: & hoc verbum videtur processisse ex admiratione Marthæ & eius igorantia: quia eiusdem virtutis est suscitare mortuum vtroque modo. Ideo sequitur, p [Dixit ei Iesus.] Corrigendo eius dictum. q [Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei]. i. gloriosam eius virtutem, in suscitatione fratris tui? r [Tulerunt ergo lapidem.] ad præceptum Christi. s [Iesus auté, &c.] Hic ponitur tertiũ, s. Christi oratio, in Lazari suscitatione: quod facit ad declarationem miraculi: quia Iudæi Christo imponebant q̃ faciebat miracula virtute dæmonis: quod ostenditur falsum per hoc quòd faciẽdo orat Deum: & hoc est q̃ dicitur, [Iesus autem eleuatis sursum oculis.] vt ostenderet formam nobis orandi, quæ est per eleuationem mentis in Deum. t [Dixit, Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me.] Deus autem pater cælestis magnificentissimus est, & ideo ex gratiarum actione de præteritis ad præstanda beneficia sequentia prouocatur. Hoc est enim proprium magnifici: vt habetur iiij Eth. v [Ego auté sciebá, &c.] In his enim quæ Christus absolutè volebat, deliberatiua voluntate conformabatur diuinæ voluntati: & sic exaudiebatur. Sciendum tamen quòd orare patrem conuenit Christo ratione humanitatis, in qua est minor patre, non autem ratione diuinitatis, in qua est ei æqualis. x [Sed propter populũ qui circunstat, &c.] multi enim ex Iudęis dicebant, quòd in Beelzebub faciebat signa, quod remouet conformando voluntatem suam cum voluntate diuina. y [Hæc cum dixisset.] Hic ponitur quartum, s. Lazari vocatio, cũ dicitur. [Hęc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras.] Hoc fecit ad declarationem miraculi, quia si dixisset in silentio, potuissent dicere aduersarij, quòd verba magica dixisset vel interposuisset. Per hoc etiá tollitur error eorum, qui dicebant animas defunctorum latitare in sepulchris, & ideo clamauit Iesus voce magna in suscitatione Lazari quasi animam reuocans à longinquo, i. ab inferno, vt ad corpus rediret. z [Et statim prodiit qui fuerat mortuus.] Hic ponitur quintum, scilicet Lazari suscitatio cum dicitur [Et statim prodiit qui fuerat mortuus] quia virtus diuina operatur in instanti. a [Ligatus pedes & manus institis, & facies illius erat ligata.] Hic declaratur virtus diuina, non solùm suscitando mortuum, sed etiam faciens exire ligatum: per hoc etiam apparet certitudo miraculi, inquantum exiuit Lazarus eo modo quo fuerat in sepulchro positus. b [Dixit ei Iesus, Soluite eum] Hoc præcepit aliis: licet posset facere per seipsum, vt accedentes de prope, & tangentes, ex visu & tactu essent testes miraculi efficaciores, sicut suprà dictum est de amotione lapidis. c [Et sinite abire.] vt ostendatur verè suscitatus: & non phantasticè per

Quo conuenit Christo orare.

opera vitæ, cuiusmodi est ambulatio, & comestio, & cõsimilia. Ideo dicitur in seq. c. quòd Lazarus erat vnus de discumbentibus. d [Multi ergo] Hîc ponitur suscitationis effectus: ex hoc quòd viso prędicto miraculo, multi eorum crediderunt Christo: nec mirum quia illud signũ fuit diuinæ virtutis manifestè ostensiuum: quę non potest adesse, ad testificandum aliquod falsum. Et hoc est quod dicitur, Multi ergo ex Iudæis. Cætera patent.

EXPOSITIO MORALIS.

Erat quidam languens. Per hunc Lazarum languentẽ potest significari quilibet patiẽs grauem tentationẽ. Per eius sorores significantur personæ pro eius alleuiatione deuotè Christum deprecantes, quæ non semper exaudiuntur: sed talis patiens aliquãdo per actum peccati mortalis mori permittitur, ab eo qui est tantæ bonitatis & potentiæ, quòd scit & potest bona de malis elicere. Per Iesum autem qui salus interpretatur, prædicator vel confessor salutem animarum sitiens signatur: qui peccatorem nõ solum mortuum reperit per culpam, sed etiã aliquando fœtentem per infamiam, & sepultum sub lapide per obstinationem: & tamen Deo principaliter operãte, sic per bonam intentionem reducit eum ad vitam gratiæ: per quod non solùm tollitur obstinatio, & mors culpæ, sed etiam infamię fœtor, & suauis odor redditur bonæ famæ.

QVAESTIO LVII.

FOEtet: quatriduanus est enim. Ioan. xj. ca. Ex quibus verbis à Doctoribus quæritur, Vtrum istorum duorum peccatorum grauius esse decernitur, homicidium, an blasphemia? Et profectò sicut testimoniis fide dignis approbatur: multò horribilius ipso homicidio, peccatum blasphemiæ retinetur. Vnde S. Tho. ij. ij. q. iiij. super hoc talem rationem assignat, Illud peccatum in se grauius, atque horribilius est, quod directè Deum offendit: & præpõderat ei quod non directè in Deum sed in proximũ nocumẽtum, & offensionem intendit: cùm autem blasphemia offendat propriè Deum, & homicidium proximum, sequitur, quòd blasphemia sit grauior & horribilior, quàm ipsum homicidium. Alexan. quoque doctor irrefragabilis in suo ij. vol. dicit, Peccatum blasphemiæ, est contra præceptum primæ tabulæ: peccatum homicidij, est cõtra præceptum secundæ tabulæ: sed maius peccatum est quod committitur contra primam tabulam, quàm cõtra secundam: ergo maius peccatum est blasphemia, quam homicidium. Alia ratio reddi potest: quia homicidiũ quandoque licitum est: vt iudici occidere delinquentem, blasphemare autem nunquam licet. Vltima ratio redditur: quia saltem species blasphemiæ est peccatum in spiritumsanctum: homicidium verò non. Ex his quatuor rationibus nota quòd hæc deuotissima fœmina Martha ait ad Iesum, Fœtet scilicet sua horribili conditione blasphemans: quatriduanus est enim, quia his quatuor rationibus, peior est blasphemus homicida.

Sabbato post Domini. iiij. xl. Euangelium secundùm Ioan. viij.

IN illo tempore, [a] dicebat Iesus turbis Iudæorũ, [b] Ego sum lux mundi. [c] Qui sequitur † me [d] non ambulat in tenebris, [e] sed habebit lumen vitæ. [f] Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes, & testimoniũ tuum nõ est verum. [g] Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniũ meum, [h] quia scio vnde veni, aut quò vado. [i] Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. [k] Vos secũdùm carnẽ iudicatis, [l] ego non iudico quenquam. [m] Et si iudico ego, iudiciũ meum verum est. [n] quia solus non sum, [o] sed ego & qui misit me Pater. [p] Et in lege vestra scriptum est, [q] quia duorum hominum testimonium verũ est. [r] Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso, [s] & testimonium perhibet de me qui misit me pater. [t] Dicebant ergo Iudæi, [v] Vbi est pater tuus? [x] Respondit Iesus, [y] Neq; me scitis, [z] neque Patrem meum, [a] si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. [b] Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. [c] Et nemo apprehẽdit eum, quia nondum venerat hora eius.

† Qui sequitur me. Quia Christus saluator, lux & splendor mundi dicitur, imò verũ lumẽ mundi est: qui ergo ambulat ĩ mundo, & lumen sequitur, s. Christum non in tenebris ambulat. Lux est virtus Charitatis, tenebræ sunt peccata: q charitatẽ sequitur in Deo manet & in luce ambulat, q verò tenebras, contra lucẽ ambulat, & aduers⁹ Christũ est: q cũ Christo nõ est, vnde Matth. xii. Qui nõ est mecũ aduersum me est, & alibi, Qui ambulat ĩ tenebris, nescit quò vadat.

POSTILLA.

IN illo tempore, dicebat Iesus turbis Iudæorum. Hîc Euãgelista describit doctrinam ipsius Christi, quantùm ad virtutem illuminatiuam. Et diuiditur in duas: quia primò proponit intentum. Secundò probat: ibi, Dixerunt ergo Pharisæi. Circa primum tria ponũtur. Primum est ipsius Christi speciale priuilegiũ: cùm dicitur, b [Ego sum lux mundi.] Alij enim non sunt lux, sed ab hac luce illuminati: vt dicetur posteà. Non tamen sic est intelligẽdum, quòd Christus sit sol iste visibilis, sicut intelligebant Manichæi. Lux

enim magis propriè dicitur in spiritualibus, quam in corporalibus: quia lux habet ratione manifestatiui: quod propriè habet locū in cognitione intellectiua, quæ summum tenet gradum. Et ideo ipse Deus solus est lux per essentiam: quia ab ipso omnis notitia deriuatur. Secundo proponitur huius lucis beneficiū: cum dicitur. c [Qui sequitur me] per fidē formatam. d [Non ambulat in tenebris] ignorantiæ & culpæ & per consequens non veniet ad tenebras gehēnæ, quæ sunt terminus prædictarum tenebrarum: propter hoc Matth. xviij. dicuntur tenebræ exteriores, i. vltimæ: per ipsum enim facta est veritas, contra tenebras ignorantiæ: gratia, contra tenebras culpæ, & gloria dabitur ab eo contra tenebras gehennæ. Tertiò proponit huius lucis fructus cum dicitur. e [Sed habebit lumen vitæ.] quia per irradiationem huius lucis, eleuabitur intellectus ad videndum Deum clarè: & per consequēs affectus ad fruendum ipso perfectè: in quibus consistit vita æterna. f [Dixerunt ergo.] Hic probat propositum & diuiditur in duas: quia primò ponitur Iudæorum obiectio. Secundò Christi responsio: ex qua ostenditur primum propositum: ibi, Respondit Iesus. Obiectio autem eorum procedit non ex parte dicti, quia erat verissimum, sed ex parte dicentis. Et hoc est quod dicitur, [Dixerunt ergo Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes: & testimonium tuum non est verum.] i. habens firmitatem, dato quòd esset verum in se: quia nullus potest ferre testimonium de seipso. g [Respondit Iesus.] Hic ponitur Christi responsio. Et excludit eorum obiectionem dupliciter. Primò ostendendo quòd consequentia non tenet. Secundò quòd antecedens est falsum: ibi, Vos secūdùm carnem. Circa primum sciēdum, quòd testimonium habet firmitatem & veritatem ex certitudine cognitionis: & ideo hominis testimonium de se non est firmum: quia & si se cognoscat, tamen frequenter inordinatè afficitur ad seipsum. Deus autem perfectè se & alios cognoscit, & non potest esse distortio in eius affectu, quapropter testimonium Dei, de se ipso firmum est. Testimonium autē hominis de Deo est inualidum propter defectum cognitionis: Christus autē erat homo & Deus, nec poterat esse defectus cognitionis, vel inordinatio affectionis in diuina natura vel humana: propter quòd Dei testimonium de seipso erat firmū magis, quàm quodcunque aliud testimonium. Et sic patet defectus cōsequentiæ. Et hoc est quod dicitur, [Respōdit Iesus & dixit eis. & si ego testimonium perhibeo, &c.] subditur causa, scilicet. h [Quia scio vnde venio: aut quò vado,] id est perfectè cognosco patrem, à quo exiui in mūdum & ad quem reuertar: & sic patet probatio propositi, scilicet quòd Christus sit lux per essentiā: quia verbum à patre progrediens, sicut lux à luce. i [Vos autem nescitis vnde venio aut quò vado] quia eius diuinitatem ignorabāt. k [Vos secundùm carnem.] Hic ostendit Christus antecedens eorū esse falsum. Et diuiditur in duas. Primò quia ponitur Christi probatio. Secundò remouetur Iudæorum obiectio; ibi, Dicebant ergo. Antecedens eorum erat quòd Christus esset solus qui de se testimonium perhiberet, & hoc est falsum: quia filius Dei non potest esse sine patre & spiritusancto qui concorditer dant testimonium cum eo: vt dicitur Ioan. v. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, &c. Tamen non fit hîc mentio nisi de patre. Et hoc est quod dicitur. [Vos secundùm carnem iudicatis] scilicet me esse solum hominem. l [Ego non iudico quenquā] s. per exteriora sicut vos: quia Deus intuetur cor. m [Et si iudico ego, iudicium meum verum est] i. firmum. n [Quia solus non sum] vt supponitis: quia non potest esse solitudo in diuinis, cùm vna persona sit in alia, & econuersò: ideo subditur. o [Sed ego & qui misit me Pater, &c.] ex hoc arguit ad propositum dicens, p [Et in lege vestra scriptum est] Deut. xix. q [Quia duorum hominum testimonium verum est,] i. debet reputari verum: quia quamuis duo homines possent mentiri simul, tamen non cōtingit de facili. r [Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso] ecce vna persona. s [Et testimonium perhibet de me qui misit me Pater.] ecce alia. Argumētum autem est à minori. Si enim duorum hominum testimonium est firmum, qui habent cognitionem paruam, & possunt habere affectionem distortā: multo fortius testimonium patris & filij in diuinis, vbi nō potest esse talis defectus, debet firmum reputari. t [Dicebāt ergo.] Hic mouetur Iudæorum obiectio: audientes enim quòd allegabat patrem suum in testimonium statim obiecerunt. v [Vbi est pater tuus] q. d. Non est talis ac tantus, quod in hoc sit ei credendum. Credebant enim eum esse hominem purum filium Ioseph: & ideo de ipso derisoriè quærebant. x [Respondit Iesus] obiectionem excludendo. y [Neque me scitis.] secundùm deitatem. z [Neque patrem meum:] per consequens, quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur & reliquum: ideo subditur. a [Si me sciretis.] Licet enim Iudæi haberent maiorem notitiam quàm gentiles, secundùm quòd dicitur Psal. lxxv. Notus in Iudæa Deus: tamē non cognoscebāt eum quantum ad mysterium trinitatis: quia non erat adhuc plenè reuelatum. b [Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio,] id est loco vbi ponebantur oblationes, pro ædificiis templi. Hoc autem addidit Euangelista, ad ostendendum quòd Iesus erat in loco vbi poterat faciliter capi, ab eis qui quærebant eum occidere, nisi fuissent repressi diuina virtute. Ideo subditur, c [Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius] id est ab eo præordinata: quia quando voluit captus est, & antè non.

Vnde testimoniū habet firmitatem.

QVAESTIO LVIII.

Quæstio de peccato blasphemiæ.

TV de teipso testimonium perhibes & testimoniū tuum non est verum Ioan.viij. Super quibus verbis quæritur, contra quod legis præceptum malitiam suam blasphemia dirigit? Ad quod irrefragabilis doctor Alexan. de Halis in ij. suo volu. inquit, peccatum blasphemiæ contra illud primæ tabulæ esse præceptū, Non assumes nomen Dei tui in vanum, quod Exo.xx. denotatur. Profectò nomen Dei in vanum assumere, est diuinæ maiestati derogare: aut sibi & seruis suis contumeliam inferendo, aut à se, aut à seruis suis debita & conuenientia denegando: quod propriè diffinitio blasphemiæ est, propterea Amb. ait, Blasphemia est cū Deo attribuitur, quod ei non cōuenit: vel cùm ab eo remouetur quod ei conuenit. Quæ duo simul Pharisæi fecerunt quando dixerunt, Tu de teipso testimonium perhibes, & testimoniū tuum non est verum. Hic quidem denegāt sibi quod ex ratione conuenit. Licèt enim, C. de testib. l. omnibus dicitur quòd in causa propria nemo potest esse testis: tamen quia Iesus purus homo nō erat, sibimetipsi vt homo testimoniū nō reddebat: verum de se poterat testimonium perhibere: vnde August. ait, Verum est testimonium lucis, siue se ostēdat: siue aliud. Secundò Pharisæi blasphemantes, Christo Domino attribuunt, quòd eius maiestati non conuenit, dicentes, Testimonium tuum non est verum, & proculdubio falsè dicebant: imò fortè mendaciter: quia benè fortassè sciebant omnia fuisse in eo, quæ ad idoneum testimonium requiruntur. Tria enim sunt quę testis debet habere, secundùm Theologos. Primum est in intellectu veritas: quia sicut cæcus non potest de coloribus iudicare, & sic qui ignorant non possunt testimonium perhibere. Secundum in affectu bonitas: quoniam secundùm Aristotelem in Ethicis, Qualis est vnusquisque, talia sequitur Amantes inquit ipse, & odientes non pariter iudicamus. Tertium in effectu pluralitas: nam communiter vni testi secundum iura non adhibetur fides: sicut ff. de testibus. l. vbi numerus. & iiij. quæst. iij. Is autem in criminali describitur. Christus igitur qui erat summa veritas & sapientia, ipso dicente hodie, Scio vnde venio, & summa bonitas & clementia: ipso etiam addente, Ego non iudico quenquam, scilicet malo & falso iudicio, sicut vos facitis: & summa potentia, quia neque solus, sed vna cum patre ipso etiam confirmante: qui ait, Ego solus non sum: sed ego & qui misit me pater: verum profectò testimonium perhibet, licet omnia præter illa reperiantur in eo, & multo his plura, quæ à peritis in iure describuntur. Dicunt enim isti, quòd hæ conditiones requiruntur in teste,

Tria sunt quæ testis debet habere.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requires.

Dominica in passione Euangelium secundum Ioannem, viij. cap.

IN illo tempore, dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum, [a] Quis ex vobis arguet me de peccato? [b] Si † veritatem dico, [c] quare non creditis mihi? [d] Qui ex Deo est verba Dei audit. [e] Proptereà vos non auditis, [f] quia ex Deo non estis. [g] Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, [h] Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, [i] & dæmonium habes? [k] Respondit Iesus, [l] Ego dæmonium non habeo, [m] sed honorifico patrem meum [n] & vos inhonorastis me. [o] Ego autem non quæro gloriam meam: [p] est qui quærat, & iudicet. [q] Amen amen dico vobis, [r] si quis sermonem meum seruauerit, [s] mortem non videbit in æternum. [t] Dixerunt ergo Iudæi, [v] Nunc cognouimus quia dæmoniū habes. [x] Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis, [y] Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. [z] Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? qui mortuus est, & prophetę mortui sunt: [a] quem teipsum facis? [b] Respondit Iesus, [c] Si ego glorifico meipsum, [d] gloria mea nihil est. [e] Est Pater meus qui glorificat me, [f] quem vos dicitis, quia Deus vester est, [g] & nō cognouistis eum. [h] Ego autem noui eum. [i] Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. [k] Sed scio eum, [l] & sermonem eius seruo. [m] Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. [n] Vidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, [o] Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus, [p] Amen amē dico vobis, Antequam Abraham fieret ego sum. [q] Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eū. [r] Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

† Si veritatem. Omni verbo Christi credendū est. Nā in illo omnis veritas, sapiētia & doctrina: & q non crediderit maledictus sicut Iudæi & Pharisæi: imo omnis ratio veritatis in Christo referēda est: vnde dis. xxxvii. c. legimus & infra, Omnis ratio supernæ scientię vel terrenæ creaturæ in eo est qui est caput earum, & author, vt q hūc nouerit, nil vltra quærat &c. si quis. Scelus est Euāgelio credere.

POSTILLA.

IN illo tempore &c. Quis ex vobis arguet &c. In Euangelio tria notantur. Primò innocentia saluatoris potentis peccantem increpare, ibi, Quis ex vobis. Secundò potentia redemptoris docentis iniuriantem tolerare: ibi, Ego dæmo. Tertiò dementia peruersorum conantium innocentem lapidare, ibi, Tulerunt. Hic Euangelista declarat proprietatem Iudæorum & Pharisæorum, quoniam proprietas eorum erat, recipere falsa & mendacia, & non vera. Sed quia possent dicere quòd non credidimus tibi, hoc non est propter odiũ veritatis sed propter malitiã tuam, quia malus homo es: ideo dicit hoc remouens. a [Quis ex vo. arg. &c.] q.d. Si habetis aliquod peccatũ, quod possitis super me ostendere, paratus sum audire: & me rationabiliter purgare & ideo cùm hoc non possitis facere. b [Si veritatem dico] si pro quia. c [Quare non creditis mihi] & subdit causam dicens, d [Qui ex Deo est verba Dei audit] quia quilibet audit doctrinã ad quã affectatus est: quia est sibi connaturalis: & ideo concludit, e [Propterea vos non auditis.] i. recipitis verba Dei ex ore meo. f [Quia ex Deo non estis.] & per consequens sequitur, quòd sitis ex diabolo nõ per creationem sed per imitationem. g [Responderunt ergo,] Ostenso patre ponitur eorũ iniuriosa responsio. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta responsio. Secundò ipsius responsionis mansueta declaratio: ibi, Respondit Iesus. Circa primum sciendum, quòd modus hominum qui nesciunt rationabiliter respondere, est ad conuitia iniuriásque se conuertere: & ideo Iudæi non habentes, quod Christo rationabiliter responderent, ad conuitia se conuerterunt, dicentes, h [Nonne bene dicimus nos quia Sam. es tu.] licet enim Christus esset genere Iudæus & non Samaritanus, tamen vocant eum Samaritanum duplici de causa. Vna est: quia vt dictum est quarto cap. quamuis Samaritani essent gentiles, tamen legem in parte seruabant: & ideo erat vulgare apud Iudæos quòd ille qui in parte legem obseruabat, & in parte legem soluebat, vocabatur Samaritanus: quamuis esset Iudæus, propter similitudinem ad Iudæos. Sicut apud Christianos aliquis dicitur Iudęus vel Saracenus, qui ritum catholicæ fidei in parte soluens Iudæis & Saracenis quantum ad aliquid assimilatur. Alia causa est: quia Samaritani erãt multum infesti Iudęis & odibiles eis: vt suprà dictum est c. iiij. & ideo vulgare erat apud Iudæos, quòd homines malos & eis odibiles vocabant Samaritanos, quãuis essent Iudæi. Talis autẽ erat Christus, secũdũ reputationem eorum: ideo vocabant eũ Samaritanũ. i [Et dæmonium ha.] Hoc enim iudicabant de Christo, propter mirabilia quæ faciebat & magicis artibus imputabant: & quia secreta eorũ frequenter arguendo dicebat: & quia aliquando quædam alta & subtilia loquebatur, quę nõ intelligebãt: propter quod eum arrepticium dicebãt, sicut & de Saul dicitur. j. Reg. xviij. quod arreptus à dæmonibus, prophetizabat in aula sua. k [Respondit Iesus.] Hic ponitur Christi mansueta declinatio: quia cum malediceretur non maledicebat: vt habetur j. Pet. ij. ideò mansuetè iniuriam declinat dicens, l [Ego dæmonium nõ habeo] quod patet quia dæmones expellebat: nec eorum doctrinã habebat, sed sanctissimam: vt patet intuenti. Si enim aliquis homo in nulla lege imbutus videret Christi doctrinam, statim ex sola ratione naturali iudicaret eam mundissimam & honestissimam, respectu cuiuscunq; alterius doctrinæ. Similiter miracula Christi non fiebant virtute dæmonis solum: quod patet ex hoc quod faciebat multa non virtute dæmonis: sed virtutem cuiuscunq; creaturæ trãscendentia: sicut est suscitatio mortuorum, illuminatio cæcorum, illuminatio subita hominum simplicium, & consimilia. Et ex hoc patet, quòd fiebant virtute diuina: ideo sequitur. m [Sed honor. patrem meum.] declarando eius virtutẽ in miraculo. n [Et vos inhonorastis me] attribuendo dæmoni, quod virtuti diuinæ deberet attribui: & ne possent dicere, quòd talia diceret ad iactantiam: subdit. o [Ego autem nõ quæro gloriam meam.] Sed quæritur hic, cùm Christus quæreret gloriam Dei patris: & eadẽ sit gloria patris & filij, quomodo potest dicere, Ego non quæro gloriam meam. Dicendum quòd dirigit verbum ad intentionem eorum, quibus loquebatur, qui reputabant eum quærere honorem mundanum: & est sensus, Ego autem non quæro gloriam meam. q.d. Ego non quæro gloriam ab honore Dei patris deuiantem, sicut vos creditis. p [Est qui quærat & iudi.] q.d. Illi qui quærunt gloriã mundi, possunt manifestè iudicare & perpendere per facta mea, quòd ego talia non quæro: quia vita Christi in paupertate & abiectione existens, gloriæ mundanæ erat cõtraria. Aliter exponitur, Ego autem non quæro gloriam, id est exaltatione meam pro nunc: quia ante passionem Christus quærebat abiectionẽ. Est qui quærat, s. Deus pater qui post humiliationem in cruce, exaltauit eũ, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt dicitur ad Phil. ij. Et iudicet Deus pater de illis qui me inhonorant, vindictam faciendo de ipsis: quod factum est quando in vindictam mortis Christi, destructa est ciuitas & templum, & populus occisus & captiuatus est per Romanos. q [Amen amen dico vobis] Hic probat tertium suprà positum, s. quòd sequens Christum lumen habet vitæ. Et diuiditur in duas quia primò ponitur ꝓbatio. Secundò Iudæorum obiectio: ibi, Dixerunt ergo. In prima parte dicitur sic, &c. [Amen amen dico vobis,] i. fideliter & dupliciter ad maiorẽ affirmationem. r [Si quis sermonem meum ser

Aliquid dicit esse dupliciter ex Deo. Vno modo p creationẽ. Alio modo per imitationem.

Quare Iudæi vocabant Christum Samaritanũ.

Christi mansueta declinatio.

Quot modis exponitur, Ego nõ quæro gloriam meam.

Gloria est quidã effectus honoris & laudis ex hoc est quòd aliquis laudatur, quę cunque reuerentia ei exhibetur redditur clarus in notitia aliorũ. Th. ij. ij. q. ciij.

nauerit,&c.]Cuius ratio est: quia semē est verbum Dei vt habetur Luc.viij.c. inquantum vita erat in verbo Dei, consistit sicut in quodam principio seminali: quia finaliter producitur in vitam beatam, sicut virtute seminis producitur fructus. Et ideo sicut ille qui seruat semē à corruptione, peruenit ad fructum, sic seruans verbum diuinum, peruenit ad beatitudinis statum, quæ beatitudo designatur cum dicitur. s [Mortē non vi. in æter.] Vita enim beata, in visione & fruitione cōsistit: & ideo per exclusionem mortis gehēnæ, quæ huic visioni opponitur, consecutio beatitudinis intelligitur: & sic patet quod suprà fuit propositū, s. quod sequēs Christum habet lumen vitę: quia sequela Christi in obseruatione verbi eius cōsistit. t [Dixerunt] Hic ponitur Iudæorum obiectio in contrarium. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur obiectio. Secundò Christi respōsio: ibi, Respondit Iesus. Obiectio autem incipit à conuitio: quia sicut homines irrationabiles & turbati statim dixerunt, v [Nunc cognouimus quia dæmonium habes] q.d. Prius tantum opinabamur te habere dæmoniū, sed modò sumus certi, quia ita est, quòd nulla falsitas est à Deo, sed à diabolo, qui est pater mendacij, vt tu dixisti, verbum autem tuum est manifestum & apertū mendacium: ad cuius probationem inducunt. x [Abraham mortuus est & prophetę] qui tamē sermonem Dei seruauerunt, qui est maioris virtutis quàm sit sermo tuus, & ideo patet falsum quod tu dicis. y [Si quis sermonem meum seruauerit, &c.] ex quo patet quòd decipiebantur in ęquiuoco: ex quo Christus dicebat de morte spirituali, ipsi autem acceperunt de morte corporali. Et ideo quærunt derisoriè duo. Primum est. z [Nunquid tu maior es patre nostro Abraham] q.d. Non. Secundum est. a [Quē teipsum facis] q.d. Manifestè patet quòd ad gloriam vanam de te falsa dicis. b [Respondit Iesus.] Hic ponitur Christi respōsio, & primò ad secundū. secundò ad primum: ibi Abraham, quia in vltimo quæsito imponebant ei quærere vanā gloriam ideo hoc excludit di. c [Si ego glorifico meipsum] i. si ego quęro gloriam meam pręter regulā veritatis diuinę, vt vos mihi imponitis. d [Gloria mea nihil est] i. falsa, quia falsum est nō ens vel nihil. Sed nō est ita: quia gloria mea est à Deo patre, à quo nullū falsum potest esse. Et hoc est quod dicitur hic. e [Est pater meus qui glorificat me] per miraculorū operationē, & postea glorificabit per resurrectionis & ascēsionis gloriam. f [Quē vos dicitis, quia Deus vester est] per operum imitationem: sed hoc est falsum: quod probat di. g [Et non cognouistis eum] per fidem formatam, in qua consistit Dei filiatio per adoptionem. h [Ego autē noui eū] sicut eius filius naturalis, habens eādem scientiam cum ipso. i [Et si dixero quia nō scio eum ero similis vobis mendax] sicut estis mendaces, asserendo vos eum cognoscere cùm tamen

Cauenda est gloriæ cupiditas. i. Offic.

eum non cognoscatis: ita essem mendax si asserrerem me eum ignorare, cum inquantum Deus habeam notitiam eandem & scientiam cum eo: & inquantū homo eū clarè videam. Et ideo subdit. k [Sed scio eum.] s. prædicto modo. l [Et sermonem eius seruo.] hoc addit quia vera cognitio per opera demonstratur. In omni enim opere malo est aliqua ignorantia, propter quod dicit Philosophus iij. Ethi. Omnis malus ignorans. m [Abraham.] Hic respondet ad primum: quæsierant enim primò derisoriè si ipse esset maior quàm Abraham: & respondit quòd sic dicens. [Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum] quia Abraham desyderauit cognoscere tempus aduentus Christi: quod est videre Christū spiritu. Et sic patet quòd est maior Abraham, propter hoc enim cognitionem hanc desyderabat: quia ab ipso omnium gentium redemptionē expectabat. n [Vidit & gauisus est.] quando s. dictum est ei, In sem. tuo benedicentur omnes gentes. Gen.xxij. & quando in figura trium angelorum sibi apparentum cognouit Trinitatis mysteriū. Gen.xviij.c. & in oblatione Isaac propter quod locus ille dictus est, Dominus videt vt habetur Gen.xxij.c. quia Dominus fecit videre Abraham occultum Christi mysterium. Sed contra hoc dictum Christi veracissimū arguunt dicentes, o [Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahā vidisti.] quasi dicāt, Hoc est impossibile: quia à morte Abrahæ vsque ad tempus Christi fluxerūt circiter duo millia annorum. Solet quæri cùm Christus non haberet vltra xxxiij. annos, quomodo Iudæi assumpserunt tantam superfluitatem, dicendo quinquaginta annos &c. Dicendum quòd propter labores, & ieiunia videbatur Christus longe maioris ætatis quam esset. Vel secundū alios propter reuerentiā anni quinquagesimi, qui erat iobilæus. Iudæi enim per ipsum computabant. Et est sensus, [Quinquaginta annos nondū habes.] q. d. Non vixisti adhuc vnum iobilæum. [Et Abraham vidisti] Ex modo loquendi apparet eorum falsitas, & calumnia: quia Christus non dicit, Vidi Abraham, sicut ipsi petierunt: sed econtrariò quòd Abraham viderat Christum: quia tamen eorum obiectio procedebat ex hoc quòd solum in eo naturam humanam consyderabant: ideo ostendit se naturam diuinam habere, dicens, p [Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret ego sum.] Vbi ostenditur eius æternitas, coniungendo verbū præsentis temporis Ego sum, cum verbo præteriti temporis, Antequam fieret, quia æternitas assistit omni tempore. Et quia Iudæi nesciebant verbis eius contradicere, rationabiliter loquēdo: ideo cōtradixerunt corporaliter persequendo: ideo subditur, q [Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum.] sicut in blasphemum. Et patet manifestè, quòd non mouebantur amore iustitiæ, sed liuore inuidiæ: quia in

Ignorātia crassa est culpæ excusatoria. Bona. ii. Sent. i.

lapidatione blasphemi, sequitur debitus processus per accusationem coram iudice & testium depositionem, & iudicis sentētiam, tunc sequitur lapidatio extra ciuitatem, vt habetur Leuit. xxiiij. Ipsi autem volebant eum lapidare omisso processu prædicto: & cum hoc in loco sacro: quod erat illicitum, etiam de conuicto. Propter quod Ioiada pontifex fecit Athaliam trahi extra septa templi, antequam occideretur: vt habetur iiij. Regum xj. capite. r [Iesus autem abscondit se] non occultando se retro parietem: vel aliquid huiusmodi, sed virtute diuinitatis se reddendo inuisibilem. Et in hoc nobis exemplum patientiæ ostendit, & fidelibus suis materiam consolationis quia aliquando se absconsuri erant. s [Exiuit de templo] per medium illorum inuisibiliter pergens: sicut dicitur de illis, qui voluerunt eum præcipitare. Luc. iiij. Iesus autē per medium illorum ibat: tamen à suis discipulis videbatur: quia secuti sunt eum.

Quomodo Iesus abscondit se.

EXPOSITIO MORALIS.

TVlerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Beda, Mysticè autem, quot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides in Iesum mittit quantum ad se pertinet: si autem ad deliberationem transit, Iesum abscondit. r [Iesus autem abscondit se.] Quid autem abscondendo se Dominus significat, nisi vt quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt cùm etiam resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus: hæc Beda.

QVAESTIO LIX.

QVis ex vobis, &c. Ioan. viij. Super quibus verbis mouetur talis quæstio, Vtrū confessio sit de necessitate salutis? Respondeo secundùm Scotum & Thomam in iiij. distinct. xvij. quòd confessio est de necessitate salutis, in illo qui in peccatum actuale mortale cecidit: vel in re quando habetur oportunitas suscipiendi: vel in proposito, quando articulus necessitatis excludit sacramentum, & non contemptus religionis. Confessio verò pertinet ad sacramentum institutum contra morbum peccati mortalis: ideo tenemur confiteri, quia passio Christi sine cuius virtute nec originale peccatum nec actuale dimittitur, in nobis operatur per sacramentorum receptionem: quæ ex ipsa efficaciam habent. Sicut igitur baptismus est de necessitate ad delendum originale peccatum, & metaphoricè dicitur prima tabula: quia sicut nauta, naufracta, adhærendo alicui tabulæ euadit maris periculum, dicit Astensis lib. v. tit. j. artic. j. quæst. iij. Ita & postquam humana natura in Adam naufragauit, & innocentiam perdidit per eius peccatum, homo pericula huius mundi euadit per baptismum, & pœnitentiæ sacramentum. Sed baptismus prima tabula vocatur: ideo confessio est de necessitate ad remissionem culpæ actualis, quæ dicitur à Hieronymo ad Demetriadem virginem: & ponitur extrà, de pœniten. distinct. j. c. ante medicinam. Secunda tabula post naufragium, est culpam simpliciter confiteri. Primò enim occurrit baptismi totius remedium. Secundò sanitas, quæ si fuerit perdita, occurrit pœnitentia, ad euadendum peccati naufragium, & ad perueniendum ad salutis portum, sicut etiam habetur in libro de maximis Theologiæ regulis, regula xxiiij. Et quamuis secundùm theologos, in locis prællegatis confessio propriè loquendo, non sit de iure naturali: sed diuino & nouæ legis: & concordat Scotus ibidem, dicens quòd confessio est de iure diuino positiuo, promulgato à Christo & Apostolis: tamen quòd sit necessaria, etiam habes de pœniten. distinct. j. ferè per totum. Vbi enim est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis.

Quæstio de confessione.

Feria secunda post Dominicam de Passione, Euangelium secundùm Ioannem, vij. capitulo.

IN illo tempore, [a] miserūt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderēt Iesum. Dixit ergo eis Iesus, [b] Adhuc modicū tempus vobiscum [c] sum, & vado ad eum qui me misit, [d] quæretis me, [e] & nō inuenietis, [f] & vbi † ego sum, vos nō potestis venire. [g] Dixerūt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia nō inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, docturus gentes? [h] Quis est hic sermo quem dixit? Quæretis me & nō inuenietis, & vbi ego sum, vos nō potestis venire? [i] In nouissimo autem die magnæ festiuitatis [k] stabat Iesus, & clamabat dicēs, [l] Si quis sitit, [m] veniat ad me, & bibat. [o] Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent [p] aquæ viuæ. [q] Hoc autem dixit de spiritusancto, [r] quem accepturi erant credentes in eum.

Vbi ego sum, vos non potestis venire. Quia Dominus Iesus post eius mirabilem ascensionem ad eos qui in se credebāt missurus erat spiritum sanctum fidelium animarū consolatorem & non incredulis Iudæis: ideo infideles Iudæi non credētes & spiritum sanctum non habentes ad cælos vbi Iesus saluator est, venire nō possunt quia nisi fideles illuc ascēdent. Io. iij. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo.

POSTILLA.

IN illo tempore, miserunt principes, &c. In Euangelio tria notantur. Primò principum iniquitas contra Christum innocétem, in principio. Secundò, Christi libertas potens cauere nocentem: ibi, Quæretis. Tertiò eiusdem largitas se exhibens clementer: ibi, In nouissimo. Hic ponitur ab Euangelista iniquitas Pharisæorum: qui inuidia obtenebrati, audientes tanta bona de Christo doluerunt, & procurauerunt ministros per principes ad capiédum Christum. Et hoc est quod dicitur, a [Miserūt principes, &c. Dicit ergo eis Iesus] Postquam Christus ostendit suam originem: hic consequenter declarat terminum, ad quem tendebat. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit propositum. Secundò ex hoc sequitur admiratio turbarum. ibi, dixerunt ergo. Terminus ad quem tédebat Christus: est ipse pater, ad quem per mortem rediit, inquantum per hoc gloriam corporis & exaltationem accepit. Et hoc est quod dicit, quasi respondendo intentioni quærentium ipsum capere. b [Adhuc modicum tempus vobiscum sum.] quasi dicat, Non modò implebitis quod vultis, quia adhuc modico tempore volo manere in populo, ad docendum & miracula faciendum. c [Et vado ad eum qui me mi.] per mortem enim iuit ad patrem: peractis tamen prædictis. d [Quæretis me.] quia post ascensionem eius in cælum Iudæi videntes signa per Apostolos fieri pœnitentia ducti reuersi sunt ad fidem Christi, dicentes ad Apostolos, Quid faciemus? vt habetur act. ij. e [Et nō inuenietis.] scilicet secundùm præsentiam corporalem: sed pœnitentes eum inuenerunt secundùm præsentiam spiritualem. Aliter exponitur de præsentia corporali: quia appropinquante destructione ciuitatis per Romanos, multi Iudæorū cognouerunt hanc miseriá eis euenire propter mortem Christi, quem tunc libéter voluissent habere præsentem ad sui liberationé: sequitur, f [Et ego vbi sum, vos nō potestis venire.] Quare non dixit, Quo vado, quod videretur conuenientius dicere? Dicendum quòd sicut ire ad patrem conuenit ei secundùm humanitaté, in qua nō est idé cum patre, ita esse semper apud patrem conuenit ipsi per diuinitaté, in qua est idem cum patre in essentia, distinctus tamé in persona. Et ad hoc designandum dicit, Vbi ego sum. g [Dicunt ergo.] Hic ex verbis Christi ponitur turbæ admiratio. Ex hoc enim quòd Christus dixerat, Quæretis me & nō inuenietis quasi dubitantes arguebāt, quòd deberet à Iudæis recedere, & ire ad prædicandū gentibus, extra terram Iudæorum. Et litera patet, sed ex fine verbi arguunt cōtrarium, dicentes, h [Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego sum, vos nō potestis venire.] quasi dicat, Ex hoc quod dixit, Vbi ego sum, patet illud quod dixit, Quæretis me & nō inuenietis. Non intelligitur autem per hoc recessus eius à Iudæa, quia dixisset, Vbi ero, & non, Vbi sum, quia tunc erat in Iudæa cùm protulit verbum dictum, & sic patet eorum dubium circa Christi verbum. Sic enim debebat loqui obstinatis, vt videntes non viderent, & audientes non intelligerent prout erat eis prophetatum, Isa. vj. i [In nouissimo, &c.] Declarata origine doctrinæ Christi, eo ostéso quòd erat à Deo data & facta hîc cōsequenter inuitat ad ipsam, & dicit sic, In nouissimo autem die magnæ festiuitatis. id est in die septimo: quia primus dies & vltimus, erant solenniores intermediis: vel aliter in nouissimo, id est octauo, quia peractis septem diebus festiuitatis tabernaculorū, in octauo erat festum cœtus vel collectæ. Et dicebatur illa dies sanctissima in lege. Cuius ratio est, quia figurabat cōgregationem sanctorum in suprema fœlicitate. In illa ergo die magna & solenni, k [Stabat Iesus & clamabat.] prædicando. Quid auté dicebat subditur, l [Si quis sitit] id est si quis desyderat doctrinam vitæ. m [Veniat ad me] per fidem formatam. n [Et bibat] aquam sapientiæ salutaris, & non solùm ad sufficientiam, sed etiam ad redundantiam, quia fides & bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari, quod ostendit Saluator per scripturam, cuius sententia habetur Prouer. v. sed verba sunt hic aliquátulum mutata. Et hoc est quod dicitur, o [qui credit in me, &c. flumina de ventre eius fluent] ad aliorum redundantiam. p [Aquæ viuæ.] Dicitur autem sapientia diuina aqua viua, quia cōtinuat hominem suo principio, scilicet Deo. q [Hoc auté dixit de spiritusancto.] Hæc sunt verba Euangelistæ exponétis verbum Christi prædictum, de acceptione spiritussancti in signo visibili, sicut acceperunt Apostoli in die pentecostes, quia ex illa acceptione facta est redundantia fidei in prædicatione Euangelij per totum orbem. r [Quem accepturi erant credentes in eum] quamuis enim Apostoli haberent gratiá spiritussancti ante illam diem pentecostes, nō tamé ita plené, & propter hoc non receperāt in signo visibili, quod denotat gratię plenitudiné.

De tempore conuersionis aliquorū Iudæorum.

EXPOSITIO MORALIS.

IN nouissimo autem die magnæ festiuitatis stabat Iesus, & clamabat. ex hoc inoleuit, quòd turbis fit prædicatio stando, & magis clamosè, claustralibus autem & capitulis sedendo, & magis remissè, eò quod dicitur Matt. v. Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos. Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Augustinus, In me fit hæc maledictio. Ita etiam nunc est in Ecclesia quòd simplices & laici sunt aliquádo deuotiores, secúdùm illud Isa. j. Cognouit bos

possessorem suum & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt Dominum, &c.

QVAESTIO LX.

Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Ioan. vij. Super quibus verbis oritur quæstio, Vtrum per scripturam confessio fieri debeat? Breuiter respondetur secundùm sententiam Bona. sancti Tho. & Ric. & generaliter omnium Theologorum, quòd licet proprius actus sacramentalis confessionis sit ille quo maximè consueuimus vti, scilicet per proprium verbum: tamē nonnulli modi inducti sunt ad supplementum, vt scripturæ interpretatio, signa, & huiusmodi, vnde qui loquela priuantur, aut ęgritudine aut idiomatis ignorātia, aut alio quouis modo, tenentur vel scriptura, vel signis, aut interprete sacerdoti confiteri, si inde secundùm Ric. scandalum euenire non potest, præcipuè ex parte nuntij, aut mali sacerdotis, qui pœnitentes scripto conuenire posset circa malitiam. Talis autem obligatio adeò stricta, tribus rationibus, vt Bona. dicit, instituta est. Prima dicitur sacræ communionis reuerentia, quia sicut decet in pascha communicare, ita saltem semel in anno tenetur se ab omni defectu purgare, iuxta illud Apostoli j. ad Cor. xj. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Alia ratio dicitur periculi euitantia, ne s. hæretici gregem Domini deuorarent, ideo sacerdos & pastor debent super gregem vigilare, & sui pecoris vultum, i. cōscientiam agnoscere: vnde cuilibet animarum curam gerenti per sapientem Prouerb. xxvij. dicitur, Diligenter agnosce vultum pecoris tui: tuosq; greges considera. Tertia ratio dicitur salutaris medicinę indulgētia. Scriptum est enim psal. lij. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Item quilibet meliori modo quo potest debet in confessione peccata detegere ostendens se diuina gratia indigere, quam nisi per ipsam cōfessionem potest habere. Quapropter metaphoricè hodie ipse proclamat dicens, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Attamen qui impedimentum non habent, proprio verbo confiteri tenentur. Vnde Aug. in li. de Pœni. inquit, Quem pœnitet, omnino pœniteat per dolorem, lachrymas ostendat & repræsentet vitam suam Deo, per sacerdotem præueniat iudicium Dei per confessionem: sicut præcepit Dominus mundatis, vt se ostenderent coram sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata non per nuncium, non per scriptum manifestanda. Et hæc verba notantur à Gratiano de pœnit. distinct. j. Et in hac confessione quæ fit proprio verbo, triplex error committi solet: quorum primus dicitur præparationis. Secundus verecundationis. Tertius discretionis.

Quæstio de confessione.

Feria tertia post dominic. de passione. Euangelium secundum Ioannem, vij. cap.

In illo tempore, [a] ambulabat Iesus in Galilæā. [b] Nō enim volebat in Iudęa ambulare, quia quærebant eū Iudæi interficere. [c] Erat autem in proximo dies festus Iudæorū Scenophegia. [d] Dixerūt autem ad eum fratres eius, [e] Transi hinc, & vade in† Iudæā [f] vt discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit, & quęrit ipse palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. [g] Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus, [h] Tempus meum nondum aduenit, [i] tempus autem vestrum semper est paratum, [k] non potest mūdus odisse vos. [l] Me autem odit, [m] quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. [n] Vos ascendite ad diem festum hunc. [o] Ego enim nō ascendam ad diem festum istum, [p] quia tempus meum nondum impletum est. [q] Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. [r] Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, [s] non manifestè, [t] sed quasi in occulto, [v] Iudæi ergo quærebant eum in die festo, [x] & dicebāt, Vbi est ille? [y] Et murmur multum erat in turba de eo. [z] Quidam enim dicebant, quia bonus est. [a] Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. [b] Nemo tamen palā loquebatur de illo [c] propter metum Iudæorum.

† vade in Iudæam. Fratres se. sū saluatoris, i. quęrant de cognatione eius mitte bant eum in Iudæā, nō vt Deo laudē darer, sed vt in Ierusalem corā populi multitudine, aliqua miracula faceret: vnde laudē humanam haberent fratres, & reportarēt tanquam curiosi & non firmiter in eum credētes quos Christus arguit Matt. xii. Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui cùm sitis mali.

POSTILLA.

In illo tempore, ambulabat Iesus in Galilæam, &c. In Euangelio tria notantur. Primò Christi exemplaris transmutatio, ibi, Ambulabat Iesus. Secundò festiuitatis rationabilis celebratio, ibi, Erat autem. Tertiò populi detestabilis detractio, ibi, Et murmur multum. In hac lectione Euangelista agit de doctrina Christi Iudæis collata, quia sicut prædictum est, pater debet

nutrimentum & documentum exhibere filiis. Et ideo hic tangitur de origine doctrinę Christi quantùm ad locum, seu aptitudinem loci. Circa quod sciendum, vt suprà dictum est, quòd locus aptus ad prædictam manifestationem, erat ciuitas Ierosolymitana, vbi ad diem festum conueniebat populus, & ideo ad manifestandum se in hoc loco inuitatur Christus, & licet primò recusset, tamen finaliter consentit, vt videtur. Et hoc est quod dicitur, a [Ambulabat Iesus in Galilæam.] docendo in synagogis eorum. b [Non enim volebat in Iudæa ambulare,] Licet enim posset esse inter eos, sine nocumento, voluit tamen se aliquando absentare, ante tempus debitum passionis suæ, ostendendo in se veritatem humanæ naturæ, & quòd licitum erat fidelibus suis aliquando persecutionem fugere. c [Erat autem, &c. scenophegia.] id est festum tabernaculorum, dicitur autem à scenos quod est vmbraculum, & phagin quod est comedere, quia septem diebus comedebant Iudæi in vmbraculis. d [Dixerunt autem ad eum fratres eius.] Non quòd essent filij Mariæ matris suæ, neque Ioseph: vt aliàs dictum est, improbando errorem Eluidij super Matt. j. Nec cognati sui qui erant ad apostolatum vocati: quia de istis dicitur infrà, quòd fratres eius nondum credebant in eum: sed dicit hic Fratres, quia erant de cognatione sua, qui ex factis eius volebant reportare gloriam mundanam, secúdùm Aug. Vnde sequitur. e [Transi hinc: & vade in Iudæam.] hoc est in Ierusalem metropolim Iudææ. f [Vt & discip. tui videant opera tua.] Dubitabant enim de Christi miraculis, vtrum essent vera: propter hoc sequitur, g [Neque enim fratres eius credebant in eū] quia suggerebant ei malum, s. gloriam mundanā quærere: ideo recusauit dicens, h [Tempus meum nondum aduenit.] tempus gloriæ meæ manifestandæ: quia post resurrectionem erat manifestanda. i [Tempus autem vestrum semper est paratum.] q. d. Tempus gloriæ mūdanæ quam quæritis, nunc est in principio huius solennitatis: quia Iudæi magis vacabant conuiuiis & lætitiæ, in principio festi, quàm in fine: quando Christus iuit ad festum, vt infrà patebit. Tempus autem vestrum &c. q. d. Vos potestis ire securè, non autem ego inquantum homo qui inimicos capitales habeo, propter hoc sequitur. k [Non potest mundus odisse vos.] q. d. Vos qui gloriam mundanam quæritis, mundanos aduersarios non habetis. l [Me autem odit.] qui quæro gloriam Dei: & per consequens arguo peccata mundanorum, quæ sunt ei contraria, & hoc est quòd dicitur, m [Quia ego testimonium perhibeo de illo.] id est de mundo, & accipitur hic mundus non quantùm ad creaturarum substantiam, sed quantùm ad hominum malitiam, sicut dictum est capit. vndecimo super illud, Et mundus eum non cognouit. Vos ascendite ad diem festum hunc, id est ad principium solennitatis tabernaculorum, quia in principio magis vacabant homines epulis & lætitiæ, vt prædictum est: non quòd inuitet eos ad talia, scilicet ostendendo quòd ipsi quærebant, quia quæ mundana sunt adhuc sapiebant tantum vt visum est. o [Ego enim non ascendam ad diem festum istum] scilicet primum: vnde quòd postea venit in medio solennitatis in alia die, non est mentitus: & subditur causa. p [Quia tempus meum nondum est impletum.] tempus enim aptum doctrinæ veritatis, propter quam venerat Saluator, non sic erat in principio solennitatis, propter prædicta, sicut circa finem. q [Hæc cùm dixisset ipse mansit in Galilæa] ratione prædicta. r [Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit.] scilicet ad diem festum tabernaculorum, non tamen cum fratribus suis, nec eadem die, quia illi fuerunt ad primum diem illius festiuitatis, iste autem venit illuc quarto die, vt infrà patebit, sicut enim noluit esse in principio festiuitatis, ne fratribus suis malū persuadentib' videretur fauere, sic nō debuit se omnino subtrahere, ne à populo doctrinā salutis subtraheret, quam venerat docere. Modus autem veniendi tangitur, cùm dicitur. s [Non manifestè.] scilicet cum magna comitatiua, ne daret Iudæis occasionem maioris inuidiæ. t [Sed quasi in occulto] in hoc condescendens fidelibus qui timore mortis occultandi erant. v [Iudæi ergo.] Postquàm Euangelista descripsit aptitudinem temporis ad manifestandum originem suæ doctrinæ: hic consequenter describit occasionem manifestationis dictæ. Et diuiditur in duas secundùm duas occasiones huiusmodi manifestationis. Secunda ponitur ibi, Iam autem die festo. Prima occasio fuit inuestigatio Iudæorum Christum quærentiū, quorum aliqui eum quærebant vt interficerent. Alij autem vt doctrinam eius deuotè audirent: & ideo debuit apparere, & docere vt ostenderet quòd mali nocere non poterant, nisi quantum permittebat. Sicut enim se occultando ostendit infirmitatem humanitatis, ita confidenter inter amicos apparendo & existendo, ostendit potentiam deitatis. Debuit etiam apparere propter bonos: vt eius doctrinam originatam à Deo ostenderet, & attentius eum desyderarent. Et hoc est quod dicitur, [Iudæi ergo quærebāt eum in die festo] duplici de causa vt dictum est. x [Et dicebant, vbi est ille?] quia illi qui quærebant eum ex odio, dedignabantur eum nominare proprio nomine. Illi autem qui quærebant eum ex deuotione ita reputabant eum famosum & authenticum quòd non oportebat exprimere nomen proprium, & ideo quantum ad eos sensus est, Vbi est ille? q. d. vbi est ille qui tantus & talis est, & facit tot miracula. y [Et murmur multum erat in turba de eo] propter contrarietatem opinio-

Quare dicit fratres.

uum de eo. Ideo sequitur, z [Quidam enim dicebant: quia bonus est] approbando eius doctrinam & miracula. a [Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas.] ex hoc quòd isti malignantes dicebant turbas esse seductas ab eo: patet quòd maior pars secundùm numerum dicebat contrarium, quia erant principes populi illi, qui dicebant eum seductorem: vndè sequitur. b [Nemo tamen palam loquebatur de illo.] s. in bonum. c [Propter metum Iudæorum.] scilicet eorum de tribu Iuda. Licet enim omnes de populo aliquando nominarentur Iudæi: tamen speciali modo sic nominantur illi de tribu Iuda: & isti grauius mouebantur contra Christum, eò quod in scripturis Christus erat promissus de tribu eorum: ipsi autem reputabant illum Galilæum & ab eis extraneum: propter quod etiam sacerdotes repudiabant eum, vt dicitur in fine huius capituli.

EXPOSITIO MORALIS.

AMbulabat Iesus in Galilæam, &c. Per hoc ostendit Christus quòd aliquando dandus est locus iræ: maximè quando personalis est persecutio: sicut videtur fuisse in proposito e [Trans hinc & vade in Iudæam.] Isti loquebantur tanquam humana gloria esset per se quærenda, quod est falsum: propter quod Christus eis non acquieuit, vt daret nobis exemplum, talem gloriam non quærendi. Veruntamen quia propter hominum verba, doctrina salutis non est omittenda, quarta die festiuitatis quæ erat media: eò quòd septem diebus durabat festum: ascendit in templum & docebat populum, qui diebus præteritis intentus fuerat sacrificiis & oblationibus consuetis. Et per hoc docuit prædicatores Euangelij, vt secundùm dictum Sapientis, tempus tacendi consyderent & tempus loquendi. In sequentibus autem nihil occurrit mysticum notabile.

QVAESTIO LXI.

TEmpus autem vestrum semper est paratum. Ioannis vij. In quibus verbis quæritur vtrum absente sacerdote aliquis ad confessionem obligetur? Cui petitioni breuiter respondetur, quòd aliquem ad confessionem obligari tripliciter potest intelligi: præcepto, s. & consilio, atque de congruo. Præcepto verò soli sacerdoti fienda est confessio: vnde magister Sen. d. xvij. iiij. lib. inquit, Sacerdotis examen requirendum est studiosè: quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi atque soluendi: cùm Dominus, vt Ioan. xx. scribitur, discipulis dixit, Accipite spiritumsanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Hic autem Matth. viij. scriptum est quòd leproso Dominus ait, Vade & ostende te sacerdotibus: ex quibus colligitur, quòd absente sacerdote, Christianus ad confessionem ex necessitate nõ obligatur, licet quantùm potest eum diligẽter requirere, teneatur. Proinde magister Sen. vbi suprà, cap. nunc prius, ait, Nec est verè humilis pœnitens si non desyderat & requirit sacerdotis iudicium. Consilio autem etiam ex eo Christianus confiteri tenetur: quia de pœn. distin. vj. c. Qui confiteri. dicitur, Tanta itaque est vis confessionis, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo: de congruo similiter hoc intelligitur. Propterea magister Sententiarum vbi suprà, dicit, si defuerit sacerdos proximo vel socio confessio est facienda: hoc autem de congruitate non de necessitate intelligi debet: scilicet quando, vt Ricar. & doctor subtilis dicunt, copia sacerdotis non habetur: licet saluo meliori iudicio, vrgente periculo mortis hanc congruitatem per me, & hoc consilium non tenerem, propter multa pericula atque scandala, quæ inde oriri possunt. Sed quia vos hodie sacerdotum copiam habetis: Ideo dominus vobis ait, Tempus autem vestrum semper est paratum, scilicet per confessionem. In qua etiam triplex error sæpius committi solet. Et vnus eorum dicitur humiliationis, alter purificationis, vltimus verò secreti retentionis.

Quæstio de confessione.

Feria iiij. post Dominicam de passione, Euangelium secundum Ioannem, x. capit.

IN illo tempore, [a] facta sunt encænia in Ierosolymis, [b] & hyems erat, [c] & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. [d] Circundederunt eum ergo Iudæi, [e] & dicebant ei, Quousq; animas nostras tollis? [f] si tu es Christus, [g] dic nobis palam. [h] Respondit eis Iesus, [i] Loquor † vobis & non creditis. [k] Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. [l] Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. [m] Oues meę [n] vocem meã audiunt: [o] & ego cognosco eas, [p] & sequuntur me. [q] Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, [r] & non rapiet eas quisquam de manu mea. [s] Pater meus quòd dedit mihi [t] maius omnibus est. [v] Et nẽ

Loquor vobis & non creditis. Sæpe saluator Iesus incredulis Iudæis se esse filium Dei manifestauit, operibus diuinis, & testimonio prophetarum: sed tamen ille popul' induratus, aures obturans, nõ quã ipsum saluatorẽ crederet, no

luit: quia durus vtũ cor Pharisæorum induratum fu: ad credendũ dum ræ certi- cis fuit, & quamuis Christum viderent, tamen nõ cognouit vñ. Isa. vj. auditu audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis. Incrassatum est cor populi huius.

non potest rapere de manu Patris mei [x] Ego & Pater vnum sumus. [y] Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarẽt eum. [z] Respondit eis Iesus, [a] Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, [b] propter quod eorum opus me lapidatis? [c] Responderunt, [d] De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, [e] & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. [f] Respondit eis Iesus, [g] Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis. [h] Si ergo illos dixit deos, [i] ad quos sermo Dei factus est, [k] non potest solui scriptura [l] quẽ Pater sãctificauit, [m] & misit in mundum. [n] Vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum. [o] Si nõ facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autẽ facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite. [p] Vt cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre.

POSTILLA.

In illo tempore, Facta sunt encænia in, &c. Hic describitur Iudæorum malignitas Christum persequendo: & primò verbis. Secundò factis ibi, Sustulerunt ergo lapides. Prima in duas: quia primò ponitur Iudæorum interrogatio maligna. Secundò Christi responsio vera: ibi, Respondit eis Iesus. Circa primum describitur eorum interrogatio, quantùm ad tempus & locum & interrogandi modum. Tempus tangit cùm dicitur, a [Facta sunt encænia in Ierosolymis,] id est festum dedicationis templi. Encænia enim idem est, quod innouationes: & dicitur ab en, quod est in, & cænos nouum: quod fit quando aliqua res noua, suo vsui applicatur: in dedicatione autem templum applicatur vsui. Sciendum tamen quòd hoc festum non erat primæ dedicationis, quæ facta est à Salomone: quia facta est x. die Septembris in Autumno: vt habetur iij. Reg. viij. Nec etiam secundæ dedicationis, quæ facta est sub Zorobabel templo reædificato: quia illa facta est in Martio tempore vernali. Sed fuit festum illius dedicationis seu innouationis quæ facta est sub Iuda Machabæo, quoniam purificatum templum fuit ab Anthioco Epiphane prophanatum: vt habetur j. Machab. iiij. cap. quæ purificatio facta fuit xxv. die noni mensis apud Iudæos vt habetur j. Machab. iiij. capi. qui pro maiori parte communiter

Quid encænia.

concurrit cum Decembri apud nos. Et ideo ad hoc denotandum additur. b [Et hyems erat] & sic patet tempus. Locus autem designatur cùm dicitur. c [Et ambu. Iesus in templo in porticu Salomo.] Nomine Templi intelliguntur atria & loca ad domum Domini pertinentia. Erat autem ibi quidam locus ædificatus, vbi Salomon stabat ad adorandum, qui dicebatur Regis oratorium: sed contra hoc videtur, quòd omnia quæ ædificauerat Salomon in templo, fuerunt combusta per Chaldæos, vt habetur iiij. Reg. vlt. ca. Dicendum quòd alia porticus fuit reædificata in templo, ad similitudinem prioris: & ideo retinuit nomen præcedentis: sicut frequenter fit in ædificiis reparatis. Et sic patet interrogationis locus. Subditur etiam interrogandi modus, d [Circundederunt ergo eum Iudæi] vt citius eum in verbis caperent. e [Et dicebant ei: quousque animas nostras tollis:] id est crucias, dimittendo nos in suspenso: per hoc innuẽtes quòd vellent eius dicto stare: & eum libenter sicut Christum recipere, cùm tamen haberent contrarium in corde. f [Si tu es Christus] Non quærunt si tu es filius Dei: quia de hoc non curasset Pilatus, qui erat gentilis apud quem intendebant eum accusare: sed quærunt si tu es Christus, id est vnctus: vnctio debebatur regibus, & per consequens si respondisset se esse Christum statim accusassent eum apud præsidem vt rebellare volentem contra imperatorem Romanum, cui subditi erant Iudæi & aspirare ad regnum. Eadem etiam de causa dixerunt. g [Dic nobis palam] vt possent contra eum habere testimonium. h [Respondit eis Iesus.] Hic ponitur Christi vera responsio, in qua primò ostenditur Iudæorum malignitas. Secundò discipulorum Christi benignitas: ibi, Oues meæ. In prima ergo parte dicitur sic, i [Loquor vobis & non creditis.] q. d. Vos quæritis verba exprimẽtia, quòd ego sum Christus, non ad veritatẽ intelligendum: sed magis ad calumniandum quia si illa dicerem, non crederetis. Quod probat consequenter, dicens, k [Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me] sicut patet Io. iiij. Efficacissimum argumentum ad probandum veritatem, excedentem naturalem facultatem intellectus sunt opera miraculosa: & tamen illis non credebant: cùm tamen fierẽt ad declarationem deitatis Iesu Christi. Causa autem incredulitatis eorum subditur cùm dicitur, l [Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus] i. innocẽtes & humiles, sed superbi & maligni: & ideo de iudicio excæcati. Consyderandum, quòd in hac responsione Christus non dixit expresse se esse Christum quẽ quærebãt: sed dicit aliquid æquiualens vel maius, vt responderet veritatem, & excluderet calũniæ malitiam. m [Oues meæ.] Hic consequenter ostendit discipulorum suorum benignitatem dicens, Oues meæ, i. hu-

Opa Christi miraculosa Christi diuinitatem demonstrabant.

Discipulorum benignitas ostenditur, cùm dicitur, Oues, &c.

nules quibus reuelatur veritas, vt habetur Mat. xj. n [Vocem meam audiunt] credendo corde, & obediendo opere. o [Et ego cognosco eas] non solùm notitia visionis, sed etiam approbationis ad vitam æternã. p [Et sequuntur me.] Hic in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam: ideo sequitur, q [Et ego vitam æternam do eis.] loquitur hic de illis, qui sunt oues eius, non solùm secundùm præsentem iustitiam: sed etiam secundùm prædestinationem diuinam quæ frustrari non potest. r [Et non rapiet eas quisquam de ma. mea.] per violentiam. Quod probat tali ratione, s [Pater meus quod dedit mihi.] i. ipsa deitas quam habeo à Patre. t [Maius omnibus est] quia omnia excedit, in infinitum. v [Et nemo potest rapere] cùm enim sit infinitæ potentiæ, nihil possunt ab eo auferre per violentiam. q [Ego & Pater vnum sumus] in virtute & potentia sicut in deitate, vt suprà dictum est: ergo nemo potest rapere oues de manu mea. Notandum autem ex hoc verbo Saluatoris, Ego & pater vnũ sumus, excluduntur duo errores contrarij circa articulum sanctissimę Trinitatis. Sabellius enim posuit in Deo vnitatem personæ sicut & essentiæ: & hoc remouetur cùm dicitur, Ego & Pater vnum sumus. Si enim Pater & Filius essent vna persona dixisset, Sum in singulari. Arrius autem econtrariò, posuit diuersitatem essentiarum, sicut & personarum & hoc excluditur per hoc cùm dicitur hic, Vnum. Si tantũ Pater & Filius haberẽt diuersas essentias, non diceret Vnum neutraliter: sed pluraliter. y [Sustulerunt ergo lapides.] Hic consequenter ostenditur malignitas Iudæorum in facto. Et diuiditur in duas: quia Christus primò refrenat eorum sæuitiam. Secundò excludit impositam sibi blasphemiam: ibi, Responderunt Iudæi, in prima igitur parte dicitur sic, [Sustulerũt ergo lapides Iudæi vt lapidarent eum] moti liuore inuidiæ, non amore iustitiæ, absque legis ordine, vt suprà dictum fuit in casu simili, viij. c. z [Respondit eis Iesus] dulciter eos reprimendo. a [Multa bona opera ostendi vobis]. s. veritatem docendo, infirmos curando, & alia miracula faciendo. b [Propter quod eorum opus me lapidatis] cùm tamẽ ex hoc me honorare deberetis, c [Responderunt.] Hic consequenter excludit blasphemiam sibi impositam. Et diuiditur in duas: quia primò huiusmodi blasphemia imponitur, secũdò excluditur: ibi, Respondit. In prima ergo parte dicitur, Responderunt ei Iudęi, dicẽtes, d [De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia] In dictis eorum patet contradictio: quia loquebãtur sicut furiosi: testificantur enim eum facere bona opera in miraculis, cùm dicunt, De bono opere scilicet quod facis: & tamen dicunt hic eum blasphemum cùm dicũt, Sed de blasphemia: ista enim sunt incõpassibilia: quia miracula Christi fiebant ad testimoniũ bonitatis eius, & ideo cum essent bona opera & diuina, non poterant fieri ad testificandum aliquod falsum: quod tamen esset, si ille esset blasphemus, ad cuius testimonium fierent. Ista autem cæcitas in eis procedebat ex eo, quòd solum naturam humanam in Christo consyderabãt: ideo subditur, e [Et quia tu homo cum sis fa. teipsum Deum]. s. verum. f [Respondit eis Iesus.] Hic consequenter Iesus excludit crimen blasphemiæ sibi impositum. Et hoc dupliciter. Primò excludit illud per scripturam. Secundò per rationem: ibi, Si non facio. Circa primum sciendũ, quòd sacra scriptura cùm sit à Deo inspirata, non potest esse falsa. Ipsa autem attribuit deitatem hominibus sanctis & prophetis, & ipsi Christo, aliter tamen: quia deitatem participatiuè tantùm attribuit aliis à Christo, sicut tu hces locũ Dei tenentes dicuntur dij. Exo. xxij. dominus domus applicabitur ad deos: & ibidem, diis non detrahes, &c. Christo autem attribuit deitatem propriè dictam, secũdum quod habetur Iere. xxij. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustum: sequitur posteà, Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Et vbi habemus Dominus ponitur nomen domini Tetragrammaton in Hebræo quod nulli mõ attribuitur alicui nisi Deo vero. Ideo patet, quòd sicut scriptura veteris Testamenti attribuit aliis à Christo deitatem participatiuè dictam: ita ipsi Christo deitatẽ propriè dictam: secundum hoc igitur exponenda est litera. [Respondit eis Iesus.] declarando se non esse blasphemũ, dicendo se esse Deum, vel Dei filium naturalẽ, quod idem est. Quod probat per scripturam, dicens, g [Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, Dij estis.] hoc habetur in Psal. lxxxj. & dicitur de iudicibus & prophetis: ideo subditur, h [Si illos dixit Deos.] participatiuè. i [Ad quos sermo Dei factus est] sicut fuerunt prophetæ & iudices k [Et non potest solui scriptura] id est non potest dici, quòd contineat falsum, l [Quem pater sanctificauit]. i. meipsum quem sanctificauit, i. sanctum genetauit ab æterno, secundùm deitatem. Vel sanctificauit, i. plenitudine gratiæ adimpleuit: quantùm ad humanitatem. m [Et misit in mundum] ad saluandum ipsum, sicut prædictũ erat per prophetã. n [Vos di. quia blasphemas, quia di. Fi. Dei sum] q. d. Irrationabiliter loquimini: quia Scriptura sacra quæ solui non potest, expressè loquitur de diuinitate mea: vt patet per prædicta. o [Si non facio opera.] Hic consequenter excludit crimen blasphemiæ sibi impositum, per rationem. Circa quod sciendum quòd omnia determinantur proprio opere: vt habetur iiij. Meteo. ideo per propriam operationem, certificamur de natura rei. Christus autem faciebat opera diuinitatis propria, s. miracula totam facultatem creaturæ transcendentia: & etiam virtute propria: quia non solùm faciebat illa obsecrando diuinam poten-

Per hoc verbum Christi, s. Ego & pater, excluduntur duo errores, s. Sabellij & Arrij qui hæreticè de Trinitate locuti sunt.

Cæcitas Iudæorũ.

tiam, sed aliquando imperando. Ex quo cõcluditur quòd in eo verè erat natura diuina: & per consequens non erat blasphemus, dicens se esse Deum vel Dei filium; & hoc est quod dicitur, [Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi &c.] ideo concludit ex operibus. d [Vt cognoscatis & credatis: quia Pater in me est, & ego in Patre] inquantum est vna natura amborum, sicut est vna operatio.

EXPOSITIO MORALIS.

Ego & Pater vnum sumus.] August. Vtrunque audi, vnum & sumus: & à Charybdi & Scylla liberaberis: quod dicit Vnũ, liberat te ab Arrio: quòd dicit Sumus, à Sabellio. y [Sustulerũt ergo lapides Iudæi vt lapidarent eũ.] Hylarius, Nunc hæreticorũ furor, Domino in cælis sedenti, pari infidelitate dictis nõ obedientes odiũ impietatis exercent, verborum lapides iaciunt: & si possent, de throno suo in crucem detraherent.

QVAESTIO LXII.

SI non facio opera patris mei: nolite credere mihi.] Ioan. x. c. In quibus verbis quæritur, Cui sacerdoti sit faciẽda confessio? Ad hoc breuiter dico secundùm doct. nostri Durandi sententiam, quòd tria sunt necessaria confessori, cui facienda est confessio, vt sufficienter possit pœnitentibus prouidere vita, scientia, & authoritas. Primò igitur confessori est necessaria vita honesta, scilicet & deuota. Quod probatur. Sic enim de confessoribus dicitur, j. Pet. iiij. c. Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei adeò, vt ipsi illud Apostoli, Corint. iiij. c. dicere valeant, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. August. ait. sicut de pœn. dist. ij. c. j. dicitur, Sacerdos cui omnis peccator offertur, & ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum iudicandus sit, qui in aliis iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui iudicandus est, seipsum condemnauit. Secundò necessaria est confessori scientia, quod simpliciter probatur: quia nullus artem aliquam docere præsumit, nisi prius ipse didicerit. Difficilior autem ars nulla est vtiq; animarum regimine. Vnde Gregor. lib. Pastoral. c. j. ait, Nulla ars doceri præsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, in quo est ars artium, & regimen animarum? Quis cogitationum vulnera maiora esse nesciat vulneribus viscerum? Tamen sæpè qui præcepta spiritualis cordis non nouerunt, se medicos profiteri non metuunt: dúmque pigmẽtorum seu confectionum vim nesciunt, videri medici corporis non erubescunt. Tertiò necessaria etiam est confessori authoritas qua possit absoluere pœnitentes. Et licet hic ille tex. distinct. xxxij. capit. ad hoc, à Gratiano denotatus deduci posset, vbi dicitur, Cæterum scismaticorum & hæreticorum sacramenta quoniam extra Ecclesiam sunt iuxta sanctorum patrum traditiones, scilicet Gregor. Cyprian. Augustin. Hieronym. formam quidem sacramentorum non autem virtutis effectum habere profitemur: in quorum numero secundùm Host. publici fornicarij, & Simoniaci & eorum secundũ Tho. mediatores numerantur: præcipuè cùm simoniaci hodie sint excommunicati, quia per concilium Constan. statutum est, vt a quocunque sacerdote dummodo ab Ecclesia toleretur sacramenta recipiantur, omnia hæc prætermitte re statui. Solum hoc sciendum est, cùm sacerdos non soluit, nisi ligãdo ad aliquid faciẽdum, ille solus absoluere potest vt dictum est. Nam sacerdotibus duntaxat Io. ij. c. Dominus ait, Quorũ remiseritis peccata remittũtur eis. & quorum retinueritis retenta sunt. Et tamen nõ omnis sacerdos sed proprius, licet omnibus sacerdotibus clauis authoritatis in consecratione tribuatur: non tamen executio eius. Proprius verò sacerdos: vt habetur ex sacris cano. & ex glo. super illud c. Omnis vtriusque sexus: ille est qui illius habet curã ordinariam vt Papa, legatus, & diœcesanus episcopus, & presbyter parochialis: & breuiter, omnis ille qui ab istis habet iurisdictionem delegatam, i. cui aliquis prædictorum, committit authoritatẽ audiendi confessiones, absoluendi, & pœnitẽtias iniungendi. Ex quibus apparet, quòd Fratres minores, & Prædicatores, qui à plerisque summis pontificibus Alexan. Clement. & aliis authoritatem habent audiendi confessiones, ex permissione Episcopi irrequisitis parochialibus: & etiam cõtra velle episcopi: si ex malitia non permitterẽt, proprij sacerdotes vocari debent. Et ratio est, quia illud quod conuenit alicui ex ordinaria iurisdictione, potest committere alteri habenti ordinem conuenientem ad illud officium exequendum, sicut in cap. aqua extra de confe. ec. apertè notatur. Illi ergo confitentur habenti autoritatem à papa, etiam inuitis episcopis, si malitiosè cõtradicere voluerint, & ab eodem si absoluuntur, verè sunt absoluti: nec eadẽ peccata numero tenentur suis parochialibus confiteri. Hoc de prædicatoribus, & minoribus patet in extrauaganti. Ioan. xx. quæ incipit. Vas electionis, &c.

Cui sacerdoti confitendum.

Quæ sint necessaria idoneo cõfessori.

Quamuis sacerdos absolutio remittere nõ potest peccati maculam effectiue, quia sic solus Deus peccatum dimittit. tamen ministeriale, & instrumẽtale illi qui per attributionẽ remouit. maculã gratiæ spiritualis nisi dispositiuè remittit maculã peccati inquantum suo ministerio assistit, virtus remittit. Ricar. iiii. Sent. di. xviii. ar. q. ij.

Feria quinta post Domin. de passione Euangelium secundum Lucam, vij. capitulo.

IN illo tempore, [a] rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cũ illo. [b] Et ingressus domũ Pharisæi,

discubuit. c Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, † vt cognouit quòd Iesus accubuit, in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti. d Et stans retrò secus pedes eius, e lachrymis cœpit rigare pedes eius, f & capillis capitis sui tergebat. g Et osculabatur pedes eius, h & vnguento vngebat. i Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, k ait intra se, dicens, l Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. m Et respondens Iesus dixit ad eum, Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister dic. Et respondens Iesus dixit, n Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque, quis ergo eum plus diligit? o Respódens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. p At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ dixit Simoni, Vides hanc mulierẽ? q Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit, r osculũ mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. s Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. t Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem Iesus ad illam, v Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, x Quis est hic, qui & peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Peccatrix in domo Simonis. Iesus cōcedens à Maria Magdalena se tāgi permisit, quamuis multis peccatis polluta esset, nobis ostēdens quòd quotiescūque peccator ad Ecclesiam reuertitur misericordiam poscens piè à prælatis clauē gerentibus recipi debet. Regula iuris, Illi non est venia denegāda, q̃ sua cognouit errata.

POSTILLA.

IN illo tempore, rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret, &c. In Euangelio tria notantur. Primò mulieris exemplaris conuersio: ibi, Ecce mulier. Secundò amoris peculiaris ostensio: ibi, Vides hanc. Tertiò salutaris remuneratio: ibi, Propter quod dico tibi. Descripta confirmatione doctrinę Christi signo visibili, in suscitando filiũ viduæ, vt suprà dictũ est, hîc consequenter eiusdem confirmatio describitur, facto inuisibili, videlicet per remissionem peccatorũ mulieris peccatricis: vbi primò describitur locus cũ dicitur. b [Et ingres. do. Phar. &c.] Legitur autẽ Christum manducasse cũ peccatoribus, vt eos ad pœnitentiam prouocaret, vt habetur Matt. ix. Item cũ amicis familiaribus, vt eorum deuotionem nutriret: vt dicitur Ioã. xij. de Martha & Maria. Item cum cognatis & pauperibus, vt eorũ inopiam suppleret, vt habetur Io. ij. de nuptiis, vbi deficiēte vino, Christus aquam vertit in vinũ. Item cum Pharisæis superbientibus, vt eorum superbiã confutaret, prout hîc habetur, & videbitur in prosequẽdo. c [Et ecce mulier.] de peccatis suis plenè & perfectè cõtrita. d [Stans retro.] quia præ verecũdia sui peccati, non audebat se anteponere. e [Lachrymis cœpit rig. pe. eius.] Ex quo patet magnitudo contritionis: ex qua tantum fleuit, q̃ poterant lauari pedes vnius hominis, nudis pedibus incedẽtis. f [Et capillis capitis sui tergebat.] quibus antè ad compositionẽ vultus sui fuerat abusa. g [Et osculabatur pedes.] vt totum Deo seruiret in pœnitẽtia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa, secundũ quòd dicit Greg. h [Et vnguento vngebat.] ad refrigerium caloris, & mitigationem doloris ex itinere. i [Videns autem &c.] Hîc consequenter ponitur Pharisæi indignatio, vnde subditur, k [Ait intra se dicens, Hic si esset propheta.] verus, sciens occulta. l [Sciret vtique quæ & qualis est mulier.] & per consequens, non permitteret se tangi ab ea. m [Et respondens Iesus] Ad confutationem illius, per hoc enim quòd respondit ad eius cogitationem, quę soli Deo nota est, ostendit se plusquam prophetam. n [Duo debitores, &c.] Parabola est, vt conuenientius concludatur contra Pharisęum: de responsione subditur, cùm dicitur, o [Respõdens Simon &c.] quia amor in humanis plerunque causatur ex præcedentibus donis, & per consequens, maior amor ex maioribus donis, hîc consequenter Christus redarguit Pharisæum ex triplici defectu pietatis cùm dicitur, p [Et conuersus &c.] sequitur, q [Intraui do. tuam: aquam pedibus meis non dedisti.] qui tamen erant fessi, & dolẽtes ex labore itineris, & lutosi seu puluerizati: eò quòd sine calceamentis incedebat. Secundò redarguit eum ex defectu charitatis, cùm dicitur, r [Osculum mihi non dedisti] quod est amicitiæ signum. Tertiò ex defectu hilaritatis seu lætitiæ, quæ nomine Olei designatur, vt dicitur Psal. lxiiij. Propterea vnxit te Deus, &c. Tria autem dicta requiruntur in hospitalitate gratiosa. Et econtrà, laudat mulierẽ de triplici perfectione opposita, vt patet in litera, & ideo concluditur, s [Remittun-

Lachrymę lauant delictum: de pœ. d. ii.

Vnde causat amor humanus.

tur ei peccata multa.] Videtur autem quod deberet dici contrarium: quia primò prędixerat donum esse causam amoris, hic autem econtrariò infert amorem esse causam doni. Dicendū ad hoc quòd primò in parabola loquebatur modo humano, vbi amor ex dono causatur, sed in applicatione parabolæ ad propositū, conuertit se ad loquendū de amore Dei erga nos, qui non procedit ex bonis nostris meritis, sed magis causat bonū in nobis, & ideo conuenienter concludit dicto modo. Vel aliter potest dici quòd in peccato sunt duo remittenda, s. culpa & pœna. Culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cùm nullum bonum meritoriū possit esse in nobis sine gratia, quam non habemus ante culpæ remissionem, sed habita gratia, & culpa dimissa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cuius remissionē facit bonum opus nostrum charitate informatū, & de hac remissione loquitur Dominus. Vnde sequitur, t [Cui autem minus dimittitur, minus diligit.] Remissio autem culpę, aut nulla est, aut totalis simul, sed remissio pœnæ fit per partes & nō tota simul, de communi cursu: licet aliquando fiat tota simul, propter feruorem pœnitentis, & ex liberalitate Dei, & hoc fuit in proposito in hac muliere: ideo sequitur, v [Remittuntur tibi peccata.] non solùm quantùm ad culpā, sed etiam quantùm ad pœnam ex vehemēti amore Dei & horrore peccati præteriti. r [Quis est hic.] hoc dicebant, quia videbant tantùm humanitatem exterius apparentem, sed ignorabant deitatē interius latentem, quæ potest peccata dimittere. y [Fides tua te saluam fecit.] quia ista fides fuit formata charitate: ideo fecit habentē dignam vita æterna. De ista muliere peccatrice dubitāt aliqui docto. vtrum fuerit Maria soror Lazari vel alia. De quo dictum est quid sentiant Docto. Ioan. xij. vbi etiam hoc posui: quia prius scripsi super Ioan. quàm super Lucam.

In peccato duo sunt remittenda.

EXPOSITIO MORALIS.

Rogabat autem Iesum quidā Pharisęus, &c. Per mulierem peccatricem ad Domini pedes accedētem significatur quælibet persona, verè de peccatis pœnitens, & contrita: ad quod requiritur quòd sicut Deum offendit per culpā, ita seruiat ei per pœnitentiam. Ad Ro. vi. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita exhibete nūc seruire iustitię in sctificationē: & sic fecit mulier ista, vnde dicit Greg. Homil. xxv. Liquet fratres quod illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit: quod ergo sibi turpe exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per pœnitentiam cōterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed cum capillis maculas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat: quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum numerum criminū, vt totum seruiret Deo in pœnitentia: quicquid ex se Deum contempserat in culpa. i [Videns autem Phari. &c.] per istum qui Christum notauit de ignorantia, & mulierem de immunditia, significatur hypocrita, d: sua falsa iustitia præsumens, & alios contemnens: quia sicut dicit Io. Chrys. Vera iustitia cō passionem habet, falsa verò indignationem: propter quod iste Pharisæus arguitur de pietatis omissione in modicis respectiuè, & mulier commendatur de maioribus valdè, cùm dicitur, q [Intra. in do. tu.] propter quod sibi dicitur, Remittuntur tibi peccata tua.

QVAESTIO LXIII.

Ecce mulier erat in ciuitate peccatrix, Lu. vii. Ex quibus oritur quęstio quæ talis est, Vtrum ad peccati deletionem, necessaria sit ipsa contritio? Ad quod breuiter dicitur secundum Durādum nostrum, quòd cùm peccatum sufficienter per actum voluntatis possit nasci, sufficienter per eundem actum valet vtrinque dissolui. Nam vt Io. Chryso. ait, & ponitur extra de regu. iuris, Vnumquodque per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Cùm ergo per actum volendi, ad quem sequitur delectatio, peccatum nascatur, per actum nolendi ipsiusmet voluntatis, ad quem sequitur tristitia, oportet vt destruatur: sed secūdùm Augu. nihil est magis in potestate hominis quàm ipsa voluntas: Deus autem non requirit ab homine, nisi quod est in eius potestate: hinc Eccl. xv. scribitur, Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi, propterea vt doctor noster Francis. ait, Illud est simpliciter necessarium, sine quo finis vltimus haberi non potest, sicut medicina infirmis, vel apostematis incisio necessaria est, quia sine ipsa, sanitas non habetur. Cùm ergo fœlicitas, (quæ finis vltimus & necessarius humani generis est, quia per peccatum amittitur) sine contritione haberi non possit, nemini dubium esse debet, quòd summè necessarium eiusdem generis sit ad salutem. Quid enim vtilius sacramēto baptismi? de quo Io. iij. dicitur, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum cælorum: & tamen in adultis sine contritione non valet, quia fictè baptizatur, qui de peccato non dolet, vnde sacramentum & non rem sacramenti suscipit qui fictè ad ipsum accedit. Quòd prætereà necessaria est eucharistia, patet cum Ioannis sexto dicatur, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: & si quis sine contritione communicaret iudicium sibi manducaret & biberet, secundùm

Quæstio de contritione.

illud Apostoli j. ad Corin. xj. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi mãducat & bibit. Super hæc omnia, quid maius dicere possumus de passione Domini, de qua vt Ioan. xj. dicitur, Caiphas dixit, Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. & vlti. capit. dicitur, O portebat pati Christum, & tamen sine contritione non prodest, nam si oppositum crederetur: ita Iudam sicut latronem saluari potuisse, crederetur, quod non tantum dicere, sed etiam cogitare nephariũ est. Et propterea, cum tantam virtutem habeat ipsa contritio, sine ea profecto non valet vlla confessio: sępius enim sine confessione, ad salutem proficit ipsa contritio. Vnde propheta, Dixi (inquit) Confitebor aduersum me, iniustitiam meã, & tu remisisti impietatem peccati mei: & hic ait, O lachryma humilis tua est potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non vereris: cunctorum tuorum peccatorum accusatoribus silentium imponis: non est qui te vetet accedere, si sola intras, vacua non redibis: magis crucias diabolum quam pœna infernalis. Quid plura? vincis inuisibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium virginis. Hæc ille.

Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, vita viuet & nõ morietur. Ezechie. xviii. & mag. sẽten. iiii. di. xvii.

Feria vj. post Domin. de passione Ioan. xj. cap.

IN illo tempore, [a] collegerunt pontifices [b] & Pharisæi [c] concilium, [d] & dicebãt, Quid facimus, [e] quia hic homo multa signa facit? [f] †Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, [g] & venient Romani, [h] & tollẽt locum nostrum, [i] & gentem. [k] Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, [l] cùm esset pontifex anni illius, [m] dixit eis, [n] Vos nescitis quicquam, nec cogitatis [o] quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo, [p] pro populo, [q] & non tota gens pereat. [r] Hæc autem à semetipso non dixit, [s] sed cùm esset põtifex anni illius, prophetauit, [t] quia Iesus moriturus erat pro gente, [v] & non tantùm pro gente, [x] sed vt filios Dei qui [y] erant dispersi, [z] congregaret in vnum. [a] Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. [b] Iesus ergo non in palam ambulabat apud Iudęos, [c] sed abiit in regionem iuxta desertum, [d] in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum apostolis suis.

Si dimittimus eum. Impii Iudæi videntes nostri saluatoris miracula & opera, quibus populus fide & charitate ipsum credebat, congregauerunt concilium, vt saluatorẽ nostrũ dolo occiderẽt: in quo cõcilio Caiphas prophetauit non quia bonus esset sed quia pontifex erat, quod Iesus pro omni populo moriturus erat attamen veritatem non

POSTILLA.

IN illo tempore, collegerunt pontifices. Hic ponitur effectus suscitationis Lazari, respectu absentium à Bethania, vt narrat Euangelista, quia audita suscitatione Lazari, ex ira & inuidia moti sunt Pharisæi, & Scribæ, ad tractandũ de morte Christi. Et diuiditur in tres ptes: quia primò ponitur eorũ congregatio, secũdò congregatorum dubitatio: ibi, Et dicebãt. Tertiò dubij determinatio: ibi, Vnus ex ipsis. In prima ergo parte dicitur sic, a [Collegerũt pontifices] qui erant maioris authoritatis & magis literati. b [Et Pharisæi] qui videbantur præ aliis religiosi, ex quibus tactũ eorum grauius erat. c [Concilium] scilicet aduersus Iesum, hoc non est in textu, sed subintelligitur. Circa hoc notandum quòd pontifices erat de tribu Leui, Pharisæi autem pro magna parte erant de tribu Symeon, quia ex illa tribu habuit ortum secta Pharisæorum: & ideo in figura huius fuit prædictum Gen. pen. c. Symeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. In cõcilium eorum non veniet anima mea. d [Et dicebant.] Hic ponitur eorum dubitatio quid facerent de Iesu, quia habebant rationes ad vtrãque partem. Ex euidentia enim miraculorum cogebantur dicere. e [Quia hic homo multa signa facit.] Ex hoc sequitur quòd erat ei credendum magis, quam Moysi: quia Moyses non tot nec tanta signa fecit, & maximè, quãdo populus ei primò credidit: imò valde pauca, vt patet Exo. iij. & sic habebant argumentum ad ipsum recipiendum & honorandum, tanquam verũ Christum. Sed econuersò arguebant in cõtrarium dicentes, f [Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum] sicut in Christum, quia Christo debebatur regimẽ secũdùm Scripturas, quas malè intelligebãt de temporali regno: ideo ex hoc videbatur sequi, cõtra imperatorem Romanum rebellio, qui tunc tẽporis dominabatur eis, ex hoc videbatur propinqua occasio destructionis ciuitatis & tẽpli, per potestatẽ Romani imperij, quæ tunc erat maxima, & ideo ipsi nõ habebant aliquam virtutem resistendi, & hoc est quod dicitur, g [Et venient Romani.] in tanta fortitudine, quòd nõ poterimus resistere. h [Et tollẽt locum nostrũ] i. ciuitatem & templum. i [Et gentem,] captiuando populum, & sic patet quòd passio timoris subuertebat in eis iudicium rationis. k [Vnus autem ex ipsis.] Hic ponitur dubij determinatio, & diuiditur in tres partes, quia primò dubiũ determinatur. Secundò determinatio approbatur: ibi, Ab illo autẽ die. Tertiò à Christo euitatur: ibi, Iesus autem nõ, &c. Prima in duas: quia primò ponitur Caiphę determinatio. Secũdo huius determinationis expositio: ibi, Hoc autẽ à semetipso. In prima ergo parte dicitur sic, Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine. nõ est de textu: sed intelligi-

intelligebat: qui in sancto spiritu prophetabat: de hoc cõcilio habetur Sap. ii. circumueniamus iustum quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinę nostræ.

tur nomen eius, propter authoritatem sui officij. Vnde subditur. l [Cùm esset pontifex anni illius,] Dominus autem præceperat, esse tantum vnum summum sacerdotem, per totam vitam suam: quo moriente, alij sibi succederent: vnde & in morte eius reuertebantur fugitiui: sed propter cupiditatem & ambitionem suam statuerunt inter se, illi qui erant de genere sacerdotali, vt quolibet anno vnus esset, qui illo officio fungeretur. Aliam autem rationem assignat Iosephus dicēs, A tempore Herodis Ascalonitæ qui auxilio Romanorum, occupauit regnum Iudææ sacerdotium communiter vēdebatur: & sic propter maius lucrum temporale, summus sacerdos frequēter mutabatur. m [Dixit eis] propter authoritatem officij sic locutus est, dicens, n [Vos nescitis quicquam] q.d. Prima facie quilibet intelligens videre potest, quòd ad mortē huius hominis debemus laborare. Cuius ratio est, quia bonum cōmune magis est eligendum, quàm bonum particulare, si autem homo iste dimittatur, bonum totius populi dissipabitur, vt patet per prædicta, secundùm eorum æstimationē, & sic concludit, quòd sit agēdum ad mortem Christi, etiam si ex parte eius, non inueniatur aliqua causa. Et hoc est quod dicitur. o [Quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo] etiam si esset bonus, & iustus, p [Pro populo.] id est conseruatione populi. q [Et non tota gens pereat.] sed maneat in vita. Hic patet manifestè quòd passio inuidiæ, & liuoris contra Christum, & passio timoris perdendi gentem & locum, subuertebant in eis rationis iudicium: quia in nullo casu licitum est, interficere innocentem, per hoc enim non procuratur bonum cōmune, sed magis destruitur. Propter quod Dei iudicio factum est, quòd illud malum, quod credebant per mortem Christi euadere, scilicet destructionem loci & gentis, per mortem Christi incurrerūt, quia in pœnam huius peccati, Romani per Titū & Vespasianum locum & gentem destruxerunt, anno xlij. post mortem Christi, sicut fuerat à Daniele prophetatum, ix.c. Et ciuitatem & sanctuariū dissipabit populus, cum duce venturus, &c. Et à saluatore prædictum Lu. xix. Videns ciuitatē sanctam Ierusalem fleuit super illam. r [Hoc autem.] Hic ponitur prædictę determinationis expositio: quæ quidem expositio est Ioannis Euāgelistæ ostendentis, qualiter Caiphas prædictam determinationem protulit, quamuis enim esset intentio Caiphæ, dare solum consilium de Christi morte, pro temporalis periculi euasione, circa populum Iudæorum, tamen verbum eius sic sonabat, quòd Christus erat moriturus pro gēte & populo, & quòd sic fuit prolatum, fuit prophetia quodammodo de futuro, quòd Christus erat moriturus, pro salute spirituali, nō solùm Iudæorum, sed etiam omnium gentium, quæ credituræ erant in ipsum. Et hoc est quod dicitur, [Hoc autem à semetipso non dixit] i. supradictū verbum hoc modo protulit, sed per motionem alterius. s [Sed cùm esset pōtifex anni illius prophetauit] quia ipso ignorante, dictum propheticum protulit, non ratione sui meriti, sed dignitatis & officij. t [Quia Iesus moriturus erat pro gente.] s. Iudæorum: quia multi de Iudæis saluati sunt per ipsum. v [Et non tantùm pro gente sua.] x [Sed vt filios Dei] non quia actu essent filij Dei, sed in potentia ad actum reducenda: quia erant prædestinati. y [Qui erant dispersi.] per diuersos ritus gentilium. z [Congregaret in vnum] i. in vnā Ecclesiam ex Iudæis & gentilibus constitutam, vt esset vnum ouile, sicut & vnus pastor, vt suprà dictum est præcedēti cap. Propter quod Gen. penult. cap. dicitur de Christo, Ipse erit expectatio gentium, nō solùm Iudæorum. Nec hoc est contra illud, quod dicit Saluator Mat. v. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, quia ibi Saluator loquitur de sua missione, ad prædicandum in persona propria, propter quod Apostolus dicit ad Ro. xv. Dico enim Dominum Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis. a [Ab illo.] Hic ponitur determinationis Caiphæ approbatio, quáuis esset iniqua: quia omnes alij erant affectati, ad procurandum mortem Christi, sicut & ipse: & hoc est quod dicitur. [Ab illo ergo die cog. vt interfice. eum.] Licet enim antè habuissent voluntatem interficiendi ipsum, vt patuit per prædicta, tamen ex cōsilio Caiphę definierunt, hoc adimplere quàm citius possent. b [Iesus ergo.] Hic consequenter ponitur huius determinationis declinatio, non enim adhuc erat tempus passionis Christi, à Deo prærordinatū, & Iudæi quærebant occidere eum, vt visum est ideo recessit ad tēpus, & hoc est quod dicitur, Iesus autem non pa. ambu. apud Iudæos. quáuis enim inter eos existens, posset eorum impetum refrenare, tamen voluit ad tempus latere, & se occultare rationibus prædictis cap. viij. & x. vbi similiter agitur de occultatione. c [Sed abiit in regionē iuxta desertum] vbi pauci de Iudæis erāt. d [In ciuitatē quæ dicitur Ephrē] quæ erat parua, & parum populata. e [Et ibi moratus est cum discipulis suis] vsque ad tempus propinquum suæ passionis.

QVAESTIO LXIIII.

Expedit vt vnus homo moriatur. Ioannis vndecimo. Super quibus verbis mouetur dubitatio, Vtrum contritio sit congrauissima ad deletionē culpæ mortalis? Ad quod respondetur secundum Franciscum, quòd sic: & ratio talis est, quia maxima, atque pœnosa ægritudo, cura maxima indiget. Hinc Iero. ad matrē & filiam in Galliis commorantes ait, Putridæ carnes ferro curantur & cauterio, venena serpentina curantur antidoto. Quod satis dolet, maiori dolore expellitur. Cùm autem mortalis culpa, qua diuina maiestas offenditur, ma-

Sicut solus Deus est causa efficiens infusionis gratiæ gratũ facientis, ita est causa efficiẽs remissionis mortalis peccati: alia tamen p cõtritionem meret̃ de condigno mortalis peccati remissionẽ. Ricar. iiii. Sent. dist. xv. ii. art i. q. vii.

xima sit ægritudo spiritualis, & omnium malorum excessiua, pœna maxima & dolorosissima ad eius expiationem debetur, aliter profectò diuina iustitia non seruaretur. Nempe in xv. ca. Deu. scriptum est, Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Sed contritionis tristitiam, esse omnium pœnarum maximam, nõ modò ratione: sed authoritate & exẽplo, à doctoribus demõstratur. Maximè ergo congruũ est, vt mortalis culpa, deleatur ex contritionis tristitia, quæ est dolor in volũtate, i. displicentia peccati præteriti, cum sit omnium pœnarũ maxima. Quia cùm mors, Philosopho teste, sit vltimum terribiliũ, & arduorum, à tristitia sæpius superari videtur: cùm multi potius mortem eligant, vt ipsam tristitiá fugiant, sicut in pleris que monstratum est: quos Aug in lib. de Ciuitate Dei, historia longa latáque describit. Profectò vt de multis aliquas rumosiores cõmemorem, Saul, & Samson mori citius voluere, quam tristitiam eos nimis affligentem, & cruciãtem, longius sustinere. Quod etiã exemplo demonstratur. Nam vt Augustinus ait in eodem loco, spiritus qui sunt in purgatorio & in inferno, nulla prorsus afflicti sunt pœna acriori, tristitia. Et hoc fit vt qui delectantur in culpa, correspondenti crucientur & ipsi pœna. Propterea, & quod dicimus, authoritate probetur, Ricar. Si pœna inferni cum amore posset assumi, pœna non esset, sicut in superna gloria, ęterna fœlicitas minimè teneretur, si à beatis cum tristitia possideretur.

Sabbato post Dominicam de passione Euangelium secundùm Ioan. xij. cap.

Lazarum interficerent. Quia mali homines bonorũ virtutibus inuidere solent, suoque malo affectu, bonos viros cõfundere nitũtur: pessimi Iudæi igit̃, Christũ confundere volẽtes, Lazarũ p quem Christi virtus & miracula refulgebant occulere voluerũt: qa inuidi bonũ proximi confundere, & annullare volunt.

IN illo tempore, [a] cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent †, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. [b] In crastinum autem turba multa quæ conuenerat ad diem festum [c] cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, [d] acceperunt ramos palmarum, [e] & processerunt obuiam ei, [f] & clamabant, Hosan-na [g] benedictus qui venit [h] in nomine Domini, [i] rex Israel. [k] Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, [l] sicut scriptum est, [m] Noli timere filia Sion. Ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. [n] Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm, [o] sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerũt ei, [q] testimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierũt eum fecisse hoc signũ: [q] Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, [r] Videtis quia nihil proficimus? [s] Ecce mundus totus post eum abiit. [t] Erãt autem quidam gentiles, ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. [v] Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Beth-saida Galilææ, & rogabant eum, dicẽtes, [x] Domine, volumus Iesum videre. [y] Venit Philippus & dixit Andrææ, [z] Andręas rursum & Philippus dixerunt Iesu. [a] Iesus autem respondit eis dicens, [b] Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, [c] Nisi granũ frumẽti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. [d] Qui amat animã suã [e] perdet eam. [f] Et qui odit animã suam in hoc mundo, in vitã æternã custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. [h] Et vbi ego sũ, illic & minister meus erit. [i] Si qs mihi ministrauerit, [k] honorificabit eũ Pater meus. [l] Nunc anima mea turbata est. [m] Et quid dicã? [n] Pater saluifica me ex hac hora, [o] sed propterea veni in horam hãc. [p] Pater clarifica nomen tuum. [q] Venit ergo vox de cælo dicens, [r] Et clarificaui, [s] & iterũ clarifico. [t] Turba autem quę stabat, & audierat, dicebat, tonitruũ esse factum, [v] alij autem dicebant, [x] Angelus ei locutus est. [y] Respõdit Iesus, & dixit, [z] Non propter me hæc vox venit, [a] sed propter vos. [b] Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras, [d] & ego si exaltatus fuero à terra, [e] omnia traham ad meipsum. [f] Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. [g] Respondit ei turba, [h] Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet

in æternum, [l] & quomodo tu dicis, oportet exaltare filiũ hominis? Quis est iste filius hominis? [k] Dixit ergo eis Iesus, [l] Adhuc modicum lumen in vobis est. [m] Ambulate [n] dum lucem habetis, [o] vt tenebræ vos non comprehendant. [p] Et qui ambulat in tenebris, [q] nescit quò vadit. [r] Dum lucem habetis credite in lucem, [s] vt filij lucis sitis. [t] Hæc locutus est Iesus. Et abiit, [v] & abscondit se ab eis.

Iesus dicitur filius hominis, quia est filius Mariæ

POSTILLA.

IN illo tempore, cogitauerunt, &c. In Euangelio tria ostenduntur. Primò malignitas, seu machinatio ex parte Iudæorum: ibi, Cogitauerunt. Secundò sedulitas gratiæ visitationis, ex parte Paganorum: ibi, Domine. Tertiò sublimitas claræ commendationis ex parte superiorũ: ibi, Clarificaui. Pro declaratione huius Euang. est intelligendum primò, quòd occasio cogitationis talis mortis, s. Lazari, fuit inuidia Iudæorũ, ex fama & gloria Christi: quoniã videtes Pharisęi, quòd multi ex Iudęis venerãt Ierusalem, vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Facta enim mirabilia libenter videntur: mirabilissimum autem erat, videre quatriduanum mortuum suscitatum comedentem, & bibentem, & alia opera facientẽ: sperabãt etiam audire ipsum referentem statum alterius vitæ, quem omnes scire desyderabãt: & quia in hoc gloria Christi manifestabatur: de quo dolebant principes populi: ideo dicitur, a [Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent]. Ex quo patet eorum malignitas, quod volebant interficere illum, quem Deus viuificauerat, ad occultandum miraculum. Si autem quæratur, quare magis Lazarum persequebantur, quam cæcum illuminatum, de quo dictum est ix. c. & languidum sanatum, de quo fuit dictum v. c. Dicendũ quòd hoc erat, quia Lazarus erat homo nobilis & famosus: ideo miraculum in ipso factum, erat magis publicũ, & famosum. b [In crastinum.] hic describitur honor exhibitus Christo in turbæ obuiatione. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur ipsa obuiatio. Secũdò subditur huius obuiationis ratio: ibi, Testimonium ergo. In prima parte dicitur sic, In crastinum autem turba multa quæ conuenerat ad diem festum. quia omnes tenebantur venire in Ierusalem, in solennitate paschæ. c [Cùm audissent quia venit Iesus Iero.] illud fuit quinta die ante pascha. Illa die accipiebatur agnus, & seruabatur vsque ad vesperã quartædecimæ diei: & tunc immolabatur: vt habetur Exo. xij. ideo Christus illa die venit in Ierusalem, vbi erat

Ex suscitatione Lazari, Iudæorũ inuidia erga Christum, causata fuit.

Honor Christo exhibitus.

De agno paschali.

immolandus, tanquam verus agnus pro nobis vt sic veritas corresp õderet figuræ. d [Acceperunt ramos pal.] quod diuina dispositione factum est, ad designãdum victoriam, quã Christus de hoste in proximo erat habiturus. Vnde antiquitus dabatur ramus palmæ victori in certaminibus. e [Et processe. obuiam ei.] reuerenter. f [Et clama. Hosan-na] i. salua obsecro: quia petebant ab eo salutem. g [Benedic. qui venit.] in hoc laudant & confitentur eius aduentum. Dicere enim hominis, non est suum facere, sed tantum fateri, & ideo quando nos Deum benedicimus, non ei bonum facimus, sed tantummodo eius bonitatem fatemur, & laudamus. Dicere autem Dei est suum facere, secundum quòd dicitur Psal. xxxij. Dixit & facta sunt, & ideo quando Deus homini benedicit, ei beneficium impendit. h [In nomine domini]. i. sicut dominus. Non sic autem venit Moyses, sed tantummodò vt seruus: vt habetur Heb. iij. Vel aliter in nomine Dei, i. à Deo Patre missus est ad explendum voluntatem eius. i [Rex Israel] In hoc confitentur eius potentiam diminutẽ: quia credebant eum regnaturum temporaliter, & liberaturum eos à tributo, ipse autem venit ad regnandum spiritualiter, & ad liberandum totum genus humanum à Diabolo, quod erat maius. Propter hoc in Psal cxvij. vbi ista laus prędicta fuit, dicitur, Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit nobis. in quo exprimitur eius diuinitas, & regnum spirituale. k [Et inuenit Iesus asellum & sedit super eum.] Modum autem, & qualiter, & per quem Christus hunc asellum habuit, s. per missionẽ discipulorum, Euangelista trãsit, quia sufficienter fuit expressum ab aliis scilicet Mat. xxj. Mar. xj. l [Sicut scriptum est.] Zacha. xj. m [Noli timere filia Sion, &c.] hoc fuit expositum Mat. xij. n [Hæc non cogn. dis. eius primum]. i. pro tunc, quia adhuc erant simplices, & illiterati. o [Sed quando glorific. est Iesus.] scilicet per resurrectionẽ suam, quando fuit gloriosus simul in anima & corpore, tũc enim aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. vt habetur Luc. vlt. p [Testimoniũ ergo,] Hic ponitur dictæ dubitationis ratio: quæ fuit promulgatio suscitationis Lazari ipsis turbis, per illos, qui præsentes fuerãt in suscitatione: & hoc est quod dicitur, Testimoniũ ergo perhibe, &c. q [Pharisęi ergo.] Hic consequenter ponitur Pharisæorum zelus, siue æmulatio, cũ dicitur, Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos, i. intra se. r [Videtis quia nihil proficimus.] Hoc exponitur dupliciter. Vno modo, de bono zelo: quia aliqui de Pharisæis in eũ crediderant, vt patet Io. iij. de Nicodemo, & isti volebant alios retrahere à Christi persecutione. q. d. Quantumcunque laborauerimus ad eos impediendum, nihil tamen proficimus, & ideo videtur quòd sit factum diuinum. Simile dictum fuit Gamalielis retrahentis Iudæos à psecutio-

Quid efficitur bene dicendo.

Expositio duplex de zelo.

ne Apostolorum, vt habetur Act. v. Discedite ab hominibus istis, & sinite illos, quoniã si ex hominibus est consiliũ hoc, aut opus dissoluetur: si autem ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare videatur homo. Alio autem modo exponitur de malo, quãtùm ad illos qui non crediderãt Christo: & ideo inuidia moti talia dicebant. s [Ecce mundus totus post eum abiit,] Sermo est hyperbolicus, ad exprimẽdum, quòd multi Christum sequebantur. t [Erant autem.] Hic ostenditur glorificatio Christi à gentilibus: & diuiditur in duas partes, quia primò exponitur eorum deuotio: secundò Christi responsio: ibi, Iesus autem respondit. In prima ergo parte dicitur sic, Erant autem quidam gentiles ex his qui ascẽderunt vt adorarent in die festo. Nam aliqui de gentilitate, conuertebantur ad ritum Iudęorum, qui dicebantur proseliti, & isti tenebãtur esse in solennitate paschali, sicut & alij. Dicuntur enim hi gẽtiles: quia remanebat eis nomen pristinũ. Alio modo exponitur hoc, & melius, de gentilibus secundùm veritatem: quia templum pro sui sanctitate, habebatur in reuerentia à gentilibus, qui erant in circuitu Iudæorum: vt dicitur ij. Macha. iij. Et ideo multi de eis ascendebant adorare in Ierusalem, & maximè in solennitate paschali, non tamen admittebantur ad esum agni paschalis, nisi prius dimisso ritu gẽtilitatis, essent circũcisi: vt habetur Exo. xij. Isti ergo qui audierant Christi miracula, ideo volebant eum videre, & eius doctrinam audire: ideo subditur. v [Hi ergo access. ad Phil. qui erat à Beth-saida Gali. & roga. eum, &c.] quia videbant eum mansuetum, & pium: & ideo prius exposuerunt suum desyderium. y [Venit Phil. & dixit Andrææ] quia Andræas principalior erat ipso, cùm esset primus Christi discipulus, & per eum fuerat conuersus, vt dictum est suprà, c. j. & ideo volebat circa hoc agere de eius consilio, & maximè, quia fortè memor erat verbi Christi dicentis Apostolis Mat. x. In viã gentium ne abieritis: propter quod ipse Christo nolebat hoc nuntiare ex proprio capite. z [Andræas rursum & Philip. dixe. Iesu.] Hoc diuina dispositione factũ est, ad pronosticãdum, quòd gentiles erant in proximo adducẽdi ad fidem Christi, per prædicationẽ Apostolorum. a [Iesus autem respõdit ei dicẽs,] Hic ponitur Christi responsio, in qua primò denuntiat suã passionem: secundò, adhortatur ad imitationem, ibi, Qui amat animam. Circa primum sciendum, quòd Christus respõdendo denunciationi sibi factæ, de gentilium deuotione, prænuntiauit suam passionẽ: quia immediate post illam gentiles erant recipiendi ad fidem. Et hoc est quod dicitur, b [Venit hora vt clar. filius hominis.] In passione fuit clarificatus, per signa ostensa in Solis offuscatione, in terræ motu, & sepulchrorum apertione, & veli templi scissione. Fuit etiam clarificatus in sua resurrectione, & ascensione, secundùm quod dicitur Philip. ij. Humiliauit semetipsum, sequitur, Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Fuit etiam clarificatus in gentium conuersione, qui eius deitatem confitentur: propter quòd ibidẽ subditur, Et omnis lingua cõfiteatur. Et quia Christus præuidebat ista futura in proximo: ideo audiens deuotionem gentilium, qui iam erant dispositi ad credendum, dixit, Venit hora. sicut aliquis videns messes dispositas ad collectionem dicit, Venit hora, vt mittantur falces. Veruntamen per congruum exemplum ostendit, quòd mors eius debebat præuenire & conuersionem gẽtilium, dicens. c [Nisi granum, &c.] quia sicut semen, non facit fructus multiplicationem nisi per suam præcedentem corruptionem, sic mortuo Christo, quò ad suam humanitatem, multiplicata est fides in gentilibus. Vnde simile est ac si Christus expresse dixisset. Isti gentiles qui modo non volunt venire ad me, post mortem meam venient ad me per fidem. d [Qui amat, &c.] Hic hortatur Christus ad suæ mortis imitationem. Ad cuius intellectum sciendum, quòd amare aliquem, est ei velle bonum: & si bonum volitum sit verè & simpliciter bonum: est verus amor, & aliter non. Sunt autem quædam hominis bona quæ sunt simpliciter bona & vera, quæ sunt bona spiritualia: quædã autem sunt bona secundùm quid, vt temporalia bona, corporalia, & mundi delectabilia: & secundùm hoc Augustinus exponit dupliciter hanc literam. Primò sic, Qui amat animam suam, scilicet verè, quò ad spiritualia. e [perdet eam.] In præsenti, non formidans sustinere mala præsentis vitæ pro Christo. Vnde dicit, Si cupis vitã tenere cum Christo, noli mortem timere pro Christo: in morte enim dicitur quodammodo anima perdi, quoad præsentem vitam, quia separatur à corpore. Alio modo exponitur ad sensum contrarium. Qui amat animam suam, scilicet non verè, volendo sibi delectabilia huius mundi. Perdet eam in futuro, quia priuabitur vita beata. Et secundùm hunc sensum dicit August. Noli amare, scilicet animam in hac vita: ne perdas eam in æterna vita. Et hæc vltima expositio magis conuenit textui: quia sequitur, f [Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.] Et ideo quando prius dixit, Qui amat animã suam, subintelligitur in hoc mundo: & quãdo subditur, Perdet eam, intelligitur in futuro. Et quòd debeamus ipsum imitari in passione, ostẽdit per rationẽ dicens, g [Si quis mihi ministrat, me sequatur] q. d. Rationabile est, quòd minister sequatur dominũ. Et cũ hoc, ostẽdit huius sequelæ premiũ, ipsam beatitudinẽ dicens, h [Et vbi ego sum] quia Christus inquantũ Deus, essentialiter ipsa beatitudo est, & quãtùm ad humanitatẽ, erat actu beat⁹ in anima, quę est principalior pars homi

Quot modis exponitur, Qui amat animam suã.

Sequelæ Christi præmium.

ait: ideo ipsa anima aliquando nominatur homo: vt habetur x. Ethi. i [Si quis mihi ministrauerit.] obediendo mandatis meis. k [Honorificabit eum Pater meus] honor enim datur homini, ab aliis hominibus in vita præsenti, in testimonium virtutis: sed honor datur hominibus à Deo in gloria cælesti, in præmium virtutis. l [Nunc anima mea.] Hic ostendit qualiter Christus glorificatus est à Patre. & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius gloriæ petitio. Secūdò subditur ipsius promissio ibi, Venit ergo. Circa primū Christus præmittit suæ petitioni ostēsionem affectionis naturalis, ad declarationem veræ humanitatis in ipso, dicēs, [Nunc anima mea turbata est.] Turbari enim aliquid dicitur, quando cōmouetur. Ideo mare motū, dicitur turbatum. In Christo autem pars sensitiua dimittebatur agere, quod erat sibi proprium: ideo imminente passione, affectus sensitiuus commouebatur timore & horrore naturali. Et hoc est quòd dicitur hic animæ turbatio. Tamen ista turbatio non erat contra rationem, sed magis cōueniens rationi, & per rationē excitata: ad ostendendum veritatem humanæ naturæ, vt dictū est, & ad merendum nostram redemptionem, sicut & aliæ afflictiones Christi: quia dixerat alios imitari mortem suā. Ne fortè aliquis diceret, Securè potes mortem subire, quia nihil mali sentis: ideo contrarium voluit ostēdere per talem turbationē, & per consequens non est recedendum ab eius imitatione, propter naturalem horrorē. m [Et quid dicam] q.d. Secundùm appetitum sensitiuum faciam hanc petitionem. n [Pater, saluifica me ex hac hora] liberando me à passione imminente: veruntamen quia secundùm appetitū rationalē, qui dominabatur in eo, volebat pati propter obedientiam Patris, & propter humani generis salutem: ideo aliter loquitur dicens, o [Sed propterea veni in horam hanc.] q.d. Ad hoc veni in mundū, vt patiar propter prædicta: ideo orādo dicit, p [Pater clarifica nomen tuū] i. fac illud in quo relucet gloria tui nominis, s. passionem Filij, in qua ipse Pater est glorificatus: & per consequens, Filius qui est idem cum Patre in substantia: quia per passionem filij diuulgatā, per Apostolorum prædicationem, notitia Patris & Filij & Spiritussancti diffusa est per totum orbem. q [Venit ergo.] Hic ponitur gloriæ petitæ promissio. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ponitur vox Patris, ipsam gloriam promittentis. Secundò opinio turbæ, de illa voce variè sentientis: ibi, Turbæ ergo. Tertiò expositio prolatæ vocis: ibi, Respōdit Iesus. Circa primū sciendum, quòd illa vox fuit formata à tota Trinitate, cùm eius opera sint indiuisa, veruntamen dicitur vox Patris: quia fuit formata, ad repræsentandum personam eius: & hoc est quod dicitur, Venit ergo vox de cælo. à Deo Patre modo prædicto. r [Et clarificaui] quia Christus non clarificauit semetipsum, vt pontifex fieret: vt dicitur Hebr. v. sed Pater clarificauit eū, primò in miraculis, in vita factis: s [Et iterū clarificabo] quia postea clarificauit eum in morte, per signa diuinitatis ostensa, resuscitando eum, & exaltando eum ad cælum. t [Turba ergo] hic ponitur opinio diuersa, de illa voce. In illa enim turba aliqui erant magis rudes, qui tantum sonum vocis perceperant, & non significationem: & quantùm ad illos dicitur, Turba ergo quę stabat, & audierat, dicebat tonitruū factum esse, i. aliquid per modum soni cōfusi. v [Alij autem] magis perspicaces intellexerunt articulationē vocis, & isti dicebāt, x [Angelus ei locutus est.] Credebant enim eū esse purum hominem: & ideo dicebant, Angelum ad eum loqui, sicut aliquādo in Scriptura dicitur, quòd Angeli Prophetis loquebantur: y [Respondit Iesus.] Hic ponitur expositio auditæ vocis: & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Christi expositio. Secundò Iudęorum contradictio: ibi, Nos audiuimus. Tertiò Christi responsio: ibi, Adhuc modicū. In prima parte ostēdit Christus, quòd non erat tonitruū, nec sonus confusus, sicut aliqui credebant, sed vox diuina, propter instructionem populi circunstantis, vt cognoscerent ipsum esse verum Christum, cui de cælo dabatur testimonium: & hoc est quod dicitur, z [Non propter me hæc vox venit.] quia vox fit propter instructionem alicuius, Christus autem instructione non indigebat, secundùm quòd Deus, similiter nec inquantùm homo, quia ab instanti cōceptionis, omnia perfectè cognouit, quæ cognoscit Deus scientia visionis. Ideo vox illa nō est facta propter eius instructionē: quia sciebat se per passionem glorificandum à Patre. a [Sed propter vos] i. propter instructionē vestram. b [Nunc iudicium est mundi] iudiciū discretionis, quia tempore passionis Christi, discreti sunt fideles credentes, ab obstinatis per infidelitatem, in futuro autē per iudicium cōdemnationis infidelium, & præmiationis credentium: vel aliter, Nunc iudiciū est mundi, i. pro mundo, quātùm ex diuina sentētia mundus à potestate diaboli ereptus est in passione Christi, ideo subditur, c [Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras.] diabolus enim hic dicitur mundi princeps, nō quòd sit dominus substantiæ mundi, sed hominum mundialiter viuentium, inquantū se subiiciunt ei per peccatum. Dicitur autem eiectus diabolus per passionē Christi, per quam aperta est ianua gloriæ: & sic diabolus non potest impedire sanctos, à consecutione gloriæ, sicut faciebat ante: tamen permittitur tentare homines, ad exercitium & meritum electorū. d [Et ego si exaltatus fuero à terra] s. in cruce, vbi exaltatus est moriens in aëre, debellādo aëreas potestates; dicitur etiam in cruce exaltatus, quia per hoc meruit glorificationem & exaltationē sui corporis, & subiecta est sibi multitudo gentium per fidem, vt habetur ad Phili. ij. Propter

Qualiter Christus est à patre glorificatus.

Quomodo Christ° dicebatur turbatus, & secūdū quam partē, & quare.

Gloriæ petitæ, promissio.

Quomodo diabolus dicitur mūdi princeps.

quod & Deus exaltauit illum: & sequitur, Et omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. e [Omnia traham ad meipsum.] Ex amore enim in cruce ostẽso ad genus humanum, habet attractiuam virtutem omnium mentium. f [Hoc autem dicebat significãs qua morte esset moriturus] Ista sunt verba Euãgelistæ interpretãtis, quid Christus intelligeret per illam exaltationem, s. suã crucifixionem. g [Respondit ei turba.] Hic ponitur Iudæorum contradictio & argumentum ex eius morte audita, quòd ipse non esset Christus, dicentium, h [Nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum] nomine Legis Iudæi aliquãdo accipiunt totum vetus Testamentum, & non solũ quinque libros Moysi, qui à proprietate dicũtur Lex. In prophetis autem fit mentio de æternitate Christi, vt patet Isa. ix. Et vocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis: multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis: similiter Dan. vij. Potestas eius potestas æterna, &c. Michææ vj. Et tu Bethlehem Ephrata, &c. sequitur, Ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Talis autem permanentia, videtur cõtrariari morti: ideo sequitur, i [Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis] i. mori in cruce. q.d. Si tu loqueris de te, sequitur quòd non sis Christus, qui manet in æternum. Si autem loqueris de alio, dic nobis quis est iste filius hominis? Licèt enim Christus non vocauerit se in isto loco filium hominis, tamẽ communiter sic se vocabat. Et ideo Iudæi repetẽdo verba eius, hoc addiderunt. Si autem quæreretur, qualiter Iudæi intellexerunt, quòd Christus suam crucifixionem futuram vocaret exaltationem. Dicẽdum quòd prouerbium erat apud Iudæos, quòd crucifixio vocabatur exaltatio. Et adhuc homines tali modo loquendi vtuntur, sicut cum aliquis imprecatur alteri suspensionem, dicit ei, Tu sis in altum eleuatus. Sequitur, k [Dixit ergo eis Iesus.] Hic ponitur Christi responsio, in qua cõmendat eos de aliquali cognitione Christi per Scripturas, quantum ad eius æternitatem. Sed ostendit eam imperfectam, dicens, l [Adhuc modicum lumen in vobis est] quia non intelligebant mortem Christi & passionem in humanitate, stare simul cum deitatis æternitate, & tamen vtrunq; ponit Scriptura de Christo determinatè iam dictũ, de eius enim passione scribitur, Isa. liij. Tanquam ouis ad occisionem ducetur, &c. Et secundùm antiquos doctores Hebræorum totum illud cap. de Christo ad literã intelligitur, ab illo loco qui ponitur in c. præcedẽti, Ecce intelliget seruus meus, &c. Similiter Dan. ix. c. expressè prædicitur passio Christi, Et post hebdomadas lxx. duas occidetur Christus: & ideo monet eos, ad quærendum perfectam cognitionem de Christo, dicẽs, m [Ambulate] i. in cognitione proficite. n [Dum lucem habetis] i. me præsentialiter qui sum lux, illuminans per veritatem doctrinæ, & lumen gratiæ. o [Vt tenebræ vos non comprehendant] i. ignorãtiæ, & culpæ. p [Et qui ambulat in tenebris, s. prædictis. q [Nescit quò vadat] quia declinat à rectitudine viæ. r [Dum lucem habetis credite in lucem] i. in meipsum. s [Vt filij lucis sitis.] Per imitationem, & gratiæ adoptionẽ. t [Hæc locutus est Iesus, & abiit,] quia non recipiebãt eius doctrinam. v [Et abscondit se ab eis] eo modo, & iisdem causis, sicut dictum est, ca. viij. & x. Sed non videtur verum, quia suprà se abscondit, eò quòd vellent occidere eum: hic autem non dicitur hoc. Dicendum quòd ipse videbat cogitationes eorum ad hoc tendentes, licet adhuc non prorupissent in opere. Et ideo voluit omnes præuenire se abscondendo: quia nondum venerat hora passionis, &c.

EXPOSITIO MORALIS.

a Cogitauerunt autem principes, &c. Aug. O cæca sæuitia, quasi Dominus suscitare potuerit mortuum: & non possit occisum. Ecce vtrunque Dominus fecit. Nam Lazarũ mortuum, & seipsum occisum suscitauit. b [In crastinum autem conue.] Nam quãdo aliquis insolens perfectè cõuertitur ad Deum, alij plures animari solent, ad simile faciendum. d [Acceperunt ramos palma.] per quos significatur lætitia: propter quod per istos significãtur illi, qui gaudẽt, & Deum laudant de mutatione tali. Hosan-na, clamare, est salutem supernã à Deo postulare. Nam Hosan-na interpretatur, obsecro salua. Per asellam quæ erat oneribus assueta, significatur Iudæa, quæ legis oneribus erat subiecta, de qua dicit Pet. Act. xv. Quid tẽtatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? x [Domine, volumus Iesum videre, &c.] Aug. Ecce volunt eum Iudæi occidere, & gentiles videre. Sed & illi ex Iudæis erant, qui clamabant, Benedictus qui venit in nomine Domini. Ecce isti ex circuncisione, & illi ex præputio, velut duo parietes de diuerso venientes, & in vnam fidem Christi, parati osculo cõcurrentes. Ideo sequitur, z [Venit hora vt clarificetur filius hominis.] Clarificatus est enim in Ecclesia ex Iudæis & gentibus collecta. Quod sequitur morale est, vsque ibi, d [Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum.] Nam amore quo pro nobis passus est, trahit nos ad ipsum: sicut magnes lapis trahit ad se ferrum, sic omnia trahit ad se. Nam homo dicitur omnis creatura, Mar. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ, i. omni homini, sicut fuit expositum ibi, k [Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumẽ in vobis est, &c.] Moraliter attritus de peccatis, modicũ lumen habet propterquod

vſque ad contritionem perfectam debet procedere, ne comprehendant eum tenebræ, per recidiuum mortalis culpæ. Dilexerunt enim magis gloriam hominũ, quàm Dei &c. Iſti hodie multos habent ſequaces ſcilicet pro mundi gloria ſe & ſua prodigaliter exponentes, & parum aut nil pro merenda Dei gloria, facientes.

QVAESTIO LXV.

Quæſtio de contritione.

QVi odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.] Ioan. xij. cap. Ex quibus verbis quæritur, Vtrũ poſt hanc vitam, animę de peccatis cõterantur? Ad quod breuiter reſpondetur ex ſententia Thomæ, & Aſteſani, quòd in contritione tria ſunt conſyderanda, eius ſcilicet conſequens, quod eſt dolor eius: forma, quæ eſt actus virtutis gratia informatus: eius efficacia, quæ eſt actus meritorius & ſacramentalis, & quodammodo ſatisfactorius. Igitur poſt hanc vitã, animæ quæ ſunt beatæ, contritioné habere nõ poſſunt: quia carẽt dolore, propter gaudij plenitudinem. Quæ verò ſunt in inferno, carent contritione, etiam ſi dolorem habeant: quia deficit eis gratia dolorem informans, quæ verò ſunt in purgatorio, dolorem habent gratia informatum, ſed non meritorium, quia non ſunt in ſtatu merendi. In hac autem vita, omnia tria prædicta inueniri poſſunt. Vnde de pœni. diſt. vij. dicitur, Tempus pœnitentiæ eſt, vſque in vltimum articulum vitæ, & Auguſt. in lib. de Pœnitentia dicit, Studeat quiſque ſic delicta ſua corrigere, vt poſt mortem non oporteat tolerare. Idcirco Dominus ad peccatores ait, Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

Dominica in Ramiſpalmarum, Euangelium ſecundum Matth. xxj cap.

IN illo tempore,[a] cùm appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis,[b] & veniſſet Bethphage, ad montem Oliueti,[c] tunc miſit duos diſcipulos, dicens eis, Ite in caſtellum, quod contra vos eſt,[d] & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet. Et confeſtim dimittet eos.[e] Hoc autẽ factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem,[f] Dicite filiæ Sion,[g] Ecce rex tuus venit tibi manſuetus,[h] ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Euntes autẽ diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſinã & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.[i] Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via.[k] Alij autem cædebãt ramos de arboribus, & ſternebãt in via. Turbæ autẽ quę præcedebant, & quæ ſequebantur,[l] clamabant dicẽtes, Hoſan-na filio Dauid,[m] benedictus qui venit in nomine Domini.

In caſtellũ Sẽper Ieruſalem ciuitas contra Chriſti diſcipulos inſurrexit, & in eos conſpirans, aduerſa fuit tam ante Chriſti mortem, quàm poſt reſurrectionẽ i. iſmò Ieruſalẽ ciues p totam Iudæam apoſtolos perſecuti ſunt videlicet de ciuitate in ciuitatẽ. Quod fuit à Chriſto prædictũ. Et de martyrio ſanctorũ, ſacro verbo prophetizatum, vt Mat. xiii. Tradẽt enim vos in conciliis, & in ſynagogis, vapulabitis.

POSTILLA.

IN illo tempore, cùm appropinquaſſet. Hic ponitur ab Euangeliſta veritas impletionis prophetiæ: quæ ponebatur Zach. ix. Et hoc oſtenditur duplici ſigno. Secundum, ibi, Plurima autẽ turba. Circa quod ſciendum, quòd ſignum aduentus Chriſti in Ieruſalem ad receptioné populi fuerat prædictum: & celebri fama diuulgatum. Zach. ix. c. videlicet quod Chriſtus venturus erat in Ieruſalem in paupertate & humilitate, ſedens ſuper aſinam & pullum eius: & ideo legiſperiti hoc videntes in ipſo Chriſto adimpletum, oſtendunt ſe contemptores ſuæ maieſtatis: quia non receperũt eum: ſed magis tanquã deceptoré perſecuti ſunt. Et hoc eſt ꝙ dicitur, a [Cùm appropinquaſſet Ier.] ſ. Chriſtus & diſc. eius. b [Et veniſſet Beth phage ad montẽ Oliueti.] Mons Oliueti eſt prope Ieruſalẽ, diſtans ab ea per vnum miliare: quia dicitur Act. j. c. ꝙ diſtat tantũ ab ea per iter ſabbati, quod continet mille paſſus, qui faciunt vnũ miliare. Beth phage eſt quædam parua villa, in deſcenſu montis Oliueti verſus Ieruſalem, & erat villa ſacerdotum: quia licet ſacerdotes nõ haberent hæreditates ad excolendum, habebãt tamẽ domos ad animalia nutriendũ, & ad manendum tempore quo non vacabant cultui diuino in Ieruſalem, ex loco illo. c [Miſit duos diſc. dicẽs, Ite in caſtellum quod cõtra vos eſt,] i. Ieruſalẽ. quę erat clauſa triplici muro, cũ propugnaculis, & fortalitiis ad modũ caſtri: vt habetur iij. Reg. & Ideo dicitur Caſtellũ. d [Et ſtatim inuenietis aſinã alligata, & pullũ cum ea, &c.] Iſta aſina erat cõmunis pauperibus nõ habentibus animalia: & qui operabatur in ea, dabat ſibi pabulũ: & facto opere reducebat ad locum determinatũ, vt alius indigẽs poſſet reperire eã: & pullus eius nutriebatur cũ ea, pro ſimili opere. e [Hoc autem factum eſt vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetã] Zach. ix. f [Dicite filiæ Sion.] Hoc eſt ciuitati Ieruſalẽ quæ dicebatur filia Sion: quia in monte Sion erat fortalitium ciuitatis illius: & protegebatur ciuitas ab illa pte, ſicut filia à matre. Cõſyderandũ etiã, ꝙ hic accipitur cõmũes pro con-

vbi eſt mons Oliueti.

Quare Chriſtus vocat Ieruſalem, caſtellum.

tento, s.ciuitas pro habitantibus in ciuitate. g[Ecce rex tu' venit tibi mãsuetus, &c.] i. Christus: quia hęc authoritas à doctoribus Hebręis exponitur ad literam de Christo. h[Sedens super asinam & pullum, &c.] Non quia sederit super vtrumque simul, sed successiuè, quia primò sedit super pullum, qui tamen non erat domitus: quia adhuc non fuerat applicatus humanis vsibus, vt habetur Mar. x. Luc. xix. ideo postea sedit super asinam. Hoc autem factum est in figura, quia per pullum significatur populus gentilis, qui non fuerat subiectus iugo legis, per asinam verò populus Iudaicus, qui laborauerat sub lege: ad hoc autem veniebat Christus, vt vtrumque populum subiugaret sibi per fidem catholicam, i[Plurima autem turba.] Hic ponitur secundum signum, quod dictum fuerat per Zachariam, quòd Christo adueniente super asina & pullo: ciuitas Ierosolyma exultaret & lætaretur, & hoc factum fuit tunc, vt dicitur hic: & hoc patet in tribus. Primò quod dicitur hic, Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: & hoc fuit in signum exultationis & honoris: & ne asina & pullus offenderet ad lapides. Secundò in eo quod dicitur, k[Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.] Viriditas ramorum, erat signum lætitiæ & exultationis. Tertiò in eo quod dicitur, l[Clamabant, dicentes, Hosan-na filio Dauid.] Hosan-na est verbum Hebraicum compositum ex hosi quod est salua, & anna quod est aduerbium optandi, & valet vtinam: vnde dicitur, Hosan-na remota vltima litera primę dictionis: vnde est ibi compositio, ex corrupto & integro: & ideo tantum valet hosan-na quantum vtinam, vel obsecro salua. Subditur, m[Benedictus qui venit in nomine Domini:] quia Christus veniebat ad dandam benedictionem cælestem & salutem æternam.

Sicut Christus in natiuitate habuit pauperem matrē, in vita pauperem societatē, in thalamo pauperem lectum, & strictā crucem, post mortē pauperem sepulturam, ita voluit habere pauperem equitaturam, s. asinam & pullum. Iaco. de Voragine, ait.

EXPOSITIO MORALIS.

ET cùm appropinquasset Ieros. &c. Per asinam quæ erat oneri assueta, significatur Iudæa: quæ legis oneribus erat subiecta: de quo Petrus Act. xv. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum: quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Per pullum verò de quo dicitur Mar. xvj. in quo nemo sedit, significatur populus gẽtilis, qui non erat subiectus oneribus legis: Christus autem super vtrumque sedit quia ex ambobus vnam Ecclesiam sibi subiectam fecit. Et imposuerũt vestimenta sua sibi, &c. s. Apostoli, per quorum vestimenta, significatur eorum doctrina, qua recepta à Iudæis & gentilibus, sedit in eis Christus. plurima autem turba strauerunt vestimenta sua, &c. Greg. homil. xxiiij. Quid sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Vestimenta ergo in via sternere, est in via vitæ præsentis, bona terrena pauperibus erogare. Ramos de arboribus cædere, est sanctorum exempla accipere. Hosan-na clamare, est salutem supernam à Domino postulare. Nam Hosan-na interpretatur, obsecro salua.

QVAESTIO LXVI.

ALij autem cædebant ramos de arboribus, &c. Mat. xxj. Super quibus verbis quæritur, cur alma mater Ecclesia hanc quolibet anno fiendam celebritatem voluit instituere? Ad quod breuiter tribus rationibus respondetur. Primò ratione cõfirmationis: quoniam enim vt bea. Iob vij. ca. dicit, Militia est vita hominis super terram: & præcipuè tempore pœnitentiæ, quando magis, ac magis à dæmonibus impugnatur: vt ergo fortes maneremus in prælio signum voluit demõstrare victoriæ. Cum palmis enim victores coronabantur antiquitus adeò: vt sponsus Christus animę suæ sponsæ, illud Canti. vij. c. dicere possit, Statura tua assimilata est palmæ: ratione rectitudinis. Secundò ratione lętificationis: Nam qui in stadio currunt, cum brauium tangere vel saltem aspicere possunt, profectò lætantur. Cum ergo palma, vitæ æternæ significet brauium eam non solum videre sed etiam tenere nos, ordinauit ecclesia: quatenus fortius pugnantes in pręsenti cum inimicis, fortius currentes ad brauium, palmas portemus in gloria cum Sanctis portantibus palmam stemus in æterna lætitia. Et proinde Apocalyp. vij. dicitur, Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum Dei in conspectu agni, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum. Vltimò ratione nostræ instructionis. Per hanc enim solennitatẽ palmarum instruimur quolibet anno: vt Iudæos confundamus, qui hodie Domino clamauerunt, Hosan-na in excelsis. Hosan-na secundum Hiero. dictio est Hebraica, & est compositum ex integro & corrupto. Hosi enim apud Hebræos sonat idem quod obsecro, & anna idem est quod salua. Vnde hosan-na quasi obsecro salua in excelsis vnde descendisti. Sed feria vj. sequenti, clamauerunt, Crucifige, crucifige eum: & ideo quanquam non debeant ad Christianismum cogi, tamen debẽt apud Christianos cõfundi. Tum vt tempore passionis non appareant extra, vel aperiant ostia vel fenestras: vt in ca. nullus. extra de Iudæis habetur. Tum vt deferant signata vestimẽta. Tum vt obseruent nonnulla alia, quę hic causa breuitatis omitto. Per hãc etiam celebritatem instruimur: vt prosperitatẽ mundanam salubri exemplo tẽperemus. Christus enim tantum honorem suscipiens non in palafredo, non in curru aureo, vt Io. Chr. ait, sed super asinam & pullum sedere voluit: & videns ciuit

ciuitatem Ieruſalem, ſuper eam amariſſimè fleuit, vt Ber. ait, Diſcamus, in nulla lætitia huius ſeculi fiduciam eſſe ponendam, ſcientes, quòd extrema gaudij luctus occupat. Per hanc autem palmarum feſtiuationem instruimur quod magis ad propoſitũ eſt, vt pacem & concordiam inter nos habeamus. Quid enim per palmam, niſi pax & concordia deſignatur? Propterea de Chriſto Chryſ. ait, Non habet in circuitu ſplendentes gladios: aut certa ornamenta terribilium armatorum. Sed quid per ramos frondentes, niſi teſtimonia pacis? Profectò omnia elementa vel literæ palmæ, ad pacẽ Chriſtianum populum vocãt. Quid enim per p. niſi quod præſto remittendum & dimittendum ſit odium ſeruatum, teſte domino Matth. v. ſic dicente, Eſto conſentiens aduerſario tuo citò. Et quid per a. niſi quòd cum amore, benignitate, & hilaritate, diligendus ſit inimicus, deſignatur? Hinc Apoſtolus, ij. ad Corint. ix. dicit, Hilarem enim datorem diligit Deus. Et quid per, l. niſi longæuitas dilectionis monſtratur? Nempe non verè dimittitur odium, quando memoria ducitur in futurum. Proinde ſapiens Eccle. x. Omnis iniuriæ proximi ne memineris. Et quid per m. niſi miſericordia denotatur? quia hoc totum quod dicimus ad finem producitur. Propterea Ambr. ait, Sine cauſa ramum oliuæ portant, qui opera miſericordiæ non amant: & ideo Chriſtus humiliter & pacificè ad locum paſſionis ad inimicos veniens, cum palmis voluit recipi, vt eum cum pace ſequentes, ſine odio debeamus confiteri. Hac de cauſa Apoſtolus ad Philip. ij. dicit, Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Quid Apoſtole in nobis, ſicut & in Chriſto Ieſu ſentire debemus? Profectò ait, Reſpondeo humilitatem: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, factus obediens vſque ad mortem. Quam obedientiam Apoſtole ſanctiſſime exemplo humilitatis Chriſti, facere obligamur? Hinc Hieron. Paulo reſpondet dicens, Prædilectiſſimi filij mei diligite vos inuicẽ. Non enim accepit ab homine, ſed à ſaluatore: hoc inquit, ſola Dei dilectione, omnia virtutum bona cõſiſtunt. Sicut ex vna radice multi exeunt rami, ſic ex charitate omnes generantur virtutes. Si linguis hominum loquar, inquit Apoſtolus, & Angelorum: & ſequitur, Si omnem habuero prophetiam, ſi nouerim omnia myſteria & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autẽ non habeam, nihil ſum: qui verò charitatẽ habet, benignus eſt: & patiẽs. Ille veram charitatẽ habet: qui nõ tantùm proximos diligit, per affectionẽ cognationis, & carnis: ſicut Ethnici & Publicani faciũt, ſed ita diligit inimicũ, ſicut amicũ: in hoc vno põt homo cognoſcere, ſi manet in charitate: ſi ipſe ab eo diligitur q ab eo aduerſatur. hęc ille doctiſſimꝰ hominũ.

Dominica palmarum, Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Matthæum, xxvj. cap.

IN illo tempore, [a] dixit Ieſus diſcipulis ſuis, [b] Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, [c] & filius hominis tradetur, [d] vt crucifigatur. [e] Tũc [f] congregati ſunt principes ſacerdotum [g] & ſeniores populi, [h] in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas. [i] & concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. [k] Dicebant autem, Non in die feſto, [l] ne fortè tumultus fieret in populo. [m] Cum autem eſſet Ieſus in Bethania, [n] in domo Simonis leproſi, [o] acceſsit ad eum [p] mulier, habens alabaſtrum [q] vnguẽti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius [s] recumbentis. [t] Vidẽtes autem diſcipuli, indignati ſunt, [v] dicẽtes, Vt quid perditio hæc? [x] Potuit enim iſtud venundari [y] multo, & dari pauperibus. [z] Sciens autẽ Ieſus, [a] ait illis, Quid moleſti eſtis huic mulieri? [b] opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habebitis vobiſcum, [c] me autẽ non ſemper habebitis. [d] Mittẽs enim hæc vnguentũ hoc in corpus meum, ad ſepeliendũ me fecit. [e] Amẽ dico vobis, Vbicunq; prędicatũ fuerit hoc Euangeliũ in toto mundo, [f] dicetur quòd hæc fecit in memoriã eius. [g] Tunc abiit vnus de duodecim, [h] qui dicebatur Iudas Iſcariotes [i] ad principes ſacerdotum, & ait illis, [k] Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei [m] triginta argẽteos. [n] Et exinde quærebat oportunitatem, [o] vt eum traderet. [p] Prima autem die azymorum, accesserunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, [q] Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? [r] At Ieſus dixit, Ite in ciuitatẽ, ad quẽdã, & dicite ei, Magiſter dicit, [s] Tẽpus meũ [t] propè eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerũt paſcha.

Semp pauperes habebitus vobiſcũ: Dominus noſter Ieſus ſaluator tanquã pater pauperũ, in ſua acerbiſſima paſsione mortis, eccleſiaſticis prælatus in præcepto pauperes commendauit. dicẽs, Sẽper pauperes habebitis vobiſcũ. vnde xii. q. ii. c. conceſſo vobis & infra, reditus & oblationes fideliũ in quatuor partes diuidãt: quarum vnam epiſcopus ipſe ſibi retineat, alteram clericis diſtribuat fabricę tertiam quartã pauperibus & peregrinis. idẽ in ca. de reditibus & c. cognouimus.

[y] Veſpere autem facto, [x] diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. [y] Et edentibus illis, dixit, [z] Amen, dico vobis, quia vnus veſtrûm [a] me traditurus eſt. Et contriſtati valdè, [b] cœperunt ſinguli dicere, Nũquid ego ſum Domine? At ille reſpondẽs ait, [c] Qui intingit mecũ manum in paropſide, hic me tradet. [d] Filius quidem hominis vadit, [e] ſicut ſcriptum eſt de illo. [f] Væ autẽ homini per quẽ filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi natus nõ fuiſſet homo ille. [g] Reſpondens autẽ Iudas qui tradidit eũ, dixit, Nũquid ego ſum Rabbi? [h] Ait illi, Tu dixiſti. [i] Cœnantibus autem eis, [k] accepit Ieſus panẽ, [l] & benedixit, [m] ac fregit, dedítque diſcipulis ſuis, [n] & ait, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum: [o] & accipiens calicẽ, [p] gratias egit, & dedit illis, dicẽs, Bibite ex hoc oẽs. [q] Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, [r] qui pro multis effundetur, in remiſsionẽ peccatorum. [s] Dico autem vobis non bibam amodò [t] de hoc genimine vitis, [v] vſq; in diẽ illum, cũ illud bibã vobiſcũ nouũ [x] in regno Patris mei. [y] Et hymno [z] dicto [a] exierunt in mõtem Oliueti. [b] Tunc dixit illis [c] Ieſus, Omnes vos ſcandalum patiemini [d] in me, [e] in iſta nocte. [f] Scriptum eſt enim, [g] Percutiam paſtorem, & [h] diſpergẽtur oues gregis. [i] Poſtquã autem reſurrexero, [k] præcedam vos in Galilæam. [l] Reſpondens autem Petrus, [m] ait illi, Etſi omnes ſcãdalizati fuerint in te, ego nunquã ſcãdalizabor. [n] Ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cãtet, ter me negabis. [q] Ait illi Petrus, Etiam ſi oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo. Similiter omnes diſcipuli dixerũt. [p] Tunc venit Ieſus cũ illis [q] in villã quæ dicitur Geth-ſemani, [r] & dixit diſcipulis ſuis, Sedete hîc, donec vadã illuc, & orem. [s] Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi [t] cœpit cõtriſtari, & mœſtus eſſe. Tũc ait illis, [v] Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. [x] Suſtinete hic & vigilate mecũ, [y] & progreſſus puſillũ [z] procidit in faciẽ ſuã orans, & dicẽs, [a] Pater mi, [b] ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte. [c] Veruntamẽ non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. [d] Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormiẽtes. & dixit Petro, Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationẽ. [f] Spiritus quidem promptus eſt, [g] caro autẽ infirma. [h] Iterum ſecũdò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat volũtas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormiẽtes. Erant enim oculi eorũ grauati. [i] Et relictis illis iterum abiit, & orauit tertiò eundem ſermonem, dicens. [k] Tunc venit ad diſcipulos ſuos, [l] & dixit illis, [m] Dormite iã; & requieſcite. [n] Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. [o] Surgite, eamus. Ecce appropinquauit, qui me tradet. [p] Adhuc eo loquẽte, [q] ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cũ eo turba multa [r] cũ gladiis & fuſtibus, miſsi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. [s] Qui autẽ tradidit eum, dedit illis ſignũ, dicens, Quemcũq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedẽs ad Ieſum, dixit, Aue Rabbi. [t] Et oſculatus eſt eum. [v] Dixitque illi Ieſus, Amice, ad quid veniſti? [x] Tũc acceſſerũt, [y] & manus iniecerunt in Ieſum, [z] & tenuerũt eum. [a] Et ecce vnus ex his qui erant Ieſu, [b] extẽdens manus, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruũ principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. [d] Tunc ait illi Ieſus, Conuerte gladium tuum in locum ſuum. [e] Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. [f] An putas quia non poſſum rogare Patrem meũ, [g] & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones angelorum? [h] Quomodo ergo implebuntur Scripturæ? [i] Quia ſic oportet fieri. [k] In illa hora dixit Ieſus turbis,

Idoneus ſuſceptor ſacramẽti altaris, eſt homo viator, adult[us] fidelis mẽte p[ræ]ditus, & ieiunus, deuotus apparitione miraculoſa, non prohibit[us], ſine cõſciẽtia peccati mortalis legitimè confeſſus, crimine nõ notat[us], corpore mundus, à miniſtro idoneo, tẽpore debito, & recta intẽtione, ſumptus.

Licet Chriſtus exauditus fuerit in omni petitione ſua, qua petiit aliquid voluntate rationis: tamẽ nõ fuit exauditus in omni eo, q[uo]d petiit voluntate ſenſualitatis: q[uia] non petebat vt exaudiretur, ſed vt erudiremur, magiſter Nicol. de Orbellis, iiii. Sen. di. xvii. q. ii.

[l]Tāquam ad latronem exiſtis cū gladiis & fuſtibus comprehendere me. [m]Quotidie [n]apud vos[o]ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis. [p]Hoc autem totū factum eſt, vt adimplerentur Scripturæ prophetarum. [q]Tunc diſcipuli omnes relicto eo [r]fugerunt. [s]At illi tenētes Ieſum, duxerunt ad Caipham principē ſacerdotum, [t]vbi ſcribæ[v]& ſeniores[x] conuenerāt. [y]Petrus autem[z]ſequebatur eū à longe vſque in atrium principis ſacerdotū, [a]& ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris, [b]vt videret finē. [c]Principes autem ſacerdotū, & omne concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, [d]vt eū morti traderent, [e]& non inuenerunt, [f]cū multi falſi teſtes acceſsiſſent. [g]Nouiſsimè autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerūt, Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. [h]Et ſurgēs princeps ſacerdotum [i]ait illi, Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi, [k] Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei viui? Dixit illi Ieſus, [l]Tu dixiſti. [m] Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. [n] Tūc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimēta ſua, dicens, [o]Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam, quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt, Reus eſt mortis. [p] Tunc expuerunt in faciem eius, [q]& colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, [r] Prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſsit? [s] Petrus verò ſedebat foris in atrio, [t]& acceſsit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras, At ille negauit coram omnibus, dicēs, Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi, Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es, [v]nam & loquela tua manifeſtum te facit. [x]Tūc cœpit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominem, & continuò gallus cantauit. [y] Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat, Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. [z]Et egreſſus foras fleuit amarè. [a]Mane autem facto, [b]cōcilium inierunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. [c] Et vinctum adduxerunt eum[d] & tradiderūt Pontio Pilato præſidi. [e]†Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, [f] pœnitentia ductus, [g] retulit triginta argēteos pricipibus ſacerdotū & ſenioribus, dicēs, Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. [h] At illi dixerunt, Quid ad nos? [i] tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſsit, [k]& abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, [l] Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt. [m] Concilio autem inito, [n] emerūt ex illis agrum figuli, [o]in ſepulturam peregrinorum. [p] Propter hoc vocatus eſt ager ille Hacel-dama, hoc eſt ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. [q]Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, dicentem, [r]Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, [s] quem appretiauerunt à filiis Iſrael, [t]& dederunt eos in agrum figuli, [v] ſicut conſtituit mihi Dominus. [x] Ieſus autem ſtetit ante præſidem, & [y]interrogauit eum præſes, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dixit illi Ieſus, Tu dicis. [z] Et cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, [a] nihil reſpondit. [b] Tunc dixit ei Pilatus, Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? [c]& non reſpondit ei ad vllum verbum, [d] ita vt

†Tunc vidēs Iudas. Iudas pretio xxx. denariorū in argēto fabricatorum conuento pretio Iudæis ſigno & oportunitate impiè Ieſū tradidit. Iudam Chriſtum vendidiſſe pœnituit attritione & ſatisfactione, ſed non contritione. Nā id non potuit pœnitendo non velle fecisſe quā proditione fecit: ſed animo deſperato laqueo ſe ſuſpēdit. vide de pœ. diſt. iii. ca. Iudas pœnituit, ſed malè: laqueo nāque ſe ſuſpendit.

miraretur præses vehementer. [c] Per diem autem solennem [f] consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quē voluissent. [g] Habebat autē tunc vinctum vnū insignem, qui dicebatur Barabbas, qui propter seditionem quandā factam in ciuitate, missus fuerat in carcerem. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, [h] Quē vultis dimittam vobis, Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus? [i] Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. [k] Sedente autē illo pro tribunali, [l] misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi, [m] multa enim passa sum hodie per visum, propter eum. [n] Principes autē sacerdotū, & seniores persuaserunt populis, [o] vt peterēt Barabbam, Iesum verò perderent. Respondēs autē præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciā de Iesu, qui dicitur Christus? Dicūt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, [p] Quid enim mali fecit? [q] At illi magis clamabant, dicētes, [r] Crucifigatur. [s] Vidēs autem Pilatus, quia nihil proficeret, [t] sed magis tumultus fieret, [v] accepta aqua lauit manus coram populo, dicens, [x] Innocens ego sum à sanguine † iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. [y] Tūc dimisit illis Barabbā, [z] Iesum autem flagellatū tradidit eis, vt crucifigeretur. [a] Tūc milites præsidis [b] suscipientes Iesum in prætoriū, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. [c] Et exuentes eum, [d] chlamydem coccineam [e] circundederunt ei. [f] Et plectentes coronā de spinis, [g] posuerunt super caput eius, [h] & arundinē in dextera eius. [i] Et genu flexo ante eum, [k] illudebant ei, [l] dicentes, Aue rex Iudæorum. [m] Et expuentes in eum, [n] acceperunt arundinem [o] & percutiebant caput eius. [p] Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, [q] & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. [r] Exeuntes autem inuenerunt hominē Cyrenæum nomine Simonem. [s] Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. [t] Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistū. [v] Et cum gustasset noluit bibere. [x] Postquam autem crucifixerunt eū, [y] diuiserunt vestimenta eius, [z] sortem mittentes, [a] vt impleretur quod scriptū est per Prophetam, dicentē, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestē meam miserunt sortem: [b] & sedentes seruabant eum, [c] & posuerunt super caput eius causam ipsius scriptā, Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæorum. [d] Tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones, vnus à dextris, [e] & vnus à sinistris. Prætereuntes autē † blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, [f] Vah [g] qui destruis templum Dei & in triduo illud reædificas. [h] Salua te ipsum. [i] Si filius Dei es, descende de cruce. [k] Similiter & principes sacerdotū illudentes cum scribis [l] & senioribus, [m] dicebant, Alios filios fecit, seipsum non potest saluū facere. [n] Si rex Israel est [o] descendat nunc de cruce, [p] & credemus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult. Dixit enim, quia filius Dei sum. [q] Idipsum autem [r] & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. [s] A sexta autem hora tenebræ factæ sunt [t] super vniuersam terram, [v] vsque ad horam nonam, [x] & circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens, Hely, hely lāmasabacthani, hoc est, [y] Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? [z] Quidā autē illic stātes, & audientes, dicebant, [a] Eliam vocat iste. Et continuò currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant, Sine videamus an veniat Elias liberans eum. [b] Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritū. [c] Et

Quia vita iustorum, est conseruatiua & promotiua boni communis nullo modo licet occidere innocentē. Tho. ii.ii. q.lxiiij.

Blasphemat quis Deum tripliciter: vno modo quādo attribuit Deo, quod ei nō conuenit. Secūdò, quādo ab eo remouet, quod ei conuenit. Tertiò quando creaturæ attribuit, quod soli Deo cōuenit. Ambr. de Clauasio, Tho.

ecce velum templi [c]ciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum, [d] & terra mota eſt, [e] & petræ ſciſſæ ſunt, [f] & monuméta aperta ſunt, [g] & multa corpora Sanctorũ qui dormierant, ſurrexerunt. [h] Et exeuntes de monumétis poſt reſurrectioné eius, [i] venerunt in ſanctã ciuitaté, [k] & apparuerunt multis. [l] Centurio autem, & qui cũ eo erãt cuſtodiétes Ieſum, viſo terræ motu, & his quæ fiebant, timuerũt valdè, dicentes, [m] Verè Filius Dei erat iſte. [n] Erãt auté ibi mulieres multæ à longè, [o] quæ ſecutę erãt Ieſum à Galilæa [p] miniſtrãtes ei, [q] inter quas erat Maria Magdalena, [r] & Maria Iacobi & Ioſeph Mater, [s] & mater filiorum Zebedęi. [t] Cùm auté ſerò factũ eſſet, [v] venit quidam homo diues [x] ab Arimathæa, [y] nomine Ioſeph, [z] qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. [a] Hic acceſsit ad Pilatum, [b] & petiit corpus Ieſu: [c] tunc Pilatus iuſsit reddi corpus [d] & accepto corpore Ioſeph [e] inuoluit illud in ſindone mũda, [f] & poſuit illud in monumento ſuo [g] nouo, [h] quod exciderat in petra, [i] & aduoluit ſaxũ magnũ [k] ad oſtiũ monuméti, & abiit. [l] Erant auté ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedétes contra ſepulchrũ. [m] Altera autem die quæ eſt poſt Paraſceuen, [n] cõuenerunt principes ſacerdotũ & Phariſæi ad Pilatum dicentes, Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ, vſq; in diem tertiũ, ne fortè veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis, & erit nouiſsimus error peior priore. [o] Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. [p] Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrũ, [q] ſignãtes lapidem cum cuſtodibus.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Scitis &c. Poſtquàm Euangeliſta in lectionibus ſuis Euangelicis, declarauit perſonam mediatoris, & vlterius legem Euangelicam ab eo datam, ad inſtructionem hominis tranſgreſſoris: hic conſequenter deſcribit ipſius mediatoris paſsionem, per quam ſolutum eſt pretium noſtræ redemptionis. Et diuiditur in duas partes: quia primò oſtenditur maligna Chriſti comprehenſio per explorationem Iudæorũ. Secundò eius iniuſta condemnatio, per executionem gentilium, cap. ſequenti. Prima diuiditur in quatuor partes: quia primò deſcribitur Chriſti véditio facta, non ex eius ignorantia, ſed magis ex præſcientia & voluntate. Secundò ipſius venditi traditio, non ex diſplicentia, ſed ex charitate: ibi, Prima autem die azymorum. Tertiò ipſius traditi comprehenſio, non ex ipſius impotentia: ſed ex ſua manſuetudine: ibi, Adhuc eo loquéte. Quartò comprehenſi illuſio, nõ ex eius iniuſtitia, ſed ex eius humilitate: ibi, Principes autem ſacerdotum. Circa primum quatuor per ordinem ponuntur. Primum eſt, ipſius venditionis prænunciatio. Secundũ, véditionis conſultatio, ibi, Tunc congregati ſunt. Tertium, véditionis occaſio: ibi, Cùm autem eſſet Ieſus. Quartum véditionis modus & ordo: ibi, Tunc abiit vnus de duodecim, &c. Circa primum conſyderandum, quòd ea quæ prædicta ſunt capit. xxv. Chriſtus prędicauit feria iij. ante paſsioné ſuam & eadé die prædixit diſcipulis ſuis paſsioné ſuam futurã poſt duos dies, ſicut poſtea fuit completum. Ex quo patet, quòd non fuit ex ignorantia traditus: ſed ex ſua pręſcientia & voluntate, vt dictum eſt. Et hoc eſt quod dicitur, b [Scitis, quia poſt biduum paſ. fiet.] i. immolabitur agnus paſchalis, qui debebat immolari veſpere, feria v. à quo incipiebat ſolennitas ſequentis diei. c [Et filius hominis tra.] quia eadem nocte traditus eſt à Iudæis. d [Vt crucifigatur] quia vlterius Iudæi tradiderunt ipſum Pilato, ad crucifigendum. e [Tũc congre.] Hic ponitur ipſius venditionis conſultatio, quę facta eſt feria iiij. ante paſſionem, & tunc Ieſus non venit in Ieruſalem, ſicut fecerat aliis tribus diebus pręcedentibus, ſed manſit in Bethania, vt daret Iudæis locum tractandi liberius de morte ſua. Et hoc eſt quod dicitur hic, Tunc, i. ſequenti die poſt quam dixit Ieſus apoſtolis verba præmiſſa. f [Congregati ſunt principes ſacer.] qui conceperant erga Chriſtum rancorem & odium: vt patet ex præmiſſis. g [Et ſeniores populi] iſti erant iudices ordinarij de quibus ſupra dictum eſt, xv. c. in principio. h [In atrium principis ſacerd. qui dicebatur Caiphas] Iſte eſt qui prius dederat Iudæis conſilium de morte Chriſti, vt habetur Ioan. xj. c. i [Et concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent] prius enim determinauerant ipſum interficere, ſed conſilium quęrebant de modo faciédi qualiter poſſent facere occultè, & ſine populi ſeditione. Et hoc eſt quod ſubditur. k [Dicebant autem non in die feſto.] id eſt in ſolennitate paſchali

Tempus immolationis agni paſchalis.

imminente in proximo, vt visum est. l [Ne fortè tumultus fieret in populo.] Multi enim propter solennitatem paschæ, venerant in Ierusalem: & quia aliqui reputabant Iesum verum Christum, alij autem seducti à sacerdotibus, reputabant eum magum: & ideo si occideretur durante solennitate paschali timebant periculosam seditionem populi, propter quod consulebant, mortem eius vsque post festum differri. Tamen istud consilium posteà mutauerunt, quia inuenerunt oportunitatem capiendi per Iudam. vt habetur infra.

Venditionis Christi occasio.

m [Cùm autem esset Iesus in.] Hic ponitur venditionis Christi occasio. Iudas enim cupidus, motus fuit ad Christi venditionem, vt posset recuperare per hoc, valorem vnguenti, super caput eius effusi, & hoc est quod dicitur, Cùm autem esset Iesus in Bethania. Istud fuit factum, vj. die ante passionem Christi, vt habetur Ioan. xij. Sed hic recolitur à Matt. quia fuit occasio venditionis Christi, vt dictum est iam. n [In domo Simonis leprosi.] Iste enim non erat leprosus: quia iã fuerat curatus à Christo, retinuerat tamen nomen leprosi: sicut Matthæus, post vocationẽ ad statum apostolorum, adhuc vocabatur Publicanus: vt dictum est suprà, x. cap. o [Accessit ad eum mulier.] Ista fuit Maria soror Lazari, vt dicitur Ioan. ij. p [Habẽs alabastrum] i. vasculum factum de alabastro, quod est genus marmoris candidi: quia tale vasculum optimè cõseruat vnguenta in terra illa. Et hoc est quod dicitur. q [Vnguenti pretiosi.] i. contentiui vnguenti. Aduertendum tamen, quòd vnguentum hîc vocatur lachryma fluẽs de arboribus, quæ est multum pretiosa in terra illa: quia valet ad multa medicinalia. r [Et effudit super caput ipsius.] Sicut effunditur aqua rosacea, propter refrigerium & odorem. s [Recumbentis.] i. residẽtis in mensa: quia faciebat magnum festum Christo & discipulis eius. Et Lazarus qui fuerat resuscitatus ab eo, erat vnus de discumbentibus, sicut habetur Ioan. xij. cap. t [Videntes autem discipuli eius indignati sunt.] Hîc ponitur plurale pro singulari, secundùm communem modum loquendi: quia quod vnus de aliqua societate facit, tota societas dicitur facere. Solus enim Iudas murmurauit, vt habetur expressius Ioan. xij. Vel si fortè aliqui cum eo murmurauerunt, fuerunt ab eo incitati. v [Dicẽtes, vt quid perditio hęc?] putabat enim Iudas vnguentum perditũ, propter hoc quod non habebat apud se pretium. x [Potuit enim istud venundari multo.] Illud expressius ponitur Ioan. xij. c. vbi dicitur quòd poterat vendi pro ccc. denariis. y [Et dari pauperibus,] non dicebat Iudas vt compatiẽs pauperibus: vt habetur Ioannis duodecimo, sed quia dolebat quòd vnguentum non fuerat sibi traditum, vt eius pretium sibi retineret, & furaretur. z [Sciens autem Iesus] cogitationem malignam Iudæ. a [Ait illis, Quid molesti estis huic mulieri.] q.d. Sine causa: cuius ratio subditur, b [Opus enim bonum operata est in me. Nam pauperes semper hab. vobiscum.] q.d. Semper potestis recuperare ad faciendum illis eleemosynam. c [Me autem non semper habebitis] sed contrarium videtur Matth. vlt. c. vbi dicit discipulis suis, Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Sed hoc intelligitur de esse cum hominibus per gratiam, & etiam sacramentaliter, in sacramento altaris: sed istis modis non possunt sibi corporalia obsequia adhiberi.

Christus Magdalenam excusat.

Sequitur, d [Mittens autẽ hæc, vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.] quasi dicat, Hoc facto præfigurauit sepulturam meam futuram de propinquo. Vnde Ioan. xij. dicitur, quòd præcepit partem vnguenti ad sepulturam reseruari. Vnde credendum est, quòd hæc mulier hoc fecit edocta à spiritusancto: sequitur, e [Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo.] hoc est factum huius mulieris pertinens ad Euangeliũ Christi. f [Dicetur quòd hoc fecit in memoriam eius, i. ad laudem eius recitabitur, tanquã factum virtuosum & hoc patet adimpletum.

Venditionis Christi modus.

g [Tunc abiit vnus] hîc consequenter describitur vẽditionis Christi modus, & ordo, & primò quantùm ad tempus, cùm dicitur. [Tunc.] i. feria iiij. quando principes sacerdotum fuerunt congregati, ad tractandũ de morte Christi, vt dictum est. Abiit vnus de duodecim, i. ex principalibus discipulis Christi. h [Qui dicebatur Iud. Isca.] hoc dicitur ad differentiã alterius Iudæ: qui fuit frater Iacobi minoris. Et notandum quòd Scarioth est nomen villæ de qua erat oriundus Iudas proditor, propter quod inde cognominabatur. i [Ad principes sacerdotum,] quos audierat esse cõgregatos ad tractandum de morte Christi. k [Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam] occultè: scilicet sine strepitu, propter quod mutauerũt cõsilium prędictũ. l [Et illi constituerũt ei.] i. ex pacto firmiter promiserunt.

Quid sit argẽteus.

m [Triginta argenteos] argenteus numus valebat decem numos vsuales, & per consequens, triginta argentei valebant trecentos de numis vsualibus, vt patet manifestè, si multiplicentur triginta per decem, & sic in venditione Christi, recuperauit valorem prædicti vnguenti. n [Et exinde quęrebat oportunitatem] scilicet temporis & loci. o [Vt eum traderet] scilicet occultè, quod adimpleuit in nocte diei sequentis, vt infra patebit. p [Prima autem die azymorum.] Hîc consequenter describitur ipsius Christi venditi traditio, vbi quatuor tanguntur, quia primò præmittitur paschale conuiuium, ad proditoris reuocationem. Secundò instituitur eucharistiæ sacramentum, ad fidelium refectionem: ibi, Cœnantibus autẽ. Tertiò prædicitur discipulorũ scandalũ, ad ipsorum præmunitionem: ibi, Tunc dicit illis. Quartò subiungitur Chri-

ſti deſyderium ad noſtram redẽptionem: ibi, Tunc venit Ieſus. Dicit ergo ſic.[Prima autem die azymorum.] dies iſta fuit feria v. quæ erat vigilia paſchæ, in qua immolabatur agnus paſchalis ad veſperã illius diei, quę erat dies xiiij. primi menſis: tunc tenebantur veſci panibus azymis vſq; ad veſperam, xx. primæ diei eiuſdem menſis, vt habetur Exo. xij.c. Aduertendum tamen, quòd Græci dicunt, Christum cœnaſſe cum diſcipulis ante paſſionẽ ſuam, xiij. die primi menſis: ita quòd anticipauit immolationẽ agni paſchalis per vnã diẽ, quia prouidebat ſe paſſurũ in craſtinum, quando debebat agnus immolari ſecundùm legem: hoc autem probant in Euangelio Ioan. xviij. vbi dicitur quòd Iudæi ducentes Chriſtũ ad Pilatum, non intrauerunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Ex quo cõcludunt quòd eadem die paſſus eſt, in qua immolabant agnũ paſchalem: quæ eſt xiiij. dies menſis primi, & per conſequens die vij. cœnauit cum apoſtolis. Ex quo vlterius concludunt, quòd Chriſtus confecit corpus ſuum in pane fermentato: quia Iudæi non veſcebantur azymis ante veſperam xiiij. diei. Ex quo vlterius in tantam inſaniam prorumpunt, quòd dicunt Mat. Mar. & Luc. falſum ſcripſiſſe, quia deſcribunt Chriſtum cœnaſſe cum apoſtolis prima die azymorum, in qua agnus paſchalis immolabatur. Propter quod dicunt vlterius, quod Ioan. qui ſcripſit poſterior, in hoc correxit eos xij cap. dicens, Ante diem feſtum paſchæ, &c. vbi conſequenter agitur quomodo lauit pedes diſcipulorum ſuorum, & in eadem nocte traditus eſt. Sed iſta ſunt falſa & erronea. Dicere enim quod in Scriptura canonica ſit aliquod falſum eſt erroneum, cùm ſit tradita à Spiritu ſancto: & iterum ſi concedant eſſe falſum in aliquo loco: per conſequens, non poteſt habere aliquid firmitatis in aliis locis: vt arguit Auguſt. in epiſtola ad Hierony. Item dicunt Chriſtum confeciſſe in fermento, quod eſt contra Chryſ. qui fuit doctor Græcus, qui dicit ſuper Matth. Apertiſſimè Dominus demonſtrauit, quia à principio circuncisionis ſuæ, vſque ad diem paſchæ extremum, non erat contrarius diuinarum legum. In lege autem præcipiebatur, quòd carnes agni paſchalis comederent in panibus azymis, ergo in illa cœna vltima, qua confecit corpus ſuum, erãt panes azymi. Et propter hoc bene ſcribit Matt. qui ſcribit prima die azymorum, &c. Quod autẽ arguunt de Ioanne, qui dicit, quòd Iudæi non introierant prætorium, ne impedirentur à manducatione paſchæ: dicendum, quòd paſcha accipitur non pro agno paſchali, qui fuerat immolatus nocte præcedenti, ſed pro azymis panibus quibus vtebantur ſeptem diebus: ad quorũ comeſtionẽ requirebatur, quod homo eſſet mundus. Ad ſecundum quod arguunt de Euangelio Ioan. xij. Ante diem feſtum, &c. dicendum

Quomodo accipiatur paſcha.

quòd quinta dies menſis primi, illa erat dies feſtiuitatis paſchalis, quæ tamen feſtiuitas incipiebat à veſpere diei præcedentis: & propter hoc illa eadem die incipiebãt comedere panes azymos in veſpere: vt patet ex prædictis. Ex hoc patet ꝙ Ioannes non contradicit aliis: ſed magis conuenit cum eis. Sequitur, q [Vbi vis paremus tibi comedere paſcha.] id eſt agnum paſchalem. r [Et Ieſus dixit, Ite in ciuitatẽ, ad quẽdam.] Matthæus hìc loquitur generaliter: quia Chriſtus non expreſſit illius nomen, ad quem debebant ire: tamen dedit illis ſignũ per quod poterant eum determinatè cognoſcere: ſecundum ꝙ habetur Mar. xiiij. vbi dicitur, Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum: & quocũque introierit dicite domino domus, &c. s [Tempus meum]. ſ. patiendi. t [Prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis]. q.d. Prouide mihi de loco & cibo. Vnde creditur quòd ille erat diſcipulus Chriſti occultus tamen. Patet etiam quòd Chriſtus pauper erat, quòd nec domicilium habebat, nec vnde poſſet cibum paſchalem emere. Sequitur, v [Veſpere autem facto] quia erat hora comedendi agnum paſchalem. x [Diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.] Ex quo patet, ꝙ quantum erat in ſe, reuocabat proditorem, primò amore cùm eſſet vnus ex duodecim: & tamẽ illum non repulit à cõuiuio agni paſcalis: licet eius proditio non lateret eũ. y [Et edentibus illis.] Hic ſecundò reuocat proditorem dolore, prædicendo coram eo paſſionem ſuam, quæ debebat eſſe diſcipulis ſuis cauſa doloris. Et hoc eſt quod dicitur, z [Amen dico vobis: quia vnus veſtrûm]. i. duodecim diſcipulorum principalium. a [Me traditurus eſt. Et cõtriſtati valdè.] nõ ſolùm propter mortem magiſtri ſui futuram contriſtati ſunt, ſed quia quilibet timebat de ſe, ne eſſet ille, qui deberet eum tradere. Propter quod b [Cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum domine] quia quilibet debet ſibi timere de peccato futuro, quantumcunque ſit ſanctus. c [At ille reſpondens ait, Qui intingit mecum, &c.] Per hoc non poterant perpendere quis eſſet determinatè, quia omnes comedebant in eodem vaſe, in quo erant carnes agni paſchalis poſitæ. d [Filius quidem hominis vadit] ad paſſionem. ſ. e [Sicut ſcriptum eſt de illo] Iſa. liij. c. vbi dicitur ſic, Tãquam ouis ad occiſionem ducetur. & Dan. ix poſt hebdomadas lxxij. occidetur Chriſtus, & in pluribus aliis locis ſimile habetur. f [Væ autem.] Hic tertiò reuocat proditorem timore, prædicendo ei pœnam damnationis ſuæ, dicens, Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet, &c. Minus enim malum hic accipitur pro bono: minus autem malum eſt, non eſſe ſimpliciter, quàm eſſe damnatum: quia ſi non ſit minus malum ratione pœnæ adiunctæ, quæ non priuet totum eſſe crea-

Chriſtus reuocat Iudam.

Reuocat timore.

tum: minus tamen malum est, ratione culpæ mortalis: quæ inseparabiliter adhæret damnatis. & ipsa non solùm priuat quoddã esse creatum, sicut pœna: sed etiam priuat bonum infinitum, i. diuinum: propter quod esse miserum miseria culpæ mortalis æternaliter, hoc est peius quam sit non esse simpliciter. g [Respondens autem Iudas.] Hic quartò reuocat proditorem pudore: quia illi ostẽdit se proditionem cognoscere: & hoc est ꝙ dicitur [Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum Rabbi.] Si enim Iudas, aliis de hoc quærẽtibus tacuisset reddidisset se aliis suspectum. g [Ait illi, Tu dixisti] & in hoc delictum suum aliis non publicauit: sed conscientiæ Iudæ hoc significauit, se eius delictum scire: poterat enim per hoc verbum mentem Iudæ sic monere: quod alios latebat. i [Cœnãtibus.] Hic instituitur eucharistiæ sacramentum, ad dominicæ passionis recordationem: & diuiditur in tres partes: quia primò describitur huius sacramenti institutio. Secundò prædicatur immortalis vitę inchoatio: ibi, Dico autem vobis. Tertiò pro vtroque redditur gratiarum actio: ibi, Et hymno dicto. Circa primum aduertendum quod istud sacramẽtum, sub duplici specie institutum est, s. panis & vini, quia panis conuertitur in Christi corpus, & vinum in sanguinem: & istæ conuersiones fiũt separatim, quia Christi sanguis, fuit separatus à corpore vel à carne in passione: hoc autem sacramentũ, vt dictũ est institutum est quasi quoddã memoriale illius passionis: & ideo consecratio carnis & sanguinis fit sub speciebus distinctis. Consyderãdum est etiam ꝙ sub vtraque specie est totus Christus: quia sub specie panis est totum corpus, ex vi cõuersionis, vel sacramenti: sanguis autem, & anima & diuinitas, sunt ibi ex concomitantia naturali & inseparabili. Similiter sub specie vini sanguis tantũ est ibi ex vi sacramenti: cætera autẽ ex concomitantia, vt diffusius tractatur iiij. Senten. Dicit ergo, [Cœnãtibus autem illis]. i. postquam comederãt carnes agni paschalis, antequã surgerent de cœna. k [Accepit Iesus panem.] quia vbi terminatur figura, ibi debet incipere veritas: agnus autẽ paschalis, erat figura huius sacramenti, & ideo institutum est per comestionem agni. l [Et benedixit] in hoc dedit nobis exemplum, vt ante sumptionem huius sacramenti debet mens eleuari in Deum. m [Ac fregit, deditq; discipulis suis.] inter quos erat Iudas, vt dicunt sancti communiter, licet Hilarius dicat contrarium. Ratio autem, quare Christus dedit ei corpus suum fuit, quia peccatũ eius erat aliis discipulis occultũ, & propter hoc in ecclesia obseruatur, quòd peccatori occulto eucharistia non negetur. n [Et ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meũ.] Si enim verbũ Christi tantæ est virtutis, quòd fecit de nihilo omnem creaturam, non est mirum si vnã creaturam conuertit in aliam. o [Et accipiens calicem.] separatim consecrabat sanguinem à corpore, ratione prædicta. p [Gratias egit.] eadem ratione sicut in consecratione corporis dictum est. Sequitur, q [Hic est enim sang. me. no. testamenti.] id est ad confirmationem noui Testamenti: quia sicut vetus Testamentum confirmatum est in sanguine animalium immolatorum: vt habetur Exod. xxiij capit. ita nouum Testamentum sanguine Christi confirmatum est. In quo apparet excellentia noui Testamẽti, respectu veteris, vt arguit Apostolus ad Hebr. ix. c. r [Qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.] dicit autem pro multis: quia sanguis pro omnibus effusus fuit quantùm ad sufficientiam: quantùm autem ad efficaciam non fuit effusus pro omnibus. s [Dico autem.] Hic consequenter prædicitur æternæ vitæ inchoatio: quia perceptio huius sacramenti, dat vitam æternam, secundùm quòd dicit Saluator, Ioan. vj. e. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dicit ergo, Dico autem vobis, non bibam amodò, hoc est ab hora, qua instituit hoc sacramentum. t [De hoc geni. vitis.] Hoc est de vino quod generatur in vite. v [Vsque in diem illũ, cum illud bibam vobiscum nouum.] i. nouo modo: hoc fuit impletum, quando post resurrectionem suã comedit & bibit cũ apostolis ad declarationem suæ resurrectionis, vt habetur Luc. vlt. & tũc bibit nouo modo, quia corpus suũ non erat tunc passibile, & mortale: sed gloriosum, non indigẽs cibo vel potu, sed solùm comedit ad declarandum veritatem suæ resurrectionis, vt dictũ est. x [In regno Patris mei]. i. ego tunc existens in regno Patris mei, bibam tunc vobiscum modo prędicto. Licet enim Christus fuerit beatus ex parte animæ, ab instanti suæ conceptionis: ex parte tamen corporis erat viator & passibilis ante resurrectionem suam: sed completa resurrectione, fuit beatus in anima & corpore. y [Et hymno dicto.] Hic consequenter ponitur, pro prædictis gratiarum actio. Dicit ergo, [Et hymno.] i. cantico diuinæ laudis. z [Dicto] pro sacramenti institutione & noua vitæ denuntiatione, scilicet in loco vbi ista erãt facta. a [Exierunt in montem Oliueti.] hoc est versus montem Oliueti, quia locus ad quem Christus exiit, & in quo fuit captus, erat situs in pede montis Oliueti, vt dictum est. b [Tunc dicit illis Iesus.] Hic prędicitur scandalum discipulorum, ad eorum præmunitionem, & primò prædicitur in generali respectu omnium. Secundò in speciali respectu Petri: ibi, Respondens, Dicit igitur. c [Omnes vos scan. patie.] ruinam, i. peccatum. d [In me]. s. recedentes à me, propter timorem humanum. e [In ista nocte.] futura enim contingentia, prędicit eis certitudinaliter & determinato tempore, vt cognoscant ipsum esse Deum, qui potest talia cognoscere propria virtute. f [Scriptum est]. Za-

Reuocat pudore.

Constitutio sacramenti.

Quare instituitur sacramentũ.

Quare Christus dedit corpus Iudæ.

ca.xiij.c. g [Percutiam pastorem]i.Christum. h [Et dispergentur oues gregis] i.discipuli ex timore fugientes: aduertendum tamen quòd Zach.xiij.c.mutātur verba,licet sit eadem sententia:quia ibi ponitur prophetia, ac si propheta loquatur ad Dominum, dicens, Percute pastorem,&c. Hic autem ponitur,ac si Dominus loquatur,dicens,Percutiam pastorem,&c.quia idem est verbum Domini & Prophetæ,licet diuersimodè, quia ipsius Domini principaliter, & ipsius prophetæ instrumentaliter. i [Postquam autem resurrexero.] Hoc addit ad consolationem eorum,vt qui audita eius morte erāt desolati, audita eius futura resurrectiōe essent aliqualiter consolati. k [Præcedam vos in Galilæam.] non promittit eis visionem suā in beatitudine,in loco multùm distāti:sed in propinqua regione,i.in Galilæa. l [Respondens autem.]Hic specialiter prędicit scandalum Petri. [Respondens autem Petrus] quia erat cæteris feruentior. m [Ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint in te,&c.]In hoc non mentiebatur: quia sic habebat in mente, sed præsumptuosè loquebatur, non consyderans debilitatem fragilitatis suæ,propter quod grauiùs cæteris permissus est cadere: & iterum quia futurus erat pastor Ecclesiæ, vt ex suo casu sciret aliis condescendere. n [Ait illi Iesus, Amen dico tibi, &c.]quia antequam gallus cantet,ter me negabis.Mar.xiiij.dicitur expressiùs, Antequā gallus bis vocem dederit,ter me es negaturus.August. lib. de Concordia Euangelistarum dicit, quòd tertia negatio Petri fuit inchoata etiam ante primum cantum galli: antequam tamen esset consummata,gallus cantauerat: quia negatio secundùm totalitatem suam accepta,habet aliquē tractum tēporis.In hoc enim includitur verbum illorum, qui dicebant Petro, Tu ex illis es: & argumentum quod adducebāt ex loquela eius,& negatio Petri sequens.Et sic patet,quòd bene potuit inchoari illa negatio,antequā gallus primo cātaret, & post terminari. Matt. ergo Luc.& Ioan.qui dicunt Petrum ter negasse Christum ad primum gallicantum:loquuntur habendo respectum ad negationis inchoationem.Mar.autem,qui dicit tertiam negationem Petri esse post primum gallicātum, & ante secundum, loquitur habēdo respectum ad negationis cōsummationem. o [Ait illi Petrus,Etiam si oportuerit,&c.]Petrus,& alij discipuli,hoc dicēdo,non dixerunt mendacium: quia sic cogitabāt fore: dixerunt tamē falsum, quia cōtrarium accidit. p [Tunc venit Iesus.] Hic consequenter ostendit Christi desyderium ad nostram redemptionem quod ostendit tripliciter.Primò anxiando.Secundò orādo: ibi, Et progressus pusillū. Tertiò proditori occurrēdo:ibi,Ecce appropinquabit. Circa primum aduertendum, quòd anxietas animi est passio, causata ex apprehensione magni mali de proximo imminētis, impossibilis ad euadendum.

Negatio Petri post prędicatione Christi simpliciter erat cōtingēs. de Tur.cre. in q.super Euang.

Christus autem videbat mortem acerbissimā sibi de proximo imminentem& non euasibilē, quia sciebat hoc esse determinatum à Deo Patre,cuius determinationem non poterat declinare:cùm non posset peccare, ista tamē necessitas libertatem arbitrij non tollebat, ergo ex tali morte sic imminente Christus habebat materiā maximæ anxietatis. Item pars sensitiua, non alleuiabatur ex tali anxietate,ex contemplatione diuinæ essentiæ, seu promptitudine voluntatis,quæ erat in superiori parte animæ: quia diuina virtute fiebat,vt ex superiori parte animæ non fieret influētia in inferiorem, vt sic esset ibi dolor partis sensitiuæ, maximè ad nostram redemptionem. Ex quo ergo ex tali anxietate Christus non fugiebat, sed magis venit ad locum vbi proditorem vēturum sciebat, ostēdit desyderium ad nostram redemptionē. Et hoc est quod dicitur, Tunc venit Iesus cum illis, i. discipulis suis. q [In villam quæ dicitur Gethsemani.] Illa enim villa erat in pede montis Oliueti:& propter hoc dicitur Lu.xxij. quòd venit in montem oliuarum.In fine enim illius villæ,erat quidam hortus cōtemplationi aptus, & illuc intrauit Iesus, vt Ioan.xviij.c.& est vltra torrentem Cedron: vt dicitur ibidem: quia vallis Iosaphat est intermedia, inter montem Oliueti,& ciuitatem Ierusalem. Torrens autem Cedron currit per medium illius vallis. Et sic patet quòd Euangelistæ concordant de loco,licet ipsum diuersimodè nominent. r [Et dixit discipulis suis, Sedete hic,&c.] Hoc dicit octo Apostolis:quia Iudas non erat ibi: & tres secum duxit. Vnde sequitur, s [Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi.] Isti enim tres erant magis familiares ipsi Christo, & ad eius secreta magis admittebantur,quam alij: ratio tacta est suprà.xviij.c. t [Cœpit contristari & mœstus esse.] hoc fuit ad ostendendum veritatem humanæ naturæ, & quod ista tristitia fuerit maxima,subditur, v [Tristis est anima mea vsque ad mortem.]& potest,ly Vsque accipi dupliciter. Vno modo intensiuè,quia tantùm intensa erat,quantùm poterat esse, vt visum est. Alio modo extēsiuè,quia durauit vsque ad horam mortis. x [Sustinete hìc & vigilate mecum.] tanquam amici speciales, qui debent in angustiis amici assistere. y [Et progressus]Hic ostenditur Christi desyderium ad nostram redemptionē, quia per orationem offerebat spiritum Deo Patri pro nobi ,quę quidem oratio ostenditur perfecta:quia solitaria cùm dicitur, & progressus pusillum, recedens aliquātulum à prædictis tribus Apostolis, quia oratio est eleuatio mentis in Deū:quod melius fit quando homo est sequestratus ab aliis.Secūdò quia humilis,quod notatur cùm dicitur. z [Procidit in faciem suam.]Tertiò quia deuota,cū dicitur, a [Pater mi.]Quartò quia recta:quia noluit ire cōtra prædestinationem diuinā cum dicitur, b [Si possibile est transeat à me,&c.]sed

voluntatem suam supponit voluntati diuinæ, dicens, c [Veruntamen non sicut ego vo. sed sicut tu] Quintò charitatiua: quia in agonia mortis positus, dupliciter suos discipulos visitabat. Vnde sequitur. d [Et venit ad discipulos suos, &c. & dixit Petro sic, &c.] q. d. Non tãtum feruorem facto, quàm verbo ostẽdis. Sequitur, e [Vigilate & orate vt nõ intretis in tentationem] vt non superemini à tentatione de proximo imminente, sicut fuerunt posteà superati. f [Spiritus quidem promptus est.] ad dicendũ, s. quod estis parati pro me mori, vt patet ex præcedentibus. g [Caro autem infir.] ad sustinendum imminentem tentationem. Hoc autem dicit Christus, quia Apostoli dixerunt ex magno spiritu prius mortem subire, quam ipsum negare, cuius tamen contrarium fecerunt, impulsu carnali. h [Iterum secundò abiit & orauit &c.] vbi iterat orationem, ostendens quòd oratio debet esse continua. Similiter iterat visionẽ discipulorum suorum: quia opera charitatis, debent esse coniuncta orationi. i [Et relictis illis iterum abiit & orauit, &c.] Ter orationem replicat, sicut ter fuerat tẽtatus, vt suprà patuit iiij. c. vt liberet nos primò à malis præteritis per veniam, secundò à præsentibus per tutelã, tertiò à futuris per cautelã. k [Tunc venit ad disci. suos.] ter discipulos visitat, sicut ter orat, ratione dicta. l [Et dixit illis] quasi cõpatiens eis, propter tentationem eis de proximo imminentem, m [Dormite iam & requiescite] q. d. Parũ poteritis hoc facere. n [Ecce appropin.] Hic tertiò ostenditur Christi desyderiũ ad nostram redemptionem: quia nõ solùm proditorem cum turba venientem expectauit, sed etiã occurrit eis, vt habetur Ioan. xiij. cap. & hoc est quod dicitur, Ecce appropin. hora: postquàm enim dixerat discipulis suis, Dormite iam, & requiescite, vt prædictum est, dimisit eos aliquantulum quiescere. Posteà cùm sciebat Iudã appropinquantem dixit eis, Sufficit, vt habetur Matt. xiiij. Et tunc euigilauit eos dicens, Ecce appropinquabit ho. &c. o [Surgite eamus.] obuiam Iudæ scilicet proditori. p [adhuc eo loquente.] Hæc est tertia pars principalis huius cap. vbi describitur ipsius traditi cõprehensio. Vbi tria describũtur per ordinem. Primum est ipsius Iudæ fraudulẽtia. Secundum est Domini nostri Iesu Christi patiẽtia: ibi, Ecce vnus. Tertium discipulorum ignauia: ibi, Tunc discip. Circa primum dicitur sic, Adhuc eo loquente, scilicet Christo cum discipulis suis. q [Ecce Iu. vnus de duo.] i. de principalibus Christi discipulis. r [Venit & cum eo turba multa, &c.] Talem autem turbam adducit, ne fortè alij credẽtes in Christũ ipsum vellent eripere. Sequitur, s [Qui autem tradi. eum dedit eis signum, &c.] Hoc autem fecit ne loco Christi caperent Iacobum minorẽ qui erat similis Christo in facie, propter quod dicebatur specialiter frater Domini. Sequitur, t [Et osculatus est eum] in quo

Quare Iudas dedit signum.

apparet maxima Christi mansuetudo: qui non negauit osculum proditori suo. v [Dixitq; illi Iesus, amice ad quid ve.] q. d. tu ostendis amicitiam signo, & agis proditionem de facto, quod patet ex hoc quod sequitur. x [Tũc accesserũt] illi. s. qui erãt in comitatiua Iudæ. y [Et manus iniecerunt in Iesum] violentas, quantum erat ex parte ipsorum. z [Et tenuerunt eum] quãdo enim voluit tentus est, & non antè. a [Et ecce vnus.] Hic describitur ipsius patiẽtia & hoc dupliciter. Primò facto. Secũdò verbo, ibi, In illa hora suos. Patientia autẽ ipso facto ostenditur in hoc quòd discipulos prohibuit à defensione eius, & hoc est quod dicitur, [Et ecce vnus ex his qui erãt cum Iesu.] Iste fuit Petrus vt habetur Ioan. xvij. b [Extendens man. exemit gla. suum] habebant enim duos gladios: vt habetur Luc. xij. c. quos credo fuisse duos cultellos magnos, quibus vsi fuerunt in decisione agni paschalis. c [Et percutiẽs seruum, &c.] quem tamen sanauit Christus tactu suo: vt habetur Lu. xxij. & in hoc adimpleuit Christus quod prædixerat Mat. v. c. Benefacite his qui oderũt vos. d [Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum] prohibendo defensionẽ armorum. Et ad hoc inducit multiplicem rationem. Prima ratio tangitur ibi, e [Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt:] Gladiũ enim accipit, qui eo vtitur ad vindictã propria auctoritate, & hoc est illicitum. Gladio autem vtitur sibi tradito, qui eo vtitur ad punitionem malorum, zelo iustitiæ, sicut princeps authoritatem habet à Deo, quia in hoc princeps minister Dei est, vt dicit Paulus Apostolus. Et similiter ministri, ad hoc à principibus constituti. Secundam rationem assignat cùm dicit. f [An putas quia nõ possum, &c.] q. d. Per aliam viam possum euadere si vellem. g [Et exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum.] Legio autem vna cõtinet sex millia, sexcentos, sexagintasex. Aduertẽdum tamẽ, quòd Christus non dixit hæc, propter hoc quòd indigeret auxilio Angelorũ, sed magis econuersò, ipsi indigent suo auxilio, sed vt ostendat, quòd pluribus modis poterat euadere. Tertiam rationem assignat cùm dicit, h [Quomodò ergo implebuntur Scripturæ,] Scripturæ enim diuinitus reuelatæ, loquuntur expressè de passione Christi: vt patet Isaiæ liij. cap. & Dan. ix. cap. & in pluribus aliis locis, quæ non implerentur: nisi Christus pateretur: quod est inconueniens, cùm sint deriuatæ à prima veritate. Propter quòd subditur. i [Quia sic oportet fieri.] quia ex quo aliquid est secundùm prædestinationem à Deo prædictum, oportet illud impleri: ibi enim est necessitas consequentiæ, non tamen consequentis, quia diuina præordinatio, non tollit contingentiam à rebus. k [In illa hora.] Hic ostenditur Christi patientia verbo: quia non impatiẽter: sed rationabiliter allocutus est turbam, ipsum comprehendentem.

Christi patientia.

Quare Christus dicit Petro, Conuerte &c.

Christi patiẽtia verbo ostenditur.

l [Tanquam ad latronem existis, &c.] q.d. Sine causa fecistis hoc, cuius rationē assignat dicēs, m [Quotidie.] i. frequenter. n [Apud vos.] i. in loco in quo habetis potestatem. o [Sedebam] pacificè & sine armis. q.d. Tūc potuistis me cōprehendere. Sequitur, p [Hoc autem to. fa. est] quia scriptum erat de eo, quod tractaretur sicut malefactor, & latro. Isa. liij. c. Cum sceleratis reputatus est. q [Tunc discipuli.] hic describitur discipulorum Christi ignauia: primò autem in generali, cùm dicitur, Tunc discipuli omnes relicto eo, id est, Christo magistro suo, r [Fugerunt.] Timore perterriti, & dimiserunt magistrum suum, sicut latronem deduci. Propter quod sequitur. s [At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham primum] sicut primò fuerat ductus ad Annam: vt dicitur Ioan. xiij. cap: tamen Matth. de hoc non facit mentionem: quia non fuit ibi ductus, nisi propter quandam reuerētiam: quia erat socer Caiphæ: vt ibidē dicitur. t [Vbi scri.] i. legisperiti. v [Et seniores populi.] i. iudices ordinarij, vt suprà visum est, c. xv. x [Conuener.] ad examinandū & iudicandū Christū. y [Petrus aut.] Hic ponitur ignauia Petri in speciali, cum dicitur, z [Sequebatur eum à longe] quia timebat ne perciperetur eius esse discipulus, sequitur. a [Et ingressus intr.] Qualiter autē ingressus fuerit dicitur Ioā. xviij. l. per impetrationem alterius discipuli, qui erat notus pontifici. b [Vt videret finem.] Licet autem non auderet Christum confiteri seu defendere, tamen volebat videre quid finaliter fieret de eo. c [Principes.] Hæc est quarta pars principalis huius c. in qua describitur ipsius Christi apprehensi illusio, vbi quatuor tanguntur per ordinē. Primū est, eius accusatio maligna per falsos testes. Secūdum, accusati iniusta condemnatio per malos iudices ibi, Et surgens. Tertium, condēnati vituperatio per malignos apparitores: ibi, Tūc expuerunt. Quartū, Petri negatio per tres vices: ibi, Petrus autem sedebat. Circa primum dicitur sic, Principes autem sacerd. & omne concilium quærebant fal. test. contra Iesum: quia verum non poterant inuenire. d [Vt eum morti traderent] per Pilatum præsidem, quia ipsi non habebant aliam iustitiam. e [Et non inuenerunt.] vnde possent eum accusare tanquā dignū morte coram Pilato. f [Cum multi falsi testes accessissent.] ad id quod dictum est procurandū. g [Nouissimè autem venerunt duo falsi testes &c.] Sed quæritur quomodo isti dicuntur falsi testes: quia Ioan. ij. c. scribitur, quòd Christus dixit Iudæis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: quod videtur idem esse cum eo quod hic dicitur. Dicendum quòd illa verba quæ dixit Christus Ioan ij c. intelliguntur de tēplo corporis sui: vt ibidem dicitur. Et hoc sonant verba, ibidem posita: quia dixit ibi, Soluite templum hoc, non præcipiendo eis, sed prædicendo eis, quid essent facturi, dissoluēdo corpus eius quod erat tēplum spirituale Dei. Vnde sensus est, Soluite, id est soluetis corpus meum per mortem, quam mihi inferetis. Vnde sequitur ibidē, Et in tribus diebus excitabo illud. Excitare enim est à somno mortis reuocare, quod non cōpetit templo materiali: sed templo spirituali, scilicet suo corpori. Isti autē testes loquebātur, acsi de templo materiali Christus intellexisset, cū dicebat, In tribus diebus reædificabo illud, quia reædificare propriè respicit tēplum materiale. Item nō dicit, Destruam, vel possum destruere, vt ipsi imponūt, sed dicit, Soluite: id est soluetis, mortem mihi inferendo prædicens mortem suam & resurrectionem, vt patet ex prædictis: & sic patet quòd isti testes mutauerunt verba eius, & sententiā, in quo apparet falsitas eorum, dato etiam quòd benè repetissent verba eius & sententiam: tamen possunt dici falsi testes alia ratione, scilicet ex falsa intētione: quia intendebant procurare mortē innocentis. h [Et surgens.] Hic consequenter ostēditur, qualiter Christus condēnatus est per malos iudices: dicit ergo sic, Et surgens princeps sacerdotū. Ex impatientia surrexit de tribunali: quia non inueniebat vnde posset Christus iustè cōdēnari. i [At illi, Nihil respōdes.] quia ea quæ contra Christum dicebātur, erant, & falsa, & respōsione indigna: ideo nolebat respōdere. Itē quia volebat adimplere illud quod de ipso scriptū erat, Isa. liiij. c. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. sequitur, k [Adiuro te per Deum viuū.] Ad hoc autem respondet Christus, propter reuerentiam diuini nominis inuocati, dicens, l [Tu dixisti] supple veritatem, quod patet ex sequentibus. m [Veruntamē dico vobis, Amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virt. Dei.] quia in iudicio extremo sic videbitur ab illis, qui eum iniustè condemnauerunt. Dicit igitur amodò: quia à tēpore passionis, eum vlterius non viderunt. n [Tunc princeps sacerd. scidit vestimēt. sua.] Iste enim erat mos Iudæorum, scindere vestimenta in signum doloris, quādo audiebant blasphemiam diuini nominis: hoc autē imponebant principes sacerdotū Christo, propter quod subditur, o [Blasphemauit.] Propter quod ipse, & alij assistētes iudicauerūt eum dignum morte, cùm tamē diceret veritatē: vt patet multipliciter ex prædictis in hoc Euang. p [Et expuerunt.] Hic consequenter ostenditur, qualiter Christus fuit turpiter vituperatus per malignos apparitores, & hoc dupliciter. Primò facto, cùm dicitur, Expuerunt in faciem eius tanquam in hominem pestiferum & dignum morte. Mos enim erat Iudæorum, super tales conspuere in contemptum. q [Et colaphis eum cæciderunt.] sine causa percutiendo & vituperando eum. Secundò, verbo, dicentes, r [Prophetiza nobis &c.] quasi dicerent, Tu es falsus propheta. s [Petrus verò.] Hic ostēditur, qualiter Christus fuit

Discipuli fugientes propter timorē peccauerunt mortaliter: quia in isto casu erat suscipienda mors, & pro Christo sustinenda. Card. de Tur. super Euang.

negatus à suo discipulo per tres vices. Primò simplici verbo. Secundò, cum iuramento. Tertiò per detestationem cum iuramento, id est per execrationem, quod est quando aliquis non solùm iurat per Deum: sed etiam imprecatur sibimet aliquod malum, nisi id quod dixit sit verum: dicit igitur, [Petrus sedebat foris in atrio.] Non enim Petrus erat simpliciter extra domum, vt iam dictum est: sed erat extra locum, vbi Christus illudebatur, in quodam atrio, in quo erat ignis accensus in medio, secundùm quod dicitur Lucæ xxij. t [Et accessit ad eum vna ancilla] De istis negationibus Petri videntur Euangelistæ diuersimodè scribere, maximè de secunda & tertia, quia de secunda dicitur hìc quòd fuit ad vocem ancillæ. Lucas autem dicit, quòd fuit ad vocem hominis. Ioan. autem dicit, quòd fuit ad vocem plurium. Similiter de tertia dicit Ioannes, quòd fuit ad vocem vnius, qui erat cognatus illius, cuius Petrus absciderat auriculam. Matthæus autem dicit, quòd fuit ad vocē illorum, qui astabant. Dicendum igitur, quòd principalis intentio Euangelistarum erat, negationem trinam Petri exprimere, & in hoc conueniunt omnes Euangelistæ. Exprimere autem personas accusantes Petrum, non erat principalis intentio eorum, sed tantùm ex accidēti, non tamen contrariantur in hoc quia verisimile est, ꝙ multi ad illa verba concurrebant circa Petrū: & consimilia verba proferebant ipsum accusando. Et sic vnus Euangelista vnam personam nominat, alius aliam, vnam vel plures, nec est ibi falsitas ratione dicta. Videtur autem secundū veritatem historiæ, ꝙ prima negatio fuit facta ad vocem ostiariæ principaliter. Secunda ad vocem illorum qui stabant ad ignem: fuerunt tamen excitati ab illa ancilla, propter quòd Matthæus illam exprimit hìc, & de aliis tacet. Quòd autem hìc dicitur, quòd facta est, Petro exeunte ianuam, intelligendum est sic, id est se disponente ad exitum: quia adhuc erat prope ignem, vt dicit Ioan. sed timens ne perciperetur, volebat exire. Tertia autem negatio facta est, multis cum accusantibus, inter quos principalis erat, cognatus illius, cuius dexteram absciderat Petrus auriculam, propter ꝙ exprimit illū Ioannes, de aliis tacēdo. His dictis patet litera vsque ad illum locum, v [Nam & loquela tua manifestum te facit.] Licet enim lingua Hebraica sit vna, tamē aliquo modo variabatur, secundùm diuersitatem prouinciarū: & ideo illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo, quàm illi qui erant de Ierusalē: sicut lingua Gallica est vna, & tamen aliter loquuntur illi qui sunt de Picardia, quàm illi qui habitāt Parisiis: & per talem veritatem potest percipi, vnde aliquis sit oriundus. Vnde sequitur, x [Tunc cœpit detestari & iura.] in hoc significatur iuramētum per execrationem. y [Et recordatus est Petrus.] Dominus enim respexit Petrum, vt dicitur Lu. xxij. cap. & Petrus recordatus est de verbo Christi, ꝙ dixerat eum negaturum: & ad pœnitentiam reductus est. z [Et egressus foras fleuit amarè.] & ex tunc Petrus traxit in consuetudinem, vt à primo gallorum cantu, vsque ad horam matutinam, staret in oratione flendo pro ista negatione vt habetur in Itinerario Clementis. a [Mane autem facto.] Ostenso qualiter passio Christi fuit per Iudæos inchoata: hic ostenditur qualiter fuit per gentiles consummata, & diuiditur in duas partes: quia primò describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundò eius fidelis & deuota tumulatio: ibi, Cùm serò factum esset. Prima adhuc in duas: quia primò describitur ipsius Christi iniqua condemnatio. Secundò sententiæ iniquæ executio, ibi, Et postquàm illuserunt ei. Prima in quatuor: quia primò describitur ipsius Christi coram præside præsentatio. Secundò ipsius præsentati diligēs interrogatio, ibi, Per diem autem solennem. Quartò innocētis condēnatio ibi, Videns autē Pilatus. Prima adhuc in duas: quia primò describitur ipsius Christi præsentatio, vt dictū est. Secūdò incidētaliter subditur Iudę desperatio: ibi, Tūc videns. Circa primum dicitur, Mane autem facto: quia à media nocte vsque ad illam horam illuserunt eum conspuendo, & palmis cædendo: vt visum est. b [Concilium inierunt omnes principes, &c.] non enim ex testimoniis præhabitis habebant aliquid vnde posset accusari coram Pilato sicut reus mortis: & ideo vlterius consulebant qualiter eum sicut dignum morte accusarent, vt patebit infrà. Sequitur, c [Et vinctum adduxerūt.] Illi enim qui reputabantur digni morte, ducebantur coram iudice ligati. d [Et tradiderunt Pontio Pilato præsidi.] Aliqui dicunt, quòd Pilatus erat proprium nomen eius, compositum ex nomine matris, quæ dicebatur Pila: & patre qui dicebatur Atus. Pontius autem cognomen eius, quia fuerat iudex missus à Romanis ad insulam Pōtianam, hoc autem diffusè habetur in quadam Legenda, quæ vocatur Aurea. Sed quia ibi multa dicuntur, quæ vidētur prima facie falsa, quę propter prolixitatē omitto: ideo aliter dicendum, quòd Pontius erat propriū nomen eius, quod patet ex duobus. Primò quia postponitur cognomen, & non præponitur proprio nomini, saltem de cursu communi. Secundò quia hoc nomen satis commune est in Burgundia, vnde iste Pilatus erat oriūdus: erat enim Lugdunēsis: vt dicit magister in historiis. Et idem dicit Iosephus lib. Antiquitatum. Pilatus autē erat eius cognomen. Præses autem erat nomen officij sui, & dicitur à præsidendo: quia in Iudæa præsidebat Iudæis ibidem missus à Romanis. e [Tunc videns.] Hic incidentaliter subditur Iudæ desperatio, cùm dicitur, Tunc videns Iudas qui eum tradidit: quòd damnatus esset. Hæc autem desperatio proce-

Diuersæ opiniones de negatione Christi.

Qualiter Xpi passio à Iudæis inchoata, & gētiles fuit consummata.

De Pilato & eius nomine.

Iudę desperatio.

dit ex duobus. Primò ex magnitudine sceleris, tradendo ad mortem illum, cuius tantã sanctitatem expertus fuerat. Secundò quia damnationem suam audierat à Christo, vt dictum est cap. praecedenti, quem sciebat prophetam verissimum. f [Poenitentia ductus.] infructuosa tamen, quia erat sine spe veniae: sicut de his qui sunt in inferno dicitur, Sap. v. cap. Dicentes intra se poenitentiam agentes. g [Retulit triginta argẽteos, &c.] Ex quo patet quòd cupiditas sua nihil valuit sibi. Sequitur, h [At illi dixerunt, Quid ad nos.] quasi dicerent, Non curamus, si peccasti vel non. i [Tu videris], i. ad te pertinet videre factum tuum. k [Et abiens laqueo se suspendit.] ex desperatione: & in hoc plus peccauit, quàm in tradendo Christum, vt dicit Hieron. Cuius ratio est: quia in traditione Christi, peccauit contra eius humanitatem directè: sed in desperatione illa peccauit directè contra eius diuinitatem: quia cõtra infinitatem diuinae misericordiae. l [Non licet eos mittere in corbonam.] Corba Hebraicè idẽ est quod oblatio. Corbona autẽ erat locus ad ponendum oblationes factas in templo, pro reparatione tẽpli, & aliis necessariis. Magna igitur apparet sacerdotum excaecatio, qui occisionẽ Christi reputabant sibi licitam: imò tanquam sacrificiũ Deo facerent: & tamen pretium venditionis eius, reputabãt nepharium & indignũ applicari ad vsus templi. m [Consilio autem inito, emerunt ex illis agrũ figuli] quia ille cuius is ager erat, figulus fuit: ideo sic vocabatur. Vel fortè quia ibi erat terra apta ad faciẽdum vasa fictilia. o [In sepulturam peregrinorũ:] qui non habebãt proprium sepulchrũ. p [Propter hoc vocatus est ager ille Acel-dama.] Hoc ex Dei ordinatione factum est, ad memoriam proditionis Iudae, & passionis Christi. q [Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam.] quia secundùm quod dicit Hieron. licet authoritas sequẽs non sit in libro Ieremiae quem habemus: tamen Hieron. vidit authoritatem istã de verbo ad verbum in quodam libro Hebraico, qui dicebatur esse Ieremiae prophetae: multi enim libri prophetarum non habentur. Vel aliter ly Ieremias, non est de textu, vt dicit Hierony. Nec etiam in antiquis libris est: & tunc quod dicitur, Prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zach. xj. cap. habetur ista sententia: licèt verba aliquantulum sint mutata. r [Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati] id est ipsius Christi: s [Quem appretiauerunt à filiis Israel.] quia istud pretium fuit cõstitutum inter Iudam & sacerdotes, qui erant de filiis Israel, t [Et dederunt eos in agrum figuli,] id est pro agro. v [Sicut constituit mihi Dominus.] hoc est additum ab Euangelista: quia praedicta erant à Deo praeordinata. x [Iesus autem stetit.] Hic ponitur ipsius praesentati interrogatio. Ad cuius euidentiam consyderandum, quòd Iudaei accusauerunt

Ratio quare Iudas plus peccauit se suspẽdendo quã Christum vendendo.

De triginta argenteis.

Christum coram Pilato de tribus: vt habetur Luc. xxiij. cap. Primum fuit, quòd subuertebat gentem Iudaeorum à cultu legis. Secundum, quòd auertebat populum à redditione tributi Imperatori Romano. Tertium, quòd dicebat se esse regem: & sic volebat sibi vsurpare regnum. De primo non curauit Pilatus, quia erat homo gentilis: & ideo non curabat de obseruatione, seu violatione Iudaicae legis. Secundum sciebat esse falsum, quia audierat à Christo responsum fuisse Iudaeis, Reddite quae sunt Cęsaris Cęsari, &c. vt supra habitum est xxij. c. De tertio autem interrogauit ipsum Christũ: quia contra Imperatorem videbatur esse directè, quòd aliquis diceret se esse regem Iudaeorum, qui seruiebant Imperatori Romano sub tributo: quia Romani abstulerant à Iudaeis nomen regium tẽpore Pompeij. Et hoc est quod dicitur, y [Et interrog. eum praeses, dicẽs, Tu es Rex Iudaeorum? Dixit Iesus illi, Tu dicis] scilicet veritatem quia nõ negauit se esse regem, sed magis consensit. Veruntamen exposuit dictum suum, dicens, Regnum meum non est de hoc mundo, vt habetur Ioan. xviij. Et in hoc satisfecit Pilato: quia regnum Imperatoris non potest esse nisi in hoc mundo: & sic regnũ Christi non erat contrarium Imperatori, z [Et cùm accusaretur à princip. sacerdo. & senio.] de aliis quae dicta sunt, quae expressius tanguntur Luc. xxij. cap. a [Nihil respondit.] tum quia manifestè falsa erant, & responsione indigna: tum quia volebat implere illud quod erat scriptum de eo Isa. liij. cap. Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suum. b [Tunc dixit ei Pilatus, &c.] eadem ratione nõ respondit ei: & iterum quia nolebat impedire passionem suam. Sequitur, d [Ita vt miraretur praeses vehementer.] de Christi patientia, sic tacendo: cùm contra omnia quae contra eum dicebantur, posset se excusare vno verbo. e [Per diem autem.] Hic consequenter ponitur innocentiae Christi declaratio: & primò ostenditur eius innocentia. Secundò Iudaeorum resistentia, ibi, Princeps autem. Prima in duas, quia innocẽtia Christi primò declaratur de verbo iudicis. Secundò ex testimonio suae vxoris, ibi, Sedente autem. Ad euidentiam primae partis aduertendum, quòd in fauorem Iudaeorũ, concessum erat à Romanis: vt in solennitate paschali dimitteretur vnus incarceratus, secundũ volũtatem eorum, in memoriam liberationis eorum de Aegypto: quia in solennitate paschali fiebat memoria illius beneficij. Pilatus autem sciebat eos cupidos de obseruãda illa consuetudine. ex altera parte volebat Christum liberare: ideo praeposuit eis optionem, dicens, quòd liberaret eis Iesum vel Barabbam & nullum alium: per hoc subtiliter credens Christũ liberare de cõsensu eorum, quia non credebat aliquo modo, quòd peterent liberationem Barabbę: quia erat homicida & seditiosus, & pessi

Innocentię Christi declaratio.

mus: vt habetur Lucæ xxiiij. & ideo credebat quòd præligerent liberationem Ieſu. Et hoc eſt quod dicitur, Per diem autem ſolennẽ, non quemcunque: ſed in ſolennitate paſchali, vt dictum eſt. f [Conſueuerat præſes dimittere populo vnum vinctum quem voluiſſent.] ratio dicta eſt. g [Habebant autem tunc vinctum inſignem.] Dicitur autem hìc inſignis, non nobilitate generis, ſed ex famoſitate ſui criminis: quia etiam bona ad mala transferimus, vt dicitur v. Metaphyſices. ſicut aliquis dicitur bonus latro, ita poteſt dici inſignis. Sequitur, h [Quem vultis dimittam vobis, Barabbam an Ieſum, qui dicitur Chriſtus?] quaſi dicat, Nullũ alium habebitis: & per hoc credebat liberare Ieſum, vt dictũ eſt: cuius ratio ſubditur, i [Sciebat enim quòd per inuidiã tradidiſſent eum.] quia publicè arguebat vitia ſacerdotum & Phariſæorum. k [Sedente autem illo pro tribunali.] Hic declaratur innocentia Chriſti per teſtimonium vxoris Pilati. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd diabolus qui captionem Chriſti procurauerat per Iudæos, per aliqua ſigna perpendit, quòd ipſe eſſet verè Chriſtus, & per conſequẽs, quòd per eius mortem ſpoliaretur Infernus: hoc autem perpendit per eius patientiam & per ſcripturarũ impletionem, & fortè per ſanctorum patrum in limbo exiſtentium exultationem. Et ideo mortem Chriſti impedire volebat per vxorem Pilati, cuius preces efficaces credebat in conſpectu viri ſui. Et hoc eſt quod dicitur hìc, Sedente autem illo pro tribunali iudicando, ſcilicet Chriſtum. l [Miſit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iuſto illi] quaſi dicat, Nullo modo condemnes eum, ſed magis eum dimitte. m [Multa enim paſſa ſum hac, &c.] quia diabolus apparuerat ei monens eam terroribus, ad liberationem Chriſti. Vtrum autem talis apparitio fuit facta in ſomno, vel in vigilia, expreſſè non habetur hìc, videtur tamen quòd fuerat in ſomno, per hoc quod dicitur per viſum. Chriſtus enim fuit præſentatus Pilato valdè manè, vt dictũ eſt in principio huius capituli, & ideo probabile eſt quòd vxor eius iacebat adhuc in lecto: quia dominæ nõ ſolẽt ita manè ſurgere ſicut viri ſui. n [Principes.] Deſcripta Chriſti innocẽtia hic ſubiungitur Iudæorum reſiſtentia: tantùm enim odiebant eum, quòd prælegerunt liberare hominem peſtiferũ, ne Chriſtus liberaretur. Et hoc eſt quod ſubditur hic [Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populo.] Falſas rationes inducendo. o [Vt peterent Barabbã, &c.] patet vſque ibi, p [Quid enim mali fecit] q.d. Non allegatis cauſam ſufficientẽ ſuæ mortis. q [At illi magis clamabant.] per clamorẽ autem & tumultum populi voluerunt obtinere, quod non poterant per rationem habere, dicentes, r [Crucifigatur] i. morte turpiſſima & acerbiſſima moriatur. s [Videns autem Pilatus.] Declarata Chriſti innocẽtia: vt viſum eſt,

Declaratur innocẽtia Chriſti per teſtimoniũ vxoris Pilati.

hic ponitur ipſius innocentis iniuſta condemnatio: quæ proceſſit ex parte Pilati & timore, ne ſi dimitteret eum contra clamorem populi, accuſaretur poſtea apud Cæſarem. Et hoc eſt quod dicitur hìc, Videns autem Pilatus quòd nihil proficeret, oſtendendo Chriſti innocentiã ad eius liberationem. t [Sed magis tumultus fieret populi] ſ. clamãtis ad contrarium per ſeductionem ſacerdotum, vt viſum eſt. v [Accepta aqua lauit, &c.] ad hoc vt Iudæi totum peccatum ſuper ſe acciperẽt, & ipſe immunis eſſet à peccato. Sed nõ ſufficit ad omnimodam eius excuſationem, quia cùm eſſet iudex tenebatur ex officio ſeruare iuſtitiã: & ideo grauiter peccauit faciendo contra eam ad habẽdum populi fauorem, minus tamẽ peccauit quam Iudæi, quia eius motiuum fuit minus malum. Iudæi enim ad occidendum Chriſtum moti ſunt per rancorem & odium, Pilatus propter timorem Cæſaris, & fauorẽ Iudæorũ habendum. y [Tũc dimiſit illis Barabbam.] facta reſponſione à Iudæis quòd totum peccatum reciperẽt ſuper ſe & filios ſuos. z [Ieſum autem flagellatũ tradidit, &c. Licet iſta flagellatio Chriſti ponatur hic poſt ſententiam iudicis: tamen fuit ante facta, vt habetur Ioan. xix. quoniam hac intẽtione eum præcepit Pilatus flagellari & illudi, vt Iudæi eſſent ſatiati ſanguine eius, vidẽtes eum ſic punitum, etiam ſupra cõdignum, & ideo ponitur hìc quaſi per recapitulationem. a [Tunc milites.] ſ. poſt flagellationẽ immediatè, & ante ſententiam. b [Suſcipientes Ieſum in prætorio.] vt magis illi illuderent in loco patenti, & coram multitudine. c [Et exuentes eum] ſ. veſtimẽtis ſuis. d [Chlamydem coccineam] i. rubram in ſimilitudinẽ purpuræ, qua vtuntur reges. e [Circundederunt ei] ipſum veſtiendo. f [Et plectentes coronam de ſpinis] i. de iuncis marinis, ad modum ſpinarum acutis, & ego qui ſcripſi hæc, audiui à quodam, qui fuerat vltra mare cum S. Ludouico rege Frãciæ, quòd in littore maris ſenſerat puncturas iuncorum, per ſotulares intermedios: g [Poſuerunt ſuper caput eius] pro ſimilitudine coronæ regiæ. h [Et arundinem in dextera eius] pro ſceptro regio. i [Et genuflexo ante eum.] ſic, k [Illudebant ei.] facto ſimul & verbo. Vnde ſequitur. l [Dicentes, Aue rex Iudæorum.] quaſi dicerẽt, Voluiſti regnare & non potuiſti, & ſic eorum illuſio accuſationi Iudæorum correſpondebat. m [Et expuentes in eum.] tanquam in perſonam contemptibilem & vilem, n [Acceperũt arundinem] de manu eius, o [Et percutiebant caput eius] & ratione cõtemptus, & ratione doloris infligendi, quia ex tali percuſſione aculei coronæ intrabant caput eius. p [Et poſtquam] Poſtquam deſcripta eſt ipſius Chriſti condemnatio iniuſta, hìc ponitur iniquæ ſententiæ executio: & primò ponitur ipſius Chriſti iudicati crucifixio. Secũdò crucifixi illuſio ibi, Prætereuntes. Tertiò illius expiratio: ibi, à ſexta autẽ

Iniuſta cõdẽnatio.

Irriſio eſt de defectu ſicut ab quo malo. Th. ii. ii.

Circa xpi crucifixionem quatuor tanguntur.

hora. Circa Christi crucifixionem quatuor tanguntur, Loci vilitas, Iudæorum crudelitas: ibi, Et dederunt: Militum cupiditas, ibi, Poſtquam autem: Latronum ſocietas, ibi, Tunc crucifixi ſunt. Circa primum dicit ſic, [Et poſtquàm illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydẽ.] quia chlamydem illam coccineã impoſuerũt ſibi ſolùm ad deridendum eum ſicut falſum regẽ. q [Et induerunt eum veſtimentis eius.] quibus ſpoliauerunt eum vt prædictũ eſt, & hoc fecerunt, vt ductus ad mortem magis cognoſceretur in propria veſte quàm in aliena. r [Exeuntes autẽ inuenerunt ho. &c.] hoc non eſt contra id quod dicitur Ioã. xix. Et baiulans ſibi crucẽ, &c. Ipſe enim primò portauit crucẽ ſuã: quando exiuit de domo Pilati, vt dicit Ioannes, ſed quia erat fatigatus ex præcedenti labore, ieiuniis, & vigiliis, milites coëgerunt Simonẽ ad portãdum eius crucem, vt citius poſſent peruenire ad locum crucifixionis, vt dicitur hic. s [Et venerũt in locũ qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus.] Ille locus nõ eſt ſic nominatus à Caluaria Adæ ibi ſepulti, vt dicũt aliqui, quia Adã fuit ſepultus in Hebrõ, vt habetur Ioſu. iij. propter quod Hebron dicebatur antiquitus Chariatharbe id eſt ciuitas quatuor, quia quatuor magni patriarchæ ſunt ibi ſepulti cũ vxoribus ſuis, ſ. Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lya: dicitur ergo Caluariæ locus, quia locus ille erat plenus capitib⁹ mortuorũ, qui ibi decollabãtur: quia ibi malefactores puniebantur. Et ſic patet loci vilitas, in quo Christus crucifixus eſt. t [Et dederũt.] Hic cõſequenter ponitur Iudæorum crudelitas, cùm dicitur, [Et dederũt ei vinum bibere cum felle mixtum,] Ioannes autem dicit quòd dederunt ei acetum. Ad euidentiam eius conſyderandũ, quòd aliqui dicunt hoc eſſe factum, vt citius moreretur: & ſic milites de eius cuſtodia citius expedirentur: quia debebant eum cuſtodire, quouſq; expiraſſet. Dicunt enim quòd exiſtentes in tormento, ſi potẽtur aceto, citius moriuntur. Sed hoc non videtur multũ probabile: quia acetum eſt frigidum, & per cõſequens videtur magis mortem talium differre, propter quod aliter dicẽdum eſt. Scribitur enim in quodam libro Hebraico, qui apud eos prætitulatur liber Iudicum ordinariorum, quòd quia Salomon dixerat Prouer. xxxj. Date ſiceram, id eſt potũ inebriatiuum mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo, vt bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordẽtur amplius, ideo ex occaſione huius verbi ſeniores Iudæorum ſtatuerant, vt condemnatis ad mortem, daretur vinum aromaticum ad bibẽdum vt facilius tolerarent paſſionem. In Ieruſalem autem matronæ erant deuotæ & compaſſiuæ, quæ hoc vinum dabant ex deuotione. Iudæi autem ex nimia crudelitate moti tale vinum datum pro Christo, & aliis duobus cum eo crucifixis, acceperunt ſibi ſecundùm quòd dictum

Iudæorum crudelitas.

erat Amos iij. Vinum damnatorum bibebant, & loco eius poſuerunt acetum cum felle mixtum. v [Et cùm guſtaſſet noluit bibere.] Marc. xv. Et non accepit: quia non accepit ad bibendum: ſed ſolum ad guſtandum modicum, vt ſic impleretur quod ſcriptũ eſt in Pſal. lxviij. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. x [Poſtquàm autem crucifixerunt eum.] Hic ponitur militum crucifigentium cupiditas, in hoc quòd abſtulerunt ſibi veſtimenta ſua omnia: cùm tamen damnatis ad mortem dimittatur aliquod veſtimentum ad carnis ſuæ operimentum. Et hoc eſt quod dicitur. y [Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius] in quatuor partes, ſecundùm quod dicitur Ioan. xix. quia quatuor erant milites ipſum crucifigentes. z [Sortem mittentes.] Iſta ſors fuit miſſa ſuper tunicã Domini inconſutilem, quæ erat facta quaſi reticulato opere, & ideo non poterat bene diuidi, cum non haberet aliquam ſuturam, & ideo miſerunt ſortes, quis haberet eam integram. a [Vt impleretur quod dictũ eſt per Prophetam dicentem, Diuiſerunt ſibi, &c.] ſed ſecundùm Hieronymum iſtud non eſt de textu Matthæi, nec eſt in antiquis libris, ſed tantum in Euangelio Ioannis. Expoſitio tamẽ huius authoritatis patet ex dictis. b [Et ſedentes ſeruabant eum] ne aliquis raperet eum de cruce, antequam eſſet mortuus. c [Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam.] Iſte erat modus Iudæorum: quia ſuper caput crucifixorum, ponebatur cauſa condemnationis ipſorum. Ipſe autem accuſatus fuerat, quòd ſibi volebat vſurpare regnum Iudæorum, vt viſum eſt, &c. d [Tunc crucifixi ſunt cum eo duo, &c.] Hic deſcribitur latronum ſocietas, ad hoc enim crucifixi ſunt cum Christo ex intentione Iudæorum vt Christus videretur particeps & magiſter in malefactis eorum: ſed ex intentione Dei hoc permittentis factum eſt vt impleretur quod de Christo ſcriptum erat, Iſaiæ liij. Et cum ſceleratis reputatus eſt. e [Prætereuntes.] Hic deſcribitur ipſius Christi crucifixi deriſio à prætereuntibus hoc eſt à vulgaribus & plebeis hominibus, circa locum crucis concurrentibus, & dicentibus, f [Vah.] interiectio eſt inſultãtis ſeu deridẽtis, g [Qui deſtruis templum Dei, &c.] imponebant ſibi quòd hoc dixerat, ſed hoc falſum erat, vt viſum eſt capite præcedenti. h [Salua temetipſum.] q.d. Non potes, ex quo patet falſitas tua. Secundò fuit deriſus à ſacerdotibus, & hoc eſt quod dicitur, k [Similiter & principes ſacerdotum, &c.] id eſt legiſperiti. l [Et ſenioribus] id eſt, iudicibus ordinariis. m [Dicebãt, Alios ſaluos fecit,] quaſi dicerent, Non eſt verum, ſi poſſet talia facere, ſaluaret ſemetipſum. n [Si rex Iſrael eſt] non quicunque, ſed Meſſias promiſſus in lege, o [Deſcendat nunc de cruce.] quia alij reges non poſſent talia facere. p [Et credemus ei] falſum dixerunt, quia maiora fe-

Sortes propriè dicũtur, cùm aliquid ẽt, vt eius euentu cõſyderato, aliquid occultũ innoteſcat Th. ii.ii.q.xv. & eſt triplex, ſ. diuiſoria, diuinatoria, & conſultoria: idẽ Tho.

cit quando Lazarum suscitauit, & quando post mortem de sepulchro surrexit, & tamen non crediderunt ei. Tertiò fuit derisus à latronibus & hoc est quod dicitur. q [Idipsum] id est verba præmissa. r [Et latrones qui crucifixi erãt cum eo improperabant.] Cõtrarium Luc. xxiij.c. vbi dicitur quòd vnus increpabat eum, alter tamen rogabat eum, dicens, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Dicendum quòd Matt. loquitur secundùm illum modum loquendi, quo societas dicitur aliquid facere, quod vnus de societate hoc facit. Vel aliter dicendum, quòd vterque improperauit primò Christo, sed alter vidẽs postea patientiam Christi pœnituit & misericordiã petiit, & sic inuenit. s [A sexta autem.] Hic consequenter describitur ipsius crucifixi & derisi expiratio, vbi primò denotatur perturbatio, elementorum, quasi Christo morienti compatientium. Secundo confessio assistentium: ibi, Cẽturio autem. Prima in duas: quia primò describitur perturbatio corporum superiorum. Secundò inferiorum: ibi, Ecce velum. Circa primum dicitur sic, A sexta autem hora tenebræ factæ sunt, &c. Hiero. dicit super istum locum, quòd istæ tenebræ fuerunt factę per retractionem radiorum Solis diuina virtute. Origenes autem dicit quòd hoc factum est per interpositionem nubium densarum. Sed in hoc magis credendum est Dionysio, qui dicit in epistola ad Policarpum hoc fuisse per interpositionem Lunæ inter terram & Solem, sicut fit in eclipsi Solis. Et ibidem dicit quòd ipse hoc vidit tunc existens in Ægypto, vbi est aëris puritas, quia rarissimè fiunt ibi nubes & pluuiæ, propter quòd talia potuit tunc magis perpendere. Vidit ergo, & dixit Lunam ab oriente descendentem versus meridiem, & supponentem se Soli. Hierony. & Orige. non loquuntur de illa eclipsi, asserẽdo quòd sic fuerit, vt dicũt, sed quòd potuit sic fieri. Ex dictis patet quòd illa eclipsis non potuit naturalis esse: sed miraculosa, & hoc multipliciter. Primum, quia Luna erat quintadecima vt patuit c. præcedenti, & tunc Luna distat à Sole per diametrum cæli, eclipsis autem Solis, non potest fieri naturaliter, nisi tempore coniunctionis Solis & Lunæ. Propter quod dicit Diony. quòd mirabatur: quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem. Secũdum miraculum fuit ibi, quia transacta eclipsi, luna rediit ad orientem, ita quòd in vespere fuit in oriente, sole existente in occidente: & sic orbes eorum fuerunt ad pristinũ statum restituti. Tertium miraculum fuit ibi, quia pars orientalis Solis primò fuit obscurata, & iterum vltimò illuminata: econtrario autem modo fit eclipsis naturalis. t [Super vniuer.] Hic accipitur pars pro toto, eclipsis enim Solis non potest esse vniuersalis. Et propter hoc quòd dicitur, Super vniuersam terram, intelligendum est de terra Iudææ. v [Vsque ad

De tenebris i Christi morte.

horam nonam.] Ex quo patet, quòd Luna fuit immobilis sub Sole per tres horas, & in hoc fuit quartum miraculum illius eclipsis: quia in naturali eclipsi Luna cõtinuè mouetur sub Sole. x [Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Hely, hely, lammasabacthani.] Et in Hebræo idem est quòd Deus, & iota litera Hebraica adiuncta facit significare cum hoc, meus, & ideo hely idẽ est quòd Deus meus. Lamma est vna dictio per se, & idem valet quod Quare in Latino: sabacthani nõ est vna litera quia non significat idem quòd Dereliquisti me, sed debet præponi eidem quædam litera quę vocatur ayn, & sonat sicut, a, formatũ in gutture. Vnde debet sic scribi, asabacthani & tunc significat idem quòd dereliquisti me, sed per ignorantiam scriptorum corrupta est litera in Latinis libris. Dixit autem Christus se derelictum à Deo Patre: quia dimittebat eum in manibus occidentium. z [Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant] scilicet milites ipsum custodientes, qui erant gẽtiles, propter quod linguam Hebraicam ignorabant, dicebant, a [Eliam vocat iste. Et continuò currens vnus ex eis &c.] Sequentia patent vsque ibi, b [Iesus autem iterum clamãs voce magna emisit spiritum.] Ex quo patet ꝙ illa vox nõ fuit naturalis, sed miraculosa, quia homo magno cruciatu & longo afflictu, & ex tali afflictione, morti sic proximus, non posset sic clamare virtute naturæ. c [Et ecce velum,] Hic secundò declaratur perturbatio elementorum inferiorum, quia ad motũ terræ, & aëris, velum templi scissum est. Illud autem velum, erat secundùm aliquos in introitu templi, prohibens aspectum eorum qui erant intra templum, & ideo per talem scissionem, declarata est impletio veritatis in morte Christi, quæ latebat in figuris veteris Testamenti. Secundùm alios verò, non fuit velum quod erat in introitu templi, sed velum quod erat intra templũ, inter sanctum, & sanctum sanctorum, & scissio eius idem signat, quòd prius dictum est, hoc dicunt communius doctores. De vtroq; velo dictum fuit plenius Exod. xxv. d [Et terra mota est.] quasi non potens sustinere mortẽ Christi. e [Et petræ scissæ sunt] in signum huius, ꝙ corda quantumcunque dura deberent Christo morienti compati. f [Et monumenta aperta sunt] ex terræ motu, ad denotandum quòd resurrectio Christi propinqua erat, & aliorum cum ipso resurgentium. g [Et multa corpora Sanctorum qui dormie. surrexerunt] non tunc, quando monumenta aperta sunt, scilicet hora mortis Christi, sed posteà, quando resurrexit, quia cum eo surrexerunt tanquam testes suæ resurrectionis, & hoc est quod subditur, h [Et exeuntes de monumẽto post resurrectio. eius,] id est Christi. i [Venerunt in sanctam ciuitatẽ] Ierusalem, quæ dicebatur sancta propter templum diuino cultui deputatum, quod erat ibi. k [Et

Quõ Christus dicitur à Patre derelictus.

k [Et apparuerunt multis.] ad declarationem dominicæ resurrectionis. l [Centurio] hic ponitur assistentium confessio. Et primò Centurionis, & suæ societatis, qui videntes signa prędicta in morte Christi confessi sunt veritatem suæ diuinitatis, dicentes, m [Verè filius Dei erat iste] & per consequens eiusdem naturæ cū eo. Secundò ponitur confessio mulierum deuotarum, quæ confitebantur eum facto, quantùm assistebant ipsi morienti, quod non audebant facere Apostoli, quia solus Ioan. legitur ibi stetisse, & hoc est quod dicitur, n [Erat autem, &c.] Contrarium videtur Ioan. xix. vbi dicitur, quòd stabant iuxta crucem. Dicendum, quòd erant longè respectu militum Christum crucifigentium, & custodientium: sed prope erant respectu aliorum astantium, non tamen erant ita longè quin possent eum loquentē audire quando dixit matri suę, Mulier ecce filius tuus &c. o [Quæ secutæ erant Iesum à Galil.] ex deuotione, quam habebant ad audiendum verbum eius. p [Ministrantes ei.] necessaria vitæ suæ, de facultatibus suis. Iste enim erat mos Iudæorum, quòd necessaria vitæ administrabant doctoribus. q [Inter quas erat Maria Magdalene.] sic nominata à Magdalo castello. r [Et Maria Iacobi & Ioseph mater.] Ista erat soror Mariæ matris Christi. s [Et mater filiorum Zebedęi,] id est Iacobi & Ioannis. t [Cùm autem serò factum esset.] hic describitur ipsius Christi mortui deuota tumulatio, vbi duo ponuntur. Primum est, sepelientium deuotio. Secundum, Iudæorum malignātium machinatio: ibi, Altera autem die. Circa primum aduertendum, quòd licet mors Christi fuerit ignominiosa, vt patet ex prædictis, sepultura tamē eius fuit nobilis, & sumptuosa. Cuius ratio est, quia passibilitatem & humilitatē assumpsit Christus propter nostram redēptionem: & ideo ipsa completa in sua morte, prædicta debuerunt cessare, & ea quæ sequebātur, quodammodo ad gloriam suæ resurrectionis pertinere. Vtrunque autem fuerat prædictum, per Isaiam prophetam, de turpitudine mortis eius Isa. liiij. Tanquam ouis ad occisionem dūcetur, &c. Et sequitur ibidem, Cum sceleratis deputatus est. De nobilitate sepulturæ eius dicitur Isa. xi. Radix Iesse quæ stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Hoc est ergo quod dicit hîc, Cùm autem serò factum esset, quia circa vesperam feriæ sextę, depositus est de cruce. v [Venit quidam homo diues.] & propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatum: quia erat nobilis & vnus de curia: vt habetur Luc. xxij. cap. x [Ab Arimathæa.] Ista est ciuitas quæ j. Reg. dicitur Arimatha: de qua fuit oriundus Samuel. y [Nomine Ioseph] nomen autē eius exprimitur: quia erat homo famosus. z [Qui & ipse disc. erat Iesu.] occultè tamē, ne expelleretur de synagoga: quia secundū quòd dicitur Ioan. xij. ex principibus multi crediderunt in Iesum. Sed propter Pharisæos non confitebantur, ne de synagoga eiicerentur. a [Hic acces. ad Pilatum] deposito enim timore confidenter petiit corpus Iesu, ad sepeliendum honorificè. c [Tunc Pilatus iussit reddi corpus] tum quia Ioseph erat homo valens & nobilis: propter quod Pilatus petitioni eius voluit adquiescere: tum quia sciebat Christum crucifixum iniustè. d [Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda,] hoc est in panno lineo mundo, propter quòd corpus Christi non consecratur in altari super pannū sericum sed lineum: quia corpus Christi in sepulchro tali panno fuerat inuolutum: f [Et posuit in monum. suo.] quod erat sumptuosè factum. g [Nouo.] quia si aliquis fuisset ibi antesepultus, calumniari posset à Iudęis, quòd ille resurrexisset & non Christus. h [Quod exciderat in petra] ea ratione factum est hoc, ne si Christus fuisset sepultus in terra, diceretur à Iudæis quòd discipuli rapuissent corpus eius, fodientes in terra de subtus per viā subterraneam. i [Et aduol. saxum mag.] quod nō posset de facili amoueri, ne aliquis veniens posset rapere corpus Christi. k [Ad ostium monumen.] Monumentum illud factum erat ad modum cuiusdam domunculæ, in cuius medio erat sepulchrum: & in domuncula erat quoddam ostiolum ad habendum illuc ingressum. l [Erant autem ibi Ma. Mag. & altera Maria.] Assistentes sepelientibus Christum ex deuotione, & ad vidēdū qualiter possent reuerti ad ipsum inungendū. m [Altera aut.] Hic ponitur Iudæorū machinatio, quia impetrauerunt custodiri sepulchrum, ne discipuli Christi raperent corpus eius, & diuulgarent eum resurrexisse. Sed quia non est consilium contra dominum vt dicitur Prouerb. xxj. cap. ideo factum Iudæorum magis fecit ad oppositum, scilicet ad certitudinem dominicę resurrectionis: quia ab ipsis custodibus testificata est: vt habetur in sequenti capit. & hoc est magnum, scilicet habere testimonium ab aduersariis: dicit ergo, [Altera autem die quæ est post pa.] id est sabbato, quia feria sexta in qua passus est Christus, dicta est parasceue, id est præparatio: quia illa die prępar abātur cibaria pro sequenti die. In crastino igitur dominicæ passionis, n [Conuenerunt prin. sa. & Pha. ad Pil. dic. Domine recordati, &c.] patet litera vsque ibi, o [Ait illis Pilatus, Habetis custodiam.] i. concedo quòd accipiatis milites ad custodiendum eum, pro voluntate vestra. p [Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum] militibus armatis. q [Signantes lapidem] sigillo suo, ne aliquis posset ingredi sine scitu eorum, &c.

✶

EXSPOSITIO MORALIS.

MAne autem facto, &c. sequitur, e [Tunc videns Iudas, &c. quòd damnatus esset, &c.] Origen. Si quæ rem locum pœnitentiæ requisisset, & tempus pœnitentiæ obseruasset, forsitan inuenisset eum qui dicit, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. n [Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.] Augustin. Peregrinis, quia sine domo patria & toto orbe exules iactantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos dicimus esse deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt. x [Iesus autem stetit ante præsi. &c.] sequitur, c [Et non respondit ei ad vllum verbum.] ratio dicta est cap. præcedenti secundùm August. & Hieron. vel ideo nihil respondit, ne crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis vtilitas differretur. n [Principes sacerdotum, & seniores persua. populis, &c.] Ori. Est & nunc videre quomodo populus Iudæorum à senioribus suis & Iudaicæ culturæ doctoribus suadetur & excitatur aduersus Iesum, vt perdant eum. Et hodie in locis pluribus fit idem aduersus membra eius. x [Innocens ego sum à sanguine iusti huius.] Leo Papa, Excessit ergo Pilati culpam facinus Iudæorum: sed nec ipse euasit reatum, qui relinquit proprium iudicium, & in crimen transit alienum. y [Tunc dimisit illis Barabbam, &c.] Hylarius, In quo arcanum infidelitatis futuræ ostendit, scilicet antichristum Christo præferendum. a [Tunc milites præsidis suscipientes &c.] Chrysostom. Quæ igitur erit nobis cura de cætero, si contumelias ab aliquo patiamur, postquàm Christus hæc passus est? Etenim quod fiebat in Christo, vltimus contumeliæ terminus erat: nec vna particula tantùm: sed vniuersum corpus patiebatur iniurias. Caput per coronam, & manus per arundinem, & colaphis facies: quia conspuebantur genæ, & alapis cædebantur. Corpus totum per flagella denudatum, & circundatione chlamydis ad fictam adorationem. Manus per arundinem, quam dederunt ei pro sceptro, ac si timerēt ne permitteret aliquid grauissimæ præsumptionis. Moraliter: Rabanus, Caput Christi Deus: igitur calamo Christi caput percutiunt, qui diuinitati eius contradicentes, errorem suum authoritate sacræ Scripturæ, quæ calamo scribitur, formare conantur. Spuunt in faciem eius, qui præsentiam gratiæ suæ verbis execrandis respuunt, & eum in carne venisse denegant: falsò autem illum adorant qui in eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt: q [Et duxerunt eum vt crucifig.] extra ciuitatem, vt per hoc ostenderetur quòd pro totius mundi salute patiebatur. Hebræo. xiij. capit. Iesus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est. r [Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum &c.] Hieronymus, Mysticè crucem suscipiunt nationes, & peregrinus obediens portabat ignominiam Saluatoris. t [Et dederunt ei bibere vinum cum felle mistum &c.] Hoc moraliter faciunt, qui membra eius amaritudinibus affligunt. y [Diuiserunt sibi vestimenta eius.] Hoc nequiter attentant, qui ecclesias spoliant. d [Tūc crucifixi sunt cum eo.] Remigius, Per istos duos latrones, designantur omnes qui arctiorem vitæ continentiam apprehendunt, quicunque enim in intentione placendi Deo hoc faciunt, designantur per illum qui à dextris Christi crucifixus est, qui verò pro appetitu laudis humanæ, vel aliqua minus digna intentione, per illum qui à sinistris. e [Prætereuntes autem blasphemabant &c.] sic & modò qui viam prætergrediuntur iustitiæ, non cessant illum blasphemare. i [Si filius Dei es, descende de cruce] Rabanus, Si autem tunc de cruce descenderet, virtutem patientiæ non demonstraret: sed expectauit, paululum irrisionem sustinuit: & qui de cruce descendere noluit, de sepulchro resurrexit. s [A sexta autē hora, &c.] Orig. sicut Moyse extendente manus in cælum, secutæ sunt tenebræ super Ægyptios: sic & Christo hora sexta manus extendente in cruce, ad cælum super populum qui clamauerat, Crucifige eum, factæ sunt tenebræ: & cùm hoc lumine priuati sunt in signum futurarum tenebrarum, quæ apprehensuræ erant Iudaicam gentem. y [Deus meus, vt quid dereliquisti me?] Glos. subtraxit captionem: sed non soluit vnionem. sic martyres manibus carnificum dereliquit, quos tamen charitate firmissima sibi iunxit. q [Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum.] Ostendens ex clamore supernaturali, quòd ex maxima charitate tradidit nostræ salutis pretium. e [Et ecce velum templi scissum est, &c.] Dei templum est fidelis anima. j. Corinth. iij. capit. Templum Dei sanctum est quòd estis vos. Cuius velum scinditur, quando velamen hypocrisis dissipatur. Terra mouetur quando terrenum desyderium in amorem cælestium commutatur, & petræ scinduntur: quando duritia cordis per pietatem emollitur: & mortui resurgunt, quando somnus pigritiei, ad boni operis exercitium excitatur. t [Cùm autem serò factum esset, &c.] Sequitur, v [Et petiit corpus Iesu.] Ille corpus postulat, qui pro digna receptione eucharistiæ, Deum suppliciter exorat. e [Et inuoluit illud in sindone munda] quando recipit mente pura. f [Et posuit illud in monumento suo nouo.] id est in corde per gratiam renouato. l [Et aduoluit saxum magnum ad ostium] quando ponit diligens obstaculum,

De scissione veli templi.

contra peccati recidiuum. Et mulieres sedent contra sepulchrum, cùm animæ deuotæ consyderant passionis Christi mysterium. m [Altera autem die, &c.] Sequitur, o [Iube ergo custodiri sepulchrum, &c.] Notandum quòd volentes impedire diuinam prouidentiam: cōtra suam intentionem promouent illam, sicut fratres Ioseph vendiderunt ipsum, ne adorarēt eū: & per hoc compulsi sunt eum adorare, secundum ordinē prouidentiæ diuinæ. Sic principes Iudæorum volentes impedire celebritatem nominis Christi, fuerunt valdè diligentes de custodia sepulchri: & per hoc celebrata est fama de veritate suæ resurrectionis: & per consequens sui nominis. p [Et erit nouissimus error priore] veritatem ignoranter dixerunt, sicut & Caiphas. Nam error eorum quo milites pecunia corruperunt, vt furatum corpus Christi mētirentur, peior fuit errore quo petierunt custodiā sepulchri, ne discipuli corpus Christi furarentur, &c.

De volentibus impedire diuinam prouidētiam.

QVAESTIO LXVII.

Circa Christi passionem quæ habetur Mat. xxvj. oritur quæstio: vtrum fuerit conueniens Christum mori? Arguitur quòd non: id enim quod est principium in aliquo genere, non disponit per id quod est contrariū illi generi: sicut ignis qui est principium caloris, non potest esse frigidus: sed filius Dei, scilicet Christus, est Dei principium & fons vitæ, ergo non fuit conueniens Christum mori. In oppositum Ioā. xj. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo: per quem hominē intelligitur Christus. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd verū est, non secundùm quòd homo: secundùm tamen quòd Deus. Ad quæstionem respondendum secundùm Card. de Turrecre. super euangeliis per duas conclusiones. Prima est, Decens fuit Christum mori, vt veritatem naturæ assumptæ demonstraret. Secunda, Conueniens fuit Christum mori, vt à mortuis resurgendo virtutem suam ostenderet, quæ mortem superauit, & nobis spem resurgendi à mortuis daret.

Feria secunda post dominicam palmarum, Euangelium, Ioannis xij. capitulo.

In illo tempore, ante sex dies paschæ, [b] venit Iesus Bethaniā, [c] vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit Iesus. [d] Fecerunt autem ei cœnam ibi, [e] & Martha ministrabat. [f] Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. [g] Maria ergo [h] accepit libram vnguenti [i] nardi [k] pistici [l] pretiosi, [m] & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, [n] & domus impleta est ex odore vnguenti. [o] Dixit ergo [p] vnus ex discipulis eius †Iudas Iscariotes, [q] qui erat eum traditurus, [r] Quare hoc vnguētum non væniit trecentis denariis, [s] & datum est egenis? [t] Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, [v] sed quia fur erat, & loculos habens, [x] ea quæ mittebantur [y] portabat. [a] Dixit ergo Iesus, b Sinite illam, [c] vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. d Pauperes enim semper habetis [e] vobiscum, me autem non semper habebitis. f Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset. [g] Et venerunt non propter Iesum tantùm h sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.

Iudas Iscariotes. Iudas superbus, elatus fur occultus, & cupidus, proditor, indignatus est in Mariam Magdalenam, q illa vnguēto pretioso pedes Saluatoris inungeret q murmurans dicebat melius fuisse vendidisse vnguentū & pauperibus pretiū dari: seddare nolebat, sed furari. Et ex hac hora Christum prodere cœpit, quem postea Iudæis vendidit: vt habetur Mar. xiiii. Iudas Iscariotes vnus ex duodecim, abiit ad sūmos sacerdotes, vt proderet eum illis.

POSTILLA.

In illo tempore, ante sex dies, &c. Pro declaratione huius lectionis Euangelicæ est intelligendum quòd occasio mortis Christi fuit inuidia Iudæorum, ex fama & gloria Christi. Diuiditur autem hæc lectio Euangelica in duas partes: quia primò ponitur glorificatio Christi ab amicis familiaribus. Secundò à turbis vulgaribus: ibi, Cognouit ergo turba. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur obsequium Christo factum ab amicis in generali. Secundò à Maria in speciali: ibi, Maria ergo. In prima parte dicitur sic, a [Ante sex dies paschæ.] Immediatè enim post suscitationem Lazari, Iudæi diffinierunt occidere Christum, vt prædictum est: & ideo recesserat, quousque appropinquaret pascha, in quo immolabatur agnus paschalis: vt sicut Christus, qui est agnus verus, immolaretur pro nobis immediatè post immolationem agni paschalis figuralis, vt veritas figuræ succederet. b [Venit Iesus Betha.] quæ est prope Ierusalem ad duo miliaria. c [Vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus.] Illuc enim venit, vt ex memoria miraculi ibidem facti, turba populi moueretur, ad eum honorificè recipiendum in Ierusalem ante passionem suam: sicut fuerat prædictum per Zachariam prophetam, ix. capitu. Exulta filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit, &c. d [Fecerunt autem ei cœnam ibi.] homines illius loci. Et fuit hæc cœna in domo Simonis leprosi, vt communiter tenent doctores: fuerat tamen prius à Christo curatus, sed

Vbi fuit facta cœna.

nomen remanſerat ad memoriā miraculi. Origenes autē dicit quòd illa cœna fuerat in domo Marthę: quod probat ex eo quod ſubditur, e [Et Martha miniſtrabat] Sed poteſt dici quòd iſte Simon erat vicinus Marthæ: & propter hoc ipſa miniſtrabat in domo eius: ſicut homines ſolent facere in domibus amicorum ſuorum, & maximè propter reuerentiam ipſius Chriſti comedentis ibidem. f [Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.] inuitatus à Simone. Hoc autem factum eſt ad declarationem veri miraculi de eius ſuſcitatione.

Obſequiū Chriſto impenſum.

g [Maria ergo] hic deſcribitur obſequiū Chriſto impenſum à Maria in ſpeciali. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur Mariæ deuotio. Secundò Iudæ indignatio ibi, Dicit ergo vnus. Tertiò eius reprehenſio ibi, Dixit ergo Ieſus. In prima dicitur ſic, (Maria ergo) ſcilicet ſoror Lazari. h [Accepit libram] in quo notatur quantitas vnguenti. Non eſt veriſimile quòd eſſet aliquid craſſæ materiæ, ſicit vnguēta communiter dicta, quia indecens eſſet tale quid ponere ſuper caput hominis ſedentis in menſa. Maria autem nō ſolùm vnxit pedes domini: ſed etiam caput: vt Matth. exprimit, xxv. & Marc. xiiij. licet hoc omittatur. Et ideo dicēdum,

Duæ opiniones de vnguēto.

quòd hic vocatur vnguētum, liquor pretioſus de aromatica herba expreſſus, ſicut aqua roſacea de roſis exprimitur. Aliter dicitur quòd fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica, i [Nardi.] nomen eſt herbæ nigræ aromaticæ habentis ſpicas: propter hoc dicitur Mar. xiiij. Nardi ſpicati: & de illis ſpicis extrahebatur liquor prædictus per artificium, vel naturam ſecundùm alios. k [Piſtici.] ſecundùm Auguſt. nomen eſt loci vbi creſcit herba, vnde talis liquor exprimitur: ſed melius dicitur piſtici, id eſt fidelis: piſtis enim Græcè fides eſt Latinè: hoc eſt dictum, quod ille liquor eſt purus & verus, non habēs aliquid aliud admiſtum nec ſophiſticatus. l [Pretioſi:] quia valebat trecentos denarios, vt habetur Mar. xiiij. cap. id eſt trecentos numos vſuales: erat enim liquor ille refrigeratiuus & confortatiuus membrorum, & valdè odoriferus. m [Et vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis] ordine econuerſo factum fuit quàm hic ſcribitur: quia primo lauit pedes eius, & exterſit: & poſtea vnxit.

Pretiū vnguenti.

n [Domus impleta eſt ex odore vnguenti.] Ex quo patet pretioſitas vnguenti: & deuotio Mariæ expendentis rem tam pretioſam in obſequium Domini. Vtrum autem iſta fuerit mulier de qua narrat Lucas, dictum fuit ſuprà in capitulo præcedenti. o [Dixit ergo, &c.] Hic ponitur Iudæ murmuratio: cum dicitur. p [Vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes.] Hoc dicitur ad differentiā alterius Iudæ. q [Qui erat eū traditurus.] Licet enim primò fuerit bonus, quando vocatus fuit ad Apoſtolatum, vt ſuprà dictum eſt, tamen poſteà lapſus eſt in peccatum: quod autem Dominus in ſua ſocietate tolerauit eū, dedit nobis exemplum tolerandi malos. r [Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denariis], id eſt venditur. Vnde verſus, De re quæ vænit gratia nulla venit: habet enim ſenſum paſſiui, ſub voce actiua. s [Et datum eſt egenis] hoc dixit ſimulās pietatem ad operiendum ſuam cupiditatem: propter quod ſubdit Euangeliſta. t [Dixit autē hoc non quia de egenis pertinebat ad eum], i. de illis non curabat: licet enim portaret ea quę dabantur Chriſto ad dandum pauperibus, non tamē faciebat, ſed retinebat ſibi, ideo ſubditur, v [Sed fur erat & loculos habens.] in quibus abſcondebat ea quæ dabantur, & in alios vſus expendit: vnde ſubditur, x [Ea quæ mittebantur.] id eſt Chriſto dabantur ad ſubueniendum neceſſitatibus Chriſti & diſcipulorum eius, & ad dandum pauperibus. y [Portabat], id eſt officium portandi & ſeruandi habebat ad iſtos vſus: licet hoc infideliter ageret. Ex hoc patet quòd Chriſtus & diſcipuli eius, de eleemoſynis viuebant. Sciendum etiam quòd iſta portatio pecuniæ in via non pertinet ad perfectionem, ſed Chriſtus hoc faciendo, ſuſcepit perſonam infirmorum, eis condeſcendens, ſicut fecit ſe abſcondendo à Iudæis: vt ſuprà dictum eſt, viij. & x. cap. Et hoc habetur extra de verborum ſignificatione, libro vj. capit. Exiit qui ſeminat. Et propter hoc malè arguunt illi, qui ex hoc loco dicunt, quòd habere aliqua mobilia in communi, ad perfectionem pertineat. Poteſt autem hîc quæri, quare Chriſtus permiſit Iudam portare pecuniam relictam, cùm ſciret eum latronem? Dicendum quòd à principio, quando fuit ſibi traditum portandi officium, latro non erat, & quamuis Chriſtus ſciret eum futurum latronem, tamen tradidit ſibi iſtud officium, quia minor erat inter Apoſtolos alios: propter quod vltimus inter eos nominatur: vt patet Matth. x. & Marc. iij. Talibus enim temporalia ſunt tradenda: maiores autem debent circa doctrinam & ſpiritualia occupari. Propter quod in primitiua Eccleſia Apoſtoli ſeptem Diaconos ordinauerunt ſub eis, ad temporalia adminiſtranda, vt ipſi Apoſtoli liberius poſſent intendere orationi & prædicationi: vt habetur Act. vj. capit. a [Dicit ergo.] Hic ponitur Iudæ reprehenſio, cum dicitur b [Sinite illā] q.d. non habetis cauſam ſufficientem murmurandi, quia egit opus bonum. Vnde patet quòd Iudas non ſolū murmurauit, ſed etiā alij diſcipuli, vt habetur Mat. xxvj. & Marci xiiij. Veruntamen quia fuerunt incitati per Iudā & iterum moti pietate, Iudas autem cupiditate, ideo Ioānes ſolùm nominauit Iudā. c [Vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud] Nō loquitur de hoc, quod iā erat effuſum ſed de alio ſimili. q.d. Illud quod ſepulturæ meæ prępárauit, illud reſeruabit, quia nō poterit illud in me expēdere, pręuēta acceleratione reſurrectionis meæ, quia quādo venit ad monumētū,

ad vngendum corpus domini, Christus iam resurrexerat, vt patet infrà cap. xx. Matth. autem hoc expressius dicit, Præuenit vngere corpus meum in sepulturam, & ideo exprimitur hic obscurius, cùm dicitur, Sinite illā, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. q.d. Dimittēda est nunc facere, quod tunc faceret, si posset, & illud vnguētum tunc seruabit in loco istius, nunc in me expensi. Et quia Iudas ita murmurando, & alios ad hoc incitando causam pietatis prætenderat, ideo hanc excludit dicens, d [Pauperes enim semper habetis vobiscum.] q. d. Potest recuperare ad benefaciendum pauperibus, sed non poterat recuperare ad inungendum me corporaliter, propter quòd sequitur. e [Me autem non semper habebitis,] s. præsentia corporali, ad habitandum in carne passibili, quæ indiget tali vnctione. Per hoc patet quòd aliquod opus minus necessariū, potest præponi magis necessario, quādo imminet casus, quòd istud minus necessariū non potest alias recuperari. f [Cognouit ergo tur. mul. ex Iudæis quia illic esset] Hic consequenter ostendit qualiter Christus fuit honoratus à turbis, visitando eū, cū dicit, Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quòd illic esset. Bethania enim erat prope Ierusalē ad vnam leucam: & ideo de facili poterant hoc cognoscere. g [Et venerunt nō propter Iesum tātum.] In hoc innuitur duplex causa, vna propter ipsum Iesum reuerenter visitandum, alia quæ subditur, h [Sed vt Lazarū viderēt, quem suscitauit à mor.] Facta enim mirabilia libenter videntur. Mirabilissimū autem erat videre quatriduanum mortuum suscitatum, comedētem, & bibentem, & alia opera facientem, sperabant etiam audire ipsum referentem statum alterius vitæ, quem omnes scire desyderant.

Quomodo Christus non semper sit nobiscum.

EXPOSITIO MORALIS.

ANte sex dies paschæ. Alcuinus: Mysticè, quòd ante sex dies venit Bethaniā, significat, quòd ille qui sex diebus omnia fecerat, & sexto die hominē creauerat ipse sexta mundi ætate, sexta feria, sexta hora redimere mundum venerit. g [Maria ergo accepit libram vnguenti.] Exponatur sicut suprà Matt. xxvj. & Mar. xiiij. h [Sinite illam] eius approbando operationem, &c. Aliam expositionem scilicet Matthæi non inueni.

QVAESTIO LXVIII.

Quæstio de iteratione cōfessionis.

DOmus impleta est ex odore vnguenti. Ioan. xv. Super quibus verbis quæritur à doctoribus, quando, scilicet sit iteranda confessio? ad quod sanctus Bona. Ricar. & Astesa. lib. v. tit. xviij. dicunt quòd in pluribus casibus iteranda est, & primò si sacerdos non potuit absoluere: argumētū est, cap. ex hoc xxiij. q. ij. cap. latorem. Secundò si nesciuit discernere, & ideo quærendus est sacerdos sciens ligare & soluere, vt Aug. ait in lib. de pœ. di. vj. cap. qui vult, vbi dicitur, Qui vult cōfiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare & soluere, cùm negligens contra se extiterit, negligatur ab eo qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foueā cadant. Tertiò si cōtēpsit vel neglexit satisfacere, & oblitus est satisfactionē iniunctā: nā si sciret eā, & implere vellet, confessionem iterare tenetur, quia cōfessus est, non cōtritus, existens in proposito non deserendi peccatū. Sunt alij duo casus. Vnus est propter peccati obliti recordationem. Alius est propter recidiuationem, in quibus sanum consilium esset, quòd pœnitens omnia iteraret, quando sacerdotem mutat, vel quando reuertitur ad eūdem, qui propter diuturnitatem peccati eius est oblitus. Non credo tamen quòd teneatur, nisi in generali talia peccata narrare, vt si dicat se peccasse, & cōfessum fuisse, & sibi talem pœnitentiam iniunctam fuisse. Et sic satis patuerit eius conditio, & ingratitudo: tamen addit se super hoc commisisse peccatum, vel recordatum esse. Vltimò iteranda est confessio, si nō fuit integra, quia sciēter pœnitēs tacuit aliquod mortale peccatum, quia tunc nō contritus apparet, & ideo iteranda est confessio, vt paulò ante dictum est.

Duo casus quibus est reiterāda confessio.

Feria iij. post Dominicam palmarum, Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Marcum, xiij. cap.

IN illo tempore, b erat pascha & azyma post biduū, c & quærebant summi sacerdotes, & scribæ quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. d Et cùm esset Iesus Bethaniæ in domo Simonis leprosi & recumberet, e venit mulier habens f alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi. Et fracto alabastro effudit super caput eius. g Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud vænundari plusquàm trecentis denariis, & dari pauperibus. & fremebant in eam. Iesus autem dixit, h Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata

est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere, me autem non semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit. Præuenit enim vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod hæc fecit narrabitur in memoriam eius: [i] & Iudas Iscariotes vnus ex duodecim, abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum oportunè traderet. [k] Et prima die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt māduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dixit eis, Ite in ciuitatem, [m] & occurret vobis homo lagenam aquę baiulans. Sequimini eum, [n] & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit, Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? [o] Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. [p] Vespere autem facto venit cum duodecim. Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus, Amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego? Qui ait illis, Vnus ex duodecim, [q] qui intingit mecum manum [r] in catinum. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo, Vę autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, Sumite: hoc est corpus meum. † [s] Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis, Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Amē dico vobis, quòd iam non bibā de genimine vitis, vsq; in diē illū, cum illud bibam nouum in regno Dei. [t] Et hymno dicto exierūt in montē Oliuarū. [v] Et ait eis Iesus, Omnes vos scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est, Percutiā pastorē, & dispergētur oues gregis. Sed postea quā surrexero, præcedā vos in Galilæā. [x] Petrus autē ait illi, [y] Etsi omnes scādalizati fuerint, sed nō ego. Amē dico tibi, quia hodie in nocte hac priusquā gallus bis vocē dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, Et si oportuerit me simul cōmori tibi, nō te negabo. Similiter autem & omnes dicebāt. [z] Et veniūt in prædiū cui nomen Geth-semani, & ait discipulis suis, Sedete hic donec orē. Et assumpsit secū Petrū & Iacobū, & Ioānē, & cœpit pauere & tędere & ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortē, sustinete hîc, & vigilate. Et cū processisset paululū, procidit sup terrā, & orabat, vt si fieri posset trāsiret ab eo hora, & dixit, [a] Abba Pater omnia tibi posibilia sunt, trāsfer calicē hūc à me, sed nō quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simō, dormis? Nō potuistis vna hora vigilare mecū? vigilate & orate, vt nō intretis in tentationē. Spiritus quidē prōptus est caro autē infirma. Et iterū abiēs orauit eundē sermonē dicēs. Et reuersus denuò inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati. Et ignorabāt quid responderēt ei. Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite. Sufficit, venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquēte, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, missi à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens, [b] Quem-

Hoc est corp' meū Dominus Iesus Saluator & redemptor noster salutiferum sacramētū eucharistiæ instituit cœna facta sub hac forma verborū, Hoc est corp' meū Deinde discipulis suis sub sacramēti specie se exhibuit, & apostolos sacerdotes creauit .i. quę & consecrare docuit. De huius saluberrimi sacramenti institutione, habetur de cō. dist.ii.c.qa corpus assumptum ablaturus erat ab oculis omnium & illaturus syderibus necessariū erat vt in cœna sacramētum corporis & sanguinis consecraret.

cunque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum, [c] & ducite eum cautè. Et cùm veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait, Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eũ. At illi manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. Vnus auté de circunſtãtibus, educẽs gladiũ percuſsit ſeruum ſummi ſacerdotis, [d] & amputauit illi auriculã. Et reſpõdens Ieſus ait illis, Tanquã ad latronem exiſtis cum gladiis, & lignis, cõprehẽdere me. Quotidie eram apud vos in tẽplo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur Scripturæ. Tunc diſcipuli eius relinquentes eũ, omnes fugerunt: [e] adoleſcẽs autem quidã ſequebatur eum [f] amictus ſindone [g] ſuper nudo, & tenuerunt eum. [h] At ille reiecta ſindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdoté, & conuenerunt omnes ſacerdotes & ſcribę & ſeniores. [i] Petrus autem à longe ſecutus eſt eum, vſque in atrium ſummi ſacerdotis, [k] & ſedebat cum miniſtris ad igné, & calefaciebat ſe. [l] Summi verò ſacerdotes, & omne concilium, quærebãt aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim falſum teſtimoniũ dicebãt aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes falſum teſtimonium ferebant aduerſus eũ dicentes. Quoniam nos [m] audiuimus eum dicentem, Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & poſt triduum, aliud non manu factũ reędificabo. [n] Et non erat cõueniens teſtimonium illorum. Exurgẽs autem ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ieſum, dicẽs, Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab eis? Ieſus autem tacebat [s], & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? [o] Ieſus autem dixit illi, Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cũ nubibus cæli. [p] Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait, Quid adhuc deſyderamus teſtes? Audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum reum eſſe mortis, [q] & cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eũ cędere, & dicere ei, Prophetiza: & miniſtri alapis eum cædebãt. Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, & cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum ait, Et tu cum Ieſu Nazareno eras. At ille negauit, dicens, Neque ſcio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Rurſus autem cum vidiſſet eum alia ancilla, cœpit dicere circunſtãtibus, quia hic ex illis eſt. At ille iterũ negauit, & poſt puſillum rurſus qui [r] aſtabãt, dicebant Petro, Verè ex illis es, nam & Galilæus es. [s] Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis: [t] & ſtatim gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus, Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis, & cœpit flere. [v] Et confeſtim mane cõcilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & vniuerſo cõcilio, vincientes Ieſum duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens ait illi, Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum dicens, Non reſpondes quicquam? Vide in quantis te accuſant? Ieſus autem amplius nihil reſpondit, [x] ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtum ſolebat illis dimittere vnum ex vinctis, quem cunque petiiſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cùm aſcendiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpõdit eis, & dixit, Vultis dimittã vobis regem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per in-

Licet multi gladio percutientes & interficientes, non moniãtur gladio materiali, tamẽ ſuo gladio percũt, qa ꝓ peccato gladii ęternaliter puniuntur. Th. ii. ii. q. xl. art. ii.

Petrus negãdo Chriſtum directè per actualẽ cõtemptum charitatẽ nõ amiſit bene ſi indirectè cõmittendo aliqd contrariũ charitati propter aliquã paſsionẽ concupiſcentiæ & timoris, ſed eam citò recuperauit. Th. ii. ii. q. iiii. art. xii.

uidiam tradidissent eũ, summi sacerdotes. Pontifices autẽ concitauerũt turbam, vt magis Barabbã dimitteret eis. Pilatus autẽ iterum respondens ait illis, Quid ergo vultis faciã regi Iudæorum? At illi iterum clamauerũt, Crucifige eum. Pilatus autem dicebat eis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. Pilatus autẽ volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerũt eum intrò, in atrium prætorij, & conuocant totã cohortẽ, & induunt eum purpura & imponunt ei plectẽtes spineam coronam, [a] & cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum, & percutiebãt caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabãt eum. [b] Et postquàm illuserunt ei, exuerunt eum purpura, & induerũt eum vestimẽtis suis, & educũt illum vt crucifigerent eum, [c] & angariauerunt prætereuntem quẽpiam Simonem Cyrenæum, venientem de villa, [d] patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, Caluariç locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, [f] & nõ accepit, & crucifigentes eum, [g] diuiserunt vestimẽta eius mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret. [h] Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, & erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum: & cum eo crucifixerunt duos latrones, vnũ à dextris eius, & alium à sinistris, & impleta est scriptura quæ dixit, [i] Et cum iniquis reputatus est. [k] Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis tẽplum Dei, & in tribus diebus reædificas, saluum fac temetipsum, descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum senioribus & scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super terrã, vsque in horam nonã. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicẽs, Eli Eli lãma saba cthani? quod est interpretatũ, [l] Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? & quidã de circunstantibus audientes, dicebant, Ecce Eliã vocat. Currens autem vnus, & implens spõgiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit. [m] Et velũ tẽpli scissum est in duo, à summo vsque deorsum. [n] Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamãs expirasset ait, [o] Verè hic homo filius Dei erat. Erãt autem & mulieres de longè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei, et aliæ multæ quæ simul ascenderant cum eo Ierosolymam. [p] Et iam cum serò esset factum, [q] quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, [r] venit Ioseph [s] ab Arimathæa, nobilis [t] Decurio, qui et ipse erat expectãs regnum Dei, [v] et audacter introiuit ad Pilatum [x] et petiit corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur si iã obiisset. Et accersito Centurione interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Cẽturione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autẽ mercatus sindonẽ, et deponẽs eum, [y] inuoluit sindone, [z] et posuit eũ in monumẽto, quod erat excisum de petra, [a] et aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumẽti.

Christus non potuit malum facere, ratione plenitudinis gratiæ, & ratione diuinitatis vnitæ humanitati. de Or. in Senten.

Duo latrones, vnus ad dextrã alius ad sinistram Xpi cruci figuntur, ad denotãdum quod Christus facturus est, de viuis & mortuis. de Tur. cre. sup Euãg.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, erat pascha & azyma post biduum. Postquàm descripta est reductio peccatoris in Deum, per mediatoris prædicationem, hic consequenter describitur eadem reductio, per passionis suæ redemptionem. Et quia superius prędixit passionem suam per Iudæos inchoan-

dam, & per gentiles consummandam, ad quos tunc pertinebat iudicium sanguinis in Ierusalem: ideo primò describitur eius passio per Iudæos inchoata. Secundò per gentiles consummata, cap. sequenti. Circa primum quatuor per ordinem describuntur. Primum est, ipsius Christi venditio, non ex eius ignorantia, sed ex eius præscientia & voluntate. Secundò venditi traditio, non ex eius displicētia, sed charitate: ibi, Et prima die azymorum. Tertium, traditi comprehensio, non ex sua impotentia, sed mititate: ibi, Et adhuc eo loquēte. Quartum, cōprehensi condemnatio, non ex sua iniustitia, sed humilitate: ibi, Summi verò sacerdotes. Circa primam partem præmittitur venditionis occasio, quæ fuit duplex. Prima sacerdotum inuidia, & hoc ponitur in principio. Secūda fuit, Iudæ auaritia, qui voluit recuperare pretium vnguenti effusi, quæ ponitur ibi, Et cum esset Bethaniæ. Tertiò ponitur ipsa venditio ibi, Et Iudas Iscariotes. Secunda pars principalis incipit ibi, Et prima die azymorum, vt dictum est. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponitur paschale cōuiuium, ad proditoris reuocationem. Secundò instituitur eucharistię sacramentum, ad charitatis vnionem: ibi, Et manducantibus illis. Tertiò prædicitur discipulorū scādalum, ad eorum cōfirmationem: ibi, Et ait illis Iesus, Omnes vos scandalizabimini. Quartò describitur Christi desyderium, ad nostram redemptionē: ibi, Et veniunt in prædium. Tertia pars principalis huius capituli quæ incipit ibi, Et adhuc eo loquente, diuiditur in tres: quia primò describitur Iudæ fraudulētia. Secūdò Christi patientia: ibi, Vnus autē de circunstantibus. Tertiò discipulorum ignauia: ibi, Tunc discipuli relicto eo fugerunt. Quarta pars principalis quæ incipit ibi, Summi verò sacerdotes, diuiditur in quatuor: quia primò describitur accusatio Christi per falsos testes. Secundò eius condēnatio, per iniustos iudices: ibi, Exurgens autem summus sacerdos. Tertiò condemnati vituperatio, per malignos satellites: ibi, Et cœperunt quidā conspuere eum. Quartò negatio Petri, per tres vices: ibi, Et cū esset Petrus. Sententia autem huius totius capituli patet ex dictis Mat. xxvj. vbi ista sunt exposita, eodem ordine quo hic ponuntur, & sub eisdē verbis pro magna parte, & restant pauca exponenda, quæ discutientur. In prima parte principali dicitur, Erat autem pascha & azyma post biduum, &c. Solennitas autē paschalis Iudæorum celebratur xv. die primi mēsis: vt habetur Leu. xxiij. Hęc solennitas incipiebat à vespere illius diei, quādo immolabatur agnus: & tunc vescebātur azymis, vsque ad septimum diem. f [Alabastrum vnguēti nardi spicati.] Dicunt aliqui, quòd nardus est herba faciens spicas de cacumine, de quibus extrahitur liquor optimus, sicut aqua rosacea de rosa: & talis liquor vocatur hoc vnguentum. Alij dicunt quòd est frutex, vel arbor

Duplex vēditionis occasio.

Quid sit nardus secundū aliquorū opinionem.

paruula, & inde fluit vel extrahitur liquor, modo prædicto. k [Et prima die azymorum] de ista die est controuersia inter Græcos & Latinos, quæ plenius tractata est Mat. xxvj. & Ioan. xj. m [Et occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans.] Istud signum dedit, ad inueniēdum locum pro cœna. Et creditur quòd dominus illius domus, esset discipulus Christi occultus. n [Vbi est refectio mea] id est, agnus paschalis, quia dominus domus illius non solum prouidit de loco, sed de agno. o [Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum.] in illo cœnaculo pascha comederūt, & in illo post resurrectionem latuerūt discipuli, propter metum Iudæorum, & in illo spiritum sanctum receperunt in die pentecostes, vt habetur Act. ij. q [Qui intingit mecum manum in catinum.] Vas est fictile ad refrigerandum vinum, & in illo erat ius lactucarum agrestium, cum quo carnes agni debebant comedi, vt habetur Exo. xij. c. a [Abba pater] abba, & pater idem significāt, tamen vnum est Syrum & aliud est Latinum. Abba est proprium nomen Syrum seu Chaldaicum, & frequenter habetur in translatione Chaldaica. In tertia parte principali dicitur. c [Et ducite eū cautè] ne fortè rapiatur de manib⁹ vestris: quia populus cōmunis habet deuotionem ad eum. e [Adolescens autem quidam] quia iste nō nominatur hic: dicunt aliqui quòd fuit Iacobus frater Domini. Alij autem quòd fuit Ioannes Euangelista qui minor erat inter Apostolos. Alij autem dicunt quòd fuit quidam iuuenis de illa domo, in qua comederūt pascha. f [Amictus sindone] id est veste linea. g [Super nudo] scilicet corpore quia non habebat aliam vestem. In quarta parte principali dicitur, m [Audiuimus eum dicentem, Dissoluam templum hoc manufactum, &c.] falsum enim imposuerunt ei: quia hoc non dixerat, vt habetur Ioan. ij. sed sic dixerat, Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud, prædicēs mortem suam, in qua corpus eius quod erat templum deitatis, solutum est. Et si de materiali templo intelligatur, adhuc falsum imposuerunt, quòd absolutè dixerit, quod tamen conditionatè dixerat. Et ideo subditur, n [Et non erat conueniens testimonium illorum.] o [Iesus autē dixit illi, Ego sum.] Interrogatus de veritate diuinorum respondet, qui prius in aliis tacuerat, quia de diuinis non debet ita taceri veritas, si interrogetur, sicut de humanis. In quarta parte minus principali dicitur sic, r [Nam & Galilæus es.] hoc patuit suprà, s [Ille autem cœpit anat.] i. maledicere sibiipsi, si cognouisset Iesum. Vnde anathematizatio signat iuratione, quæ est per execrationem, scilicet quando aliquis imprecatur sibimetipsi malum pœnæ, si ita sit sicut imponitur ei. v [Et confestim mane concilium.] Hic consequenter describitur Christi passio per gentiles consummata, & primò describitur Christi crudelis occisio. Secundò eius

Christi passio p gentiles consummata.

fidelis & deuota tumulatio ibi, Et cũ serò esset factum. Prima in duas, quia primò describitur Christi iniqua condemnatio: secundò iniquæ sententiæ executio ibi: & postquam illuserunt. Prima in quatuor, quia primò Christus gentili iudici præsentatur. Secundò ab eo examinatur: ibi, Et interrogauit eũ Pilatus. Tertiò eius innocentia declaratur ibi, Per diem autem festum. Quartò iniquè condemnatur ibi, Pilatus autẽ volens satisfacere populo. Sententia istarum partium patet ex dictis Mat. xxvij. vbi ista ponuntur eodem ordine à principio illius capitis vsque prope medium, tamẽ aliqua sunt ibi interposita, quæ hîc omittuntur, quia Marcus breuitati studebat. b [Postquàm illuserunt.] Hîc consequenter describitur iniquæ sẽtẽtiæ latæ in Christum executio. Vbi primò ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. Secundò crucifixi illusio: ibi, Et prætereuntes blasphemabant. Tertiò illusi expiratio: ibi, Et facta hora sexta. Sententia istarum partium patet ex dictis Mat. xxvij. exceptis quæ sequuntur. d [Patrem Alexandri & Rufi.] Hic dicit Hieronymus quòd nomen istius Simonis hîc ponitur ratione filiorum suorũ, qui erant discipuli Christi. e [Et dabãt ei bibere myrrhatum vinum] dicunt aliqui quòd istud vinum dicitur myrrhatum, ex proprietate myrrhæ, quæ est amara, ista tamẽ amaritudo causatur ex admistione fellis. Alij tamen dicunt quòd nõ solum fuit ibi mistio fellis: sed etiam myrrhæ. f [Et non accepit.] Contrarium tamen videtur Ioan. xix. cap. vbi dicitur, Cùm accepisset Iesus acetum, ad quod dicẽdum quòd aliquid accepit ad gustandum modicum tamen, propter impletionem prophetiæ dicentis, In siti mea potauerũt me aceto: & quia illud quod modicũ est, quasi nihil reputatur, ideo dicitur hic quòd non accepit scilicet ad perfectè bibendum. b [Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.] Ioan. xix. cap. dicitur, Erat autem hora quasi sexta: secundùm verò veritatem erat hora media, inter sextam & tertiam: medium verò denominatur ab vtroque extremorũ: & ideo ab Euangelistis aliquãdo denominatur tertia: aliquando sexta. n [Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamãs expirasset, &c.] Videbat enim quòd illa vox non poterat naturaliter formari ab homine, sic propinquo morti, & ideo conclusit, quòd esset formata virtute Dei, dicens, o [Verè hic homo filius Dei erat. p [Et cùm iam serò esset factum.] Hic describitur ipsius Christi deuota tumulatio, vt patet sententia ex dictis Matth. xxvij. exceptis quæ sequuntur. q [Quia erat parasceue] id est præparatio, quia tunc erat feria sexta in qua præparabantur ea, quæ debebant comedi die sequenti. r [Venit Ioseph] ad sepeliẽdum Christum, antequam intraret sabbatum, in quo nõ erat licitum facere talia. s [Ab Arimathæa] quæ antiquitus dicta est Ramatha: de qua fuit Samuel: vt habetur primo Regum. t [Decurio] id est vnus de curialibus. Decuriones enim dicũtur, qui sunt de curia alicuius magni principis. Dicuntur etiam Curiones qui accipiunt curam plebis. v [Audacter introiuit ad Pilatum, & petiit, &c.] Prius enim erat discipulus Christi occultus propter metum Iudæorum, sed exemplo mortis Christi animatus, ostendit se publicè esse Christi discipulum, petendo eius sepulturam & exequendo. a [Et aduoluit lapidem ad ostium monumenti.] Circa enim sepulchrum erat quædam clausura, & ad ostiũ illius clausuræ fuit positus lapis magnus non à solo Ioseph, sed etiam ab aliis qui fuerunt cum eo in sepultura Christi.

Sententiæ latę ĩ Christum executio.

Christi potatio: est enim acetum vinũ, quod per vitium vasis in quo erat acescit. Hylarius.

Decurio quid.

EXPOSITIO MORALIS.

Erat autem pascha, &c. Theophilus, Dominus enim voluit in pascha se crucifigi: quia ipse erat verum pascha. c [Et quærebant summi sacerdotes, &c.] Adhuc aliqui de istis Christum persequuntur in membris suis. d [Et cùm esset in domo Simonis leprosi] per hoc ostenditur quòd prædicatores non debent abhorrere peccatores. e [Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati, &c.] Mulier ista rationabilis est anima, quæ frangit alabastrũ, cum rationabiliter domat corpus proprium: & quoniam hoc cedit in honorem Dei, effudit super caput Christi, j. Corinth. ij. Caput Christi, Deus. g [Erant autem quidam indignè ferentes.] Isti sunt similes illis, qui grauius portant expensas decem solidorum pro Christo, quàm quinquaginta vel centum pro mundo: ideo sequitur. h [Sinite eam] eius approbando operationem. i [Et Iudas Iscariotes, &c.] Beda, Multi hodie scelus Iudæ scilicet quòd dominum ac magistrum Deúmque suum pecunia vẽdiderit: veluti immane ac nepharium abhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus charitatis & veritatis vitam spernunt, Deum qui veritas & vita est, spernunt. k [Et prima die azymorum] sequitur. l [Et mittit duos ex discipulis suis, &c.] scilicet Petrum & Ioannem, vt dicitur Lucæ xxij. Per Petrum significatur actio bona, per Ioannem contemplatio deuota, qui præparant pascha, id est disponunt ad corpus Christi debitè sumẽdum. Præparant autem in cœnaculo, id est in homine per orationem in Deum eleuato, grandi longitudine longanimitatis, lato latitudine charitatis, strato varietate virtutis. p [Vespere autem, &c.] Per hoc autem quòd Christus in mensa denunciauit suum proditorem, designauit quòd multi proditoriè veniunt ad mensam suam. Hieronymus, Dic sacerdos, dic clerice, quomodo eisdem labiis deoscularis filium virginis, quibus deosculatus es filiam meretricis? O Iuda osculo filiũ hominis tradis. r [Et manducantibus illis accepit Iesus panem & bene-

Quid significatur per Pet. & Ioannem.

dicens, &c.] Per Iesum, qui salus interpretatur, intelligitur bonus prælatus, Christi vicarius, de sua subditorumq; suorum salute sollicitus. Hic accipit panem, cùm diligenter studet sacram Scripturam, & benedicit quando Deo attribuit eius intelligentiam. Frangit autem & dat deuotè prædicando. Econtra de ignorante dicitur Trenor. iiij. Paruuli petierunt panem, & non fuit qui frangeret eis. s [Et accepto calice, &c.] per quem persecutio designatur in Scriptura. Hic calix sumitur patienter tolerando: & datur aliis ad simile exhortando. t [Et hymno dicto exierunt in montem.] Per hoc ostendens quòd ascendens ad vitam arctiorem, primò debet implorare clementiam diuinam. v [Et ait Iesus, Omnes vos scãdalizabimini. &c.] Chrysostomus, Carnale est cadere, sed diabolicum est iacere. x [Petrus autem ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego.] Communiter accidit, quòd illi qui aliis in virtute se præferũt, turpius aliis cadunt: ideo subditur, y [Amen dico tibi: quia tu hodie] in hac nocte. z [Et veniunt in prædium quod dicitur Gethsemani] quod interpretatur vallis pinguedinis, ideo significat humilitatem gratiosam: per hoc igitur quòd Christus orauit ibi humiliter, significatur, quòd oratio humiliãtis se veraciter Deo est accepta. Eccles. xxxv. Per hoc autem quòd dicitur Dominum hîc ter orasse, docuit nos orare perfectè, quia perfectio consistit in tribus: scilicet in principio, medio, & fine. a [Quemcunque osculatus fuero ipse est, &c.] Amicitiæ signis proditores vtuntur, vt eorum dolus latentius peragatur. d [Et amputauit illi auriculã, &c.] Hoc signum fuit de aure mentis eorum amputãda, sicut patet per effectum: quia nihil audire volũt de salute sua. i [At ille relicta sindone nudus profugit ab eis.] Beda, Qui vult fugere manus iniquorum, relinquẽs mente quæ mundi sunt fugiat post Christum: sicut Ioseph relicto pallio fugit de dominæ manibus impudicæ. i [Petrus autem à longè secutus est eum.] Beda, Meritò à longè sequebatur, qui erat de proximo negaturus, non enim negare posset, si Christo proximus adhæsisset. k [Et sedebat cum ministris.] Hieron. Atrium sacerdotis, est circuitus secularis, ministri, dæmones cum quibus qui sedet, non potest flere peccata. Ignis autem desyderium est carnis. l [Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium] Modus autem iniquorum est, aduersus innocentes quęrere testimonia, & recipere falsa. p [Sũmus autem sacerdos scindens vestiméta sua.] In hoc fuit significatum, quòd pręscindendum erat sacerdotium Iudæorum: sicut & stabilitas sacerdotij Christi per hoc, quòd eius tunica etiam à crucifigentibus eum, non fuit scissa. q [Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, &c.] Hieronymus, vt sputamitibus susceptis faciem animæ nostræ lauaret, & velamine faciei suæ velamen cordium nostrorum auferret. Et colaphis, quibus in capite percussus est, caput humani generis, quod est Adam sanaret: & alapis quibus expalmatus est, laus eius maxima manibus nostris labiisq; plauderetur: vt dicitur Psal. xlvj. Omnes gentes plaudite manibus. t [Et statim gallus cantauit, &c.] Hieronymus, Gallus lucis, quid est nisi Spiritussanctus, cuius voce in Prophetis & Apostolis de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum fletus, qui malè cogitauimus, & malè loquuti sumus proximo, & malè fecimus ad nosipsos? *Quid per gallum significet.* v [Et interrogauit eum Pilatus, &c.] Iustè traditi sunt Romano exercitui, qui Saluatorẽ tradiderunt Romanorum præsidi. x [Ita vt miraretur Pilatus] scilicet de eius patientia, quem audierat peritum in lege, & potentẽ ad omnia respõdere y [Pontifices autem & concilium, &c.] Adhuc hodie aliqui magis nituntur saluare & etiam promouere malos homines, quàm bonos. z [Pilatus autem volens populo satisfacere, &c.] sic faciunt mali iudices, pro fauore humano iustitiam subuertentes. a [Et cœperunt eum salutare, &c.] Ista faciunt multi in Ecclesia deuotè salutantes eum in apparentia: sed eum exspoliant bonis, & affligunt & percutiunt in membris suis. c [Et angariauerunt prætereuntem quempiam, &c.] Sic multi portant hodie in angaria crucem pœnitentiæ. e [Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.] Similiter hodie multi dant Christo bibere potum amarum. g [Diuiserunt vestimenta eius mittẽtes sortes, &c.] rapientes bona simplicium Christianorum. i [Et cum iniquis reputatus est.] Sic fit hodie in ipsius membris, per iustitiæ subuersionem in multis locis. k [Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, &c.] Hoc similiter faciunt detractores, bona facta membrorum Christi denigrantes. l [Deus meus, Deus meus, vt quid, &c.] Propter quod non debet mirari Christianus, si à Deo permittitur per malos tribulari: quia sic suo capiti cõformatur. m [Et velum templi scissum est in duo] j. Corinth. iij. cap. dicitur, Templum Dei sanctũ est, quod estis vos: & ideo velum huius templi scinditur: quando per compassionem mortis Christi, fideles ab omni terrenorum inordinato amore separantur. n [Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat] per hoc quòd iste gentilis confitebatur in Christo veritatem deitatis, significata fuit illuminatio futura gentium, & excæcatio Iudæorum. x [Et petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset: & accersito Centurione, &c.] Moraliter, Ioseph qui interpretatur accrescens, corpus Iesu petit, quando persona crescens in virtutibus, eucharistiam sumit. y [Inuoluit in sindone.] quando deuotionem suam abscondit ab humana laude. z [Et posuit eum in monumento] quia libẽter cogitat de ipso: quia monumentu

dicitur quasi monens mentem. Per hoc autem quòd sanctæ mulieres aspiciebant vbi poneretur, significatum fuit, quòd religiosæ personæ, quæ sunt in mundo mortuæ, debent cum eo per compassionem sepeliri, vt resurrectionis eius participes fieri mereantur.

QVAESTIO LXIX.

Quæstio de hostia cõsecrata.

SVmite: hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis.] Marci xiiij. Ex quibus verbis quæritur, Quid sit in hostia consecrata: quidve in mero existente in calice consecrato esse, credere debemus? Ad quod breuiter respondetur quia secundùm Gregor. in homil. paschali, in hoc sacramento, aliud est quod videtur, & aliud est quod intelligitur. Et illud quod cernitur, est species panis in hostia, & vini in calice. Sed illud quod creditur, est veritas carnis & sanguinis Iesu Christi. Intelligendũ tamen quod sub panis specie, quæ videtur in hostia quatuor esse creduntur. Primò creditur quidem ibi esse corpus Christi ex vi verborum: quia verba consecrationis, de solo corpore faciunt mentionem. Secundò est ibi sanguis Christi, ex concomitantia propinqua: quia licet anima non viuificet corpus, nisi sanguine mediante, tamen pertinet ad eandem naturam: & ideo concomitatur ipsum. Tertiò creditur ibi esse anima ex concomitantia propinqua: quia pertinet ad eandem naturam. Quartò est ibi deitas verbi ex concomitantia remota, quæ est diuinitas: licèt cum tribus præcedentibus faciant suppositum: vnum tamen non pertinet ad vnam naturam. Hæc etiam eadem quatuor in calice esse creduntur. Primò quidem est ibi sanguis ex virtute verborum: eò quòd verba consecrationis calicis, de solo sanguine faciunt mentionem. Secundò creditur ibi esse corpus Christi ex concomitantia immediata: quia corpus est sanguinis immediatum receptaculum. Tertiò creditur ibi esse anima ex concomitantia propinqua: quia pertinet ad eandem naturam humanam. Quartò creditur ibi esse diuinitas ex concomitantia remota: quia non pertinet ad eandẽ naturam, quãuis bene ad idem suppositũ. Quòd autem ista in hoc dignissimo sacramento sint, probatur per beatum Ambrosiũ, in li. de Sacra. qui ait, Illa quæ fuerunt in vtero Virginis, inueniuntur in hoc dignissimo sacramento. Ista quatuor insuper esse saluator ostendit Ioan. vj. c. di. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Per hoc enim quòd dicit panis, dat intelligere corpus, vnde ait, Caro mea verè est cibus, per hoc quod dicit viuus, dat intelligere animam per quam corpus viuificatur, & quia anima sine sanguine & vigore corpus viuificare non potest, ideo subintelligitur sanguis, idcirco infert, Sanguis meus verè est potus. Dicit autem, Qui de cælo descẽdi, propter diuinitatem. Ex quibus omnibus tria possunt elici documenta, secũdùm tres catholicas veritates. Primum documentum est, Cùm in primitiua Ecclesia sacramentum hoc sub vtraq; specie toti populo ministraretur, rationabilis fuit institutio moderna vt sub specie panis tantùm populus cõmunicaretur, propter multa pericula quæ acciderunt, quia non est sicut hæretici imaginãtur, vt sit tantùm corpus in hostia, & sanguis in calice imò corpus est in calice, & sanguis in hostia. Secundum documentum est, quia ex quo secundũ Greg. aliud est quod cernitur, & aliud quod creditur in hoc sacramento, adoratiõ non est dirigenda ad illud quod cernitur, scilicet ad species, sed ad id quod creditur tantum, quia illud est dignum damnatione, quod adorari non debet, nisi prius adoretur vel eleuetur à sacerdote, propter periculum idololatriæ, ex quo verba consecrationis meritò secretè proferuntur. Tertium documentum est, quòd licet propriè in hoc sacramento non videatur Christus, quia secundùm Gregorium aliud est quod cernitur, & aliud est quod creditur, nam ibi accidentia cernuntur, quæ non sunt in corpore Christi, sicut in subiecto, tamen non errãt fideles, quia dicunt in sacerdotis manibus se vidisse Deum, quia nullus errat, cuius verba possunt verificari. Eo modo verificatur diuina Scriptura, in qua dicitur quòd aliqui viderunt Deum oculo corporali, sicut Moyses vidit Deũ corporaliter cernendo rubum, sicut Exod. iij. c. scriptum est, nõ quòd ibi diuinitatem videret, sed quia diuinitas ibi assistebat in illo rubo, & ita corpus Christi suo modo & speciebus assistit, quæ in hoc sacramento cernuntur: & quia ista abscondita erant ab oculis eorum hominũ, ideo Saluator hodie dicit, vt habetur Marc. xiiij. capitulo, Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens, &c.

Quatuor sunt sub hostia cõsecrata.

Quo sub hostia est Christi anima.

Quo est Deus.

Etiam sub specie vini sunt quatuor.

Quomodo diuinitas.

Feria quarta post Dominicam palmarum, Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Lucam, vigesimo secundo capit.

IN illo tempore, [b] appropinquabat autem dies festus [c] azymorum, [d] qui dicitur pascha. [e] Et quærebant principes sacerdotum & scribæ [f] quomodo Iesum interficerent, [g] timebant verò plebem. [h] Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominatur Iscariotes, vnus de duodecim. [i] Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet

illum traderet. Venditio seu ipsa traditio facta Iudaeis nõ solùm facta fuit p Iudam, sed etiam facta fuit p Deum patrem volẽtẽ & permittentẽ p Iudã vendẽtem, & tradẽtem, p Iudaeos instantes dãtesque pretiũ cõuẽtum. Opus Patris bonũ fuit sed opus Iudę, & Iudaeorum malũ, quia eorum mala intẽtio est, mag. Sent. lib. iii. dist. ix. par. Christus ergo est sacerdos.

† eis. k Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniã illi dare, & spopondit, & quaerebat oportunitatẽ vt traderet illum sine turbis. l Venit autem dies azymorum, m in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? & dixit ad eos, n Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ, o occurret vobis homo amphoram aquae portans, sequimini eũ, in domum in quam intrat: p & dicetis patrifamiliàs domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet coenaculũ magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis Iesus, & parauerũt pascha, & cùm facta esset hora discubuit, & duodecim apostoli cum eo: & ait illis, q Desyderio desyderaui r hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. s Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd t non bibã de generatione vitis, donec regnũ Dei veniat. v Et accepto pane gratias egit, x & fregit, & dedit eis, dicẽs, Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. y Hoc facite in meam cõmemorationem. z Similiter & calicẽ postquam coenauit, dicẽs, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. a Veruntamen b ecce manus tradẽtis me, mecum est in mensa. c Et quidẽ filius hominis secundùm quod diffinitum est, vadit. d Veruntamen vae homini illi, per quem tradetur. e Et ipsi coeperunt quaerere inter se, f quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. g Facta est autem contentio inter eos, h quis eorum videretur esse maior? Dixit autẽ eis, Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autẽ non sic. Sed q maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui praecessor est sicut ministrator. i Quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? Nõne qui recũbit? k Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: l vos autem estis qui permansistis mecum m in tentationibus meis. n Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnũ, o vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo: p & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. q Ait autẽ Dominus Simoni, r Simon ecce Satanas expetiuit vos, s vt cribraret sicut triticum: t ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. v Et tu aliquando conuersus, x confirma fratres tuos. Qui dixit ei, y Domine tecũ paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, z Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. a Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamẽtis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, b Sed nunc qui habet sacculum, c tollat d similiter & perã. e Et qui non habet, f vendat tunicam suam & emat gladiũ: g dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod est scriptũ, oportet impleri in me, h Et cum iniquis deputatus est. i Etenim ea quae sunt de me, k finem habent. At illi dixerunt, l Domine ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis, m Satis est. n Et egressus, o ibat secundum consuetudinem p in montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli eius. Et cum peruenisset ad locũ dixit illis, q Orate ne intretis in tẽtationem. r Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. s & positis genibus orauit, dicens, t Pater, si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. v Apparuit autem illi Angelus de caelo, x confortans eũ. y Et factus in agonia, z prolixius orabat. a Et factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrẽtis in terrã.

[b] Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, [c] inuenit eos dormientes præ triſtitia: & ait illis, Quid dormitis? Surgite, & orate ne intretis in tentationem. [d] Adhuc eo loquente ecce turba, & qui vocabatur [e] Iudas, vnus de duodecim antecedebat eos, [f] & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi, [g] Iuda, oſculo filiũ hominis tradis? [h] Videntes autem hi qui circa ipſum erant [i] quod futurum erat, dixerunt ei, [k] Domine ſi percutimus in gladio? Et percuſsit vnus ex illis, ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Reſpõdens autem Ieſus ait, [l] Sinite vſque huc. [m] Et cum tetigiſſet auriculã eius, ſanauit eum. [n] Dixit autẽ Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes ſacerdotum & magiſtratus tẽpli & ſeniores, [o] Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus, cùm quotidie vobiſcum fuerim in templo, & non extendiſtis in me manus. [p] Sed hæc eſt hora veſtra, [q] & poteſtas tenebrarũ. [r] Cõprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotum. [s] Petrus verò ſequebatur eum à longè. Accenſo autem igne in medio atrio, & circumſedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, & eum fuiſſet intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens, Mulier non noui illum. Et poſt puſillum alius videns eum dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidã affirmabat, dicẽs, Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus eſt. Et ait Petrus, Homo neſcio quid dicis. Et continuò, adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuerſus Dominus, reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: quia priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amarè. [t] Et viri qui tenebant Ieſum illudebant ei, cædentes eum. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius. Et interrogauerunt eum dicentes, [v] Propheтiza, quis eſt qui te percuſsit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. [x] Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & principes ſacerdotũ & ſcribæ: & duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes, [y] Si tu es Chriſtus dic nobis. Et ait illis, [z] Si vobis dixero non credetis mihi. [a] Si autem interrogauero, non reſpondetis mihi, [b] neq; dimittetis. [c] Ex hoc autẽ [d] erit filius hominis ſedẽs à dextris virtutis Dei. [e] Dixerunt autẽ omnes, [f] Tu es ergo filius Dei? Qui ait, [g] Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt, [h] Quid adhuc deſyderamus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius. [i] Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatũ. [k] Cœperunt autem illum accuſare, dicentes, [l] Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, [m] & prohibentem tributa dari Cæſari, [n] & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille reſpõdens ait, [o] Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas, [p] Nihil inuenio cauſæ in [q] hoc homine. [r] At illi inualeſcebant dicentes, [s] Commouit populum docens per vniuerſam Iudæam, [t] incipiens à Galilæa vſque huc. [v] Pilatus autem [x] audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, [y] qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. [z] Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè: erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, [a] eò quòd audierat multa de eo. [b] Et ſperabat ſignum aliquod [c] videre ab eo fieri. [d] Interrogabat autem eum in multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ, conſtanter accuſantes eum. [e] Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, [f] &

Iudas credebat decipe Chriſtum, vt p oſculũ amicus æſtimaretur. Theophylus.

Viri qui tenebant Ieſum illudebant ei. Tã graue fuit Adæ peccatum q ſupplicia & tormenta quæ humanitas pati poſſet pateretur: ideo Saluator tot tãtaque ſupplicia ſuſtinuit quãtũ humanitas pati potuit: nã decẽs erat eum ſupplicia culpę ferre q culpam redẽpturus erat: quod factum eſt adeò inhumaniter q ipſe redẽptor à ſe videntibus leproſus videretur. Vnde Iſa. liii. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit & nos putauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à Deo & humiliatum.

illusit indutum veste alba.[g] & remisit ad Pilatum.[h] Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die.[i] Nam antea inimici erant ad inuicem.[k] Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentē populum, & ecce, ego corā vobis interrogans nullā causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eū accusatis. Sed neque Herodes:[l] nā remisit illum ad nos,[m] & ecce nihil dignū morte actū est ei.[n] Emendatū ergo[o] illum dimittā.[p] Necesse aūt habebat dimittere eis per diē festum vnum. Exclamauit autē simul vniuersa turba dicens, Tolle hūc, & dimitte nobis Barabbā. Qui erat propter seditionem quandā factā in ciuitate, & homicidiū missus in carcerē. Iterum autē Pilatus locutus est ad eos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamabāt, dicētes, Crucifige, crucifige eū. Ille autē tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū & dimittā. At illi instabant vocibus magnis, postulātes vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorū: & Pilatus adiudicauit fieri petitionē eorū. Dimisit autē illis eū, qui propter homicidium & seditionē missus fuerat in carcerē, quē petebāt, Iesum verò tradidit volūtati eorū.[q] Et cū ducerent eum apprehenderūt Simonem quendam Cyrenensem veniētem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.[r] Sequebatur autē illum multa turba populi & mulierū, quæ plangebant & lamentabātur eū. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit,[s] Filiæ Ierusalem[t] nolite flere super me, sed super vosmetipsas flete, & super filios vestros.[v] Quoniam ecce venient dies in quibus dicent,[x] Beatæ steriles,[y] & ventres qui non genuerunt,[z] & vbera quæ non lactauerunt.[a] Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos.[b] Quia si in viridi ligno hęc faciūt, in arido quid fiet?[c] Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.[d] Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & aliū à sinistris. Iesus autem dicebat,[e] Pater, dimitte illis,[f] non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus expectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes, Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebāt autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes, Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.[g] Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, Latinis, & Hebraicis, Hic est rex Iudæorum.[h] Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum dicens, Si tu es Christus saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicēs,[i] Neque tu times Deum, qui[k] in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè. nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum,[l] Domine, memento mei[m] dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi,[n] Hodie mecum eris in paradiso.[o] Erat autem ferè hora sexta. Et tenebræ factę sunt in vniuersam terrā, vsque in horā nonam & obscuratus est sol, & velū tēpli scissum est mediū, & clamans Iesus voce magna ait, Pater,[p] in manus tuas commendo spiritum meū, & hæc dicens, expirauit.[q] Videns autem Centurio[r] quod factū fuerat,[s] glorificauit Deum dicens,[t] Verè hic homo iustus erat, & omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant[v] percutientes pectora sua reuertebantur.[x] Stabant autem omnes noti eius à lōgè, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc vidētes,[y] & ecce vir no

Occidens iustū grauiter peccat. Primò, q̄a nocet eiq̄ quē plus diligere debet. Secundò q̄a priuat cōmunitatē maiori bono. Tertiò q̄a magis Deum cōtēnit. Th. ii. ii. q. vi. artic. i.

mine Ioseph, qui erat [z] decurio vir bonus & iustus, [a] hic non consenserat concilio & actibus eorum, [b] ab Arimathæa ciuitate Iudææ, [c] qui expectabat & ipse regnum Dei. [d] Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, [e] & depositum inuoluit in sindone, [f] & posuit eum in monumento exciso, [g] in quo nódum quisquam positus fuerat.

POSTILLA.

IN illo tempore, appropinquabat autem, &c. Postquàm Euágelista descripsit Christi prædicationem, hîc consequenter describit ipsius passioné, per quam solutum est pretium nostræ redemptionis. Vbi primò describitur maligna Christi comprehensio per explorationem Iudæorum. Secundò eius condénatio iniusta, per executionem gentilium cap. seq. Prima diuiditur in quatuor partes: quia primò describitur Christi venditio facta, non ex eius ignorantia, sed magis ex præscientia & voluntate. Secundò ipsius venditi traditio, non ex eius displicétia, sed ex charitate. Tertiò traditi comprehensio, non ex Christi impotentia, sed ex sua mititate. Quartò comprehensionis illusio, non ex eius iniustitia, sed humilitate, secunda ibi, Venit autem dies azymorú, tertia ibi, Comprehendentes autem eum, quarta ibi, Et viri qui tenebant eum illudebát ei, circa primum dicitur, b [Appropinquabat autem dies festus] i. solennitas paschalis, quæ celebratur primo mense, quintodecimo die mésis, vt habetur Leu xxiij. Incipiebat tamé à vespera præcedétis diei. c [Azymorú] quia fermentum, & fermentatú non debebant apparere in domibus Iudæorum septé diebus huius solennitatis. Exo. xij. cap. d [Qui dicitur pascha,] id est transitus, quia tunc tráfiuit Angelus Domini per Ægyptum interficiés primogenita Ægyptiorum, & Hebræos saluás. e [Et quærebant principes sacerdotum & scribæ] moti inuidia cótra Christum. f [Quomodo Iesum interficerét.] Licet enim hoc summè desyderarent, tamen erat eis difficile, propter fauorem populi ad Christum: ideo subditur, g [Timebant verò plebem.] scilicet ne contra eos insurgerét, sed potius in Christum manus mitterent, h [Intrauit autem satanas in Iudá] id est in animam Iudæ, non per illapsum, quia hoc est Deo proprium, sed per effectum, venditionem Christi ei suggerendo. i [Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum] motiuum Iudæ hîc tacetur, sed exprimitur Matth. xxvj. Ioan. xij. scilicet vt recuperaret valorem vnguenti pretiosi effusi super Christum, à Maria sorore Lazari. k [Et gauisi sunt] quia ille modus capiendi Christum per suum discipulum, videbatur magis possibilis & secretus. l [Venit autem dies azymorum.] Hîc consequenter describitur ipsius Christi venditi traditio: & primò ista traditio prænunciatur, secundò executioni datur, ibi, Et egressus ibat. Prænútiatio dictæ traditionis, facta est à Christo cùm cœnaret cum discipulis, & ideo primò describitur paschale conuiuium, secundò instituitur eucharistiæ sacramentum, ibi, Accepto pane, tertiò ponitur dictæ traditionis prænuntiatio, ibi, Veruntamen, quartò discipulorum informatio, ibi, Facta est contentio. Circa primum dicitur, Venit auté dies azymorum. Ista erat decimaquarta dies mensis primi, in cuius vespere debebát comedere agnum paschalem cum azymis panibus, m [In qua necesse erat occidi pascha.] Et accipitur hic pascha, non pro die solenni, sicut suprà, sed pro agno paschali, qui in illo vespere debebat occidi, n [Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem] scilicet Ierusalem. o [Occurret vobis homo amphorá aquę portans, &c.] In hoc dedit eis signum directiuú in præparatione conuiuij paschalis. p [Et dicetis patrifamiliàs domus, Dicit tibi magister, Vbi est, &c.] Hîc autem creditur fuisse Christi discipulus, & ideo prouidit de loco & de agno, & aliis necessariis in celebratione agni paschalis, vt dictum fuit plenius Mar. xiiij. cap. q [Desyderio desyderaui] i. valde desyderaui. r [Hoc pascha manducare] quia tunc finiuit vetus Testamétum, & inchoauit nouum, quod erat sibi in desyderium. s. [Dico autem vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei, &c.] quia post illam cœnam non comedit nec bibit: nisi post resurrectioné suam, in qua impletú est regnum Dei, quia tunc aperta est ianua, & Christus resurrexit ad vitam immortalem, & Christus cum multis comedit & bibit: ad probandum suæ resurrectionis veritatem, vt habetur infrà, xxiiij. t [Non bibam de generatione vitis.] generationem vitis vocat vinum, quia exprimitur de fructu vitis: v. [Et accepto pane.] Hîc cósequenter instituitur eucharistiæ sacramentum post legale cóuiuium, cum dicitur, Et accepto pane gratias egit. Per hoc ostenditur, quòd in consecratione huius sacraméti præexigitur deuotio & oratio. x [Et fregit, & dedit eis, dicés, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur.] Non est sic intelligendum, quòd prius frangeret, & daret discipulis, & posteà diceret verba consecrationis, sed magis econuersò, quia Christus dedit Apostolis suis corpus suum consecratum, & ideo prius dixit verba consecrationis, quæ sunt, Hoc est corpus meum, quia verba consecrationis efficiunt quod figurant. Posteà fregit & dixit, y [Hoc facite in meam cómemorationem] quia eucharistiæ consecratio, est quædá dominicæ passionis rememoratio, & propter hoc consecratur corpus separatum à sanguine, quia in passione sanguis

sanguis fuit separatus à corpore. Ideo subditur, z [Similiter & calicem.] Cætera autem quę ad illud sacramentum pertinent, tractãda sunt in quarto Sententiarum. a [Veruntamen.] Hic consequẽter Christus prænuntiat traditionem suam, dicens. b [Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.] Ex quo patet maxima ingratitudo & proditio Iudæ, qui ingerebat se comestioni cum Christo, quem non latebat sua proditio. c [Et quidem filius hominis] quia licèt sit Deus & homo, non tamen tradebatur, & patiebatur secundum diuinitatem, in qua impassibilis est. sed tantum secundùm humanitatem, secundùm quòd definitum est in prouidentia Dei, pro salute mundi. d [Veruntamen væ homini illi per quem tradetur, &c.] quia licet Iudas post factum pœnituerit, hoc tamen fuit inutiliter, quia per desperationem se suspendit, vt habetur Matth. xxvij. e [Et ipsi cœperunt quærere inter se.] scilicet Apostoli. f [Quis esset ex eis qui hoc facturus esset.] tamen nescierunt, quia hoc Christus non reuelauit manifestè, sed tantum Ioanni secretè, vt habetur Ioannis xiij. g [Facta est autem contentio.] Hic consequenter ponitur informatio Discipulorum: & primò ostenditur qualis sit aptus ad officium prælationis. Secundò quid foret eis licitum tempore persecutionis: ibi, Et dixit eis. Adhuc primò ponitur informatio discipulorum, in generali. Secundò ipsius Petri in speciali: ibi, Ait autem Dominus Simoni. Adhuc primò informat discipulos de prælationis aptitudine. Secundò de præmij magnitudine ibi, Vos autem. Circa primum sciẽdum quòd cùm Apostoli audierunt Christum prędicentem traditionem suam ad mortem, crediderunt firmiter hoc esse futurum, & ideo cœperunt quærere inter se, quis inter Apostolos esset conuenientior ad tenendũ Christi locum. Et hoc est quod dicitur, Facta est autem inter eos contentio. id est disquisitiò. h [Quis eorum videretur esse maior.] id est aptior ad præsidendum alijs, loco Christi: & ideo Christus de hoc eos docuit, videlicet, quòd ille esset ad hoc aptior, qui esset verè humilior: per contrarium ad æternam damnationem. Et ad hoc inducit exemplum sui, dicens, i [Quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit?] quasi dicat, sic, secundùm iudicium humanum: & infert, k [Ego autem in medio vestrûm sum, sicut qui minist.] hoc iam ostẽderat in lotione pedum suorum discipulorum, & hoc intendit concludere, quòd ille aptus est ad succedendum sibi in regimine Ecclesiæ, quæ est fundata in vera humilitate. l [Vos autem.] postquam ostendit aptitudinem prælati, hic consequenter ostendit magnitudinem præmij, dicens, Vos autem qui permansistis mecum. Iam enim Iudas exierat de societate eorum, accepto pane intincto, vt habetur Ioannis xiij. m [In tentationibus meis.] quia imminebat agonia suæ passionis. n [Et ego dispono vobis regnum.] Quod intelligitur dupliciter. Vno modo, de regno militantis Ecclesiæ, cuius regimen Christus tradidit Apostolis. Alio modo, de regno triumphantis Ecclesiæ, ad quod erant Apostoli assumendi, post laborem vitæ præsentis. o [Vt edatis & bibatis.] Hoc dupliciter intelligitur. Vno modo de sacramento eucharistiæ, cuius consecrationem, acceptionem, & dispensationem Christus tradidit Apostolis. Alio modo, de fruitione gloriæ, ad quam Apostoli erant prædestinati. p [Et sedeatis super thro.] quia in iudicio extremo erunt assessores Christi iudicantis. q [Ait autem.] Posita informatione discipulorum in generali hic ponitur informatio Petri in speciali, de fragilitate humana considerãda, & de constantia ex Dei adiutorio habenda, cùm dicitur, r [Simon ecce satanas expetiuit vos] id est studiosè quæsiuit per tentationes subuertere, quia multùm nititur ad subuersionem Sanctorum: illos enim pulsare negligit, quos quasi iure quieto possidere se sentit, vt dicit Grego. s [Vt cribraret]. id est tentationum impulsu concuteret: & sicut in tali concussione remanet palea, & transit farina, sic Iudas remansit diabolo ad pœnam æternam. Alij Apostoli transierunt ad gloriam. t [Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua scilicet finaliter: non enim rogauit, vt Petrus non caderet, sed ne in casu remaneret: ideo sequitur. v [Et tu aliquando conuersus]. scilicet de peccato ad gratiam. x [Confirma fratres tuos.] Hoc dicitur ei: quia Ecclesia erat sibi committenda: vt habetur Ioannis vltimo, vbi ter dicitur ei à Christo, Pasce agnos meos: ex hoc etiam patet, fidem non deficere vsque ad finem mundi, potissimè in Ecclesia Romana, quæ à Petro post Christum fundata est. y [Domine tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire] Hoc dicit ex feruore, confidens de sua constantia & virtute: ideo consequenter prædicitur sibi sua fragilitas. z [Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.] Post binam autem negationem Petri, gallus cantauit: sed Petrus non aduertit nisi post tertiam, cùm iterum gallus cantauit, prout fuit expositum plenius Marci xiiij. a [Et dixit eis.] Hic consequenter ostendit, quid foret Apostolis licitum tempore persecutionis: quia cum primò Christus misit eos ad prædicandum, dedit eis formam incedendi, vt sine pecunia, & prouisione aliqua necessariorum incederent: vt dictum fuit suprà, x. capitulo. Et ideo ne fortè crederent, quòd tempore persecutionis quæ imminebat, non liceret eis talia portare, hoc remouet, dicens, b [Sed nunc qui habet sacculum.] ad portandum pecuniam pro prouisione necessariorum. c [Tollat], id est portet. d [Similiter & peram.] id est repositorium victualium: & quia non solùm erat eis licitum talia

Quotmodis intelligitur, Dispono vobis regnũ.

Quõ Christus orauit pro Petro.

Quid foret Apostolis licitum tempore persecutionis.

portare: sed etiam seipsos à persecutoribus moderatè defendere saltem pro tunc, ideo subditur, e [Et qui non habet.] scilicet gladium. f [Vendat tunicam suam, & emat gladium] per hoc innuens, quòd licita esset eis defensio moderata tempore persecutionis: ideo subditur, g [Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me] scilicet, mortem acerbissimam & contemptibilissimam per Iudæorum persecutionem. h [Et cum iniquis deputatus est] hoc scribitur Isa. liiij. i [Etenim ea quæ sunt de me scripta.] sup. per prophetas. k [Finem habent,] id est sunt prope complementum. l [Domine ecce duo gladij hic.] Non curauerunt Apostoli loqui de sacculis vel peris: sed tantum de gladiis: quia erant dispositi ad defensionem sui magistri, licet postea fugerunt timore humano percussi. Dicit autem Chrysostom. quòd illi duo gladij erant duo magni cultelli ad scindendum carnes agni. m [Satis est.] quia vnus euaginatus sufficienter ostendit, licentiam se defendendi: & audaciam Petri ad defendendum suum magistrum, & voluntariam passionem Christi, qui cùm haberet qui pro eo pugnaret, ipse tamen hoc prohibuit. Alius non euaginatus, ostendit Apostolos non fuisse permissos facere quantum poterant ad defensionem sui magistri, vt per hoc ostenderetur, quòd perfectior est patientia quam defensio etiam licita. n [Et egressus ibat.] hic ponitur traditionis Christi executio. Et primò, ex parte Christi se voluntariè offerentis. Secundò ex parte Iudæ eum proditoriè tradentis, ibi, Adhuc eo loquente. Circa primum dicitur, Et egressus de loco cœnæ prædictæ. o [Ibat secundùm consuetudinem.] quia assuetus erat illuc exire causa orationis. p [In montem Oliuarum.] vbi sciebat traditorem venturum. q [Orate ne intretis in tentationem.] Oratio enim secundùm Damasc. est eleuatio mentis in Deum. Quantò autem mens eleuatur in Deum, tantò facilius tentatio ab eo separatur. r [Et ipse auulsus est ab eis.] quia oratio debet esse solitaria. s [Et positis genibus orabat.] quia debet esse reuerens & deuota. t [Pater si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, &c.] quia debet esse discreta, submittendo propriam voluntatem voluntati diuinæ. v [Apparuit autem illi Angelus.] visione corporali, in specie humana. x [Confortans eum.] Per modum seruientis, quod factum fuit ad confirmandum fidem discipulorum: quod Christus sit maior Angelis, ratione deitatis. Per hoc etiam ostendebatur, quòd in eo vera humanitas erat, quæ confortabatur contra tristitiam insurgentem in parte sensitiua, & apprehensione mortis imminentis. y [Et factus in agonia] erat enim ista agonia, reluctatio sensualitatis mortem horrentis, & rationis ipsam acceptantis: quia virtute diuina pars sensitiua per-

Angelus apparuit Christo, in oratione eius.

mittebatur agere & pati, quod erat sibi proprium. z [Prolixius orabat.] Ostendens, quòd in maiori necessitate, magis debet homo orationi insistere. a [Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis.] Ex vehementi enim anxietate sensualitatis, quæ permittebatur agere & pati quod erat sibi proprium, vt dictum est: fiebat vt non solum humores exirent per sudorem, sed cum hoc aliquid de sanguine sudorem tingente. Secundùm verò alios, supernaturaliter factum est, vt sanguis exiret per se: vt sic Christus iam suum sanguinem pro salute nostra effundere inciperet. c [Inuenit eos dormientes præ tristitia.] Tristitia enim est passio causata ex malo præsenti, quod non potest repelli: & sic causat aggrauationem animi, quasi depressi pondere mali præsentis, quod non potest amoueri: & per consequens, impedit vlterius motum spirituum à corde, & organa sensuum exteriorum: sed quia huiusmodi spiritus causant opera vigiliæ: inde est quòd tristitia impediens talem motum spirituum causat aggrauationem sensuum & cessationem ab actibus propriis, sicut fit in somno propriè dicto, qui causatur ex vaporatione humorum ex cibis & potibus ascendente versus cerebrum, qui humores ibidem ingrossati, ex fragilitate cerebri descendunt versus organum sensuum, opilantes meatus, per quos spiritus progredientes à corde, debent ad organa sensuum transire, & sic cessant ab actibus vigiliæ. d [Adhuc eo loquente ecce turba & qui vo.] Hic consequenter ponitur executio traditionis ex parte Iudæ tradentis, cùm dicitur. e [Iudas vnus de duodecim antecedebat eos.] tanquam ductor illorum, qui volebant comprehendere Iesum. f [Et appropinquauit Iesu, vt osculaeum] dederat enim Iudas comprehensoribus istud signum ne pro Iesu, caperent Iacobum fratrem Domini, qui fuit ei valdè similis, vt dictum fuit Matthæi vigesimosexto. g [Iuda, osculo filium hominis tradis?] id est, in signo charitatis proditionem homicidij facis: ex quo factum Iudæ aggrauatur valdè. h [Videntes autem hi qui circa ipsum erant] id est, Christi discipuli, i [Quod futurum erat] scilicet, captionem magistri sui, vt duceretur ad mortem, k [Dixerunt ei, Domine, si percu. in glad. & percussit vnus, &c.] Aliis discipulis licentiam petentibus percutiendi ad magistri sui defensionem, Petrus qui erat audacior cæteris & feruentior, non petiuit licentiam nec expectauit responsionem, sed amputauit vnius auriculam, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare. l [Sinite vsque huc.] quasi dicat, Non moueat vos quod est futurum, quia permittendi sunt vt me comprehendant, vt impleantur ea quæ de me scripta sunt. m [Et cùm tetigisset auriculam eius sanauit eum.] in quo appa-

Quid sit tristitia.

Traditionis executio.

Iudas vendendo Christum, simoniam commisit: primò qa vendidit hominem liberũ. ff. ad l. Falci. de pla. l. i. Secũdò qa vẽdidit rẽ sacram: & non solum simoniam sed etiam vitium infidelitatis secũdò vitium præsumptionis. Car. de Tur. cre. super Euã.

ret maxima Christi charitas, sanãdo illum qui venerat ad comprehendendum ipsum. n [Dixit autem Iesus ad eos qui vene. ad se prin. sacerdo, &c.] Contrarium videtur Matth. xxvj. vbi dici videtur, quod principes sacerdotum non fuerunt in captione Iesu, sed ductus fuit ad eos per comprehensores ad locum quo conuenerant. Ad quod respondetur dupliciter. Vno modo, quòd licet non conuenerint ad comprehendendum Iesum in propriis personis, venerunt tamen in virtute in ministris ab eis missis. Alio modo, quòd aliqui de principibus sacerdotum, venerant cum ministris ad comprehendendũ Iesum, vt diligentius fieret negotium: plures tamen expectabant in domo, vt dicit Matthæus. o [Quasi ad latr. existis cum gladiis & fustibus, cùm quotidie vo. fue. in templo.] q. d. Tunc non cepistis me, quia nolebam, nec modò caperetis nisi permitterem, ideo sequitur, p [Sed hæc est hora,] vobis concessa ad me comprehendendum. q [Et potestas tenebrarum.] quia Diabolus tenebrarum princeps eos ad hoc incitabat. r [Comprehendentes autem.] Hic consequenter ponitur Christi comprehensio, & subditur Petri negatio, cùm dicitur, s [Petrus verò.] de negatione enim Petri variè loquuntur Euangelistæ: quæ varietas exposita fuit, & concordata Mat. xxvj. t [Et viri.] hic consequenter describitur Christi comprehensi illusio, cùm dicitur, v [Prophetiza quis est, &c.] per hoc enim designabant, quòd esset falsus propheta: & ignoraret quis eum percuteret, & non solum illudebant: sed etiam calumniosè interrogabant. x [Si tu es Christus dic nobis.] quia si respondisset, sic, statim imposuissent, quòd voluisset sibi vsurpare dignitatem regiam contra Cæsaris ordinationem, qui dignitatem regiam à Iudæis abstulerat: sicut dicitur iij. cap. Si autem dixisset, non, obiecissent contra eum de redargutione: quia pluries verbis & factis dixerat se esse Christum: vnde Ioan. x. c. dicentibus eis Iudæis, Si tu es Christus dic nobis palam? Respondit eis Iesus, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me: ideo sequitur, z [Si vobis dixero non credetis mihi,] sicut & alias non credidistis nec verbis meis nec factis. a [Si autem interrogaue. non respondebi.] sicut cùm aliàs petineat Christus: quomodo sit filius Dauid, non responderunt, & in pluribus aliis eius quæstionibus simile inuenitur. b [Neque dimittetis] quia obstinationem sciebat eorum. c [Ex hoc autem], id est post passionem meam & resurrectionem. d [Erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.] quod impletum est in ascensione Christi, secundum quod dicitur Marc. vlt. Et dominus quidẽ Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. e [Dixerunt autem omnes, &c.] Matth. xxvj. dicitur quòd summus sacerdos hoc dixit. Dicendum quòd ille dixit primò & principaliter: & ideo Matthæus ipsum solum exprimit. Alij autem consequenter idem dixerunt, volentes ex hoc concludere condemnationem Christi fore iustam. f [Tu ergo es filius Dei.] hoc non sequebatur ex dicto præcedenti, quia dixerat, Erit filius hominis: veruntamen quia hoc erat verum, noluit negare, nec etiam affirmare, nec aperire locum calumniæ: sed respondit, g [Vos dicitis quia ego sum,] quod verbum erat verum, & taliter prolatum, quòd calumniam non haberet secundùm veritatem, sed tantùm secundùm Iudæorum malitiam, ex qua concluserunt. h [Quid adhuc desyderamus testimonium?] quasi dicát, Conuictus est proprio verbo. Vnde subditur, Ipsi enim audiuimus de ore eius. i [Et surgens omnis mul. &c.] Postquàm descripta est Christi comprehensio per malitiam Iudæorum; hìc consequenter describitur eius occisio per executionem gentilium. Vbi primò describitur sollicita examinatio. Secundò iniqua condemnatio, ibi, Pilatus autem. Tertiò impia occisio: ibi, Et cum ducerent eum. Quartò deuota tumulatio: ibi, Et ecce vir nomine Ioseph. Circa primum describitur examinatio coram Pilato præside. Secundò coram Herode, ibi, Pilatus autem. Circa primum dicitur, Et sur. omnis multi. eorum & duxe. illum ad Pilatum, qui erat ibi præses loco Romanorum. k [Cœperunt autem illum accusare.] Et hoc de tribus, primò de auersione populi à lege Moysi seruanda, cùm dicitur, l [Hunc inuenimus subuer. gen. nostram.] Secundò quòd per doctrinam suam impediret reddere Cæsari tributum, & hoc notatur cùm dicitur, m [Et prohibentem, &c.] Tertiò quòd volebat sibi vsurpare regnum Iudæorum. Ideo sequitur, n [Et dicentem se Christum regem.] Primum autem erat manifestè falsum, quia non venit soluere legem, sed adimplere: vt habetur Matth. v. Et legem Moysi vsque ad mortem seruauit, vt declaratum fuit ibidem. Similiter secundum, quia Iudæis quærentibus, Licet nobis censum dare Cæsari an non? respondit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, vt habetur Matth. xxij. Similiter tertium, quia cùm Christus sciret turbas venturas, vt eum raperent, & facerent super se regem, fugit, vt habetur Ioan. vj. Pilatus autem de primo non curauit, quia gentilis erat. Et ideo de lege Moysi non curabat. Secundum reputauit falsum, quia responsionem Christi audierat per relationem de tributo Cæsari reddendo, vt prædictum est. Sed de tertio inquisiuit, quia videbatur esse contra dominum suum, vnde & Iudæi coram eo dixerunt, Non habemus regem nisi Cæsarem. Ioan. xix. c. vnde ibidem dicitur, Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari, Christus autem se regem esse non negauit neque affirmauit, sed medio modo respõdit, di

ceus, o [Tu dicis] Veruntamen expressit quod si esset rex, regnum eius non esset de hoc mundo, vt habetur Ioan. xiij. Et quia Pilatus, & Imperator dominus suus, non curabant nisi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Iesum excusatum, dicens, p [Nihil inuenio caus.] scilicet criminis vel mortis. q [In hoc homine.] r [At illi inualescebant] vt clamoribus obtinerent, quod ratione non poterant. s [Commouit populum] q.d. Turbauit pacem communem. t [Incipiens à Galilæa.] Volebát enim eum notare, quòd esset similis Iudæ Galilæo, qui tempore natiuitatis Christi inducebat populum ad rebellandum Imperatori Romano, dicens esse illicitum Iudæis, profiteri aliquem dominũ terrenum, sed solum Deum, vt habetur Act. v. Ante hos dies exctitit Iesus Galilæus, qui auertit populũ in die professionis. Sed Pilatus hoc falsum reputauit: eò quòd audierat Christum dixisse, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo, per hoc ostendens, quòd poterát esse subiecti, non solum Deo, sed etiam temporali domino. v [Pilatus autem.] Hic cõsequenter ponitur examinatio coram Herode. x [Audiens Galilæam in. &c.] tum vt Herodi deferret, tum quia credebat quod libenter liberaret hominem, qui esset de terra sua, & maximè innocentem. Sciendum etiam, quòd licet Christus fuerit in Bethlehem natus: vt dictum est ij. cap. tamen dicitur hîc de Galilæa: quia fuit ibi nutritus & cõuersatus. y [Qui & ipse Ierosolymis erat his diebus.] scilicet paschalibus, propter solennitatem, quia Iudæus erat. Pater enim suus fecit se circuncidi, transiens ad ritum Iudaismi: secundùm quòd dicit Iosephus. z [Herodes autem viso Iesu, gauisus est.] non propter deuotionem sed propter curiositatem: ideo subditur, a [Eò quòd audierat multa de eo.] id est de miraculis eius & doctrina. b [Et sperabat signum.] id est mirabile factum. c [Videre ab eo fieri.] sperabat etiam ab eo audire quædam curiosa & insolita: ideo subditur, d [Interrogabat autem eum multis sermonibus.] Iesus autem in conspectu eius noluit aliquod signum facere. Tum quia Herodes erat indignus, cùm moueretur ex curiositate, vt dictum est: tum quia Iesus voluit ostẽdere, quòd prædicator Verbi diuini, non debet coram principibus ostentationem suam quærere, & eiusdem rationibus non respondit, nec eius, interrogationibus. e [Spreuit autem illum Herodes.] reputans eum idiotam & fatuum. f [Et illusit indutum veste alba.] sic enim illudebatur tunc fatuus. g [Et remisit ad Pilatum.] vt eum honoraret, sicut & Pilatus ei detulerat. h [Et facti sunt amici] propter mutuam reuerentiam factã, vt dictum est: ideo sequitur. i [Nam antè inimici erant ad inuicem.] propter Galilæos, quos Pilatus occiderat miscens sanguinem eorum cum sacrificiis, vt dictum est suprà, xiij. cap. k [Pilatus autem.] Hic consequenter describitur Christi condemnatio iniuriosa. vbi primò declaratur Christi innocentia, ex triplici confessione iudicis causam examinantis, & etiam ex allegatione Herodis, qui ipsum non condemnauerat: Iudæi autem econtrariò contra verba iudicis ter reclamauerunt, vt obtinerent per importunitatem clamoris, quod non poterant via rationis: propter quod Pilatus finaliter declinauit à iustitia, condemnans ad mortem innocentem Iesum, inclinatus ad hoc ex populi fauore, quem quærebat, & Cæsaris timore, cuius indignationem formidabat: eò quòd dixerant Iudæi in conspectu suo, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: vt habetur Ioan. xix. Et ex dictis patet litera paucis exceptis quæ exponentur. l [Nam remi. il. ad nos.] id est ad nostrum iudicium. Libri antiqui & correcti sic habent, Nam remisi vos ad illum, scilicet ad Herodem, vt patet ex dictis: & litera consequens consonat, cùm dicitur, m [Et ecce nihil dignum morte actum est ei.] scilicet coram Herode. n [Emendatum ergo] id est verberatum. o [Illum dimittam:] liberum à morte. Sed contra hoc videtur, quia Pilatus sciebat ipsum esse innocentem: quomodo igitur volebat ipsum iniustè verberare? Dicendum quòd volebat hoc facere, vt Iudæi videntes hanc flagellationem satiarentur hac pœna, & cessarent à morte Iesu quærenda. p [Necesse autem habebat dimittere eis per diem, &c.] Quia in nocte paschæ, Angelus Domini saluauit Hebræos & percussit primogenita Aegyptiorum: & ideo in memoriam huius beneficij, in solennitate paschali saluabant vnum propinquum morti, & aliquos condemnatos ad mortem interficiebant, ad repræsentandum saluationem Hebręorum: & interfectionẽ Aegyptiorum. Et istam consuetudinem ab eis obseruari, impetrauerunt ab Imperatore Romanorum, sicut fuerat obseruata antequàm Iudæa esset Romanis subiecta. Et hoc est quod dicitur, Necesse autem hoc habebat, &c. quia tenebatur obseruare illud, quod erat concessum ab Imperatore. Pilatus autem sciens Iesum innocentem, volebat eũ liberare per hãc viam, proponens, quòd non expediret eis dimittere nisi Iesum aut Barabbã: cuius liberationem credebat Iudæos nullo modo præeligere, propter nimiam ipsius malitiam: sed ipsi nimio odio moti contra Christum, pręelegerũt Barabbam liberare, petentes Iesum crucifigi, eò quòd erat modus mortis asperior & durior. Cætera patent. q [Et cùm ducerent eum.] Hic consequenter ponitur Christi impia occisio, cùm dicitur [Et cùm ducerent eum ad cruc. appre. Simonem, &c.] quia coëgerunt ad portandum crucem, vt citius venirent ad locum crucifixionis: quia Iesus videbatur nimis debilitatus ex afflictione præcedenti: & ideo quamuis Iesus primò portasset crucem suam: tamen isti qui cum du-

Christus veste alba indutus, illuditur.

Christi condemnatio à Pilato.

De Hebræis ab Angelo saluatis.

Christi impia occisio.

cebant acceperunt eam, & poſuerunt ſupra Simonem ratione prędicta. Ille autem inuitè portabat: tum quia hoc erat turpe, tum quia forſitan erat diſcipulus Ieſu, occultus tamen. r [Sequebatur autem illum turba multa populi, &c.] quia aliqui ſequebãtur eum ad ipſum crucifigendum, aliqui ad diridendum eum, & aliqui ad videndum ſpectaculum, & aliqui ad plangendum, ſpecialiter mulieres deuotæ quibus dixit, s [Filiæ Ieruſalem.] quia non ſolùm aliquæ de Galilæa ſecutæ fuerant ipſum, ſed & aliquę de Ieruſalem ſibi adhæſerant per deuotionem, t [Nolite flere, &c.] non prohibet compaſſionem, ſed prædicit aliam luctus cauſam, in obſidione Ieruſalem futuram per Titum & Veſpaſianum: ideo ſubditur, v [Quoniam ecce venit dies, &c.] ſ. xlij. anno, poſt paſſionem Chriſti, in quo fuit dicta obſidio. x [Beatæ ſteriles] quia agiliores erant ad fugiendum quam grauidæ. y [Et ventres qui non genuerunt.] quia mulieres habentes pueros in obſidione fuerunt anxiatæ: non ſolum pro ſe, ſed etiam pro pueris ſuis. Et aliquæ præ famis anxietate proprios pueros comederunt ſecundùm quod dicit Ioſephus lib. de Iudaico Bello. a [Tunc incipient dicere montibus, &c.] quia aliqui prę horrore miſeriæ, quæ tunc fuit in populo Iudæorum, dicebãt ad montes, Cadite ſuper nos. b [Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, &c.] Chriſtus hìc dicitur lignum viride, faciens fructum, & per conſequens indignum abſciſſione per mortem. Populus autem Iudaicus hìc dicitur lignum aridum infructiferum, & per conſequens dignum abſciſſione per mortem, & combuſtionem gehennæ, quæ eſt pœna extrema, & maxima. c [Pater, dimitte illis, nõ enim ſciũt quid faciunt.] erant enim ibi aliqui ſimplices & illiterati à ſacerdotibus Iudæorum decepti, qui perſequebantur Chriſtum zelo legis: & pro iſtis orauit Chriſtus. Alij autem erant literati, qui ipſum probabiliter eſſe Chriſtum nouerãt, ſeu cognoſcere debuerant: ſed ex odio & inuidia fuerunt excæcati, & ipſum perſecuti ſunt vſque ad mortem, & pro illis non orauit. g [Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum, literis Græcis, Latinis, & Hebraicis.] quia iſtæ erant tres linguæ principales, vt omnes poſſent legere. i [Neque tu times Deum.] q. d. Licèt homines non timueris, tamen deberes Deum timere, & maximè in articulo mortis, in quò tu es: ideo ſubditur, k [Qui in eadem damnatione es] ſcilicet mortis. l [Memento mei Do.] magna fides huius latronis, qui nec propter acerbitatem pœnę, quam ſufferebat, nec propter infirmitatem carnis quam in Chriſto videbat confeſſionem veræ fidei omiſit. m [Dum veneris in regnum tuum.] manifeſtè patet, quòd non loquebatur de regno temporali: ſed æterno: ideo ſubditur. n [Hodie mecum eris in paradiſo.] non accipitur hic paradiſus pro horto voluptatis, nec pro cælo empyreo: ſed pro fruitione beata, quam habuerunt ſancti Patres in morte Chriſti qui erant in limbo detenti. Statim autem cùm eius anima deſcendit ad eos: & eadem die illuc deſcendit anima illius latronis, facta particeps beatæ fruitionis. p [In manus tuas commendo ſpiritum meum] oſtendens, quòd in articulo mortis maximè debemus recurrere ad Deum. q [Videns autem Centurio.] qui erat conſtitutus ad cuſtodiendum Chriſtum in cruce quouſque expiraſſet. r [Quod factum fuerat.] ſ. miracula in Chriſti paſſione facta, vt putà terræ motus, ſciſſio petrarum, obſcuritas ſolis ſupernaturalis, & quòd cum clamore magno expiraſſet: quod non poterat fieri virtute naturæ. s [Glorificauit Deum.] fidei confeſſione, dicens, v [Verè hic homo iuſtus erat.] Matthæi vigeſimoſecundo dicitur, Verè filius Dei erat iſte. Dicendum quòd vtrunque dicit Centurio: ſed Matthæus expreſſit vnum, Lucas aliud, de altero tacendo. v [Percutientes pectora ſua.] pœnitentes & dolentes de Chriſti perſecutione, & iſti fuerunt, qui à peritis decepti fuerunt, vt prædictum eſt. x [Stabant autem omnes noti eius à longè.] Contrarium videtur Ioannis decimonono. vbi dicitur, Stabant iuxta crucẽ Ieſu, mater eius & ſoror matris eius, &c. Reſpondit Aug. quòd non erant immediatè iuxta illum, propter turbam comprimentem, nec ita longè quin poſſent eum videre. Ideo poſſunt dici fuiſſe à lõge, & propè, diuerſis reſpectibus. y [Ecce vir.] Hic deſcribitur deuota Chriſti tumulatio, quæ fuit ſolennis & pretioſa: licet mors fuerit ignominioſa, prout de vtroque fuerat prophetatum per Iſaiam, ſicut pleniùs fuit declaratum Matthæi vigeſimoſeptimo z [Decurio.] id eſt, exiſtens de curia, ſcilicet, præſidis vel Imperatoris. a [Hic non conſenſerat concilio & actibus eorum] ſcilicet, aliorum Iudæorum Chriſtum perſequentium. b [Ab Arimathæa.] iſta eſt ciuitas quæ eſt vocata Ramatha: de qua fuit Helcana pater Samuelis, vt habetur. j. Regum, primo capite. c [Qui expectabat & ipſe regnum Dei.] non temporale & terrenum, ſed cæleſte & æternum. d [Hic acceſſit ad Pilatum.] Erat enim de curia, & propter hoc habebat maiorem acceſſum. e [Et depoſitum inuoluit in ſindone.] id eſt, in panno lineo. Et ex hoc ordinatum eſt, quòd corpus Chriſti non conſecratur niſi ſuper pannum lineum. f [Et poſuit eum in monumento exciſo] id eſt, in vno lapide concauato ſecundùm quantitatem hominis, ne ſi ex pluribus lapidibus eſſet factum, poſſet dici à Iudæis, quòd ſuffoſum fuiſſet ſepulchrum, & corpus inde ſublatum. g [In quo nondum quiſquam poſitus fuerat] ne poſſet dici, quòd ille qui prius ibi fuiſſet ſepultus, reſurrexiſſet, & non Chriſtus.

De Xp̃o ſequentibus.
Futura Ieruſalem deſtructio p Chriſtũ nunciata.
De ſuperſcriptiõe.
De bono latrone, &
Declaratio ne huius vocabuli, Paradiſus.
De matre Chriſti & alijs iuxta crucẽ exiſtentibus.
Corporis Chriſti petitio.

EXPOSITIO MORALIS.

APpropinquabat autem dies festus azymorum, &c. Exponatur sicut supra Matth. xxvj. & Marc. xiiij. s [Introiuit autem satanas in Iudam. &c. Iam antè intrauerat cùm esset fur & loculos habens, vt dicitur Ioan. xij. Sed tunc intrauit ad ipsum amplius possidendum. Ex quo patet, quòd in omni mortali peccato diabolus intrat in hominem, vt ipsum de nouo possideat, vel amplius quàm antè. [Et abiit & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.] exponatur vt suprà Matth. xxvj. & Marc. xiiij. q [Et ait illis, Desyderio desyderaui hoc pascha mãdu. &c.] Hoc est eucharistiæ sacramẽtum quod nos per fidem spiritualiter manducamus, & ipse manducat nobiscum, incorporando nos per istud sacramentum. Quod alloquens Aug. dicit, Cibus es grandium, non mutaberis in me: sed mutabis me in te. Cætera moraliter sunt exposita Matth. xxvj. c. g [Facta est autem contentio inter eos quis eorum videretur esse maior, &c.] Similis contentio frequenter fit in Ecclesia pro dignitatibus obtinendis & non solum inter seculares, sed etiam inter Regulares diuitias habentes: sicut canes contendunt ad obtinendum os carnibus ac medullis repletum, propter quod viliores canibus videmur. Et religiosi mendicantes, qui pro officiis præsidendi contendunt, quod nihil annexum habet nisi miseriam & laborem: propter quod ad repellendum talem ambitionem, subdit Saluator, Sed qui maior est in vobis, &c. i [Vos autem estis, &c.] permanentibus enim firmiter in tribulationibus cum ipso, disponit fruitionem beatam in cælesti regno. q [Ait autem dominus Simoni, Simon ecce satanas expe. vos.] per hoc patet quòd diabolus fideles tentare non potest: nisi ex Dei licentia. Sicut de sancto Iob dicitur, c. j. s [Vt cribraret sicut triticum] Ex hoc habetur, quòd diabolus homines sanctos magis satagit concutere tentationibus, quam alios. Vnde refert Gregor. in Dialogo, quòd ille diabolus qui per magnum tempus Andream Episcopum tentando de quadam muliere, ipsum ad hoc induxerat quòd illius mulieris tergum blandiendo manu percusserat: plus fuit à suo principe commendatus quàm ille qui procurauerat homicidium, & alia multa mala. t [Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.] Chrysosto. Non autem dixit Rogaui vt non neges: sed vt fidem non deseras: nam etsi paululum agitandus sis, habes tamen reconditum semen fidei. v [Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Nam illi qui cõsecuti sunt à Deo donũ misericordiæ, debent quantum possunt in bono cæteros corroborare. y [Qui dixit, Domine tecum paratus sum.] Exponatur vt supr. Mat. xxvij. & Mar. xiiij

Eucharistia dicitur ab eu, qđ est bonũ, & charis gratia, quę continet realiter Christum q est plenus gratiæ. Vocatur etiam sacrificiũ, immemorabile passionis Xpi vocat viaticũ, quia præbet viã peruenĕdi ad gloriã. de Clauasio in Summa.

a [Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera, &c.] quando missi fuerunt Apostoli ad prædicandum sine prouisione aliqua necessariorum, fuit diuinitus eis laute prouisum, quia nihil eis defuit, vt dicitur in textu: quando verò relaxatum fuit illis sibi prouidere de necessariis in via, passi fuerunt penurias multas: vt patet in Actibus Apostolorum, & in Legendis eorum: hoc autem fuit ad dandum fiduciam pauperibus prędicatoribus exequendi constanter officium prædicandi. f [Vendat tunicam suam & emat gladium.] Gladius spiritus, est Dei verbum in sacra Scriptura contentum, pro quo emendo in sacræ scripturæ studio vendenda est tunica, id est, exteriora bona sunt exponenda. Hæc est illa margarita, pro cuius emptione omnia sunt vendenda, vt dicitur Matth. xiij. & Sapien. vij. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimatur argentum in conspectu illius. Sacra verò Scriptura continetur in duobus Testamentis. Ideo subditur, [Domine ecce duo gladij hic.] quoniam sufficiunt ad omnem falsitatem fidei contrariam destruendam, sequitur, m [Satis est] n [Et egressus, &c.] scilicet ad locum, vbi sciebat Traditorem venturum: & obtulit primò spiritum per feruorem orationis, ideo subditur, x [Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram] ex feruore orandi, & ex apprehensione imminentis tormenti. b [Et cùm surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos suos, &c.] Exponatur sicut Matth. xxvj. & Marc. xiiij. vsque ibi, m [Et cùm tetigisset auriculã eius sanauit eum.] sicut præcisio auriculæ serui pontificis significauit inobedientiam Iudaici populi ad Christum: sic eius sanatio significat eius obedientiam circa finem mundi, quia tunc tanget Christus sua clementia corda Iudæorum. r [Comprehendentes autem eum, &c. Exponatur sicut Matth. xxvj. & Mar. xv. vsque ibi. x [Et factus est dies, &c.] Exponatur sicut Matthæi vigesimosexto, & Marci decimoquarto. z [Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi, &c.] Homines enim in malis obstinati, veritatem dicentibus non credunt, nec interrogati de veritate respondent, nec ad bonam persuasionem à nequitia sua cessant: & tales erant isti. Residuum huius capituli exponatur sicut Matthæi vigesimosexto, & Marci decimoquarto capitulo. l [Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, &c.] Ista contra Christum proposita, erant simpliciter falsa, propter quod Pilatus respondit, p [Nihil inuenio causæ in hoc homine] sed hic est modus inimicorum, quòd per mendacia quærunt condemnationem iustorum: & hoc etiam patet quòd aliquando iustius agitur in curia laicali, quàm in clericali. Principes enim sacerdotum Christum condemnauerunt tanquam mortis reum, quem Pi-

Quid sit gladi⁹ moraliter loquendo.

Sanatio auriculæ moraliter.

Modus inimicorum.

latus pronunciauit innocentem & iustum, & sic hodie fit in pluribus locis, quòd homicidæ notorij qui per secularem iudicem suspenderentur per Ecclesiasticum iudicē in magnum populi scandalum liberentur. t [Et illi inualescebant, dicentes.] sic faciunt maligni, quærentes obtinere per clamorem, quod non possunt per rationem. z [Herodes autem viso Iesu gauisus est valdè, erat enim ex multo, &c.] Per hoc autem quòd Christus coram Herode incæstuoso & homicida noluit facere miraculum, nec suis interrogationibus respondere, significauit quòd tales digni non sunt opera videre diuina nec eius habere responsa. a [Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo] sicut sectatores Christi à malis hominibus spernuntur, & ab eis fatui reputantur. b [Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die] hoc fuit signum, quòd Iudæorum principes & Romanorum conuenirent in persecutionem Christianorum. Cætera exponantur sicut Matthęi xxvj. & Marci xv. vsque ibi, s [Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed flete super vos, &c.] Secundum sensum literalem fletus ad quem inducit Christus mulieres, fuit propter miseriam per Romanos super Iudæos venturam: & illa miseria figura fuit miseriæ, super incredulos venturæ per spiritus malignos: pro cuius euasione flendum est, & orandum ante terminum huius vitæ. c [Ducebantur autem alij duo nequam cum eo, &c.] Hoc autem ad literam procuratum fuit per principes Iudæorum, vt à vulgaribus Christus participasse videretur in criminibus: & sic ipsi viderentur iustè mortem eius procurasse, & sic frequenter faciunt maligni, quærentes cooperire suam nequitiam per infamiam iusti. d [Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, &c.] Exponatur sicut Matt. vigesimoseptimo, Mar. decimoquinto. e [Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis, &c.] Beda, Neque putandum est, eum hoc frustrà orasse, sed in eis, qui post eius passionem crediderunt, quod orabat impetrasse. Notandum sanè, quòd non pro eis orat, qui eum filium Dei intelligentes, magis crucifigere quàm confiteri maluerunt, sed pro eis qui nesciebant quid fecerunt zelum Dei habentes, sed non secundùm scientiam, vnde subditur, n [Non enim sciunt quid faciunt.] Cætera exponantur sicut Math. xxvj. & Mar. xv. cap. vsque ibi, h [Vnus autem de his qui pendebant latronibus, &c.] per istos duos significantur illi, qui pro peccatis suis expiandis, cum Christo crucifiguntur, per professionem in religione factam, sed aliqui reuertuntur actu & non habitu ad vitam secularem, de quibus dicitur Rom. ij. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes: quia scandalizant seculares, & isti significantur per latronem blasphemantē. Alij verò professi crucem pœnitentię per patientiā deuotē sustinēt, & isti significantur per latronē Christum cōfitentem, & eius gratiam postulantem, propter quòd sibi dicitur, n [Hodie mecum eris in paradiso.] quia tales iā Christi sunt per gratiam & erunt per gloriam in futuro. o [Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuer. &c.] Exponatur sicut Matth. xxvij. & Mar. xv. p [Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.] In hoc enim docuit nos semper Deo cōmendare spiritus nostros, quorum corpora quotidie tendunt ad mortem, & horam penitus ignoramus. q [Videns autem Centurio quod factum fuerat, &c.] per hoc autem ꝙ iste gentilis confessus fuit Christum tā clarè significata fuit gloriosa confessio gentilium in eorum conuersione, & duritiam Iudæorum in infidelitate. Amb. Duriora saxis pectora Iudęorum. Iudex arguit, credit magister, proditor scelus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumēta reserantur, Iudæorum tamen auaritia immobilis atque duritia manet orbe concusso. Sequentia exponantur vt suprà Mat. xxvij. & Mar. xv.

Quare Christus corā Herode noluit facere miraculū.

Fletus ad quē Christus adduxit mulieres, fuit ꝓpter destructionē Ierusalem.

QVAESTIO LXX.

CAlcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Isaiæ quinquagesimo capitulo. Super quibus verbis quæritur, Vtrum peccator sumens corpus Domini, cum conscientia peccati mortalis, sumat corpus Domini damnabiliter? Ad quod respondetur secundùm Astesa. quòd nemini dubium esse debet, quòd is qui cū conscientia peccati mortalis suscipit corpus Christi, peccat mortaliter, & in suam damnationem communicat. Proinde apostolus, j. ad Corint. xj. cap. dicit, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, scilicet condemnationis. Quidam tamen doctores, de conscientia distinguunt, dicentes, quòd aliqui habent conscientiam scrupulosam, sicut illi qui phantasticè, & sine aliqua ratione timent de leui delectatione quòd fuerit culpa mortalis: hi communicando non peccant, quia talis cōscientia secundum Petrū de Tarantasio, tanquam vana & erronea abijci debet, de his enim scriptū est, Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Tantū vexātur proculdubio tales à timore nocturno, de quo propheta dicit, Nō timebis à timore nocturno. De nocte timet magis homo errare, quàm de die, eò ꝙ sæpe rupes & arbores credūtur hostes: & sic talis cōsciētia timet ea quæ non sunt timēda. Vnde in persona huius Propheta dicit, Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. i. sicut in seculo mortaliter peccā, & anxiatus est sup me spiritus meus in me turbatū est cor meum, s. timore inani. Aliqui habēt cōsciētiā dubiā, sed timēt probabili ratione, morosam delectationē habuisse mortalem cōsensum: hi cōmunicādo secūdū eundē

Doctorem mortaliter peccant, quia à cõtrario sensu non trepidauerũt timore vbi erat timor. Aliqui habent conscientiam illuminosam, i. cęcam, qui habent peccatũ mortale, & non aduertunt vt conscientiã discutiẽt. Vnde sciẽdum ꝙ duplex est cõscientiæ examinatio, sufficiens, & deficiens. Nã primò aut quis cõmunicaturus diligẽtissimè consciẽtiam suã examinauit, consulendo peritos, & sic communicando non peccat, sed remissionem peccatorũ etiã si quæ latent accipit, & meretur. Aut probabilia examinauit & cõfessus est, & sic etiã meretur, licet non tantũ. Aut virtute sacramenti oblita peccata ad memoriam reducit, aut ista negligẽter facit, & cũ negligentia se pręparauit: & sic mortaliter peccat & demeretur. Facit enim cõtra dictum Apostoli j. ad Corin. xj. c. dicentis, Probet seipsum homo, s. diligẽter, & sic de pane illo edat. Sed fortè aliquis cõtradiceret, qa Ec. j. c. scriptum est, Nescit homo an amore vel odio dignus sit, & Psal. dicit, Delicta quis intelligit? Ad quod dicitur, ꝙ non requiritur ad peccati periculum præcauendum conscientiæ certitudo: sed probabilis coniectura, cuius sunt quatuor signa secundum Ber. Primum est, præteritorum peccatorum contritio. Secũdum est abstinendi propositum. Tertium est bene operandi promptitudo. Et quartũ, diuini verbi deuota auditio. Aliqui præterea videntur habere conscientiam fatuam: quia contriti, & non confessi ad sacram communionem accedunt. Circa quod aduertendum, ꝙ tales aut habẽt copiam sacerdotis & confitendi tempus ad liberam loquelam, & tunc mortaliter peccant sine confessione communicando, quia ad hoc sacramentum secundùm iudicium Ecclesiæ requiritur ipsius Ecclesiæ reconciliatio. Proinde Hugo de sancto Victore lib. de Potestate ligãdi & soluendi, c. xxj. dicit, Si absque sacerdotis absolutione criminosus ad communionem corporis Christi accedit pro certo iudicium sibi manducat & bibit, etiam si eum antè multùm pœniteat, etiam si vehemẽter doleat & ingemiscat. Aut verò prædicta non habet, & tunc distinguendum est, quia aut imminet aliqua necessitas celebrandi & communicandi, & tũc timendum est scandalũ personæ propriæ vel populi, vel iam cœperunt sacrum mysteriũ, vel amiserunt loquelam, & tunc non peccant communicando contriti cum proposito confitendi. Aut non imminet necessitas, & tunc peccãt. Hęc secundùm Ric. Pet. & Sco. Et sciendũm est secundũm eundem doctorem subtilem dist. ix. iiij. Sent. volumine, ꝙ similiter est intelligendum de alio communicaturo, qui cõstitutus ante sacerdotem cum aliis communicandis recordatur mortalis criminis non confessi, potest contritus communicare, cum proposito confitẽdi. Aliqui habent conscientiam prauam & dãnosam seu temerariam, scienter sumentes corpus Domini in peccato mortali, qui propter indignitatem incurrunt duodecim maledictiones. Prima dicitur illaqueationis. Secunda tribulationis. Tertia, scãdalizationis. Quarta, excæcationis. Quinta, incuruationis. Sexta, irritationis. Septima, conturbationis. Octaua, abbreuiationis. Nona priuationis. Decima, multiplicationis. Vndecima indurationis. Duodecima, damnationis. Quas omnes maledictiones propheta, Psal. xviij. tangit dicens, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalũ. Obscurenter oculi eorũ ne videant & dorsum eorũ semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorẽ vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

Duplex cõscientię examinatio.

Duodecim maledictiones, quas illi incurrũt qui accipiunt corp' Christi in peccato mortali.

Feria v. in cœna Domini, Euange. secundum Ioan. xiij. c.

IN illo tempore, [a] ante diẽ festum paschæ, [b] sciens Iesus quia [c] venit hora eius, [d] vt transeat ex hoc mũdo ad Patrem, [e] cùm dilexisset suos qui erãt in mundo, [f] in finem dilexit eos. [g] Et cœna facta [h] cùm diabolus iã misisset in cor, [i] vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes, sciẽs [k] quia omnia dedit ei Pater in manus, [l] & quia à Deo exiuit & ad Deũ vadit, [m] surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. [o] Et cùm accepisset linteum præcinxit se. [p] Deinde misit aquam in peluim, [q] & cœpit lauare pedes discipulorũ suorum, [r] & extergere linteo quo erat præcinctus. [s] Venit ergo ad Simonẽ Petrum [t]. Et dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes? [v] Respõdit Iesus, & dixit ei, [x] Quod ego facio tu nescis modò, [y] scies autem posteà. [z] Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. [a] Respõdit ei Iesus, [b] Si nõ lauero te, nõ habebis partẽ mecum. [c] Dixit ei Simon Petrus, Domine nõ tantùm pedes meos, sed & manus & caput. [d] Dixit ei Iesus, Qui lotus est, [e] nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est, mũdus totus. [f] Et vos mũdi estis, sed

Cùm dilexisset suos qui erant in mundo. Xps Saluator ante diẽ suę passionis acerbæ suos discipulos, quos intimè diligebat, exterius p manũ humanitatis lauit, quos interius ab omni sorde peccati mundauit. Ocharitas ineffabilis qui à suis lauari debebat lauit suos qui Dominus erat, factus est omniũ seruus, vt saluator de seipso ait, Matth. xx. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.

non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum. Proptereà dixit, Non estis mundi omnes. g Postquàm ergo lauit pedes eorum h accepit vestimenta sua. i Et cũ recubuisset iterum, k dixit eis, Scitis quid fecerim vobis. l Vos vocatis me, Magister & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. m Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & magister, n & vos debetis alter alterius lauare pedes. o Exẽplum enim dedi vobis vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis.

POSTILLA.

IN illo tempore, ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius. Hîc Euangelista incipit describere mortem Christi, qualiter morte sua imminente, animos discipulorũ confortauit: & hoc exemplis. Et diuiditur in tres partes, quia primò factum describitur. Secundò eius vtilitas ostenditur: ibi, Venit ergo ad Simonem. Tertiò, facti imitatio discipulis indicitur: ibi, Postquàm ergo. Prima in duas. Primò præmittitur affectus Christi ad discipulos. Secundò per factum instruit ipsos: ibi, Et cœna facta. Circa primũ sciendum quòd affectus Christi ad discipulos præmittitur, vt eius factum magis gratum ostendatur: & discipuli eius libentiùs imitentur. Dicit ergo sic, a [Ante diem festum] s. xiiij. Luna, in cuius vespera immolabatur agnus, & incipiebat solennitas paschalis quæ celebratur luna xv. & secundùm hunc modum in Ecclesia, solennitates incipiũt à vespera præcedentis diei. b [Sciens Iesus] ex quo patet quòd non ignorans nec inuoluntarius venit ad passionem, sed voluntate, obediens Deo Patri. c [Quia venit hora eius] nõ fatalis: sed à Deo Patre determinata, & hoc cõuenienter, vt immolatio agni qui tollit peccata mundi, immediatè post immolationem agni figuralis sequeretur: & sic veritas figuræ respõderet. d [Vt transeat ex hoc mundo ad Patrẽ.] Dicebatur enim pascha Iudæorum transitus, eò quòd tunc Angelus trãsiuit per Ægyptum interficiẽs primogenita Ægyptiorum & filios Israel seruans: & similiter pascha Christianorum dicitur transitus, inquantum Filius Dei transit per mortem ad Patrem: non per loci mutationem, sed sicut dicitur à Patre venisse, assumendo nostram naturam mortalem: ita dicitur ad Patrem rediisse, faciendo ipsum consortem paternæ gloriæ per immortalitatem in sua resurrectione. e [Cùm dilexisset suos] in quo ostenditur eius dilectio gratuita: quia prior dilexit suos. Ostenditur etiam discreta: quia ista

Quare pascha Iudæorũ dicebat trãsitus.

dilectio specialis nõ fuit ad omnes, sed ad sibi familiares, cuiusmodi erant Apostoli qui erãt in mundo. Ostenditur item hæc dilectio necessaria: quia Apostoli remanentes in periculo mundi indigebant consolatione diuina. f [In finem dilexit eos,] i. in morte specialia signa dilectionis ostendit, vel aliter, In finem, i. perfectè, animã suam pro eis ponendo. g [Et cœna facta.] Hîc describitur mirabile factum: scilicet lotio pedum discipulorum suorum, vbi præmittitur tempus & modus huius lotionis, cùm dicitur, Et cœna facta. Non est intelligendum quòd esset totaliter cõpleta, quia posteà dicitur, Et cùm recubuisset: sed erat facta quantum ad hoc, quoniam comederant agnum paschalem: & tunc surrexit ad lauandum pedes discipulorum suorum antequam daret eis sui corporis sacramentum, ad designãdum quòd spiritualis munditia requiritur ad percipiendum ipsum. h [Cùm diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes] Die enim præcedenti eum vendiderat, suggestione diaboli hanc proditionem in cor ipsius mittentis. i [Sciens] Iesus. k [Quia omnia dedit ei Pater in manus] ex quo patet in Christo plenitudo scientiæ & potestatis. l [Et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit] hoc iam suprà expositum est, qualiter dicitur filius à Patre exisse & ad Deum redire. m [Surgit à cœna] quia ministrare volebat. n [Et ponit vestimẽta sua] i. deponit, vt conuenientius hoc ministerium exhiberet. o [Et cùm accepisset linteum præcinxit se] & sic ad lauãdum se optimè disponit, nihil omittens de his quæ ad istud officium requiruntur. Et sequitur simplex humilitatis ministerium, cùm dicitur, p [Deinde misit aquam in peluim.] Propriis manibus, non per ministerium aliorum. q [Et cœpit lauare pedes discipulorum suorum] lutosos: quia discalceati incedebant. r [Et extergere linteo quo erat præcinctus] vt impleret humanitatis officium. s [Venit ergo, &c.] Hic ostenditur huius facti vtilitas, & ostenditur ex quadam concertatione Petri & Christi, per quod ostẽditur factum esse mysticum. Dicit ergo, Venit ergo ad Simonem Petrum: secundùm Origenem lotis aliis discipulis venit vltimò ad Petrũ, quia cœpit lauare à minoribus, ex hoc sumens argumentum quod dicitur, Cœpit lauare pedes discipulorum suorum: & postea subdit, Venit ergo ad Simonem: per hoc ostendens, quod alij iam erant loti. Sed non videtur verisimile, si transisset per omnẽs alios, quin aliquis eorum vel plures recusassent hanc lotionẽ, sicut & Petrus. Et ideo Doctores dicunt, quòd primò venit ad Petrum: propter quod alij discipuli audita reprehensione Petri, de hoc quòd recusauerat eius lotionem, non fuerunt ausi eam vltrà recusare: quod ergo dicit Euangelista, Cœpit lauare, & posteà subdit, Venit ergo ad Simonem, non est hoc intelligendum, quòd alios la-

Lotionis pedum vtilitas.

uerit ante ipsum: sed Euangelista prius factum in generali explicat postmodùm in particulari, incipiens à Petro. r [Et dixit ei Petrus, Domine, lauas mihi pedes?] quasi dicat, Vis lauare mihi peccatori, tu qui es Filius Dei, quasi dicat, Nullo modo decet: simile verbum dixit in principio suæ conuersionis Luc. v. Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum. v [Respõdit Iesus & dixit ei, Quod ego facio tu nescis modò.] quasi dicat, Non solùm hoc facio propter pedum corporalium emundationem: sed propter humilitatis eruditionem, vt posteà exposuit: ideo subdit, y [Scies autem postea] per hoc autem designauit munditiam pedum spiritualium, qui sunt affectus mentis, quæ requiritur in eucharistiæ perceptione. z [Dixit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum] id est nunquam lauabis: ac si diceret, Ego nullo modo sustinerem: licet autem Petrus faceret hoc bono zelo, tamen indiscretè hoc faciebat, quia cùm Christus non posset errare, non debebat voluntati eius aliquo modo resistere, ideo sequitur. a [Respondit ei Iesus, Si non lauero te, &c.] Si hoc intelligatur de lotione interioris maculæ, litera est plana: quia nullus potest habere partem cum Christo in gloria cælesti nisi lotus fuerit à macula peccati: secundùm quod scribitur Apoc. xxj. Nihil coinquinatum intrabit in illam. Si autem intelligatur de lotione corporali pedum ipsius Petri, eodẽ modo est dicendum. Sicut enim aliquid est illicitum non ex natura sua, sed tantùm prohibitum, vt patet de esu ligni vetiti primo parenti: ita similiter aliquid est necessarium ad salutẽ non ex natura sui, sed propter præceptum Dei vel Prælati: & sic erat in proposito. Ex quo enim Christus volebat simpliciter hoc facere, Petrus de necessitate salutis tenebatur sustinere. c [Dicit Simon Petrus, Domine non tantùm pedes, sed & manus, & caput.] Pedes sunt pars corporis inferior, manus media, caput superior: & ideo per expressionem istarum partium intelligitur totum corpus. Est igitur sensus, Domine non tantum, &c. quasi dicat, Prius sustinerem à te totum corpus lauari, quàm à te separari, quia quamuis esset durum Petro sustinere seruitium magistri: tamen grauius erat ei ab ipso separari. Vnde dicitur in Itinerario Clemẽtis, quòd quandocunque Petrus memor erat dulcissimæ societatis Christi, resoluebatur in lachrymas, ita quòd facies eius adusta videbatur ex frequenti lachrymarũ fluxu. d [Dicit ei Iesus, Qui lotus est.] per baptismum: ex quo accipitur quòd Apostoli fuerunt baptizati à Christo: vt dictum est iij. c. e [Non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus] si enim aliqui baptizatus statim moriatur, euolat ad Patriam, nec indiget aliqua alia lotione: tamen si superueniat, etiam sanctè, indiget lotione spiritualium, id est affectionum mentis, quia ex conditione mortalis vitæ affectus eius

Quomodo aliquid dicitur illicitum.

Triplex est effectus baptismi. Primus dicitur characteris impressio, secundus dicitur gratiæ infusio tertius dicitur innocentiæ restitutio. Bonauen. in. Sen. di. iiii. ar. i. q. ii.

aliquando aliquas maculas contrahit ex temporalibus, sed non indiget lauare caput, id est partem cõtemplatiuam: quæ intendit superioribus & æternis, nec manus, id est vitæ actiuæ opera quæ in eo sunt facta. Talis autem erat Petrus, & alij etiã Apostoli, excepto Iuda proditore: propter quod sequitur, f [Et vos mundi estis, sed non omnes.] g [Postquam ergo.] Ostensa facti vtilitate in prædicta lotione, hic inducit discipulos ad imitandum in opere: & diuiditur in duas partes, quia primò propositũ declarat. Secundò confirmat ibi, [Exemplum enim dedi.] Dicit ergo, Postquam ergo lauit pedes eorum. In hoc ostendit conuenientẽ modum docendi. In moralibus enim magis mouent facta quàm verba, vt potest haberi ex x. Ethic. & ideo Christus docens de humilitate, præmisit humilitatis factum. h [Accepit vestimenta sua] sicut enim ad ministrandum congruè debent vestimenta deponi: ita ad docendum honestè debent assumi, propter quod magistri solent legere in habitu ad hoc disposito & ordinato secundùm dispositionem facultatis suæ. i [Et cùm recubuisset iterum] quia sedendo debet doctor docere: doctrina enim nõ capitur nisi in quiete, propter quod dicitur vij. Phys. Sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens. Sequitur doctrina. k [Dixit eis, Scitis quid fecerim vobis] quasi dicat, Vos deberetis hoc scire: & in hoc reddit eos attentos. l [Vos vocatis, &c. & bene dicitis: sum etenim] Aliquid enim dicitur bene dictum quãdo congruit dicenti & rei dictæ. Congruit autem dicenti quando dicens talẽ se ostendit facto qualem verbo: vtroque modo Apostoli benè dicebant, quia sic erat in re ex parte Christi, qui superior erat. Similiter ex parte Apostolorũ qui facto se ei subiiciebant, sicut & verbo propter quod cõtra discipulos solo verbo dicitur Mat. vij. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus? & tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos, &c. Ex prædictis concludit Saluator intentum, dicens, m [Si ego laui pedes vestros, Dominus & magister] multò fortius. n [Vos debetis alter alterius lauare pedes.] Per hoc intelligitur, quodlibet pietatis & humanitatis officium proximo impensum, ad quod impendendum quilibet tenetur in casu necessitatis, extra autem talem casum, tenetur debito honestatis & congruitatis. o [Exemplum.] Hic confirmat conclusionem prædictam exemplo, dicẽs, Exemplum enim dedi vobis, &c. q. d. Ad hoc feci, vt ostenderem vos ad hæc teneri.

EXPOSITIO MORALIS.

Ante diem festum paschæ, &c. Pascha, id est transitus: & nos hoc festum debitè celebramus cũ à vitiis ad virtutes, vel à minoribus ad ma-

lora trāſimus. f [In finē dilexit eos] Per Ieſū qui ſalus interpretatur, bonus prælat⁹ ſignificatur: finis autē vltimus eſt beatitudo vera, quæ conſiſtit in clara Deī viſione & fruitione perfecta. Licèt autem omnis homo debeat ad hunc finem proximum diligere, prælatus tamen, qui eſt Chriſti vicarius, tenetur erga ſuos ſubditos hoc facere. g [Et cœna facta]. i. præparata ſecundùm ſenſum literalē: non tamen erat terminata, cum Chriſtus à cœna ſurrexerit ad lauādum pedes diſcipulorum, vt dicitur infrà, eodem. Patet ergo quòd Iudas cum aliis cœnauit, & corporaliter lautus fuit. Sic igitur exemplo Chriſti, bonus Prælatus ſubditis etiam malis debet exhibere beneficia & quantum in ſe eſt eos à ſua reuocet vita mala. s [Venit ergo ad Simonem Petrum] ſ. primò vt dictum fuit in expoſitione literali: & in hoc Chriſtus dedit exemplum Superioribus, illos inter ſubditos principaliter honorare, q̧ primi ſunt ætate vel dignitate. v [Domine, tu mihi lauas pedes] q. d. Hoc indecens eſt, & nullo modo ſuſtinendum: & in hoc Petrus ſignificat diſcipulum ignorantem indiſcretè loquentem de facto ſuperioris ſui, cuius ignorat rationem; frequenter enim contingit, quòd illud iudicatur irrationabiliſſimum ab ignorante cauſam, quod tamen rationabiliſſimum eſt ſecundum veritatem: hoc autem contingit in hoc caſu Petro, propter quod dixit ei Ieſus, x [Quod ego facio tu neſcis modò] & in hoc docemur bene iudicare & loqui de factis Superioris boni: niſi de eo qui permittente Deo erraret manifeſtè. h [Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Chriſtus enim nō lauabat pedes diſcipulorum pro corporali mundatione, ſed pro exemplo humilitatis docendæ: propter quod dixit eis, Exemplum dedi, &c. g [Poſtquam ergo lauit pedes eorum] Per hoc oſtendens quòd Superior poſt actum humilitatis, debet reſumere debitum exercitium authoritatis o [Exemplum enim dedi vobis, vt quem. &c.] Quod ergo dixit Petro, Si non lauero te, non habebis partem mecum: idem eſt ac ſi dixiſſet partem mecum non habebis, niſi à me receperis exemplum humilitatis: & in hoc facto Chriſtus dedit ſuperioribus & prælatis exemplum veræ humilitatis.

Quare Chriſtus lauabat pedes diſcipulorum.

QVAESTIO LXXI.

Quæſtio de ſacramento eucharistiæ.

QVi lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet, &c. Io. xiij. Super quibus verbis quęritur, Vtrū eucha. inter cætera ſacr. ſublimius habeatur? Ad quod breuiter reſpōdetur ex ſententia illuminati doctoris Franciſci de Maronis, q́ hoc ſacramentum non tantùm eſt cæteris ſublimius: ſed etiā celebrius atque dignius omnibus ſacramentis noui Teſtamēti. Primò inquit, Eſt omnibus ſublimius reſpectu cauſæ efficientis: quia efficitur & conſecratur ab ordine ſacerdotali, qui eſt dignior omnibus. Licèt Dionyſius ponat epiſcopatū vt includit ſacerdotium, tamen ſacerdotiū per ſe acceptum vt diſtinguitur contra epiſcopatum: eſt incomparabiliter dignius ipſo, quia plus eſt conſecrare, quàm quicunque alius actus. Nobiliſſimus autem eſt actus epiſcopalis: inquantū talis confert ordines in quibus admiratus iſtam excellentē dignitatē, monuit presbyteros præ cunctis reuereri: & ex tanti ordinis reuerentia renuit eſſe ſacerdos. Secundò eſt ſublimius reſpectu cauſæ materialis: quia ſicut cætera ſacramenta verſantur circa corpus Chriſti myſticum: ita iſtud immediatè circa corpus Chriſti verum, quia hoc cōſecrat: & ideo ſicut corpus Chriſti verum eſt digniſſimum vltra myſticum, ita & hoc ſacramentum. Quemadmodum theologia præfertur cæteris diſciplinis, quia circa dignius ſubiectum verſatur. Tertiò eſt ſublimius reſpectu cauſæ formalis, quia illa forma in qua exceditur nobiliſſima creatura, oportet quòd ſit nobiliſſima, ſicut homo excedit bruta, per illud ſolùm in quo natura humana eſt nobiliſſima: ſed per iſtud ſolum ſacramentum homines præcellunt angelos, ſecundùm Apoſtolum ad Heb. xiij. dicentem, Habemus altare de quo ędere non habent poteſtatem: niſi qui tabernaculo deſeruiūt. Quartò eſt ſublimius reſpectu cauſæ finalis: quia cùm finis ſit ſemper melior his quæ ſunt ad finem: iſtud ſacramentū ſecūdùm Dionyſiū cap. iij. de Angelica Hierarchia eſt finis omniū ſpiritualium perfectionum. Et etiam hoc ſacramentum eſt celeberrimum ſuper omnia ſacramenta. Vnde eius officium celebratio vocatur. In quo officio Eccleſia militās imitatur Eccleſiam triūphantem. Nā ſicut in cæleſti hierarchia ad miniſtrandū Chriſto, inſtituti ſunt ſex ordines angelorum, quia tres ſunt aſſiſtētes, ita in hac vita inſtituti ſunt tres ordines ad miniſtrandum ſacerdoti. Sed primò eſt ibi præſens dum hoc ſacramentum conſecratur tota Trinitas ratione tanti miraculi, quæ non poteſt effici niſi à tribus perſonis modo mirabili: quia ſicut Pater & Filius ſunt vnū principium Spiritusſancti: ita Pater & Filius & Spiritusſanct⁹ vnum principiū tantùm. extra de ſumma Trinitate & fide catholica, capitulo primo. Secundò eſt ibi præſentia ſanctorum angelorum: vnde de conſecratione diſtinctione ij. cap. quid ſit. ſunt verba Gregorij in homil. paſchali, Quis, inquit, fidelium habere dubiū poſſit in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis vocē cælos aperiri: & in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe? Tertiò, eſt ibi præſentia ſanctarum animarum. Vnde Hiero. contra Vigilantium Sanctorum reliquias reprobantem, Animæ inquit ſanctorū in hoc comitantur Chriſtum quocunque ierit. Iuxta illud Apoca. xiiij. Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Quartò, eſt ibi præſentia matris Chriſti, quę eſt regina virginum atque virtutum. Nam cùm ſecūdùm Hiero. officium aſſociandi Chri-

De actu Epiſcopali.

Quę interſunt conſecrationi.

ſtum ſit officium virginum: iuxta illud Apoc. xiiij. Virgines enim ſunt:& cùm mater Dei ſit virgo virginum, ſequitur quòd ipſa in hoc ſit ſpecialiſſima & principalis. Et inſuper hoc ſacramentum eſt dignius omnibus ſacramentis reſpectu priuilegiorum. Quorum primum dicitur gratiæ: quia confert maiorem gratiam quam cætera ſacramenta. Vnde Dionyſius de Angelica Hierarchia, capitulo tertio dicit, Eucharistia eſt perfectio perfectionum ſpiritualium, & non eſt vltra ipſum laudandum aliquod ſacramentum.

De perfectione eucharistiæ.

Aliud priuilegium dicitur veritatis, nam in cæteris ſacramentis inuenitur ſacramentum frequenter ſine re ſacramenti, vt cùm quis ad ſacramentum fictus accedit: hîc autem res ſacramẽti ſemper eſt cum ſacramento, quantumcunque fictus conficiat, quia ſemper eſt ibi & verè corpus Chriſti. Aliud priuilegium dicitur durabilitatis: quia omnia Eccleſiæ ſacramenta habent naturam ſucceſſiuam cum tranſeant cum vſu: iſtud autem ſacramentum eſt permanens: cùm tandiu maneat ſacramentum iſtud, vt notatur in quarto Sententiarum quandiu ſpecies durare poſſunt. Aliud priuilegium dicitur glorificationis: quia alia ſacramenta ordinantur ad gratiam quam rectè figurant: iſtud autem ſacramentum ordinatur ad gloriam, quia dicit beatus Dionyſius de Angelica Hierarchia, capitulo primo, Sicut notitia diuinarum Scripturarum eſt nobis imitatio futuræ contemplationis in Patria: ita ſumptio diuinæ eucharistiæ eſt imitatio illius fruitionis beatificæ qua ſatiabuntur Sancti cùm apparuerint in gloria eius. Et ideo dicit Saluator Lucæ vigeſimoſecundo capitulo, Non manducabo illud donec impleatur in regno Dei.

Quomodo vnum ſacramentum eſt dignius altera.

Sed ad maiorem veritatem habendam, dici poteſt quòd licet baptiſmus excedat alia ſacramenta ratione efficaciæ: vnde Ambroſius dicit in libro de Sacramentis, Per aquam baptiſmi, tranſitus eſt de terrenis ad cæleſtia: ſicut notatur de conſecratione diſtinctio. quarta per aquam. Et licèt confirmatio excedat ratione conferentis: quia à ſolo epiſcopo confertur, vt habetur de conſecratione diſtinctio. quinta capitulo manus. Et licet etiam matrimonium excedat ratione ſignificationis: quia ſignificat coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam per vnionem diuinæ & humanæ naturæ: extra de bigamis capitulo debitum. tamen excedit eucharistia ratione dignitatis & ſanctitatis, vt his rationibus reſponſum eſt. Vnde de conſecratione diſtinctio. ſecunda capitulo nihil. ſic dicitur, Nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt quàm corpus & ſanguis Chriſti: nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed omnes hæc præcellit. Vnde Saluator ipſe Paulo teſtante in epiſtola hodierna etiam ait, vbi dicit, Hoc facite in meã commemorationem: ſcilicet gloriæ meæ.

IN DIE PARASCEVES,

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Ioan. xviij. cap.

IN illo tempore, egreſſus eſt Ieſus cũ diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, [a] vbi erat hortus, [b] in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius. [c] Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc, cum diſcipulis ſuis. [d] Iudas ergo [e] cùm accepiſſet cohortem, [f] & à pontificibus & Phariſæis miniſtros, [g] venit illuc cum laternis & facibus, & armis. [h] Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſsit & dixit eis, Quem † quæritis? [i] Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dixit eis Ieſus, Ego ſum. [k] Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipſis. [l] Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. [m] Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? [n] Illi autem dixerunt, Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus, [o] Dixi vobis, quia ego ſum. [p] Si ergo me quæritis, [q] ſinite hos abire. [r] Vt impleretur ſermo quẽ dixit, [s] quia quos dediſti mihi nõ perdidi ex eis quenquam. [t] Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit [v] eum & percuſsit põtificis ſeruum, [x] & abſcidit auriculam eius dextram. [y] Erat autem nomen ſeruo Malchus. [z] Dixit ergo Ieſus Petro, Mitte gladiũ tuum in vaginã. [a] Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibã illum? [b] Cohors autem [c] & tribunus [d] & miniſtri Iudæorũ [e] comprehenderunt Ieſum, [f] & ligauerunt eum, [g] & adduxerunt eum ad Annam primum. [h] Erat enim ſocer Caiphæ, [i] qui erat pontifex anni illius. Erat autẽ Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominẽ mori pro populo. [k] Sequebatur autem Ieſum Simõ Petrus, & alius diſcipulus. [l] Diſcipulus autẽ ille erat notus pontifici, [m] & introiuit cum Ieſu in atrium põtificis. [n] Petrus

Quẽ quæritis? Dominus Ieſus ab humano genere quærebatur tã quam potens redẽptor & animarũ ſaluator, à Iudæis quærebaſ vt ſeductor, q erat omnium bonus conductor, genus humanũ Ieſum quærebat vt ſaluum fieret & redimeretur Iudæi autem Ieſum quærebãt vt eũ perderent & interficerent. Et Ieſus Iudęos quærebat vt ſaluaret q ſalui fieri noluerant, ideo illis patres in limbo clamabãt, Aperiatur terra & germinet ſaluatorem. Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtũ. & ſunt verba Iſa. Chriſtus impios Iudæos damnauit. Ioã. viii. Moriemini in peccatis veſtris. ibi dẽ, moriemini 1 peccato veſtro.

autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pótifici, & dixit ostiariæ & introduxit Petrum.[o] Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? [p] Dixit ille, Non sum.[q] Stabāt autē serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, [r] & calefaciebāt se. Erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se.[s] Pontifex ergo interrogauit Iesum [t] de discipulis suis,[v] & de doctrina eius.[x] Respōdit ei Iesus, [y] Ego palā locutus sum mūdo. [z] Ego semper docui in synagoga & in templo, quò omnes Iudæi cōueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas?[a] Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego. [b] Hæc autē cùm dixisset, [c] vnus assistens ministrorū, dedit alapā Iesu, dicens,[d] Sic respondes Pontifici?[e] Respōdit ei Iesus,[f] Si malè locutus sum, testimoniū perhibe de malo. [g] Si autē benè, quid me cædis?[h] Et misit eū [i] Annas ligatū ad Caiphā pótificem. [k] Erat autē Simon Petrus stans & calefaciens se.[l] Dixerūt ergo ei,[m] Nūquid & tu ex discipulis eius es?[n] Negauit ille, & dixit, Non sum, [o] Dixit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculā, [p] Nōne ego te vidi in horto cum illo [q] Iterū ergo negauit Petrus[r] & statim gallus cātauit.[s] Adducūt ergo Iesum à Caipha in prætorium. [t] Erat autem mane:[v] & ipsi non introierunt in prętorium, vt nōn cōtaminarentur,[x] sed vt māducarent pascha.[y] Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, [z] & dixit, Quā accusationē affertis aduersus hominem hūc? [a] Respōderunt & dixerunt [b] ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. [c] Dixit ergo eis Pilatus,[d] Accipite eum vos, & secūdùm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, [e] Nobis non licet interficere quenquā. [f] Vt sermo Iesu impleretur quem dixit significās qua morte esset moriturus. [g] Introiuit ergo iterum in prætoriū Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum?[i] Respondit Iesus, [k] A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respōdit Pilatus, [l] Nunquid ego Iudæus sum? [m] Gens tua, & pōtifices, tradiderunt te mihi.[n] Quid fecisti? [o] Respōdit Iesus, [p] Regnum meum non est de hoc mundo. [q] Si ex hoc mūdo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt nō traderer Iudæis. [r] Nunc autem regnum meum non est hinc. [s] Dixit itaque ei Pilatus,[t] Ergo rex es tu?[v] Respondit ei Iesus,[x] Tu dicis, quia rex sum ego. [y] Ego in hoc natus sum,[z] & ad hoc veni in mundum,[a] vt testimoniū perhibeam veritati. [b] Omnis qui est ex veritate [c] audit vocem meam [d] Dixit ei Pilatus, Quid est veritas? [e] Et cùm hoc dixisset, iterū exiuit ad Iudæos, & dixit eis, [f] Ego nullā inuenio in eo causam. [g] Est autem consuetudo vobis, vt vnū dimittā vobis in pascha: vultis ergo dimittam vobis regē Iudæorū?[h] Clamauerūt rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam. [i] Erat autem Barabbas latro.[k] Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.[l] Et milites plectentes coronam de spinis [m] imposuerunt capiti eius:[n] & veste purpurea circundederunt eum [o] & veniebant ad eum, & dicebant,[p] Aue rex Iudæorum.[q] Et dabant ei alapas. [r] Exiuit iterū Pilatus foras,[s] & dixit eis, [t] Ecce adduco eū vobis foras, [v] vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam.[a] Exiuit ergo Iesus [b] portans spineam coronā & purpureum vestimentum, [c] & dixit eis, Ecce homo.[d] Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri, [e] clamabāt [f] dicentes, Crucifige, crucifige eum. [g] Dixit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite. [h] Ego enim non inuenio in eo causam. [i] Responderunt ei Iudæi, [k] Nos legem habemus, [l] & secundùm legem † debet mori, [m] quia Filium Dei se fecit. [n] Cùm ergo audisset Pilatus hunc ser-

Debet mori. Nisi Christus redēptor

> posteà mortem subiisset, nunquam regnum cæleste consequi potueramus, imò illis aditus nobis omnino præclusus erat. Quapropter Christum mori necesse erat: vt via cæli quæ per primum Adã clausa erat mortalibus per secundum Adam, i. per Christum nobis pateficeret, vnde Aug. loquens de Christi passione, Non potuit nobis aperiri aditus & fieri salus, nisi p mortem Vnigeniti.

monem, magis timuit. [o] Et ingressus est prætorium iterum. [p] Et dixit ad Iesum, Vnde es tu? [q] Iesus autem responsum non dedit ei. [r] Dixit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? [s] Nescis quia potestatem habeo crucifigere te & potestatẽ habeo dimittere te? [t] Respondit Iesus, [v] Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. [x] Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. [y] Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi autem clamabant dicẽtes, [z] Si hunc dimittis nõ es amicus Cæsaris. [a] Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. [b] Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, [c] & sedit pro tribunali, [d] in loco qui dicitur lithóstrotos, [e] Hebraicè autem Gabbatha. [f] Erat autem parasceue [g] paschæ hora quasi sexta. [h] Et dixit Iudæis, [i] Ecce rex vester. [k] Illi autem clamabant, [l] Tolle, tolle, crucifige eum. [m] Dixit eis Pilatus, [n] Regem vestrum crucifigam? [o] Respõderunt pontifices, [p] Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, [q] vt crucifigeretur. Susceperũt autẽ Iesum & eduxerunt eum. [r] Et baiulãs sibi crucem, [s] exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha: [t] vbi crucifixerunt eũ, [v] & cum eo alios duos, hinc, & hinc: medium autem Iesum. [x] Scripsit autẽ & titulum Pilatus, [y] & posuit super crucem. [z] Erat autem scriptum, [a] Iesus Nazarenus [b] rex Iudæorũ. [c] Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: [d] quia prope ciuitatẽ erat locus, vbi crucifixus est Iesus. [e] Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. [f] Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorum, [g] sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. [h] Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi. [i] Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius [k] (& fecerũt quatuor partes, [l] vnicuique militi partem,) & tunicam. [m] Erat autẽ tunica inconsutilis [n] desuper contexta per totum. [o] Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eã: [p] sed sortiamur de illa cuius sit. [q] Vt Scriptura impleretur, dicens, [r] Partiti sunt vestimenta mea sibi, [s] & in vestem meam miserunt sortem. [t] Et milites quidem hæc fecerunt. [v] Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius: & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. [x] Cùm vidisset ergo Iesus matrẽ, & discipulum stantem quẽ diligebat: [y] dixit matri suæ, Mulier ecce filius tuus. [z] Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. [a] Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. [b] Posteà [c] sciens Iesus quia iam omnia cõsummata sunt [d] vt consummaretur Scriptura, dixit, [e] Sitio. [f] Vas autem erat positum aceto plenum. [g] Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo [h] circumponentes, obtulerunt ori eius. [i] Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit, [k] Consummatum est. [l] Et inclinato capite tradidit spiritum. [m] Iudæi ergo quoniam parasceue erat [n] vt non remanerent in cruce corpora sabbato, [o] erat enim magnus dies ille sabbati, [p] rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. [q] Venerũt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. [r] Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. [s] Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: [t] & continuò exiuit sanguis & aqua. [v] Et qui vidit [x] testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. [y] Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, [z] Os non comminuetis ex eo. [a] Et iterum alia Scriptura dicit, [b] Videbunt in quem transfixerunt. [c] Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph [d] ab Arimathæa, [e] eò quòd esset discipulus Iesu, [f] occultus autem propter metum Iudæorum: [g] vt tolleret corpus Iesu. [h] Et permisit Pila-

tus. [i] Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. [k] Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum noctè primùm, [l] ferens miſturam myrrhæ, & aloës quaſi libras centum. [m] Acceperunt ergo corpus Ieſu: & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. [n] Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus, [o] & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. [p] Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

POSTILLA.

IN illo tempore, egreſſus Ieſus cum diſcipulis ſuis, &c. Hic incipit Euangeliſta deſcribere Chriſti paſſionem & mortem. Ipſa autem fuit per Iudęos inchoata, & per gentiles conſummata: ſecundùm quòd Chriſtus prædixerat Matth. xx. c. Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Et ideo Euangeliſta primò oſtendit quid Chriſtus à Iudæis ſit paſſus. Secundò quid à gentibus ſequenti cap. ibi, Tunc ergo apprehendit. Prima in tres: quia primò deſcribit Euangeliſta qualiter Chriſtus à miniſtris Iudęorum fuit captus. Secũdò qualiter à miniſtris fuit pontificibus traditus, ibi, Cohors quoq;. Tertiò qualiter à pontificibus coram Pilato eſt accuſatus: ibi, Adducũt ergo. Circa primum Euangeliſta tria deſcribit. Primò proditionis locum. Secũdò proditoris apparatum, ibi, Iudas ergo. Tertiò animum Chriſti ad ſuſtinendum præparatum: ibi, Ieſus itaq; ſciens. Circa primum ſciendum quòd Chriſtus iuit ad locum extra ciuitatẽ, ad quem ſciebat venturum proditorem, vt oſtenderet ſe voluntariè ſubire mortem: & hoc eſt quod dicitur, Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem. Cedron nomen eſt torrentis inter ciuitatem Ieruſalem, & montem Oliueti per vallem Ioſaphat quæ eſt intermedia. Et dicebatur ille torrens Cedron, eò quòd in ripa illius fluminis ſiue illius torrentis naſcebantur multæ cedri. Hic etiam fluuius appellabatur torrens, pro eo quòd ad modum torrẽtis quandoque habebat aquas: quandoquè non. a [Vbi erat hortus] & erat locus clauſus conueniens ad capiendũ illos, qui eſſent intra ipſum. b [In quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.] Offerens ſe captioni. c [Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum] ex quo patet aptitudo loci ad capiendum Chriſtum ex tribus. Primò, quia erat à ciuitate remotus: & ipſi quærebant eum capere ſine ſtrepitu turbarum: vt habetur Matt. xxj. Secundò, quia erat clauſus. Tertiò, quia proditori cognitus. d [Iudas ergo.] Hic deſcribitur proditoris apparatus: quia Iudas tribus ſe muniuit. Primò de magna ſocietate & forti & authentica: & ideo dicitur, e [Cùm accepiſſet cohortem.] ſcilicet militum à præſide aſſignatam: vt ſic ſi multitudo populi ſuperueniret, nõ auderet impedire eius proditionem, propter iuſtitiæ publicæ timorem. f [Et à pontificibus & Phariſæis miniſtros.] vt haberet fulcimentum ab vtraque curia: ſcilicet Pontificis & Imperatoris. Secundò, muniuit ſe Iudas lumine contra noctis tenebras: quod notatur cùm dicitur, g [Venit illuc cum laternis & facibus.] Tertiò muniuit ſe armis. h [Ieſus itaque.] Hic oſtenditur promptitudo Chriſti ad patiendum. Et hoc dupliciter. Primò, quia Chriſtus ſe non occultauit. Secũdò, quia defenſionem prohibuit: ibi, Simon ergo. In prima igitur parte dicitur ſic, [Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit & dixit, Quem quæritis?] Ex quo manifeſtè apparet, quòd ſua voluntate captus eſt: quia cum ſciret omnia futura, vt declaratum fuit primo capitulo, non ſe occultauit: ſed magis quærentibus eum, obuiam iuit. i [Reſponderunt ei, Ieſum, &c.] Virtute enim diuinitatis factum eſt, quòd venientes ad capiendum eum primò non cognoſcerent eum, etiam ſuus diſcipulus qui venerat ad tradendum. Vnde ſubditur, k [Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipſis.] vt per hoc ſecundò oſtenderetur, quòd de voluntate ſua caperetur: quia ex quo erat eis incognitus, poterat ab eis recedere: & non ſolùm potuit hæc per prædicta, ſed etiam manifeſtius per hoc quod ſubditur, l [Vt ergo dixit eis, Ego ſum abierunt retrorſum & ceciderunt in terram.] Si enim vno verbo omnes proſtrauit, de facili poterat ab eis euadere. Omnia enim facta ſunt ex diuina ordinatione, vt declaretur virtus diuinitatis eius per prędicta: ſicut fragilitas humanitatis per captionem eius ſequentem, & paſſionem. m [Iterum ergo interrogauit eos, Quem quęritis?] hoc fuit facto interuallo à prima interrogatione: quia quãdiu iacuerant proſtrati non mouit ſe de loco: vt magis declaretur ſua voluntaria captio. o [Illi autem dixerunt Ieſum Nazarenum.] non enim cognoſcere poterant eum, nec capere, donec ipſe vellet: propter hoc ſubditur, p [Dixi vobis: quia ego ſum:] & tunc habuerunt ipſius notitiam, & capiendi eum licẽtiam, propter quod ſubditur, q [Si ergo me quæritis, ſinite hos abire] q.d. Si do vobis poteſtatem me capiendi, tamen meis diſcipulis non facietis aliquid mali. r [Vt impleretur ſermo quem dixit.] præcedens. s [Quia, quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam.] Iſtud enim verbum dixe-

De fluuio Cedron.

Proditoris apparatus

rat Iesus, non tantum de salute spirituali suorum discipulorum, sed etiam de salute corporali eorum: quod patet ex hoc, quòd inde excepit Iudam: qui perditus est & spiritualiter & corporaliter, quia ex desperatione se suspēdit. Et ideo Euangelista applicans verbum prædictum ad perditionem corporalem, non discedit ab intentione literæ. t [Simon ergo.] Hic ostenditur promptitudo Christi ad patiēdum: ex hoc quòd defensionem prohibuit: & hoc est quod dicitur. [Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum.] Dicunt hîc aliqui, quòd discipuli emerant gladios de præcepto Domini: secundum quod habetur Lucæ xxij. ca. vbi dicitur sic, Et qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Sed non est verisimile: quia ibidem dicitur quòd Apostoli statim responderunt, Ecce duo gladij hîc: & Christus dixit, Sufficit: ex quo patet quòd antè illos gladios habebant. Dicendum ergo quòd Apostoli fuerūt piscatores: in piscatione autem oportet aliquando retia cum paxillis affigere, & cum perticis nauiculas dirigere: & ideo in talibus & consimilibus vsus magnorum cultellorum est necessarius: & probabile est, quòd aliqui de Apostolis illos cultellos sibi retinuerant ad scindendum cibaria. Vnde etiam cum illis carnes agni paschalis concidebant. Petrus autem ex illis vnum retinuerat apud se qui erat magis promptus ad defensionem sui magistri quàm alij. v [Et percussit pontificis seruum.] qui magis de propè se ingerebat ad Christum capiendum. x [Et abscidit auriculam eius dexteram,] credens magis eum lædere, vel fortè caput eius percutere, vel etiam amputare: sed diuina ordinatione ictus declinauit, & accepit solùm illius auriculam: ideo sequitur, y [Erat autem nomen seruo Malchus.] Hoc addit Euangelista ad ostendendum certitudinem rei gestæ exprimendo propria nomina. z [Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam.] quasi dicat, Noli vti ad defensionem meam: & subditur causa, a [Calicem quem dedit mihi Pater non vis vt bibā illum?] quasi dicat, Passionem quam ordinauit Pater cælestis ad salutem humani generis debeo patienter tolerare: & ideo non est locus defensionis & resistentiæ: sed magis patientiæ. b [Cohors autem & tribunus.] Hic ostenditur qualiter Christus à ministris comprehensus pontificibus præsentatur, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur ipsius præsentatio Annæ. Secundò, Caiphæ: ibi, Et misit eum Annas. Prima in duas: quia primò ponitur Christi præsentatio. Secūdò eius examinatio: ibi, Pontifex ergo. Prima adhuc in duas, quia primò describitur prædicta præsentatio. Secundò incidentaliter ponitur Petri prima negatio, ibi, Sequebatur autem. Dicitur primò sic, Cohors autem, scilicet militum. c [Et tribunus.] qui eis præerat: & illi erant gentiles. d [Et ministri Iudæorum.] Isti autem erant Iudæi. e [Comprehenderunt Iesum.] ex quo patet obstinatio eorum: quia non fuerant auersi à suo malo visis prædictis signis: sed magis attribuębant actibus magicis. f [Et ligauerunt eum.] quasi morte dignum: illi enim qui reputabantur morte digni iudicibus præsentabantur ligati. g [Et adduxerunt eum ad Annam primum.] id est primò, cuius causa subditur, h [Erat enim socer Caiphæ.] & quia eundo ad domum Caiphę habębant trāsire ad domum illius Annæ: ideo introierunt domum eius propter reuerētiam. Alia autem ratio fuit, quia pontificatus tunc singulis annis vendebatur: & isti duo, scilicet Annas & Caiphas, quasi alternatim erant pontifices: propter quòd quasi pontifex habebatur: quia anno præcedenti fuerat. Tertia ratio est, vt Christus coram iudicibus pluribus condemnatus videretur magis dignus morte. i [Qui erat pontifex anni, &c.] Ista sunt posita suprà xj. c. k [Sequebatur.] hic interponitur prima negatio Petri cùm dicitur, Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discip. s. Ioānes, licet enim isti sicut & alij, fugissent primò, tamen posteà secuti sunt Iesum: quia feruentiores erant illis. l [Discipulus autem iste erat notus pontifici.] Dicunt aliqui, quòd Ioannes erat peritus in lege, & propter hoc habebat notitiam cum pontifice. Sed hoc non est verisimile, q a piscator erat, & de naui à Christo vocatus fuerat, vt habetur Mat. xiiij. c. vnde dicit Hiero. in epistola ad Paulinum, Ioannes rusticus piscator indoctus, &c. Et ideo fuit alia causa suæ notitiæ cum pontifice, quia fortè missus à patre suo pluries portauerat pisces ad domum pontificis. Vel fortè quia aliquis de cognatione eius ibidem seruiebat, vel alia causa, quam aliqui assignant, quia descēderat de Dauid, & sacerdotes habebāt istas genealogias. m. [Et introiuit cum Iesu in atrium pōtificis.] propter notitiam prædictam permissus est intrare. n [Petrus autem stabat ad ostium foris.] Tanquàm incognitus, tamē propter Ioannem permissus est intrare. o [Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?] q. d. Videtur quòd sic, vidit enim timidè intrantem, & sic habuit de eo suspicionem. p [Dixit ille, non sum.] ex quo patet fragilitas Petri: quia ita citò negauit ad vocē vnius mulieris, quę non loquebatur acriter, nō enim dicebat ei, Es tu de familia huius proditoris, vel aliquid huiusmodi: sed hominis istius, quasi compassiuè loquendo. q [Stabant ergo serui & ministri ad prunas] quia frigus erat, vt solet esse in Martio post mediam noctem. r [Et calefaciebant se, &c.] s [Pontifex ergo.] Hic ponitur Christi examinatio, & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur dicta examinatio. Secundò Christi respōsio: ibi, Dixit eis Iesus. Tertiò responsionis reprobatio: ibi, Hæc cùm dixisset. Circa primum sciendum, quod Christus

Promptitudo Christi ad patiēdum.

Discipuli, vnde habuerit gladios.

reputabatur à Iudæis seductor hominum, & doctor falsæ doctrinæ, ideo examinatus fuit de vtroque, & hoc est quòd dicitur, Pontifex ergo interrogauit Iesum. Dicitur autem Annas pontifex, non quia esset actu, sed quia ante fuerat, quia socer erat pontificis, vt dictum est. t [De discipulis suis.] vt videret si posset eum deprehendere, quòd fuissent ab eo seducti: v [Et de doctrina eius.] ad videndum si possent inuenire falsitatem vel calumniam, & aliquid dictum contra legem. x [Respondit ei Iesus.] Hic ponitur Christi responsio. De discipulis autem suis nihil boni poterat pro tunc benè respondere, quia principaliorem inter eos statim audierat ipsum in sua præsentia negasse. Sed de doctrina sua respondit, ostendens quòd non erat mala vel suspecta, sed sana. Quod declarat ex duobus. Primò, ex loco cùm dicitur. y [Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga & in tēplo, quò omnes Iudęi, &c.] Doctrina suspecta in angulis & latebris docetur, non in loco publico & sacro. Secundò, ex auditorum testimonio, dicens. a [Interroga eos qui aud. &c. q. d.] Paratus sum testimonium eorum subire, quod est tibi magis credibile quàm meum dictum: quamuis secundum veritatem deberet esse contrarium. b [Hæc autem cum dixisset.] Hic ponitur huius responsionis reprobatio, & hoc dupliciter. Primò per factum cùm dicitur, c [Vnus assistens minist. dedit alapam Iesu] Secundò per verbum cùm subditur, d [Sic respondes pontifici?] Ille autem minister scelestus, accepit responsionem Iesu quasi notasset pontificem de stulta interrogatione. e [Respondit Iesus.] humiliter veritatem ostendendo. f [Si malè locu. sum testimon. perhib. &c.] id est, potes perhibere. g [Si autem benè quid me cædis?] & noli me iniustè percutere. Sed hic videtur quòd Christus fecit contra doctrinam suam, quia Matth. v. dicitur, Si quis percusserit te in maxillam dexteram, præbe ei & alteram: ipse autem hoc non fecit, sed magis percutientem se correxit. Dicendum quòd illud Christi præceptum, & plura alia quæ ibi ponuntur, non dantur absolutè, secundùm quòd dicit August. sed magis secundùm præparationem animi, quia homo debet habere animum semper pręparatum ad hoc faciendum, vbi viderit hoc expedire ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ, aliàs non, imò aliquando expedit iniuriantibus respondere, ad ipsorum & aliorum instructionem, sicut fecit hîc Christus, & aliquando etiam facto resistere, ne detur occasio malis malè agendi. h [Et misit.] Hic ostenditur qualiter Christus præsentatus est Caiphæ, & diuiditur in duas partes: quia primò describitur dicta præsentatio. Secūdò subditur secunda & tertia negatio Petri: ibi. Erat autem. In prima igitur parte dicitur sic, Et misit eum Annas ligatum, quasi morte dignum, & iam coram eo condemnatum. i [Ad Caipham

Qualiter Christus est Caiphę præsentatus.

pōtificem.] tum quia ad ipsum pertinebat principaliter Christi examinatio, tum vt videretur Christus magis morte dignus, qui fuisset coram iudicibus pluribus condemnatus. Sciendum tamen, quia quod Ioannes hic tacet, qualiter Caiphas eum examinauit, & qualiter Caiphas vestimenta sua scidit, & qualiter Christus in domo eius illusus fuit, quia alij Euangelistæ hoc sufficienter expresserant. k [Erat autem Simon Petrus, &c.] Hic reuertitur Euangelista ad narrandum de negatione Petri, & ideo quasi eadem verba quæ dixerat in fine primę negationis reassumit, dicens, [Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se] Ille enim qui narrat historiam aliquam, quando occurrunt aliqua incidentia narranda, interrumpit principale, ad illud incidens narrandum, quo facto, reuertitur ad propositum, & sic facit Ioannes, vt dictum est. l [Dixerunt ergo ministri ad ignem stantes.] m [Nunquid & tu ex disci. &c.] quasi dicant, Sic, quia illi videbant eum timidum & pauidum. n [Negauit ille, & dixit, Non sum.] De ista secunda negatione Petri videtur Matth. contradicere Ioan. Primò quo ad personam, quia dicit ipsum secundo negasse ad vocem alterius ancillę. Matt. xxvj. Ioannes autem hic dicit, quòd fuit ad vocem ministrorum ad ignem stantium. Secundò, quo ad locum: quia Matth. dicit quòd secundò negauit in exitu ianuæ, hic autem dicitur quòd stans ad ignem. Propter quod sciendum, quòd principalis intentio Euangelistarum erat exprimere trinam Petri negationem: & in hoc omnes conueniunt. De personis autem accusantibus, seu de negationis loco, non erat eorum principalis intentio. Et probabile est quòd multi ad verba Petri concurrebant, & circa eum consimilia verba dicebant, improperando ei magistrum suum: & ideo vnus Euangelistarum exprimit vnam personam accusantem, & alius aliam: & vterque dicit verum. Vnde secundùm veritatem historiæ videtur quòd prima negatio sit facta ad vocem ancillę ostiarię, Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta est in domo, quia post primam negationem, Petrus timuit diu stare inter Iudæos, propter quod voluit exire: & tunc ancilla videns eum timidum, accusauit eum, & simul ad hoc concurrerunt illi qui ad ignem stabant, & idem dicebāt cum illa ancilla: propter quòd Matthęus dicit quòd ad vocem ancillæ alterius negauit, Ioannes autem ministros comitantes exprimit. Item Matt. dicit quòd negauit ipso exeunte ianuam, id est, volente exire, & ad hoc se pręparante propter timorem, vt dictum est: quia tamen adhuc erat in domo, nec ab igne longe recesserat: ideo dicit Ioann. quòd prope ignem facta est illa negatio. Tertia autem negatio facta est multis eum accusantibus, & concurrentibus propter prædicta tantùm: inter illos erat principalis vnus seruus pontificis, propter

Varia Euāgelistarū opinio, de negatione Petri.

Locus secundę negationis Petri.

D

quod Ioannes illum exprimit, tacendo de aliis: ideo subditur, o [Dixit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius Petrus abscidit auriculam.] & ideo acrius cæteris eum accusabat: & in accusationis suæ assertionem, adduxit factum præcedens: cùm dixit, p [Nónne ego te vidi in horto cum illo?] quasi diceret, Sic. q [Iterum ergo negauit.] Aliqui autem volentes excusare Petrum, dicunt quòd non negauit eum ex timore mortis, sed ex amore, nolens ab eo separari: sed semper eum sequi. Sciebat enim quòd si diceret se esse discipulum eius, statim ab eis caperetur. Sed hoc est contra verba domini suprà habita. xiij. cap. vbi exprobrauit Petro, dicens, Animam tuam pro me pones? quod fuit dictum negatiuè, sicut fuit ibidem expositum, & ideo patet quòd Petrus negauit timens animam suam exponere pro Christo. Ideo subditur, r [Et statim gallus cantauit.] Secunda scilicet vice: quia post primam negationem semel cantauit gallus: sed Petrus timore perturbatus non percepit, secundùm quod fuit expositum Matth. xxvj. cap. s [Adducunt ergo Iesum à Caipha, &c.] Hic ostenditur qualiter Christus à Iudæis coram Pilato accusatur. Et diuiditur in tres partes: quia primò describitur Christi præsentatio. Secundò præsentati examinatio, ibi, Exiuit ergo. Tertiò innocentiæ Christi declaratio ibi, Et cùm hæc dixisset. In prima parte dicitur sic, [Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium] id est, à domo Caiphæ pontificis ad domum Pilati præsidis, ad quem pertinebat iudicium in causa sanguinis: & locus vbi iudicabat, prætorium vocabatur. Aliqui autem libri malè habent, Ad Caipham, quia in domo Caiphæ iam erat Christus: nullus autem adducitur in loco in quo est. Prætereà Ioannes scripsit in Græco hoc Euangelium: & ideo pro veritate textus habenda, recurrendum est ad Græcum: in Græco autem ponitur à Caipha. Sequitur autem, t [Erat autem mane.] Hoc additur ab Euangelista, ad ostendendum quantùm Iudæi sitiebant sanguinem Iesu, qui summo mane quærebant sententiam de eius morte dari. v [Et ipsi non introierunt prætorium, vt non contaminarentur.] ex ingressu domus hominis gentilis, & tamen non timebant inquinari ex procuratione mortis innocentis: ex quo patet eorum superstitio vana. x [Sed manducarent Pascha.] id est, azymos panes, qui à Iudæis comedebantur in pascha per septem dies: non enim erat licitum illos comedere nisi personis mundis: & ideo per paschatis manducationem non intelligitur hic comestio agni paschalis: vt malè dicunt Græci, quia illum comederunt die præcedenti. Sequitur, y [Exiuit ergo.] Hic ponitur Christi examinatio, & hoc dupliciter: quia primò examinatur coram Iudæis. Secundò priuatim sine ipsis: ibi, Introiuit iterum. In prima parte dicitur sic, Exiuit ergo

Christi à Iudæis coram Pilato accusatio.

Qui sit pascha.

Pilatus ad eos foras. Iudæi enim non audebant domum eius ingredi, ne suas obseruationes violarent: ideo volens eis deferre exiuit ad eos. z [Et dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?] videbat enim eum ligatum in signum damnationis: ideo quærebat de causa, quia non erat consuetudo Romanis condemnare aliquem, nisi prius audirent accusationem suam: & haberet locum se defendendi: vt habetur Actuum vigesimoquinto. ideo Pilatus qui erat iudex ab Imperatore Romano illuc missus: voluit modum Romanorum tenere. a [Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, &c.] quasi dicant, Nos eius factum diligenter examinauimus, & inuenimus eum dignum morte: ac si dicerent, Non oportet aliam examinationem facere. c [Dixit ergo eis Pilatus.] quasi indignatus ex eorum responsione: quia sciebat eos ipsum per inuidiam tradidisse: vt habetur Matthæi vigesimoseptimo. d [Accipite eum vos, & secundùm legem vestram iudicate.] quasi diceret, Si sufficit vestra examinatio: sufficit & vestra sententia. Sciendum enim quòd Romani aliqua minora iudicanda dimiserunt Iudæis: sed non poterant pro talibus inferre pœnam mortis: quia Romani retinuerant sibi causam sanguinis: & ideo per hanc responsionem inhibebat inferre Christo mortem. Ipsi autem non poterant vitam eius sustinere. Et ideo renuerunt hoc accipere, dicentes, e [Nobis non licet interficere quenquam.] Si enim potuissent dare mortis sententiam, libenter iudicium accepissent. f [Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, &c.] Christus enim prædicens mortem suam Apostolis Matth. xx. c. dicit quòd à principibus sacerdotum, traderetur gentibus ad illudendum & crucifigendum. Et hoc fuit impletum per hoc quod tenuerunt iudicium, & dimiserunt Christum Pilato, qui erat gentilis iudicandum, & sententiæ executionem suis militibus. g [Introiuit ergo.] Hic ponitur examinatio Christi in secreto: & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Pilati interrogatio. Secundò Christi responsio: ibi, Respondit Iesus. Tertiò Pilati obiectio, ibi, Dixit itaque. Circa primum sciendum quòd Iudæi cum tumultu irrationabili petebant mortem Christi: propter quod Christus non respondebat secundùm illud Eccl. xxij. Vbi non est auditus, non effundas sermonem: & propter hoc Matt. & Mar. dicunt quòd cùm accusaretur à principibus sacerdotum, nihil respondit: propter quod Pilatus intrauit in prætorium, quod erat in domo sua, vt ibi Christum magis pacificè examinaret extra tumultum Iudæorum, qui non audebant intrare prætorium, vt dictum est. Christus autem de tribus fuerat accusatus coram eo vt habetur Lucæ xxiij. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem

esse. Pilatus autem de duobus primis non curauit inquirere: vt aliàs diximus. Sed de tertio quod videbatur esse contra honorē Imperatoris inquisiuit, scilicet de regno: quia Imperatores Romani nomē regiū Iudæis abstulerant, vt frangerent eorū superbiā: & tollerēt rebellandi occasionē & ideo quęsiuit à Christo. h [Tu es rex Iudæorū.] quasi dicat, Hoc est verum quod tibi imponitur, scilicet quòd velis tibi vsurpare regnum. i [Respondit Iesus] ponitur Christi responsio, in qua prius examinauit Pilati interrogationem, dicens, k [A temetipso hoc dicis, an alij, &c.] quasi dicat, Concepisti hanc opinionem de me per temetipsum? l [Respondit Pilatus, Nunquid ergo Iudæus sum?] quasi dicat, Ex me non concepi, quia non sum Iudęus: & sic non possum inuestigare ex libris Iudaicis: qui debeat esse Rex eorum, sed hoc ad peritos legis pertinet. Ideo subditur, m [Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi.] Accusantes te super hoc. n [Quid fecisti.] quasi dicat, Videtur quòd tu sis in aliquo culpabilis: ex quo illi qui sunt de gente tua, & tantæ authoritatis, sicut sunt pontifices te accusant. o [Respondit Iesus.] Examinata interrogatione Pilati, Iesus primò respondit ad quæstionem primò factam de vsurpatione regni temporalis. q [Regnum meum non est de hoc mundo.] non enim negat se esse regem, sed magis concedit: quia secundùm veritatem ipse erat rex regum. Veruntamen ad tollendum occasionem calumniæ, temperat suam responsionem, dicens quòd non quærit huius mundi temporalem dominationem: quod probat consequenter, dicens, h [Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri, &c.] Omne enim regnum temporale, habet firmitatem non solùm ab ipso rege, cùm sit vnus solus homo: sed etiam à ministris contra aduersarios pro ipso pugnantibus: quod non quærebat Christus: sic patet quòd satisfecit ad quæstionem, ostendendo quòd nōn quęrebat inter Iudæos temporalem dominationem. Veruntamen quia concesserat se esse regem, ideo concludit, r [Nunc autem regnum meum non est hinc]. id est quantùm ad temporalia ista quærenda. Sed contra hoc videtur quod dicitur, Psalmo xlvj. Rex omnis terræ Deus: ipse autem est verus Deus sicut verus homo: ergo regnum eius est de hoc mundo. Dicendum quòd secundùm veritatem diuinitatis eius sunt subiecta Christo: tamen quantùm ad humanitatē in primo aduentu suo non venit ad dominandum temporaliter: sed magis ad seruiendum & patiendum. Et sic patet, quòd sufficienter excludit illud, quod sibi exponebatur de vsurpatione regni Iudææ quia nō fiebat quæstio de ipso: nisi inquantùm homo & pro statu præsenti, in quo erat qui ad primū eius aduentū pertinebat. s [Dixit itaque.] Hic ponitur Pilati obiectio. Sicut enim verum est, quòd Christus in sua responsione concesserat se esse regem, sed dixerat regnum suum non esse hinc: ideo Pilatus ad plenum verba eius non intelligens, accepit per hoc ipsum esse regem alicuius regni, de quo non intromitterent se Romani: sed quòd Christus per hoc intelligeret regnum cæleste, & spirituale nō intellexit. Ideo voluit scire magis determinatē, concludens ex verbis Christi prædictis, t [Ergo rex es tu?] q.d. Ex quo concedis te esse regem regni non pertinētis ad dominium Imperatoris, declara magis quod sit illud regnum. v [Respondit Iesus.] Primò conclusionem factam concedendo, dicens, x [Tu dicis, quia rex sum ego.] & ita est secundùm veritatem. Sed consequenter declarat huius regni conditionem, dicens, y [Ego in hoc natus sum.] temporaliter. z [Et ad hoc veni in mundum.] per carnis assumptionem. a [Vt testimonium perhibeam veritati.] docendo & prędicando veritatem in cordibus fidelium b [Omnis qui ex veritate.] prima quę Deus est non solùm per creationem, sed per imitationem & subiectionem. c [Audit vocem meā.] corde credēdo, & opere obediēdo: & per consequens in talibus spiritualiter ego regno: & tale regnum in nullo impediebat Imperatoris Romani dominium, de quo quærebat Pilatus. d [Dixit ei Pilatus, Quid est veritas?] Non quærit definitionem veritatis: sed quærit quæ est illa veritas, cuius virtute & participatione, homines efficiuntur de regno Christi. Intellexit enim per hoc in quodam generali, aliquid diuinum existens extra communem modū hominum. Et hoc est verū, si intelligatur determinatē, & magis particulariter: quia veritas diuina Filio appropriatur: veritas autē per quā homines in præsenti efficiuntur de regno Christi est quędam impressio & participatio veritatis diuinæ. Huius autē quæstionis Pilatus non expectauit responsionē, duplici de causa. Vna est: quia erat de regno spirituali, vt visum est. Ipse autem nō habebat se intromittere nisi de temporalibus: & ideo hoc aduertens dimisit illius quæstionis prosecutionē. Alia causa fuit: quia iam perceperat Christi innocentiā, & Iudæorū malitiam, sciens quod tradidissent eū per inuidiā. Igitur prætermissa quæstione, voluit procedere ad eius liberationē, vt statim patebit. e [Et cū hoc dixisset.] Hic consequēter ponitur innocētiæ Christi declaratio: cùm enim Pilatus vellet eum liberare, vt dictū est, occurrit eius memoriæ modus conueniens liberationi suæ, videlicet de cōsuetudine Iudæorū: quia dabatur eis à præside in solennitate paschali, vnus vinctus in memoriā liberationis filiorū Israel de terra Aegypti: & propter hoc voluit Christum liberare per hunc modū. Et primò ad hoc faciendum allegat Christi innocentiā, dicens, f [Ego nullā in eo inuenio cau.] i. dignā morte. Secundò allegat cōsuetudinem de eius obseruatione: cuius, sciebat eos esse cupidos, dicens g [Est autē consuetudo, &c. Vultis ergo dimittam vobis

Quare quęstionis Pilatus responsionē non expectauit.

Pilatus quærebat Christi liberationē.

regem Iudæorũ?.q.d.Vos debetis hoc velle.ad cuius intellectũ sciẽdum, ꝙ Pilatus volẽs Christum liberare, posuit eis sub distinctione, de liberatione Christi vel Barabbę, & de nullo alio: vt magis exprimitur Mat. xxvij. Sciebat enim quòd consuetudinem suã nullomodo dimitterẽt. Ex altera parte Barabbas erat pessimus, & populo odiosus: per quod firmiter credebat, ꝙ eius liberationẽ nullo modo vellent: & sic per consequens liberationi Christi cõsentirẽt. Sed Sacerdotes deceperunt populũ inducẽtes eum ad petendũ liberationem Barabbæ & nõ Christi. Et hoc est quod subditur, h [Clamauerunt rursum omnes, &c.]. s. Barabbã dimitte nobis i [Erat autẽ Barabbas latro]. s. publicus & famosus. Hoc autẽ addidit Euãgelista, ad ostendẽdum eorũ malitiã: quia ad procurandũ mortem Christi, petierũt latronis publici liberationem, contra bonũ publicũ, & contra iustitiam. k [Tunc ergo apprehendit Pilatus.] Hic consequenter Euangelista describit, quid passus sit Christus à gẽtilibus. Passus est autẽ tria ab eis s. flagellationem, illusionem & crucifixionem, secundũ ꝙ prędixerat Saluator Matt. xx. c. Tradent illũ gẽtibus ad illudẽdum, & flagellandũ, & crucifigendũ. Et ideo Euãgelista primò agit de illusione & flagellatione. Secũdò de crucifixione: ibi, Tunc ergo tradidit. Prima in duas: quia primò describitur Christi flagellatio & illusio. Secundò circa hoc ostẽditur Pilati intentio. ibi, Exiuit iterũ. Circa primum sciẽdum, ꝙ Pilatus vidit ex clamore eorũ, quod nullomodo poterat dimittere Iesum omninò liberum cum pace ipsorũ: ex altera parte durũ erat sibi innocentẽ interficere, & ideo ad satisfaciendũ eis fecit Christũ flagellari & illudi. Et hoc est quod dicitur, [Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.] non per se ipsum immediatè, sed per milites suos & ministros. l [Et milites plectentes coronam de spinis.] i. de iuncis marinis, ad modum spinarum duris & acutis. m [Imposuerunt capiti eius.] tanquam volenti regnare, & non potenti. Quod fecerunt vt eorũ illusio responderet Iudæorum accusationi. n [Et veste purpurea circundederunt eum.] Tali enim veste vtebantur reges. o [Et veniebant ad eum & dicebant, &c.] Hoc totum factum est in illusionem: vnde sequitur, q [Et dabant ei alapas.] vt sicut illuserunt factis, sic illuserunt signis & verbis. r [Exiuit iterum Pilatus.] Hic ostenditur circa prædicta Pilati intentio, quæ erat bona quàntum ad hoc, quia prædicta iussErat fieri, vt Iudæi tali afflictione Christi essent satiati, & sic consentirent in eius liberationem sine morte, tamen per hoc non excusatur à peccato, quia cum esset iudex super eos, non debebat ei quem sciebat innocentem etiam minimam pœnam inferre. Igitur Euangelista circa sequentia sic procedit: quia primò declarat conatum Pilati ad Christi liberationem. Secundò Iudæorum resistentiam, ad eius cõdemna-

Quid passus sit Christus à gentilibus.

tionem: ibi, Cùm ergo vidissent. In prima ergo parte dicitur sic, [Exiuit iterum Pilatus foras.] vbi Iudæi stabant, quia domũ eius ingredi non audebant, vt suprà dictum est. s [Et dixit eis.] Primò allegans Christi innocentiam. t [Ecce adduco eum vobis foras.] Postquàm diligẽter examinaui eum, & flagellaui ad vobis satisfaciendum. v [Vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam.] Secundò ostendit ipsius punitionem iam factam vltra condignum, cum dicitur, a [Exiuit ergo Iesus.] ex præcepto Pilati. b [Portans spineam coronam, &c.] Volebat enim Pilatus, vt sensibiliter viderent qualiter fuisset illusus & flagellatus, vt mouerentur ad compassionem. c [Et dixit eis, Ecce homo.] q.d. Et si in aliquo malè egisset, tamen vltra condignum punitus est, & ideo deberet vobis sufficere. d [Cùm ergo vidissent.] Hic ponitur Iudæorum resistentia, & hoc dupliciter, Primò per irrationabilem clamorem. Secundò per rationem: ibi, Responderunt Iudæi. In prima parte dicitur, [Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri.] sic flagellatum & illusum, & cognoscerent quòd Pilatus sic volebat dimittere ipsum. e [Clamabant] tumultuosè, & alios ad clamandum excitabant. f [Dicentes, Crucifige crucifige eum.] q.d. Hæc pœna nullo modo sufficit: sed petimus quòd moriatur. g [Dixit eis Pilatus, Accip. &c.] derisoriè & indignanter hoc dicit: quia non habebant potestatem iudicandi aliquem ad mortem: vt suprà dictum est. Et est similis modus loquendi ac si diceret, Si haberetis potestatẽ date mortis sententiam, citò & sine causa faceretis: sed ego hoc agere nolo: ideo sequitur, h [Ego enim non inuenio in eo causam.] dandi talem sententiam. i [Responderunt] Videntes Iudæi ꝙ Pilatus nõ acquiesceret eorum clamori, inceperunt rationes alias quam suprà allegauerant: non enim illas audebant recitare, quia Pilatus tam illas euacuauerat, & ideo hic aliud allegant: & primò allegant ipsum fecisse contra legẽ Dei. Secundò contra legem Imperatoris Romani: ibi, Exinde quærebant. In prima ergo parte allegant sic Iudæi, k [Nos legẽ habem.] s. à Deo datam in monte Sinai. l [Et secundum legem debet mori.] quia Leui. xxiiij. c. pręcipitur, ꝙ, blasphemi occidentur: & tale crimen imponebãt ei. Vnde sequitur, m [Quia Filiũ Dei se fecit.] Veruntamen Christus hoc dicendo, nõ blasphemauit, sed veritatẽ dixit: & per Scripturã habitam, vt suprà probatũ est, x. c. n [Cum ergo audisset magis timuit.] nõ propter legẽ Iudæorum, quã non obseruabat: sed ne verum esset vt Iesus sibi oblatus, esset verè Dei Filius: & sic factum enorme fecisset ipsum flagellãdo: & ideo hoc voluit certius inquirere. Vnde sequitur, o [Et ingressus est in prætoriũ iterum.] Vt veritatem magis posset cognoscere extra tumultũ Iudæorum, p [Et dixit ad Iesum: vnde es tu?] per hoc quærens, si esset ex origine diuina secundũ ve-

ritatem. q [Iesus autem res.]Primò quia homo erat gentilis,& idololatra,& generationem Filij in diuinis capere non posset. Secundò, quia nolebat passionẽ suam impedire. Tertiò, quia prophetatum erat de eo.Isa.liij.c.Et sicut agnus coram tondente se obmutescet,&c.& ideo volebat illud propheticum implere. r [Dixit ergo Pilatus,Mihi non loqueris.]Mirabatur de eius taciturnitate: cùm esset in puncto liberationis, vel condemnationis suæ.Sequitur, s [Nescis quia potestatem habeo crucifigere te,&c.]q.d. Mihi saltem deberes respondere. t [Respondit Iesus.] non ad impediendum suam passionem: sed ad reprimendum Pilati iactantiam. v[Non haberes potestatem aduersum me vllam:nisi tibi datum esset desuper,id est,à principibus Romanorum, & vlterius permissum à Deo qui est potestas superior. Et ex hoc arguit eius peccatum : quia non acceperat potestatem à Cæsare & à Deo condemnandi innoxios,sed magis liberandi eos:& cum hoc,ostendit peccatum Iudæ & Iudæorum esse maius quam peccatum ipsius Pilati, quia ad occisionem Christi Iudas fuit motus cupiditate, Iudæi autem inuidia & rãcore. Sed Pilatus fuit motus humano timore , vt magis patebit: & hoc est quòd dicitur, x [Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet] in quo includitur peccatum Pilati; quia maius nõ dicitur,nisi per comparationem ad minus. y [Et exinde.]Hic consequenter allegant Iudæi,Christum fecisse contra legem Imperatoris : quia videbant quòd Pilatus parum erat motus de eorum prædicta allegatione:sed volebant Iesum omninò dimittere : & hoc est quòd dicitur. [Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.] videbat enim Pilatus, tanquam homo astutus,quòdChristus rationabiliter cõuicerat eum de peccato,si eum innocentẽ condemnaret:ideo quærebat occasionem dimittendi eum:quod videntes Iudæi clamabant. z [Si hunc dimittis,non es amicus Cæsaris].i.non zelas pro honore & statuto domini tui custodiendo,quod arguunt communiter dicẽtes, a[Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.]Imperatores enim Romani abstulerãt à Iudæis regiam dignitatẽ, ne haberent rebellandi occasionẽ.Et ideo quicũque inter Iudæos dicebat se regẽ qualitercũque,videbatur contra ordinationẽ Imperatoris facere.Christus autem concesserat se regem esse,vt patet ex prædictis, & iõ,quãuis secũdùm veritatẽ hoc regnum nõ esset contra dominium Imperatoris,vt suprà dictum est:tamen hoc arguebant apparenter.Pilatus autem non audebat etiam secundum minimã apparentiã facere contra Imperatoris honorẽ ideo sequitur,b[Pilatus aũt cum audisset hos sermones,adduxit fo.Iesum]vt corã Iudæis euidẽtius de facto inquireret, & corũ dictũ falsum ostẽderet. c [Et sedit pro tribunali,]i.loco sedis iudiciariæ,d[In loco qui dicitur lithostrotos].i.lapidũ stratura:&dicitur à lithos quod est lapis,&strotos quod est pauimentũ siue stratura:& est nomẽ Græcũ.e[Hebraicè aũt Gabatha]quia hoc nomen Hebraicũ idem significat sicut Græcũ.Ille enim locus erat ante domũ Pilati. Ante enim domos magnatũ,solet esse locus de lapidibus præparatus.f[Erat aũt parasceue]quia erat feria vj.&j.dies solennitatis paschalis.Dicebatur aũt feria vj.parasceue,i.præparatio:quia in illa præparabãt Iudæi cibaria pro die sabbati,in quo non erat licitum aliquid decoqui , vt habetur Exo.xj. g [Hora quasi vj.]contrarium videtur Mar.xv.vbi dicitur,Erat aũt hora iij.& crucifixerunt eum, prius autem fuit iudicatus, quam crucifixus,ergo,&c.Dicendum quod secundùm veritatem erat tempus medium inter tertiam & sextam: medium aũt ab vtroque extremo potest denominari:& ideo Marcus expressit illud tẽpus mediũ per horã iij.Ioan.verò per vj.h[Et dixit Iudæis]allegãs pro Christi liberatione.i[Ecce rex vester.]q.d. Mirũ est quod hũc hominẽ abiectũ , & flagellatũ dicitis sibi velle vsurpare regnũ Iudæorũ.k[Illi aũt cla.] sicut furibũdi.l[Tolle,tolle crucifige eũ.]q.d.Non possumus videre eũ. m[Dixit eis Pilatus]allegans in crucifixione Christi eorũ verecundiam, dicẽs, n[Regẽ vestrũ crucifigã?]q.d.Ex quo eũ regnare formidatis,&iã de hoc fuit fama,magna erit vobis verecũdia, si morte moriatur sic abiecta. Vnde & postea Pilatus scripsit titulũ crucis ad eorũ verecundiam,Iesus Nazarenus rex Iudæorũ.o[Respõderunt põtifices,Nõ habemus regẽ nisi Cæsarem,]Ex quo patet,quod extũc perpetuæ subiectioni Romanorũ se obligauerunt,renuntiãtes omni alteri regiæ dignitati. Patet etiam eorũ obstinatio ad procurandũ Christi mortẽ, cùm pro eius procuratione confessi sunt in perpetuum seipsos subiectos seruituti. p[Tunc ergo.]Hic incipit agere Euãgelista de crucifixione Christi, & diuiditur in tres partes,quia primò agit de crucifixione. Secũdò de morte:ibi, Posteà sciẽs Iesus.Tertiò de sepultura:ibi,Post hæc aũt rogauit.Prima in duas:quia primò describit ipsam crucifixionem. Secũdò de consequentibus ad ipsam:ibi,Scripsit aũt & titulum. Circa primũ sciendũ,quòd Pilatus vidẽs quod propter mortẽChristi obligabãt se Iudæi perpetuæ seruituti Romanorũ,timuit si hoc refutaret, ne accusaretur apud Cæsarẽ.Et ideo motus timore Imperatoris,& fauore Iudaici populi cui præerat,& à quibus pecunias leuare sperabat,cõtra iustitiam dedit sententiam de morte innocẽtis: & hoc est quod dicitur,Tunc ergo tradidit eis illũ per sententiam diffinitiuam. q[Vt crucifigeretur]tamẽ prius lauit manus suas,imponẽs peccatum de morte Iudæis,ipsis hoc recipientibus: vt habetur Mat.xxvij.e.quamuis non esset per hoc excusatus secundum veritatem. r[Et baiulans sibi crucem.]Primò enim portauit eam,vt hìc dicitur,tamen postea inuenientes Simonem Cyrenensem fecerunt sibi portare crucem , vt citius venirent ad locũ passionis:quia Christus

Admiratio procedit ex duobus, s. quãdo alicuius effectus causa occulta est, secũdò ex eo quod aliquid in re videtur per quod aliter esse deberet. Tho.i. Sẽ.di.xvi.

De Imperatoribus.

Quid sit sedere pro tribunali.

Iudex non potest iudicare sibi nonsubiectum, nisi aliquo modo fiat subditus eius, & per cõmissionẽ, & per potestatem ordinariam. Tho. ii. ii. q.lvii.

per totam noctē præcedentem afflictus fuerat: & ideo lento gradu incedebat. s[Exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locū.]Iste locus erat prope ciuitatem Ierusalem. Et dicunt aliqui quòd dicitur locus Caluariç à caluaria Adę ibi sepulti. Sed hoc est falsum: quia sepultus fuerat in Hebron: vt dicitur Ios. xiiij.c. Sed sic nominatur locus caluariæ: quia in illo loco malefactores decapitabantur. & sic patet mortis Christi turpitudo ex conditione loci, & ex modo mortis cum dicitur. t[Vbi crucifixerunt eum.] Crucifixio enim erat turpissimum genus mortis. v[Et cum eo alios duos hinc & hinc: medium autem Iesum] Ex quo apparet turpitudo mortis Christi ratione societatis: quia inter duos malefactores fuit crucifixus: hoc factum est ex Iudęorum intentione. Tamen diuersimodè: quia per hoc Iudæi intendebant inducere suspitionem populo, quòd Iesus esset particeps, & principalis in eorum malefactis. Ex ordinatione autem diuina factum est hoc, vt impleretur Scriptura Isa. liij. Et cum iniquis deputatus est. x[Scrip. aūt.]

Consequētia ad Christi crucifixionem.

Hic ponuntur quędam consequentia ad Christi crucifixionem, & sunt tria: quia primum pertinet ad Pilatum: secundum ad milites crucifigentes Iesum, tertium ad parentes Christi existentes prope eum. Secundum ponitur ibi, Milites autem. Tertium ibi, Stabat aūt. Circa primum sciendum, ꝙ modus Romanorū erat, scribere causam mortis crucifixorū super lignum crucis. Iudæi autem contra voluntatem Pilati petierunt Christum crucifigi: vt patet ex supradictis: & ideo per talem modum scripsit titulū, vt redundaret in verecūdiam eorum, & hoc est quòd dicitur, Scripsit autem & titulum Pilatus in quadam charta tabulæ affixa. y[Et posuit super crucem]illam tabulam. z[Erat autem scriptū, Iesus]in quo exprimitur nomen proprium.

Quomodo Christ' dicitur Nazarenus.

a[Nazarenus]quò ad patriam, quia ibi fuit nutritus: vt dictum est. b[Rex Iudæorum]in quo exprimitur causa mortis. c[Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt] & causa subditur, d[Quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et multi de ciuitate poterāt de facili illuc venire. e[Et erat scriptum Hebraicè, Græcè & Latinè.] Vt oēs qui de diuersis partibus ad festum paschæ venerant, possent illum legere. Venerunt enim ibi aliqui gentiles: vt supra dictum est c.xij. Et ideo titulus fuit scriptus in tribus linguis principalibus. f[Dicebāt ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorum]quia videbāt quòd talis modus scribendi redundabat in verecundiam eorum, & maximè propter gentiles, qui hoc verbum erāt reportaturi ad diuersas partes orbis: & ideo voluerunt titulum sic corrigere. g[Sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum]hoc enim modo non sonaret in eorum verecundiam. h[Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi]quod scripserat eō firmando. Nec fortuitò factum est hoc, sed diuina præordinatione, quia hoc erat ante prophetatum propter ꝙ psal. lviij. qui loquitur de passione Christi, & duo psal. præcedentes, sic prætitulantur, ne corrumpas tituli inscriptionem: & ideo titulus crucis Christi tripliciter descriptus, non fuit mutatus, sed magis confirmatus.

Cōsequēs secundum ad Christi crucifixionem.

i[Milites ergo.]Hic ponitur secundum consequens ad Christi crucifixionem: & pertinet ad milites, qui crucifixo Christo diuiserunt sibi vestes suas: & hoc est quòd dicitur, Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius. Ex quo apparent duo. Primum est Christi passionis ignominia, in hoc quòd in cruce nudum eum crucifixerunt: quod non fit nisi abiectis & vilibus personis. Secundum est crucifigentium auaritia: quia Christi vestes quamuis essent parum valentes, tamen sibi rapuerunt.

De tunica Christi.

k[Et fecerunt quatuor partes, &c.] quia erant quatuor milites ipsum crucifigentes. l[Et tunicam].s. circa partes prædictas, quam non diuiserunt eò quòd erat inepta diuisioni, quod patet ex eo quod subditur, m[Erat autem tunica inconsutilis] i. sine sutura. n[Desuper contexta per totum.]Ex hoc dicūt aliqui, quòd Christus pretiosis vestibus vtebatur. Sed Chrysost. dicit contrarium, s. quòd in Palæstina pauperes induebantur talibus indumentis, reticulato opere factis ad modum ciliciorum: & hoc videtur verius, quia Christus commendauit vilitatem vestimentorum in Ioanne Baptista Mat. xj. dicēs, Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum? q.d. Non. Et pretiositatem ibidem reprobauit, dicens, Ecce qui mollibus vestiūtur in domibus regum sunt, &c. Iesus autem cœpit facere & docere: vt habetur Act. ij. Ideo non est verisimile quòd vsus fuerat prætiosis vestibus. o[Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus illam.]quia partes nihil valuissent. p[Sed sortiamur de illa cuius sit.]Vnde patet, quod super solam tunicam miserūt sortem. Sed contrarium videtur Mar. xv. vbi dicitur, Diuiserunt sibi vestimenta eius, mittentes sortem super eis quid quis tolleret. Dicendū ꝙ dictum Marci habet diuisiuè sic intelligi, Diuiserunt sibi vestimēta eius, s. alia à tunica: postea sequitur mittentes sortē super eis: quod per synechdochē debet intelligi super eis, s. super aliquod eorum, s. super tunicā quid quis tolleret, i. quis tolleret illam tunicā. Sequitur, q[Vt Scriptura impleretur]dicens ps. xxj.

De vestimētis Christi.

r[Partiti sunt vestimenta mea sibi.] scilicet, alia à tunica inconsutili. s[Et in vestem meam miserunt sortem.] id est, super illam tunicam inconsutilem, ex quo etiam patet, quòd propriè habebat plura vestimenta. t[Et milites quidem hæc fecerunt] scilicet, sicut erat scriptum psal. prædicto. Hoc addidit Euangelista, vt ostendat prophetiam impletam per factum eorum. Patet etiam per prædicta, falsitas Iudęorum exponentium psalmum prædictum de persecutione quam habuerunt Iudæi per Aman, dicentes ꝙ Mardoch. fecit prędictū psalmum: quia titulus

psal. ostendit contrarium: quia ille psal. intitulatur à Dauid, & non à Mardochæo. Itē in principio psalmi dicit, Longe à salute mea verba rugitus mei secundum veritatem Hebraicam, & translationem Hier. quod verificatum est in passione Christi, qui nō fuit liberatus à passione, quamuis de hoc clamaret ad Patrē sicut supra dictum est, xij. c. Pater, saluifica me ex hac hora. Tempore autem Mardochæi Iudæi fuerunt liberati celeriter post orationē eorū: quia prius fuerant liberati, quam veniret tēpus statutum interfectionis eorum. Item ibidem subditur, Foderunt manus meas & pedes meos: quod non est impletum in Mardochæo, nec in aliquo Iudæo illius temporis. Sed magis ecōuersò ipsi Iudæi, Aman & filios eius crucifixerunt. v [Stabat.] Hic ponitur tertiū consequens ad Christi crucifixionem & pertinet ad eius parentes: quia Christus in cruce positus antequam moreretur voluit matri suę de custodia, & ministro prouidere, dans exemplum aliis, vt ipsi sint solliciti impendere debitum obsequiū parentibus suis. Et hoc est quòd dicitur, [Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror, &c.] Contrarium autē videtur Luc. xxiij. vbi dicitur, Stabant autem omnes noti eius à longè. Dicendum quòd primum fuerūt propè vt hic dicitur, & cum Christus hęc verba dixit: sed procedente passione propter turbam comprimentē, se detraxerunt secundùm ꝙ dicit Lucas: vel forte istæ personæ hic nominatæ tanquam magis feruentes in amore Christi propinquius stabāt, sicut dicit Ioan. Aliæ autē multæ personæ erant Christo notæ, quæ præ timore à longe stabant, & de illis loquitur Luc. Dicit tamē ꝙ omnes noti eius stabāt à lōgè, quia multo plures erāt stantes à longe, quam à propè. x [Cum vidisset ergo Iesus, &c. quem diligebat]. s. Ioan. qui scripsit hoc Euange. & propter hoc de se loquitur vt de quodam altero: vt supra dictū est. y [Dixit matri suę, Mulier ecce filius tuus] q. d. Vsque nunc fuit tibi ad obsequium, de cætero iste erit loco mei. Et nota, ꝙ loquens matri suæ de cruce, nō dixit ei Mater: sed Mulier, vocans à communi nomine: ne ex teneritudine nominis materni, si exprimeretur aggrauaretur animus virginis, videntis passionē filij. z [Deinde dixit discip. Ecce mater tua.] q. d. Deputo te ad eius obsequium. a [Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam] s. curam & diligentiam. b [Postea.] Hic ait Euangelista de Christi morte. Et diuiditur in duas partes: primò ponitur Christi consummatio per mortem. Secundò, eius lanceatio post ipsam: ibi, Iudæi ergo. Circa primum sciendum ꝙ consummatio nostræ salutis consummāda erat per venerabilem mortem Christi, vt declarat Apostolus ad Heb. ij. Et hoc est quòd hic dicitur, Postea, sup. quæ dicta sunt. c [Sciens Iesus quia omnia consummata sunt]. s. quæ scripta erant de Christo passuro: quia pauca restabant ante

Tertiū consequens ad Xpi crucifixionem.

mortem eius implenda, s. eius potatio quæ in promptu erat. Vnde sequitur, d [Vt consummaretur Scriptura.] psal. lxviij. In siti mea potauerunt me aceto: & ideo ad illud residuum implēdum, e [Dixit, Sitio]: tantum enim laborabat, & de sanguine emiserat, quòd corpus eius erat desiccatum & adustum: propter hoc sitiebat supra modū, & talis sitis est maximum tormentum. f [Vas autem erat positum aceto plenum] illud enim portauerant milites, vt darent crucifixis ad bibendum vt per hoc citius morerentur, & sic de custodia eorum in cruce expedirentur: talis enim potatio aceti, mortem accelerat crucifixi, vt dicunt aliqui. Aliam autē causam huius aceti tetigi Mat. xxvij. quæ videtur probabilior ista: & est ibidem satis diffusè posita, propter quòd hic omitto. g [Illi autē spongiam plenā aceto hyss.] s. ligno hyssopi. h [Circumponentes obtulerunt ori eius.] erat enim eleuatus à terra: ita quòd sola manu non poterant attingere ad os eius. i [Cum ergo accepisset Iesus acetum. Cōtrariū videtur, Mat. xxvij. vbi dicitur, Noluit bibere. Dicendū quòd istud quod est modicum, quasi nihil reputatur: vt dicitur ij. Phy. & ideo quia parum de illo aceto acceperit vt dicit Io. Mat. dicit noluit bibere: per talem etiam modum loquendi, dicimus communiter de parum bibente quòd non vult bibere. k [Dixit, Consummatum est] quicquid erat scriptum de me. Vel aliter, consummatum est opus redemptionis humanæ. l [Et inclinato capite tradidit spiritum] ostendens modum moriendi, quòd moriebatur ex obedientia Patris, & non inuoluntariè sicut suprà dixerat, c. ix. Nemo tollit à me animam meam: sed ego pono eam. m [Iudæi ergo] Hìc describitur vulneratio Christi mortui. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur vulnerationis occasio. Secundò ipsa vulneratio, ibi, Venerunt ergo milites. Tertiò dicti certificatio, ibi, Et qui vidit. Circa primum sciendum, quòd occasio vulnerationis Christi mortui fuit: quia Iudæi volebant cadauera de cruce deponere, propter solennitatem crastinam imminentem, quæ incipiebat à vespera illius diei, in quo Christus fuit crucifixus. Licet enim fuerit crucifixus prima die paschæ quæ erat solennis apud Iudæos tamen secunda dies pro tunc fuit solennior ratione sabbati apud Iudæos: dies enim sabbati occurrens intra octauā paschæ, erat dies solennior: quia tunc festum duplicabatur. Et hoc est quòd dicitur, Iudæi ergo quoniam parasceue erat, s. ipse dies Veneris, in cuius vespera incipit solennitas sabbati sequentis n [Vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato. [Erat enim hoc indecēs in tāta solēnitate: vnde seqtur, o [Erat enim magnus dies ille sabbati] quia sicut dictū est, solēnitas eius duplicabatur, ꝓpter octauā paschæ cōcurrentē. p [Rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura.] ne aliquo modo euadere possent, & tollerentur de patibulis,

Potatio Christi.

Vulneratio Christi mortui.

q [Venerũt ergo milites: & primi quidem, &c.] Sed videtur quod debuerunt venire ad Ieſum, antequam frangerẽt crura ſecundi: quia Ieſus erat in medio amborũ. Dicendũ quòd duo milites frangebãt, & vnus fregit crura vni⁹ latronis ex vna parte, & alter crura alterius ex altera parte, & ſic ambo venerunt hinc inde ad Ieſum, qui erat in medio. Et hoc eſt quòd dicitur r [Ad Ieſum autẽ cũ veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerũt eius crura] quia hoc nõ fiebat, niſi ad hoc quòd euadere nõ poſſent depoſiti de patibulis. s [Sed vnus militũ lãcea latus eius aperuit,] vt certificaretur de morte eius. t [Et continuò exiuit ſanguis & aqua] Sanguis ad noſtram redemptionẽ, aqua ad peccatorum ablutionem. Sciendũ tamen quòd iſta aqua miraculosè exiuit: quia non fuit humor phlegmaticus, vt dicunt aliqui, ſed aqua pura: ad oſtẽdendũ quòd corpus Chriſti eſt ex veris elementis cõpoſitũ contra errorẽ eorũ, qui dixerunt eũ habere corpus cæleſte ſicut dixit Valentinus & ſequaces ſui: & eorum qui dixerũt eũ habere corpus phantaſticũ ſicut Manichæi. v [Et qui vidit.] Hic ponitur certificatio: quia ipſe Ioannes qui ſcripſit hoc Euangelium præſentialiter exiſtens, vidit hoc factum. Et ideo eius teſtimonium eſt efficax ad credendum. Et hoc eſt quod dicitur, Et qui vidit, i. ego ipſe, loquitur enim de ſeipſo per modũ alterius, ſicut ſuprà dictũ eſt. x [Teſtimoniũ perhibuit, &c.] Patet litera per prædicta. Sequitur, y [Facta ſunt enim hæc vt Scriptura impleretur] Exo. xij. z [Os non comminuetis ex eo] Agnus enim paſchalis fuit figura expreſſiua paſſionis Chriſti, ideo ordinatione diuina conſtitutum eſt, vt oſſa agni paſchalis non frangerentur, vt ſic figura & veritas correſpõderent, quia veri agni oſſa non ſunt fracta in cruce, vt prædictum eſt. a [Et iterum alia Scriptura dicit.] De eius trãſfixione Zacha. xij. b [Videbunt in quem transfixerunt.] litera Zacha. habet, Aſpicient ad me quem crucifixerũt: propheta enim loquitur in perſona Chriſti loquens in prima perſona: ſed Euangeliſta refert illud ad Chriſtum, loquens in tertia perſona & eadem eſt ſententia. Illa autem tranſfixio propriè fuit in lanceæ vulneratione. Sed hoc videbitur à Iudæis in iudicio futuro: quia cicatrices vulnerum reſeruatæ ſunt in corpore Chriſti reſurgẽte, non ſolum ad certificationem ſuæ reſurrectionis, oſtendendo illas cicatrices Apoſtolis, ſed etiam ad conuincendum Iudæos, in futuro iudicio in peccato ſuæ mortis, &c. c [Poſt hæc autem.] Hic agitur conſequẽter de Chriſti ſepultura, quæ fuit glorioſa ſecũdum ꝙ erat prędictum Iſa. ix. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, quãuis præcedẽs mors fuit ignominioſa. Et hoc eſt ꝙ dicitur, Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph, erat enim ei familiaris cùm eſſet nobilis decurio, vt dicitur Marci xv. & ideo ſecuriùs eum rogauit. d [Ab Arimathæa] oriundus: eadem eſt ciuitas, quæ primo Regum dicitur, Ramatha, de qua fuit Samuel. e [Eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu]. i. fideliter credens eius doctrinæ. f [Occultus autẽ propter metũ Iudæorum.] ante enim paſſionem ex imperfectione timebat de ſynagoga expelli, quod erat ignominioſum, ſi confiteretur Chriſtum: tamen poſt paſſionem feruentior factus, exemplo Chriſti animatus, manifeſtauit ſe volens Chriſtum honorificè ſepelire: & ideo ſequitur, g [Vt tolleret corpus Ieſu] ad ſepeliendum, h [Et permiſit Pilatus.] Tum propter reuerentiam petentis. Tum propter innocentiam Chriſti paſſi, quem ipſe cognouerat. i [Venit ergo & tulit, &c. de cruce.] Corpora enim damnatorum non poterant ſepeliri, niſi de licentia præſidis. k [Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte.] vt ſuprà dictum eſt in iij. c. l [Ferens miſturam myr. & aloës qua. lib. cen.] iſte etiam Nicodemus ante paſſionem Chriſti, ſicut Ioſeph erat Chriſti diſcipulus occultus: ſed poſt paſſionẽ ex feruore ſe manifeſtauit, ſicut & Ioſeph. Sciẽdum etiam quòd licet ex deuotione iſtam vnctionem faceret: videtur tamen quòd plenam notitiam de Chriſti reſurrectione non haberet: quia de eo erat ſcriptum Pſal. xv. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: propter quod non indigebat vnctione conſeruante cõtra putrefactionem. m [Acceperunt ergo corpus Ieſu & ligauerunt, &c.] in pannis lineis inuoluerunt: propter quod ſtatutum eſt, quòd corporalia ſupra quæ conficitur corpus Chriſti, non fiant de panno ſerico, ſed tantum de lineo: vt habetur de conſec. diſt. j. c. ex conſultu omniũ n [Erat autẽ in loco vbi crucifixus, &c.] i. prope locum crucifixionis. o [Et in horto monumentum nouum, in quo nondum, &c.] Hoc autem factum eſt propter certitudinem dominicæ reſurrectionis: quia ſi fuiſſet ſepultus in monumento vbi iam alij fuiſſent ſepulti, poſſet reſurrectio dominica à Iudæis alteri imputari. p [Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum,] hoc eſt dictum: quia feria ſexta in qua licitum erat operari, & corpora ſepeliri, iam declinabat ad veſperam: & ideo ſepelierunt Ieſum in loco propinquo, quia non poterãt longè portare propter ſolennitatem ſabbati de propinquo imminentem.

Aqua iſta fuit de nouo creata.

Chriſti ſepultura.

EXPOSITIO MORALIS.

Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron. qui interpretatur triſtis mœror. Per hoc igitur quòd Chriſtus iuit illuc imminente paſſione, ſignificatur quòd Chriſtianus ire volens ad martyrium, debet imminẽs ſupplicium præcogitare: & per patientiam ſe armare. Vnde dicit Greg. ho. xiij. Minus enim feriunt iacula quæ præuidentur: & nos tolerabilius mala mundi ſuſcipimus, ſi contra hoc

per prouidentiæ clypeum munimur. c [Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc,cum discipulis suis.] inter quos erat Iudas vt Christũ traderet sicut Satan fuit inter filios Dei:vt sanctum Iob afflictionibus molestaret. h [Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant super eum,processit & dixit eis,&c.] Quæsitus autẽ à turbis vt facerent eum regem, fugit solus in montem, docens in hoc fugere mundanos honores,& promptum esse ad labores. l [Vt ergo dixit eis,Ego sum] abierũt retrorsum,&c.] Ille qui cadit retrorsum, non videt in casu periculum, sic etiam labentes in culpam, non vident sui lapsus miseriam. p [Sinite hos abire.] per hoc ostenditur, quòd superiores debent suos subditos fideliter adiuuare:& se mortis periculo exponere pro ipsorum defensione. t [Simõ ergo Petrus habens gla.&c.] exponatur sicut supra Mar.xxvj.Mat.xiiij.& Luc.xxij. y [Erat autem nomẽ seruo Mal.] qui interpretatur rex aut regnũ. g [Et adduxe.eum ad An.pri.] quærentes ei placere: quia cum Caipha fuerat in concilio de Christi morte: sicut multi faciunt quærentes de malis placere hominibus peruersis. p [Ego palam locutus sum mundo.] tanquam habens sanam doctrinam, contra hæreticos qui magis docẽt in occulto m [Nunquid & tu ex disci.eius es.] Negauit ille & dixit,Nõ sum: exponatur vt suprà Mat.xxvij.Mar.xiiij. & Luc.xxij. s [Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium] s.Pilati. t [Et ipsi nõ introie.vt non con.] isti sunt similes illis,qui faciunt conscientiam magnam de minimis, & multo grauiora committunt:sicut isti timebant contaminari ad ingressum domus Pilati, qui gentilis erat: & tamen toto conatu procurabant mortẽ Christi,qui innocentissimus erat. b [Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum] q.d.Nos sumus tãtæ veritatis & iustitiæ authores, quòd nobis deberet credi simplici verbo sine aliqua disquisitione. Et sic homines malitiosi se iustificãt coram iudicibus,vt magis nocere valeant innocẽti. e [Nobis non licet,&c.] Sic dicunt mali clerici,de corporali morte laici, & tamen solent pro modico multos interficere suo malo exemplo morte spirituali, quæ peior est interfectione corporali. o [Respõdit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo.] Multi prælati qui tamen sunt eius vicarij contrarium videntur dicere facto, in põpis æquantes se principibus terrenis,vel etiam excedentes. b [Omnis qui est ex veritate,audit vocem meã] quam nõ audiunt multi doctores & scholastici theologi qui neglecta sacra Scriptura, circa curiosa & inutilia sunt intenti. [Quid est veritas] per hoc autẽ quod nõ expectauit Christi responsum,signata fuit eius instabilitas,qui timore Cæsaris & fauore Iudæorum à veritate declinauit, dando sentẽtiam contra Christum: & sic hodie faciunt multi iudices,timore vel fauore à veritate iudicij declinantes. h [Clamauerũt,&c.] Exponatur sicut Mat.xxvij.Mar.xv. &Luc.xxiij. k [Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum,&c.] Beda,Et quamuis milites hoc illudendo facerent:nobis tamen operabantur mysteria. Nam per spineam coronam, nostrorum designatur susceptio peccatorum quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat.In vestimẽto purpureo, caro eius passionibus obiecta significatur.Purpura etiam vestitur,cum triumphis sanctorũ martyrum gloriatur. d [Aue rex Iudæorum.] Sic faciunt illi qui in Ecclesia deuotionis ostendunt signa: & citò post iniurias Christo graues in membris suis faciũt. e [Clamabãt,dicẽtes,Crucifige,&c.] Nam obstinata nequitia nõ emollitur misericordia. o [Responderunt pontifices, Non habe.regem nisi Cæs.] Hoc pacto clamant nostri pontifices & curati, qui suas Ecclesias dimittentes, ingerunt se negotiis temporalib' principatus vel regni. r [Et baiulans sibi cru.&c.] per hoc inducens ad sui sequelã sicut dixerat Mat.xvj.Si quis vult post me venire,abneget semetipsum,& tollat crucẽ suã,& sequatur me. v [Et cum eo al.duos,&c.] Exponatur sicut Matt.xxvij & Mar.xv.& Luc. xxiii. i [Quod scripsi.] Per hoc autem quòd Iudæis petentibus Pilatum delere titulum,qui sonat confusionem Iudæorum noluit, sed magis ipsum confirmauit:significatũ fuit quòd mors Christi ad confusionem eorum erat futura per exercitum Romanorũ,& ad regni Christi exaltationem,propter sequentem resurrectionem, propter quòd tunc dixit Mat.vlt.Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. i [Milites ergo cùm crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius,&c.] Exponatur sicut Mat.xxvij.& Mar.xv. k [Cùm vidisset ergo Iesus matrẽ, & discipulum stantem quem diligebat.] Per hoc autem quòd positus in tanto tormento matri suæ prouidit de ministerio,docuit nos quòd in quocunque statu sumus honorare parẽtes debemus,quantum potest fieri bono modo. l [Et inclinato capite tradidit spi.] Theophilus,Dominus autẽ reddit spiritũ Deo patri,ostendens quòd nequaquã sanctorũ animæ cõuersantur in tumulis:sed deueniunt ad manus patris,omnibus peccatoribus ad locum pœnarũ delatis, videlicet Infernum. s [Sed vnus militum lãcea latus eius aperuit,&c.] Theoph. vt Iudæis placeant lanceãt Christum circa corpus,& animæ contumelias inferentes Isti autem sunt similes illis qui mortuos persequuntur. r [Et cõtinuò exiuit sanguis & aqua] ex quibus habẽt efficaciam sacramenta. e [Post hæc autẽ rogauit Ioseph Pilatum,&c.] Exponatur sicut Mat.xxvij. Mar xv. k [Venit autem & Nicodemus,&c.] sequitur, l [Ferens misturam myrrhæ & aloës quasi libras,&c.] per ipsum signatur doctor bonus ferens misturam, i. doctrinã,ex authoritatibus sacræ Scripturæ confectam, ad vngendũ corpus Christi mysticum,& eius salutem,&c.

Anima Christi habebat sciẽtiam æqualem Deo. mag. Sen. iii.

QVAESTIO LXXII.

CIrca passionem Christi quæ habetur Ioan. xviij. oritur theologalis quæstio, Vtrum fuerit conueniens Christum cum latronibus crucifigi? Arguitur quòd non, habetur ij. Cor. vj. c. Quę participatio iustitiæ cum iniquitate: sed Christus factus est nobis iustitia: iniquitas autem pertinet ad latrones. Igitur. In oppositũ, Christus nihil fecit, quin fuerit conueniens ipsum facere: sed Christus voluit crucifigi cum latronibus. Igitur. Ad argumentũ dicitur quòd Christus voluit cũ iniquis deputari, vt sua virtute iniquitates destrueret: ideo neganda est consequentia. Ad q. respondendum secundùm M. Ioan. de Tur. cre. in quæstion. super Euágelius, quòd Christus crucifixus est inter latrones alia ratione, quantùm ad intentionem Iudæorum, alia verò quãtùm ad Dei ordinationem: quantùm ad intentionẽ Iudæorum duos latrones vtrinque crucifixerũt, vt eorum suspitionis fieret particeps: quantùm verò ad Dei ordinationẽ Christus cum latronibus crucifixus est, ad denotandum, quòd pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur.

Sabbato in vigilia paschæ, Euang. secundùm Matth. xxviij. cap.

Surrexit sicut dixit Dñs suam resurrectionẽ prędixerat discipulis. Ideo angelus dicit, Surrexit Christus. Dominus verè & ꝑ certo resurrexit. Eius autem resurrectio ꝓbatur angelico testimonio, virorũ & mulierum: ergo verè resurrexit. De angelico testimonio hîc habetur: viri testantur, Luc. vlt. Surrexit Dominus verè & apparuit Simoni: mulieres testantur, Mar. vlt. Surgens mane.

VEsperè autẽ sabbati, [b] quę lucescit in prima sabbati, [c] venit Maria Magdalene & altera Maria [d] videre sepulchrũ: [e] & ecce terræmotus factus est magnus. [f] Angelus enim Domini descẽdit de cælo: [g] & accedens reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ. [h] Erat autem aspectus eius sicut fulgur, [i] & vestimenta eius sicut nix. [k] Præ timore autẽ eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. [l] Respõdẽs autẽ Angelus, dixit mulieribus, Nolite timere vos. [m] Scio enim quòd Iesum, qui crucifixus est [n] quęritis. [o] Nõ est hîc. Surrexit enim, sicut † dixit. [p] Venite & videte locum [q] vbi positus erat Dominus: [r] & citò euntes dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce [s] præcedet vos in Galilæam. [t] Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

POSTILLA.

VEspere autẽ sabbati. Postquàm Euangelista in præcedẽtibus descripsit Christi passionem & sepulturam: hîc consequenter describit ipsius resurrectionem. Et primò describitur dominicæ resurrectionis manifestatio per Angelũ descendentẽ. Circa quod sunt tria notáda. Primò mulierum deuotio. Secundò Angelorum apparitio: ibi, Et ecce terręmotus. Tertiò resurrectionis manifestatio: ibi, Scio enim. Ad euidẽtiam primi consyderandum, quòd denominatio fit à meliori: ideo apud Iudæos omnes dies hebdomadæ, nominantur à sabbato: ita quòd dies immediatè sequens sabbatũ, dicebatur prima sabbati, i. prima à sabbato, alia secũda sabbati: & sic consequenter. Ab illa autẽ hora qua Christus fuerat sepultus, non poterãt mulieres emere aromata ad inungẽdum Christum, vsque ad vesperã diei sequentis: quia solennitas sabbati incœpta erat ab hora sepulturæ, in qua non licebat aliquid emere vsque ad vesperã sequentis diei, f. sabbati: & tunc scilicet vespere sabbati, emerunt aromata & præparauerunt se ad veniendum: nõ tamen venerunt propter noctem diei imminẽtem: sed mane sequenti venerunt in primam horam diei sequentis, quæ dicebatur prima sabbati: sic ergo cõstruẽda est litera, a [Vespere autem sabbati quę] f. vespera. b [Lucescit in prima die sabbati] i. incipit lucescere in principio diei sequẽtis. c [Venit Maria Magdalene, &c.] pręmittitur autẽ ibi vesperè sabbati non quia illa hora venerunt ad monumentum, vt dictum est: sed quia tunc se præparauerunt ad veniendum. d [Videre sepulchrum] id est qualiter possent ingredi ad vngẽdum Christum. e [Et ecce terræ motus] hîc describitur angelica apparitio: non ad hoc quòd Angelus prępararet exitum de sepulchro, domino resurgenti: quia Christus exiit clauso sepulchro: & intrauit ad discipulos ianuis clausis, sed vt ostẽderet sepulchrum vacuum & resurrexisse Dominum: hoc est ergo quod dicitur, Et ecce terræ motus factus est magnus. Cuius causa subditur, f [Angelus enim Domini descendit de cælo.] virtute eius factus est ille terræ motus: quia corporalia obediunt Angelis ad nutum, quantum ad motum localem. g [Et accedens reuoluit lapidem] vt ostenderet Christi resurrectionem completãm. h [Erat autem aspectus eius sicut fulgur,] ad incutiendum terrorem custodibus. i [Vestimenta eius sicut nix] ad dandum consolationem mulieribus: propter quod subditur, k [Præ timore autem eius, &c.] Et illud quod sequitur. l [Respondens autẽ Angelus dixit mulieribus, &c.] Hîc ponitur dominicę resurrectionis manifestatio: quæ quidem resurrectio primò manifestatur mulieribus ipsum deuotè quærentibus: & hoc est quod dicitur, m [Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est] hoc additur ad differentiam aliorum, quia multi erant qui vocabantur nomine Iesu. n [Quæritis] in sepulchro sicut mortuum. o [Non est hîc.] Surrexit enim sicut dixit.] Hoc autem addit Angelus, vt reducet ẽt ad memoriam verba Christi dicta ante passionẽ

Qua virtute factus est terræ motus.

suam: vt sic magis crederent resurrectionem eius factam. p[Venite & videte locum] vacuum scilicet, q[Vbi positus erat dominus,] & patet litera. Sequitur, r[Præcedet vos in Galilęam, ibi eum videbitis] i. non solum beatitudine: sed in propinquo tempore & propinqua regione antequam ascendat in cælum.

EXSPOSITIO MORALIS.

Vespere autem sabbati: sequitur, e[Et ecce terræ motus, &c.] Beda, Quod terræ motus resurgente Domino, sicut & ipso moriente in cruce, factus est magnus: significat terrena prius corda per fidem passionis ac resurrectionis eius ad pœnitentiam concutiendo salubri pauore commota. f[Angelus enim Domini descendit de cęlo.] Angelus iste significat bonum prælatū de quo dicitur Mal. ij. Angelus domini exercituum est, qui descendit de latitudine contemplationis, diuinæ propter releuationem necessitatis fraternæ. g[Et ecce reuoluit lapidem] impedimentum tollens accedendi ad Christi monumentum, quia monet mentes subditorum, ad considerationem mortis Christi per compassionem: & resurrectionis eius per cælestium amorem. h[Erat autem aspe. eius sicut fulgur] nam obstinatos terret. i[Et vestiméta eius sicut nix] quia pœnitentes demulcet. In signum huius subditur, k[Prę timore autem eius exterriti sunt custodes & mulie. dixit, Nolite timere vos, &c.] per diligentem meditationem prædictorum. r[Et citò euntes] i. alios inducentes ad simile bonum. s[Præcedet vos in Galilæam, &c.] quæ transmigratio interpretatur: quia Christus trāsmigrans ad cęlestia, pręcessit ad præparandum electis suis loca. s[Ibi eum videbitis.] facie ad faciem in gloria.

QVAESTIO LXXIII.

Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis. Mat. xxviij. Super quibus verbis quęritur, Vtrum si contingat aliquem ex ignorantia sacramentum sumere cum mortali peccato, peccet mortaliter? Ad quod breuiter dicitur, quòd huius ignorantiæ causa duplex esse potest. Prima, negligentia: quia homo vel negligit audire doctoris verbum vnde possit illuminari de malis commissis & de bonis omissis, vel quia negligit quærere recta consilia & confessorem peritum, qui eum erudiat & examinanet de prædictis: vel quia negligit examinare conscientiam suam, sed improperatè & intricatè atque quadam inani leuitate, & pernitiosa tarditate, eligit in fine quadragesimę confiteri: propter quæ omnia peccata & eorum circunstantias non cognoscit vel recolit: & per consequens non plenè cōfitetur ex culpa sua. Et quia secundùm doctorem subtilem hęc est ignorantia crassa & affectata, taliter suscipiens corpus Christi mortaliter peccat: quia facit contra illud Apost. j. ad Cor. xj. Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit non diiudicans corpus Domini. Secundò si ignorat culpam. Nā licet sufficienter examinauerit conscientiam suam, & quęsierit confessorem peritum, & discreta consilia, ac plenè quantum valuit doluit de commissis, tamen quandoque remanet in eo mortalis culpa, cuius omnino non recordatur vel fortè non plenè cōtritus est & talis sufficientia excusabilis est, quia homo de communi lege certus esse non potest vtrum pœniteat dignè iuxta illud quod Eccl. ix. scriptū est, Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. & propheta in psal. xviij. dicit, Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Hoc igitur modo, vsque ad sacramenti communionem accedere debet, vt iuxta verba Pauli ad Col. iij. quæ sursum feruenter voluit disponere quęrat. Ad quod exequendum octo pręparationes requiruntur: videlicet conscientię examinatio, peccatorum contritio, eorum vera confessio, omnis immunditię extirpatio omnis negligentiæ executio, discreta prę meditatio, deuota, & humilis oratio, charitatiua feruénsque deuotio.

Quæstio de sumptione sacramenti.

Dominica in Resurrectione Domini, Euang. secundùm Marc. xvj.

In illo tempore, [a] & cùm transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent † Iesum. [b] Et valdè mane vna sabbatorū, veniunt ad monumentum [c] orto iam sole. Et dicebant ad inuicem, [d] Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, [e] vident reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. [f] Et introeuntes in monumentum, [g] viderunt iuuenem sedentem à dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis, Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hîc. Ecce locus vbi posuerunt eum. [h] Sed ite, dicite discipulis eius, [i] & Petro: quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Venientes vngerent Iesum. Fideles mulieres quia charitate, fide, & spe Christū diligebant, iam sole lucente venerunt ad monumentū, vt corpus Iesu vngerent: nō intelligentes scripturas, sed putantes sacrum corpus corrūpi posse: qđ nō poterat, nam balsamo diuinitatis præseruabatur humanitas in corruptibilis. Dauid psalmo v. Non relinquas animam meā in inferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionē.

POSTILLA.

IN illo tempore, & cùm transisset sabbatum. Postquam descripta est reductio peccatoris in Deum, per Christi prędicationem & suæ passionis redemptionem. Hic consequenter describitur dicta reductio, per manifestam resurrectionem, quod dupliciter factum est. Primò per mulieres, secundò per Angelos: ibi, Et introeuntes. Circa primam partem describitur aduentus mulierum ex deuotione ad sepulchrum, vbi audierunt ab angelo resurrexisse Dominum. Et hoc est quod dicitur. Vel aliter. In Euange. tria notantur. Primò auiditas inquisitionis amorosa. In principio. Secundò sublimitas resurrectionis gloriosa: ibi, Surrexit. Tertiò celeritas legationis gaudiosa: ibi, Sed ite. a [Et cùm transisset sabbatum] quandiu enim durauerat sabbatum, nō erat eis licitum aliquid emere: sed in vespere eiusdem diei terminabatur solennitas, & emerunt aromata vt in crastino bene mane venirent ad sepulchrū: ideo sequitur, b [Et valdè mane vna sabbatorum] i. prima die illius hebdomadæ post sabbatum, sicut dicitur Ge. j c. Et factum est vespere & mane dies vnus, i. primus. Sciendum etiam quòd omnes dies illius hebdomadæ vocabantur sabbata pro tanto quia erant festiui, eò quòd solēnitas paschalis durabat septem diebus, prima tamen dies & septima, erant celebriores intermediis, ita quòd in illis poterant emi aromata illa c [Orto iam sole]. i. ad ortum iam appropinquante. Sol enim potest intelligi oriri dupliciter. Vno modo perfectè, quando primò egreditur, & apparet super terrā: & sic non accipitur hìc. Alio modo quādo lux eius incipit apparere, scilicet aurora: & sic accipitur hìc ortus: & ideo Ioan. xx. dicitur, Adhuc tenebræ erant quia aurora media est inter tenebras noctis, & lucem perfectam diei: & ideo ab vtroque potest nominari, sicut medium ab extremis: quia participat naturam vtriusque extremi. d [Quis reuoluet nobis lapidem] q. d. Non possumus reuoluere per nosipsas, quia erat magnus valdè. Et postea subditur, e [Viderunt reuolutum lapidem] per angelum, qui venerat ad manifestandum Christi resurrectionem factam. f [Et introeuntes in monumentum.] Hæc est secunda pars manifestationis resurrectionis, scilicet per angelos: & ideò dicitur, Et introeuntes in monumētū, i. intra clausuram quæ erat circa monumentum. Dicitur autem monumentum quasi monēs mentem, s. illius, qui aspicit, vt oret pro anima sepulti, & pręcogitet de morte propria. g [Viderunt iuuenem]. Lu. xxiiij. dicitur, Ecce duo viri astiterunt secus illas in veste fulgenti, i. duo angeli in specie virorum. Propter hoc dicit Aug. quòd ibi apparuerunt tres angeli vnus extra monumentum, intra tamen prædictam clausurā, sedens super lapidem reuolutum. Sed intra monumētū apparuerunt duo, vnus ad caput, alius ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu: vt dicitur Ioā. xx. h [Dicite discipulis eius & Petro.] specialiter nominat Petrū, aliter non fuisset ausus venire ad præsentiam Domini sui, quem negauerat.

EXPOSITIO MORALIS.

ET cum transisset sabbatum. Sequitur, Vt venientes vngerent Iesum. Greg. Nos autē eum qui mortuus est credentes, si odore virtutum refecti, cum operatione bonorū operum Deum quærimus, ad monumētum ipsius cum aromatibus venimus. e [Viderunt reuolutū lapidem] per hoc autem reseratio mysteriorū Christi significatur: quæ velamine legis in lapide scriptæ tegebātur. i [Præcedet vos in Galilæā &c.] quæ trāsmigratio interpretatur: propter quòd qui vult eum videre, debet de vitiis ad virtutes transmigrare, &c.

QVAESTIO LXXIIII.

SVrrexit non est hìc. Mat. xxvij. Super quibus verbis quæritur vtrū resurrectio Christi sit causa iustificationis animarū, & quomodo, & vtrum sit in genere causæ efficientis? Ad hoc primò sic arguitur, Ro. iiij. Resurrexit propter iustificationem nostrā. Glo. vtraque, mors Christi, & resurrectio iustificāt. Contrà, Resurrectio Christi ordinatur ad futuram gloriam, iustificatio ad præsentem gratiā: ergo nulla est causalitas resurrectionis respectu iustificationis. Ad quod dicēdum, Resurrectio Christi potest dupliciter cōsyderari, vt est in re, vel vt est in anima: per consyderationem secundū quòd consyderatur in re, sic se habet duobus modis ad nostram iustificationē, s. per modum dispositionis, & per modum exemplaris. Per modū dispositionis: quia tota humana natura ordinatur ad naturā humanā in Christo: sed deitatis tota sublimatur ita vt sit in maiori participatione deitatis: hinc est ꝙ habetur in reuerētia à sanctis angelis, vt dicitur Apoc. xix. c. Ex hoc patet quòd diabolus qui ante incarnationem adorabatur ab homine, iā non adoratur etiam à barbaris nationibus, disponitur ergo magis per incarnationē & passionē, & etiam per resurrectionē ad maiorem gratiā. Vnde psal. lxxxiiij. Respice in faciē Christi tui. Gl. Fac Christum innotescere omnibus: vt possimus ire de virtute in virtutē. Item se habet per modū exēplaris ad nostrā iustificationē, secundū ꝙ dicitur Ro. vj cap. Quemadmodū Christus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & isto modo se habet ad iustificationē nostrā præsentē. Duplex est enim iustificatio. Nā iustificatio est rectitudo à curuitate in rectitudinē. Iustificatio enim in præsenti est à curuitate

culpæ, in rectitudinem gratiæ. Futura verò iustificatio erit à curuitate miseriæ, ad omnimodam rectitudinem, & sic iustificationis futuræ est vt exemplar seu causa exemplaris: & sic se habet secundùm quòd consyderatur in re. Secundùm autem quòd cõsyderatur in anima vt credita & amata iustificat, & in gloria consummatur. Ad illud quòd obiicitur quòd vtraque, mors Christi, s. & resurrectio iustificant: dicendum quòd verũ est, quantũ creduntur & amantur sed hoc est disponendo. Resurrectio enim credita & amata disponit ad iustificationem. Resurrectio verò signum est & causa iustificationis solum, passio autem causa tantum est secundùm quòd dicit glo. Bed. Et ideo magis attribuitur iustificatio resurrectioni quam passioni: quia signum & causa est & cõplemẽtum.

Feria ij. post pascha, Euang. secundùm Luc. xxiiij. cap.

Oculi. In die resurrectionis duo ex discipulis in castellum Emmaüs pergebant, quibus in peregrini specie Iesus apparuit, & eos de suæ resurrectionis veritate edocuit eisdẽque se manifestauit in panis fractiõe. Duo discipuli sunt duo populi, Iudæus s. & gentilis, q ibãt i Emmaüs, i. in mundũ, q bus Dominus suam resurrectionem p se & suos apost. manifestauit, quãdo eos in mundũ misit: vt Matth. x. Ite & prædicate. & Matt. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ.

IN illo tẽpore, [a] duo ex discipulis Iesu, [b] ibant ipsa die [c] in castellum, quod erat in spacio stadiorũ lx. ab Ierusalẽ nomine Emmaüs. Et ipsi loquebãtur, [d] adinuicem, de his omnibus quæ acciderãt. [e] Et factum est, dum fabularẽtur, & secum quærerẽt: [f] & ipse Iesus appropinquans ibat cũ illis. [g] Oculi † autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, [h] Qui sunt hi sermones quos cõfertis adinuicem ambulãtes, & estis tristes? Et respõdens vnus cui nomẽ Cleophas, dixit ei, [i] Tu solus peregrinus es in Ierusalẽ, & non cognouisti ea quæ facta sunt in illa his diebus? [k] Quibus ille dixit, Quæ? & dixerũt ei, [l] De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere [m] & sermone, coram Deo & omni populo. [n] Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationẽ mortis, & crucifixerũt eum. [o] Nos autẽ sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. [p] Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. [q] Sed & mulieres quædam ex nostris terruerũt nos, quæ ante lucẽ fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt, [r] dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicũt eum viuere. [s] Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, [t] & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: [v] ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos, [x] O stulti, [y] & tardi corde ad credendũ [z] in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. [a] Nonne hæc oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriam suam? [b] & incipiẽs à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerũt castello quo ibãt, [c] & ipse finxit se longiùs ire. [d] Et coegerunt illum, dicẽtes, Mane nobiscũ Domine, quoniã aduespera scit, & inclinata est iam dies. [e] Et intrauit cum illis. [f] Et factum est dum recumberet cum eis, [g] accepit panẽ, & benedixit; & fregit, & porrigebat illis. [h] Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ab oculis eorũ. Et dixerunt adinuicẽ, Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis, dùm loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? [k] Et surgentes eadẽ hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim. & eos qui cũ illis erant, [l] dicẽtes, q surrexit Dñs verè, & apparuit Simoni. [m] Et ipsi narrabãt quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

POSTILLA.

IN illo tempore, duo ex discipulis Iesu. Hic cõsequẽter describitur apparitio facta duobus discipulis itinerãtibus: & primò describitur ista apparitio, secundò apparentis cognitio: ibi, Et factũ est. Tertiò cognitionis relatio, ibi, Et surgẽtes. Circa primum dicitur. a [Duo ex discip.] s. ex septuaginta discipulis: quorũ vnus vocabatur Cleophas vt infra habetur, alius dicitur fuisse Lucas Euangelista, propter quod & nomen suũ tacuit. b [Ibant ipsa die] s. die resurrectionis. c [In castellũ quod erat, &c.] Sexdecim stadia faciunt vnam leucam. Ex quo patet quòd non distabat ab Ierusalem per quatuor leucas integrè, sed deficiunt quatuor stadia. e [Et factum est dum fabularentur] non dicitur hic fabulari à fabula: sed à for faris, quia nõ loquebãtur de vanis, sed de operibus Iesu: & de morte eius, & ideo sequitur. g [Oculi autem eorum tenebantur] quia incredulitas eorum & dubietas demerebãtur, quòd Christus cognitionem sui corporis ab eis retardaret: sequitur, h [Qui sunt hi

serm.] non quærit ex ignorantia, sed vt ex eorum responsione: incredulitas eorum conuenientius arguatur. i [Tu solus peregrinus es in Ierusalem, &c.] Ly. solus non facit exclusionem aliorum peregrinorum, cum multi valdè peregrini ex diuersis partibus venissent in Ierusalem ad diem festum pas. hæ vt habetur Io. xii. cap. sed notat exclusionem cognitionis, ab ista sic apparēte, s. notitiæ mortis Iesu: vt sit sensus, cùm multi peregrini his diebus venerant in Ierusalē, mirum est quòd tu solus inter alios peregrinos ignoras ea, quæ sunt nota aliis omnibus. k [Quibus ille dixit, Quæ?] non quærit ex ignorātia: sicut priùs dictum est. l [De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere] s. miraculorum. m [Et sermone] prædicationis & doctrinę. n [Et quomodo tradiderūt eū, &c.] quia procurauerunt eius captionem: & persuaserunt populis vt corā Pilato peterent eius crucifixionem, & Barabbæ dimissionē: vt habetur Mat. xxvij. c. o [Nos autem sperabamus quia, &c.] q. d. Iam euanescit spes nostra: cuius subditur causa, p [Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie] quia prædixit se resurgere: & tamen adhuc nō apparuit discipulis, licèt tertia dies sit prope finē, sicut dicitur infra, Aduesperascit, & inclinata est iam dies. q [Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos] non de resurrectione Christi quam nuntiabant, sed de ablatione corporis eius quā discipuli timebant. r [Dicētes se etiam visionem angelorum vidisse, &c.] Sed discipuli non credebāt plenè, timentes ne tanquā mulieres de facili fuissent delusæ. s [Et abierunt quidam ex nostris, &c.] s. Petrus & Ioānes vt suprà dictum est. t [Et ita inuenerunt sicut mulieres, &c.] non quantū ad visionem angelorum seu auditionem verborū ab ipsis, sed quia inuenerūt sepulchrum vacuū corpore, & sola linteamina remāsisse: ideo subditur, v [Ipsum verò nō inuenerunt. Et ipse dixit ad eos] ex responsione eorum arguens eos. x [O stulti] propter cæcitatē intellectus. y [Et tardi corde] propter tarditatem affectus. z [Ad credēdum in omnibus] de Christi morte & resurrectione, quas scripturas debebant intelligere maximè, quia fuerāt cum Christo, qui discipulis de talibus loquebatur. a [Nonne hæc oportuit pati Christū & ita.] Tum propter patris præordinationem. Tum etiā propter exaltationem. Tum propter humanam redemptionem. Tum propter Scripturarum impletionē: ideo subditur, b [Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis] non quòd omnes scripturas quę de ipso sunt explicaret: quia in tam breui tempore non fieret: sed explicauit tantum quātum sufficiebat ad propositum ostēdendum: & ideo ly Omnibus, non facit distributionem pro singulis generum: sed pro generibus singulorum, sicut dicitur, Omne animal fuit in archa Noë, quia de qualibet specie animalium fuerunt ibi aliqua indiuidua: & sic Christus in proposito de lege, & prophetis, & agiographis, induxit aliqua testimonia. c [Et ipse finxit se lōgius ire] non fuit ibi aliqua falsitas: quia fuit talis fictio ad designandum veritatem, s. distantiam eius à cordibus eorum propter fidei defectum: tales enim operationes vt communiter fiunt secundùm dispositionē interiorem illorum quibus fiunt. d [Et coëgerunt illum.] i. obnixè rogauerunt, desyderantes adhuc audire illum. e [Et intrauit cum illis] quia per dictū desyderium disponebantur ad fidei complementum. f [Et factum.] Hic consequenter describitur Christi apparētis cognitio, cum dicitur, g [Accepit panem & benedixit & fregit porrigens illis] sicut consueuerat facere ante passionē, sic enim frangebat panem ac si scinderet cum cultello. h [Et aperti sunt oculi eorum] voluntariè se eis ostēdit in effigie qua erat cognoscibilis ab eis, & cum hoc cognouerunt eum per modū fractionis panis. i [Et ipse euanuit ab oculis eorum, ostendens discipulis quòd habebat corpus gloriosum, quod subitò potest disparere per dotē agilitatis: & ideo sequitur, k [Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem] quamuis enim esset tardè: vt patet ex prædictis, tamē ex fidei feruore, & remoto Iudæorum timore statim regressi sunt in Ierusalem ad illos discipulos, qui erant inclusi, propter metum Iudæorū, vt habetur Ioan. xx. c. ad nunciandum eis Christi resurrectionē: ideo subditur, Thomas erat cum aliis decem. l [Dicētes quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.] Quando autem ista apparitio fuerit non legitur expressè: sed creditur fuisse facta, quando Petrus cucurrerat ad monumentum, & viderat linteamina posita. & abiit mirans secum quod factum fuerat, vt dictum est suprà. m [Et ipsi narrabāt] apparitionē eius factam, prout descripta est per ordinem: tamē nec aliis Thomas credidit: sed per aliquod spacium ab eis discessit.

Quomodo capitur ly Solus.

EXPOSITIO MORALIS.

Duo ex discipulis, &c. Per quos significatur bonus actiuus. b [Ibant ipsa die, &c.] Nam ipsa die resurrectionis aperta fuit via beatitudinis quæ per Emmaüs significatur, eò quòd mater dulcedinis interpretatur, & ex tunc Christi discipuli per viā consequendę beatitudinis gradiuntur. d [Et ipsi loquebantur adinuicem, de his omnibus quæ acciderant] s. de Iesu conuersatione & eius morte, prout patet in litera sequenti. e [Et Iesus appropinquans ibat cum illis.] Nā ipse dicit Mat. xviij. c. Vbi sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorum sum: propter quòd istorum exemplo, cùm per viam incedimus combinati, de salutiferis loqui debemus, vt Christum nobiscum pergentem habeamus: & non solùm pergentem, sed etiam

Emmaüs, i. timēs cōsilium, vel matris ingentis cōsilium, seu popul' abiectus.

nos docêret, sicut istis duobus discipulis cum quibus ibat, scripturas prophetarū aperiebat. Sed quoniam auditores legis non iustificātur, sed factores: ideo eorū oculi non fuerunt aperti audiendo Scripturas: sed opera pietatis faciendo, ipsum in specie peregrini trahendo ad hospitium, & apponēdo cibum: ideo sequitur, b [Et aperti sunt oculi eorum] id est cordis & corporis ad cognoscendum ipsum. o [Et surgentes eadem hora.] Nam ea quæ sunt ad commune salutem non sunt tacenda: sed reuelanda. Tob. xij. Opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est: ideo subditur, Et ipsi narrabant quæ gesta, &c.

QVAESTIO LXXV.

Quæstio de resurrectiōe Christi.

OPortuit Christum pati, &c. Luc. xxiiij. super quibus verbis mouetur quæstio talis, Vtrum resurrectio Christi se habeat ad resurrectionem nostram vt causa coniuncta vel remota: & si efficiat modo in sanctis resurrectionem corporum? Et arguitur primò quòd sic. Nam Ambrosius inquit, Per gaudium patrisfamiliàs fidem sibi lætitia comitatur vt quę obsecuti sunt similitudine passionis, comitentur gloria resurrectionis, secundùm quod dicitur, ij. Cor. j. c. Si socij fuerimus passionum, &c. ergo videtur quòd resurrectio eius sit causa coniuncta. Contrà Psal. xxix. Ad vesperum demorabitur fletus, &c. Glos. fletus est miseria originalis culpæ, quæ demorabitur vsque ad diem Domini, quo resurrectio nostra futura est. Ergo non sumus resurrecturi vsque ad diem Domini. Respondeo, Dicendum secundùm Augustinum ad Paulinum, Alij sunt humanarum limites rerum. Alij diuinarum signa virtutum. Aliáque mirabiliter fiunt: dicēdum ergo quòd secundùm cursum naturæ, non debet esse resurrectio ante innouationem mundi: per passionē igitur Christi fuit meritum & nostræ iustificationis, & nostræ resurrectionis, & gloriæ quò ad corpus & quò ad animam: vnde per sufficientiam restituebatur homo ad illam pristinam dignitatem: sed adhuc non erat effectus productus quia duplex erat adhuc tentio, s. animarum in limbo & corporum incineratione. Ad soluendum tentionem animarum apparuit verbum in anima apud inferos: similiter ad soluendum tentionem corporum oportet, quòd verbum cum anima & corpore appareat vniuersaliter quod fiet post innouationem primi effectus: sed liberationis animarum factum est statim post passionem, reliquum fiet post innouationem mundi, vt dictum est: proportionabilia enim sunt locus & locatum, ideo ad gloriam corporum exigitur innouatio locorum: secundùm ergo limites rerum non debet esse resurrectio corporum nisi cum apparebit in iudicio innouato mundo: innouatio autem non debet esse nisi completa mortali generatione: sed secundùm diuina signa virtutum non est negandum quin aliorum resurrectio sit secundùm Hieronymum qui non est ausus negare resurrectionē beatæ Virginis. Dicendum ergò ad illud Ambrosij quòd gaudium patrisfa. &c. est resurrectio in merito & in re. Vnde Ambrosius, Est plane proprietas, quia si non surrexerunt corpore, surrexerunt tamen mente: vnde Ambrosius intelligit de merito non de re.

Feria iij. post pascha Euang. Luc. xxiiij.

IN illo tempore, a stetit Iesus in medio discipulorū suorum, & dixit eis, † Pax vobis, b ego sum, nolite timere. c Conturbati verò & conterriti d existimabant se spiritum videre. e Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? f videte manus meas & pedes meos: quia ego ipse sum. g Palpate, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit, h Habetis hîc aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partē piscis assi, & fauum mellis: & cum manducasset coram eis sumēs reliquias dedit eis, & dixit ad eos, i Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniā necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. k Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, l & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, m & prædicare in nomine eius pœnitentiam in remissionē peccatorū in omnes gētes.

Pax vobis. Dominus Ies9 in sua resurrectione suis Apostolis & discipulis testamētum faciēs pacem dedit, & benedictionem sempiternā, dicens Pax vobis: quę quidē vox, corda suorum verbo diuinitatis penetrauit, Dominoquoque audito gauisi sunt, & in eum crediderunt, illisque adhuc rudibus intellectum Dominus aperuit & sacras Scripturas intelligere fecit. De ru licorde discipulorum ait, Mar. c. vi. Erat enim cor eorum obcęcatū. Et alibi, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò, sci. tis autē postea. Hoc de intellectus illuminatione.

POSTILLA.

IN illo tempore stetit Iesus in medio. Postquam Euangelista descripsit ingressum Christi in mundum per suā incarnationē & eius progressum per suam prædicationē, & regressum de mundo per suā passionē, hic vltimò describit eius regressum ad patrē per suam resurrectionem. Circa quod duo facit: primò describitur Christi resuscitati vera apparitio. Secūdò resurrectiōis ap-

probatio: ibi, Conturbati verò. Circa primum intelligendum quòd Christus post resurrectionem primò apparuit mulieribus. Secundo, discipulis itinerantibus. Tertio, omnibus discipulis simul existentibus, præter Thomam. Agitur hic igitur de tertia apparitione, per quam manifestatur vera Christi resurrectio: & primò manifestatur vera Christi resurrectio quantum ad humanitatem. Secundò quantum ad diuinitatem. Secunda ibi, Tunc aperuit. Circa primum dicitur sic, a [Stetit Iesus in medio, &c.] subitò enim inter discipulos apparuit, quia ad eos ianuis clausis intrauit, vt habetur Ioan. xx. b [Ego sum] non est res phantastica seu illusio diabolica. c [Conturbati verò] Hic consequenter describitur resurrectionis probatio, per hoc ostendens se verum hominem & verum Deum, & secundùm humanitatem verè suscitatum: vt patebit prosequendo. d [Existimabant se spiritum videre.] diuina enim prouidentia permissi sunt dubitare, ad maiorem certificationem fidei de dominica resurrectione: & ideo sequitur, f [Videte ma. me. & pe.] per cicatrices clauorum ibi remanentes, ostendit quòd erat ibi idem corpus numero. g [Palpa. & vi.] per hoc enim ostēdebatur habere corpus verum & non phantasticum. h [Habetis hic aliquid quod manducetur] per comestionem enim ostendit habere corpus viuum anima vegetatiua animatum. i [Hæc sunt verba.] per hoc quòd loquebatur sensibiliter, & etiam rationabiliter reducens ad memoriam quæ eis dixerat ante mortem suam, ostendebat se habere corpus animatum anima sensitiua, & intellectiua & eandem prius. k [Tunc aperuit illis sensum, &c.] Sicut per præcedentia probauit veritatem suæ resurrectionis quantum ad humanitatem: sic per hoc illam probauit quantum ad deitatem: quia illuminare mentes ignorantium intellectu sacræ Scripturæ, & subitò, est ipsius deitatis proprium. ideo subditur, l [Et sic oportebat Christum pati & res.] quia sicut ante passionem declarauit se esse verum Deum & verum hominem, ita post resurrectionem suam. Resurrectio enim vera, est eiusdem numero iterato surrectio. m [Et prædi. in nomine eius pœ. & re. pec. in omnes gen.] incipiendo ab Ierosolymis. Ierusalem enim est in medio terræ habitabilis: quia est in quarto climate: & ideo ab illo loco conuenienter incepit prædicatio Euangelij: vt per Apostolos Christi, aliosque discipulos circumquaque per orbem dispersos: in omnem terram exiret sonus prædicationis eorum, secundùm quod fuerat prædictū. Ps. xviij.

EXPOSITIO MORALIS.

ET dixit eis, Pax vobis. Ex quo patet quòd illi sunt pacifici, qui veri sunt discipuli Christi. e [Et dixit eis; Quid turbati estis, &c.] secundùm sensum literalem certificauit eos de sua resurrectione per tria, s. per visum dicens, f [Videte ma. me. & pe. me.] & per tactum dicens, g [Pal. & vi. quia spi. car. & ossa non habet.] & per gustum, ibi, cum dicit, h [Habetis aliquid, &c.] Mysticè verò Christum resurrexisse vident qui resurrectionis eius gloriam meditantur: ipsum verò tangunt & palpant, qui sibi charitate copulantur. Ioan. iiij. cap. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Piscem assum offerunt ei, qui patientiam igne tribulationis decoctam habent pro nomine Christi. Sed illi offerunt fauum mellis qui membris suis exhibent opera pietatis, de quibus dicitur Mat. xxv. Esuriui & dedistis mihi manducare. k [Tunc aperuit illis sen. vt intel. Script.] Ex quo patet, quòd sacræ scripturæ non possunt sufficienter intelligi, nisi ille aperiat qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit.

QVAESTIO LXXVI.

VIdete manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Lu. xxiiij. Super quibus verbis quæritur, Vtrum cicatrices, quas Christus seruauit quando ostendit eas discipulis suis remanserunt in Christo tantum ad tempus, vel mansuræ sint semper & in perpetuum? Et primò arguitur quòd remanserunt ad tempus. Dicit enim Damasc. quòd tantum secundum dispensationem fuerunt in Christo: sed quod est secundùm dispensationem est temporale. Sed contrà, Beda in fin. gl. super Lu. vl. Ostendit eis manus & pedes, inquit, Non ex impotentia creādi, cicatrices seruauit, sed vt in perpetuum victoriæ suæ circunferat triumphum. Responsio; de hoc neutrum definimus, sed tantum de hoc dicit Aug. de Ciuit. Dei, quòd si ad decentiam sunt martyrij indicia, remanebunt semper ad decentiam, & ad ostendendum signa victoriæ semper. Vnde & aliæ causæ determinantur in alia glossa Bedæ, s. ad fidem resurrectionis astruendam, & vt pro nobis Patri supplicans, quale genus mortis pro homine pertulit semper ostēdat, & vt sua morte redempti quòd misericorditer sint adiuti propositus eiusdem mortis insinuaret indiciis, & vt in iudicio quā iustè damnentur impij denunciet ostensæ quas ab illis accepit cicatrices temporales sint, ista tamen est perpetua, s. vltima. Ad illud ergo quod dicit Damasc. quòd secundùm dispensationem fuerunt in Christo: dicimus quòd si ad hæc ista est dispensatio, tamen ista non opponuntur veritati naturæ & perpetuitati: sed dicitur dispēsatio respectu aliorum hominum, in quibus non esset ita conueniens seruari cicatrices, sicut in ipso ad circunferendum perpetuum victoriæ triumphum & redemptionis titulum, quia nos per ista vulnera redemit, quòd nullus aliorum sanctorum fecit.

Feria iiij. post pascha, Euang. secundum Ioan. xxj. cap.

IN illo tempore,[a] manifestauit se iterum Iesus discipulis suis [b] ad mare Tiberiadis. [c] Manifestauit autem se sic, [d] Erant simul Simon [e] Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. [f] Dixit ei Simon Petrus, Vado † piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. [g] Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. [h] Mane autem facto stetit Iesus in littore: [i] non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dixit ergo eis Iesus, [k] Pueri nunquid pulmentarium habetis? [l] Responderunt ei, Non. [m] Et dixit eis, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. [n] Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. [o] Dixit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus [p] Petro, [q] Dominus est. [r] Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se ([s] erat enim nudus) [t] & misit se in mare. [v] Alij autem discipuli nauigio venerunt ([x] non enim longe erant à terra, [y] sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium[z]. Vt ergo descenderunt in terram, [a] viderunt prunas positas [b] & piscem superpositum & panem. [c] Dixit eis Iesus, [d] Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. [e] Ascendit Simon Petrus [f] & traxit [g] rete in terram plenũ magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. [h] Et cum tanti essent [i] non est scissum rete. Dixit eis Iesus, Venite & prãdete. [k] Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es: [l] scientes quia Dominus est. [m] Et venit Iesus, & accepit panem, [n] & dabat eis, & piscem similiter. [o] Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis cùm resurrexisset à mortuis.

† Vado piscari. Petrus suis cõdiscipulis, & apostolis dixit die quadã Vado piscari. Petrus ibat ad aquas pisces piscari, q homines in mundo piscaturus erat, rete pisces capiebat sed homines verbo tenebat, ligabat & soluebat. Matt. xvi Quodcunque ligaueris super terrã erit ligatum & in cælis. &c. & iiii.c. venite post me, faciã vos fieri piscatores hominũ.

POSTILLA.

IN illo tempore, manifestauit se iterum Iesus. Ioan. xxj Luc. xxiiij. Hist. huius Euang. facta est post dies octo festi paschæ anno Christi quo suprà. Ante initium illius Euan. scribit sanctus Ioan. in eodem c. quòd Iesus dixit Thomæ, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Tunc postmodum sequitur Euang. hodier. In quo tria notantur. Primò discipulorum conditio actualis: ibi, Vado piscari. Secundò, Saluatoris assistentia personalis: ibi, Mane autem. Tertiò, eorum scientia rationalis: ibi, Et nemo. a [Manifestauit se iterum] Tho. supradictæ manifestationes Christi factæ sunt in Iudæa, hæc autem in Galilæa: illę intus, ista foris, quia magnam partem timoris discipuli postposuerant: ideo in domo conclusi non erant vt prius, sed in Galilæam iuerunt vbi illa apparitio facta est. Dicitur ergo, Postea autem manifestauit se iterum Iesus. Ly. facto interuallo temporis, quia non manebat continuè cum Apostolis, nec conuersabatur cõtinuè cum eis: vt ostenderet se resurrexisse ad vitam immortalem ab hominibus huius mundi separatam. b [Ad mare Tiberiadis] quod est stagnum Genesareth. Alio nomine dicitur mare Galilææ. Ex quibus manifestè apparet quòd illa apparitio facta est in Galilæa, vbi est illud mare. c [Manifestauit autem se sic] i. per modum qui sequitur, d [Erant autem simul Simon Petrus.] Ista duo nomina Euangelista Ioannes simul coniungit: quia Simon fuit nomen eius primum, Petrus erat nomen sibi de nouo à Christo impositum: & hoc propter fidelem Christi confessionem qua dixit, Tu es Christus filius Dei viui. e [Et Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo.] Tho. Et ita erant septem, ad insinuandum quòd illi sunt digni diuina visione & allocutione, qui septem donis Spiritussancti sunt ornati. f [Dixit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Veni. & nos te.] Ly. erant enim pauperes: & ideo ad procurãdum necessaria vitæ, licitè poterant redire ad exercendum negotium, quod sine peccato poterat exerceri, propter quod Paulus artem scænofactoriam didicit, quam antea non sciuit, vt cùm necessitas occurreret, vel vtilitas Ecclesiæ de labore suo viueret, vt habetur Act. xx g [Et ex. ascen. na. & illa nocte nihil prendiderunt.] Ly. hoc factum est vt captio sequens manifestè miraculosa appareret. h [Mane autem facto stetit Iesus in littore: non apparuit super aquam sicut ante passionem fecit, quando viderunt ipsum super mare ambulantem, sed in littore, id est, in terra solida: ad ostendendum quòd amplius non erat in fluctibus vitę corruptibilis: sed magis transierat ad gloriam vitæ immortalis. i [Non tamen cognouerunt disci-

puli, quia Iesus esset.] Vnde Chrysostom. Non mox ostendit seipsum, vt per miraculum quod facturus erat, eum cognoscerent. Ergo locutus est eis tanquam extraneis, dicens, k [Pueri, nunquid pulmentarium habetis?] pulmentarium est quodcunque panis condimentum, siue piscis sit, siue aliud quod nos communiter dicimus pulmentum. l [Responderunt ei, Non.] Ly. Credebāt enim eum esse aliquē mercatorem, qui vellet pisces emere. m [Et dixit eis, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.] Lyr. Prædicit certitudinaliter effectum futurum, vt ad sequentia habeant animum magis attentum. n [Miserunt ergo & iam non va. illud tra. præ. mul. pisc.] Ly. Ex quo patet, quòd pisces ibi fuerunt miraculosè adducti, vel virtute diuina de nouo formati: quia tota ibi nocte quæsierant, & nihil inuenerant. o [Dixit ergo discipul. ille quem di. Ies.] scilicet, Ioannes. p [Petro.] Erat enim sibi familiaris. Thomas, Notandum quòd hic notantur proprietates illorum duorum Apostolorum, scilicet, Petri & Ioannis. Petrus enim fuit feruentior: ideo primus ad Iesum venit. Ioannes acutior: ideo primus eum agnouit. q [Dominus est] sic enim vocabant ipsum ante passionem. Lyr. Puritas mentis & corporis maximè disponit hominem ad cognitionem Dei. Et ideo Ioannes qui cæteris purior erat tanquam virgo, citius aliis cognouit Christum. r [Simon Petrus cùm audisset, quia Dominus est: tunica succinxit se.] Ly. vt cùm maiori reuerentia accederet ad Christum. s [Erat enim nudus] id est, parum vestitus, sicut solent piscatores esse in aqua, vt sint expeditiores ad piscationis opus. t [Et mi. se in mare.] Hîc notatur feruens dilectio Petri, in hoc quòd non potuit se continere, quin statim curreret ad Christum Iesum: ergo misit se in mare, vt citius veniret ad Christum ex deuotione: quia Petrus memor fuit pristinę ambulationis super aquas, quando ad Christum venerat: vt habetur Matth. xiiij. cap. Domine si tu es: iube me ad te venire. v [Alij autem discipul. nauic. ve.] quia non erant ita feruentes: non audentes mare intrare. Et alia ratio est, x [Non enim longe erant à terra:] & ideo etiam citò venire poterant, y [Sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Vt ergo descend. in terram.] id est, de naui ad littus. a [Viderunt prunas] id est, carbones. b [Positas & piscem suppositum & panem] non super prunas, sed ibi paratum pro refectione eorum. Vnde Chrysostom. Ista enim omnia diuina virtute fuerant de nouo formata, ad maiorem discipulorum confirmationem in fide resurrectionis Christi. c [Dixit eis Iesus.] Nunc familiariter loquitur tanquam discipulis. d [Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.] vnde Chrysostom. ne crederent phantasma esse quod videbant panem & piscem, iubet etiam de piscibus captis afferri: vt etiam coquantur & comedantur. e [Ascendit Simon Petrus.] vt Magistri iussionem impleret. f [Et traxit.] etiam aliis adiuuantibus. g [Rete in terram ple. magnis piscibus, centum quinquaginta tribus.] Et secundùm aliquos Apostoli ceperunt ibi ex omni genere piscium: quia secundùm Isid. omnium piscium qui in aqua natant, cliij. genera Philosophi enumerant. h [Et cùm tanti essent.] numero & quantitate, quia multi & magni. i [Non est scissum rete. Dixit eis Iesus, Ven. & prande.] Ly. hîc notatur Dei benignitas: quia inuitat eos dulciter ad comedendum secum: quia cum eis tunc comedit ad declarandum suæ resurrectionis vtilitatem. Vnde Lu. vlt. Cùm manducasset, inquit, coram eis sumens reliquias dedit eis. k [Et nemo audebat discumbentium interrog. eum, Tu quis es,] & propter cognitionis certitudinem quam de ipso habebant. l [Scientes quia Dominus.] & ideo frustrà fecissent de hoc quæstionem. m [Et venit Iesus.] id est, accessit ad mensam. n [Et accepit panem.] quem de nouo sua omnipotenti virtute, creauerat. o [Et dabat eis, & piscem similiter.] eo modo diuidebat eis & distribuebat, sicut ante passionem ad declarandum suam resurrectionem. Dicunt enim aliqui Doctores & satis probabiliter, quòd sic diuidebat cibaria sola manu, sicut alius cum cultello, & in hoc discipuli cognouerunt eum. p [Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis cùm resurrexisset à mortuis.] certum est quòd iam pluries manifestauerat seipsum, cum in ipsa die resurrectionis quinquies apparuit, ergo ista apparitio dicitur tertia, non in numero apparitionum, sed in ordine dierum: vt primò dicatur manifestatus in die resurrectionis, secundò in octaua paschæ, & tertiò hic. Vnde circa præsens Euangelium vbi dicitur, Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Galilææ. Chrysostom. dicit quòd Euangelista nominat hic locum vbi hæc manifestatio est facta: quia illuc & Apostoli iuerunt, in quo ostenditur quòd iam magnam partem timoris eorum Christus abstulerat, vt auderent manifestè exire de domo: non enim vltra in domo reclusi erant. Vnde hîc quæritur, cur iam & non prius iuerunt piscatum? Respondeo secundùm Augustinum, quòd iam magistro recedente, non habebant vnde viuerent, quam penuriam etiam Christus inducit, vt in piscationem eum cognoscerent. Secundò quæritur, cur Petrus ad piscationem rediit quam semel reliquit? Respondet Gregor. quia licita ars erat nutriendi se per artem piscandi, igitur, &c. Sanctus Matthæus ad telonium non vltrà recedit: quia fit vix sine peccato. Quæritur tertiò: vnde receperant nauim & retia quæ resignauerunt? Respondet Chrys. Mutuauerunt à propinquis. Quartò quæritur, cur nihil potuerunt capere? Respondetur quòd Deus ita disposuit, vt per miraculum doceret eos Christum agnoscere.

QVAESTIO LXXVII.

Circa Euangeliū feriæ iiij. post pascha oritur quæstio, vtrum Christus post resurrectionem verè comedit incorporando sibi cibū? Arguitur quòd sic, Si non fuit vera comestio, non videtur argumentum sufficiens ostensiuū veritatis humanæ naturæ: quod est falsum, igitur. In oppositum, Damascenus in iij lib. dicit, quòd Christus etsi gustauit cibum post resurrectionem: sed non lege naturæ, sed dispensationis modo veritatē credere faciens resurrectionis: quia hęc eadem caro passa est, quæ & resurrexit. Igitur. Ad quęstio. respondendum est secundum Alb. super. Lucam. secundum Amb. & secūdum magistrum. Io. de Tur. cremata in q. super Euangeliis, quòd duplex est māducatio: & vtraque veritatis naturę est demonstratiua. Vna quidem indigentiæ, quæ cibum sumptum sibi incorporat & ex eo accipit confortationē, & est animalis corporis: & loquēdo de ista comestione dicendum est, quòd Christus nō comedit cibum sibi incorporando. Alia est puræ potestatis, & nullius infirmitatis demōstratiua: & est quādo quis cibū sumit, sed digerendo eū sibi non incorporat: sed potestas naturæ consumit, & in pristinam conuertit materiam, sicut radius consumit aquam: & hac potestate Christus manducauit post resurrectionem.

Feria v. post pascha. secundùm Ioan. xx. capit.

IN illo tēpore, [a] Maria stabat [b] ad monumentum foris plorans: [c] dum ergo fleret, [d] inclinauit se, & prospexit in monumentū, & [e] vidit duos angelos [f] in albis sedentes, [g] vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. [h] Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dominum meum [i] & nescio vbi posuerunt eum. [k] Hæc cùm dixisset conuersa est retrorsum. [l] Et vidit Iesum stantem: [l] & non sciebat, quia Iesus est. [m] Dixit ei Iesus, Mulier, quid ploras? Quem quæris? [n] Illa existimans quia hortulanus esset, [o] dixit ei, Domine si tu sustulisti eum, [p] dicito mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam. [q] Dixit ei Iesus, Maria. [r] Conuersa illa, [s] dixit ei, Rabboni, quod dicitur magister. [t] Dixit ei Iesus, Noli me tangere. [v] Nondum enim ascendi ad Patrem meum. [x] Vade autem ad fratres meos, [y] & dic illis, Ascendo [z] ad Patrem meum, [a] & Patrem vestrum: [b] Deum meum, & Deum vestrum. [c] Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, Quia vidi Dominum: & hæc dixit mihi.

Tulerunt Dominum meū. Maria Magdalena post suā cōuersionē charitate feruēs die resurrectionis stabat ad monumentū plorās, & corde gemēs, cui angeli dicunt Dominum resurrexisse, quæ retro cōuersa,

Dominum vidit hortulani specie: qui cū eū cognouisset, tāgere voluit: sed Dominus nō permisit, ostendens quòd peccatores quamuis sint pœnitentes, nisi sacrati res sacras tāgere nō debent. de conse. dis. i. ca. i. sancta sede apostolica statutū est, vt sacra vasa non ab aliis, nisi ab hominibus Deo dicatis & sacratis contrectētur, & c. vestimenta ecclesiæ.

POSTILLA.

IN illo tempore, Maria stabat ad monumentum, &c. Postquam in præcedenti c. Io. Euang. scripsit Christi crucifixionem & mortē, in hoc c. describit eius resurrectionem: & diuiditur istud c. in duas partes: quia primò describitur manifestatio huius resurrectionis, facta mulieribus deuotis. Secundò eiusdem manifestatio facta Apostolis, f. in fine eius cap. sed ista pars non ponitur in Euangelio. Prima pars diuiditur secundum quòd mulieres gradatim peruenerunt ad cognoscendum hanc resurrectionem. Nàm primò Euang. ostendit, qualiter eum cognouerunt per sepulchri euacuationē, & secūdò per angelicam visionem. Euangeliū autem præsens solum continet istam secundam partem. Nā prima pars ponitur in principio huius ca. quod nō est de præsenti Euāgelio. Dicit igitur, a [Maria stabat, &c.] Postquam Petrus & Ioā. qui venerant ad sepulchrum, & ipsum repererant vacuum corpore Christi, abierunt ad alios discipulos. Maria autem non abiit cum eis: sed stabat ex feruore & constantia: & quia non imminebat sibi tantum periculum, quia erat mulier, sicut apostolis prędictis qui erāt viri. b [Ad monumentum foris plorans.] licet enim intrasset clausuram horti: in quo erat domuncula sepulchri excisa in rupe: tamen illam domunculam non intrauit. Veruntamen quia illa horti clausura tota aliquando sepulchrū nominatur: inde est quòd Maria aliquando dicitur intrasse monumentum, vt habetur Mat. & Lu. vl. Similiter aliquādo foras legitur stetisse, quod est idē vt patet ex prædictis. c [Dum ergo fleret.] propter absentiam corporis Christi. d [Inclinauit se & prospexit in monumentum.] quia secundum Greg. vis amoris. intentionem multiplicat inquisitionis. Et ideo non sufficiebat sibi semel respexisse. Propterea licet vidisset abesse corpus Christi, tamen volebat adhuc videre si aliquod eius vestigium posset recipere. e [Et vidit duos angelos] ex feruore enim deuotionis illam visionem meruerat. f [In albis sedentes.] Ad designādum dominicæ resurrectionis gaudium. Apparitiones enim angelicæ sunt ad instructionem hominum, & solent apparere per illum modum, qui competit rei de qua debent instruere. Candor autem vestis splendorem denuntiat solemnitatis. Et ideo in albis vestibus apparuerunt, ad denotandum gaudium dominicæ resurrectionis. g [Vnum ad caput & vnū

ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu] Tum ad solennius denunciandũ per duos quam per vnum. Tum propter reuerentiam loci cõsecrati ex tactu corporis Dominici. h [Dicunt ei illi, Mulier quid ploras?] q.d. Non habes causam iustam flendi, sed magis gaudendi ex resurrectione Christi. i [Dicit eis, quia tulerunt Dominum meum.] de monumento. Timebat enim ne Iudęi corpus Christi asportassent, vt ei ignominiam facerẽt. k [Hæc cùm dixisset, &c.] Hic ostenditur dominica apparitio facta Mariæ, in hoc cũ dicitur, Hæc cùm dixisset, Conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stãtem, &c. Sed solet hic quæri, quare conuertit se retrorsum, cum angelos sibi loquẽtes cognouit esse bonos, vel saltem æstimauit valentes viros. Et ideo videtur quòd magis debuisset vertere faciem ad ipsos. Dicendum quod illi angeli sedebant supra sepulchrum Christi, & vidit alios assurgentes propter reuerentiã Christi apparẽtis extra sepulchrum, & ideo illa conuertit se retrorsum ad videndum, cui tantam reuerentiam faciebant. l [Et non sciebat quia Iesus esset.] ipsa enim nondum habebat fidem resurrectionis Christi, vt patet ex supradictis: & ideo talis apparuit in corpore, qualis erat apud eam in mẽte. In potestate enim hominis habentis corpus gloriosum est, sic apparere, quòd cognoscatur vel non cognoscatur, quia illud est omnino subiectum animę. Et eodem modo tacta est apparitio duobus discipulis eũtibus in Emmaüs, vt habetur Lu. vlt. m [Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras?] non petit quasi ignorans, sed vt ex eius responsione conuenientius ea instruat. n [Illa existimans quia hortulanus esset.] credebat enim quòd milites de sepulchro fugerant, & ideo neminẽ credebat aduenisse, nisi illum cui incumbebat cura horti seruãdi in quo erat monumentum. o [Dicit ei Domine si tu sustulisti eum.] non dicit, si tu sustulisti Iesum crucifixum loquendo determinatè: sed eum in generali, qui modus est feruenter amantium, f. existimare quòd omnes cogitent de eo, quòd habent cordi. p [Dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollã.] Ex virtute enim amoris, credebat se posse portare tantum corpus etiam mortuum: quia feruenter amanti nihil videtur difficile. q [Dicit ei Iesus, Maria] vocat eam proprio nomine, vt eam magis intentam faciat: & tunc talem se ei exhibet vt cognoscatur. r [Cõuersa illa] f. oculis mentis sicut & oculis corporis. s [Dicit ei, Rabboni.] Sic enim cõsueuerat eum appellare ante passionem, quia doctores apud Iudæos vocantur magistri. t [Dicit ei Iesus, Noli me tangere.] Illa enim ex deuotione voluit statim osculari pedes eius, sed prohibita est secũdum Aug. quia erat indigna propter fidei defectũ: ideo subditur, v [Nondum enim ascendi ad Patrem meum.] i. in corde tuo non credis me peruenisse ad æqualitatem patris. Aliter exponitur secundum Chry. & melius, vt videtur. Ad cuius intellectũ sciẽdũ, quod apparuit Mariæ in consimili corpore secundum apparentiam: qua se habebat ante passionem, & non in illa claritate quæ est proprietas corporis gloriosi. Et ideo Maria credebat eum resurrexisse ad vitam communem cum discipulis ducendam sicut antè: ideo volebat eum familiariter tangere, sicut prius. Hanc autem opinionem voluit ab ea Dominus remouere, ei dicens, n [Noli me tangere.] q.d. Non credas me inter vos habitaturum sicut prius. Et hoc est quod subditur, Nondum enim ascendi ad Patrem meum & Patrem vestrum. Est enim assignatio causæ, quare apparebat in simili corpore, sicut & ante passionem & non in claritate corporis gloriosi: quod fuit ad probandum veritatem dominicæ resurrectionis, inquantum sic apparuit discipulis per dies quadraginta, instruens eos de regno Dei ante suam ascensionẽ: propter quod sequitur, x [Vade autẽ ad fratres meos]. i. Apostolos quos vocat fratres, propter similitudinem naturæ humanæ, & specialitatem amicitiæ ad ipsos. y [Et dic eis, Ascendo.] i. ascendam. z [Ad Patrem meum.] per naturam. a [Et patrem vestrum.] per adoptionis gratiam. b [Deum meum.] inquãtùm sum homo: sic enim loquebatur in proposito: vt patet ex hoc quòd immediatè vocauerat Apostolos fratres, propter similitudinem naturæ, & specialitatem amicitiæ ad ipsos. Et eodem modo loquitur cum dicit, Ascendo ad Patrem meum. quia ascendere non competit ei secundũ diuinam naturã quæ est altissima. Per hoc igitur quod Christus hic suam ascensionem denũtiat Apostolis per Mariam: insinuat quòd eis ante ascẽsionem illã apparebat ad eorum instructionẽ, sicut expressius dicunt alij Euangelistæ. c [Venit Maria Magdalene, &c.] & est de se patens litera vsque in finem huius Euangelij.

QVAESTIO LXXVIII.

Circa Euangelium ferię vij. post pascha oritur quæstio, Vtrũ fuerit conueniens Christum argumentis resurrectionẽ probare. Arg. quòd non: ait Ambr. Tolle argumenta vbi fides quæritur: sed de resurrectione quæritur fides: ergo argumenta ad resurrectionem probandam fieri non debuerunt. In oppositum, habetur Act. j. Cum apparuit discipulis Iesus per dies xl. in multis argumentis, loquens de regno Dei. Ad argumentum dicitur quòd Amb. loquitur de argumentis secundùm rationem humanam procedentibus, quæ inualida sunt ad ea quæ sunt fidei respondenda. Ad quæstionem respondendum est secundum Ioan. de Tur.cre. vbi supra, quòd argumentum dicitur dupliciter. Vno modo vt etiam quæcunque ratio rei dubiæ faciens fidem argumentum dicitur, sic dicendũ etiam quòd Christus non præbuit se discipulis suis per argumenta. Patet conclusio, quia talis probatio argumentatiua

Fides est virt⁹, qua creduntur quę nõ videntur. Aliquando capitur pro illo quod creditur, aliquando pro illo quo non credi tur, magister Sent. in iij.

procedit ex aliquibus principiis, quæ si non essent nota discipulis, nihil per ea eis manifestaretur: quia ex ignotis non potest aliquid fieri notum: si autem essent eis nota, non transcenderent rationem humanam: & ideo non essent alicuius efficaciæ ad fidem resurrectionis ostendendam, quæ rationem humanam excedit. Aliter dicitur argumentum aliquod signum sensibile, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem: & sic dicendum est quòd Christus suam resurrectionem argumentis declarauit, inquantum per euidentissima signa se verè resurrexisse ostendit. Primum signum fuit, authoritas veræ Scripturæ. Secundum signum fuit, verbum angeli qui mentiri non potest, qui dixit, Surrexit, non est hic. Tertium signum fuit, quia comedit. Quartum signum fuit, quia locutus est. Quintum signum fuit, quia se palpabilem præbuit. Sextum signum fuit, quia ianuis clausis intrauit. Septimum signum fuit, quia proprias cicatrices monstrauit.

Feria vj. in hebdo. pasche, Euang. secundùm Matth. vlt. cap.

IN illo tempore, [a] vndecim discipuli [b] abierunt in Galilæam, [c] in montem vbi constituerat illis Iesus. [d] †Et videntes eum adorauerunt: [e] quidam autem dubitauerunt. [f] Et accedens Iesus locutus est eis, [g] dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra [h]: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, [i] docentes eos [k] seruare omnia quæcunque mandaui vobis. [l] Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, [m] vsque ad consummationem seculi.

Et videntes. Beati Apostoli Iesum saluatorẽ videntes resurrexisse à mortuis pia deuotione adorauerunt, tanquam Deũ & hominẽ gloriosũ, quia Christo inquantum Deus & homo, adoratio debetur: & meritò adorãdus, erat quia de nouo mortẽ vicerat. Vnde Psal. xcvi. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & lætata est Sion.

POSTILLA.

IN illo tempore, vndecim discipuli abierunt, &c. In hoc Euang. ponitur resurrectionis Christi iam manifestæ diuulgatio: & primo quantùm ad Christi discipulos. Secundò, quantùm ad omnes populos, ibi, Euntes ergo, &c. In prima ergo parte dicit, a [Vndecim discip.] vndecim dicit quia Iudas erat mortuus, vt patet ex præcedentibus. b [Abierunt in Galilæam.] secundùm mandatum Christi & Angeli. c [In montem vbi constituerat illis Iesus.] s. Thabor, in quo & transfiguratus fuit, coram Iacobo, Petro & Ioanne, vt habetur Matth. xviij. c. ibi enim paucis ostendebat gloriam suæ resurrectionis. Et ideo ibi resurrectionem completam manifestauit omnibus discipul. suis. Vnde probabiliter creditur, quòd illa manifestatio fuit de qua scribit Apost. j. ad Cor. xv. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul: hic tamen non exprimuntur nisi vndecim discipuli, qui erant principales Christi discipuli. Prius tamen visus est septies, personis specialibus. Primò, Mariæ Magdalenæ manenti iuxta sepulchrum aliis recedentibus: vt dicitur Ioan. xx. & Mar. xvj. Secundò, ipsi Mariæ Magdalenæ, cum aliis mulieribus à sepulchro reuertẽtibus, quia postquam viderat Christum secuta est alias, & inuenit eas in itinere: & tunc apparuit eis Christus. Tertiò, Petro secũdùm quod habetur Lu. vl. licet non habeatur expressè ex euangelio, quando facta est ista apparitio, probabile tamẽ est hoc fuisse, quando ipse & Ioannes cucurrerunt ad monumentum, & non inuento corpore Christi abiit Petrus mirãs secum quod factum fuerat, vt dicitur Lu. vl. Et ideo dum esset in tali admiratione solitarius, creditur Christus sibi apparuisse. Quartò, apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaüs: vt habetur Luc. vlti. Quintò, apparuit decẽ Apostolis absente Tho. vt habetur Ioan. xx. Et istæ quinque apparitiones factæ sunt ipsa die resurrectionis: vt patet Euangelia intuenti. Sextò, apparuit vndecim Apostolis existente ibi Thoma: vt habetur Io. xx. & fuit octaua die post resurrectionem, vt habetur ibidem. Septimò apparuit Petro & sociis suis ad mare Tiberiadis, vt habetur Ioan. vl. Et octauò in monte Thabor vt hic dicitur apparuit Apostolis & multis aliis. Et iterum hic apparuit discipulis in die ascensionis, semel in Ierusalem ipsis conuescentibus, & semel in monte Oliueti hora suæ ascẽsionis: vt habetur Mar. vlt. & Luc. vl. & etiam Act. j. Sequitur, d [Et videntes eum adorauerunt.] adoratione latriæ. e [Quidam autem dubitauerunt.] Ex quo patet, quòd ibi erant alij quam Apostoli, qui iam erant certificati de eius resurrectione. Etiam Thomas qui inter alios fuit magis incredulus. Et hæc patent ex præcedentibus. f [Et accedens Ies. locutus est eis.] s. ad certificandum eos, qui de sua resurrectione dubitabant. g [Dicens, Data est mihi omnis potestas, &c.] quia licet Christus quantùm ad diuinitatem ab æterno haberet hanc potestatem: & inquantùm homo ab instãti suæ conceptionis haberet potestatem in cælo & in terra, authoritatiuè tamen & executiuè non habuit ante resurrectionem suam, sed voluit esse passibilitati subiectus, propter nostram redemptionem. h [Euntes ergo,] Hic ponitur diuulgatio dominicæ resurrectionis, quantum ad omnes populos, quæ facta est per prædicationem Apostolorum per vniuersum orbem. Et hoc est quod dicitur. i [Docete omnes gẽtes.] s. k [Seruare omnia quæcunque mandaui vobis.] videlicet sacramenta à Christo instituta, & alia ad fidem catholicam pertinentia.

Apparitiones Christi post eius resurrectionem & tempus illarum: dicẽdum est eis quod primò apparuit matri eius ratione dolo ris ratione testificationis, ratione exaltationis. Barlette i sermone de resurrectiõe Christi.

l[Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.] Et hoc dupliciter. Vno modo assistendo eis in operibus miraculosis ad confirmationem doctrinæ. Alio modo existendo in sacramento eucharistiæ, vbi est totus Christus, vt patet ex scriptis super ista materia. m[Vsque ad consum. secu] Ex quo patet, quòd fides catholica non deficiet vsque ad finem mundi, quantumcunque tribulationibus agitetur. Aduertendum etiam, quòd licet Deus non assistat continuè doctoribus Ecclesiæ per operationem miraculorum: quia non est necesse, cum fides catholica sit sufficienter confirmata per miracula facta in primitiua Ecclesia, tamen aliquando hoc modo assistit Ecclesiæ, faciēdo miracula aliqua ad consolationem fidelium: assistit etiam Ecclesiæ semper ipsam dirigēdo per occultos instinctus Spiritussancti, vt sic non deficiat fides sua.

QVAESTIO LXXIX.

Circa Euangeliū feriæ vj. post pascha oritur quæstio, Vtrum argumenta quæ Christus induxit sufficienter manifestauerunt resurrectionis eius veritatem? Arguitur quòd non. Inter dotes corporis glorificati præcipua videtur esse claritas, gloriam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit: ergo insufficientia fuerunt illa argumenta ad manifestādum veritatem resurrectionis Christi. Igitur. In oppositum: quia Christus cum sit sapiens, & suauiter & cōuenienter disponit omnia, vt habetur Sap. viij. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est quia dicit Augu. ad Orosium, Glorificata carne Deus resurrexit, sed noluit in ea discipulis apparere: quia non possent oculis talem claritatē perspicere. Ad q. respondeo quòd argumenta quę Christus induxit sufficienter manifestant resurrectionis eius veritatem, & ipsam resurrectionem esse gloriosam: fuit enim vera resurrectio ostensa dupliciter. Primo modo, ex parte corporis quod palpabile ostendit, & visibile demonstrauit: & per hoc ostendit esse corpus humanum, & idem corpus esse innumero monstrauit, prębendo discipulis vulnerum cicatrices, & illud corpus esse glorificatum probauit, quia intrauit ianuis clausis. Secundò, ex parte animę iteratò corpori vnitę: primò ostēdit per opus vitę nutritiuæ: quia mā ducauit & bibit. Secundò, per opera vitæ sensitiuæ: quia discipulis ad interrogata respondebat. Tertiò, per opera vitæ intellectiuæ: quia Scripturas enucleabat.

Sabbato post pascha, Euang. secundum Ioan. xx. cap.

IN illo tempore, [a] vna sabbati [b] Maria Magdalene venit manè cùm adhuc tenebræ essent ad monumentum: [c] & vidit lapidem sublatum à monumento: [d] cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & alium discipulum quem diligebat Iesus, [e] & dixit eis, Tulerunt Dominum † de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. [f] Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. [g] Currebant autem duo simul, [h] & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum: [i] & cū se inclinasset, [k] vidit linteamina posita, [l] non tamen introiuit. [m] Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum. Et vidit linteamina posita, [n] & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum [o] sed separatim inuolutum, [p] in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat prius ad monumentum, [q] & vidit, & credidit: [r] nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. [s] Abierunt ergo iterum discipuli [t] ad semetipsos.

Tulerunt Dñm. Maria Magdalena nondū credēs tamē charitate mota præ omnibus discipulis ante lucem ad monumentum pręuenit: q aquē valde amabat præuidere cupiebat: sed Christum Dominum resurgere posse non bene credebat, tamen illum præuiderat, vt habet Marc. vlti. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ.

POSTILLA.

IN illo tempore, vna sabbati Maria Magdalene, &c. Titulus huius Euangelij vna cum diuisione positus est in principio Euangelij immediatè præcedentis: nam hoc Euangelium ponitur in principio huius cap. dicit ergo, a [Vna sabbati] i. prima die post sabbatum: sic enim apud Iudæos nominantur dies hebdomadæ, quia sabbatum sic nominatur absolutè propter reuerentiam illius diei: & ab illa denominantur alij dies, ita quòd sequens dicatur immediatè prima sabbati, & alia secunda sabbati, & sic consequenter. Et propter hoc Mat. & Mar. vocant dominicam resurrectionis primam diem sabbati. Ioan. autem vnam sabbati, quia hoc nomen vnum, frequenter accipitur pro primo. Et hoc patet Gen. j. c. Factum est vespere, & mane dies vnus, i. primus. Vnde & consequenter dicitur, factum est vespere, & mane dies secundus, & postea tertius: & sic consequenter. b[Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumētum] id est, antequam esset clara dies, dimisit tamen diem sabbati transire: quia non erat licitum aliquid operari illa die. Sciendum etiam, quòd cum ea fuerunt aliæ duæ mulieres, secundùm quòd dicunt alij Euangelistæ: sed Ioan. istam solam exprimit, quia erat aliis feruentior & principalior. c[Et vidit lapidem sublā à monu.] Angelus enim domini cū amoue-

Post resurrectionem Xpi corpus gloriosum fuit:secūdō in clarificatione discipulis apparuit. Augusti. ad Orosium.

rat non ad hoc, vt Christus de sepulchro surgeret, quia clauso sepulchro surrexit & exiit, sicut clauso vtero virginis natus est. Hoc tamen fuit aliter, quia in resurrectione habuit corpus gloriosum cui non resistit aliquid. Sed exitus de vtero Virginis fuit miraculosus. Remouit igitur lapidem angelus solum ad manifestandum Christi resurrectionem iam completam. b [Cucurrit, &c.] Hic describitur rei visæ denunciatio, cum dicitur, Cucurrit ergo ad Simonē Petrum & alium dis. quem di. Iesus, s. Ioannē. Isti enim pręceteris Christum amabāt, & inuicem se tenebant, sicut familiares: alij autem sicut dispersi fugerant, propter quod in pluribus locis leguntur isti duo Apostoli simul combinati: vt dicitur Ioā. xxiij. c. in sequendo Christū captū. & act. iij. simul ascendendo in templum. & viij. simul missi sunt ad Samaritanos, vt darent eis Spiritumsanctum. e [Et dixit eis, Tulerunt Do. de monu. &c.] Timebant enim ne Iudęi corpus Christi asportassent, vt ei ignominiam fecerēt. f [Exiit ergo Petrus, &c.] Hic ponitur rei denunciatæ inquisitio, cū dicitur, Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum, vt viderent factum. Modus autem veniendi ostenditur cum dicitur, g [Currebāt autem duo simul.] ex desyderio videndi. h [Et ille alius discipulus præcucurrit citius Petro] i. venit primus ad monumentum, quia erat iunior & agilior. i [Et cum se inclinasset.] Ad videndū per ostiū illius ędificij, intra quod corpus Christi erat sepultum: quia sepulchrū erat factum ad instar cuiusdam domūculæ lapideæ, intra quam erat sepulchrum Christi positū. Et ideo erat quoddam ostiolum, per quod erat ingressus ad illum locum. Sic enim fiebāt sepulchra Iudæorum antiquitùs: & maximè magnatum personarum, vt eorum filij possent ibi sepeliri: propter hæc dicitur frequenter, iij. & ii. j. Reg. de regibus Iuda, Sepultus est in sepulchro Dauid, &c. k [Vidit linteamina posita.] i. disposita & plicata, ad ostendendum quòd corpus non fuerat sublatum: quia simul fuissent linteamina asportata, & maximè quæ erant fortiter adhærentia corpori propter vnctionem. Et ideo propter hoc apparebat quòd Christus verè surrexerat. l [Non tamen introiuit.] propter Petri reuerētiam quem expectauit: quia erat senior ipso, & inter Apostolos principalior. m [Venit ergo, &c.] & patet litera vsque ibi, n [Et sudarium quod fuerat super caput eius nō cū lint. positum.] s. cōfusè & indistinctè. o [Sed separa. inuo.] i. bene plicatum. p [In vnum locum.] hoc factum est ad ostendendū resurrectionem factam: sequitur, q [Et vi. & cred.] hoc exponitur dupliciter: vno modo sic, Vidit s. ea quæ dicta sunt à Maria, & credidit esse verum, scilicet ꝙ corpus Christi esset sublatum de monumēto, & quòd non cogitauerunt de Christi resurrectione: & ideo subditur. r [Non enim scie. Scri. quia opor. eum à mor. resur.] Alio modo exponitur sic, Vidit s. linteamina & sudarium sic disposita & plicata, vt dictum est, & credidit resurrectionem Christi factam: & subditur causa quare ante non credebant cùm dicitur, Nondum enim sciebant Scri. &c. Et ideo non ex Scrip. sed ex signis visis credebant resurrectionem Christi iam factam. s [Abie. ergo, &c.] hic ostenditur qualiter Maria peruenit ad angelicam visionem, cum dicitur, Abie. ergo dis. s. Petrus & Ioan. non audētes diu manere iuxta sepulchrum, propter metum Iudæorum. t [Ad semetipsos] i. ad locum vbi prius latitabant, & vnde ad sepulchrum venerant.

QVAESTIO LXXX.

Circa Euangelium sabbati post pascha oritur quæstio, vtrum fuerit cōueniens Christum cum cicatricibus resurgere? Arguitur ꝙ non: corpus Christi integrum resurrexit: sed aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis quia per eas discontinuatur corpus: ergo inconueniens fuit cum illis resurgere. In oppositum Christus nihil inconuenienter egit: sed Christus resurrexit cum cicatricibus, igitur. Ad argumen. dicitur quòd illa apertura vulnerum quamuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non sit minus integrum sed magis perfectum. Ad q. respondendum est secundum mag. Io. de Tur. cre. in q. super Euāgelris, quòd conueniēs fuit Christum cum cicatricibus resurgere propter quatuor. Primò, vt insignia victorię ostenderet. Secūdò, vt corda discipulorum per fidem resurrectionis cōfirmaret. Tertiò, vt Patri pro nobis supplicans quale genus tormēti pro homine pertulit semper ostēderet. Quartò vt sua morte redēptis, quam misericorditer sint adiuti præpositis eiusdem mortis indiciis insinuaret: & vt quàm iustè damnantur impij in iudicio insinuet, ostensis cicatricibus quas pro illis accepit.

In octa. paschæ, Ioan. xx. ca.

IN illo tempore, [a] cum serò esset [b] die illo, [c] vna sabbatorum, [d] & fores essent clausæ, vbi erant discipuli cōgregati, propter metum Iudæorū, [e] venit Iesus & stetit in medio eorū, [f] & dixit eis, Pax vobis: [g] & cū hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. [h] Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. [i] Dixit ergo eis iterum, pax vobis. [k] Sicut misit me Pater [l] & ego mitto vos [m] Et cū hæc dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritū sanctum, [n] Quorum remiseritis pec-

Ostendit eis Dominus Iesus post resurrectionem suam suis discipulis apparēs in signum ve re resurre-

cata remittuntur eis, [o] & quorum retinueritis retenta sunt. [p] Thomas autẽ vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, [q] non erat cum eis, quãdo venit Iesus. [r] Dixerunt ergo ei alij discipuli. [s] Vidimus Dominum. [t] Ille autẽ dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, [v] & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, non credam. [x] Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & [y] Thomas cum eis. [y] venit Iesus ianuis clausis, [z] & stetit in medio [a], & dixit eis, Pax vobis. [b] Deinde dixit Thomæ, Infer digitum tuum huc: [c] & vide manus meas, [d] & affer [e] manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. [f] Respondit Thomas, & dixit, Domin' meus & Deus meus. [g] Dixit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, [h] credidisti. [i] Beati qui non viderunt, & crediderunt. [k] Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorũ, quæ non sunt scripta in libro hoc. [l] Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis: quia Iesus est filius Dei, [m] & vt credẽtes, [n] vitã habeatis [o] in nomine eius.

Ianuis occlusis ma nus cõclauatas & latus perforatum: vt manifestè his signis visis eum viuere cognoscerẽt & resurrexisse crederent: quoniam non credebãt. Ideo signa demõstrauit: quia si verbo tantum dixisset fidem nõ habuissent. vnde Luc. xxiiij. videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte &c.

POSTILLA.

IN illo tempore. cum serò esset, &c. Io. xx. Luc. xxij. Historia huius Euã. facta est ipso resurrectionis Domini die pro prima parte, pro secunda autem parte in octaua paschæ. Ante initium illius Euã. scribit san. Io. in eo. c. quod Iesus dixit Mariæ Magdalenæ, Vade ad fratres meos & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrẽ vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi Dominum: & hæc dixit mihi. Tunc statim sequitur euang. ho. In quo tria insinuat Euãgelista. Primò quid sit actum Thoma absente. In principio. Secundò quid sit gestum Tho. præsente: ibi, Post dies octo. Tertiò quid sit credendum Euan. referente: ibi, Multa quidem. a [Cũ ergo se. es] Ly. in die discipuli erãt dispersi propter metum Iudæorum, sed in sero cõueniebãt ad locum vnum: & ideo tali hora Christus eis apparuit. b [Die illo]. s. dominicæ resurrectionis. c [Vna sabbatorum]. i. prima die post sabbatum. Sed quare Christus vsque ad vesperã, distulit. Respond. sec. Chrys. vt omnes simul inueniret in domo & nisi serò non inuenisset eos simul congregatos. Item sero solent homines magis timere: & illa hora voluit eos consolari sua apparitione. d [Et fores essent clausæ vbi discipuli erant congregati propter metum Iudæ.] quod ex diuina ordinatione factum est, vt Iesus intrans ad discipulos ianuis clausis, ostẽderet se habere corpus glorificatum. e [Venit Iesus & stetit in medio eorum] vt patet Matth. xviij. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. f [Et dixit eis, Pax vobis]. q. d. Non turbemini nec timeatis, ego sum qui pacem vobis promisi, & pacem vobis prædicaui: & ideo ex auditu salutationis potestis me agnoscere. g [Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus]. vt nõ solum auditu sed etiam visu certificarentur. h [Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.] Tho. Contristati fuerant in eius morte, lætantur de resurrectione: & sic socij passionis, fiunt participes consolationis. i [Dixit ergo eis iterum, Pax vobis] iterat oblationem pacis, vt mõstraret propter suum aduentum esse pacificata, & quæ in cælis, & quæ in terra sunt. k [Sicut misit me Pa]. s. ad veritatem fidei nuntiãdam in Iudæa. l [Et ego mit. vos] ad eandem pub. per vniuer. mund. In signum huius dixit eis in die ascensionis, Ite in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, vnde psal. xviij. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et quia executio huius officij non potest conueniẽter fieri sine gratia Spiritussancti, ideo sequitur, m [Et cũ hoc dixisset insufflauit & dixit eis, Accipite Spiritũsanctum]. Tho. Ostẽdit per hoc ꝙ sicut flatus procedebat de ore ipsius IesuChristi, sic Spiritussanctus qui dabatur in flatu, procedit ab ipso filio Iesu Christo, sicut procedit à Patre quod est cõtra Græcos qui negãt Spiritumsanctum procedere à Filio. n [Quorũ remiseritis peccata remittũtur eis.] i. quos solueritis, soluti sunt. o [Et quorũ retinueritis, retẽta sũt.] i. quos ligaueritis, ligati sunt: vt patet Mat. xvj. c. Quęcunq; ligaueritis sup terrã, erũt ligata & in cælis, & quæcũq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Gor. Ista potestas intelligẽda est claue nõ errante. Tũc autẽ errat, quando sacerdos soluit illum, quẽ Deus non soluit: vel quando ligat, quem Deus non ligat. p [Tho. autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus.] i. dubius. q [Non erat cum eis quando venit Iesus] Ly. ipse enim inter alios discipulos videtur fuisse magis timidus, vt patet Io. xj. c. & ideo tardius venit ad locũ, vbi cõgregabãtur discipuli: & ideo propter tarditatẽ suam priuatus est illa visione Christi: hoc autẽ factum est ex diuina ordinatione, propter nostram confirmationẽ: vnde Greg. Dũ ille ad fidem palpando reducitur, mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. r [Dixerũt ergo ei alij dis]. q a bõi rumores citò nũtiãtur. s [Vidimus Dominũ] sic enim eũ ante passionẽ nominabant. t [ille autem dixit eis, Nisi videro in

Resurrectiõis Christi per visum certificatio.

Peccatorũ remissio à solo Deo propriè habetur, à Xpo meritoriè, & à sacerdote ministratiuè. Ric. in Sen. iiij. & magister in iiij.

manibus eius fixuram clauorum.] s. vt probem visu. v [Et mit. dig. in locum cla. & mittam ma. meã in la. eius.] vt probem tactu. Isti enim sunt duo sensus, qui minus possunt decipi, s. visus & tactus. x [Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & Tho. cum eis.] Ly. facto interuallo Christus apparebat discipulis, quia non conuersabatur quotidie vel continuè cum eis, vt ostenderet se resurrexisse ad vitam immortalem ab hominibus huius mundi separatam. y [Venit Iesus ianuis clausis.] vt ostẽderet corpus glorificatum. z [Et stetit in medio eorũ] vt posset ab omnib⁹ videri. a [Et dixit eis, Pax vobis] q. a sic salutare cõsueuerat discipulos suos, & etiã sic docuerat salutare alios homines: vt patet Mat. x. In quãcunque domũ intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui. b [Deinde dixit Thom. Infer dig. tuũ huc,] vt probes per tactũ. c [Et vide ma. meas] vt probes per visum. d [Et affer.] i. applica. e [Manum tuã, & mit. in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis]. q. d. Propter tuam dubitationem sanandam ostendo tibi vulnera mea: vnde Aug. in li. de Tri. dicit quòd Tho. palpauit cicatrices Christi. f [Respõdit Tho. & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.] Tho. Ecce perfecta fides quia cõfitetur humanitatẽ & deitatẽ Christi: dominus quantum ad humanitatem qua nos redemit. Deus quantum ad deitatẽ qua nos creauit. g [Dixit Iesus, Quia vidisti me.] hominem h [Credidi.] s. Deum. Ly. Nam Thomas aliud vidit, & aliud credidit, quia humanitatem vidit, & deitatem, quę in pręsenti videri nõ potest, credidit. i [Beati qui non vi. & cre.] Ly. in hoc stat consolatio nostra qui Christum non vidimus, tamen credimus Christũ veraciter esse sub specie panis in sacramento. k [Multa quidem signa fecit Iesus in conspectu disci. suorũ, quæ non sunt scripta in li. hoc] Ioan. verò Euãg. pauciora signa narrauit, quàm alij Euangelistæ: quia vltimò scripsit, & signa quæ alij scripserunt omisit. l [Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Filius Dei]. s. naturalis in potentia sibi per omnia æqualis: & per cõsequens idẽ in diuinitate, quia natura diuina est indiuisibilis. m [Et vt credẽtes.] quia Iesus incarnatus, passus, mortuus, sepultus, regressus ab inferis, cælũ ascendens verus est Dei Filius. n [Vitam habeatis.] s. ęternã in qua clarè videbitur, quod nunc creditur. o [In nomine eius.] i. per fidem nominis eius: quia dicitur Act. iiij. Nec aliud est nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde circa præsens Euang. vbi dicitur, Accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, &c. videtur quòd nisi sacerdos habeat Spiritum sanctum, non potest absoluere: quia dicit primò, Accipite Spiritũsanctum: & posteà subditur, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Respõdetur quòd sacerdos absoluit ex officio: & non ex vitæ merito. Et sic sacerdos bonus & malus in virtute Spiritussancti remittunt peccatum: quia virtute characteris ordinis qui datur à Spiritusancto, qui operatur in sacramentis. Glos. Quorũ remi. pec. i. quos dignos remissione iudicaueritis duabus clauibus, s. potestatis & discretionis, remittuntur eis, i. tunc Dominus approbabit remissionẽ peccatorum : & quorum non remiseritis, Deus non approbabit. Chry. Sicut rex principem mittens, dat ei potestatem mittere in carcerem & emittere. Ex quo patet quòd sacerdos est minister & instrumentum animarum Dei.

Triplex est pax, s. inclinata, simulata, & ordinata. Bonau. ii. q. ii.

QVAESTIO LXXXI.

CIrca Euãgelium in octaua paschæ oritur q. vtrum fuit cõueniens, quòd Christus se palpandũ discipulis exhibuerit? Arguitur quòd non: hoc solum est palpabile, quod resistit tactui, & cui tactus resistit, sed corpori Christi nõ resistebat aliud corpus, quia ianuis clausis intrauit: igitur. In oppositum, conueniens fuit vt Christus suam resurrectionem esse verã ostenderet, sed per manualem palpationem ostenditur Christi resurrectio esse vera, igitur. Ad arg. dicitur negãdo cõsequentiam: & ratio est, quia quamuis corpori glorioso nullum corpus non gloriosum possit resistere, tamẽ corpus gloriosum potest resistere cuilibet alij corpori: & secundùm hoc potest palpari. Ad q. respõdeo per vnam cõclusionem, quæ talis est, Christus conueniẽter corpus suum palpabile discipulis exhibuit, patet ista conclusio, Ad ostẽdendum veritatem resurrectionis Christus conuenienter visui adiũxit palpationẽ, vt excluderetur visio per immutationes visus ab imaginatione : & visio vmbrarum & visio spirituũ apparẽtium.

Domi. ij. post pascha, Euang. secundum Ioan. x. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Ego sum pastor bonus. [b] Bonus pastor animam † suam [c] dat [d] pro ouibus suis. [e] Mercenarius autem, & qui non est pastor, [f] cuius non sunt oues propriæ, [g] videt lupum venientem, [h] & dimittit oues [i] & fugit. [k] Et lupus rapit, [l] & dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit, [m] quia mercenarius est, [n] & non pertinet ad eum de ouibus. [o] Ego sum pastor bonus, [p] & cognosco meas, [q] & cognoscunt me meæ. [r] Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, [s] & animam meam pono pro ouibus meis. [t] Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: [v] & illas oportet me adducere, [x] & vocem meam audient, [y] & fiet vnum ouile, [z] & vnus pastor.

Bonus pastor animã suam dat. Episcopi cæterique curam animarũ gerentes gregem fidelium etiã periculo mortis imminente tẽpore necessitatis, & persecutionis nunquam deserere debẽt sed cum Christo vitam p salute animarum exponere tenẽtur, nisi aliter salus populi fieri possit. Et in hoc diligentes esse debẽt. dist. lxxxiiii. cap. solitumque. & c. peruenit ad nos

POSTILLA.

IN illo tempore, &c. Ego sum pastor bonus. Ioan.x.histo. huius Euang.facta est anno Christi,xxxiij.kal.Octo. in sabbato,Lu.xij.indict.v. Ante initium illius Euág.scribit S.Ioan. in eod.c.quòd. Christus dixit discipulis suis,Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Tūc postmodum sequitur Euang.hod. In quo quidem Euangelio, Euágelista de quatuor facit specialem mentionē.Primò,de pastoris bonitate. Secūdò,de ouis proprietate. Tertiò,de mercenarij tepiditate. Quartò,de lupi ferocitate. a [Ego sum pastor bonus.] Lyr. In præsenti Euangelio ponit Euágelista conditiones boni pastoris,& etiam mercenarij, quia bonus pastor debet habere affectionē ad gregem,intantum quòd pro eo si necesse est sustineret mortem : ergo dicit, b [Bonus pa.ani.suā]i.vitā corporalē. c [Dat] sponte & voluntariè. d [Pro ouibus suis.]impleuit hoc ipse Christus:quia animā suam pretiosissimam dedit pro salute mundi : vt patet j. Ioā.iij. Christus animā suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere. e [Mercenarius autem & qui non est pastor.] hîc tangit conditiones mali pastoris, i.mercenarij : qui in officio prælationis attendit commodum rei temporalis & honorem seculi: vnde August. Sunt in Ecclesia quidam præpositi, non Dominum quærentes, sed temporalia cōmoda sectantes, honores ab hominibus appetētes,quisquis talis est,mercenarius est. f [Cuius non sunt oues propriæ] i.reputat eas quasi alienas. g [Videt lupum venientem,] s.hæreticum cū falsa doctrina eos corrumpētem. h [Et dimittit oues,& fugit]s.non resistēdo per suam doctrinā,hæreticæ prauitati. i [Et lupus rapit] ad malum pertrahendo. k [Et dispergit oues] ab vnitate Ecclesiæ separando. l [Mercenarius autē fugit] id est auxilium debitum subtrahit. m [Quia mercenarius est]id est curans solùm de lana & lacte, id est de commodis temporalibus. n [Et non pertinet ad eum de ouibus]i. qui non curat de salute & vtilitate ouium,non habet affectum debitum ordinatum ad eas. o [Ego sum pastor bonus] sollicitudinem habens & curā de ouibus. p [Et cognosco meas] s.cognitione affectiua : quia diligo salutem & bonum earum. q [Et cognoscunt me meæ]Ly. quia veri fideles cognoscunt beneficia Christi. r [Sicut nouit me Pater & ego agnosco Patrē] vnde Aug. Ea dilectione qua Pater me diligit: diligo Patrem. s [Et animam meam pono pro ouibus meis.]Thom.Hîc ostendit quòd passio sua fuit ad gregis redemptionem : ergo dicit, Animam meam pono pro ouibus meis saluandis. Lyr. quia anima Christi pro fidelibus fuit separata à corpore,& oblata Deo Patri,cùm dixit Psal.xxx. In manus tuas cōmendo spiritum meum.Ier.xij.Reliqui domū meam, dimisi hæreditatem, dedi dilectam animā meam in manus inimicorū meorum. t [Et alias oues habeo quę nō sunt ex hoc ouili]i.de synagoga Iudęorum, sed de populo gentili. v [Et illas oportet me adducere]quod factum est per prædicationem Apostolorum. x [Et vocem meā audient.] Ly.quia Iudæis expellentibus fidē Christi,gentiles eam deuotè receperunt ad prædicationes Apostolorum. y [Et fiet vnū ouile]i.vna Ecclesia ex Iudæis & gentibus collecta. Est enim Ecclesia vnum ouile,propter vnionē fidei & charitatis. [Et vnus pastor]i.Christus. Alij autē pastores Ecclesiæ : non sunt nisi vicarij istius pastoris: vnde circa præsens Euangelium vbi dicitur, Ego sum pastor bonus. quæritur vtrum prudens & virtuosus possit appetere sine peccato gradus eminentiam,i.prælaturam ?Respōdeo secūdùm Hugonem de Prato,posito quòd talis sit dignus gradu quem appetit:talis potest appetere dupliciter. Vno modo, propter status altitudinem , ad quem sequitur honor & reuerentia ex sufficientia temporalium:& hoc modo est peccatum mortale,& pertinet ad cupiditatem & ambitionem. Alio modo potest intelligi, quòd appetat vt possit proximis prodesse, & quamuis hoc laudabile sit : nihilominus tamen appetere præsumptuosum est. Et consequenter cùm præsumptio sit filia superbiæ & detestabilis, hinc est quòd talis gradus non potest sine peccato appeti. Et ad hoc sunt dicta doctorū: vnde Aug. lib.ix. de Ciui.Dei,dicit quod locus superior, & si administretur vt decet, indecenter tamen appetitur.& Ber. Quoties hominibus præesse desydero Deum meū præire contendo : & tunc non sapio quæ Dei sunt, &c Vnde etiā Chry.super Mat. & allegatur in Decre.di.iiij. Quicūque desyderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cælo, nec inter seruos Christi computabitur,qui de primatu tractauerit. Et ad hoc exemplum Christi,qui fugit quando eum regem facere voluerunt, vt habetur Io.vj. Vnde Apostolus ad Heb.v.c. Nemo assumat sibi honorem nisi qui vocatus fuerit,sicut Aaron: imò sancti quādo electi fuerūt renuerunt & restiterūt: vt patet in beato Nicolao,Martino,Grego.& in aliis multis sanctis.

Christus per suam passionē meruit nobis vitam æternā. de Orbe.in ii.

QVAESTIO LXXXII.

CIrca Euangelium dominicæ ij. post octa. paschæ oritur quæstio, Vtrum bonus pastor Christus posuit animā suam in pretium redemptionem pro ouibus suis ? Arguitur quòd non, Quicunque emit vel redemit aliquis, pretium soluit ei qui possidebat : sed Christus non dedit animam suam , quæ dicitur esse pretium redemptionis nostræ diabolo,qui nos captiuos tenebat: ergo Christus non dedit animā suam in pretium redēptionis ouium suarum. Igitur. In oppositum habetur Ioan.x. quòd bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis , sed Christus qui non potest mentiri,dixit se ipsum

esse bonũ pastorẽ, vt habetur Io. x. Ego sum pastor bonus. Igitur. Ad argumentũ dicitur negã do consequentiam, & ratio est, quia redemptio requirebatur ad hominis liberationẽ per respectum ad Deum, cui homo propter peccatũ ad pœnã erat obligatus, sicut summo iudici. Non autem requirebatur redemptio per respectum ad diabolum: & ideo pretium non erat soluendum diabolo, sed Deo: & ideo Christus animã suam quæ erat pretium nostræ redemptionis, non dicitur obtulisse diabolo: sed Deo. Ad quæstionem respõdeo per duas cõclusiones. Prima est, Vita corporalis Christi quæ habebat quendam iniunctũ valorem ex diuinitate cõiuncta, inquãtum non erat vita puri hominis sed Dei etiã hominis, poterat esse sufficiens recõpensatio vitæ spiritualis ouiũ suarũ ratione charitatis eximiæ, ex quo ferebatur. Secũda cõclusio, Christus pastor bonus posuit animã suã in redẽptionis pretiũ pro ouibus suis: patet cõclusio ex illo quod habetur Matth. xx. Filius hominis venit dare animã suã in redẽptionẽ pro multis.

Modicũ. Christum gloriosum omnipotẽtem præ sole fulgentem Sãcti & fideles videbunt perpetuò in gloria, vbi est omne cordis gaudiũ & animi lætitia. Sed miseri damnati in iudicio modicũ Christũ Dominum videbunt cum gloria venientem, iterum sedentem & iudicãtem videbunt: & deinde non videbunt, quia in inferno iam retrusi erũt, vbi non est visio diuinitatis ad fruitionẽ, neque laus Dei neque redẽptio. Dauid Ps. cxiii. Non mortui laudabunt te Domine neque omnes qui descẽdunt in infernum. Iob c. vii. Qui descẽdit ad inferos non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam.

Domin. iij. post pascha Euang. secundum Ioannem, xvj. cap.

IN illo tempore, [a] dixit Iesus discipulis suis, [b] Modicum & iam non videbitis me, [b] & iterum † modicum, & videbitis me, [c] quia vado ad Patrem. [d] Dixerũt ergo discipuli eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, [e] Modicũ, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, &, Quia vado ad Patrẽ? [f] Dicebãt ergo, Quid est hoc quòd dicit modicũ? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare: [g] & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quia dixi Modicum, & non videbitis me: [h] & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis, [k] vos, mundus autem gaudebit: [l] vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. [m] Mulier cùm parit tristitiam habet, [n] quia venit hora eius. [o] Cũ autem peperit puerum: iam non meminit pressuræ, [p] propter gaudium, quia natus est homo in mundum. [q] Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. [r] Iterum autẽ videbo [s] vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Modicum & iam non videbitis me. Ioan. xvj. Historia huius Euãgelij facta est anno Christi xxxiij. ix. kal. Aprilis, fer. v. videlicet cœnæ Domini, luna xiiij. indictione vj. Ante initium huius Euãgelij, scribit sanctus Ioã. in eodẽ c. quòd Christus post cœnam dixit discipulis suis, Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cùm autẽ venerit Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Tũc postmodùm sequitur Euãg. hodiernum. In quo tria insinuat Saluator. Primò, prædicit discipulorũ statum: ibi, Modicum. Secundò, patefacit eorum intentum: ibi, Quid est hoc. Tertiò, inducit ad hoc exemplum: ibi, Mulier. a[Modicum & iam non videbitis me] secũdum Chry. Modicum & iam non videbitis me: intelligitur tempus ab hora mortis, vsque ad resurrectionem, s. quando per triduum iacuit in sepulchro: tunc enim non viderunt eum. b[Et iterum modicum, & videbitis me.] intelligitur tempus ab hora resurrectionis, vsque ad ascensionem, in quo apparuit eis loquẽs de regno Dei: vt habetur Act. j. Et illud tempus est modicum, respectu temporis sequentis vsque ad finem mũdi. Ideo sequitur, c[Quia vado ad Patrem.] s. quando cælum ascendam: & tunc non videbitis me communiter loquẽdo, nisi in generali resurrectione. Propter hoc dicitur Act. j. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum: hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum eũtem in cælum, quasi dicat, Amplius non videbitur in terra præsentia corporali, vsque quo veniet ad iudicium: quòd enim aliquibus sanctis postea apparuit, vel adhuc apparere possit, hoc ex speciali gratia fuit, sicut apparuit Ioanni euangelistæ ante mortẽ suam: vocans eum ad cælestem gratiã. Similiter beato Petro exeunti Romam à facie Neronis apparuit Christus. Cui Petrus dixit, Domine quò vadis? Respondit Christus, Vado Romã iterum crucifigi. Similiter apparuit beato Paulo Apostolo: quando fuit prostratus de equo: vt habetur Act. ix. d[Dixerunt ergo discipuli adinuicẽ. Quid hoc est quòd dicit nobis, &c.] Prædicta verba Christi, erãt discipulis obscura antequã essent opere impleta: quia videbatur eis quòd in Christi verbis esset quædã contrarietas, cum dixit, e[Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me] quia non sciuerunt illa referre ad diuersa tempora. f[Dicebant ergo, &c. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare] hoc cognouit virtute diuina, cuius proprium est cognoscere secreta cordium. g[Et ideo dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quia dixi Modicum.] Hic respondendo præuenit eorum interrogationem: vt ostenderet, se scire mentis eorum intentionem. h[Amen amen dico vobis: quia

Proprietas virtutis diuinæ.

pl. ab tis.] Tho.i.dolebitis interius in mente, de morte & passione mea. i [Et flebitis.] exterius, scilicet, interiorem mentis tristitiam signis exterioribus ostendetis. k[Mundus autem gau.] i. Iudæi mundi amatores. Ly.quia in triduo mortis Christi Iudęi mundialiter viuentes gauisi sunt,credentes se Christum totaliter extinxisse: & nomen suum totaliter deleuisse. l [Vos autem contri. sed tristi. vestra verte. in gau.] Hoc impletum est in resurrectione Christi, quando gauisi sunt discipuli viso Domino, & in ascensione quando videntibus illis eleuatus est in cælum. m[Mulier cum parit, tristitiam habet]propter dolorem quem sentit.Gen. iiij.In dolore paries. n [Quia venit hora eius.] s.hora pariendi. o [Cùm autem peperit puerum: iam non meminit pressuræ] præcedentis. p [Propter gaudium, quia natus est homo in mundum.] Lyr. quia in natiuitate pueri gaudium superueniens absordet præcedentem tristitiam. q[Et vos igitur nunc quidem tristitiam ha.]s.meç passionis & mortis. r [Iterum autem videbo vos.]s.post resurrectionem meam. s[Et gaudebit cor vestrum]de visione mea. t[Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.] Gor. quia Christus Iesus qui erat ipsorum gaudium, resurgens à mortuis iam non moritur, Roma.vj. Istud verò gaudium Apostolorum de Christi visione: fuit inchoatum post resurrectionem Christi:sed post consummatum est in gloria in cælo.Circa pręsens Euang.vbi dicitur,Vos autem contristabimini:notandum quòd nemo in hac vita potest diu esse sine tristitia. Vnde Iob xiiij.dicitur, Homo natus de muliere breui viuens tempore ,&c. Sed quæritur, cur Deus sic ordinauit.Respondetur primò, vt sciamus nos esse hic non ciues, sed aduenas & peregrinos, quandiu in mundo sumus,qui vallis lachrymarum dicitur,qui est locus medius inter cælum: vbi est summum gaudium,& infernum:vbi est summa pœna.Secundò , vt stimulemur pœnis quasi calcaribus ad currendum in via mandatorum Dei. Tertiò, vt purgemur igne tribulationum,ne in purgatorio lauemur. Quartò, vt fugiamus infernum,vbi omnes pœnæ summæ sunt. Quintò, vt plus de gaudio mereamur: nam virtus est circa difficile secundùm Phi. & Act. iiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Item notandum, quòd duæ passiones necant quandoque hominem: s. tristitia & lætitia. Tristitia occidit,sed tardè. Nam ex tristitia primò retrahitur calor naturalis ad interiora , sed postea exhalat ad exteriora:& talis exhalatio caloris prohibet nutrimentum in membris,&operatur consummationem in illis.Vnde Prouerb.xix. Spiritus tristis exsiccat ossa. Lætitia autem nimia citò occidit : quia tunc cor magis dilatatur: & calor naturalis ad exteriora transit& à corde recedit, & mors interuenit.Vnde Prouerb.j.Prosperitas stultorum perdet illos.Vtrunque etiam occidit animam, tam vita prospera quam aduersa, sed magis prospera.Vnde Aug. Multi res aduersas timent: prosperas non timent. Periculosior est tamen animę res prospera quam aduersa.Item patet in Dauid,qui in aduersis quæ passus est à Saul,non cecidit:sed in prosperis iam in regno positus cum Bersabea peccando cecidit.

Quare homo non potest esse in hac vita sine tristitia.

QVÆSTIO LXXXIII.

Circa Euangelium dominicæ iij. post pascha oritur quæstio, Vtrum conueniens fuit,vt Christus post resurrectionem cum discipulis conuersaretur? Arguitur quòd sic, Christus resurgens à mortuis non statim ascendit in cælum,sed post xl.dies. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius esse,quàm vbi discipuli erant congregati.Igitur.In oppositum,Christus post eius resurrectionem continuè cum discipulis non est conuersatus:vt patet Ioan.xv.Post dies octo apparuit: sed hoc quod fuit conueniens Christus fecit:ergo non fuit conueniens vt Christus post resurrectionem cum discipulis continuè conuersaretur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est:quia Christus non ideo continuè conuersatus non est cum discipulis:quia reputaret se alibi conuenientius esse : sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat,si non continuè conuersaretur cum eis.Ad q.respondendum est secundùm magistrum Ioan.de Turre cremata in q. super Euangeliis,quòd circa resurrectionem Christi duo erant declaranda discipulis , s. ipsa virtus resurrectionis,& gloriam resurgentis.Ad veritatem autem resurrectionis manifestandam sufficit quòd pluries apparuit,& signa demonstrauerit,ad gloriam resurrectionis suę demonstrandam nobis conuersari cum eis quod non fecisset si non fuisset conueniens.

Dominica iiij.post pascha, Euang.secundum Ioan.xvj.cap.

IN illo tempore,dixit Iesus discipulis suis , [a] Vado ad eum [b] qui me misit, [c] & nemo ex vobis interrogat, Quò vadis ? [d] Sed quia hæc locutus sum vobis, [e] tristitia impleuit cor vestrum. [f] Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis , vt ego vadam. [g] Si enim non abiero , Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eū ad vos. [h] Et cū venerit ille arguet

Vado ad patrem q me misit. De sede paterna Dei filius missus est de cęlo in terram:vt genus humanum & in secredētes

mundū de [i] peccato, [k] & de iuſtitia, [l] & iudicio. [m] De peccato quidē quia non crediderunt in me. [n] De iuſtitia verò, [o] quia ad Patrem vado [p] & iam non videbitis me. [q] De iudicio autē, [r] quia princeps mūdi huius iam iudicatus eſt. [s] Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis portare modo. [t] Cùm autē venerit ille ſpiritus veritatis, [v] docebit vos omnē veritatem. [x] Non enim loquetur à ſemetipſo, [y] ſed quæcunque audiet [z] loquetur, [a] & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. [b] Ille me clarificabit, [c] quia de meo accipiet, [d] & annuntiabit vobis.

ſaluaret & redimeret redēptos confortaret, cōfortatos dirigeret in ſalutis viam: & ſpirituſancto conſolaretur, vt Ioā. xv. Saluator dulciter vnūquēlibet monet manētem in dilectione ſua, Vos amici mei eſtis. Cùm venerit Paracletus quem ego mittam vobis, &c.

POSTILLA.

IN illo tēpore, vado ad eum qui me miſit. Io. xvj. In Euang. Chriſtus tria facit. Primò, ſuum aſcenſum ad Patrem prædicit: ex quo Apoſtolorum triſtitia eſt ſecuta. In principio. Secundò rationem & fructum aſcēſus ſui aſſignat, per quem multa bona ſunt habita: ibi, Sed ego veritatem dico. Tertiò tria opera quæ Spirituſſanctus erat in ſuo aduentu facturus ponit. Primum ibi, Cùm venerit ille arguet mundum. Secundum ibi, Cùm autem. Tertium ibi, Ille me clarificabit. Ante initium huius Euāgelij Chriſtus prædixit Apoſtolis perſecutionem quam paſſuri eſſent: ſic quòd eiiciendi erant de ſynagoga: & quicunque eos occideret, crederet ſe obſequiū præſtare Deo: & poſtea ſubiūxit de receſſu ſuo, cum dixit in Euang. hodier. a [Vado ad eū] i. in proximo aſcēdo ad Patrem. b [Qui me miſit] Lyr. quia impleui officiū prædicationis meæ, ad quod miſſus ſum. c [Et nemo ex vobis interrogat me] i. me interrogabit. q. d. Ita apertè aſcendam ad Patrem, quòd nullus veſtrum interrogabit quò vadam, quia certi eritis quòd vado ad gloriam Patris. d [Sed quia hæc locutus ſum vobis] i. de receſſu meo. e [Triſtitia impleuit cor veſtrum] i. vehementer facti eſtis triſtes. Ly. Apoſtoli triſtabātur de receſſu Chriſti, de cuius præſentia confidebāt in tribulationibus ſuis cōſolari. f [Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadā] i. ſubtrahar aſpectui veſtro præſentia mea corporali: & ideo ſubditur, g [Si enim non abiero Paracletus nō veniet ad vos.] Ly. quia plenitudo Spirituſſancti non erat danda, niſi poſt aſcenſionem Chriſti. Vnde Chry. Apoſtoli nimis corporalē præſentiā Chriſti diligebant: & ideo ad ſuſceptionem Spirituſſancti minus idonei erant. Sciendum tamen ſecundùm Tho. de Aquino ſuper Ioan. quòd ille amor quo diſcipuli diligebant corporalem præſentiam Chriſti, non erat peccatum: reddebantur tamen ex hoc minus idonei ad perceptionē Spirituſſancti. Habita enim vna cōſolatione, non quæritur alia. Vnde quia delectabātur in præſentia Chriſti, non petebāt aduentū Paracleti. Ipſe enim non venit ad mentem hominis niſi vocatus. Vnde Sapien. vij. dicitur, Optaui & datus eſt mihi ſenſus, vocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. h [Et cum venerit ille arguet mūdum.] Tho. Spirituiſancto attribuitur correctio: quia correctio debet procedere ex charitate. i [De peccato] Thomas, quod habet vel fecit. k [Et de iuſtitia] quā non habet. l [Et de iudicio] quod non timet. m [De peccato quidem quia non crediderunt in me.] Tho. Iudæi peccabant in Chriſtum, quia non credebāt eum eſſe Chriſtum vel Meſſiā. n [De iuſtitia] ſ. Chriſti quam non acceptauerunt homines mundani, nec imitari voluerūt. o [Quia ad Patrem vado.] Lyr. per hoc enim quòd Chriſtus reſurrexit, & ad cælum aſcendit declarata eſt eius iuſtitia, quia ſoli iuſti intrāt in cælum: vnde Pſal. cxviij. Hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. p [Et iam non videbitis me] præſentia corporali habitātem vobiſcū, quia poſt aſcenſionem Apoſtoli amplius non viderunt in terris Chriſtum. q [De iudicio] ſ. futuro, quôd mundus non timuit: oportebat tamen timere. r [Quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt] i. condemnatus diuina ſapientia tanquam obſtinatus: & per conſequens omnes ei adhærentes eodem iudicio oſtenduntur cōdemnabiles. Sicut enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, nec hominibus parcet. s [Adhuc multa vobis habeo dicere: ſed non poteſtis portare modo] ſ. propter veſtram imperfectionem, & illorum dicendorū de altiſſimis fidei arduitatē & profunditatem. t [Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis.] Ly. i. Spirituſſanctus, qui eſt veritas per eſſentiā: & effectiuè docendo eam. v [Docebit vos omnem veritatem.] Ly. ſ. neceſſariam ad ſalutem non ſolum pro perſonis veſtris, ſed etiam ad regimen Eccleſiæ & fideliū inſtructionē. x [Non enim loquetur à ſemetipſo.] Ly. quia ſicut non eſt à ſemetipſo, ſed à Patre & Filio, ita nec à ſe loquitur. y [Sed quæcūque audiet] à me & à Patre: quia ſuum audire, eſt ab eis procedere. z [Loquetur] ſ. vobis. a [Et quæ vētura ſunt annūciabit vobis.] Lyr. multa quippe de futuris per Spiritumſanctū reuelata fuerunt Apoſtolis: ſicut Apoſtolo Ioanni reuelatus eſt proceſſus Eccleſiæ vſque ad finē mundi in Apoc. Et Petro ſuū martyriū ſecundùm quod ipſemet dicit, i. Pet. j. Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Et Paulo reuelatū eſt, quod in nouiſſimis diebus diſcedent quidā à fide: vt habetur j. Timot. iiij. b [Ille clarificabit] Tho. quia ad inuocationē nominis mei, facietis opera mirabilia. c [Quia de meo accipiet] i. ſcientiā & cognitionē habebit à Patre ſicut ego. Indiuiſa ſunt enim opera Trinitatis. d [Et annuntiabit vobis] in ſalutem, ſcilicet animarum veſtrarum, & aliorum per vos inſtruendorum,

QVAESTIO LXXXIIII.

Circa Euang. Dominicę iiij. post pascha oritur quæst. Vtrum peccatum sit aliquid, vel nihil? Arguitur quòd aliquid: homo non damnatur propter nihil, imò propter aliquem actũ: qui quidem actus non est nihil, & homo damnatur propter peccatum: ergo peccatum est aliquid. Oppositum habetur Io. j. & sine ipso factũ est nihil, i. peccatum: ergo peccatũ est nihil. Ad quæst. respondeo, quòd nihil intelligitur dupliciter. Vno modo positiuè, & sic dicendum est quòd peccatũ est nihil: alio modo priuatiuè, & sic dicẽdum est ꝙ peccatum est aliquid, & ideo nihil. Aliter dicendũ est secundùm Isido. in lib. de Summo Bono, quòd nihil dicitur dupliciter. Vno modo quòd nihil sit creatum: & sic dicendum est quòd peccatũ est nihil, i. non ens creatum: omnia enim entia sunt à Deo creata, & illa entia creata à Deo non sunt mala de se, peccatum autẽ est malum de se: igitur à Deo nihil est creatum, i. peccatum à Deo creatum nõ est. Alio modo aliquod ens dicitur nihil non creatum, sed inuentũ: & sic dicendum est quod peccatum est aliquid, i. aliquod ens inuentũ à dæmone in paradiso: de eo enim dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti. Deus enim odit peccatũ: patet, Odio est Deo impius & impietas eius Deus ergo peccatum non creauit: si quis enim dicat, Deus creauit Angelos, & Angeli sunt causa peccati, ergo Deus est causa peccati, per Maximã illam, Quicquid est causa causæ, est causa causati: dicitur quòd negãda est consequentia loquendo de causa propria: quia causa peccati mali angeli, fuit volũtas mala & nõ Deus. Ideo non sequitur, si Deus sit causa voluntatis, ergo causa peccati: quia aliud est voluntas simpliciter dicta, & aliud voluntas mala: licèt non sit nisi vnum ens, purà ipsa voluntas: quod ens est à Deo non malitia illa inhærẽs ipsi enti, purà voluntati: & licèt illa voluntas sit à Deo, nõ tamen illud ens malũ inhærens voluntati. Ideo non video illam consequentiam esse bonam, Quicquid est causa causæ, est causa causati: quia Deus est causa voluntatis, prout voluntas est vnum ens simplex à Deo creatum: & Deus non est causa causati, purà peccati, imò ipsa voluntas mala: quia peccatum est quoddã inuentum, voluntas verò quoddam creatũ: ex dictis patet solutio argumẽti ad partem negatiuam.

Dominica v. post pascha, Euang. secundùm Ioan. xvj. cap.

Si quid petieritis. Omnis iustæ orationis petitio quæ de humanis reb⁹ est, ad Deũ patrem tã quam omnipotentẽ dirigitur: vt Mat. vi. Cùm oraueritis, dicite, Pater noster qui es in cęlis, &c.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Amen amẽ dico vobis, † Si quid petieritis Patrẽ in nomine meo [b] dabit vobis. [c] Vsque modo nõ petiistis quicquã in nomine meo: [d] petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. [e] Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. [f] Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis. [g] In illo die [h] in nomine meo petetis. [i] Et non dico vobis: quia ego rogabo Patrem de vobis: [k] ipse enim Pater amat vos, [l] quia vos me amastis, [m] & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à Patre, [n] & veni in mundũ. [o] Iterũ relinquo mũdum, [p] & vado ad Patrẽ. [q] Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palã loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis. [r] Nũc scimus quia scis omnia, & nõ opus est tibi, vt quis te interroget. [t] In hoc credimus, quia à Deo existi.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus, &c. Amen amen dico vobis: si quid, &c. Ioan. xvj. c. Historia huius Euang. facta est anno Christi xxxiij. ix. cal. April. fer. v. in cœna Domini. Lu. xiiij. Indi. v. Ante initium huius Euãg. scribit S. Ioan. in eod. c. quòd Christus post cœnã dixit discipulis suis, Nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis. Tunc postmodũ sequitur Euang. hodiernũ: in quo quatuor continentur. Primò diuina largitas demonstratur, & nostra negligẽtia redarguitur: quia inuitat nos ad petendum, & omnia repromittit. In principio. Secundò tempus claritatis & obscuritatis circa Christi opera insinuatur: ibi, Hæc in prouerbiis. Tertiò magna virtus perfectæ orationis innuitur: ibi, Et nõ dico vobis. Quartò Apostolorum intelligentia fuisse erecta ad Christum declaratur: ibi, Ecce nũc palã loqueris. a [Amẽ amen dico vobis.] Gor. Hic Dominus Iesus cõsolatur discipulos ex petitionum suarum exauditione. Et iuramentum præmittit, vt homo nõ hæsitet de petitione, dicens, Amen amen dico vobis, Si quid petie. Patrẽ in nomine meo. i. pertinens ad salutem: quia Iesus quod est nomen Christi, Saluator interpretatur. b [Dabit vobis] etsi nõ statim, tamen finaliter dabit illud quod petieritis, vel eo melius. c [Vsque modo non petiistis quicquam in nomine meo] quia non erat tempus oportunum: quia Dominus Iesus erat cum eis præsentialiter qui omnia dabat: vnde Chry. Quid peterent qui omnia bona secum haberent? d [Petite & accipietis vt gaudiũ vestrum plenũ sit] Tho. quia omnis petitio ad illud gaudiũ referri debet, hoc gaudium consistit in dotibus animæ & corporis: & erit plenũ gaudium in Beatis. Vnde dicitur in Psal. xvj. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. e [Hæc in pro-

uerbiis locutus sum vobis.]f. Ego sum vitis vera: & vos palmites, Item ibi, Mulier cum parit tristitiam habet: quia venit hora eius. f [Venit hora cum iam nō in prouerbiis: sed palam de Patre meo annuntiabo vobis] Chrysost. hoc erat tempus resurrectionis, quia tunc omnia manifestè eos docuit. Nam per quadraginta dies apparuit eis post resurrectionem suam, loquens eis de regno Dei. Act. j. Ly. Christus post resurrectionem clarius & expressius docuit Apostolos de regno Dei, quam antè. Ipsi enim erant magis tunc capaces, quia habebant sensum aptum ad intellectum Scripturarum: vt habetur Lu. vlti. g [In illo die.] scilicet pentecostes. h [In nomine meo petetis]. i. petendo nomen meum inuocabitis: quia post missionem Spiritussancti Apostoli magis virtutem nominis Iesu Christi sentiebant, quam ante. Et ideo petitiones suas in nomine Iesu formabant. Et propter hoc orationes Ecclesiæ in fine formantur in nomine Christi, dicendo, Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. i [Et non dico vobis: quia roga. Pa. de vobis] Thom. q. d. Ad exaudiendum vestras petitiones, apud Patrem non erit necessaria oratio mea: quia solus amor, quo diligitis me, sufficit patrocinari. k [Ipse enim Pater amat vos.] amans facilè dat amanti. l [Quia vos me amastis.] vt patet Ioā. xiiij. c. Quid diligit me, diligetur à Patre meo. m [Et credidistis quia à Deo exiui.] exiui à Patre, per æternam generationem. n [Et veni in mundum.] per carnis assumptionem. o [Iterum relinquo mundum:] per passionem & corporalē præsentiā. p [Et vado ad Patrem] per ascensionem, quando exaltatus est ad dexteram Dei Patris. q [Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & Prouer. nullū dicis.] Ly. Clarius loquebatur de processu eius à Patre: & de aduentu eius in mūdum per carnis assumptionem, quam fecerat antè. r [Nunc scimus quia scis omnia.] Lyr. Ex doctrina enim eius, & miraculis plenius eius deitatem cognoscebant. s [Et non est opus vt quis te interroget.] sæpè enim, vt dicit glo. volentes ab eo quærere, audiebant solutionem, antequam proponerent quæstionem: & sic prius eis respondit antequam quærerent. t [In hoc credimus quia à Deo existi:] Tho. quasi dicant, Intelligentia omnium occultorum facit nos credere, quòd tu sis naturalis Filius Dei: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Vnde circa præsens Euang. vbi dicitur, Petite, & accipietis. notandum secundum Aug. quòd triplicia sunt bona in genere, infima, media, & summa. Infima bona sunt temporalia, quæ quasi nihil sunt: vnde Ier. iiij. c. Aspexi terram, & ecce quasi vana erat & nihil. Et talia sub conditione peti possunt moderatè, videlicet, Si placet da sanitatem, temporalia, & vitam, &c. Et ratio est, quia aliquibus bona temporalia, vt scientia, honores, & amici, diuitiæ, & similia, quandoque sunt occasio peccandi: aliis occasio merendi. Quibus prosunt & quibus obsunt solus Deus scit: ideo sibi cōmittenda sunt. Alia sunt bona media, scilicet virtutes: quę nulli obesse possūt, & illa feruēter sūt petēda. Alia optima, vt beatitudo cælestis, & illa bona petenda sunt feruentissimè. Sed quæritur cur Deus non statim dat quod petitur? Respondetur primò: quia tunc homo minus meritum haberet, non iterando orationem. Secundò quia vilipenderetur vel minus curaretur, illud quod cum modico labore acquireretur. Tertiò vt desyderiū augeatur, vt patet in muliere Chananęa. Quartò, vt homo humilietur vt patet in eadem Chananæa quæ se canem fatebatur. Quintò, quia meliora interdum dare vult tempore oportuno: & quando ipsi homini fuerit vtile.

De petendis à Deo.

QVÆSTIO LXXXV.

Circa Euang. do. v. post pas. oritur quæstio, Vtrum homo debeat temporalia petere à Deo orando? Arguitur quòd non: homo nō debet petere à Deo nisi bona & vtilia, sed quandoque temporalia habita sunt nociua. Igitur. In oppositum, habetur Prouer. xxx. Tribue tātum victui meo necessaria. Igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxxiij. ar. vj. quòd non licet desyderare temporalia, atque in oratione à Deo petere, vt in eis finem constituamus, & illis malè vtamur, sed sicut quædam adminicula, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, inquātum per ea vita corporalis sustentatur, & quantum nobis deseruiant ad actus virtutis. Ex dictis patet solutio argumenti ad partem negatiuam.

Feria secunda & tertia in Litaniis maioribus, Euangelium secundùm Lucam, xj. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Quis vestrum habebit amicum & ibit ad illū media nocte & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quòd ponam ante illum? Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse. Iam ostiū clausum est, pueri mei mecum sunt in cubili, nō possum surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, † dico vobis, etsi non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quot-

Perseuerauerit pulsans. Quia Dño Deo iusta

pro

corporis & animæ salute perseuerãdo petierit, corde cõtrito & voto supplici, petitum a Patre pietatis piè obtinebit: vnde Matth. vij. Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

quot habet necessaria. Et ego dico vobis, a petite, b & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piscem, nũquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se?

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Quis vestrum habebit amicum, &c. In principio huius ca. Christus docuit discipulos suos orare. In hoc Euangelio docet eos orationem continuare. Primò per exemplum eius, qui non solùm ab amico impetrat illud, quod est sibi necessariũ, propter amicitiam: sed etiam propter petendi continuationem. Moraliter autem iste amicus intelligitur ipse Deus, à quo prouenit nobis omne bonum, tamen aliquando differt dare illud quod dare intendit: vt quod nobis est necessarium impetremus à Deo per orationis instantiam, & tale est quod pertinet ad salutem: quando tamen ista tria concurrunt, videlicet quod aliquis petit piè, id est de pertinentibus ad salutem, & pro se, & perseueranter seu continuè semper impetrat quod petit à Deo: non tamen semper statim datur: sed aliquando differtur vt congruo tempore detur. Si autem aliquis petat de impertinentibus ad salutem, non semper exauditur: quia frequenter sibi non expedit exaudiri. Similiter si petat de pertinentibus ad salutem pro alio, aliquando non exauditur, propter defectum illius pro quo petit. Item si petat piè pro se, non tamen perseueranter: impeditur effectus propter defectum orationis: ideo subditur, a [Petite.] perseueranter. ibi b [Et dabitur vobis] tribus prædictis conditionibus concurrentibus: vt patet plenius Mat. vij. cap.

QVAESTIO LXXXVI.

CIrca Euãg. fe. ij. in litaniis maioribus, oritur quæstio, Vtrum in oratione aliquid determinatè à Deo petere debeamus? Arguitur quòd non. Mala à Deo petenda non sunt: ad bona autẽ Deus nos inuitat: frustrà autem ab aliquo petitur, ad quod accipiendum inuitatur: ergo. In oppositum Mat. vj. habetur quòd Deus docuit discipulos determinatè, petere ea quæ continentur in petitionibus orationis dominicæ: igitur. Ad arg. dicitur quòd ad bona Deus nos inuitat, vt ad ea non passibus corporis, sed piis desyderiis & deuotis orationibus accedamus. Ad q. respon. quòd secundùm Tho. ij. ij. q. lxxxiiij. ar. v. quòd sunt quędã bona quibus homo malè vti non potest, quæ malum euentum habere non possunt: quibus glorificatur, quibus beatitudinem meretur: & talia in oratione petere debemus: quædam sunt quibus malè vti possumus, & nõ bene, & talia non sunt petẽda in oratione. Quædam sunt quibus benè & malè vti possumus, & sic talia sunt petenda sub conditione: putà si Deus cognoscat ea esse ad salutem nostram necessaria.

In vigilia ascensionis Domi. Euang. secundùm Ioan. xvij. cap.

IN illo tempore, a sublevatis oculis in cælum Iesus dixit, b Pater, venit hora, c clarifica Filiũ tuum: d vt & Filius tuus clarificet te. e Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: f vt omne quod dedisti ei: g det eis vitam æternam. h Hæc est autem vita æterna, † vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. i Ego te clarificaui super terram: k opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. l Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. m Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. (n Tui erant, o & mihi eos dedisti,) p & sermonem tuum seruauerunt. q Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt: r quia verba quæ dedisti mihi dedi eis, s & ipsi acceperunt, t & cognouerunt verè, quia à te exiui, v & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: x Non pro mundo rogo, y sed pro his quos dedisti, quia tui sunt. z Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt: a & clarificatus sum in eis, b & iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: c & ego ad te venio.

Hęc est autẽ vita æterna Vita ęternaque animabus debetur, i beata visione, cognitiõe & fruitione cõsistit: & hæc visio erit in Patria cęlesti in qua gaudium infinitum, perpetua requies, pax interminabilis, brauium laborum finis, iuuentus sine senectute, charitas perfecta, deliciæ sine voluptate, vitæ æternæ tempus semper durans, & omne bonũ permanens: quæ quidem ebona Sanctis præparantur. Vnde Apocalyp. xxij. Nox vltra non dominabitur, nec indigebũt lumine lucernæ, neque Solis: quoniã Deus illuminabit illos.

POSTILLA.

IN illo tempore, subleuatis oculis in cælum, &c. In capite præcedẽti Christus confortauit discipulos suos per doctrinæ beneficium, hic consequenter eos

ter eos consolatur per orationis suffragiũ. Circa quod notandum, quòd oratio est petitio decentium à Deo, secundùm Dam. lib. iij. Et ideo orare non conuenit Christo, secundùm diuinitatem: sed magis orari, quia sic est ęqualis Deo Patri. Secundùm humanitatem autem, in qua minor est patre, conuenit ei orare & pro alijs & pro se. Diuiditur ergo hoc Euãgelium in tres partes: quia primò Christus orat pro seipso. Secundò pro Apostolorum collegio: ibi, Manifestaui, &c. Et tertiò pro toto fideli populo: ibi, Non pro eis tantum, &c. Ista tamen tertia pars non ponitur in hoc Euangel. licet ponatur in c. Circa quod sciendum, quod Christus non tantum orauit ad aliquid impetrandum: sed etiam ad dandum orandi nobis exemplum. Et ideo oratio sua hic describitur optimis circunstantiis disposita. Primò respectu præcedentium: cũ dicitur in principio huius c. & ante initium huius Euang. Hæc locutus est Iesus: quia post discipulorum instructionem, conuertit se ad orationem: ad ostendendum quòd complementum boni operis, est à Deo requirẽdum. Secundò, respectu præsentium, cum dicitur, Et subleuatis oculis in cælum. Inter alias partes corporis dispositio interior mentis maximè relucet in oculis: in oratione autẽ mens debet in Deum eleuari, quia secundùm Dam. oratio est ascensus mentis in Deum. Et ideo ad hoc notandum, Saluator orando præsentialiter oculos leuauit ad cælum. Tertiò, respectu sequentium: imminente enim tribulatione debet homo recurrere ad Deum. Et ideo Christus in principio suæ orationis exprimit tempus suæ passionis imminentis, dicens, b [Pater. ve. ho.] s. passionis meæ. c [Clarifica filium tuum.] In passione enim clarificatus est à Patre. Primò per signa diuinitus ostensa, quę fuerunt, Solis obscuratio, terrę motus, veli templi scissio, & huiusmodi. Quibus visis Centurio, qui erat gentilis dicit, Verè Filius Dei erat iste. Secundò, per passionem fuit clarificatus, inquantum per ipsam meruit corporis sui gloriam & exaltationem. Tertiò, quia per hoc venit in totius mundi notitiã per gentium credulitatem. Granum enim frumẽti mortuum attulit hunc multiplicem fructum: hanc igitur triplicem clarificationem petit hic Iesus, verũtamen quia gloria Filij redundat in gloriam Patris: ideo subditur. d [Vt & filius tuus cla. te.] & non solum redundat in Patrem, sed in omnes adhærentes Christo per fidem: quia bonum capitis ad membra deriuatur: ideo subditur, e [Sicut dedisti ei pote. omnis car.] i. omnis humanę naturæ. f [Vt omne quod dedi. ei.] per adhærentiam fidei. g [Det eis vitam æternam.] quia per meritũ Christi habemus introitũ ad gloriam, quam amiseramus per Adam. h [Hæc est autem, &c.] Hic remouet quãdam dubitationem. Possent enim aliqui credere, quòd ista vita æterna per eum fidelibus danda, in carnalibus bonis consisteret, sicut dicunt Saraceni, qui expectant in alia vita in voluptatibus carnalibus & diuitiis consimilibus præmiari: secundùm quòd dicitur in Alchorano Machometi: quæ tamen vita, secundùm Philoso. dicitur vita pecudum, j. Ethi. propter quod ipse Auicenna hoc considerans dicit quòd propheta quem vocat Machometum, promittit eis talem fœlicitatem in pręmium, quam multi Sapientes non attenderunt. Similiter Iudæi resurrectionem futuram expectant ad vitam carnalem. Et ideo fœlicitatem vitæ futuræ, credunt in bonorum temporalium plenitudine, & pacis tranquillitate. Hoc autem remouet Saluator, dicens, Hęc est autem vita æterna, vt cognoscant, &c. Vita enim æterna siue beatitudo consistit essentialiter in aspectu claro ipsius diuinitatis, prout tamen habet adiunctam fruitionem, quę est completiua fœlicitatis. Ex consequenti verò consistit in conspectu humanitatis Christi: quæ est instrumentum nos introducens ad beatitudinem principalem. Beatitudo autem hominis consistit in coniunctione ad vltimum & optimum: & ideo non potest consistere in coniunctione ad aliquod bonum tẽporale vel corporale. vt dicunt rudes Saraceni & Iudæi: sed in adeptione ipsius primi & summi boni per apertam visionem & fruitionem. Consyderandum etiam, quòd cum dixit Filius loquens ad Patrem, hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum: per hoc enim non habetur: quòd solus Pater sit Deus, & Filius creatura, vt dicebat Arrius quòd hæc dictio exclusiua, Solus, nõ determinat ly Te: & sit sensus quòd solus pater sit Deus: sed determinat ly Deum: & est sensus, ꝙ illa sola deitas est vera, quæ est in Patre: & sic ab ea non excluditur Filius, sed magis includitur, quia vna est deitas in vtroque: sed excluditur vera deitas ab his, qui à gentibus celebrantur, s. Ioue, Saturno, & consimilibus. Dato hoc etiam, quòd hæc dictio Solus, determinet ly, Te: & sit sensus quòd solus Pater sit Deus: non tamen ab hoc excluditur filius à deitate: sed magis includitur: quia secundùm Philos. solus est idem quòd non cum alio: & ideo tantummodò includit illud quod alienitatem dicit: Filius autem nõ est aliud à Patre in essentia: sed tantum in persona. Et ideo quando hæc dictio Solus, additur vni personæ respectu termini essentialis, sicut est in proposito, non excludit aliam personam, sed magis includit, & hoc patet per authoritatem Saluatoris Matth. xj. c. vbi dicit, Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius. Si enim hæc dictio Nisi, addita vni personæ respectu termini essentialis excluderet aliam, sequeretur quòd Pater non cognosceret se, sed tantum Filius: nec Filius cognosceret se, sed tantum Pater, quod est absurdum dicere. i [Ego te glorificaui super terram.] Hic subdit rationem, quare sua oratio debeat exaudiri: videlicet quia fuit perfectè obediens Deo Patri, carnem assumendo, & veritatem fidei in-

ter homines docendo: & hoc est quòd dicitur, Ego te clarificaui super terram. Et quia non solum est exaudibilis propter prędicta, sed etiam quia ad consummationem mysterij suæ incarnationis mortem constanter sustinebat: ideo subditur, k [Opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.] Dicit, Consummaui: quia iam eius passio incipiebat, qua peracta dixit, Consummatum est. l [Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate quam, &c.] i. illius gloriæ, quam habeo æternaliter tecum secundùm diuinitatem, fac participem naturã mortalem, quam assumpsi propter hominum salutem. m [Manifestaui, &c.] Hic consequenter orat pro collegio Apostolorum, dicens, Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: quia Apostoli fuerunt spiritualiter coniuncti ipsi Christo de mundo: quia ante vocationem suam Apostoli erant mundanè viuentes, sicut & cæteri homines. Et quia in vocatione fuerunt etiam deinceps Christo obedientes: ideo dicitur, n [Tui erant] secundùm prędestinationem. o [Et mihi eos dedisti] vocando temporaliter ad fidem & Apostolicam dignitatem. p [Et sermonem tuum seruauerunt.] corde, & opere. q [Et cognouerunt quia omnia quę dedisti mihi abs te sunt] i. à te procedentia. r [Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis] quia à plenitudine scientiæ Christi, facta est redundantia in Apostolis: s [Et ipsi acceperunt.] doctrinam Christi recipiendo te. t [Et cognouerunt verè quia à te exiui] hoc enim cognouerũt per doctrinam Christi & per miracula: veruntamen quia talis cognitio est fidei: ideo subditur, v [Et crediderunt quia tu me misisti.] ego pro eis rogo. x [Non pro mũdo.] hoc dicit: quia efficacia suæ orationis tantummodo se extendit ad electos, quamuis enim sit efficax pro omnibus: tamen mali ponunt sibi impedimẽtum, ne sint participes ipsius: ideo subditur, y [Sed pro his quos dedisti mihi rogo.] quò ad efficaciam. z [Quia tui sunt] secundùm ęternam prędestinationem. a [Et omnia mea tua sunt.] Quia propter inseparabilem vnionem deitatis & humanitatis in Christo, fit idiomatum communicatio, attribuendo ea quæ sunt hominis Christi Deo, & econuerso. Sicut enim demonstrato Christo hæc propositio est vera, Iste homo creauit stellas: ita hæc propositio est vera, Deus mortuus est: quia propter vnitatem suppositi, omnia quæ sunt Dei communicantur homini, & econuersò, modo prędicto. b [Et clarificatus sum in eis.] Hoc dicit: quia Apostoli gloriam eius iam parum cognoscebant & de propinquo plus cognituri erant & quia Christus citò recessurus erat ab eis, cuius corporali pręsentia erãt delectati & confortati: ideo pro tunc indigebãt specialiter Deo Patri per orationẽ Christi commendari: & hoc est quod dicitur, c [Et iam non sum in mundo,] i. sum de propinquo recessurus ab eis. d [Et hi in mundo sunt.] i. remanentes in tribulationibus mundanis. e [Et ego ad te venio] quasi dicat, Propter hoc pro eis oro.

Prædestinatio est de rebus salutarib' i. de hominib' saluãdis. Mag. Sentent.

QVAESTIO LXXXVII.

CIrca Euangelium in vigilia ascensionis Domini, oritur quæstio, Vtrum Christi ascensio fuit nobis vtilis? Arguitur quòd non, Christus fuit causa nostræ salutis, inquantum salutem nostram meruit: sed per ascensionem nihil nobis meruit, quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis: non est autem idem præmium & meritum, igitur. In oppositum, Ioan. xvj. Expedit vobis vt ego vadam, i. recedam à vobis per ascensionem. Igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est: quia licèt ascensio Christi non sit causa nostræ salutis per modum meriti: fuit tamen per modum efficientiæ, inquantum humanitas, secundum quam ascendit: est quodammodò instrumentum diuinitatis, & operatur in virtute eius. Ad quęstionem respondendum est secundùm magistrum Ioan. de Tur. cremata in q. super Euangeliis quòd ascensio Christi fuit fructuosa & vtilis nobis: quia fuit quodammodo causa nostræ salutis, & ad ea quę ipse fecit nobis ascendens. Primò quia viam nobis pręparauit ascendens in cælum secundùm quod habetur Ioan. xiiij. Vado vobis præparare locum. Secundò, ad interpellandum pro nobis. Tertiò, hominibus diuina bona mittere.

In die Ascensionis Domini, Euang. Marc. xvj. cap.

IN illo tempore, [a] recumbentibus vndecim [b] discipulis, [c] apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, [d] quia his qui viderant † eum resurrexisse, non crediderant. Et dixit eis, [e] Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium [f] omni creaturæ. [g] Qui crediderit & baptizatus fuerit, [h] saluus erit. [i] Qui verò non crediderit, condemnabitur. [k] Signa autem eos qui crediderint, hęc sequẽtur, [l] In nomine meo [m] dęmonia eiiciẽt. [n] Linguis loquentur nouis, [o] serpentes tollẽt. [p] Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. [q] Super ęgros manus imponent, & bene habebunt. [r] Et Dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis, [s] assumptus est in cælum, [t] & sedet à dextris Dei. [v] Illi autem

† Qui viderant eum. Discipuli & apostoli Dñi videntes Iesum Saluatorẽ resurrexisse, & illis sępe apparuisse, ac cũ eis manducasse, qui adhuc rudes & duri corde, quẽ in vita videbãt, post se viuere non credebãt: ideo dicit Marcus, Apparuit illis &

exprobrauit incredulitatem eorum & duritiã cordis. Et Dominus Iesus apostolos Matth. vij. increpabat illis de dęmonio cũ interrogantibus & dicentibus, Quare non potuimus eiicere eũ? qui respondit, Propter incredulitatem vestram.

x profecti y prædicauerunt vbique z Domino cooperante, a & sermonem confirmante, sequẽtibus signis.

POSTILLA.

IN illo tempore, recumbentibus vndecim discipulis. Marc. xvj. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxiij. noñ. Iunij, Luna xxvij. feria v. videlicet ipso die ascensionis, Indictione vj. Ante initium huius Euangel. scribit sanctus Lucas, xxiiij. c. quòd Christus dixit discipulis suis, Vos estis testes horum. Ly. s. passionis & resurrectionis. Et ego mittam promissum Patris in vos, i. Spiritum sanctum. Vos autem sedete in ciuitate: quousque induamini virtute ex alto. Tunc postmodum sequitur Euang. hodier. quod diuiditur in tres partes. In prima describitur, qualiter Dominus discipulis suis apparens, locutus est eis amicabiliter & gratiosè. In secunda ponitur, qualiter in cælum assumptus fuit mirabiliter & gloriosè: ibi, Et Dominus quidem Iesus. In tertia ostenditur, qualiter discipuli commissiones eis factas exe cuti fuerunt fideliter & studiosè: ibi, Illi autem prof. a [Recumbentibus vndecim discipulis] Dominus noster Iesus Christus cum in his xl. diebus per multas apparitiones discipulis factas resurrectionem suam approbasset: hodie in die ascensionis bis ipsis voluit apparere scilicet in mensa dum prandebant. Nam vt dicit magister Histo. Scho. omnes tam Apostoli quàm alij Discipuli & mulieres habitabant in ista parte Ierusalem quæ dicitur Melon in mõte Sion: vbi Dauid construxerat sibi palatium. Et ibi erat illud cœnaculum grande stratum, in quo præcepit Dominus sibi parare pascha: & in cœnaculo illo habitabant tunc vndecim Apostoli. Cæteri verò discipuli & mulieres habitabant circunquaque per diuersa hospitia: vt dicitur in principio hodierni Euangelij. Recumbentibus, i. comedentibus. b [Vndecim discipulis]. s. in illo cœnaculo, hodierno die. c [Appa. illis Ie. & expro. incre. illorum, & duri. cordis.] Ly. Non quæ tunc erat in eis: sed quæ antè fuerat in ipsis discipulis. d [Quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderant.] vt patet de Thoma, qui nõ credidit aliis discipulis: & similiter alij discipuli nõ crediderunt Mariæ Magdalenæ & aliis mulieribus: & comedit cum eis, vnde Act. j. Conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, i. aduentum Spiritussancti à patre per Christum promissum. Et secundum magistrum in Historiis, hoc dicto præcepit eis vt egrederentur de ciuitate, & sic statim euanuit ab oculis eorum. Et immediatè post comestioné, xj. Apostoli & alij Discipuli & mulieres vnanimiter de ciuitate egressæ venerunt ad montem Oliueti: & ibi dominus Iesus secundariò, hodierno die apparuit: vt ait magister in Historiis. Hanc processionem Apostolorum qua vnanimiter de ciuitate sunt egressi, repræsentat Ecclesia singulis diebus dominicis processionem faciens egrediendo extra ecclesiam, præferendo crucem ante processionem. Nam per crucem repræsentatur Dominus noster Iesus Christus, qui nos præcessit, & suo exemplo nobis viam ad cælum ostendit. Et quòd ordinatè vnus post alium crucem sequitur vsque ad ecclesiam, significat, quòd omnes Christiani, vitam & mores & doctrinam Christi semper præ oculis habere debeant, & suam vitam exemplo Christi conformare, & sic proficere de virtute in virtutem, transcendendo donec intrent in cælestem ecclesiã, i. patriam æternam vt videãt facie ad faciem diuinã naturam, secundum illud Psal. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutem, sic videbitur Deus deorum in Sion. Post hoc commisit dominus Iesus Apostolis officium prædicationis dicens, e [Euntes in mun. vni. prædi. euan.] Hugo. Non Philosophorum vanitates aut certè proprias fictiones, ad Rom. j. Non erubesco euangelium. f [Omni creaturę.] Lyr. omni homini, qui habet conuenientiam cum omni creatura. Per esse enim conuenit cum inanimatis, per viuere cum vegetabilibus & plantis, per sentire cum animalibus, per intelligere cum angelis, ideo designatur nomine omnis creaturæ. g [Qui crediderit & baptizatus fuerit] Lyr. Non enim sufficit fides sine baptismo per quem quis incorporatur Christo, si adsit facultas recipiendi baptismum fluminis: si autem non sit facultas, sufficit baptismus sanguinis, vt in martyribus qui pro Christo interfecti sunt antequam essent baptizati, vel in baptismo flaminis, sicut est in habentibus fidem Christi, & desyderant baptismum, sed præueniuntur morte antequam possint implere. h [Saluus erit]. s. salute æterna: si salutem operibus teneat. Iac. ij. Fides sine operibus mortua est. i [Qui verò non crediderit condemnabitur.] s. æterna damnatione. k [Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur.] Ly. In primitiua enim Ecclesia fides erat nutrienda & firmanda miraculis: ideo gratia miraculorum dabatur non solum Apostolis Christi, sed multis aliis credentibus: vt patet in exemplis & Legendis Sanctorum. l [In nomine meo] i. in virtute nominis mei. m [Dæmonia eiicient.] Hæc omnia ad literam impleta sunt. Sæpe enim Apostoli & alij fideles, dæmones eiecerunt, sicut beatus Bartholomęus, & sic de aliis. n [Linguis loquentur nouis.] Ly. Hoc est factum in Apostolis: & in aliis credentibus: qui erant cum eis, quando per gratiam Spiritussancti in die pentecostes receperunt donum linguarum: vt patet Act. ij. Loquebãtur variis linguis apostolorum

Commisit Deus discipulis officium prędicationis

li.o [Serpentes tollent] hoc patet in Paulo, Act. xxviij. qui percussus à vipera in nullo læsus fuit, sed viperam pendentem ad manum eius in ignem excussit. Et Iacobus Apo. duos ingentes dracones remisit in desertum: quos Hermogenes & Philetus concitauerunt contra eum. p [Et si mortiferum quid biberint, nõ eis noc.] hoc ad literam impletum est in Io. Euã. qui venenũ bibit, quod ei nõ nocuit. q [Super ægros, manus imponent & bene ha.] quia multi infirmi à diuersis languoribus sunt curati, ex impositione manuũ Apostolorum, & ex tactu vestimentorum: imò quod etiam plus est, ex vmbra Petri apo. sanabantur infirmi, vt habetur Act. ij. & v. Item per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia magna in populo, & non solum infirmos curabant, sed per impositionem manuum ipsorum dabatur Spiritussanctus: vnde habetur Act. viij. Tunc imponebant manus suas super illos, & accipiebant Spiritumsanctum. r [Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est.] s. hæc omnia iam prędicta, & alia quę habentur Act. j. s [Assumptus est in cęlum] Ly. virtute propria: & cum gratulatione totius familiæ cælestis. Vnde Ly. xiiij. & eleuatis manibus ferebatur in cælum & benedixit eis, i. Apostolis & aliis fidelibus: ex hoc loco in consuetudinem ducit Ecclesia, vt sicut dominus Iesus postquam omnibus peractis ascendere voluit in cęlum benedixit fidelibus suis: quòd sic Episcopi & cæteri presbyteri peracto diuino officio, volentes iam ab altari recedere, dant super populum benedictionem, signantes eos signo sanctæ crucis, & imprecantes eis bona in nomine sanctæ Trinitatis. t [Et sedet à dextris Dei]. s. conregnans Patri in omni æqualitate secundum deitatem. v [Illi autem] Ly. s. Apostoli & Christi discipuli. s [Profecti]. s. ad mãdatum Domini nostri Iesu Christi. y [Prædicauerunt vbique.] Vnde in psal. xviij. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. z [Domino cooperãte] dirigendo & protegendo. a [Et sermonem confirmante, sequentibus signis.] Hug. super Mar. Opera miraculosa in exordio Ecclesiæ necessaria fuerũt, vt fides miraculis nutriretur: modo non sunt necessaria, quia fides Ecclesiæ confirmata est. Circa præsens Euangelium, & super illa verba, Euntes in mundum vniuersum, &c. Notandum quòd secundum Tho. de Aquino, maximum miraculum Christi in terris fuit, ꝙ per simplices, mundum subiecit fidei: quia Apostoli fuerunt simplices secundum mũdum & pauperes mechanici, s. piscatores, &c. & nullus nobilis fuit nisi sanctus Barthol. Vnde quęritur, quare non elegit Christus prudentes huius seculi, nec scribas qui fuerunt docti in lege, nec diuites nec potentes. Respondetur propter certitudinem fidei: quia si sapientes seculi elegisset & misisset ad prædicandam fidẽ Christianam: tunc perfidi & inimici fidei dixissent, quòd finxissent eum prudentia & astutia. Si diuites, tunc dixissent quòd per dona & munera homines duxissent ad fidem illam. Si autem potentes & nobiles tunc dixisset quòd per potentiam & coactionem homines induxissent ad fidem. Sed vt nullum illorum perfidi allegare possent, simplices elegit: ergo, &c. vnde hîc notandum, quòd Christus inter omnes sapientes huius mundi nisi vnum conuertit, s. Gamalielem legis doctorem. Et inter omnes diuites solùm Zachæum. Et de omnibus nobilibus & principibus nisi tres, Nicodemum, Centurionem & Regulum. Sed de pauperibus, & simplicibus, & ignobilibus multos conuertit: quia Christiani à pauperibus & simplicibus ortum habuerunt. Vnde Apo. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, sed infirma mundi elegit Deus.

De virtutibus Apostolorum habẽtium Spiritum sanctum.

Qua virtute Christus ascendit in cælum.

Quid sit sedere à dextris Dei.

QVAESTIO LXXXVIII.

Circa Euangelium in die ascensionis Domini oritur quæstio, Vtrum conueniat Christo sedere ad dexteram Patris? Arguitur quòd non: si quis sedet ad dexteram alicuius, ille sedet ad sinistram eius, si ergo Christus sedeat ad dexteram Patris, sequitur quòd Pater sedeat ad sinistram Filij, quod est inconueniẽs: igitur. In oppositum habetur in Symbolo, Sedet ad dexteram Patris: igitur. Ad argumentum dicitur, quòd non intelligitur de dextra corporali quæ Deo Patri non conuenit. Ad q. respondendum est secundum mag. Io. de Turcre. in q. super Euangeliis quòd Christo conuenit sedere ad dextram patris, ad sensum illum, Christus est æqualis Patri, i. in potioribus bonis Patris, vbi dextera Patris est: vel est æqualis Patri quantùm ad diuinitatem, vel inquantum accipit iudiciariam potestatem à Patre.

Dominica infra octauam ascensionis domini, Euan. Ioan. xv. & xvj.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Cum venerit † paracletus, [b] quẽ ego mittam vobis à Patre [c] Spiritum veritatis, [d] qui à Patre procedit, [e] ille testimonium perhibebit de me. [f] Et vos testimonium perhibebitis, [g] quia ab initio mecũ estis. [h] Hæc locutus sum vobis, [i] vt non scandalizemini. [k] Absque synagogis facient vos. [l] Sed venit hora, [m] vt

Cùm venerit paracletus. Ante Spiritussã. missionem apostoli & discipuli Domini, insciti erant & rudes. Sed dum aduenit ille ani,

marum cõsolator, omne idioma & oẽm linguã sedo cuit, & scire rerum causas informauit: vt habetur Act. ij. cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritussãctus dabat eloqui illis.

omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. ⁿ Et hæc faciẽt vobis: quia non nouerunt Patrem, neque me. ᵒ Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi vobis.

POSTILLA.

IN illo tempore, cum venerit paracletus. Io. xv. Historia huius Euang. facta est anno Christi xxxiij. ix. kal. April. Luc. xxiiij. feria v. s. in cœna Domini, Indictione vj. Ante initium huius Euang. scribit sanctus Ioan. in eodem cap. quòd Christus dixit discipulis suis, Si opera non fecissem eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt, & oderunt me, & Patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerũt me gratis. Tunc statim sequitur Euangelium hodiernum, in quo sunt tres partes. In prima Spiritũsanctum discipulis promittit, ibi, Cùm venerit. In secunda persecutionem eis prædicit ibi, Hæc locutus sum vobis. In tertia eos attentos reddit. ibi, Sed hæc locutus sum. a [Cùm venerit paracletus.] Postquam Christus dixerat Apostolis de Iudęis, Si me persequuntur, ne desperarent & nimium turbarentur, promisit eis Spiritumsanctum mittere, quo confortati omnes persecutiones vincerent & tolerarent, ergo dicit, Cum venerit paracletus. Ly. i. consolator. Ber. dicit, Spiritus, i. mœrentium consolator. b [Quem ego mittam vobis à Patre.] Ly. in hoc ostendit Spiritumsanctum à se procedere: inquantum dicit se illum mittere. c [Spiritum veritatis.] quia docet vos omnem veritatem. Sed econtrariò, spiritus malignus docet omne mendacium. d [Qui à Patre proc.] Thom. ex hoc arguunt Græci Spiritumsanctum tantum procedere à Patre, & non à Filio. Sed hoc non est verum: quia quicquid de Patre dicitur, conuenit filio: ergo Christiani tenentur credere q̃ Spiritussanctus procedit à Patre & Filio. e [Ille testimonium perhibebit de me.] Nam Spiritussanctus testimonium perhibuit Christo, in hoc quòd Apostolos tales fecit quòd sciuerunt, & audebant prędicare Euangelium, & fidem Christi coram omnibus & intrepidè: quòd enim homines prius illiterati & simplices, de profunditate scripturarum subitò plenè loquebantur, & in omnibus linguis, fuit maximum signum ad confirmandum fidem Christi. f [Et vos testimonium perhibebitis] s. prædicando omnibus hominibus. g [Quia ab initio mec. estis.] Ly. Non est intelligendum, quòd fuerunt cum eo, in principio vitæ eius, sed ab initio prędicationis suæ, quando incœpit docere, & miracula facere. h [Hæc locutus sum vobis] ad confortationem vestram, contra futuras tribulationes. i [Vt non scandalizemini.] s. cadendo per impatientiam, quando eueniet vobis. k [Absque synagogis facient vos.] iam enim Iudæi conspirauerãt, quòd si quis confessus esset Christum, extra synagogam eijceretur. Talis enim eiectio de synagoga reputabatur apud eos magna: sicut apud Christianos eiectio de Ecclesia per maiorem excommunicationem: ergo ipsa excommunicatio valdè timenda est cuilibet Christiano, quia separat à Deo & à sanctis, & à sacramentis & à communione fidelium: & ipse excommunicatus, est quasi palmes abscissus à vite: vt patet Ioan. xv. Ego sum vitis vera & vos palmites. l [Sed venit hora.] Gor. Hora ista fuit tempus prędicationis Apostolorum. m [Vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.] Omnis enim Iudæus occidens Christi prædicatores, putat se obsequium præstare Deo, credens quòd deserereť Deum Israel, quicunque conuerteretur ad Christum: ita fuerunt Iudæi excæcati & ignorantes. Sed illa ignorantia non excusabat eos, quia procedebat ex odio & inuidia contra Christum & doctrinam eius. n [Et hęc facient vobis: quia non nouerunt Patrem, neque me.] hoc dixit eis consolando eos. q. d. secundùm Chrysost. Sufficit in consolationem hoc pati propter Patrem, & propter me. o [Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum remini. quia ego dixi vobis.] Lyra, Ista enim prædixit Apostolis, vt prouiderent sibi de patientia: quia minus feriunt iacula præuisa, vt dicit Greg. Circa præsens Euang. vbi dicitur, Vos testimonium perhibebitis: notandum quòd Hugo de Prato dicit, quòd Christus habuit testimonium de omni loco, & ab omni creatura. Nam omnia testificata sunt Christum suum authorem esse. Nam de cælo habuit testimonium Patris & Spiritussancti. Luc. c. iij. Descendit Spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox Patris de cælo audita est, Hic est filius meus dilectus, Matth. cap. iij. Item testimonium angelorum, vt patet Luc. cap. iij. Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus ẽst nobis Saluator. Item cæli, dum ipso orante aperti sunt super eum, protestando ipsum esse verum Deum. Luc. c. iij. Item de paradiso, & de limbo Patrum habuit testimonium Moysi & Eliæ: vt patet Matth. xvij. Apparuerunt eis Moyses & Elias. Item corpora Sanctorum surrexerunt: vt patet Matth. xxvij. Item dæmones ei testimonium reddiderunt, vt patet Luc. iij. Exibant dęmonia clamantia & dicentia: quia tu es Christus, Filius Dei viui. Item de mundo habuit testimonium duodecim Apostolorum, lxxij. Discipulorum & multorum aliorum vt patet Actuum iiij. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Iesu Christi. Item habuit testimonium ab omni creatura. Nam stella noua in sua natiuitate testificata est, vt patet Matthæi capite ij.

Ignorãtia nõ est culpæ excusatoria: loquendo de ignorãtia crassa. Bo. Senten. 2.

Quomodo descendit Spirit. sanct.

Vidimus stellam eius in oriente. Item sol obscuratus est in morte eius, & protestatus est eum esse Deum, Lucæ vigesimosecundo. Item mare dum solidum se præbuit ipsum confessum est, Lucæ octauo. Item infernus dum quos tenebat reddidit, ipsum authorem esse protestatus est psalm. vigesimotertio. Item terra dum ipso moriente & resurgente tremuit. Item panes & pisces, dum ad eius imperium multiplicati sunt, ipsum esse Deum demonstrabant: vt patet Ioannis sexto, Opera quæ ego facio, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. Et breuiter omnis creatura præter peccatorem qui ipsum negat factis, testimonium Christo reddidit. Vnde Apostolus ad Titum primo, Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Peccator quandoque pro vno denario negat Christum, cum in nomine eius scienter peierat. Sequitur in hoc Euangelio præsenti, Absque synagogis facient vos. Vbi notandum, quod excommunicatio maior valdè timenda est propter tria. Primò, quia excommunicatus separatur à Deo & ab omnibus Christi fidelibus, tam in vita quàm in morte: sicut palmes à vite, vt patet Ioannis decimoquinto, Ego sum vitis vera, & vos palmites. Et sicut palmes abscissus nihil valet amplius nisi ad ignem, sic excommunicatus maiori excommunicatione. Secundò, quia excommunicatus priuatur merito passionis Christi, & omnium Sanctorum, & etiam omnibus Missis, orationibus, & eleemosynis & omnibus suffragiis & indulgentiis, & omnibus bonis ecclesiæ: & omnino & totaliter remanet nudus, & miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus. Et propterea dicit Augustin. Nihil debet Christianus sic formidare, sicut separari à corpore Christi, scilicet, per excommunicationem maiorem. Tertiò, quia excommunicatus multos inficit: quia omnes qui participant ei scienter publicè denunciato inficiuntur: vnde dicitur in decretis, Communicans excommunicato indebitè, excommunicationem incurrit. xj. quæstione tertia, præcipuè, & c. si quis episcopus. Vnde est morbus contagiosus sicut lepra: ideo ab omnibus sicut lepra debet vitari. Nam magna infamia est & vituperium ab Ecclesia expelli, vel vitari ab omnibus sicut leprosus. Vnde excommunicatus est magis infamis quàm Iudæus vel Saracenus, quia cum illis habes plus loqui quàm cum excommunicato. Vnde dicitur in Decret. Pagano plus licet communicare, quàm excommunicato. xj. quæstione tertia. Ad mensam. Ex iam dictis patet, quòd periculosum est communicare excommunicato. Sed peccatis nostris proh dolor exigentibus, de excommunicatione maiori hodie curatur modicum: sed de participatione cum excommunicatis, quasi nihil curatur. Vnde de hoc exemplum legitur quòd dæmoniacus interrogatus à quodam, an excommunicatio vel peccatum plus placeat diabolo? Respondit, Excommunicatio maior: quia per illam plures inficiuntur: & quandoque excommunicatus decem inficit vno die, sicut in conuiuiis, in iocis, & sic de aliis.

Excōmunicatio maior valdè timenda.

QVAESTIO LXXXIX.

Circa Euangelium dominicæ infra octauas ascensionis oritur q. Vtrum Spiritussanctus producatur per modum voluntatis? Arguitur quòd non: Spiritussanctus est similis producenti, ergo producitur per naturam, & non per voluntatem: consequentia patet, quia natura est vis insita rebus, ex similibus similia procreans. In oppositum, ait August. v. de Trinitate, c. xvij. Spiritussanctus exiuit à Patre non ex modo natus, sed eo modo datus: exire eo modo dati doni competit producto per modum voluntatis cuius est ex liberalitate sua dare. Igitur. Ad argumentum dicitur, quod Spiritussanctus est similis producenti non ex vi productionis suæ: sed ratione essentiæ sibi communicatæ: filius autem ex vi productionis suę est similis producenti, quia procedit per modum naturæ: ideo dicitur imago patris. Ad q. respondendum est secundùm magist. Nicol. de Orbel. primo Sent. dist. x. q. j. quòd sicut voluntas creata est principium producendi amorem tantum quantum amare, ipsa potest amare obiectum qui dicitur amor adęquatus, ita voluntas diuina habens obiectum diligibile semper pręsens est principium producendi tantum amorem quantum ipsa nata est amare obiectum: ipsa autem nata est amare obiectum infinitum amore infinito. Igitur nata est esse principium producendi amorem infinitum: nihil autem est infinitum nisi sit essentia diuina: igitur iste amor est essentia diuina. Ille autem amor productus non est natus ex forma inhærens, quia nihil tale est in diuina natura: ergo est per se subsistens & non idem subsistens cum producente: quia nihil produxisset: ergo est personaliter distinctum: hæc persona dicitur Spiritussanctus, quia filius non sic producit: ergo Spiritussanctus producitur per modum voluntatis.

In vigilia Pentecostes, Euangelium secundùm Ioannem xiiij. capite.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Si diligitis me † mandata mea seruate. [b] Et ego rogabo Patrem, [c] & alium paracletum dabit

Mandata mea seruate. Dominus Iesus saluator & redēptor, iubet mandata sua custodiri his qui volunt ab eo

diligi, & in vitã ingredi: & fallaciquia mãdatis non obseruatis null⁹ in vitã beatam ingredif, vt Matth. xix. Si vis ingredi ad vitã, serua mandata.

vobis: [d]vt maneat vobiscum inæternum, [e]spiritum veritatis, [f]quem mũdus non potest accipere, [g]quia non videt eum, [h]nec scit eum. [i] Vos autem cognoscetis eum, [k] quia apud vos manebit, [l]& in vobis erit. [m]Non relinquam vos orphanos. [n]Veniam ad vos. [o] Adhuc modicum & mundus iam me non videt. [p] Vos autem videtis me, [q]quia ego viuo, [r]& vos viuetis. [s]In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in Patre meo, [t] & vos in me, & ego in vobis. [v] Qui habet mandata mea, [x]& seruat ea, [y]ille est qui diligit me. [z]qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eũ, [a]& manifestabo ei meipsum.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Si diligitis me mãdata mea serua. &c. In principio huius ca. Christus consolatur discipulos de sua morte: rationibus sumptis ex parte discipulorum remanentium: & deinde rationibus sumptis à parte Christi dimittentis eorum consortium. Prima pars in duas. Primò consolatur discipulos remanentes. promittendo eis ascensum ad Patrem per ipsum. Et istæ partes exponuntur in princ. ca. & ante nostrum præsens Euangelium. Secundo consolatur discipulos promittendo eis spiritussancti donum: ibi, Si diligitis me. Et ista pars continetur in nostro præsenti, Euangelio. Vnde sciẽdum, quòd Christus in capitulis præcedentibus prædixerat discipulis suis Iudæ proditionem, & Petri negationem, & sui absentiam & mortem: quæ omnia erant eis turbationis materia, & ideo multipliciter consolatur eos: dicit ergo, a [Si diligitis me, manda. me serua.] Amor enim & obedientia ad Deum, est dispositio ad habendum plenius Spiritumsanctum: quia secundum August. charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Ideo subditur, b[Et ego rogabo Patrem.] Hoc conuenit Christo inquantum homo, & aduocatus noster est. c[Et alium paracletum dabit vobis] id est consolatorem: dicit autem alium, ad ostendendum distinctionem Filij & Spiritussancti in persona. d [Vt maneat vobiscum in æternum,] q.d. Ille consolator non auferetur à vobis, sicut subtrahitur humanitas mea per mortem: sed æternaliter erit vobiscum, hîc per gratiam, & in futuro per gloriam. e [Spiritum veritatis.] tum quia est essentialiter ipsa veritas: tum quia docet veritatem. f [Quem mundus non potest accipere]. i. homines mundiales, affectum in terrenis ponentes: quia non sunt ad hoc dispositi: ideo subditur, g [Quia non videt eum] .i. non dirigit intentionem ad ipsum. h [Nec scit eum]. i. non cognoscit, quia sola bona sensibilia sunt hominibus sensualibus nota: secundum quòd dicitur, j. Co. ij. Animalis autem homo non percipit ea quę sunt Dei, &c. i [Vos autem cognoscetis eum.] per specialem reuelationem & per sensibile signum: quia Spiritussanctus super Apostolos in linguis igneis apparuit, k [Quia apud vos manebit.] quia nõ receperunt eum per modum passionis transeuntis, sed habitus firmiter permanentis, inquantum fuerunt in gratia confirmati. l [Et in vobis erit] Hoc dicit ad denotandum familiaritatem Spiritussancti erga ipsos discipulos. m [Non relinquam vos, &c.] Hîc consolatur eos promittendo eis suum reditum: quia hoc dono Spiritussancti quod adhuc ignorabant parum erant consolati: dicit ergo, Non relinquam vos orphanos. Orphanus dicitur priuatus patre carnali: qui enim vult à Deo in filiũ adoptari, oportet eum carnalem affectum ad parentes relinquere: inquantum est contra Deum secundum quòd dicit Saluator Lu. xiiij. Qui non odit patrem, &c. sequitur, Non potest meus esse discipulus. Apostoli autem talia omnia reliquerant: ideo quodammodo orphani erant respectu parentum carnalium: & sic erant filij Dei per adoptionem: propter quod Christus gerebat curam de eis, sicut de filiis: propter quod subditur, n [Veniam ad vos.] non solum spiritualiter consolando, sed etiam corporaliter visitando & in fide confirmando. Quod fecit Christus pòst resurrectionem suam apparens Apostolis per quadraginta dies: & loquens eis de regno Dei ante suam ascensionem, vt habetur Act. j. o [Adhuc modicùm & mundus me iam non videt.] quia modicum iam temporis erat, vsque ad tempus suę mortis: per quem aspectus suæ humanitatis subtrahendus erat Apostolis. p [Vos autem videbitis me.] pòst resurrectionem enim nõ fuit visus omnibus sicut antè, sed solùm Apostolis & aliis discipulis: vt habetur Ioã. xxj. Et subditur causa suę resurrectionis cũ dicitur, q [Quia viuo ego]. q.d. Licèt moriar ex infirmitate carnis, tamen resurgam virtute deitatis, quę semper viuit r [Et vos viuetis.] Hoc dicit assecurãdo eos: qui timebãt mori cum Christo. Vnde Io. xj Thomas hoc timens dixit, Eamus & moriamur cum ipso. s [In illo die vos cognoscetis quia, &c.] pòst resurrectionẽ enim habuerunt plenioreẽ notitiam de mysterio Trinitatis, quã antè: vt patet in pluribus locis. t [Et vos in me & ego in vobis.] nõ per essentiæ vnitatem sicut Pater est in Filio & cõuersò, sed per mutuã dilectionẽ, sicut amãs est in amato, & econuerso.

Quid sit amor.

Qũo dis. ipsi receperũt Spiritumsanctum.

v [Qui habet mandata, &c.] In aure ad audiendum, & in corde ad meditandum, & in ore ad docendum. x [Et seruat ea.] adimplendo opere. y [Ille est qui diligit me] quia probatio dilectionis, exhibitio est operis secundum Greg. z [Qui autem diligit me, &c] quia vnus est amor Patris & Filij. a [Et manifestabo ei meipsum]. s. post resurrectionem in humanitate gloriosa. Et sic manifestauit se Christus discipulis suis, quia habebat conditiones prædictas. Manifestauit etiam se talibus per apertam visionem deitatis in gloria cælesti, ad quam ipse nos perducere dignetur

QVAESTIO XC.

Circa Euangelium in vigilia pentecostes oritur quæstio, Vtrum Spiritussanctus procedat à Patre & Filio. Arguitur quòd non: ait Damascenus lib.j. Spiritum ex Patre dicimus, ex Filio verò nô dicimus: igitur. In oppositum, Athanasius in Symbolo, Spiritussanctus à Patre & Filio. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd non negat Spiritumsanctum esse ex Filio: sed negat hoc dici à Græcis, quia Græci hoc non confitentur. Ad quæstionem respondendum est secundum Nicolaum de Orbellis vbi supra quæstione sequenti per vnam conclusionem, quæ talis est, Spiritussanctus procedit à Patre & Filio: patet conclusio, quia in illo signo originis in quo Pater producit actum voluntatis idem est principium productiuum in Patre & Filio: & ideo Filius eadem productione producit Spiritumsanctum cum Patre.

In die sancto pentecostes Euangelium secundum Ioannem xiiij. cap.

Diligit me. Qui sermonem Christi nô obseruat, & eius præcepta non custodit à Xpo bene dicto diligi non potest. Beati sunt q verbû Dei custodiût, & iuxta verbi doctrinâ aguntquo niam à Domino diligûtur ideo in hoc ca. dicit, Si qs diligit me sermonem meum seruabit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Si quis diligit † me, [b] sermonem meum seruabit: & Pater meus diligit me, [c] & ad eum veniemus, [d] & mansionem apud eum faciemus. [e] Qui non diligit me, sermones meos non seruat. [f] Et sermoné quem audistis non est meus, [g] sed eius qui misit me Patris. Hoc locutus sum vobis apud vos manens. [h] Paracletus autem Spiritussanctus, quem mittet Pater in nomine meo, [i] ille vos docebit omnia, [k] & suggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. [l] Pacem relinquo vobis, [m] pacem meam do vobis. [n] Non quomodo mundus dat, ego do vobis. [o] Non turbetur cor vestrum, [p] neque formidet. [q] Audistis quia ego dixi vobis, Vado, [r] & venio ad vos. [s] Si diligeretis me, [t] gauderetis vtique quia vado [v] ad Patré, [x] quia Pater maior me est. [y] Et núc [z] dixi vobis [a] priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis. [b] Iam non multa loquar vobiscum. [c] Venit enim princeps mundi huius [d] & in me non habet quicquam. [e] Sed vt cognoscat mundus, [f] quia diligo Patrem, [g] & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me sermonem meum seruab. Ioan. xiiij. hoc Euangelium locutus est Dominus ad discipulos suos anno eius xxxiij. ix. calendas Aprilis, Luna xiiij. Feria v. cœna domini, Indictione vj. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Ioannes in eodem c. quòd Christus dixit discipulis suis, Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Tunc sequitur Euangelium hodiernum quod in tres partes diuiditur. In prima, Saluator vexillum Spiritussancti cum suo signo proprio erigit & extollit. In secunda effectum inuestituræ huius per vexillum Apostolis collatæ ostendit: ibi, Paracletus autem. In tertia eodem vexillo Apostolos contra hostem roborat & præmunit, ibi, Iam non multa loquar. a [Si quis diligit me]. Guliel. Hodie recolit Ecclesia illam super abundantem & excellentem donationem Spiritussancti, quæ facta est discipulis quinquagesima die à resurrectione: quando repleti sunt omnes Spiritusancto: sed quia Spiritussanctus qui est amor Patris & Filij hodie mittitur: idcirco hodie legitur Euangelium in quo agitur de dilectione quam Deus nobis infundit per Spiritumsanctum, Si quis diligit me, s. affectu & hoc ostendit effectu: quia videlicet, b [Sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum,] per quod ostendit se vnum cum Patre in essentia. c [Et ad eum veniemus.] Gul. ego & Pater & Spiritussanctus. d [Et mansionem apud eum faciemus] in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. e [Qui non diligit me, sermones meos non seruat.] Lyr. Tales sunt mûdani homines peruersi. f [Et sermonem quem audistis non est meus.] sup. tâtùm. g [Sed eius qui misit me Patris.] Hæc locutus sum vobis apud vos manés] s. præsentia corporali. h [Paracletus autem Spiritussanctus quem

Efficacia Spiritussancti.

mittet Pater in nomine meo.] Tho. Ad laudem & gloriam nominis mei. i [Ille vos docebit omnia.] Ly. i. faciet vos intelligere omnia quæ dico vobis: Apostoli adhuc erant rudes & in timore positi ex auditu passionis Christi, ideo ad verba Christi non diligenter attendebant, & per consequens non capiebant ea ad plenum: propter quod dicit gratiam Spiritussancti postea supplere istum defectum. k [Et suggeret omnia quæcunque dixero vobis] i. ad memoriam vobis reducet oblita: quia Apostoli multa de illis quæ Christus docebat obliti sunt, timore passionis cōcussi. l [Pacem relinquo vobis.] i. iturus ad Patrem relinquo vobis pacem pectoris in præsenti, &c. m [Pacem meam do vobis] i. æternitatis in futuro. n [Non quomodo mundus dat, ego do vobis] q.d. Non do vobis pacem mundanam, quæ est breuis, j. Thess. Cùm enim dixerint, Pax & securitas, tunc repētinus eis superueniet interitus. o [Non turbetur cor vestrum.] Ly. i. non turbari debetis de recessu meo, i. de morte mea. p [Neque formidet.] Ly. hoc addit eos assecurando: quia timebant mori cū eo. q [Audistis quia ego dixi vobis, Vado.] Tho. s. per passionē vt parem vobis locum. r [Et venio ad vos] post resurrectionem meam vt vos illuc introducā: vt patet Io. xiiij. Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. s [Si diligeretis me] s. pura & syncera dilectione ab omni carnalitate abstracta. t [Gauderetis vtique: quia va.] s. secundùm quòd homo. v [Ad Patrem meum] s. eius gloriam. x [Quia Pater maior me est.] Ly. non secundum deitatem in qua Filius eius æqualis Patri est: sed secundùm humanitatem, s. qua Filius minor est Patre. y [Et nunc] Tho existens vobiscum passibilis & mortalis. z [Dixi vobis] s. per passionem vado ad Patrem. a [Priusquā fiat, vt cùm factum fuerit credatis.] Ly. s. quòd non tantùm sum homo, sed etiā Deus: qui certitudinaliter prædico futura cōtingentia, quod est proprium ipsius Dei secundùm quòd dicitur Isa. xl. Annūciate nobis quæ futura sunt, & dicemus quòd dij estis. b [Iam non multa loquar vobiscum] i. in hoc mortali corpore existens quia tempus suæ captionis erat propinquum. c [Venit enim princeps huius mundi] Tho. i. diabolus, qui principatur amatoribus mundi, & regit eos qui spontè per peccatum se ei subiiciunt, venit enim cum ministris suis ad me capiendum, & ducēdum ad mortem. d [Et in me non habet quicquam] i. nullum peccatū, & per consequens nullam mortis causam: quia mors intrauit mundum per peccatum, Rom. v. e [Sed vt cognoscat mundus] i. humanū genus. f [Quia diligo Patrem] q.d. Non moriar, quia habeo culpam: sed vt impleam Patris obedientiam, cuius voluntas est vt perficiatur redemptio humani generis, quæ non potest compleri ex Dei ordinatione nisi per mortē meam. g [Et sicut mand. dedit mihi Pater, sic facio] i. ex obedientia Patris libēter subeo mortē. Circa præsens Euāgeliū vbi dicitur, Ad eū veniemus, &c. notandum quod Hugo de Prato dicit, Quòd Apostoli fuerunt pleni Spiritusancto, ostēditur quadruplici signo. Primum est, in tribulationibus & in infirmitatibus non murmurare. Nam vas plenum non resonat dum tangitur: sed vacuum. Sic Apostoli in infirmitatibus non murmurauerūt: vt patet Luc. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporū: imò Apostoli nō solùm non murmurauerūt in persecutionibus & tribulationibus, sed gaudebāt: vt patet Act. v. Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu concilij quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: vnde Apostolus ad Ro. v. Sed & gloriamur in tribulationibus. Secundū est, firmiter consistere. Nam res plena stat firma. Sic Apostoli postquam Spiritumsanctum receperunt in fide & bonis operibus firmi steterunt. Nam nec reges nec principes mundi cum tormentis: nec caro propria cum oblectamentis, nec dæmones cum tentamētis, potuerunt ipsos mouere, vt patet Ro. viij. Quis nos separabit à charitate Dei? q.d. Nullus. Tertium est, de plenitudine effundere. Nam fons plenus effundit aquam, sic Apostoli tanquam plenus fons & superexcrescens, totū mundum gratiis & donis spiritualibus repleuerūt vt patet Hester x. Fōs paruus creuit in fluuium maximū, & in aquas plurimas redundauit. Quartum est nihil plus recipere. Nam vas plenum nihil plus recipit. Sic Apostoli nihil terrenum & à Spiritusancto alienum receperunt: vnde nec diuitias nec honores, nec delitias corporis amplius recipere voluerunt, vt patet, Mat. xix. dixit Petrus Apostolus, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vnde etiam Apostolus Paulus ad Phil. iij. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem, &c. Si autem quis vult scire an Spiritusancto plenus sit prædicta quatuor in se consyderet: & sic bonā spem habeat quòd hodie receperit Spiritūsanctum cū Apostolis.

Ostēditur quadruplici signo, quo Apostoli fuerint pleni spūsancto.

QVAESTIO XCI.

Circa Euangelium in die sancto Pentecostes, oritur quæstio, Vtrum Deus sit magis diligēdus quàm proximus? Arguitur quòd nō: Similitudo est causa dilectionis, sed maior est similitudo hominis ad proximum suum, quam ad Deum: ergo Deus non est magis diligendus quàm proximus. In oppositum, Ille magis diligendus est, propter quem odio sunt habēda aliqua, sed proximi sunt odio habendi propter Deum: vt patet Lu. xiiij. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorē, & filios, & fratres, & sorores non potest meus esse discipulus: ergo Deus est magis diligendus quàm proximus. Ad argumentum dicitur, quòd similitudo quā habemus ad Deum est prior, & causa similitudinis quam habemus ad proximum:

ex hoc enim quòd participam' à Deo id quod ab ipso etiam proximus habet, similes proximo efficimur: & ideo ratione similitudinis magis debemus Deum quam proximũ diligere. Ad q. respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxvj. ar. ij. per tres cõclusiones. Prima est, Vnaquæq; amicitia respicit principaliter id in quo principaliter inuenitur illud bonum, super cuius communicatione fundatur. Secunda, Amicitia charitatis fundatur super cõmunicatione beatitudinis, quę consistit in Deo essentialiter, sicut in primo principio à quo deriuatur in omnes qui sunt beatitudinis capaces. Tertia, Principaliter & maximè vt beatitudinis causa Deus ex charitate est diligendus.

Feria ij. post Pentec. Euangelium, Ioannis tertio cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Sic Deus dilexit †mundum [b] vt Filium suum vnigenitũ [c] daret: [d] vt omnis qui credit in illum, [e] non pereat, sed habeat vitam æternam. [f] Non enim misit Deus [g] Filium suum in mundũ, vt iudicet mundum, [h] sed vt saluetur mundus per ipsum. [i] Qui credit in eum, [k] non iudicatur. [l] Qui autem non credit, iam iudicatus est, [m] quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. [n] Hoc est autem iudicium [o], quia lux [p] venit in mundum, [q] & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim opera eorum mala. [s] Omnis enim qui [t] malè agit, [v] odit lucem. [x] & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. [y] Qui autem facit veritatem, [z] venit ad lucem, [a] vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

† Dilexit mundum charitate increata, q est Deus Pater mirificè mundũ diligẽs ne suo peccato perderetur, i. primi parẽtis trãsgressio in carnem misit Vnigenitũ suũ vt nostrum deleret reatum: vnde Isai. liii. Ipse autẽ vulnerat', est propter iniquitates nostras. & infrà, Propter scelus populi mei percussi eũ.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Sic, &c. Ioan. iij. Historia huius Euãg. cõpleta est anno Christi xxxij. ix. kal. April. fer. vj. Indi. vj. Luna xv. sed Dominus hæc locutus est anno eius xxxij. vj. non. Maij sabbato, Luna xiij. Indi. v. Ante initium huius Euang. scribit S. Ioan. in eo. c. quòd Christus dixit discipulis suis, Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Tunc statim sequitur Euang. hodier. in quo tria tanguntur. Primò charitatis amantis immensitas: ibi, Sic Deus. Secũdò, hominis amati vtilitas: ibi. Non enim misit Deus. Tertiò, hominis obstinati malignitas ibi, Lux venit. a [Sic Deus dilexit mũdum] i. hominem. b [Vt Filium suũ vnigenitum.] Ly. qui est bonum infinitum: ex quo apparet maxima Dei dilectio: patet Rom. viij. Qui proprio Filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. c [Daret.] Tho. non vt venderet, sed daret gratis & liberaliter: non enim meritis nostris exigentibus est incarnatus & crucifixus. d [Vt omnis qui credit in eum.] Thom. fide per dilectionem operante, & vsque in finem perseuerante. e [Non pereat, sed habeat vitam ętẽrnam.] Tho. modò in spe, sed tunc in re. f [Non enim misit Deus.] s. Pater. g [Filiũ suum in mundum, vt iudicet mundum] Lyr. scilicet in primo aduentu suo: tunc enim non venit iudicare: sed magis iudicari, pro mundi salute: ideo sequitur, h [Sed vt saluetur mundus per ipsum] vt patet Ioan. iij. Nõ veni vt iudicem mundum: sed vt saluificẽ mundum. i [Qui credit in eum.] Ly. Credendo in eum per charitatem. k [Non iudicatur] i. non habet causam vnde condemnetur. l [Qui autem nõ credit, iam iudicatus est.] Lyra, i. habet in se causam manifestam suæ cõdemnationis. m [Quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei] qui venit pro salute mundi. Nam ad salutem peruenitur per nomẽ vnigeniti Filij Dei. n [Hoc est autem iudicium] i. causa damnationis. o [Quia lux.] Lyra, id est Christus qui est lux vera. p [Venit in mundum] scilicet carnem assumendo, & in ea apparens, salutem humani generis operando. q [Et dilexerunt homines magis tenebras.] Tho. id est delitias carnis & diuitias mundi. r [Quam lucem:] id est apertam prædicationem Christi, arguentem peccata. s [Erant enim opera eorum mala.] Tho. quæ à luce discordant, & tenebras quærunt: & ideo dicuntur opera tenebrarũ. t [Omnis enim qui malè agit, &c.] i. qui malis operibus delectatur. v [Odit lucem] quæ tamen naturaliter omnibus est amabilis. x [Et non venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius] Tho. Omnis enim qui delectatur in malis operibus: refugit lucem prædicationis, & veritatis: & odit eos qui mala sua manifestant & impediunt. y [Qui autem facit veritatem:] id est opera conformia voluntati Dei. z [Venit ad lucem] id est palam. a [Vt manifestentur opera eius.] Tho. scilicet ad aliorũ ædificationem. b [Quia in Deo sunt facta] id est ad gloriã Dei. Circa præsens Euangeliũ vbi dicitur, Sic Deus dilexit mundũ. dicit Hugo de Prato, quòd maxima charitas Dei Patris ad hominem, quantũ ad quatuor demonstratur. Primò, quia Filium suum hominem & naturam humanam tanquã in sponsam sibi accepit: vnde cantatur, Hodie cælesti sponso iuncta est ecclesia. Ecce mirabilis amor, quòd Imperator diues, potens, & pulcher, sapiens, & æternus accepit pauperculam, inualidam, insipientem, & morte condemna-

Charitas Dei Patris ad hominem, quãtũ ad quatuor demõstratus.

tam. Ad Hebræ. ij. cap. nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Secundo, in eo quòd eundem filium postquam carnem assumpsit, fecit triginta tribus annis seruire hominem erudiendo, & informando, & tandem pro ipso redimendo constituit eum mori. Tertiò, in eo quòd homines sibi in filios adoptauit: & fratres Christi esse voluit. vnde j. Ioan. ij. Videte qualem dilectionem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Quartò, quòd homines sic redemptos & in filios adoptatos hæredes regni sui fecit cum Filio suo Iesu Christo: vt dicitur Rom. viij. c. Filij Dei sumus. Si autem filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

QVÆSTIO XCII.

Circa Euangelium feriæ secundæ post pentecost. oritur quæstio, Vtrum filius Dei fuerit factus homo? Arguitur quòd non: si factus est homo, ergo mutatus ad humanitatem, sed hoc est falsum: igitur. In oppositum habetur Ioan. j. Verbum caro factum est: id est Filius Dei est factus homo. Ad argumentum dicitur, quòd non oportet omne quod fit tale mutari, vt fit tale: sed hoc tantùm accidit in illis, quæ prius fuerunt in potentia ad illud, secundùm quòd fiunt in actu per informationem, quod non fuit verbum, modò homo, sed tantùm per vnionem personalem: vnde mutatio solùm est in natura humana: incarnatio correspondens est factum trinitatis. Ad quæstionem respondendum secundùm magistrum Nicolaum de Orbel. super iij. Senten. dis. vij. quòd hæc propositio simpliciter est vera, Filius Dei factus est homo, non quòd diuina natura sit mutata in humanam, sed quia humana natura vnita est personæ Filij Dei, in qua vnione operata est tota Trinitas effectione.

Feria tertia post pentecost. Euangelium secundùm Ioannem, x. capit.

IN illo tempore, dixit Iesus Pharisæis, [a] Amen amen dico vobis, [b] Qui non intrat per ostium [c] in ouile ouium, [d] sed ascendit aliunde, [e] ille fur est [f] & [†] latro. [g] Qui autem intrat per ostium, [h] pastor est ouium. Huic ostiarius aperit & oues vocem eius audiunt. [k] Et proprias oues vocat nominatim, [l] & educit eas. [m] Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, [n] & oues illum sequuntur,

Fur & latro. Viri ecclesiastici qui ad beneficia fauoris gratia promouentur, & voce Spiritussancti non eligũ

[o] quia sciunt vocem eius: [p] alienum autem non sequuntur, [q] sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. [r] Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. [s] Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostiũ ouium. [t] Omnes quotquot venerunt ante me, [v] fures sunt [x] & latrones. Sed non audierunt eos oues. [y] Ego sum ostiũ. Per me si quis introierit, [z] saluabitur [a] & ingredietur, [b] & egredietur, [c] & pascua inueniet. [d] Fur [e] non venit, nisi vt furetur, [f] & mactet, [g] & perdat. [h] Ego veni, vt vitam habeant [i] & abundantiùs habeant.

tur ea beneficia nõ canonica institutione, sed fauore, obtinentes: q a nõ intrant in ouile per ostium secundũ canonicã institutionẽ, fures sunt & latrones nam aliũde ascendunt id est per simoniã & fauorẽ. j. ca. Sunt nonnulli q quidẽ numorũ præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamẽ sacros ordines per humana gratia largiuntur. & infra, Beatus q excutit manus suas ab omni munere: studẽ quæ tertio, cap. si quis dator vel acceptor.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus Pharisæis, Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium, &c. Ioan. x. Historia huius Euange. facta est anno Christi xxxj. vj. kalen. Octo. sabbato, Indi. v. Lu. xij. Ante initium huius Euange. scribit sanctus Io. in præceden. c. quòd Christus dixit, In iudiciũ ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis, Si cæci essetis non haberetis peccatum. Ly. quia si non vidissent opera Christi, haberent aliquam excusationem de hoc quòd non crediderunt. Nunc verò dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet, i. aggrauatur. Tunc statim sequitur Euange. hodier. a [Amen amen dico vobis.] Thom. in veritate dico vobis. b [Qui non intrat per ostium.] per me, & humilem, & pauperem. c [In ouile ouium,] i. in cõgregationem fidelium, & in Ecclesiam Dei: in qua grex diuinitus continetur. d [Sed ascendit aliũde.] siue per pecuniam, siue per falsam iustitiam, siue per violentiam. e [Ille fur est.] rapiendo quod non est suum f [Et latro] retinendo quod rapuit. Ly Hoc faciunt mali homines, statum prælationis indebitè assequẽtes. g [Qui autem intrat per ostiũ] i. per Christũ. h [Pastor est ouium: huic ostiarius aperit]. i. Spiritussanctus reuelat veritatẽ, vt sciat oues pascere. i [Et oues vocem eius audiunt] Ly. i. doctrinam recipiunt. k [Et proprias oues vocat nominatim] i. certissimè nouit Dominus, qui sunt eius: & vocat eas non solùm voce exterioris prædicationis, sed internæ suspirationis. l [Et educit eas.] Ly. De tenebris ignorantiæ. m [Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit] per exem-

pla bonorū operum. n [Et oues illum sequuntur] f.exempla & vestigia sui pastoris. o [Quia sciunt vocem eius] per inspirationes diuinas. p [Alienum autem non sequuntur] f.qui est alienus à Deo vita & doctrina, sicut est hæreticus:& quilibet peruersus doctor. q [Sed fugiunt ab eo:quia non nouerunt vocem alienorum] i.non approbant nec sequuntur. Gor. isti alieni sunt pseudoprophetæ, de quibus dicitur Mat.vij.attendite à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. r [Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem nō cognouerunt, quod loqueretur eis.] Tho.i.non intellexerūt quis esset pastor, quis fur, & quæ oues. s [Dixit ergo eis iterū Iesus, Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium] per quod intrant oues ad rectā fidem. t [Omnes quotquot venerunt ante me] Tho.f.ex se non inspirati à Deo, v [Fures sunt] rerum & dignitatum. x [Et latrones] animarū quia eas occidūt per falsam doctri. y [Ego sum ostiū, per me si quis introierit] f.in Ecclesiā & societatē fidelium. z [Saluabitur] per gratiam a [Et ingredietur] f.ad contemplationem deitatis. b [Et egredietur] f.ad cōsyderationem gloriosæ humanitatis in Christo. c [Et pascua inueniet] quia vtraque consyderatio erit delectabilis & iucunda: vt patet Isa.xxxiij. Regem in decore suo videbunt. d [Fur] i.quicunq; per me non ingreditur. e [Non venit nisi vt furetur] i. vt sibi vsurpet dominatum & honorem in plebe. f [Et mactet per falsam doctrinam. g [Et perdat] i.mittat in damnationē æternā. h [Ego veni vt vitam habeant] Thomas in præsenti per gratiam. i [Et abundantius habeant] in futuro per gloriam. Vnde Apostolus j.Cor.ij. Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligūt eum.

Quomodo animæ occidūtur.

Circa præsens Euangeliū vbi dicitur, Per me si quis introierit: notādum quòd Hugo de Prato dicit quòd Christus Dei Filius propter nostram salutem quatuor itinera peregit. Primum fuit de cælo in terram veniendo, quando carnem assumpsit de gloriosa Virgine Maria. Ioā.vj. Exiui à Patre & veni in hunc mundum. Et hoc iter fuit pœnosum: quia pœnalitates humanæ naturæ assumpsit: vt patet Isa.liij. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: quia hic in mundo trigintatribus annis vixit, & nunquā risit. Secundum iter fuit de mundo ad Inferos descendendo, quando sedentes in tenebris visitauit: & hoc fuit iter victoriosum, quia portas Inferi cōfregit. Tertiū fuit, de Inferno ad mundum redeundo, quādo confractis inferis cum magna præda à mortuis resurrexit. Quartum fuit de mundo ad cælum ascendendo, quando in die ascensionis videntibus Apostolis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorū: & hoc iter fuit valde gaudiosum. Vnde Psal. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ.

Christus ꝓpter salutem nostram quatuor itinera peregit.

QVAESTIO XCIII.

Circa Euāg. feriæ iij. post oct. pentecost. oritur quæstio, Vtrum Christus qui dicitur ostium ouium potuit peccare? Arguitur quòd sic: ait Augustinus iij.de Libe. Arbit. Melior est natura quæ peccare potest, quàm quæ peccare non potest. Igitur assumpsit naturam potētem peccare, & sic peccare potuit. In oppositum: si Christus potuit peccare, ergo damnari, quod est falsum. Igitur. Ad argumentū dicitur quòd natura quam assumpsit de se fuit vertibilis, sed per beatitudinem confirmata erat in primo instanti, & sic fuit impeccabilis sicut Beati sunt impeccabiles. Ad quod respondendū est secundùm magistrum Nico.de Orb. vbi suprà. q.xij. per vnam conclusionē quæ talis est, quòd cum Christus in primo instanti fuerit beatus, beatitudo sibi abstulit omnem potestatem peccandi, quæ potest auferri per beatitudinem.

Feria iiij. quatuor tempo. post pente. Euang. secundùm Ioan. vj. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorum, Nemo potest venire ad † me [a] nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum. [b] Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. [c] Scriptum est enim in prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. [d] Omnis qui audiuit à Patre [e] & didicit, [f] venit ad me. [g] Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrē. [h] Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. [i] Ego sum panis vitæ. [k] Patres vestri manducauerunt māna in deserto, [l] & mortui sunt. [m] Hic est panis de cælo descendens, [n] vt si quis ex ipso māducauerit, [o] nō moriatur. [p] Ego sum panis viuus, [q] qui de cælo descendi. [r] Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. [s] Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.

Nemo potest venire ad me. Ad ipsum Dominū virtutū operibus bonis fi cati venimus q iugiter virtutibus desudamus: vnde Christus Matth. xi. Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed peccatores ad seipsos fugiūt, eósque repellit. Dauid Ps. vi. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorū, Nemo potest venire ad me. Ioan.vj. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxij. xviij.kal. Maij, feria iij. Luna xxxiij. Indictione v. Ante initium huius Euangelij scribit S. Ioan. in eodem cap. quòd Iudæi murmurauerunt de illo verbo quod Christus dixit, Ego sum panis qui

de cælo descendi, & dicebant. Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nouimus patrem & matrem: quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite murmurare inuicem. [Nemo potest venire ad me.] Tho. per fidem credendo, & amando. a [Nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum] id est adiuuet eum per gratiam. Notandum est ergo secundùm Tho. quòd Pater omnes trahit, quia omnibus offert gratiã: non tamen omnes trahuntur vel veniunt ad Christum: quia etsi omnibus offeratur gratia, non tamen eam omnes accipiunt, b [Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Ly. quia non est anima ad plenũ beata, donec fuerit corpori reunita. c [Scriptum est enim in prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei.] Tho. id est capaces diuinæ doctrinæ. d [Omnis qui audiuit à Patre] scilicet diuinas inspirationes percipiẽdo. e [Et didicit] eas sequendo. f [Venit ad me] per fidem formatam in præsenti: & per gloriam in futuro. g [Non quia Patrem vidit quisquã, nisi is qui est à Deo] s. Filius qui naturaliter procedit à Patre. h [Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam] Tho. i. meipsum qui sum vita æterna. i [Ego sum panis vitæ.] quia ille est verus panis, qui potest præseruare à morte, & dare vitam æternam, talis panis est Christus. k [Patres vestri manducauerunt manna in deserto] per quadraginta annos, vt habetur Exo. xv. & Deut. viij. l [Et mortui sunt], omnes corporali morte. m [Hic est panis de cælo descendens] per incarnationem quam præfigurabat manna. n [Vt si quis ex ipso manducauerit] scilicet dignè. o [Non moriatur] Tho. in præsenti per culpam & in futuro per æternam pœnam. p [Ego sum panis viuus] id est viuificans comedentem. q [Qui de cælo descẽdi] vt essem panis hominũ, qui eram panis Angelorum. r [Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum] quia iste panis in manducantem non conuertitur, sed eum in se conuertit: secundùm quòd dictum est à beato Augustino, Nec tu me mutabis in te, sicut cibũ carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. s [Et panis quem ego dabo caro mea est] ipsa enim caro Domini nostri Iesu Christi, & ipse totus Christus ibi veraciter continetur secundùm deitatem, corpus & animam.

QVAESTIO XCIIII.

Circa Euang. feriæ iiij. post pentecost. oritur quæstio, Vtrum contritus, & non cõfessus peccet mortaliter, manducãdo panem scilicet corpus Christi? Arguitur quòd non: ille qui reconciliatus est Deo, potest sacramẽtum dignè suscipere: sed per veram contritionem homo reconciliatur Deo ante confessionem: igitur. In oppositum Ricar. de Potestate ligãdi & soluendi ait, c. xxj. Si ante sacerdotis absolutionẽ, criminosus ad cõmunionem corporis Christi accedat, profectò iudiciũ sibi manducat & bibit: igitur. Ad argumẽtum dicitur, quòd in illa reconciliatione, qua homo reconciliatur Deo per interiorem contritionem, requiritur vt reconcilietur ecclesiæ si potest ante sacramẽti susceptionem. Ad quæstionem respõdendum est secundùm Ric. de media Villa, iiij. Sent. distin. ix. ar. ij. q. ij. quòd cõtritus & non confessus intelligi potest dupliciter. Primò de peccato veniali: & sic suscipiendo sacramentum non peccat mortaliter: quia confessio de veniali nõ est necessaria. Secũdò de peccato mortali: & talis habet copiã confessoris idonei & tempus sufficiens ad confitendum, & loquelam liberã, tunc peccat mortaliter suscipiendo corpus Christi: si verò imminet scandalum personæ suæ, nisi communicet aut populi & non habet copiam sacerdotis, tunc si sit sacerdos potest communicare cum proposito confitendi.

Feria v. post pentecost. secundùm Lucam, ix. capite.

IN illo tempore, cõuocatis Iesus duodecim † Apostolis, dedit illis virtutem & potestatẽ super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde non exeatis: & quicũque non receperint vos exeuntes de ciuitate illa etiã puluerẽ pedum vestrorũ excutite, in testimoniũ supra illos. Egressi autẽ circumibant per castella euangelizantes, & curantes vbique.

Conuocatis Iesus xii. Dominus Iesus xii. Apost. potestatẽ sup dæmonia contulit, s. quòd in virtute sua expellere & alligare ea possẽt: vnde cum ieiunio & oratione & nõ virtute ppria, sed in nomine Dñi nostri Iesu. Matt. x. Conuocatis xii. discip. suis dedit illis potestatẽ spirituum immundorum. Et ibi Hoc genus dæmoniorum non exit nisi in ieiunio & oratione.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, conuocatis Iesus duodecim Apostolis, &c. Descripta prædicatione Christi in præcedentibus capitulis per seipsum. Hîc cõsequenter describitur prædicatio facta per missionem discipulorum. Et quia prædicator verbi diuini post descensum per prædicationem ad proximum debet per orationem descendere in Deũ, sicut in scala Iacob angeli descẽdebant & ascẽdebãt: vt habetur Gen. xxviij. ideo Saluator primò mittit discipulos prædicare. Secundò, docet eos orare. Sed hoc non est in præsenti cap. sed in cap. ix. Adhuc circa primum præmittitur missio Apostolorum. Secundò subditur missio lxxij. discipulorum, sed hoc est in cap. x. Circa primam partem quæ continetur in hoc Euan-

gelio datur authoritas Apostolis prædicādi,& posteà miracula faciendi ad confirmationem suæ doctrinæ:& sic mittuntur prædicare. Et est huius partis, de se patens sententia & litera. Et si quis ampliori modo velit videre hanc materiam, videat super x. cap. Matth.

QVAESTIO XCV.

Circa Euangelium feriæ v. post pentec. oritur quæstio, Vtrum liceat aliqua temporalia suscipere pro prædicatione facienda? Arguitur quòd sic: j. Cor. j. Paulus dixit, Si nos vobis spiritualia seminamus, non magnum est si carnalia vestra metamus. Igitur. In oppositum habetur Mat. x. Christus dicit, Quod gratis accepistis gratis date: sed scientia à Deo gratis accipitur, igitur est gratis danda: sequitur, &c. Ad quod respōdendum est secundùm Ric. vbi supra dist. xxv. art. iij. q. ij. ad septimum, quòd nullo modo licitum est prędicare pro pecunia, siue pro re temporali, vt sit prædicationis pretium, licitum est tamen prędicare pro pecunia, ita vt sit res prædicata, dum tamen in eo finis prædicationis non ponatur: vt cùm homo prædicat diuitibus, vt dent pecuniam pauperibus; vel ad aliquod opus pium, ex dictis patet solutio argumenti ad partem negatiuam facti.

Feria vj. quatuor temporum, Euang. secundùm Lucam, v. cap.

Et virtus Domini erat Dominus noster Iesus Christus, in verbo virtutis suę, in se firma fide credentes sanabat omnes: quia sūmus me dixuserat: oēs sanabat, i. quot quot in se credebāt. Et nullum in corpore curabat, quē in anima nō sanaret. Ergo sanabat i. saluos faciebat omnes Mat. xii. Curauit eos omnes, & alibi, & sanabat omnes qui vire tue dr: alio exibat.

IN illo tēpore, factum est in vna dierum, & Iesus sedebat docens & erāt Pharisæi sedentes, & legis doctores qui venerant, ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalē: & virtus Domini erat † ad sanandum eos. Ecce viri portantes in lecto hominē, qui erat paralyticus, & quærebāt eum inferre, & ponere ante eū. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectū, & per tegulas submiserunt illum cū lecto in medio ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit, [a] Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est iste, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorū, respondens, dixit ad illos, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittūtur tibi peccata tua an dicere, Surge & ambula? Vt sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terrs dimittendi peccata: ait paralytico, Tibi dico, Surge. Tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat & abiit in domum suam magnificans Deum: & stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.

POSTILLA.

IN illo tempore, facta est in vna dierum: & Iesus sedebat docēs, &c. Descripta in capite præcedēti prædicatione Christi, & eius confirmatione, Euangelista Lucas describit in principio huius capituli aliquorum discipulorum conuersionē ad ipsum, & diuiditur capitulū in duas partes. In prima namque describitur vocatorum conuersio: & hoc in prima parte huius capituli: quæ non ponitur in hoc Euangelio. In secunda ponitur conuersorū confirmatio per opera miraculosa: & de hac sola parte hic dicitur quòd postquam vocati fuerunt & cōuersi Simon Petrus, Iacobus & Ioannes filij Zebedæi propter multitudinē piscium quam ceperant per verbum Christi secuti sunt Christum omnibus relictis. Et viso deinde miraculo de leproso mundato, sequitur pręsens Euangelium, in quo describitur Apostolorum vocatorum, & cōuersorum confirmatio per aliud opus miraculosum de paralytico: quem quærebant viri eum portantes inferre & ponere ante Iesum. Et cùm nō possent propter gentium multitudinem, submiserunt infirmū cum lectulo suo in medium ante Iesum cum firma fide, vt cùm primum videretur ab eo misericordia motus sanaret eum. Quem vidēs Iesus dixit ei, a [Homo remittuntur tibi peccata tua.] Et quia ex illis verbis cœperunt scribæ & Pharisæi murmurare, vt patet in litera, respondit Iesus ad eorū cogitationes, & deinde infirmum ab infirmitate sua corporali omninò curauit. Vbi notādum quòd cùm plerunque infirmitas corporis procedat ab infirmitate animæ, id est ab aliquo vitio, inde est quòd Christus nunquam aliquem curauit corporaliter, quin illum prius curauerit spiritualiter, vt patet de isto & de pluribus aliis, & est de se patens litera per totum istud Euágelium.

QVAESTIO XCVI.

Circa Euágelium feriæ sextæ quatuor temporum oritur quæstio, Vtrum Deus possit remittere peccatum sine aliqua satisfactione? Videtur quòd nō, Non decet Deum peccatum impunitum remittere, ergo Deum hoc facere est impossibile: igitur. In oppositum j. ad Tim.

iij. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit. igitur. Ad quæstio. respondendum est secundùm Ricar. vbi suprà, dist. xv. artic. x. q vij. quòd Deus non potest remittere peccatum, sine satisfactione de lege communi: quia ad hoc requiritur actus pœnitẽdi, in quo principalior pars satisfactionis consistit: bene tamen potest remittere peccatum sine satisfactione de priuilegio: tum quia Deo nihil est impossibile, tum quia quicquid Deus potest facere mediante causa secunda, potest etiam facere sine ea: si ergo Deus remittit peccatum satisfactione mediante, potest etiam dimittere sine ea.

Sabbato quatuor temporum, Euang. secundùm Luc. iiij. cap.

IN illo tempore, surgens Iesus de synagoga[a] introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis† tenebatur magnis febribus, & rogauerunt eum pro ea: & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis.[b] Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, Quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christũ. Facta autem die egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & tenebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ad hoc missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Socrus autẽ Simonis Socr⁹ Petri erat humana natura, q̃ magnis febr. i. tot peccatis infirma & ægrota ad mortẽ tenebatur & non erat q curaret nisi Christ⁹ sanaret. Paulus ad Tit. ii. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate.

POSTILLA.

IN illo tempore, Surgens Iesus de synagoga, &c.] in c. præcedentibus, fit mentio de prædicatione Præcursoris, in sequentibus verò de prædicatione Saluatoris. Et quia idoneitas prædicatoris in tribus consistit, s. in corporis maceratione per ieiunium, per quod carnis incendium reprimitur: secũdùm quòd dicit Pau. j. ad Cor. ix. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. Secundò, in feruore orationis in loco solitudinis: vbi diuina sapientia oritur, quæ postea per prædicationem effunditur. Vnde Paulus antequam mitteretur ad prędicandum, in oratione fuit illustratus: secundùm quòd habetur Act. ix. Ecce enim orat. Et posteà subditur, Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum. Ad quæ sequitur tertium, quod est victoria tentationis: non enim est idoneus ad prædicandũ, qui succumbit tentationibus. Ideo his tribus completis in Christo, vt patet in princ. huius c. vsque ad pręsens Euangelium, quod ponitur in fine ipsius c. in quo ponuntur plura miracula per ipsum facta post victoriam quam habuit de diabolo, & eius tentationibus. Dicit ergo in præsenti Euangelio, quòd postquam Christus exiuit miraculosè de medio illorum, qui propter inuidiam, (quia reprehendebat eos publicè de vitiis eorum) voluerunt eum præcipitare de supercilio montis: descendit in Capernaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat eos, & stupebãt in doctrina eius: & ibi curauit dęmoniacum quendam, s. in synagoga. [Surgens Iesus de synagoga] s. postquam docuerat populum & curauerat dæmoniacum prædictum. a[Introiuit in domum Simonis] s. Petri, vt ibi acciperet refectionem post laborem: & est de se patens litera vsque ibi, b[Cùm autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, &c.] vbi potest colligi quòd tanta, & in tam magno numero miracula fecit quòd Euangelista non potuit illa in speciali declarare seu describere: & est de se patẽs litera vsque in finem Euangelij: sed circa curationem febris apud socrum Simonis est aduertendum, quòd licèt virtute naturæ febris possit curari & sic de multis aliis infirmitatibus, nõ tamen in instanti: Christus autem sanauit eam hic subitò, & ita perfectè, quòd illa mulier ministrabat eis: ex quo ostenditur ista curatio miraculosa, ad discipulorum confirmationem. Circa autem istud miraculum, & alia posita in litera, est notandum, q͏ sicut illa quorũ illa cognitio subest naturali facultati intellectus confirmantur esse vera per reductionem ad prima principia: sic veritas illorum quæ transcendunt naturalem facultatem intellectus de quibus erat doctrina Christi, cõfirmatur per operationem miraculorum, quæ à solo Deo possunt fieri. Et ideo cùm inducuntur ad confirmationem alicuius doctrinæ, ostenduntur esse vera: cùm Deus testis esse non possit alicuius falsitatis. Igitur ad hoc inducuntur miracula priùs dicta.

QVAESTIO XCVII.

CIrca Euangelium sabbato iiij. temporum oritur q. Vtrum mali angeli, putà diaboli à Deo mittãtur, vt impugnent homines? Arguitur q͏ non. A Deo nihil illicitum efficitur: sed diabolos mittere ad impugnandũ homines, est illicitũ. Igitur. In opposituũ habetur iij. Reg. vlt.

q̄ à Deo est missus spiritus mēdax, ad puniendum Achab: igitur. Ad q. respondendum est secundum Tho.j. Par. quòd mali angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo instigando ad peccatum: & sic non mittuntur à Deo ad impugnandum: sed aliquando permittuntur secundum Dei iusta iudicia. Alio modo ad impugnandum: & sic mittũtur à Deo, pœna enim refertur in Deũ sicut in primũ actorē, tamē dæmones ad puniendum missi, alia intentione puniunt, putà ex odio & inuidia propter quam mittuntur à Deo, qui hoc propter iustitiã operatur: ex dictis patet solutio argumentorum, tam ad partē affirmatiuam, quã ad negatiuam.

In festo sanctissimæ Trinitatis, Euange. Ioan. xv. & xvj.

Cùm venerit Paracletus, &c.

Quære supra Dominica infra octa. Ascensionis Domini.

Aliud Euang. eiusdem diei Ioã. iij.

Erat homo ex Phari. Nicode. &c.

Quære infrà, in euangeliis de Sanctis.

In festo corporis Christi, Euan. Ioan. vj. cap.

Caro mea verè est cibus. Dominus noster Iesus Christus sacratissimi sacramenti eucharistiæ effectum & efficaciã ostēdere nobis mortalibus volens, dicit carnē suã verũ esse cibum, & sanguinē suum verum esse potum. Et benè quidē, nam sicut cibus carnis humanæ corpus nutrit sic & caro Xpi in sacramento reficit animã. Etquēadmodum potus corpus in siti refocillat, sic sanguis Christi animam peccatis languentē diuino rore sparsim à morte suscitat: vnde de cōsec. dist. ii. cap. q m̄ ducant & bibūt Christum vitã mãducant & bibunt: illud manducare est refici illud bibere est viuere: q. d. in sacramēto visibiliter sumit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorũ, [a] Caro mea verè est cibus, † & sanguis meus verè est potus. [b] Qui manducat meam carnem, [c] & bibit meum sanguinem [d] in me manet, & ego in illo. [e] Sicut misit me viuēs Pater, [f] & ego viuo propter Patrem. [g] Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. [h] Hic est panis qui de cælo descēdit. [i] Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. [k] Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, &c. Ioan. vj. Hist. huius Euã. facta est anno Christi xxxij. xviij. kalen. Maij, fer. iij. Indic. v. Luna xxiiij. Ante initium huius Euangelij scribit S. Ioan. in eod. ca. quòd Christus dixit turbis Iudæorum, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habetis vitam in vobis. Tunc postmodum sequitur Euang. hodiernum a [Caro mea verè est cib.] Hic Christus loquitur de sacramento euchari. in quo sacramento continetur vera caro Christi crucifixi, & in cruce sanguis eius effusus in passione, dicens, [Caro mea verè est ci. & sang. meus verè est po.] Ly. Caro enim & sanguis Christi reficiunt animã, quæ immortalis est. Cibus autem corporalis reficit tantum corpus, quod corruptibile est. Vnde Augu. Cùm in cibo & in potu homines id appetant: vt omnino non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus, & potus, qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibiles reddit, & facit socios Sanctorum, vbi pax erit & vnitas. b [Qui manducat meam carnem.] spirituali manducatione. c [Et bibit meum sanguinē.] per dilectionem. d [In me manet & ego in illo] Tho. In iam dictis verbis dat Christus intelligere differentiam illius cibi ad alios carnales cibos. Alij enim cibi conuertuntur in manducantem: iste cibus manducantem in se conuertit, vt dictum est à sancto Aug. Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. e [Sicut misit me viuens Pater.] Tho. i. hominem fecit sic. f [Et ego viuo propter Patrem.] referendo totam vitam meam ad ipsum. g [Et qui manducat me & ipse viuet propter me.] quia vnimur Deo per fidem & dilectionem in perceptione sacramenti. h [Hic est panis qui de cælo descendit.] id est de sinu Patris. Ansel. Vt panem angelorum manducaret homo, rex angelorum factus est homo. i [Non sicut manducauerunt patres vestri mãna in deserto, & mortui sunt.] Ly. Et ideo non fuit verè cibus cælestis, sed tantùm figura eius: quia vitam spiritualem, non cōferebat, sed eandem dari in hoc sacramento præfigurabat. Sicut enim manna deuotis & gratis dabat omnium ciborum delectamentum: malis autem erat insipidum, sicut dicitur Numeri xxj. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo: sic eucharistia dignè sumentibus est vitæ spiritualis solatium, & indignè sumentibus iudicium. k [Qui manducat hunc panem.] Lyra dignè. l [Viuet in æternum.] vnde Augustinus, Quia ex nobis vitam æternam habere non possumus, panem cæli manducare debemus, vt viuamus. Vnde Remigius, Cùm omnis salus corporis & animæ est in corporis & sanguinis susceptione, honoremus Christum in hoc sacramento: vt mediante hoc sacramento ad æternam salutem peruenire mereamur. Vnde circa præsens Euangelium vbi dicitur, Qui manducat hunc panem, notãdum quòd panis & vinum inter consueta nutrimenta maximè corpus nutriunt & sustentant. Instituit ergo Dominus Iesus Christus sub his speciebus, vt intelligeremus per hoc, quòd sicut panis & vinum maximè nutriunt corpus & sustentant: sic contentum sub istis speciebus, maximè sustentat, nutrit, & reficit animam: hoc enim

enim sacramentum dignè sumptum inter omnia alia sacramenta plus efficit,& auget charitatem,& consequenter omnes virtutes: & maximè valet ad diminutionem omnium peccatorum,&c. vnde etiam magister Sen.lib.iiij.di. xj.dicit quod sub huiusmodi speciebus panis & vini, post consecrationem sunt omnia quæ sunt in Christo in sua existentia naturali. Quia ibi est purissima caro Christi siue corpus eius, quod fabricante Spiritusancto tractum fuit de semperbenedicto vtero Virginis gloriosæ & quod nunc glorificatum est in cęlo. Secundò quia caro Christi non viuit sine sanguine: ideo est etiam ibi sanguis ille pretiosus: qui emanauit abundanter per multiplicia vulnera domini nostri Iesu Christi. Tertiò, quia non est verus homo sine anima rationali: propter quod etiam est ibi anima cui datus est Spiritussanctus non ad mensuram. Quartò, quia Christus est verus Deus: ideo consequenter est ibi persona Filij Dei suæ humanitati vnita, in vnitate suppositi. Et sicut hæc quatuor sunt veraciter sub specie panis, ita & omnia simul & quodlibet horum in calice sub specie vini continetur: nec plus sub specie panis, quam in calice sub specie vini continetur, aut econuersò: sed idem per omnia, & eodem modo, &c. Item notãdum quòd Christiani non adorant in hoc sacramento panem: cum ex fide sciunt illum ibi non esse: sed substantialiter versum in Christi verum corpus. Nec adorant species sacramentales vt Deum & accidentia quę remanserunt, sed adorant Christum Dominum Deum verum, & hominem sub istis speciebus inuisibiliter existentem, & realiter præsentem. Sic similiter in calice post consecrationem non adorant vinũ cum non sit ibi: sed est substantialiter versum in sanguinem Christi. Nec adorant species vini vt Deum: sed adorant Christum verum Deum & hominem, sub istis speciebus, sic inuisibiliter existentem, & realiter præsentem. Item notandum quòd non debet quisquam credere, quòd in diuisione hostiæ diuidatur & laceretur corpus Christi: aut quòd in hostiæ sumptione corpus Christi conteratur dentibus, aut quòd corpus Christi digeratur, & in corpus sumentis conuertatur, sicut & alij cibi: sed solæ species franguntur, & atteruntur, quibus consumptis desinit ibi esse corpus Christi: & remanet in anima solus sacramenti effectus, qui est animæ refectio per augmentum gratiæ & virtutum. Vnde etiam Damasc. dicit, Quando species sentitur sacramentum est, dum autem desinit sentiri, sacramentum non est, &c. Item sciendum quòd tota Ecclesia catholica isto sacramento reficitur: vnde Greg. Offertur enim pro gloria beatorum, pro salute viuorum, & pro subita liberatione in Purgatorio detentorum. Ad quod designandum, hostia frangitur in tres partes. Et Christus integraliter est in qualibet: vnde de hoc dicitur in decretis, in qualibet parte hostię totus & integer est Christus Deus. xv.q.ij. Singuli. Vnde etiam Gregor. Particula in calicem missa significat beatos in Patria qui vino æternæ dulcedinis inebriantur. Aliæ verò duæ particulæ quę dentibus atterũtur, significant illos qui vel in præsenti vita, vel etiam in purgatorio in pœnis transitoriis affliguntur.

Quõ Christiani adorant Christum in sacramento.

QVAESTIO XCVIII.

Circa Euangelium in festo corporis Christi oritur quęstio: vtrum species panis & vini consecrati, sint vnum sacramentum? arg. quòd non: sacramentum est sacræ rei signum, ergo plura rei signa, sunt plura sacramenta: sed species panis & vini, sunt plura sacræ rei signa, ergo sunt plura sacramenta. In oppositum sacramentum vnitatis debet esse vnum: sed hoc sacramentum est vnitatis sacramentum, quæ est per fidem & charitatem in corpore mystico: ergo sacramentum est vnum. Ad argumentum dicitur, quòd quamuis species panis & vini sint plura signa: tamẽ ex his integratur vnum completum signum. Ad q. respondendum est secundùm Ricar. de media Villa iiij. Senten. di. viij. art.j.q.ij. per duas conclusiones. Prima est, Species panis & vini sunt vnum sacramentum vnitate integrata ex pluribus rebus relatis ad aliquid vnum, referuntur enim ad vnam rem significatam non super his contentam, quæ est corpus Christi mysticum, & ad vnam rem significatam & super his realiter contentam, scilicet ipsum Christum. Secunda, Quamuis species panis primò repræsentat corpus & species vini sanguinem: quia tamen sanguis & corpus Christi separata non sunt inter se, nec à Christo, ideo quælibet dictarum specierum repræsentat, & continet totum Christum.

Dominica ij post oct. Pentecost. Euang. Luc. xvj.

Homo quidam erat diues, &c.

Hoc Euangelium cum sua postilla quære suprà feria v. post dominicam ij. quadragesimæ.

Dominic. ij. post oct. Pentecost. Euang. Luc. xiiij.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, [a] Homo quidam fecit [b] cœnam † magnam [c] & vocauit multos. [d] Et misit seruum suum [e] hora cœnæ, dicere inuitatis vt venirent, [f] quia iam parata sunt omnia. [g] Et cœperunt simul [h] omnes se excusare [i] Primus dixit ei, Villam emi & necesse habeo exire, & videre

Homo quidam fecit cœnã. Homo iste q fecit cœnã magnam saluator ẽ: q quidem cœnã magnamfecit in ara crucis & oẽs

bonos & malos ad cœnā suā, i. meritum suæ passionis, vocauit: volens oēs esse participes. i. dē dici potest de sacramēto altaris. Hoc vult magister Sentē. lib. iii. dis. xx. parte i. Si verò q̄ritur. Et Petrus in epistola, Passus est pro nobis.

illam. [k] Rogo te habe me excusatum. [l] Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum: & alius dixit, [m] Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuntiauit hæc domino suo. Tūc iratus paterfamiliâs, [p] dixit seruo suo, Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. [q] Et ait seruus, Domine factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias, & sepes, [r] & compelle intrare, [s] vt impleatur domus mea. [t] Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt [v] gustabit cœnam meam.

POSTILLA.

IN illo tempore, homo quidam fecit cœnam ma. Luc xxiij. Marc. xxij. In Euangelio tria notantur. Primò, liberalitas: ibi, Homo quidam. Secundò, veniendi oportunitas: ibi, Vocauit multos. Tertiò, negligentium damnabilitas: ibi, Et cœperunt simul omnes. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxij. v. kal. Octobr. dominica, Indictione v. Luna xij. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Lu. in eodem cap. quòd Christus dixit ad quendam, qui eum, & etiam alios inuitauerat, Cùm facis prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque vicinos, neque diuites ne fortè & ipsi te reinuitent, & fiet tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium voca pauperes, debiles, & cæcos & claudos: & beatus eris, quia non habent vnde retribuant: retribuetur enim tibi in retributione iustorum. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei: at ille dixit, a [Homo quidam.] id est, Christus verus homo, & verus Deus. b [Fecit cœnam magnam.] Ly. i. statuit cælestem beatitudinem, quæ vocatur cœna: eo quòd est refectio vltima. Greg. Hæc cœna magna est societas æternæ dulcedinis: quam nobis Deus præparauit. c [Et vocauit multos, quia vult omnes homines saluos fieri. j. Tim. ij d [Misit seruum suum.] secundùm Gregor. per seruum intelligere debemus quemlibet prædicatorem, qui tunc homines ad cœnam vocat: quando aliquid in eorum ædificationem loquitur. e [Hora cœnæ.] Finis est seculi. scilicet, vltima ætas, in qua nos sumus. Vnde Apostolus j. Cor. x. Nos sumus in quos fines seculorū deuenerunt. f [Dicere inuitatis vt venirent.] Nam Deus nos in omni tempore vocat ad cœnam suam aut per inspirationem, aut per prædicationem, aut per prosperitatem, aut per flagellationem, & sic de aliis. g [Quia iam parata sunt omnia.] quia Christo in cruce immolato apertus est introitus in regnum cælorum: in signum huius Christus pendens in cruce dixit, Consummatum est, &c. h [Et cœperunt simul omnes se excusare.] Lyr. id est, per mala opera se retrahere. Et accipitur omnes pro maiori parte: quia pauci saluantur respectu damnatorum: vt patet Matth. xx. Multi sunt vocati, pauci verò electi, &c. i [Primus dixit ei, Villam emi: & necesse habeo exire & videre illam.] Lyr. Hic notantur superbi per dominum villæ: quia superbi cupiunt aliis dominari. k [Rogo habe me excusatum.] Vnde Gregor. humilitas sonat in voce: sed superbia est in actione, dum venire contemnit. l [Et alter dixit, Iuga boum emi quinque & eo probare illa.] Lyr. per hoc intelliguntur cupidi terrenis nimis intenti, finem suum ibi constituentes, & quinque sensus nimium circa temporalia occupantes. m [Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit, Vxorem duxi: ideo non possum venire.] Per hoc intelliguntur luxuriosi: quamuis enim omnia vitia mortalia, impediant venire ad cœnam refectionis æternæ: tamen illa tria peccata, scilicet, superbia, auaritia & luxuria præcipuè impediunt venire ad cœnam cælestem. Quæritur quare luxuriosus non rogat seruum de excusatione sua, sicut & alij duo? Respondet Greg. quòd licèt multa alia peccata sint grauiora, quam luxuria, tamen luxuria fortius ligat, & magis impedit à bonis operibus. n [Et reuersus seruus nuntiauit hæc domino] Guliel. prædicatores verbi dum proficiunt, ad Deum redeunt, gratias agēdo. Sed cum obstaculum inueniunt, quasi ei nuntiant, consilium & auxilium eius implorando. o [Tunc iratus paterfamilias.] Gulielm. Euangelista hic loquitur de Deo more hominis irati in quem tamen motus iræ non cadit, sed dicitur irasci quando facit opera quæ congruunt irato. p [Dixit seruo suo, Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & voca pauper. ac debil. &c.] Omnipotens & misericors Deus, quos mundus abiicit, ipse misericorditer recipit. Vnde Gregor. Pauperes ac debiles, cæci & claudi vocantur & veniunt: quia infirmi quique atque mundo despecti plerunque tanto celerius vocem Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent vnde delectantur. q [Et ait seruus, Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est: & ait dominus seruo, Exi in vias & sepes.] Per vocatos de plateis, intelliguntur publici peccatores. Per vocatos de vicis, intelliguntur occulti peccatores, qui saltem erubescunt peccatores videri. Per vocatos de viis intelliguntur peccatores, qui parati sunt conuerti de facili. Per vocatos de sepibus intelliguntur peccatores qui de peccatis suis iam dolere incipiunt & compungūtur.

Quæstio de luxurioso.

In Deo est misericordia quantum ad effectum nō quantū ad affectum.

r [Et compelle intrare.] Gul. Hanc compulsionem facit aduersitas. Vnde Greg. Mala quæ nos hic premunt ad Deū nos ire compellunt. Gul. Nonne Christus compulit Paulum, qui prostratus & visu amisso conuersus est, vt patet Act.ix. Item filium prodigum qui fame cōpulsus rediit ad patrem suum, vt patet Luc.xv. Aug. Fœlix necessitas quę cōpellit ad meliora. s [Vt impleatur domus mea.] Gl.interli. Numerus prædestinatorum fidelium, qui numerus inexpletus non remanebit. t [Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt.] Gul. se excusantium & nolentium venire. v [Gustabit cœnam meam.] O quàm grauis & dura priuatio excludi à visione Deí, & societate Mariæ & omnium Sanctorū: & quod grauius est, quòd sic exclusus erit in inferno inclusus, vbi velit nolit gustabit cœnam diaboli.

QVAESTIO XCIX.

Circa Euangelium dominicæ ij. post octa. pente. oritur quæstio, Vtrum omnes homines appetant cœnam beatitudinis? Arguitur quòd non: ait Philosophus, j. Ethi. c. viij. Fœlicitas est operatio intellectus secundum propriam virtutem: sed non omnes appetunt operari secundum virtutem, cùm multos magis videamus appetere vitia quam virtutes: ergo non omnes appetunt cœnam beatitudinis. In oppositum ait Philosophus, j. Ethi. Omnia bonum appetunt: sed cœna beatitudinis dicitur quoddam bonum, igitur. Ad argumentum dicitur quòd licèt non omnes appetunt operari secundum virtutem in speciali, tamen bene appetunt in generali, in hoc quòd appetunt bonum sufficientissimum, quod bonum sine perfectissimo actu virtutis perfectissimæ esse non potest. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricar. vbi supra dist. xlix. ar. ij. q. j. quòd beatitudo dupliciter potest considerari: vno modo in generali, inquantum est bonum quoddam sufficientissimum: & sic beatitudo est omnibus nota, quilibet enim scit quid est bonū, & quid est sufficientissimum: & sic omnes appetūt cœnam beatitudinis: quia appetitus eius naturalis est, ad appetendum enim beatitudinem natura compellit. Alio modo beatitudo considератur in speciali inquantum consistit in clara Dei visione, & perfecta eius dilectione & gaudio quod habetur de Dei bonitate: & per claram eius visionem, & perfectam dilectionem: & sic beatitudo non omnibus est nota, & sic non omnes cœnam beatitudinis appetunt.

Dominica iij. post octauas Pentec. Euan. secundùm Luc. xv. ca.

IN illo tempore, erant appropinquātes ad Iesum publicani & peccatores, [a] vt audirent illū: [b] & murmurabant Pharisæi & scribæ [c] dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. [d] Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oues, [e] & si perdiderit vnam ex illis, [f] nonne dimittit nonaginta nouem in deserto & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam: [g] & cum inuenerit eā, imponit in humeros suos [h] gaudens, [i] & veniens domum [k] conuocat amicos, & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouē meā quæ perierat. [l] Dico vobis, ita gaudiū erit in cælo super vno peccatore pœnitētiam agente, quā super nonaginta nouem iustis, qui nō indigent pœnitentia. [m] Aut quæ mulier habens drachmas decē, & si perdiderit drachmam vnā, [n] nonne accendit lucernam, [o] & euerrit domum, [p] & quærit diligenter, donec inueniat eam? [q] Et cùm inuenerit, [r] conuocat amicas, & vicinas dicens, [s] Cōgratulamini mihi, quia inueni drachmam quā perdideram. [t] Ita dico vobis, gaudium erit in cælo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

Hic peccatores. Dominus Iesus pro peccatoribus venerat, vt eos ad pœnitentiam vocaret, quos saluos fieri volebat. Ideo conuenerat vt qui pro peccatoribus venerat, peccatores reciperet, quoniam iusti, iustificatione non indigent, sed peccatores Mat. ix. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Psa. ait, misericordiam volo & nō sacrificiū.

POSTILLA.

IN illo tempore, erāt appropinquantes ad Iesum, Lu. xv. Mat. ix. Mar. ij. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxij. vj. kalen. Septēbris, feria v. Indictione v. Luna xij. Antè initium huius Euangelij scribit sanctus Lucas in præcedenti c. quòd Christus dixit discipulis suis, Qui non baiulat crucē suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Tunc postmodum sequitur Euang. hodier. in quo tria ponuntur. Primò, peccatorum pia susceptio, ibi, Hic peccatores. Secundò, Pharisæorum digna confutatio: ibi, Quis ex vobis homo? Tertiò dictorum benigna conclusio: ibi, Itaque dico vobis. [Erant appropinquātes ad Iesum publicani & peccatores.] Lyr. ex proposito emendationis vitæ. Publicani dicuntur peccatores notorij: peccatores verò, occulti. a [Vt audirent illum.] Lyr. parati ei obedire. b [Et murmu. Pharis. & scrib.] Gor. Scribæ dicuntur præeminentes in scientia, Pharisæi præeminentes in vita. c [Dicentes, quia hic peccatores recipit, & mand. cum illis.] Lyr. Notantes Christum de mala vita, eò quòd talibus amicabilem se præbebat. d [Et ait ad illos para-

bolam istam dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oues.] Gor. iste homo est Iesus Christus: qui habet centum oues, id est angelos & homines. e [Et si perdiderit vnam ex il.] Gor. Quod factum fuit quando homo pascua vitæ reliquit: & ouis vna, id est humana natura totaliter perdita fuit: quia omnes in Adam peccauerunt: vt patet ad Rom. j. f [Nonne dimittit xcix. in deserto & vadit ad eam, quæ perierat, donec inueniat eam.] Gor. Hoc enim fecit Christus Iesus, quando deserens nouem ordines angelorum venit ad quærendum hominem perditum, scilicet quando carnem assumpsit: & eum quæsiuit per pœnitentiam prædicando, & miracula faciẽdo. Et inuenit scilicet quando aliqui peccatores conuersi ad eum, pœnitentiam agunt. g [Et cùm inue. eam imponit in hume. suos.] Vnde Amb. Hoc Iesus fecit, quando pœnam peccatorum in corpore suo super ligno crucis portauit, vt patet Isa. liij. Verè languores nostros ipse portauit. h [Gaudens.] de humani generis liberatione. i [Et veniens domum] cælum empyreum, scilicet in die ascensionis. k [Conuocat amicos & vicinos.] Guliel. i. nouem choros angelorum, qui amici eius sunt, quia voluntatem eius continuè faciunt: vicini eius quoque sunt quia claritate visionis eius assiduè perfruuntur. Mat. xviij. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. l [Dico vobis quòd ita gaudium erit. &c.] Gul. hoc intelligitur de pœnitente feruenti, & de iustis negligentibus, & non feruentibus. Quòd autem angeli Dei magis gaudent de peccatoribus conuersis, quam de iustis stantibus, non est propter peccatum commissum, sed ex hoc, quia ex peccatis commissis sæpè meliores efficiuntur & sanctiores, & in bono feruẽtiores: sicut sanctus Gre. exponit in homilia hodierna. Magis, inquit, de peccatore conuerso, quàm de stãte iusto gaudium fit in cælis: quia & dux in prælio magis diligit illum militem, qui post fugã reuersus hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit: & nunquam aliquid fortiter fecit. Sic etiam agricola, amplius illam terrã amat, quæ post spinas, vberes fruges profert, quam eam quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem produxit. Item Gul. Et sicut mater habens decem pueros, si decimus fortiter ægrotet, magis est solicita de eo, quam de aliis nouem, & si sanitatem recuperet, magis gaudet de sanitate eius recuperata, quam de sanitate in aliis nouem conseruata. Ita maius est gaudium in cælo super vno peccatore conuerso: quam de multis iustis. m [Aut quæ mulier habẽs drachmas decem, & si perdi. dra. vnam.] Ly. Mulier ista est sapientia diuina, habens nouem ordines angelorum quasi drachmas nouem: & decima drachma est humana natura, ad imaginem Dei facta, & capax ipsius per cognitionem & amorem: ista drachma decima fuit perdita per peccatum primorum parentũ. n [Nonne accẽ. lucernam.] Ly. Lucerna est lux vera, i. Christus qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum, Io. j. Et lucerna tunc fuit accensa quando deitas humanitati fuit vnita: & lucerna tunc luxit quando Christus inter homines perfecta conuersatione claruit & exemplariter vixit. vnde Aug. de vera Religione, Quicquid Christus gessit in terris, doctrina morum fuit. o [Et euertit domum.] Gor. quando conscientias hominum prędicando de reatu suo perturbauit & purgauit. p [Et quærit diligenter.] i. nihil de illis quæ pertinẽt ad remissionem nostram dimittendo, secundũ illud Isa. v. Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? q [Et cum inuenerit drachmam.] Vnde drachma inuenitur, cum in homine similitudo conditoris reparatur: hoc autem fit per gratiam, quæ est imago recreationis. Vnde Psal. iiij. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. r [Conuocat ami. & vicinas]. i. angelicas preces qui de proximis Deũ contemplantur, & amicabiliter ei famulantur. s [Dicens, Cõgra. mihi, quia inueni drachmã, quam perdideram.] Et notãter dicit, Cõgratulamini mihi, & non drachmæ, ad ostẽdẽdum suam liberalitatem: quia gaudium suum vult omnibus cõmunicare. t [Ita dico vobis Gaud. erit coram ang. Dei, super vno peccato. pœni. agen.] & notanter dicit Pœnitentiã agẽte, non dicit cogitante solũ aut dicente, aut ostendẽte vt hypocritæ, sed agente, i. realiter & veraciter. Pro quo sciendũ q maius est gaudium angelis de cõuersione vnius peccatoris: quam si filius alicuius à mortuis resuscitaretur, vel si filius alicuius in Imperatorẽ vel papam eligeretur. Vnde circa præsens Euãgeliũ, vbi dicitur, Qui habet centum oues, est sciendũ, q ouis est animal de sua natura innocens: cętera autem animalia aut mordent dentibus, vt canis & lupus, aut pungunt, vel impingunt cornibus vt aries & taurus, aut percutiunt pedibus, vt equus & mulus: aut dilaniant vnguibus vt leo & vrsus: ouis autẽ nihil horũ facit. Ouẽ autem Christi sciat se nõ esse, vel qui mordet dentibus detrahendo, vel impingit cornibus alios violẽter opprimendo, aut pede percutit contra proximum irascendo, aut dilaniat vngui aliena rapiendo.

Peccator qui pœnitentiã agit de peccato suo, assimilatur militi q fortiter pugnauit in prælio, q magis dilectus est à principe quàm alij.

QVAESTIO C.

CIrca Euangelium dominicæ iij. post octa. pente. oritur quæstio, Vtrum gaudium siue beatitudo ab omnibus Beatis existentibus, in illis æqualiter participetur? Arguitur quòd sic: habetur Mat. xx. Omnes acceperunt singulos denarios: sed per denarium significatur aliquid quod omnes Beati communiter habent. Igitur. In oppositum: præmium debet respondere merito, sed non omnes Beati æqualiter meruerunt: ergo non omnes æqualiter beati sunt. Ad argumentũ dicitur quòd ideo omnes dicuntur accepisse singulos denarios: quia,

idem est bonum quod omnes participāt, quamuis ipsum participant modo differenti, ex parte participantium. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ric. de media Villa. iiij. Sen.dist. xlix.art.ix.q.viij. quòd in beatitudine est consyderare beatitudinis obiectum, s. bonum increatum, quod vnum & idem existens ab omnibus participatur: & ipsam dispositionem Beatorum per quam illud bonum, clarè videndo, & perfectè diligendo participatur. Ex parte obiecti participati, non est vnus alio beatior, quia idem est obiectum quod omnes participant, sed ex parte dispositionis Beatorum, est vnus beatior alio, inquantùm vnus videt clarius Deum, & diligit perfectius, qui enim æqualem habentes virtutem naturæ, habent inæqualem habitum gloriæ, vel æqualem habentes habitum gloriæ, habent inæqualem virtutem naturæ, inæqualiter Deum vident, & ex consequenti inæqualiter beati sunt propter inæqualem ex parte beatorum dispositionem. Vnde glo. super illud Ioan. xiiij. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, id est, diuersa præmia meritorum.

Domin iiij. post oct. Pentecost. Euang. secundum Luc vj. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. [b] Nolite † iudicare, [c] & non iudicabimini. [d] Nolite condemnare, & non condemnabimini. [e] Dimittite, [f] & dimittemini. [g] Date, [h] & dabitur vobis. [i] Mensuram bonam, [k] & confertam, [l] & coagitatam, [m] & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. [n] Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. [o] Dicebat autem illis [p] & similitudinem, Nunquid potest cæcus [q] cæcum ducere? [r] Nonne ambo in foueam cadunt? [s] Non est discipulus super magistrū. [t] Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. [v] Quid autem vides festucam [x] in oculo fratris tui, [y] trabem autem [z] quæ in oculo tuo est, [a] non consyderas? [b] Aut quomodo poteris dicere fratri tuo, Frater sine [c] eiiciam festucam [d] de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita [e] eiice primùm trabem de oculo tuo, [f] & tunc perficies, vt educas festucam [g] de oculo fratris tui.

† Nolite iudicare. Dominus Iesus prohibet de cōscientia alterius nobis incautè facere iudicium, ideo iudices mundi caueant & erudiantur ne male & incautè iudicēt: quoniam qui malè iudicauerit, cito iudicabitur, & à Dño de suo malo iudicio condēnabit. Dauid Psa. ii. Erudimini qui iudicatis terrā & Isa. xlix. Qui iudicauerūt te iudicabo, i. iudicio damnabo.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Estote misericordes: sicut & Pater vester misericors est. Luc. vj. Matth. vij. Marc. iiij. Historiam huius Euan. dixit Dominus Iesus anno eius xxxij. Id. Iul. fer. v. Indict. iiij. Lu. vj. Ante initiū istius Euangel. scribit S. Lucas quòd Christus dixit, Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa: & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Tunc statim sequitur Euang. hodier. a [Estote misericor.] In hoc Euang. docet nos Iesus Christus misericordes esse ad pauperes proponens Patrem cælestem in exemplum, cum dicit [Estote miser.] Gor. non dicit estote potentes sicut Pater est vel sapientes, sicut Filius Dei est, sed estote misericordes, sicut Pater vester misericors est. Lyra, Deus enim releuat miserias nostras, propter suam bonitatem: sic & homo debet moueri ad releuandam miseriam proximi propter amorem bonitatis diuinæ. b [Nolite iudicare.] s. temerariè de proximo c [Et non iudicabimini.] s. à Deo. d [Nolite condemnare, & non condemnab.] q.d. Si fortè ex fragilitate humana contingat vos suspitiosè iudicare nolite cōdemnare, i. aliquem dignum condemnatione decernere, & diffinire: quia aliquis est hodie malus, qui fortassis cras erit bonus. Exemplum in Paulo, vt patet Act. ix. c. & in Publicano, vt patet Luc. xviij. e [Dimittite] s. iniurias vobis illatas à proximo. f [Et dimittemini.] s. peccatum vestrum per deum, cui frequenter iniuriati fuistis. g [Date] s. temporalia. h [Et dabitur vobis.] Glo. interli. Vita æterna. Guliel. Danti pauperibus, non solùm dantur spiritualia in præsenti, & cælestia in futuro: imò etiam temporalia, & naturalia bona, multiplicantur: ergo dicit, i [Mensuram bon.] quantum ad bona fortunæ, quæ aliquando conferuntur propter opera bonitatis. k [Et confertam.] quantum ad bona naturæ, sicut sanitas & huiusmodi, quæ etiam aliquando conferuntur propter opera pietatis. l [Et coagita.] quantum ad bona gratiæ. m [Et supereffluentem da. in si. vestrum.] quantum ad bona gloriæ. Et ideo dicit Apostolus, j. ad Tim. iiij. c Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. n [Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vo.] Lyr. quia secundùm quòd opera pietatis sunt maiora erit retributio maior, ista tamen maioritas est attēdenda semper secundùm magnitudinem interioris affectus. vnde & Matth. xviij. vidua quæ misit duo minuta in gazophilacium secundùm testimonium Saluatoris dicitur plus misisse quam multi diuites, qui magna dona miserant: vnde Hieronym. Quæ offeruntur non suo pondere sed offerentis voluntate pensantur. o [Dicebat autem illis] scilicet

Inuitat nos ad misericordiā est enim misericordia compassio miseriæ alterius, & importat dolorē de miseria aliena. Th. ii.ii.q. xxxij.

discipulis suis & turbis. p [Et similitudinem, Nunquid potest cæcus] id est, carens sapientia & scientia. q [Cæcum ducere] i. ignorantem docere & dirigere.q.d. r [Nónne ambo in foueam ca.]i.in perditionem. Primò enim cadūt in foueam culpę: secundò, in foueam gehennæ: vnde Greg. in Pasto. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt grex ad præcipitium sequatur: vnde etiam Eccles.x. Qualis rector ciuitatis, tales & qui habitāt in ea. s [Non est disci. super magi.] Lyr. Et ideo non est mirum, si ipsum sequitur. Gor. de quo magistro dicitur Mat.xxiij. Magister vester, vnus est Christus. Item Ioan. xiij. Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis sum etenim, &c. vnde subditur, t [Perfectus autem erit si sit sicut magister eius.] quia si assimiletur bono magistro, erit perfectus secundum veritatem. Nam huius magistri, scilicet, Christi imitatio est humana perfectio: vnde Augu. Summa perfectio Christianæ religionis est imitari quem colis v [Quid au.vi.festu.] id est, peccatum videlicet minus. x [In ocul.frat.tui] id est, in conuersatione & conscientia eius. y [Trabem autem]id est, maius peccatum. z [Quæ in ocul.tuo est] id est, in te ipso. a [Non consyderas.] vt patet ad Romanos quinto, Qui alium doces, teipsum non doces. b [Aut quomodo pote.dice. fra.tuo, Frater sine]i. permitte. c [Eiiciam festu.]id est, culpam modicam. d [De oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides. Hypocrita.] Gor. quia si hæc facis ex simulatione, non ex dilectione iustitiæ, scilicet, quòd arguis & ponderas peccata aliena, vt lateant tua. e [Eiice primum trabem de oculo] Lyr. quia hic est ordo charitatis quòd à seipso incipiat: vt patet Prouer.xviij. Iustus prior est accusator sui. Sed in oppositum multi sunt qui alios corrigunt, & se ipsos negligunt. f [Et tunc perficies vt educas festu.]id est, paruum defectum. g [De ocul. fratr.tui] id est, postquam emendasti tuos magnos defectus. Circa præsens Euang. vbi dicitur, Estote misericordes, notandum est, quòd ad duo tenemur proximo, scilicet, compassionem cordis, & beneficium operis, si sit facultas. A primo nullus excusatur: quia omnis homo debet compati proximo afflicto, & in necessitate constituto. A secundo, scilicet, beneficio operis, excusantur multi, scilicet, quando facultas deest: sed si facultas adest, tunc in necessitate proximo quilibet tenetur subuenire. Vnde j. Ioan. iij. Si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratr.suum necess. habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas manet in eo? q.d. Nullo modo: ergo signum est, quòd charitas Dei non est in illo homine. Vnde ex iam dictis patet quòd non dare eleemosynam cùm non habet, non est signum quòd charitas Dei non sit in tali homine: sed non compati pauperibus & tribulatis est in signum quòd charitas Dei non est in eo. Vnde eleemosyna interior, s. compassio cordis est maior eleemosyna quam datio nutrimenti. Sequitur, [Nolite iudicare.] Vnde hic quæritur, vtrum omnia dubia, sint in meliorem partem interpretanda? respōdeo secundùm S. Thom. quòd qui habet malam opinionem de aliquo sine causa legitima, iniuriatur eidē: ideo quilibet in omni causa dubia debet factum vel dictum proximi in melius interpretari. Et melius est quòd aliquis frequenter fallatur habens opinionem bonam de aliquo malo, quàm quòd rarius fallatur, habens magnam opinionem de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria alicui non autem ex primo. Hæc ille. Sequitur nunc, [Date & dabitur vobis.] Vnde hic quæritur: vtrum dare eleemosynam sit in præcepto? Respōdeo secundùm Thom. vbi supra, quia cùm dilectio proximi sit in præcepto, necesse est omnia illa cadere sub præcepto, sine quibus dilectio proximi non seruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet vt ei non solùm velimus bonum: sed etiam operemur secundum illud j. Ioan.ij. Non diligatis verbo, neque lingua sed opere, & veritate. Et ideo eleemosynarum largitio est sub præcepto, debitis circunstantiis obseruatis quòd in dante sit superfluum, & in recipiente necessitas: aliâs est in consilio, & non in præcepto.

In quas foueas cadūt carētes sapientia & scientia.

QVAESTIO CI.

Circa Euang. dominicę iiij post oct. Pente. oritur quæstio, Vtrum omnibus & an misericordia sit benefaciendum. Videtur quòd non: habe. Ecclesi. xij. Da bono & non receperis peccatorem: sed multi sunt homines peccatores: ergo non omnibus est benefaciendum. In oppositum ad Gal. vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Igitur. Ad argumētum dici. quòd autoritas intelligitur quantum ad fomentum culpæ, & non quantum ad sustentationem naturæ. Ad q respondendum est secundùm Tho. ij.ij. q.xxxj. per vnam conclusionem quæ talis est, Cùm dilectio charitatis se ostendat ad omnes, & beneficentia se debet ad omnes ostendere, pro loco & tempore. Sequitur corollariè quòd omnibus est benefaciendum.

Domin.v.post oct. Pentecost. Euang. secundùm Luc.v.cap.

IN illo tempore, [a] cùm turbæ irruerent in Iesum, [b] vt audirent [c] verbum Dei, [d] & ipse stabat secus stagnum Genezareth. [e] Et vidit duas naues † stantes secus stagnum. [f] Piscatores autem descenderant, [g] & lauabant retia. [h] Ascendens autem in vnā nauim, quę erat Simonis [i] rogauit eum à terra

Vidit duas naues. Duæ naues, quas Domini vidit ... man

fluctuãtes sunt duo genera hominum, s. actiuũ genus & contẽplatiuũ. g sane homines ante Xp̃i aduentũ in mortis periculo fluctuabãt i. nondum saluari poterant Paulus in epistolis Eramus omnes filii iræ.& Eph. v. Exurge q dormis exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

reducere pusillum. [k] Et sedens docebat [l] de nauicula turbas. Vt cessauit autẽ loqui [m] dixit ad Simonẽ, [n] Duc in altum, [o] & laxate retia vestra in capturam. [p] Et respondens Simon dixit illi, Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, [q] in verbo autem tuo [r] laxabo rete: & cum hoc fecissent, [s] cõcluserunt piscium multitudinem copiosam. [t] Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt sociis qui erant in illa naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. [v] Quod cùm videret Simon Petrus [x] procidit ad genua Iesu, [y] dicens, Exi à me Domine [z] quia homo peccator sum. [a] Stupor enim circundederat eũ, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperãt. [b] Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. [c] Et ait ad Simonem Iesus, [d] Noli timere, ex hoc iam homines [e] eris capiens. [f] Et subtractis ad terram nauibus relictis omnibus, [g] secuti sunt eum.

POSTILLA.

IN illo tempore, cùm turbæ irruerẽt in Iesum Lu.v. Hist. huius Euan. facta est an. Christi xxx.ka. Maij fer. iiij. Indi. iiij. Lu. xv. Ante initium huius Euan. scribit S. Luc. quòd omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum. Et ille singulis manus imponens, curabat omnes. Post hoc sequitur Euã. hodier. s. a [Cùm turbæ irrue. in Iesum] Gor. Ecce turbarum deuotio. Nunquam legitur tantus scribarum & Pharisæorum ad Christum concursus propter verbum Dei. Dulcedinẽ enim suã Deus abscondit à sapientibus & prudentibus, & reuelat eam paruulis: vt patet Mat. x. b [Et audirent.] eum, quia esuriebãt audire. c [Verb. Dei.] ideo irruerunt in eum pre nimia deuotione audiendi ipsum. d [Et ipse stabat secus stag. Genezareth.] Ly. est lacus magnus per quem transit Iordanis. Et aliquando vocatur mare Galilææ: quia transit per mediũ Galilææ. e [Et vidit duas na. secus sta.] ad littus stagni. f [Pisca to. autem desc. ẽ.] s. de nauibus ad littus. g [Et la ua. retia] s. amouentes immunditias: vt retia plicarent. h [Ascend. autem in vnam na. quæ erat Simonis.] i. Petri. i [Rogauit eum, à ter. reduc. pusil.] Lyr. De naui populum sedentem in littore, vt conuenientius doceret. k [Et sedens.] tanquam Doctoris authoritate vtens l [De nauicula do. tur. Vt autẽ cessa. loqui.] i. postquàm finiuit sermonem suum. m [Dixit ad Sim.] i. ad Petrum. n [Duc in al.] Ly. hoc est ad locũ aquæ magis profundum, qui est conuenientior ad piscandum. o [Laxate ret. ve. in ca.] s. piscium. p [Et respond. Si. di. Præ. per, &c.] Ly. quamuis diligentiam magnã adhibuerimus. q [In verb. autem tuo.] Gor. i. in obediendo verbo. r [Laxa. ret. & cum hoc fecissent.] i. cum laxassent retia in verbo domini. s [Cõclu. pisc. mul. cop.] Gor. Obediebant pisces Christo: cui subiecta sunt omnia: volucres cæli & pisces maris. psal. vij. t [Rumpeba. autem ret. eo.] Ly. ex quo patet duplex miraculum. Primum, quòd ceperunt magnam multitudinem piscium, supra modũ insolitum, impossibilem per viam humanam. secundum, quòd illa magna multitudo piscium tenebatur in reti rupto. v [Quod cum vide. Simon Pet.] Gor. s. quòd ad primum verbum cepissent tam ineffabilem multitudinẽ piscium. x [Proci. ad ge. Iesu.] tanquam dominum suum cognoscens. y [Dicens, Exi à me do.] i. recede. z [Quia homo pecca. sum.] Ly. reputabãt enim se indignum præsentia Christi. Simili modo dixit Centurio Mat. vj. Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum. a [Stupor enim circundederat eum.] i. admiratio magna propter facta Christi insolita. b [Similiter autem Iacobum & Ioannẽ filios Zebedæi qui erãt socij Simo. isti filij Zebedæi erant in alia naui, & erãt consanguinei Christi, s. filij sororis bea. Mariæ virginis. c [Et ait ad Si. Iesus] s. ipsum cõsolando d [Noli time. ex hoc] i. de cætero. e [Eris homines capiens] per suam doctrinam trahens ad vitam æternam. Hoc postmodum ostẽsum est: vt habetur Act. ij. vbi Petrus in vno sermone conuertit tria millia Iudæorũ. f [Et subtractis ad terram naui. relic. omni.] s. nauibus & nauium instrumentis. g [Secu. sunt eum] s. Simon Petrus & alij qui erant cum eo. Circa præsens Euang. vbi dicitur, Cùm irruerent in Iesum vt eum audirent, Hugo de Prato dicit quòd trifariè homines diuiduntur circa verbũ Dei. Quidam audiunt, & non faciũt: & isti sunt mali, & acriter verberantur. Vnde Luc xij. Seruus sciẽs voluntatem Domini & non faciens, plagis vapulabit multis: quidã nec audiũt, nec faciũt, & isti sunt pessimi, quia contẽnunt & audire & facere, & quodlibet istorũ potest esse peccatum mortale, quia quãuis aliqua ignorãtia excuset secundũ illud j. Tim. j. Ideo misericordiã consecutus sum: quia ignorãs feci, in incredulitate. Tamen ignorãtia crassa & supina, & affectata non excusat: imò de se potest esse mortale, cùm separet à regno Dei. j. Cor. xiiij. Qui ignorat ignorabitur. Quidam audiunt verbũ Dei & faciunt, & isti sunt beati, vt patet Lu. xj. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Huius lacus elegantissimam descriptionẽ habes in Egesippo, de excidio Ierosol.

QVAESTIO CII.

CIrca Euangelium dominicæ v. post octa. pente. oritur q. Vtrum timor sit peccatum mortale? Arguitur quòd nõ: timor est in irascibili, quç est pars sensualitatis: sed in sensualitate est tãtum peccatum veniale: igitur. In oppositum: pro solo peccato mortali, debetur pœna Inferni, quæ etiam debetur timidis. Igitur. Ad argumentum dicitur ꝙ procedit de timore secundum quòd consistit infra sensualitatẽ. Ad q. respondendum est secundum Thomã, ij. ij. q. cxxxv. ꝙ timor est peccatũ mortale, prout est inordinatus: & prout refugit quod non est secundum rationem refugiendum: putà, quãdo aliquis propter timorem dispositus sit, vt faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod est præceptum in lege diuina.

Dominica vj. post octauam pentec. Euange. secundùm Matth. v. capit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Amen dico vobis, [a] quia nisi abundauerit iustitia vestra †plus quam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. b Audistis quia dictum est Antiquis, Non occides. [c] Qui autem occiderit, [d] reus erit iudicio. [e] Ego autem dico vobis, [f] quia omnis qui irascitur [g] fratri suo, [h] reus erit iudicio: i qui autem dixerit fratri suo, Racha, k reus erit consilio. l Qui autem dixerit, Fatue, [m] reus erit gehẽnæ ignis. [n] Si ergo offers munus tuũ ad altare: o & ibi recordatus fueris, quia frater tuus [q] habet aliquid aduersum te, q relinque ibi munus tuum ante altare, [r] & vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc [t] veniens offeres munus tuum.

Nisi abundauerit. Qui est similiter iustitiæ, & non facit opus iustitiç reddens vnicuique qđ suũ est, etiam & minister iniquitatis est & maledictus à Domino: quoniam scire & facere debet verbum regni Dei, in quo vera iustitia est, vnde Matth. xiii. Omnis qui audit verbũ regni & non intelligit, venit Malus.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra. Mat. v. Histo. huius Euange. facta est anno Christi, xxxj. idus Iulij Feria v. Luna xvj. Indi. iiij. Ante initium huius Euang. scribit sanctus Mat. quòd Christus dixit discipulis suis, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt Patrem vestrũ, qui in cælis est. Nolite putare, quoniã veni soluere legẽ aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Amen dico vobis: donec trãseat cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Itẽ apex masculini generis, dicitur summitas à pedibus remota, & quandoq; apex dicitur lucerna. Et propriè dicũtur apices literæ illæ altæ, quæ in frõtispiciis murorum scribuntur. Frontispiciũ dicitur frontis spacium. Et quælibet litera dicitur quandoq; apex. Item secundum Aug. super illud Mat. v. Iota vnum, aut vnus apex, &c. Iota est minor de cęteris, apex est in sũmitate ipsius particula. Tunc postmodum sequitur Euã. hodier. a [Nisi abũdauerit iustitia vestra plusquã scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.] Sciendum, ꝙ iustitia scribarum & Pharisæorum erat falsa: quia solum cauebant sibi à malis operibus, & nõ à malis voluptatibus: putantes pręcepta Dei prohibitiua, esse solum per mala opera exteriora: quibus vnus alteri nocet, & nõ prohibitos esse actus interiores: scilicet rãcores, odia, malas volũtates, & desyderia nocendi. Ly. Et eodem modo dicebant de hoc pręcepto, Non occides, ꝙ hoc prohibebat occidendi factũ, & non occidendi propositũ. Et hoc est quod dixit Christus, b [Audistis quia dictum est Antiquis, Non occides]. s. hominem. c [Qui autem occide.] Actualiter & iniustè. d [Reus erit iudicio.] Ly. i. testiũ accusatione, vt legis iudicio punietur, i. morte corporali: quia lex punit secundum talionem: vnde Gen. ix. Quicumq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius. Itẽ Exod. xxj. Oculum pro oculo, dentem pro dente. e [Ego autẽ dico vobis.] Gor. i. Plus impono vbis. f [Quia omnis qui irascitur] motu interioris odij. g [Fratri suo]. s. personæ & non vitio, vt sic iam per vitium, non per zelum. h [Reus erit iudicio]. i. dignus accusatione apud Deum, i [Qui autem dixerit fratri suo, Racha.] secundùm Aug. Hie. & Chry. Racha est quædam vox prorumpens ex ira, significans paruipensionem, vel vilipensionem, vel etiam vox interiectiua, quæ oritur ex indignatione contra aliquem, quemadmodum ah, heu, & consimiles, quæ ostendunt motum indignantis animi. k [Reus erit consilio]. i. consensu iudicis ad dandam sententiam contra eum, & dictandam sibi pœnam, quia peccatum eius venit in notitiam hominum per exterius signum indignantis animi. l [Qui autem dixerit, Fatue]. i. qui vsque ad verba contumeliosa processerit. m [Reus erit gehennæ ignis.] quæ est certa damnatio & æterna. n [Si ergo offers munus tuum ad altare]. i. si offerre proponis munus boni operis Christo. o [Et ibi recordatus fueris, quia frater tuus]. s. quẽ læsisti. p [Habet aliquid aduer. te.] pro illa iniuria. q [Relinque ibi mu. tuum ante alt.] siue coram: Deo non dixit reporta quia Deus non munus repellit: sed charitatem proximi quærit. r [Et vade priùs reconciliari fratri tuo.] Lyr. hoc potest intelligi dupliciter: vno modo pedi-

Dupliciter intelligit, Vade reconciliari fratri tuo.

bus corporis & hoc debet fieri, si cõmodè possit haberi ipsius fratris offensi præsentia. Si autem non possit, sufficit ad eum ire pedibus mentis: Quod fit quando habet propositum satisfaciendi loco & tempore competenti: & hoc modo vtitur Ecclesia Romana quando eum confitentem absoluit & sibi satisfactionẽ læso fiendam imponit, vel veniam petendo. Recõciliare fratri tuo. Gor. si læseris, satisfaciendo, si oderis, rancorem deponendo, si cõtenderis, ad amicitiam reuocando. Vnde etiam Chrysostomus, Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare: si verbis, verbis: si factis, factis. s [Et tunc] post reconciliationem. t [Veniens offeres munus tuum.] Gregorius, Munus non accipitur, nisi autè, discordia ab animo repellatur.

QVAESTIO CIII.

CIrca Euangel. dominicæ sextæ post oct. pente. oritur quæstio. Vtrum ille qui dixit alicui, Latro siue homicida: & dicat verum, teneatur de iniuria? Omissis argumẽtis ad vtranque partem, ad quæst. respondendum est secundùm Hostiẽ. quòd si facit animo accusandi vel denunciãdi, ad impugnandum delictũ, & probauerit, non punitur, nec tenetur de iniuria: si verò dixit ad infamandum tantùm, quod præsumitur quando non habet causam iustam dicendi, tunc iniuriã facit: & est condemnandus. Ait enim de Claua. in sua Summa, quod nemo iniuriã potest facere, nec tenetur de iniuria: nisi qui sciuit se iniuriã facere, vel scire debeat.

Dominica vij. post octa pentecost. Euangelium secundùm Marc. viij.

Iam triduo sustinent. Per triduũ tota turba humanitatis Christi in carne vẽturi sustinuit & expectauit per triduũ, i. per tempora triũ legũ, s. legis naturæ, scriptę, & gratiæ. cuius misertus totam turbã esurientem gratia & redemptione satiauit. Dauid Psal. ex Redẽptionẽ misit Dominus populo suo.

IN illo tẽpore, cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, [a] conuocatis discipulis ait illis, Misereor super turbam: [b] quia ecce iam triduo sustinẽt † me, [c] nec habent quod manducent. [d] Et si dimisero eos ieiunos in domum suã, deficient in via. Quidam enim ex eis de longè venerunt. [e] Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine? [f] Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. [g] Et pręcepit turbę discumbere super terram. Et accipiens panes septem gratias agens fregit, [h] & dabat discipulis suis, vt apponerent. Et apposuerunt turbæ. [i] Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt. [k] Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. [l] Erant autem qui manducauerant quasi quatuor millia [m] & dimisit eos.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, cùm turba multa esset cum Iesu, &c. Marc. viij. c. Matt. xv. Luc. ix. & Ioan. v. Historia huius Euangelij, facta est anno Christi xxxij. xij kal. Iulij, sabbato, Luna xiij. Indi. v. Ante initium huius Euang. dicitur Mat. xv. c. quòd accesserunt ad Iesum turbæ multæ, habentes secum multos claudos & cæcos debiles, & alios infirmos & mutos: & proiecerũt ad pedes eius: & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur. Videntes autem mutos loquentes, claudos ambulantes, & cæcos vidẽtes, magnificabant Deum Israel. Ergo dicit Euãgelium hodiernum, [Cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.] Hęc turba sequebatur Dominũ Iesum propter verborum suorum dulcedinem: & propter infirmorum sanationem. a [Conuoca. disci. ait, Miser. super tur.] Ly. Hoc prædixit discipulis, vt ipsos induceret ad pietatem. b [Quia ecce iam triduo susti. me.] Lyra, quia tantum afficiebantur ad doctrinam Christi audiendum & videndum eius miracula, quòd per tres dies non redierant ad loca propria manentes cum Christo in loco deserto & sub dio. Ex quo patet eorũ deuotio. c [Nec habent quod manducẽt.] Lyr. quia cibaria quæ de domibus suis asportauerant, iam erant consumpta: ideo nec prima die, nec secũda die, hoc miraculum fecit: tum quia alimenta habebant, tum quia magis tunc apparuit hoc miraculum, quando eis victus omnino defuit. d [Et si dimisero eos ieiunos, &c. quidam enim ex eis de longè ve.] Iac. illi de longè veniunt, qui de peccatis se ad Deum conuertunt: vnde Psalm. cxviij. Longe à peccatoribus salus. e [Responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis poterit hic satura. pa. in solitudine.] q. d. Locus iste desertus est, & villæ multum distant: ideo non possumus habere, ad satiandum tantam multitudinem populi, & tam famelicam. f [Et interro. eos, Quot panes haberẽt, Qui dixerunt, Septẽ.] quod erat quasi nihil, respectu tantæ multitudinis. Remi. Non interrogat Dominus quasi nesciens, quot panes haberent: sed ad hoc vt cùm responderent Septem: quo pauciores dicerent panes, eò magis miraculum diffamaretur, & notius fieret. g [Et præcepit turb. disc. super terram: & accipiens septem panes, & gratias agens fre.] multiplicauit autem Christus panes, primò benedicendo, per quod instruimur, quòd cibum benedicere debemus. Secundò frangendo, ad innuendum, quòd in nostris conuiuiis pauperi-

bus panem frangere debemus. Tertiò gratias agendo, ad innuendum, quòd in nostris refectionibus gratias agere debemus: vnde Remi. super Mat. In eo quòd gratias agit, nobis reliquit exemplum, vt de omnibus donis cælitùs collatis gratias referamus. h [Et dabat discipulis suis vt ap. & apposu. turbæ.] Vnde Beda, Quòd Dominus discipulis dedit panes vt apponerent turbæ, designat, quòd spiritualis scientiæ dona tribuit Apostolis: per quorum ministeriũ voluit Ecclesiæ vitæ cibaria distribui. i [Et habebãt pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit ap.] vnde notandum, quòd Dominus dedit eis panes, & panis est cibus quo sustentatur vita, & significat Verbum Dei. Et dedit eis pisces, ad condimentũ cibi: per quos signantur exẽpla, & Dominus designauit, quòd pani, id est Verbo Dei, addendum est condimentum boni exempli. Magis enim suadent exempla, quam verba. k [Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.] Iaco. voluit autem Christus vt colligerent fragmenta, primò propter exemplum. In hoc datur nobis exemplum, vt ea quæ nobis supersunt, vel etiã quæ nobis ieiunãdo subtrahimus, pauperibus erogemus. Vnde August. De tuo ieiunio, fames pauperum satietur. Secundò propter documentum, vt hi instruantur, quòd illis, qui sunt misericordes pauperibus, temporalia multiplicantur: hoc patet iij. Reg. xvij. in vidua quę Eliam pauit, cùm Dominus farinam multiplicauit, & oleum. l [Erãt autem qui mand. quatuor millia] s. viri, exceptis mulieribus, & paruulis, qui in lege non numerabantur. m [Et dimisit eos] scilicet redire ad propria. Circa præsens Euangeliũ, vbi dicitur, Accepit Iesus septem panes, est diligenter notandum, quòd hæc refectio, differt ab illa de quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, quam ponit Ioan. in Euangelio suo, quantum ad sex. Primò, quia ibi fuerunt quinque panes, hic verò septem. Secundò, quia ibi fuerũt hordeacei, hic verò triticei. Tertiò, quia ibi fuerunt duo pisces solùm, hic verò plures, licèt pauci & parui. Quartò, quia ibi sederunt super fœnum, hic verò super terram. Quintò, quia ibi fuerunt quinque millia hominum, ad manducandum, hic verò quatuor millia. Sextò, quia de illis duodecim cophini fragmentorum fuerunt eleuati: hic autem septem sportæ fuerunt eleuatæ plenæ.

QVAESTIO CIIII.

Circa Euangelium dominicæ vij. post octauam pentec. oritur quæstio, Vtrum Christus conuenientius satiauit iiij. millia hominũ de vij. panibus repertis apud turbam, quam de panibus nouiter creatis? Arguitur quòd de panibus creatis. Maius miraculum fuisset saturare tantam multitudinem de panibus nouiter creatis, quam de panibus præexistentibus. igitur. In oppositum, ea quæ fuerunt conuenientiora Christus fecit: sed satiauit de panibus præexistentibus, & non creatis. Igitur. Ad quęstionem respondendum est secundùm M. Ioannem de Turre cremata in quæstion. super Euangeliis, quòd licet Christus potuerit saturare turbas ex panibus nouiter creatis, voluit tamen ex panibus præexistentibus multiplicatis illas reficere: & hoc propter duas rationes. Prima, vt ostenderet sensibilia à diabolo non esse, sicut Manichæi errantes dicunt: nam si hoc verum esset, Deus non vteretur sensibilibus, ad opus diuinæ laudis: quia venit vt ipse dissolueret opera diaboli. Secunda ratio est, vt ostẽderet falsum esse quod ipsi Manichæi dicunt, scilicet doctrinam veteris Testamenti non esse à Deo, sed à diabolo: ergo vt ostenderet non esse aliam doctrinam noui Testamenti, quam quæ præfigurabatur & continebatur in doctrina veteris Testamenti, pręexistentes panes multiplicauit, innuẽs, quòd ipse est qui legem perfecit, & adimpleuit: vt habetur Mat. v. Non veni soluere legem, sed adimplere: ex dictis patet solutio argumenti, ad partem negatiuam facti.

Dominica viij. post octa. pente. Euangelium secundùm Matt. vij. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Attẽdite [b] à falsis † prophetis, [c] qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: [d] intrinsecus autem sunt lupi rapaces. [e] A fructibus eorũ [f] cognoscetis eos. [g] Nunquid colligunt de spinis vuas, [h] aut de tribulis ficus? [i] Sic omnis arbor bona, [k] fructus bonos facit: mala autem arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. Neque arbor mala, fructus bonos facere. [l] Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ excidetur, [m] & in ignem mittetur. [n] Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. [o] Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnũ cęlorum: [p] sed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cęlis est, [q] ipse intrabit in regnũ cælorum.

Attendite à falsis. Multipliciter do prophetę antediẽ iudicij venient dicẽtes, Ego sum Christus. Vel se dicent iustos & sanctos esse, atque in malũ prophetantes, per magicam artẽ signa facientes, vt illos decipiant: vñ Saluator Matt. xxiiii. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicẽtes, quia ego sum Christ': & multos seducent.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Attẽdite à falsis prophetis. Mat. vij. Luc. vj. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxj. idus Iulij, feria v. Luna xvj. Indictione iiij. Ante ini-

tium præsentis Euangelij scribit S. Matt. in eodem cap. quòd Christus dixit disci suis, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eis similiter. Hæc est enim lex, & prophetæ. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spaciosa, via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per illam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam! Et postmodum statim sequitur Euangelium hodiernum. a [Attendite à falsis prophetis.] In hoc Euangelio docet Dominus fideles suos sibi diligenter cauere à falsis prophetis, & peruersis Christianis: qui verbis confitentur Deum, & factis negant: ergo dicit, Attendite, i. diligenter cauete. b [A falsis prophetis.] Gor. i. deceptoribus hæreticis, hypocritis & à falsis Christianis, & huiusmodi. Et hoc ideo ne tales corrupta via sua, & malis moribus fideles alliciant ad mala. Et singulariter admonet eos, cauere sibi ab hypocritis, dicens, c [Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.] id est, sub simulatione exterioris sanctitatis. d [Intrinsecus autem sunt lup. ra.] quia interius sunt pleni malo, simulantes exteriorem sanctitatem, propter inanem gloriam, & mundanam laudem, aut propter temporalia aliqua, cum aliorum damno. e [A fructibus eorum.] id est, operibus. f [Cognoscetis] scilicet, finaliter: quia hypocritæ, & hæretici diu latere non possunt, quin erumpant in aliquo signo, per quod, quales sint, manifestát: quia sicut nũquam, vel vix potest ignis abscondi, quin fumum emittat: sic simulator vix potest diu latere, quin signo, vel verbo, vel opere, seipsum ostendat. g [Nunquid collig. de spin. vuas] id est, opera iustitiæ. h [Aut de tribu. fi.] scilicet, humilis conuersationis ad Deum. i [Sic omnis arbor bona] id est, homo habens bonam voluntatem. k [Bonos fructus facit.] Lyr. quia talis vt sic semper facit opera bona: vnde Origenes, Arbor bona est homo habens bonam voluntatem: radices sunt cogitationes, folia verba, fructus opera. Notandum, quòd homo bonus, potest bonam voluntatem deserere, & sic mala arbor fieri. Verbi gratia, Iudas quamdiu in vocatione apostolica permansit bona arbor fuit: & postmodum malum fructum obtulit, quando Christum tradidit. Magdalena imprimis mala arbor fuit, quando peccauit, & postmodum bona arbor quando pœnituit: sic & tunc fructum bonum protulit. l [Omnis arbor quę non facit fructum bonum, excidetur.] Gor. à consortio omnium beatorum, quod est grauissimum in damnatis supplicium. m [Et in ignem mittetur] scilicet, gehennæ. Chrysosto. Duę sunt pœnę, excidi & in ignem mitti. n [Igitur ex fructibus eorum cognosc. eos] scilicet, in futuro: quamuis hæretici, & hypocritæ, & falsi Christiani, in seculo quandoque non plenè cognoscantur, tamen peracto præsenti seculo, ex fructibus, id est, finalibus eorum præmiis & retributionibus manifestè cognoscentur, quales fuerunt. o [Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum.] Semel dicit qui credit corde, bis qui etiam fidem confitetur ore, sed non opere: & talis non intrabit in regnum cælorum. p [Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui est in cælis] id est, habet veram fidem Christi in corde, & eandem confitetur ore, & cum hoc operatur ad fidem pertinentia, & maximè qui seruat mandata Dei: talis dicit ter, Domine, & talis facit voluntatem Dei, & fit consequenter. q [Ipse intrabit in regnum cælorum:] vt patet Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Circa præsens Euangelium vbi dicitur, Omnis arbor bona, bonos fructus facit. notandum, quòd Hugo de Prato dicit quòd opus virtutis dicitur bonũ, propter quinque. Primò, quia est à bono, s. à Deo. Hoc patet: quia ipse est optimum & summum bonum, vt patet Isa. xxxvj. Omnia opera nostra operatus est in nobis dominus. Opera mala fiunt diabolo instigante, & mala voluntate, vt patet Ioan. xviij. Mendax est & pater eius. Secundò, quia procedit de loco bono, scilicet, de cælo: vt patet Iacob. j. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, &c. Item procedit de corde bono. vt patet Matth. xij. bonus homo, de thesauro bono cordis sui profert bonum: malum autem opus, de malo procedit, scilicet, de regione dæmonum, & de concupiscentia carnis, & de malitia mundi, vt patet j. Ioan. v. Totus mundus in maligno positus est. Tertiò, quia facit hominem bonum. Nihil enim est, quod faciat hominem bonum, nisi opus virtutis neque dignitas, neque diuitiæ, neque sapientia, neque aliquid aliud. Vnde Aristoteles, ij. Ethicorum, Virtus est quæ habentem bonum facit, & opus eius laudabile reddit. Malum autem opus, hominem malum facit, qui tamen naturaliter bonus est, vt patet Oseæ ix. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Quartò, quia bonum opus omnibus placet, & sapit, habentibus rectum & non infectum gustum. Nam bonum est, quod omnes homines appetunt. Vnde Boetius de Consol. Philosophiæ, Mentibus hominum naturaliter inserta est cupiditas veri boni, &c. Etiam ipsis malis, bonum opus videtur bonum, quamuis interdum propter corruptionem gustus, non sapiat ipsis malis: vt patet quòd bonum opus Deo & hominibus placet: vt patet Eccles. xlv. Dilectus Deo & hominibus Moyses, quia scilicet, bonus erat, &c. Malum autem quasi omnibus displicet, & etiam ipsis malis, quando scilicet ratione vtuntur, & redeunt ad se ipsos. Quintò, quia ad locum bonum ducit: scilicet, ad cælum, qui est locus Beatorum: vt patet Matthæi vigesimoquinto, Venite benedicti Patris mei, posside. &c. Mala autem opera ad malum locum ducunt, scilicet, ad Infernum, vt patet Lucæ decimosexto capite,

Opus virtutis dicitur bonum ppter quinque. Hug. de prato.

Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. Vnde etiam Matt. xxv. Ite maledicti in ignem æternum.

QVAESTIO. CV.

Circa Euangelium dominicæ viij. post octauas pentecostes, oritur q. Vtrum cauendi sint falsi prophetæ? Arguitur quòd non: habetur Matt. xiij. quòd dominus mandauit, quòd serui permitterent crescere zizaniam vsque ad messem: sed per zizaniam hęretici intelligũtur secundum Aug. Igitur. In oppositum: illi sunt cauendi qui in euangelio fugi præcipiuntur, sed falsi prophetæ sunt huiusmodi: patet Matt. viij. Attendite à falsis prophetis. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd dictum Augustini est intelligendum in eo casu, quando non possunt extirpari zizania, sine extirpatione tritici. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Ioan. de Turre cremata in quæstionibus super Euangeliis, quòd falsi prophetæ cauendi sunt propter tria. Primò, quia occultè veniunt, & incedunt, falsam doctrinam sub virtutum apparentia palliantes. Secundò, propter periculum, sunt enim intrinsecus lupi rapaces: lupi enim non solùm sunt mordaces, sed etiam venenatos habẽt dentes: sic hæretici cum mordent, venenum falsæ doctrinæ effundunt, habentq; corruptam voluntatem, & intentum nocendi, & seducendi. Tertiò, ne inuoluamur pœnis damnationis illorum.

Domin. ix post octa pente. Euangelium secundum Luc. xvj. cap.

In illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc, [a] Homo † quidã erat diues, [c] qui habebat villicum, d & diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. [e] Et vocauit illum, [f] & ait illi, Quid hoc audio de te? [g] Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. h Ait autem villicus intra se, Quid faciam, [i] quia Dominus meus aufert à me villicationem? [k] Fodere non valeo, mẽdicare erubesco. Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, [m] recipiant me in domos suas. [n] Conuocatis itaque singulis [o] debitoribus Domini sui, [p] dicebat primo, Quantum debes Domino meo? At ille dixit, Centum cados olei. P Dixítque illi? Accipe cautionem tuã, [r] & sede citò, scribe quinquaginta. [s] Deinde alij dixit, Tu vero quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, [t] Accipe literas tuas, & scribe octoginta. v Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudẽter fecisset. [x] Quia filij huius seculi, [y] prudẽtiores [z] filiis lucis in generatione sua sunt, [a] & ego dico vobis, b Facite vobis amicos [c] de mãmona iniquitatis, vt cũ defeceritis, [e] recipiãt vos in æterna tabernacula.

Homo quidam. Dominus noster Iesus Saluator, q diues est in sapiẽtia & maiestate, & omnium rerũ copia, villicos multos habet in villa sua, i. in Ecclesia & mundo, quos de eorũ villicatione rationẽ reddere coget. Villici sunt Ecclesiarum primates, & mũdi principes quos Dominus de ratione

villicatiõis arguit: de ociositate verborum & malo opere vnde Matt. xii. Omne verbũ otiosũ quod locuti fuerint homines de eo reddẽt rationem in die iudicii.

POSTILLA.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat, &c Luc. xvj. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxij. v. kalen. octo. dominica, Luna xij. Indictione v. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Luc. de filio prodigo, qui dissipauit omnem substantiam suam viuẽdo luxuriosè, & postmodum cœpit egere: & cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Qui surgens venit ad patrem suum, dicens, Pater peccaui in cælum: & coram te iam non sum dignus vocari filius tuus. Et pater cum gaudio suscepit eum, & fecit conuiuium solenne, dicens, Hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Hoc Euangelium legitur in quadragesima sabbato ante dominicam, Oculi mei. Tunc postmodum sequitur Euangelium hodiernum a [Homo quidam.] Ly. idest ipse Deus, pro nobis homo natus. b [Erat diues.] quia ipsius sunt cælum & terra, & omnia in eis contenta. Vnde psal. xxxix. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. c [Qui habebat villicum.] Lyr. id est dispensatorem, cui tradidit bona sua ad dispensandum & sic quilibet homo est villicus Dei: eò quòd Deus cuilibet homini committit gubernãdas ad voluntatem domini sui & dispensandas triplices res, scilicet res temporales, corpus, & animam. Et hoc est contra illos, qui dicunt, Ego sum dominus omnium facultatum mearum. Vnde Ambrosius, Bona hominis nõ sunt, quæ secum ferre non potest. d [Et hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona illius] quod frequenter contingit, quando quis malè vtitur his quæ ei à Deo commissa sunt, scilicet expendendo in superbia, in crapula, in luxuria, & sic de aliis: vel vires sui corporis in peccatis consumit. e [Et vocauit illum.] Gor. Vocat Dominus quemlibet hominem inspirationibus interius, prædicationibus exterius, beneficiis, flagellis, & incutiendo terrorem extremi iudicij, & timorem æternæ damnationis. f [Et ait illi, quid hoc audio de te.] q. d. Estne hoc verum, Dissipasti tẽporalia, inquinasti

Bona fortunæ non sunt bona, q̃a auferri possũt, q̃a bonum habentẽ non faciũt. Cicero in Paradox. Diuitię enim sunt periculosæ & damnabiles, infructuosæ & steriles. Chryst. in x. sermone xl.

corpus, & animam in peccatis tuis occidisti. g [Redde rationē villicationis tuæ] quod erit in morte hominis. Tunc enim oportet hominē reddere rationem, de omnibus sibi commissis vsque ad vltimum quadrantem. h [Ait autem villicus intra se; quid faciā?] sic peccator intra se cogitare debet, quid faciam vt æternā damnationē euadam. i [Quia Dominus meus aufert à me villicationem] id est dispensationem omnium rerum mihi commissarum: quia tunc amplius non erit tempus merēdi neque pœnitendi. k [Fodere non valeo, mendicare erubesco.] Consyderandum est, quòd in alia vita homo non potest operari, quibus mereatur & iuuetur ad gloriam: nec potest mendicare, id est orando obtinere tunc veniam peccatorum, aut augmentum gloriæ: quia tempus præsentis vitæ, comparatur æstati. Alia verò vita, scilicet futura, est similis hyemi: quia quæ homo hic seminat, ibi & metet. l [Scio quid faciā, vt cum amotus fuero à villicatione] i. cum per mortē abstractus fuero à præsenti vita, in qua potest homo mereri, vel demereri. m [Recipiant me in domos suas] id est per eorū suffragia & merita recipiar in vitam beatam, in regnum cælorum, quę domus pauperum est: vt patet Mat. v. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. n [Conuocatis singulis.] Gor. id est singulatim. o [Debitoribus domini sui] singulatim loquebatur, vt quilibet reputaret sibi factum beneficium speciale, nesciēs, quòd alij etiam facta esset relaxatio. Secundò, ne indignaretur aliquis ipsorum: quia plus remitteret alij quā sibi, nec relaxat totum: vt magis lateret dominū suum. p [Dicebat primo, Quantū debes domino meo? At ille dixit, Centum cados olei.] Beda, Cadus Gręcè, est amphora Latinè, continens tres vrnas. q [Dixitq; illi, Accipe cautionē tuam.] Gor. Cautio est instrumentū, quod ad cautelam de contractu debiti, propria manu scriptum est, quod alio nomine dicitur chirographum. r [Et sede, citò scribe quinquaginta.] & sic dimidiam partem annalium redituum, ei dimisit. s [Deinde alij dixit, Tu verò quātum debes? qui ait, Centum coros tritici.] Gor. Corus triginta modiis impletur, & corus est mensura aridorum, cadus liquidorum. t [Ait illi, Accipe literas tuas, & sede, & scribe octoginta.] Gor. & sic quintam partem debitorum dimisit ei. Preciosius est autem sustentamentum olei, quam tritici: ideo pręponit debitorem olei debitori tritici. v [Et laudauit dominus villicum iniquitatis] id est villicum iniquum. Villicus fuit iniquus duplici iniquitate. Primò, quia bona domini sui dissipauit. Secundò, quia residuum furatus est. Laudauit eum non simpliciter, sed secundùm quid: quia vt dicit glo. non laudauit eum de fraude, sed de prudentia, qua sibi prouidit in posterū. x [Quia filij huius seculi] Lyr. i. homines temporalibus intenti. y [Prudentiores] i. magis astuti, & feruidi sunt in temporalibus negotiis agendis. z [Filiis luc. &c.] i. quam homines spiritualibus deputati, sunt in negotiis spiritualibus. Et hoc videmus ad sensum frequēter accidere. Cuius vna ratio est, corruptio naturæ: propter quam homo pronior est ad malum, quam ad bonum. Alia ratio est: quia bona temporalia sunt præsentia: & ideo fortius mouent animum, quia secundùm Aristotelem pręsens obiectum mouet sensum. a [Et ego dico vobis.] Hic Dominus parabolam istam adaptat ad nostrā eruditionem, & salutem, & eleemosynarum largitionē. b [Facite vobis amicos] i. pauperes, & bonos homines, & etiā sanctos angelos. c [De mammona iniquitatis.] Mammon est dæmon, tentans de diuitiis malè acquirēdis. Dicuntur autem diuitię mámona iniquitatis, quia frequenter ad iniquitatem inducunt: quia faciunt hominē superbire, inebriari, luxuriari, ludere, &c. Vnde Augu. Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui. Item quia rarò sine peccato acquiruntur. Vnde Apostolus, Qui volūt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli. Item quia inæqualiter possidentur ab hominibus: nam vnus in ipsis abundat, & alius parum, aut nihil de ipsis habet. d [Et cùm defeceritis] Ly. in vita per mortem. e [Recipiant vos in æterna tabernacula] id est per sua merita, & suffragia, impetrent apud Deum vos finaliter recipi in vitam æternam. Vnde circa præsens Euang. vbi dicitur, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, notandū, quòd quatuor modis possumus nobis facere amicos, cum rebus temporalibus. Primò, cùm integrè restituuntur hęredibus, ea quæ per rapinā, vel furtum, malè habita sunt. Et similiter petitur remissio de iniuria eis illata, differēdo restitutionem. Secundò, cum ignoratur cui restituatur, & tunc de consilio cōfessoris, pauperib⁹ erogetur. Tertiò, cùm aliquis contra institutionem Ecclesiæ lucratur, vel laborando diebus festiuis, vel aliter, ita tamen quòd non tenetur ad restitutionem, vt est lucrum de iure meretricio: tunc enim facienda est medicina, vnde facta sunt vulnera, & danda est de hoc eleemosyna pauperibus. Quartò, faciendi sunt amici de diuitiis, quæ iniquè seruātur cum nimia tenacitate. Potest enim quis damnari: eò quòd non dat sua vt patet Math. xxv. c. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Vnde diues epulo damnatus est, quia non dedit sua, vt patet Luc. xvj. cap.

Villicus dicitur iniquus duplici iniqtate.

Nostra eruditio per parabolā.

Quatuor modis possumus facere amicos.

QVAESTIO CVI.

Circa Euangelium dominicæ ix. post octa. pentec. oritur quæstio, Vtrum in peccatoribus repeiatur prudentia? Arguitur quòd sic, quia Luc. xvj. Filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt: sed peccatores sunt filij huius seculi, ergo in illis reperitur prudentia. In oppositum: duo opposita, in

eodem subiecto non reperiuntur, sed prudentia, & peccatum, sunt duo opposita: ergo in peccatoribus non reperitur prudentia. Ad quæst. respõdendum est s. eundum magistrum Nicolaum in Gemma prædicantium, quòd triplex est prudentia, vna est prudẽtia naturæ, quæ nobis præponitur imitanda: & est quædam solertia, quæ etiam in quibusdam animalibus brutis reperitur. Prou. vj. Vade ad formicam ô piger, & cõsydera vias eius, & disce sapientiam, i. prudentiam: & de ista habetur Matt. x. Estote prudentes sicut serpentes. Alia dicitur prudentia culpæ, vt est prudentia mundanorum, circa acquisitiones terrenorum, & voluptuosæ carnalitatis, de qua habetur ad Rom. viij. Prudentia carnis mors est, & est prudentia peruersorum: & talis dicitur astutia, quam illi habent ad fallendum, & de ista habetur Ier. iiij. Sapientes sunt, vt faciant mala, benè autem facere nesciunt: & loqui de ista prudentia dicendum est, quòd reperitur in peccatoribus: sed talis non est virtus. Alia est prudentia gratiæ, quæ nobis proponitur amplexanda: & de ista loquitur Cicero de officiis, Prudentia est appetendarum fugiendarumque rerum cognitio: vnde Seneca, Prudens fallere non vult, nec falli potest. Cicero ij. Rhetorices, Sunt tres partes prudentiæ: scilicet memoria, intelligentia, & prouidentia, & talis prudentia non reperitur in peccatoribus: quia est virtus. Ex dictis patet solutio argumentorum.

Dominica x. post octauam pentecost. Euangelium secundum Lucam, xix. capitulo.

Fleuit super illam. Dñs Iesus saluator sua diuina præscientia præuidens casũ, ruinã, & Ierusalẽ destructionẽ fleuit pietate motus, non properans ei beneficia, q illi a Deo collata fuerunt tanquã ingratæ ciuitati Deum suũ protectorem & fautorẽ nõ cognoscẽ tu vndere incredulitate & ingratitudine mercepatiudeos Mat. xviij. O generatio incredula & peruersa: quousque ero vob. & cum? vsque quo patiar vos?

IN illo tempore, [a] cùm appropinquaret Iesus Ierusalem, [b] videns ciuitatem [c] fleuit super illam, † dicens, [d] Quia si cognouisses [e] & tu, [f] & quidem in hac die tua, [g] quæ ad pacem tibi, [h] nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. [i] Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui [k] vallo. Et circundabunt te, [l] & coangustabunt te vndique, [m] & ad terram prosternent te, [n] & filios tuos qui in te sunt. [o] Et non relinquent in te lapidem super lapidem, [p] eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. [q] Et ingressus in templũ, [r] cœpit eiicere vendentes, & ementes in illo, [s] dicens illis, Scriptum est, [t] quia domus mea domus orationis est. [v] Vos autẽ fecistis illam speluncam latronum. [x] Et erat docens quotidie in templo.

POSTILLA.

IN illo tempore, cum appropinquaret Iesus. Luc. xix. Historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxij. viij. kalen. Aprilis, dominica palmarum, Lun. x. Indict. vj. Ante initium huius Euangelij scribit S. Lucas in eod. cap. quòd Dominus Iesus die palmarum, cùm appropinquaret ad descensum montis Oliueti, cœperũt turbæ descendentium gaudentes laudare Deũ voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, dicẽtes, Benedictus qui venit in nomine domini pax in cælo, & gloria in excelsis: & quidam Phari. de tur. dixerunt ad illum, Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Tunc sequitur Euangelium hodiernum. a [Cùm appropinquaret Iesus Ierusalem] Lyr. non solùm corporis gressu: sed etiam compassionis affectu. b [Vidẽs ciuitatem] s. Ierusalẽ, in qua diu vigneras cultus diuinus. c [Fleuit super illã] Lyr. s. fletu compassionis, tum propter mala culpæ, quæ ibi multiplicata fuerunt: tum propter mala pœnæ quæ futura imminebant. Notandũ, quòd Christus quater fleuit. Primò, in natiuitate: vt patet Sap. vij. Primam vocem similem omnibus emisi plorans: vnde etiã canitur, Vagit infans inter arcta positus præsepia. Secundò, in Lazari suscitatione. Tertiò, super ciuitatem Ierusalem. Quartò, in sua passione: vt patet Hebr. v. c. Cum clamore valido, & lachrymis exauditus est. d [Quia si cognouisses] Gor. s. ruinam: & subuersionẽ quæ tibi imminet. e [Et tu] super fleres. f [Et quidem in hac die tua] s. prospera in qua facis voluntatem tuam. g [Quæ ad pacem tibi:] scilicet modico tempore duraturam: & ideo nunc gaudes, quia imminentia non vides. h [Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis] s. mala quæ futura sunt tibi. i [Quia venient dies in te, & circundabũt te inimici tui.] Gor. Principes Romani, cum exercitu valdè forti. k [Vallo.] ad literam, quia tres aggeres dicuntur Romani fecisse circa Ierusalem capiendam. l [Et coangustabunt te vndique:] scilicet concludendo & prohibendo introitum, & exitum, & introductionem victualium & armorũ, vnde Iosephus dicit, quòd præ angustia famis, mulieres pueros proprios comederunt. m [Et in terrã prosternent te.] Capta enim ciuitate, turres & muros diruerunt, & cuncta ædificia deiecerunt ad terram. n [Et filios tuos, qui in te sunt.] Gor. i. habitatores tuos, aliquos occidendo, aliquos captiuando. o [Et non relinquent in te lapidẽ super lapidem] s. funditus euertendo: hoc iam patet ad oculum, quia sepulchrũ Christi, quod olim erat extra ciuitatem, iam est in medio ciuitatis. p [Eò quòd non cognoueris tempus

Christus quater fleuit.

visitationis tuæ] quo creator omnium per incarnationis mysterium, & per prædicationis officium, te visitare dignatus est, quem non recepisti, sed vsque ad mortem persecuta fuisti, sed quòd misericors Deus, non statim punit homines cùm peccant, sed prolongat ipsis vitam, propter emendam. Sicut homo cum videt foramen in sotularibus vel in vestimentis suis, nō statim eos proiicit sed facit eos refici, quousque nō sit amplius spes de reparatione ipsorum. Sic Dominus Iesus Christus non statim puniuit Ierusalem, sed per quadraginta annos protraxit, sed quia inuenit eam incorrigibilē, tunc permisit eam destrui, à Romanis principibus, scilicet Tito & Vespasiano. q [Et ingressus in templum] & hoc propter nostram instructionem: vnde Chrysostomus, Tu Christi imitator factus, cum ingressus fueris aliquam ciuitatem, ante omnem actum ad Ecclesiā curras: quia proprium boni filij est, vt veniens primò currat ad domum patris. r [Cœpit eiicere vendentes & emētes.] Nam sacerdotes propter cupiditatem & auaritiam suam, in primo atrio templi fecerunt tria loca vænalia, vt aduenientes, si non haberent quod offerrent, inuenirent ibi ad emendum, & si aliqui non haberent vnde emerent, posuerunt ibi numularios, à quibus acciperent mutuo pecuniā. Sed quæritur hîc quare non restiterunt Christo? Respōdet Lyr. quia ex oculis eius & facie exibat quidam fulgor terrens eos: ita quòd non audebāt resistere, sicut etiā in voce sua terruit eos, qui veniebant ad capiendum eum, qui cum audierant ipsum dicētem, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrā: vt habetur Io. xviij. In voluntate enim Christi erat, ostendere infirmitatem assumptam, & etiam suæ diuinitatis virtutem. s [Dicens illis, Scriptum est] scilicet Isa. lvj. t [Quia domus mea, domus orationis est.] Gor. i. meo cultui dedicata. In quibus verbis ostēdit, se esse Deum: quia templum solius Dei, domus orationis est, non domus negotiationis, non vanæ locutionis, non spectaculorū. Et ideo dicit Augustinus in Regula, In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. v [Vos autem fecistis illam speluncam latronum:] quia ipsi non curabāt de cultu Dei: sed de excoriatione populi per astutias exquisitas. Spelunca autem latronum, dicitur esse locus vbi spolia quæ rapiuntur ponūtur, & hoc fecerunt sacerdotes de templo, vt iam dictum est. x [Et erat docens quotidie in templo.] vnde Greg. Redemptor noster nec indignis, nec ingratis, prædicationis verba subtrahit, in hoc dans nobis exemplum prædicandi. Notandum, quòd illi ad quos pertinet vt prædicent, frequenter debent prædicare: vnde qui hoc negligunt, multas comminationes, quæ habentur in sacris Scripturis, secundùm Gulielmum incurrunt: vnde Ezech. xxxiij. Si dicēte me ad impium, Impie, morte morieris, & non annunciaueris, nec locutus fueris, vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in impietate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. vnde Isa. vj. Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum. Item j. Cor. ix. Væ mihi si non euangelizauero vobis. Circa præsens Euangelium vbi dicitur, Videns ciuitatem fleuit super illam, notādum, quòd vt ex Scriptura haberi potest, quadruplex est fletus Christi, qui signat quadruplicē fletum, quem in hac vita habere debemus. Primus est fletus infantiæ, sicut de Christo canitur, Vagit infans inter arcta positus præsepia: vnde Sap. vij. Similem vocem omnibus emisi plorans, qui significat fletum, quem debemus habere pro incolatu præsentis miseriæ, vnde Augustinus, Puer qui nascitur, à ploratu incipit, nec ridere potest, statim natus plorat profunda suæ calamitatis. Secundus est fletus, quo fleuit super Lazarum ad vitam eum reuocando, qui significat fletum, quem habere debemus pro patriæ dilatione: vnde Psal. ca. xix. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est. Tertius est fletus, quo fleuit super ciuitatem Ierusalem in die palmarum, qui significat fletum, quem habere debemus pro compassione miserorum: vt patet Iere. ix. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Vnde etiam ij. Cor. xj. c. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scādalizatur, & ego non vror? Quartus est fletus, quo fleuit in cruce, vt patet ad Hebr. v. Cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est, pro sua reuerentia, qui significat fletum quem habere debemus in cruce pœnitentię, ex compunctione peccatorum. Vnde Psal. vj. Lauabo per singulas noctes lectum meum. id est cor meū, & faciem animæ meæ: sic fleuit & lauit Maria Magdalena, & mundata est Luc. vij. sic fleuit, & lauit Petrus peccatum suum, vt patet Lucæ cap. xxij. Egressus foras fleuit amarè.

Christus eiecit vendentes de templo.

Quid significat quadruplex fletus Christi.

QVAESTIO CVII.

Circa Euangelium dominicæ decimæ post octauam pentecostes oritur quæstio, Vtrum Iudæi tempus visitationis suæ, id est aduentum Christi cognouerunt? Arguitur quòd non: ad Corinthios secundo capite habetur, Si enim cognouissent Dominum gloriæ, nunquam crucifixissent eū. In oppositum habetur Matth. vigesimoprimo cap. quòd agricolæ videntes filium, dixerunt intra se, hic est hæres, venite occidamus eum: vbi dicit Hieronymus, Manifestissimè Deus probat in his verbis Iudæorum principes: non per ignorātiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Igitur. Ad argumētum dicitur, quòd habituali cognitione maiores benè cognouerunt aduentum Christi, sed non actuali. Ad quæst. respondendū

est secundùm Tho. iij. Parte.q xlvij. & secundùm magistrum Nico.de Lyra super hoc quod habetur.Lu.xix.& secundum magistrum Ioan. de Turre cremata in q.super Euangeliis,quòd apud Iudæos quidam erant maiores scientes Scripturas legis, & prophetarum, & tunc dicendum est quòd maiores eorum,qui principes dicebantur,cognouerunt Iesum esse verum prophetam promissum in lege: quia omnia signa videbant in eo, quæ dixerant prophetæ, non ex cognitione actuali applicante opus,scilicet, prædicationem Christi recipiendo, benè tamen habituali: ideo tempus visitationis eorum cognouerunt. Aliqui fuerunt minores, sicut laici & mulieres, qui mysteria Scripturæ non nouerant: & de illis dicendum est,quòd tales non cognouerunt Iesum verum prophetam esse, nec Christum esse promissum in lege, neque esse filium Dei: & tales non cognouerunt tempus visitationis suæ.

Dominica xj.post oct.Pentecost.Euang. secundùm Luc.xviij.cap.

IN illo tempore, [a]dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant, [b] tanquam iusti, [c] & aspernabātur cæteros,parabolam istam,[d]Duo homines ascendebant in templum,[e]vt orarent: [f]vnus Pharisæus, [g] & alter publicanus.[h] Pharisæus stans, [i] hæc apud se orabat,[k] Deus gratias ago tibi,[l]quia non sum †sicut cæteri hominum, [m] raptores, iniusti, adulteri, [n] velut etiam hic publicanus.[o] Ieiuno bis in sabbato, [p] decimas do omnium quæ possideo: [q] & publicanus à longe stans, [r] nolebat nec oculos ad cælum leuare, [s] sed percutiebat pectus suum,[t]dicens,Deus propitius esto mihi peccatori.[v]Amen[x]dico vobis,descendit hic[y]iustificatus[z]in domum suam ab illo,[a] quia omnis qui se exaltat, [b]humiliabitur: [c] & qui se humiliat [d] exaltabitur.

Non sum sicut. Pharisæus iste glor.abat. de bonis suis:& in se metipso se iustificabat: sed q se de bonis operibus suis iustificant & gloriantur,velut hic pharisæus operum mercedem apud Saluatorem non accipient. Vnde Mat.vi. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis alioq mer cedem nō habebitis apud patrē vestrū qui in cælis est.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti,&c.Luc.xviij.Historiam huius Euangel. dixit dominus anno eius xxxiij. kal.April.dominica x.Indi. vj. Ante initium præsentis Euang.scribit sanctus Lucas in eod.cap.quòd Christus dixit parabolam istam, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat,& hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam in ciuitate illa, veniebat ad eum dicens, Vindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tempus. Post hæc dixit intra se, Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor:tamen quia molesta est mihi vidua, vindicabo illam, s. faciendo ei iustitiam ne in nouissimo veniens,sugillet me,i.suffocet me tædiosis clamoribus. Ly. Item sugillare,id est,suffocare,strangulare, condemnare. Tunc postmodum sequitur Euangel. hodier. a [Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant.] id est,suis meritis. b [Tanquam iusti.] cum tamen essent iniusti: quia humilitatem non habebant,sine qua nullus est iustus c [Et aspernabantur cæteros] quia non attendebant illud Isa.xxxiij.c. Væ qui spernis nónne & ipse sperneris?Cùm fatigatus desieris contemnere, contemneris. d [Duo homines ascend.in tem.] Ly. quia ad literam, templum erat in alto situm;s.in monte Moria: vt habetur ij. Para.iij. e [Vt orarent.] non ad confabulandum, non ad mulieres videndum. f [Vnus Pharis.] Gor.i. apparens iustus: Pharisæi enim distinguebantur ab aliis,in habitu,in obseruantiis,& cultu religionis:propter quod dicti sunt Pharisæi,id est, diuisi ab aliis hominibus. g [Et alter publicanus] i.publicis negotiis intentus, qui de communi cursu implicatur ad peccatum. h [Pharisæus stans.] Gor. Ecce superbia, cum tamen flectere genua, vel aliquo alio modo se inclinare debuit. i [Hæc apud se orabat.] Ly. Iste Pharisæus propriè non orauit,sed magis se iactabat, dicens,k [Deus gratias ago tibi.] Gor.malè incœpit iste Pharisæus orationem suam: debuit enim incipere in sui accusatione,secundùm illud Prouerb. xviij. Iustus in principio accusator est sui.In medio supplicare,& orare,& in fine gratias agere:sicut facit sacerdos in missa sua.Primò enim generali confessione dicit,Cōfiteor.Secundò, Deum suppliciter deprecatur, multiplici oratione.Et vltimò Deum regratiatur, in gratiarum actione, cùm dicit, Ite missa est:vel, Benedicamus domino, Deo gratias. l [Quia non sum sicut cæteri hominum.] q. d. Solus iustus sum, omnes cæteri peccatores. m [Raptores,iniusti,& adulteri.] Gor.Raptores enim sunt,qui proximorum substantiam rapiunt. Iniusti, qui personas eorum lædunt, & comprimunt. Adulteri, qui vxores proximorum polluunt. n [Velut etiam hic publicanus] quem iudicat, & condemnat. Post hoc enumerat bona sua,dicens, o [Ieiuno bis in sabbato.] i.hebdomada, quæ apud Iudæos tota denominabatur à sabbato,tanquam à digniori. p [Decimas do omnium,quæ possideo.] Ly.Pharisæi de multis decimas dabant: vt de mentha, de aneto,& de cymino: vt patet Mat xxiij. ad quod non tenebantur: vt cæteris iustiores apparerēt.

De Pharisæo, & publicano orantibus.

q [Et

q [Et publicanus à longe stans.] Lyr. Ecce timor, quasi non esset dignus ad altare appropinquare. r [Nolebat nec oculos in cælum leuare.] Ecce pudor: propter peccata sua, non audebat cælum respicere. s [Sed percutiebat pectus suum.] Ecce dolor de peccatis commissis. t [Dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.] Ecce vera & pura confessio. Et ista iam dicta sufficiunt, ad remissionem peccatorum. Ideo sequitur, v [Amen] id est, veraciter. x [Dico vobis: descendit hic] scilicet, de templo Dei, quòd erat in monte. y [Iustificatus] scilicet, de templo factus iustus, per gratiam & misericordiam, quia Deus humilibus dat gratiam. z [In domũ suam ab illo] scilicet, Pharisæo superbo, cuius superbia corrumpebat omnia bona opera eius: vnde Aug. Superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. a [Quia omnis qui se exaltat.] Lyr. per superbiam. b [Humiliabitur.] per pœnam. c [Et qui se humiliat] per veram confessionem peccatorum. d [Exaltabitur.] in gloria per remunerationem. Sicut enim in statera materiali, vna parte depressa, altera eleuatur, & econuerso, sic in statera diuinæ iustitiæ decretum est, vt qui eleuatur per superbiam in vita præsenti, deprimatur per pœnam confusibilem in vita futura. Et econuersò, qui sponte humiliatur in præsenti propter Deum, in futuro ad gloriam eleuabitur. Circa præsens Euange. vbi dicitur, Deus propitius esto mihi peccatori. notandum quòd quilibet peccator debet per se laborare: vt pœnitentiam veram agat in præsenti vita. Primò, propter acerbitatem ignis purgatorij: quia ignis ille est idem cum igne infernali secundùm Thom. de Aquin. vnde etiam S. Gregor. in iiij. Dialogorum cxlv. In eodem igne purgatur electus, & detinetur damnatus: vnde magister Sen. lib. ij. dist. lxiiij c. vj. Illa pœna est grauior omnibus aliis, excedit enim omnem pœnam vitæ præsentis: etiam quam passi sunt martyres. Secũdò, ratione diuersitatis pœnarum: quia vbi sunt pœnæ diuersæ, secundùm diuersitatem peccatorum, est ibi pœnarum modus. Nam pro mensura peccati, erit & plagarum modus, Deut xxv. Tertiò, ratione diuturnitatis, quia ibi annus pro die computatur. Ezechiel. iiij. Diem pro anno dedit tibi: diem scilicet in præsenti tempore, pro anno, s. in futuro. Quartò, ratione infructuositatis. quia illa pœna non valet ad meritum: sed solum ad satisfactionem, & est inuoluntaria. Pœna autem in vita præsenti potest esse voluntaria & meritoria. Quintò, ratione dãnositatis, quia quandiu anima est in pœna, caret gloria: sed retardari à gloria, excedit omnem pœnam vitæ præsentis, & præsertim in talibus, qui nisi esset adhuc pœna illis persoluenda, statim Deum viderent: quia tales in gratia moriuntur, & nihil impedit quando quis in gratia Dei ab hac vita decedit, nisi solutio pœnæ pro peccatis: pro quibus hîc non benè satisfecit, &c. Vnde Hug. Nunquam enim à quoquam Dei facies videbitur, donec per pœnam venialium peccatorum, quadrans minimus persoluatur.

QVÆSTIO CVIII.

Circa Euangelium dominicæ xj. post oct. Pentecost. oritur quæstio, Vtrum Pharisæus in oratione sua, veniat meritò condemnandus? Arguitur quòd non: orans Pharisæus incœpit à gratiarum actione, dicens, Domine, gratias tibi ago: sed in hoc non peccauit, recognoscendo omnia bona quæ habuit: ergo non venit condemnandus. igitur. In oppositum, Omnis homo qui in oratione gloriatur de operibus suis, venit condemnandus, sed pharisæus gloriatur in oratione sua de operibus suis, dicens, Ieiuno bis in sabbato: ergo venit condemnandus. Ad argumentum dicitur quòd non arguitur Pharisæus, quia gratias egit Deo: sed quia modo superbo. Ad q. respondeo, quòd Pharisæus taliter se habuit in oratione sua, quòd meritò venit reprehendendus, propter tria. Primò, propter irreuerentiam quam in oratione obseruabat: quia non reuerẽter orauit, sed cum fastu, non incuruato corpore, sed erecta fronte: ideo dicitur de eo, Stans. Secundò, quia se iustum solum inter homines dicebat, cùm ait, Non sum sicut cæteri hominum. Tertiò, quia de bonis quæ faciebat, se iactabat.

Dominica xij. post oct. Pentecost. Euangelium secundùm Marcum, vij. cap.

In illo tempore, [a] exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ [b] inter medios fines Decapoleos, [c] & adducunt † ei surdum & mutum: [d] & deprecabãtur eum, vt imponat illi manum. [e] Et apprehendens eum de turba seorsum, [f] misit digitos suos in auriculam eius, [g] & expuens in terram, tetigit linguam eius. [h] Et suspiciens in cælum [i] ingemuit, [k] & ait illi, Ephphetha, quod est adaperire. [l] Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. [m] Et præcepit illis, ne cui dicerent: [n] quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant. [o] Et eo amplius admirabantur [p], dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

† Adducunt ei Surdus. iste fuit populus Iudaic', quẽ prius Apostoli p prædicationẽ ad Christũ adducũt. Et mutus fuit populus gẽtilis, q de Christo nullo modo loquebatur. Quẽ dein de Apostoli per miracula, & Euang. verbũ ad Christũ adducunt. Iudaicus surdus & cæcus, & populus gẽtilis mutus erat. Mat. xv. Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum.

POSTILLA.

IN illo tempore, exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ,&c.Marc.vij. Matth. xv. Hoc signum fecit Iesus Christus anno eius xxxij.kal.Decemb.fer.v.Luna xvij.Indi.iiij. Ante initium præsentis Euang scribit S. Marc.c.vj.quòd vbicunque dominus Iesus introibat in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos,& deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent:& quotquot tangebant eum,salui fiebant. Postmodum sequitur Euang.hodier. a[Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ.]Lyr.Tyrus & Sidon sunt quædam ciuitates sitæ in terra promissionis, prope montem Libani. Mare Galilææ est quidam lacus,per quem transit Iordanis.b[Inter medios fines Decapoleos.]vnde Iacobus,Decapolis est regio decem vrbium,trãs Iordanem ad Orientem. Et cum venisset Iesus Christus ad locum illum, c[Adducunt ei surdum & mutum.]Non erat talis à natiuitate,nec ab infirmitate superueniente: sed à dæmone ipsum obsidente, eius auditum impediente, & loquelam. d[Et deprecabantur eum,vt imponat illi manum.]scilicet,vt ipsum sic curaret,per quod datur intelligi,quòd aliquando precibus sanctorum,& etiam bonorum hominum salus alicui impetratur.e[Et apprehendens eum de turba seorsum.] Vnde Iacob.per quod datur intelligi,quòd ille, qui saluari desyderat, malas societates dimittat. f[Misit digitos suos in auriculam eius.] Lyr.Per digitos intelligitur gratia Spiritussancti, quam infundit Christus in cor peccatoris. g[Et expuens in terrãm,tetigit linguam eius:] per saliuam sapientia diuina intelligitur. Tho. Omnia quæ in Christi corpore fuerunt, sancta & diuina fuerunt:siue vestimenta eius, siue digiti eius, siue sputum eius: & ideo aliquando curabat per tactum vestimentorum,aliquando per digitum,aliquando per sputum,sicut patet hic in Euangelio. h[Et suspiciens in cælum, per quod docét nos vt sæpè ad cælum respiciamus: quia ibi est amicus noster, auxilium nostrum,& hæreditas. i[Ingemuit.]quod facere, voluit vt ostenderet humanæ naturæ humilitatem.Item vt ostenderet peccatoribus gemendi necessitatem,quia qui sanari vult à peccatis, prius debet ingemere:vt patet Ezech. xviij. In quacunque hora ingemuerit peccator,&c.k[Et ait illi,Ephpheta, quod est adaperire.]Ly.ostẽdens se verum Deum per imperium. l[Et statim apertę sunt aures eius & solutum est vinculum linguæ eius,& loquebatur rectè.]Iacobus, vinculum linguæ tunc solutum est,quando homo lingua vtitur ad orationem, ad proximi ædificationem, & informationem, ad peccati confessionem,& ad Dei laudem. m[Et præcepit illis, ne cui dicerent.]Vt vanam gloriam fugiendam esse doceret. n[Quanto autem eis præcipiebat,tanto magis plus prædica.]Vnde Aug. Per hoc Christus volebat pigris ostendere,cum quanto feruore prædicare debent,quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibentur tacere,non poterant.Lyr. Beneficiatus, de beneficiis acceptis debet se gratum ostendere,& benefactorem laudare: quamuis benefactor hoc non quærat, o[Et eo amplius admirabantur.]Lyr.de tanta humilitate. p[Dicentes,Bene omnia fecit:& surdos fecit audire, & mutos loqui.] Circa præsens Euan vbi dicitur, Suspiciens in cęlum.notandum quòd Hugo de Prato dicit,quòd quater legimus Iesum oculos subleuasse. Primò,pasturus.vt patet Ioann. vj. Cùm subleuasset oculos Iesus,&c.Secundò,responsum legisperito daturus, vt patet Luc. x. Tertiò, surdum & mutum sanaturus:sicut patet in verbis præmissis,Suspiciens in cælũ, &c. Quartò,Lazarum suscitaturus: vt patet Ioann. xj. Vbi sciendum, quòd oculis mentis nostræ cælum respicere debemus,& ad ipsum anhelare:& hoc propter tria. Primò, quia ciuitas nostra est, vbi perpetuò manere debemus:vt patet Hebr.xiij.Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, exemplum de his qui in aliena patria demorantur: quomodo cor ad terram suam ponunt:si illuc redire intendant, aliàs non habent ibi cor suum, si in terra in qua habitant,ædificant: & de patria sua amplius non cogitant Secundò,quia ibi est Pater noster,& mater nostra, & fratres & sorores, & amici nostri, scilicet Christus, & beata Virgo, & alij sancti, qui amplius nos diligunt, quàm parentes carnales pueros suos. Sperare etiam debemus,quòd ibi sint animæ prędecessorum nostrorum, qui in fide Christi mortui sunt. Omnia ista trahunt desyderium hominis ad cælum.Tertiò,quia ibi est thesaurus noster, scilicet merces operum nostrorum, & etiam meritum Christi, & beatæ Virginis Mariæ, & omnium electorum in cælo existentium: qui est thesaurus indeficiens omnem sufficientiam habens,quia nec auferri, nec corrumpi potest: magnus autem & preciosus thesaurus, multum trahit cor hominis:vt patet Matth.vj. Vbi est thesaurus tuus,ibi est & cor tuum.

Quibus modis miracula à Xpo efficiebantur.

Christus quater oculos subleuasse,vt ait Hugo de Prato.

QVAESTIO CIX.

CIrca Euangelium dominicæ duodecimæ, post octauas Pentecostes, oritur quæstio, Vtrum Christus circa surdum & mutũ, de quo in Euangelio, miraculum fecit, conuenienter sit operatus? Arguitur quòd non: Dei non est orare, nec respicere in cælum ingemiscendo: cùm ergo hoc fiebat virtute diuinitatis, non conuenienter videtur operatus.In oppositum Marci septimo capite, Benè omnia fecit:& surdos fecit audire & mutos loqui.

Ad argum entum dicitur negando consequentiam,& ratio est: quia Christus in curatione infirmi, ipse suspiciens in cælū ingemuit: vt ostēderet se esse verum hominē, à Deo quærentem auxilium: sed dico quòd non solùm potestate diuina fecit miracula, sed etiam humana, potestate diuina mediante. Nam vtraque potestas erat Deo ostendenda.

Domin.xiij.post octa.Pentec.Euang.secundum Lucam.x.capit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a]Beati oculi, qui vident [b]quæ vos videtis. [c]Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges, voluerunt videre, quæ vos videtis,[d] & non viderunt & audire quæ vos auditis,& non audierunt.[e]Et ecce quidam legisperitus [f]surrexit [g] tentans illum,& dicens, Magister,[h] quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est?[k] Quomodo legis? [l] At ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, [m] & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, [n]& ex omni mēte tua, [o] & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque, [p] Rectè respōdisti. [q]Hoc fac, & viues. [r]Ille autem[s] volens iustificare seipsum, dixit [t] ad Iesum, Et quis est meus proximus? [v]Suspiciens autem Iesus dixit, Homo quidā descendebat ab Ierusalē in Iericho, [x] & incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum,& plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. [y] Accidit autē vt sacerdos quidam descenderet eadem via,& viso præteriit. [z] Similiter & Leuita cùm esset secus locū, & videret eum, pertrāsiit. [a] Samaritanus autem quidam[b]iter faciens, venit secus eum.[c]& videns eum,[d] misericordia motus est.[e]Et appropians alligauit vulnera eius,[f]& infundēs oleum & vinum, [g]& imponens illum in iumentum suum, [h] duxit in stabulum, [i]& curam eius egit. [k] Et altera die [l]protulit duos denarios, [m] & dedit stabulario, [n]& ait, Curam illius habe,[o]& quodcunque supererogaueris, [p]ego cum rediero [q]reddā tibi. [r] Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. [s] Et ait illi Iesus, Vade, & fac tu similiter.

Multi prophe.& reges. sācti prophetæ in sancto spū verum messiā facturū præuidētes,& sacri reges valde cupiebant Christū videre incarnatū. Prophetæ vt Isaias, Ezechiel, Daniel. Reges: vt Dauid, Salomon, &c. Dauid videre cupiēs, Exurge gloria, exurge Psalteriū, & cythara Ps. lvii.& Psa. xvi. satiabor cū apparuerit gloriatua.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Beati oculi q vid. quę vos videtis, &c. Luc.x. Mat.xiij. Ante initium huius Euāgelij scribit sanctus Luc. quòd Christus dixit discipu. suis, Qui vos audit, me audit:& qui vos spernit, me spernit. Et conuersus ad discipulos suos dixit, a [Beati oculi qui vident] scilicet non solùm humanitatem Christi, & facta exteriora cōspiciendo, sed virtutem diuinitatis latentem intelligendo. b [Quæ vos videtis.] Gor. Viderunt enim Apostoli gratiosam præsentiam Domini nostri Iesu Christi in assumpta humanitate, & crediderunt eum verum Deum, & hominem: ergo dicti sunt beati. Sed Iudæi, Pharisæi, Caiphas, Herodes,& Pilatus solum viderunt foris Christi humanitatem: sed non cognouerunt eius deitatem: ergo non sunt dicti beati. Vnde Hierony. in homilia, Illorum oculos beatos dixit, qui hominem videntes, Deum crediderunt: vbi notandum, quòd si beati fuerunt oculi qui viderunt Christum, & crediderunt eum Deum: multo beatiores sunt, qui nō viderunt Christum in humanitate: & tamen crediderunt ipsum verum Deum in sacramento eucharistiæ. Vnde Ioan.xx. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. c [Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges, voluerunt videre quæ vos videtis.] vt Esa.lxiiij. qui dixit, Vtinam dirumperes cælos & descenderes. Itē sicut Aggæus, qui dixit Aggæi ij. Veniat desyderatus cunctis gentibus. Item sicut Moyses qui dixit, Mitte Domine quem missurus es. Item sicut propheta Dauid psal. cxliij. qui dicit, Domine inclina cælos tuos & descende.& plures alij. d [Et non viderunt.] Gor.s. eo modo quo vos videtis; viderunt enim ipsum spiritualiter, sed isti corporaliter & præsentialiter, habentes eum, & ab eo quæ volebant interrogantes. e [Ecce quidam legisperitus.] scilicet peritia literali, non intelligentia spirituali: vnde Ambr. super Lucam, Quidam legisperitus verba legis tenens, & verba legis ignorans f [Surrexit.], scilicet vt melius audiretur. g [Tentans illum, & dicens, Magister.] Gorra, Magistrum vocabat, cuius disci. pulus esse nolebat h [Quid

faciendo vitam æternam possidebo?]Gorra, Videtur enim quærere humiliter, cùm dicit, Magister, sapienter cùm dicit, Quid faciendo. Vtiliter, cùm addit, Vitam æternã possidebo. i [At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est?] scilicet in lege diuina, quæ lex legum est. k [Quomodo legis,] id est quomodo doces discipulos tuos, qui adhuc nescis, per quid peruenitur ad vitam æternam. l [At ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo] secundùm Ber. id est sapienter. m [Et ex tota anima tua,] id est dulciter. n [Et ex omni mẽte,] id est fortiter. o [Et proximum tuum sicut teipsum,] id est, ad quod ipsum: scilicet ad gratiam in præsenti, & ad gloriam in futuro: vel eo ordine quo teipsum, scilicet infra Deum, & super omnia temporalia. p [Dixitque illi,] scilicet Iesus Pharisæo & legisperito. q [Rectè respondisti] non autem rectè fecisti: quia vt dicit glos. Christus laudauit eius responsum, nõ eius factum. r [Hoc fac & viues.] quasi dicat, Hoc dicis, & non facis: ideo ad vitam ęternam non vadis. s [Ille autẽ] scilicet Pharisæus & legisperitus t [Volens iustificare seipsum,] id est demonstrare iustum. v [Dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus.] Gor. Forsitan putabat quòd Christus dixisset, Iudæus est proximus tuus, & tunc responderet, Omnem Iudæum diligo, & sic appareret iustus. x [Suspiciens autem Iesus dixit, Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho.] quæ distat ab Ierusalem ad vnam dietam y [Et incidit in latro. qui etiam spo. eum, &c.] Erat enim ad literam inter Ierusalem & Iericho solitudo vel desertum, in quo spoliabantur aliquando homines transeuntes à latronibus, & occidebantur. In qua solitudine captus fuit Sedechias rex fugiens de Ierusalem à satellitibus regis Babylonis, vt habetur Iere. vlti. Lyr. Moraliter tamen

Moralis expositio de peccatore. exponitur, de peccatore descendente à statu iustitię in peccatũ mortale: qui spoliatur à dæmonibus, & relinquitur semiuiuus: quia tollitur ab eo vita gratiæ, remanente vita naturæ. Mysticè etiam per hominẽ iustum secũdùm Got. intelligitur Adã, vel omne genus humanũ: ergo dicit, Homo quidam, scilicet Adam, vel genus humanum: descendebat ab Ierusalem, i. de paradiso & statu immortalitatis in Iericho. i. in miserias & defectum vitæ pręsentis: & incidit in latrones, i. in dæmonum potestates, qui spoliauerunt eum, scilicet indumenta gratiæ immortalitatis & innocentiæ auferendo: vt patet Gen. iij. primi parentes post peccatum cognouerunt se nudos, & plagis impositis, i. naturalibus vulneratis & debilitatis per peccatũ, abierunt semiuiuo relicto. Homo semiuiuus relinquitur: quando remanente vita naturæ, priuatur vita gratię. z [Accidit autem vt sacerdos quidam descen. ea. vi. & viso illo præ. similiter & le.] Sacerdos legem significat, quæ data est per Moysem, Leuita prophetas significat, qui descenderunt post Moysem: hi viderunt genus humanum sauciatum: quia per legem cognitio peccati, sed non potuerunt sanare genus humanum, a [Samaritanus autem quid.] s. qui custos interpretatur, i. Christus, qui est custos verus. b [Iter faciens]. i. de cælo descendẽs in hũc mundum, propter nostram salutem. c [Videns eum.] s. oculo misericordiæ. d [Misericordia motus est]. s. ex eius compassione. e [Et appropiãs alligauit vulnera eius] s. in baptismo peccata eius remittendo. f [Infundens oleum & vinum. Oleum infundit in vulnera, cum spẽ pœnitentibus tribuit: vinum infundit, cum terrorem, s. mortis æternæ, pœnarum Inferni, & diei iudicij, homini incutit. g [Et imponens illum in iumẽtum suum.] Greg. Iumentũ caro ipsius est, in quo vulneratum posuit, quando peccata nostra ipse portauit super lignũ in corpore suo vt patet Isa. liij. Verè languores nostros ipse port. h [Duxit in stabulum] i. in præsentem Ecclesiam. i [Et curam eius egit] quia circa ægrotum sollicitus fuit, sicut bonus & fidelis medicus. k [Altera die.] Prima dies fuit dies passionis, altera dies resurrectionis: & hęc est immortalitatis. l [Protu. duos de.] id est duo testamẽta. m [Et dedit sta.] id est summo pontifici, i. Petro, & aliis apostolis quibus aperuit sensum, vt intelligerent Scripturas veteris & noui Testamenti. n [Et ait, Cu. il. ha.] sup. corporis & animæ. Ergo dixit primo stabulario, i. Petro, Pasce oues meas. o [Et quodcunque supererogaueris] supple præceptis meis, i. consilia superaddendo, & cum subditis & fidelibus laborando. p [Ego cum re.] s. in iudicio extremo, vt patet Act. j. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. q [Reddam tibi] quia Dominus Iesus reddit vnicuique iuxta opera sua. r [Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum.] Vbi notandum, quòd opinio Iudæorum erat quòd non quilibet homo proximus est: sed tantum Iudæus: ergo dicunt Iudæum, proximum suum, & omnem alium hominem alienũ: ergo Christus ostendit in præsenti Euangelio, omnem hominem esse proximum omni homini, qui fecit ei misericordiam: vnde Ambr. Cognatio non facit proximum, sed misericordia; vnde etiam Aug. de Doct. Christia. Propinquitas generis non facit proximum: sed opus misericordiæ impensum. Ex quo patet, quòd quilibet est proximus noster qui hìc viuit: quia cuilibet potest à nobis impendi misericordia, vel nobis impendere. s [Ait illi, Vade tu & fac similiter]. i. vt omnem hominem esse amicum & proximum reputes, & misericordiam impendas affectu & effectu, sicut Samaritanus illi Iudæo fecit. Vnde circa præsens Euãgelium vbi dicitur, Beati oculi qui vident, &c. quęritur in quo consistat beatitudo? Respondetur q quidã posuerũt beatitudinẽ in bonis corporis, vt Epi-

curet. Quidam in bonis mundi, scilicet, diuitiis honore, potentia, & sic de aliis. Quidam in virtutibus moralibus, & cognitione creaturarum, & maximè substantiarum separatarum, vt Peripatetici. Christus autem veniens in mundum, qui ad hoc natus est vt testimonium perhiberet veritati, ostendit, quòd in omnibus supradictis vera beatitudo non consistit, sed in visione, & cognitione Dei, dicens, Beati oculi, &c. Item quæritur hîc, cuius sit beatitudo, scilicet, an animæ, vel corporis? Ad quod respondet Hugo de Prato, quòd beatitudo consistit principaliter in cognoscendo, & amando & possidendo Deũ. Et beatitudo principaliter erit in anima, quæ Deum per essentiam cognoscet: & non per aliquam similitudinem, & per ipsum perfectè possidebit in se, tãquam proprium & intrinsecum bonum. Corpus enim habebit quatuor dotes suas: quæ sunt agilitas, vt subitò feratur, quocunque anima volet. Impassibilitas, vt à nulla re possit lædi, vel pati. Subtilitas, ita vt montes penetret. Et claritas, ita quod in ipsa claritate corporis, claritas & gloria animæ cognoscatur: quia anima magis beata, clarius corpus habebit. Omnia prædicta habebit corpus, ex redundantia gloriæ animę in corpus. Econtrariò de corporibus impiorum erit, quia erunt crassa, grauia, passibilia, & obscura. Hæc ille.

QVAESTIO CX.

Circa Euang. domini. xiij. post oct. pentec. oritur quæstio, Vtrum solus Deus sit ex charitate diligendus? Arguitur quòd sic, Spes generat charitatem: vt habetur in glossa Matt. j. sed spes ista habetur de Deo, quòd sperantes in homine reprehenduntur secundùm illud Ierem. xvij. Maledictus homo qui confidit in homine: ergo charitas ista debetur Deo, quòd ad proximum se non extendat. In oppositum, j. Io. iiij. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd vituperantur qui sperant in homine, sicut in principali authore salutis, non autem qui sperant in homine, sicut adiuuanti ministerialiter sub Deo: & similiter reprehensibile esset, si quis proximum diligeret, tanquam principalem finem, non autem si quis proximum diligat, propter Deum: quod pertinet ad charitatem. Ad q. respondendum est secundùm Thom. ij. ij. quæst. xxv. artic. j. per vnam conclusionem, quæ talis est, Habitus charitatis, non solùm se extendit ad dilectionem Dei: sed etiam ad dilectionem proximi: sequitur corollariè, quòd non solum Deus ex charitate diligendus est, sed etiam proximus.

Dominica xiiij. post octa. Pentecostes, Euangelium secundum Lucam, xvij. capite.

In illo tempore, [a] dum iret Iesus in Ierusalem [b] transibat per mediam Samariam & Galilæam. [c] Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, [d] qui steterunt à longe, [e] & leuauerunt vocem suam, [f] dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. [g] Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. [h] Et factum est dum irent, mundati sunt. [i] Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. [k] Et cecidit in faciem ante pedes eius, [l] gratias agens. [m] Et hic erat Samaritanus. [n] Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? [o] Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. [p] Et ait illi, Surge, & vade: [q] quia fides tua te saluum fecit.

Decem viri leprosi. Lepra quę in carne est, i. viri infecti ac morbidi erãt, quos Dñs verbo suæ potentię curauit, quósque sacerdotibus ostendi iussit, signũ veræ animæ & corporis curæ indicãs etiam nobis post habitam cõtritionẽ, quæ est animæ cura interior, proprio sacerdoti confitẽdũ esse, q per manus impositionem, & pœnitentiã, animã à lepra, i. peccato sanat, & curat, vt de pœn. dist. i. Nõ potest à peccato quisquam iustificari, nisi peccatum fuerit ante cõfessus, vt ca. Ecce nũc tempus & ca. Non potest quis.

POSTILLA.

In illo tempore, dum iret Iesus in Ierusalem, &c. Luc. xvij. Historia huius Euang. facta est anno Christi xxxiij. ij Idus Mart. fer ij. Luna iiij Indictione vj. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Lucas, quòd Christus dixit discipulis suis, Cùm omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus Et factum est, a [Dum iret Iesus in Ierusalem.] scilicet ad locum suæ passionis, in quo ostendit se spontè passurum. b [Transibat per mediam Samariam & Galilæam.] Samaria erat terra gentilium, Galilæa Iudęorum: ergo vtranque pertransibat, quia ad saluandos gentiles & Iudæos venerat. c [Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrere ei decem viri leprosi.] Lyra, quia audierant famam de miraculis Christi. d [Qui steterunt de longè.] Lyra, Tum propter Christi reuerentiam, quia non debebant appropinquare sanis hominibus, ne eos inficerent. e [Et leuauerunt vocem suam.] Lyr. Ex magno desyderio sanitatis. f [Dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri.] i. solo verbo potes nos curare g [Quod vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus.] Hoc iussit Christus, propter legis impletionem. Lex enim præcepit Leuitic. xiiij. vt mundatus à lepra, sacerdotibus se offerret. Et hoc duplici de causa. Vna causa, quia sacerdotes debebant iu-

dicare, vtrum talis esset verè curatus. Secunda causa,quia pro sua emundatione tenebatur offerre sacrificium determinatum in lege. Item, vt daret nobis exemplum honorandi sacerdotes.Item,vt per hoc,sacramentum confessionis exprimeret.Dicit enim Christus omnibus peccatoribus, Ite.q.d. Non expectetis quòd cogamini vrgente infirmitate, quando oportet sacerdotem ad se vocari, sed ite, dum sani estis: ostendite,non palliate,vos,non alios,quia aliæ personæ non sunt nominandæ in confessione sacerdotibus, quibus data est potestas à Christo ligandi & soluendi: vt patet Ioan.xx. Accipite spiritumsanctum:quorum remiseritis peccata remittuntur eis. h [Et factum est dum irent mundati sunt] In hoc ostenditur quòd in vera contritione peccata dimittuntur peccatoribus à Deo etiam antequam perueniant, ad confessionem: vnde Psalm. xxj. Dixi, Confitebor:supple, in futuro, & tu remisisti impietatem peccati mei:quamuis posteà teneatur confiteri sacerdoti loco Dei.i[Vnus autem ex illis vt vi.quia mund. est te.est,cũ magna voce magna voce magnificans Deum.] Gor. Magnitudo vocis, dat intelligere magnitudinem fidei & deuotionis. k[Et cecidit in faciem ante pedes eius.] in quo notatur eius magna humilitas. l[Gratias agens.]Est autem Deo valdè acceptabilis gratiarum actio. Vnde Augustin.ad Aurelianum,Quid melius animo gerimus,aut ore probamus,aut calamo exprimimus,quàm vt Deo gratias agamus?nec dici breuius,nec agi fructuosius potest. m[Et hic erat Samari.] Lyra, In hoc innuitur. quòd alij nouem erant Iudæi: nec reuersi sunt ad gratias agendum, quia Iudæi semper fuerunt ingrati, tam in veteri, quam in nouo Testamento, de beneficiis Dei. n[Respondens autem Iesus dixit,Nónne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt] quasi dicat,Multi mundantur & baptizantur, tamen pauci saluantur:vt patet Matth. xx. Multi sunt vocati,pauci verò electi. o[Non est inuentus qui rediret,& daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.]Lyra,In hoc figuratum fuit,quòd gentiles venturi erant deuotè ad fidem Christi,Iudæis remanentibus in suo errore. p[Et ait illi, Surge, & vade.] Noluit enim surgere, nisi iussus. q [Quia fides tua te saluum fecit.] In hoc innuitur, quòd magnum est meritum fidei: quia per fidem peccator mundatur.Item per fidem homo iustificatur:ad Roman.v.Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum,per dominum nostrum Iesum Christum. Item per fidem homo filius Dei efficitur:vt patet Ioan.j. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. Item per fidem homo saluatur.Ergo hic Christus dixit Samaritano, Fides tua te saluum fecit. Vnde circa præsens Euangelium, vbi dicitur, Ite, ostendite vos sacerdotibus,& dum irent mundati sunt: quæritur si peccator in ipsius cordis contritione absoluitur,antequàm perueniat ad

Ad mundãdũ peccatorem à lepra peccati requiruntur tria, scilicet cordis contritio,oris confessio, & operis satisfactio Doc.irini. sẽt.di.xv.

sacerdotem, vt hic innuitur: quia dum irent mundati sunt:quid facit postmodum sacerdos, & à quo absoluit eum? Responderur quòd solus Deus absoluit peccatorem à culpa, in ipsa cordis contritione: vt patet Isaiæ quadragesimoquarto, Ego sum qui d leo iniquitates tuas propter me. Sacerdos autem ministerialiter, & instrumentaliter peccatorem à peccato absoluit: & non solum ostendit absolutum. Est enim sacerdos minister Dei, & eius instrumentum animarum. Et hoc optimè ostendit Christus,in Lazari suscitatione:per quem peccator rediens ad Dei gratiam designatur, quem Christus solus à mortuis reuocauit, sed Apostolis mandauit,vt eum soluerent:sic patet quòd fuit à Christo suscitatus, & ab Apostolis resolutus. Simile est in iustificatione peccatoris, quem solus resuscitat à morte culpæ, reddens ei gloriam suam:sed sacerdos soluit eum, à catenis peccatorũ: quibus pro talibus culpis ligatus tenebatur. Exemplum, Rex vel Potestas in consilio absoluit malefactorem qui tenetur in carcere catenis ligatus, & ministri regis vadunt ad carcerem, & ex parte regis absoluunt eum à carcere, & à catenis:& ministri regis vadũt ad domum eius, & reddunt ei omnia bona sua prius perdita. Sic facit Sacerdos, qui tanquam minister Dei absoluit peccatorem à catenis peccatorum & reducit eum in Ecclesiam Dei,reddens ei omnia bona sua,quæ ante peccatum fecerat,& facit eum participem omnium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia Dei: & dat ei cibum vitæ manducare, scilicet, corpus Christi, & docet quomodo debeat viuere, & in via Dei ambulare,& non stare:quia stare, regredi est.Sic patet,quòd sacerdos habet magna facere,in iustificatione peccatoris,non solum eum ostendere absolutum. Vnde iterum hic quæritur,quæ sit forma absolutionis à peccatis? Respondeo secundùm sanctum Thom. de Aquino, quòd de substantia formæ est, Et ego absoluo te à peccatis tuis: sed præmittitur oratio,scilicet, Misereatur tui omnipotens Deus, &c. ne effectus sacramenti impediatur, ex parte pœnitentis. Et communiter apponitur, in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Item quæritur, an impositio manus super caput confitentis, requiratur? Respond. secundùm Thom.de Aquino quòd non:quia hoc sacramentum non ordinatur ad consequendum aliquam excellentiam gratiæ, sed ad remissionem peccatorum. Magis autem in hoc sacramento competit crucis signatio, quam manus impositio:in signum quòd per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata, & non est de necessitate sacramenti, &c. Item Thom.dicit, quòd qui impetrat absolutionem à papa, vel legato cautè facit se absolui ab omnibus excommunicationibus, & à peccatis, de quibus non recolit, quia si postea recolit de eis, non tenetur iterum absolutionem petere, ab

excommunicatione,licèt de peccato,ſi ſit mortale,teneatur confiteri.

QVAESTIO CXI.

CIrca Euangeliũ dominicæ xiiij. poſt octa. pente. oritur quæſtio, Vtrum credere ſit meritorium? Arguitur quòd non:ille qui accedit alicui rei credendo,aut habet cauſam ſufficienter inducentem ipſum ad credendum, aut non.ſi habet ſufficiens inductiuum ad credendum,non videtur ei eſſe meritorium:quia non eſt ei iam liberum credere,& non credere:ſi autem non habet ſufficiens inductiuum ad credendum,leuitatis eſt credere.Igitur. In oppoſitum ad Heb.xj. Sancti per fidem adepti ſunt repromiſſiones:& etiã in Euan. Fides tua, &c. quod nõ eſſet niſi credẽdo mererẽtur:ergo. Ad argu.dicitur, quòd ille qui credit habet ſufficiens inductiuum ad credendum, inducitur enim authoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, & interiori inſtinctu Dei inuitantis:quare ſequitur quòd non leuiter credit.Ad q reſpondet Thom. ij.ij.q.ij. per tres concluſiones.Prima eſt, Actus noſtri ſunt meritorij, inquantum procedunt ex libero arbitrio, moto à Deo per gratiam. Secunda, Omnis actus humanus, qui ſubiicitur libero arbitrio, ſi ſit regulatus in Deum,poteſt eſſe meritorius.Tertia, Ipſum credere, quod eſt actus intellectus aſſentiens veritati diuinæ, ex imperio voluntatis à Deo motæ per gratiam ſubiacens libero arbitrio in ordine ad deum, eſt actus fidei meritorius.

Dominica xv poſt octauas Pentecoſtes, Euangel.ſecundum Matth. vj.cap.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.[a] Aut enim vnum odio habebit, [b] & alterum diliget: [c] aut vnum ſuſtinebit, [d] & alterum contemnet. [e] Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.[f] Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis [g] animę veſtrę, [h] quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, [i] & corpus plus quam veſtimentum. [k] Reſpicite volatilia cæli,quoniam non ſerunt, neque metunt neque congregant in horrea, & Pater veſter cęleſtis paſcit illa.[l] Nõne vos magis pluris eſtis illis? [m] Quis autem veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnum? [n] Et de veſtimẽtis quid ſoliciti eſtis? Conſyderate lilia agri quomodo creſcunt: [o] non laborant [p] neque nẽt. [q] Dico autẽ vobis,quòd neque Salomon [r] in omni gloria ſua coopertus eſt, [s] ſicut vnum ex iſtis. [t] Si enim fœnum agri quod hodie eſt, [v] & cras in clibanum mittitur, [x] Deus ſic veſtit: [y] quanto magis vos modicæ fidei? [z] Nolite ergo ſoliciti eſſe , dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, [a] aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. [c] Scit enim Pater veſter,quia his omnibus indigetis.[d] Quærite ergo primum [e] regnũ Dei, [f] & iuſtitiã eius, [g] & hæc omnia [h] adiicientur vobis.

Non poteſtis Deo. Viri religioſi, eccleſiaſtici, regulares, canonici ſeu monachi, preſbyteri,prębẽdarii,& quiuis alii ſeruitores eccleſiæ dedicati & inſeruientes, ſecularibus negotiis nullo mõ vacare ne [illegible] dere debent.Nam diuin⁹ cultus à ſeculi negotiis eſt ſemotus,vt diſ. lxxxviii c. præcepit, ſancta ſynodus nullum deinceps cleri cũ aut . [illegible] ſeſsiones cõducere, aut negotiis ſecularibus ſeſe immiſcere.

POSTILLA.

IN illo tempore , dixit Ieſus diſcipulis ſuis,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mat.vj. Luc. xvj. Verba huius Euangelij locutus eſt Ieſus anno eius xxxj.ij.Idus Iulij, fer.v.Luna xvj.Indictione quarta. Ante initium præſentis Euangelij ſcribit ſanctus Mat.in eodem ca. quòd Chriſtus dixit diſcipulis ſuis, Nolite theſaurizare vobis the. in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo : vbi nec ærugo, nec tinea demolitur : & vbi fures non effodiunt , nec furantur. Vbi enim eſt theſaurus tuus. ibi eſt & cor tuum.Tunc poſtmodum ſequitur Euangelium hodiernum , Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Gor,Cõtrariis,intra ſe differẽtibus & cõtraria præcipientibus. Et quilibet hominum habet vnum illorum duorum.Hoc ſic probatur,quia omnis homo aut eſt in gratia,aut eſt in peccato mortali. Si autem eſt in gratia:tunc habet pro Domino Deum. Si autem eſt in peccato mortali : tunc habet diabolum pro domino. a[Aut enim vnum odio habebit.]Gor.. ſcilicet diabolum. b[Et alterum diliget] ſcilicet Deum. c[Aut vnum ſuſtinebit.] id eſt diabolum , quem homo peccando patitur ſed non diligit, d[Et alterum contemnet]ſcilicet Deum quem homo peccãdo mortaliter contemnit.Sed Deũ nemo poteſt odio habere:quia ſummum & infinitum bonum eſt. Nec diabolum quiſquã diligit,ſed peccando ſe ei ſubiicit.e[Nõ poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ].i.diuitiis Ly.Nõ dicit Chriſt⁹,Nõ poteſtis habere,ſed Nõ poteſtis ſeruire:

licitè enim possunt haberi, quãdo bene dispensantur, sicut ille, qui in piis operibus diuitias expendit, non seruit diuitiis, sed magis diuitiæ seruiunt sibi, quia eis vtitur sicut instrumentis ad opera virtutum. Vnde Ambr. super Lucã, Sicut diuitiæ sunt impedimenta improbis: ita probis sunt adiuuamenta virtutis. Et talis simul potest seruire Deo, & vti ipsis. f [Ideo dico. ne solici. sitis.] scilicet solicitudine nimia. Notandum, quòd Christus hìc non prohibet laborem quia homo ad laborem nascitur, sicut auis ad volandum: sed prohibet solicitudinem superfluam & inordinatam, per quam postponuntur bona spiritualia, & etiam æterna. g [Animæ vestræ] id est animali vitæ, quæ cibo sustentatur. h [Quid manducetis: neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca] q. d. Longè plus est. i [Et corpus plus quàm vestimentum] q. d. Si deus dedit vobis maiora: scilicet corpus & animam, consequenter etiam dabit minora, scilicet, escam & vestimentum. k [Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit ea.] Vnde in psal. cxlvj. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum, &c. multo fortius, hominem sufficienter pascet. Vnde Rab. Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? quis dominus ministris suis non ministrat cibaria? quis pater non dat filiis alimenta? &c. l [Nonne vos magis pluris estis illis] Lyr. Natura humana maioris ponderis est coram Deo: quia aliæ creaturæ factæ sunt propter hominem, finis autem nobilior est his, quæ sunt ad finem. Si ergo de illis curat multo fortius, de vobis curam habet. m [Quis autem vestrûm cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum.] q. d. Nullus. Ergo Deus qui dat homini incrementum, & quantitatem staturæ & per consequẽs, etiam dabit nutrimentum conueniens staturæ, prout viderit expedire. n [Et de vestimentis quid soliciti estis. Consy. li. agri quomodo crescunt]. s. tam pretiosis coloribus induta: tamen, o [Non laborant.] scilicet ad ornandum se. p [Neque nent.]. i. filant, ad faciendum sibi vestimentum, & tamen optimè vestiuntur: sic quòd regalia vestimenta excedunt. q [Dico autem vobis neque Salomon] qui fuit ditissimus, sapientissimus, & potentissimus, inter alios reges. r [In omni gloria sua coopertus] id est vestitus & ornatus tam pulchrè. s [Sicut vnum ex istis.] Gor. quia in Salomone fuerunt vestes alienæ: istis autem propriæ. Item illæ ab arte, istæ à natura: & ideo omnes tinctores pannorum, non possunt facere colorem viridem, sicut natura in terra nascentibus. Vnde Hie. Quid rubet vt rosa? quid cãdet vt lilium? t [Si enim fœnum agri quod hodie est] id est in præsenti. v [Et cras in clibanum mittitur] id est in furno ponetur. x [Deus sic vestit] id est sic pulchrè, sic optimè, sine solicitudine. y [Quanto magis vos modicæ fidei.] Ly. Vocat autem eos, qui nimis solicitantur de temporalibus modicæ fidei: q. ex defectu fidei procedit talis solicitudo superflua. z [Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus? aut quid bibemus.] hoc pertinet ad alimentum. a [Aut quo operiemur?] hoc pertinet ad vestimentum. b [Hæc enim gentes inquirunt] Gor. quia infideles sunt qui de æternorum promissione non confidunt. Lyr. Gentiles diuinam prouidentiam circa actus humanos negant. c [Scit enim Pater vester cælestis: quia his omnibus indigetis.] Gor. Non est pater pius, qui non tribuit necessaria filiis, quorum nouit indigentiam: sed Deus est Pater vester, ergo seruientibus sibi, temporalia sufficienter ministrabit. d [Quærite ergo primum] id est præcipuè e [Regnum dei.] de quo dicitur Mat. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris mei. Quis hoc regnum non desyderet, vbi omnes erunt reges & reginæ? Ergo feruenter & diligenter hoc regnum est quærendum. f [Et iustitiam eius.] quia iusti in perpetuum viuent: & apud Dominum est merces eorum, Sapien. v. g [Et hæc omnia]. s. temporalia h [Adiicientur vobis.] psal. liiij. Iacta cogitatũ tuum in Domino: & ipse te enutriet. Item ps. xxxvj. Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Circa hoc præsens Euangelium vbi dicitur, Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. notandum est, quòd peccator quærit regnum Dei, non primò, sed vltimò, s. in morte. Quando enim peccator non potest plus viuere: vel quando credit sibi mortem imminere, tunc quærit regnum Dei, & accipit exemplum à latrone in cruce, sed non à Ioan. Bap. qui à cunabulis quæsiuit regnum Dei. Similiter sanctus Nicolaus episcopus: qui quarta & sexta feria, semel sugebat vbera. Similiter Dominicus pater noster, qui à pueritia sua domino nostro seruire studuit: & sic de aliis pluribus sanctis. Contra quos, nota exemplum de quinque virginibus fatuis, quæ petierunt oleum in media nocte in vasis suis, id est vicinitate mortis, & non obtinuerunt: sic lampades earum sunt extinctæ: & ipsæ exclusæ sunt à regno cælorum. Vnde August. Legi, & perlegi sacram Scripturam, & non inueni in quinque millibus annorum saluatum in fine, nisi solum latronem. Vnde etiam Albertus magnus, Rarum est, quòd aliquis ex amore, in fine vitæ suæ, verè pœniteat. Item peccator quærit regnum Dei: sed non iustitiam eius. Omnis enim homo vult esse beatus: quia vt dicit Boëtius de Consola. Philosophiæ, Mentibus hominum naturaliter summi boni cupido inserta est, sed opera beatitudinis non curat facere. Tota die peccator fabricat sibi domum in Inferno, & intendit post hanc vitam quiescere, & habitare in cælo, &c.

Finis quo dammodo omniũ est homo: mũdum Deus ꝓpter hominẽ machinat⁹ est Lact. lib. de ira. Omnia fecit Deus propter hominem: bonitas Dei cã fuit factionis mundi ꝓpter hominẽ. Pla. in Timæo. Natura fecit animalia propter hominem Philoso. j. Politic.

QVAESTIO CXII.

CIrca Euangelium dominicæ xv. post oct. pente. oritur quæstio, Vtrum omnis solicitudo temporaliū sit prohibita? Arguitur quòd non: habetur Lu. x. Martha, Martha solicita es, dixit Christus: quam solicitudinem exercendo, non peccauit: igitur non omnis solicitudo temporalium est prohibita. In oppositum, solicitudo prohibetur in Euangelio: cùm dicitur, Nolite soliciti esse: igitur. Ad quęstionē respondendum est secundùm Albertum & secundùm M. Ioan. de Tur. cre. in Quęst. super Euāgeliis, quòd duplex est solicitudo. Vna est solicitudo suffocans: & tunc dicendum est quòd talis solicitudo est prohibita. Alia est solicitudo nō suffocans, prout cùm quis habet solicitudinem circa bona temporalia, non tanquam circa finem vltimum, & principalia bona, sed sicut circa organa, & instrumenta, promouentia ad consequenda spiritualia bona: & tunc talis solicitudo est prohibita, & de tali solicitudine intelligitur argumentum de Martha, factum ad partem negatiuam.

Dominica xvj. post octauam pentec. Euang. secundùm Luc. vij cap.

IN illo tēpore, [a] ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim [b] & ibāt cum eo discipuli eius, & turba copiosa. [c] Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, [d] filius vnicus matris suæ. Et hęc vidua erat. Et turba ciuitatis multa cum illa. [e] Quam cùm vidisset, misericordia motus super [f] eam, [f] dixit illi, Noli flere: [g] & accessit, & tetigit loculum. [h] Hi autem qui portabant, steterunt, & ait, Adolescēs tibi dico [i] Surge. [k] Et resedit qui erat mortuus, [l] & cœpit loqui. [m] Et reddidit illum matri suæ. [n] Accepit autem omnes timor, [o] & magnificabāt Deū, [p] dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis, [q] & quia Deus visitauit plebem suam.

Misericordia motus. Nullus corde contritus, & ore confessus, Dei misericordiā implorās, humili prece & simplici voto, à Patre pietatis & misericordiæ, denegatā sibi vidit vnquā: & pater misericordiæ est: vnde de pœ. di. j. c. libēter ignosco, proptè indulgeo quia misericordiā magis volo, quā sacrificiū.

POSTILLA.

IN illo tempore, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim. Luc. vij. cap. Hoc miraculum fecit Dominus Iesus anno eius xxxj. xiij. kalend. Aug. dominica xxij. Indict. iiij. Ante hoc Euangeliū sanauit Dominus seruum Centurionis, qui accessit ad Iesum rogans eum, & dicēs, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio ait, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo & sanabitur puer meus. Et dixit Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti fiat tibi: & sanatus est puer ex illa hora. Et factum est deinceps, a [Ibat Iesus in ciuitatē quæ vocatur Naim.] Naim est ciuitas parua, in Galilæa, prope montem Thabor qui distat à Ierusalem duabus dietis. b [Et ibant cum eo discipuli eius: & turba.] Lyr. Turba multa cum Domino, turba multa cum vidua: hoc factum est, vt euidentius esset miraculum coram multis factum: vt viso miraculo multi fierent laudatores Dei, & testes. c [Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur] s. ad sepeliendum. d [Filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat.] Lyr. Antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitatem ne ex cadaueribus inficerentur habitatores ciuitatis. e [Quam cùm vidisset Iesus, misericordia motus super eam] tum quia erat vidua: tum quia non habebat alium filium, in quo posset in senectute sustentari. f [Dixit illi, Noli flere] q. d. citò consolaberis. g [Et accessit, & tetigit loculum.] Lyr. i. pheretrum. Ad hoc enim tetigit: vt ostenderet quòd corpus suum deitati vnitū erat instrumentum deitatis, etiam in miraculis faciendis. h [Hi autem qui por. ste. & ait, Adolescens tibi dico.] Gor. i. propria virtute impero. i [Surge] s. à lecto mortis. k [Et resedit, qui erat mortuus] s. prius: quia statim rediit vita per Christum. l [Et cœpit loqui] Ly. Vt manifestè appareret quòd erat verè resuscitatus. m [Et reddi. illum matri suæ] prius enim dederat in conceptione. n [Accepit autem omnes timor.] Gor. s. admirationis, de tam mirabili suscitatione. Legitur in Euangeliis, Dominū tres mortuos suscitasse, s. puellam in domo: vt patet Matt. ix. Adolescentem in porta: vt in Euangelio hodierno. Lazarum in sepulchro: vt Ioan. j. o [Et magnificabant eum] i. magnum prędicabant: hoc est enim magnificare Deum, de ipso magna credere & dicere. p [Dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis] in lege & prophetis promissus. q [Et quia Deus visitauit plebem suam,] Lyr. mittendo eis Saluatorē. Circa hoc Euangelium, vbi dicitur, Noli flere. quæritur, vtrum de amici morte aliquis licitè possit lugere? Respondetur quod sic: sed moderatè. Sic Martha & Maria Magdalena fleuerūt super Lazarum fratrem suum defunctum: quē post modicum tempus à morte suscitauit. Secundò, quæritur, vtrum magis flendum sit pro morte animæ, quam corporis? Respondetur quòd sic: quia quanto anima est nobilior corpore, tantò magis est dolendum de morte animæ, quā de morte corporis. Vnde Augustinus, Maius est damnum de amissione vnius animę,

Christus tres mortuos suscitauit.

quam mille corporũ.& Bernardus, Totus mundus pretium vnius animę æstimare non potest. Sed vt dicit Augustinus, mirabilis miseria in hominibus apparet: quòd cùm moritur homo secundùm corpus, omnes amici conueniunt & plorant: sed cùm moritur secundùm animam, nullus dolet, nullus plorat, à corpore mortuo nõ recedunt, donec sepulturæ tradatur. Animæ verò mortuæ nullus assistit: nullus curat eam ad vitam reducere. Vtinam tot facerent amici pro anima resuscitãda, quot facerent, si possent amicum mortuum ad vitam reuocare. Tertiò quæritur: quæ debent nos consolari, super morte puerorum & consanguineorum? Respondetur quòd ad hoc valent quinque cõsyderationes, quas ferè omnes tangit beatus Hieronymus in quadam epistola. Prima est consyderatio diuinæ voluntatis, cui debemus nos in omnibus conformare. Vnde Seneca in Epistola ad Lucilium, Placeat homini, quicquid Deo placet. In signum huius, quotidie oramus, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Nam credere debemus, quòd Deus meliori statu hominẽ reuocat, si bonus est, ne malus fiat: si malus, ne peior efficiatur. Secunda consyderatio diuinæ æquitatis: quia licitum est vnicuique, quod suum est repetere. Deus enim habet ius & potestatem repetendi pueros, & consanguineos tuos: quia ipsius sunt: vnde Psal. xcix. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Insuper tenemur Deo soluere debitũ mortis: quia omnes sumus ad mortem astricti, vt patet Gen. ij. Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Vnde Heb. ix. Statutũ est omnibus hominibus semel mori. Tertia cõsyderatio est diuinæ dispositionis: quæ nouit quandiu expediat homini, hîc viuere, & quando mori. vnde Augustinus in libro Soliloquiorum, De salute corporis mei, quandiu mihi sit vtile nescio: tibi Domine hoc committo. Sic etiam beatus Martinus fecit, dicens, Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. O homo attende diligẽter, quomodo totus mundus plenus est tribulationibus & miseriis. Hoc patet: quia nunc frigus, nunc æstus, fames & sitis, sanus & infirmus, lætus & tristis, risus & fletus, diues & pauper, viuus & mortuus: vt patet Iob xiij. Nunquam in eodem statu permanet. Item Iob xiiij. Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miseriis: vnde refert Solinus de Barbaris, quòd quãdo pueri nascuntur: tunc magnum planctum faciunt: quando verò moriuntur, magnum festum. Et beatus Hieronymus refert de quadam terra, vbi vxores cum maritis sepeliuntur, eligentes potius mori, quam in miseria viuere. Quarta consyderatio est inutilitatis & damnificationis: quia luctus & tristitia damnificant hominem in corpore, & in anima: secundùm illud Eccle. xxx. c. Multos occidit tristitia, & nõ est vtilitas in ea: vnde Prouerb. xxv. Sicut tinea vestimento, vermis ligno, ita tristitia nocet cordi. Etiam nocet animæ defunctæ, quia tales propter nimiam tristitiam erant indeuoti, & indispositi ad orãdum, & suffragandum animabus: & sic animæ puerorum & consanguineorum retardantur. Exẽplum de hoc, quære in Promptuario exemplorum Discipuli Petri. Quinta consyderatio est futuræ resurrectionis: in qua lætè ad vitam reducitur, qui hac die plangitur. Vnde j. ad Thess. iiij. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Nam quilibet Christianus credere debet resurrectionem. Et si hic charus & fidelis tibi fuit: millies tibi charior erit in cælo: & si hic tibi vtilis fuit, millies tibi vtilior erit in cælo quia omnia merita tecum diuidet. Vnde Anselmus, Vnusquisque tantum gaudet de alterius merito, quantum de suo proprio. Eiusdem Euangelij expositionem aliam literalem, cum morali, quære supra feria quinta post dominicam quartam Quadragesimæ.

Quinque nos consolantur super morte consanguineorum.

Debemur morti nos nostráque Horatius in Arte poetica.

QVAESTIO CXIII.

Circa Euangelium dominicę xvij. post octauam pentecost. oritur quæstio, Vtrum per miraculum quo Christus suscitauit filium viduæ, sufficienter fuerit ostensiuum, quòd Christus esset verus Deus? arguitur quòd non: ex particulari non sufficienter ostenditur vniuersale, sed istud miraculum fuit quoddam particulare opus, ergo ex illo non sufficiẽter demonstrata est diuinitas Christi. In oppositum habetur Ioan. v. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd quando aliquod particulare opus, proprium est alicuius agentis, tunc per illud particulare opus, probatur tota virtus agentis: cum ergo propria virtute miracula facere, sit solius Dei, sufficienter ostensum est Christum esse Deum ex quocunque miraculo, quod propria virtute fecit, quia Christus est Deus. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioannẽ de Turre cremata, vbi suprà, per conclusionem vnam, quæ talis est, Miraculum quòd Christus fecit sufficienter ostendit diuinitatem Christi, siue Christũ esse Deum: patet, quia suscitatio mortui secundùm ipsam speciem operis, transcendit omnem potestatem virtutis createę: ideo nõ poterat fieri nisi virtute diuina.

Dominica xvij. post octauam pentecostes, Euangelium secundùm Lucam, xiiij. cap.

IN illo tempore, [a] cum introisset Iesus in domũ cuiusdam principis Pharisæorum [b] sabbato, mandu

Sabbato mâducare panẽ Quia impoſsibile eſt naturam viuere ſine cibo. Chriſtus ſaluator panem naturalem manducabat, & apud homines recumbebat, cũ his bibens & comedens, nullum à ſe ꝓhibens, venire volentem & miſericordiã petentem. non aſpiciens gradũ neque dignitatẽ: imò oẽs ad ſe vocat dicens in Euangelio, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. De Chriſto manducante dicitur Matth. xi. Venit filius hominis manducans & bibens.

care [b] panem, [c] & ipſi obſeruabant eum. [d] Ecce homo quidam hydropicus [e] erat ante illum. [f] Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos, & Phariſæos, [g] Si licet ſabbato curare? [h] At illi tacuerunt. [i] Ipſe verò apprehẽſum ſanauit eum [k] ac dimiſit. [l] Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrûm aſinus, aut bos, in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die ſabbati? [m] Et non poterãt ad hoc reſpondere illi. [n] Dicebat autem ad inuitatos parabolam, [o] intendens quomodò primos accubitus eligerent, dicens ad illos, [p] Cùm inuitatus fueris ad nuptias, [q] nó diſcumbas in primo loco, [r] ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab eo. Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore, [s] nouiſsimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris vade, & recumbe in nouiſsimo loco, [t] vt cùm venerit qui te & illum inuitauit, dicat tibi, Amice aſcende ſuperiùs. [v] Tunc erit tibi gloria, coram ſimul diſcumbentibus: [x] quia omnis qui ſe exaltat, [y] humiliabitur: [z] & qui ſe humiliat, [a] exaltabitur.

POSTILLA.

IN illo tempore, cum introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam. Luc. xiiij. Mat. xij. Hoc ſignum & hanc phariſæorum increpationem fecit Dominus Ieſus anno eius xxxij. ſabba. v. nonas Octo. Luna xiij Indictione v. Ante initium huius Euãgelij ſcribit ſanctus Lucas in præcedenti cap. quòd quidam dixit ad Ieſum, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos, Contẽdite intrare per anguſtam portam, quia multi dico vobis quærent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtiũ, incipietis foris ſtare, & pulſare ad oſtium, dicentes, Domine, aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis, Neſcio vos, vnde ſitis. Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me operarij iniquitatis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et tunc poſtmodum ſequitur Euangelium hodiernum, a [Cùm introiſſet Ieſus, in domum cuiuſdam principis Phari.] Gor. In domo principis Phariſæorum, & aliorum aduerſariorum comedit Chriſtus: & hoc propter eorum ædificationem, & propter perfectæ charitatis oſtenſionem, quæ eſt diligere inimicos: vt patet Luc. vj. Diligite inimicos veſtros, &c. b [Sabbato manducare panem.] Gor. nomine Panis vitæ neceſſaria deſignantur. Intrauit ad comedendum, non fercula voluptatis, ſed panem neceſſitatis. Lyr. iſte princeps Phariſæorum inuitauit Chriſtum malitiosè, & non ex deuotione. Vnde ſubditur, c [Et ipſi obſeruabãt eum.] Ly. attendentes, ſi inter epulas aliquid diceret: aut faceret, vnde poſſent eum accuſare. d [Ecce homo quidam hydropicus.] Lyr. Hydropicus dicitur ab hydrops quod eſt aqua intercus, quia hydropicus habet aquam inter carnẽ & cutem: & hoc eſt propriũ hydropici, quòd quantò plus bibit, tantò plus ſitit. e [Erat ante illum.] Cyrillus dicit quòd ille non petiuit à Chriſto ſanari, timore Phariſæorum & Iudęorum, ſed ſolum ſe oſtendebat, vt Chriſtus videns eum, eius miſereretur. f [Et reſpondens Chriſtus, dixit ad legiſperitos, & Phariſæos] non reſpondit ipſis ad verba, quia quæſtio non proponebatur: ſed ad cogitationes eorum reſpõdit. Vnde Beda, Per hoc oſtendit ſe eſſe verum Deum: quia ſolus Deus nouit corda hominum. g [Si licet ſabbato curare] Gorra, id eſt, ſi licet opera pietatis & miſericordiæ facere, ſine ſabbati violatione, cuiuſmodi opus eſt infirmum curare. h [At illi tacuerunt.] Beda, Meritò tacent qui ſe contra ſe dixiſſe, quicquid dixerint, vident. Si enim licet ſabbato curare, cur ipſum obſeruant? ſi non licet, cur pecora curant? i [Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum.] Lyra, quia per impoſitionem manus ipſius curauit, & poſtmodum manum retraxit. k [Ac dimiſit.] ſcilicet abire corporaliter ſanatum. l [Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrum aſinus, &c.] Gorra, quaſi dicat, Si ſabbatum non frangitis ſubueniendo pecoribus, quãtò minus frango ipſum ſubueniendo hominibus? m [Et non poterant ad hæc reſpondere illi.] Lyra, Tanquam confuſi euidenti ratione. Sed notandum, quòd magna fuit Phariſæorum malitia: quia plus curabant de animalibus, quam de hominibus. Sic & multi plebani & prælati maiorem curam habent de rebus temporalibus, quam de animabus: vnde Chryſoſtomus, cadit aſina, & non eſt qui ſubleuet, perit anima, & non eſt qui recogitet. d [Dicebat autem ad inuitatos parabolam iſtam.] Lyra, confutando eos de ſuperbia & ambitione indebita o [Intendens quomodo primos accubitus eligerent.] Gorra, id eſt, quomodo de primis accubitibus obtinendis laborarent. p [Cùm inuitatus fueris.] Cyrillus, Ad nuptias cæleſtes: de quibus dicitur Apocalypſis xix. cap. Beati qui ad cœnam agni nuptiarum vocati ſunt. q [Nõ diſcumbas in primo loco.] Ille in primo loco diſcũbit, qui ſe in corde præfert aliis, ſicut Phariſæus, qui dixit, Non ſum ſicut cæteri hominũ.

Vnde dicetur hydropicus.

Secundò, dignitatem seu prælaturam indebitè ambiendo, sicut Lucifer: vnde Isa.xiiij. Ero simi lis Altissimo. t[Ne fortè, &c. incipias cum rubo re] i. cum confusione. s[Nouissimum locum, &c.] s. minorem te alijs reputando, sicut Aposto lus fecit, qui dixit, Ego sum minimus aposto lorum. t[Vt cum ve. qui te & illum inui. dicat tibi, Amice, ascende superius.] s. in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. v[Tunc erit tibi glo. co. simul dis.] in eadem beatitudine quiescentibus. x[Quia omnis qui se exaltat.] s. superbiédo. y[Humiliabitur.] necessariò hîc, vel in futuro. vnde Prouerb. xx. Superbum sequitur humilitas. y[Et qui se humiliat.] volun tariè ex corde. a[Exaltabitur.] hîc vel in futuro. Sicut ostendit beatus Gregor. quadruplici exemplo, dicens, Pupilla oculi quantò est nigrior, tantò lucidior. Candela quanto magis inclinatur tanto maiori luce perfunditur. Arbor quanto profundius radicatur tanto altius crescit. Aqua quanto magis descẽdit deorsum: tanto magis ascendit sursum. Sic homo quanto magis vilescit sibi, & inclinatur ad humanitatem, tantò magis lumine gratiæ, & gloriæ repletur: & quanto magis descendit humiliando se, tanto magis ascendit ad Deum. Vnde circa præsens Euang. vbi dicitur, Et ipsi obseruabant eum: quæritur hîc, an Christus debuit tenere vitam solitariam aut socialem? Respond. quòd consyderato fine ad quem venerat, tunc magis decuit eum tenere vitam socialẽ, quam solitariam. Venerat enim primò, ad ostendendum se verum Deum & hominem: quod oportebat operibus approbare, & sic vitam socialem tenere. Secundò, venerat ad nos informandum moribus & exemplis quæ non potuisset solitariè semper stando: quare decuit eum vitam socialem tenere. Tertiò, venerat ad liberandum nos, tam ab infirmitatibus corporalibus, quam spiritualibus: quare decuit eum talem vitam tenere, vt se domesticum hominibus ostendendo eos attraheret ad domum: verbo, exemplo & consyderatione. Et sic eum fecisse ostendunt Euangelistæ dicentes, quòd ibat de ciuitate in ciuitatem, & in castella, in villas: & de Iudæa in Galilæam, & econuerso: & multùm laborabat prædicando, infirmos sanando, & miracula faciendo, vt daret posteris intelligere, se talem vitam elegisse, quæ esset nobis magis vtilis, & melior, & vtilior, & tutior: quia frater qui iuuatur à fratre, est vt ciuitas munita & firma. Et væ homini soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Eccles. iiij.

Quod ille qui se exaltat humiliabitur Grego. probat quadruplici exemplo.

QVAESTIO CXIIII.

Circa Euang. dominic. xvij. post oct. pente. oritur q. Vtrum ambitio sit peccatum? Arguitur quod non: absque vitio homo potest appetere illud, quod sibi debetur pro præmio: sed honor est prẽmium virtutis, vt ait Arist. viij Ethic. ergo ambitio honoris non est peccatum. Oppositum, habetur j. ad Cor. xiij. Charitas nõ est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt: sed nihil repugnat charitati, nisi peccatum, ergo ambitio est peccatum. Ad argumentum dicitur, quod illis qui sunt instituti in dignitate, propter quandam excellentiam status debetur honor: & secundùm hoc inordinatus appetitus dignitatum pertinet ad ambitionem: tamen honor non est præmium virtutis, quo ad ipsum virtuosum, sed est ipsa beatitudo, quæ est finis ipsius virtutis: bene tamen est præmium virtutis licèt tamen ex parte aliorum, qui non habẽt aliquid maius quod virtuoso retribuant præter honorem. Ad q. respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. cxxxj. quòd ambitio importat inordinatum appetitum honoris: qui quidem appetitus inordinatus esse tripliciter dicitur. Vno modo, per hoc quòd aliquis appetit testimonium de excellentia, quam non habet, quod est appetere honorem supra suam professionem. Alio modo, per hoc quòd honorem sibi cupit, non referendo in Deum. Tertiò, per hoc quòd appetitus eius in ipso honore quiescit, non referens honorem ad vtilitatem aliorum, sequitur corollariè, quòd ambitio est peccatum.

Domin. xviij. post oct. Pentecost. Euang. secundùm Matth. xxij. cap.

IN illo tempore, Pharisæi audientes, quòd Iesus silẽtium imposuisset Sadducæis[a] conuenerunt in vnũ. †[b] Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, [c] tentans eum, [d] Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, [f] & in tota anima tua, [g] & in tota mẽte tua. [h] Hoc est maximum, & primũ mandatum. [i] Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. [k] In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. [l] Congregatis autem Pharisæis, [m] interrogauit eos, [n] dicens, Quid vobis videtur de Christo? [o] cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. [p] Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu[q] vocat eum Dominum, dicens, [r] Dixit dominus domino meo, [s] sede à dextris meis, [t] Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum? [v] Si ergo Dauid vocat eũ Dominũ, quomodo filius eius

Conuenerunt in vnum. Pharisæi semp Dñm Iesũ odio habẽtes, illũ inuidebãt q eius sapiẽtia apud Sadducæ. diuulgabatur. Quib quæstionẽ diu agitatã paucis absoluisset. Quæstio erat inter Sadducæos & Pharisæos, s. an mulier q nupserit viris multis post resurrectionem vni soli viro adhærebit, vel multis. Saluatoris no stri solutio fuit quòd nullũ nubẽt in regno Dei: quia oẽs erunt incorruptibiles etiã qu. a se cundũ magistrũ, sacramenta cessabunt in Patria. lib. iiij. col ligitur dist. xlix. & Luc æ xx. dicitur, Omnia transibunt.

est? [x] Et nemo poterat ei respondere verbum, neque fuit ausus quisquam ex illa die amplius eum interrogare.

POSTILLA.

IN illo tempore, pharisæi audientes quòd Iesus,&c.Math.xxij.Mar.xij. Luc.xx. Hanc disputationem cum Pharisæis, fecit Dominus Iesus anno eius xxxiij.xj.kalen.Aprilis, feria iij.Luna xij.Indict.vj.Lyr. Pro intellectu huius Euangelij notandum quòd inter Iudæos quidam erát qui vocabantur Sadducæi: qui recipiebant tantum quinque libros Moysi, & dicebant animã hominis esse mortalem: & per consequens negabant resurrectionem corporum. Et isti Sadducęi accesserunt ad Iesum:& interrogauerunt eum dicentes, Num.xxij.Moyses dicit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, ducat frater vxorem eius,& suscitet semen fratris sui. Erát autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defunctus est,& non habẽs semen reliquit vxorem fratri suo. Similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Nouissimè autem omnium,mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor: omnes enim habuerunt eam. Scriptum est enim Deut.xxv. Quando habitauerint fratres simul,& vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit vxor defuncti,non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius,& suscitabit semen fratris sui.Et primogenitum ex ea filium,nomine illius appellabit:vt non deleatur nomen eius ex Israel. Cùm autẽ noluerit accipere vxorem fratris sui,quæ ei legedebetur,perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu,dicetq́;, Nõ vult frater viri mei,suscitare semen fratris sui in Israel,nec me in cõiugium sumere. Statimq́; accersiri eum facient,& interrogabunt.Si responderit, Nolo eam accipere in vxorem, & accedat mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius,spuetq́; in faciem illius & dicet, Sic fiat homini,qui non ædificat domum fratris sui? & vocabitur nomen illius in Israel domus discalceati. Respõdens autem Iesus ait illis, Erratis nescientes Scripturas, neque virtutẽ Dei. In resurrectione enim neq; nubent.Lyr.i.viri non accipient vxores:neque nubentur, i. mulieres non accipientur à viris: sed sunt sicut angeli Dei,s.incorruptibiles,immortales.Gorra.in hoc seculo moriuntur,ergo nascuntur:sed in futura vita nullus moritur,ergo nullus nascitur: ideo post resurrectionem generalem homines non nubent,neque nubentur. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius,s.quòd ita prudenter respõderet. Tunc statim sequitur Euangelium hodiernum. [Pharisæi autem audientes quòd Iesus silẽtium imposuisset Sadducæis.]Licèt enim Pharisæi contrarij essent Sadducæis in opinione de animæ immortalitate & de mortuorũ resurrectione: tamen conueniebant cum eis in Christi persecutione.Et ideo audientes quòd silentium imposuisset, a [Conuenerunt in vnum.]Lyr.ad inuadendum Christum & venerunt ad ipsum in magna multitudine, ad magis eum terrendum. b [Et interrogauit eum vnus ex eis legis doct.]Lyr.ideo vnus,vt si confusus esset,solus videretur confundi:si autem vinceret, omnes viderentur per ipsum vicisse: secundùm quòd dicit Chry. c [Tentans eum]s.capere in sermone. d [Magister,quod est mãdatum magnũ in lege]Vnde Chry.Magistrum vocat, cuius non vult esse discipulus. e [Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.]Isido.ex toto corde, vt omnes cogitationes in Deũ reflectas. f [In tota anima]vt omnes affectiones in Deum conuertas. g [Et in tota mente tua]vt omnes quinque sensus Christo vacent:vnde Ber.Toto corde,i.sapienter:tota anima,i.dulciter:tota mẽte,i.fortiter.h[Hoc est maximum & primum mandatum] s. in dignitate:quia charitas est maior & dignior omnibus virtutibus. i [Secundum autem simile est huic,Diliges proximũ tuum sicut teipsum.] Ly.i. in eadem beatitudine ad quam diligis te. k [In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetę]Lyr.quia omnia pręcepta ordinantur ad dilectionem Dei & proximi: quia tria præcepta primæ tabulæ pertinent ad dilectionem Dei:& præcepta secundæ tabulæ pertinẽt ad dilectionem proximi.Vnde Chrys.Non potest hominẽ odire, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit. Magister in ij.dist.xxix.Qui Deum diligit,non potest eum contemnere quem Deus præcepit diligi:& qui diligit proximũ quid in eo diligit nisi Deum? igitur vera,&c. l [Congregatis autem Pharisæis.]Gor.s.qui ad templum venerant, m [Interrogauit eos.]Iesus. n [Dicens, Quid vobis videtur de Christo]i.de Messia in lege promisso. o [Cuius filius est?dicunt ei,Dauid]sicut dicitur in Psal.cxxxj.De fructu ventris tui, ponã super sedem tuam. p [Ait illis,Quomodo ergo Dauid in spiritu]i.Spiritu sancto inspiratus q [Vocat eum Dominum,dicens] in Psal cix. r [Dixit Dominus Domino meo]i Filio suo. s [Sede à dextris meis]i.in æqualitate,secundùm quòd Deus. Vel in potioribus bonis præ omnibus creaturis. t [Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.] Lyr.Istud complebitur in iudicio:quãdo omnia perfectè subiicientur Iesu Christo. v [Si ergo Dauid vocat eum Dominum suum:quomodo filius eius est?]Gor.est enim Christus filius Dauid,& etiã Dominus Dauid: filius Dauid secundùm carnem, & Dominus Dauid secundùm deitatem: & sic restat quòd Christus est Deus, & homo. x [Et nemo poterat ei respondere verbũ]Non immeritò: cum seruo Christi, scilicet sancto Stephano disputantibus Iudæis & Pharisæis,

Aliter ęstimauerunt Pharisæi, de animæ immortalitate & mortuorũ resurrectione quã Sadducęi.

Præcepta Decalogi ad duplicẽ ordinãtur dilectionẽ s.Dei & proximi.

non poterant resistere nec contradicere spiritui, qui in eo loquebatur, multo minus Christo, qui est fons sapientiæ & gratiæ. y [Nec ausus fuit quisquam, ex illa hora eum amplius interrogare] propter timorem similis confutationis. Vnde Hieronymus, Confutati sermonibus, vltrà non interrogant. Ex his ostenditur, quòd non ex desyderio discendi: sed ex malitia tentandi eum interrogabãt. Circa præsens Euangelium vbi dicitur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. dicit Hugo de Prato, quòd ordo charitatis est, vt Deus super omnia diligatur. Secundò, anima propria. Tertiò, anima proximi, & magis quàm vita propria. Vnde hic quæritur: vtrum mori pro salute proximi, sit de necessitate salutis? Respondet Hugo de Prato quòd mori pro proximo, est perfectæ charitatis, quæ nõ requiritur de necessitate salutis: sed solùm in viris perfectis. Hoc multi Doctores tenent. Vnde Hugo, Non tenemur ita perfectã habere charitatem, sicut Christus habuit: nec consilia quæ Christus obseruauit, tenemur obseruare. Sed hoc est maius & perfectius, quod vnus alteri possit facere: scilicet mori pro ipso. Vnde Ioã. xv. Maiorem charitatẽ nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vnde Augustinus. Perfecta charitas est, vt paratus sit quis mori pro fratribus suis.

QVAESTIO CXV.

Ea quę sũt ex charitate sunt diligenda, q etiã pertinẽt ad bonum.

CIrca Euangelium dominicę xviij. post pentec. oritur quæstio, Vtrum vnus proximus sit magis diligendus, quàm alius? Arguitur quòd non: ait Aristot. ij. Rheto. Amare, est velle bonum alicui: sed omnibus proximis æquale bonum volumus, putà vitam æternam, ergo omnes proximos æqualiter debemus diligere. In oppositum: tantò vnusquisque magis debet diligi, quantò grauius peccat, qui cõtra eius dilectionem operatur: grauius peccat qui agit contra dilectionem aliquorum Christianorum, quàm qui agit cõtra dilectionem aliorum: habetur Leuit. xij. Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur, quod non præcipitur de his qui aliis maledicunt. Igitur. Ad quæstionẽ respondendum est secundum Tho. ij. ij. q. xxvj. art. vj. ad primũ quòd dilectio proximi potest esse inæqualis, dupliciter. Vno modo ex parte huius boni, quod amico optamus: & quãtùm ad hoc, omnes homines æqua diligimus charitate, quia omnibus optamus bonum idẽ in genere, putà beatitudinẽ æternam: & de tali dilectione, procedit argumentum ad partẽ negatiuã factum. Alio modo, dilectio potest esse inæqualis, propter intẽsiorem actum dilectionis, & sic dicendum est, quòd oportet magis vnum proximorum, quàm alium diligere: cuius ratio est, quia cùm principiũ dilectionis sit Deus, & ipse diligens, necesse est quòd secundùm propinquitatem maiorem ad alterũ istorum principiorũ, maior sit dilectionis affectus.

Feriæ iiij. quatuor temporum mensis Septemb. Euang. Mar. ix. cap.

IN illo tẽpore, respondens vnus de turba, [b] dixit ad Iesum, Magister, attuli filium meum ad te, habentẽ spiritum † mutũ, qui vbicunque eum apprehẽderit, [c] allidit illum, [d] & spumat & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, vt eiicerent illũ & non potuerunt. Qui respõdens dixit eis, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quãdiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. [e] Et cùm vidisset illum statim spiritus conturbauit eum, & elisus in terram volutabatur spumans. [f] Et interrogauit patrẽ eius, Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait ei, ab infantia. Et frequenter eum in ignem, & in aquam misit, vt eum perderet. [g] Sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autẽ ait illi, Si potes credere, [h] omnia sunt possibilia credenti: & continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, [i] Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, [k] Surde & mute spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo. [l] Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit illum, & surrexit. Et cùm introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eiicere eum? Et dixit illis, [m] Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Habẽtem spiritum. Quidã Iudæorũ videns miracula, quæ Dñs Iesus faciebat, habebat filiũ mutũ, i. à spiritu immundo obsessum se ad pedes saluatoris proiecit. Quẽ Dñs misericordia motus piè curauit: ostẽditur discipulis quod potest genus hominum idololatrarũ, qui per fidẽ curati sunt, & ab idololatria reuocati. Nam omnes idololatræ, à spiritu immũdo muti facti sũt in doctrina donec fide illuminati cœperit de Xpo loqui, vt Act. xviij. & xxix. De Paulo q barbarã gentẽ conuertit, & multos Alexandrinos.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, respõdens vnus de turba, dixit ad Iesum, &c. In principio huius c. tractatur de trãsfiguratione Domini: ad quam assumpierat Christus tantum Petrum, & Iacobum, & Ioannẽ: re-

lictis in pede montis aliis Apostolis & discipulis: quibus illic stantibus cùm Christus dedisset eis potestatem, vt dæmones ab obsessis eiicerent, & infirmos sanarent, & cùm oblatus fuisset eis vnus dæmoniacus, habens spiritum mutum, vt curaretur, non potuerunt. Quod videntes scribæ & Pharisæi, deridebant Apostolos & discipulos Christi: & de ista derisione conquerebantur discipuli. Descendens autem Iesus de monte, cum tribus Apostolis, quos secum duxerat: audiens discipulos conquerentes, propter prędictam derisionem, interrogauit eos dicens, Quid inter vos conquerimini? Et ad prædictam Christi interrogationem, sequitur præsens Euangelium. In quo respondit pater dęmoniaci. Dicit ergo in Euãgelio. a [Respondens autem vnus de turba]. s. pater dæmoniaci muti. b [Dixit ad Iesum, Magister attuli filium meum ad te, &c.] Et est litera patens. c [Allidit illum.] i. ad terram proiicit. d [Et spumat & stridet dentibus, &c.] Ad ostendendum vehementiam passionis. e [Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit illum.] vidẽs enim spiritus malus se citò eiiciendum, faciebat peius quod poterat. f [Et interrogauit Iesus patrem eius] non ex ignorãtia, sed vt ex responsione patris, appareret omnibus diuturnitas passionis, & difficultas curationis: vt ex his miraculum esset euidens. g [Sed si quid potes.] Ex hoc patet, quòd pater erat dubius in fide, & dubitans de Christi potestate. h [Omnia sunt possibilia credenti.] Fides enim credentis meretur de congruo, vt detur beneficium per Dei omnipotentiam. i [Credo Domine adiuua incredulitatem meam] dicit, Credo: Non enim erat omnino incredulus sed vocauit incredulitatem suam fidei suæ imperfectionem, quã petebat à Christo suppleri & perfici. k [Surde & mute spiritus.] Non formaliter sed effectiuè, quia in puero obsesso auditum impediebat, & loquelam. l [Et factus est sicut mortuus.] vt per hoc magis declararetur virtus: quia per tactũ Christi surrexit perfectè curatus. m [Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.] Dæmones enim nõ sunt ęquales in virtute naturali. Et ideo vnus alio potest difficilius expelli. Ad expulsionem autem istius, requirebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum, quæ fit per ieiunium: & inde requirebatur magna eleuatio spiritus in Deum, quæ fit per orationem. Talia autem adhuc non erãt in Apostolis: quia pro tempore illo non competebat eis ieiunare: vt patet Marci ij. Nec erant adhuc in Deum perfectè eleuati, quia fuerunt rudes & imperfecti, vsquequo receperunt post Christi passionem, pleniorem perfectionem Spiritussancti. Mat. autem xvj. dicitur, ꝙ duæ causæ erant, quare non potuerunt Apostoli & discipuli Christi, curare hunc infirmum. Quarum prima fuit inuidia Apostolorum & discipulorum, qui remanserant in pede montis, quando tantùm duxit Iesus tres Apostolos prius dictos, secum in monte vbi transfiguratus est. Nam ex hac inuidia moti, indignati sunt omnes alij, in illos tres. Et fuit prima causa eorum impotentiæ, ad prædictam curationem faciendam. Secunda verò causa fuit hæsitatio patris infirmi: quia non erat firmus in fide: vt patet ex dictis.

Quid requiritur ad expulsionem dæmonis.

QVAESTIO CXVI.

Circa Euangelium feriæ iiij. quatuor temporum mensis Septēbris oritur q. Verum ieiunium sit actus virtutis abstinentiæ? Arguitur ꝙ non: Omnis virtus est qualitas vel actus mentis: sed corporale ieiunium est actus corporis: ergo non est actus virtutis abstinentiæ. In oppositum ait Isido. lib. de Summo Bono c. vlt. Facilius per ieiunium oratio penetrat cælum: ergo ieiunium est bonus actus & meritorius: sed omnis talis actus, est actus virtutis & non alterius quam abstinentiæ, quia vtriusque est idem obiectum: igitur. Ad argumentum dicitur, quòd virtutis abstinentiæ duplex est actus, s. interior, qui est velle refrænare gustum à delectationibus, quæ sunt in cibo, & actus exterior qui est ipsa frænatio corporalis: primus est à virtute elicitus, secundus ab eo imperatus. Ad q. respondendum est, secundùm Ricar. de media Villa super iiij. Sen. di. xv. ar. iij. q. ij quòd ieiunium tripliciter potest accipi. s. pro ieiunio naturæ, pro ieiunio, quod est actus virtutis tantum, pro ieiunio Ecclesię. Primò, quilibet ieiunat quolibet die antequam comedat: & tale ieiunium non est actus virtutis abstinentię, nec alterius. Secundò ieiunium est actus virtutis abstinentiæ: sic enim ieiunare est refrænare delectationes gustus, per comparationem ad cibum secundùm regulam rationis, siue homo pluries in die comedat siue non. Tertiò, ieiunium institutum est ad satisfaciendum pro peccatis: ad quod requiritur, quòd non solùm homo abstineat ab illis quæ virtus prohibet, sed etiam ab illis, quibus aliâs possemus vti salua virtute: quia qui illicita commisit, satisfaciendo debet ab aliquibus licitis abstinere: ita tamen quòd nõ corrumpat medium quod obseruatur à virtute: vnde ieiunium Ecclesiæ, & actum virtutis importat: & quãdam superaddit abstinentiã ab illis, quam non corrumpunt medium virtutis: & quia ieiunium est respectus obiectæ abstinentiæ, concludendum est, quòd est virtus abstinentiæ.

Feria vj. Euangelium secundum Luc. vij. c.

In illo tẽpore, rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt mãducaret cũ illo, &c.

Istud Euangelium cum sua postilla, require suprà feria quinta, post dominicam quintam, in quadragesima.

Sabbato iiij. temporum Euangelium secundùm Lucam, xiij. cap.

IN illo tempore, dicebat Iesus turbis similitudinem hanc, [a] Arborem [b] fici habebat quidam [c] plãtatam in vinea sua & venit quærẽs fructum in illa, & non inuenit. [d] Dixit autem ad cultorem vineæ. [e] Ecce anni tres sunt, † ex quo venio, quærẽs fructum in ficulnea hac, & non inuenio. [f] Succide ergo illam: vt quid etiam terrã occupat? At ille respondens dixit illi, [g] Domine dimitte illam & hoc anno, [h] vsque dum fodiam circa illam, [i] & mittam stercora. [k] Et si quidem fecerit fructum, [l] sinautem, in futuro succides eam. [m] Erat autem docens in synagoga eorum [n] sabbatis. [o] Et ecce mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis, [p] annis decem & octo, [q] & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi, Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, [r] & cõfestim erecta est, & glorificabat Deum. [s] Respondens autem archisynagogus indignans, quia sabbato curasset Iesus dicebat turbæ, [t] Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem Iesus ad illum dixit, [v] Hypocritæ, vnusquisque vestrũ sabbato non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit ad aquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? [x] Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo.

Anni tres sunt. Quia ter peccatorũ suorum remissionem obtinuerit & mala vitæ cumulare nõ curauit talis ficulnea sine fructu dici poterit. Si impœnitẽs moriatur, ad ignem succendetur, quia arbor sine fructu excidetur & in ignem mittetur, & comburetur & cremabitur igne infernali, ad quẽ damnatus erit, quia non egit pœnitentiã: vñ Luc. iii. omnis arbor nõ faciens fructum bonũ, excidetur & in ignẽ mittetur. Matth. iii. facite fructus dignos pœnitentiæ.

POSTILLA.

IN illo tempore, dicebat Iesus turbis Iudæorum similitudinem hanc, &c. postquàm Saluator in præcedenti c. induxit discipulos suos ad fidei constantiam. Hic inducit peccatores ad pœnitentiam. Et hoc dupliciter: primò, per exemplum: & hoc à principio huius capitis vsque ad præsens Euangelium. Secundò per rationem sumptam ex parabola, in qua dicitur. a [Arborem fici] id est gentẽ Iudaicam. b [Habebat quidam] id est ipse Deus, cuius perfectio & proprietas non potest à nobis exprimi aliquo determinato nomine: secundùm quod dicitur in sexta propositione de causis. Causa prima superior est omni narratione: ideo dicitur quidã indeterminatè. c [Plantatam in vinea sua: venit quærens fructum in illa, & non inuenit] id est in Iudæa quę spirituali modo dicebatur hæreditas Dei. d [Dixit autem ad cultorem vineæ] id est ad angelum custodem, & præpositum illi genti, qui tunc erat Michael: vt habetur Dan. xiij. e [Ecce anni tres sunt] id est tria tempora, scilicet tempus legis, tempus prophetarum & tempus prędicationis Christi: in quibus Deus quæsiuit fructum bonorum operum à Iudæis, & nõ inuenit nisi in paucis valdè: qui quasi nihil computantur, respectu tantæ multitudinis: vt patet prædicta tempora consyderanti. f [Succide ergo illam] in quo ostenditur quòd meruerunt occidi: & de terra illa eiici. Quod factum est postea per Titum & Vespasianum: qui multos de illis occiderunt, & alios captiuos de terra eiecerunt. g [Domine dimitte illam:] quia angeli pro illis quos custodiunt: interpellant apud diuinam clementiam: vnde & destructio ciuitatis, & populi, dilata est per xl. annos post passionem Christi. h [Vsque dum fodiam circa illam] mittendo illis terrorem diuinorum iudiciorum. i [Et mittam stercora] ostendendo eis infidelitatem & abominationem peccatorũ eorum: per quæ solent pœnitere de peccatis suis. k [Et si quidem fecerit fructum] quia in illis xlij. annis dictæ dilationis, multi de Iudæis pœnituerunt: & conuersi ad fidem, fructum bonorum operum fecerunt: vt patet Act. ij. in pluribus locis. l [Sinautem, in futurum succides eam.] Quia impœnitentes in sua perfidia remanentes, fuerunt occisi: & captiuati per Titum & Vespasianum. m [Erat autem, &c.] Hic consequenter ponitur doctrinæ Christi confirmatio, per sequens miraculum. Vbi primò notatur locus, cùm dicitur, Erat autem docens in synagoga eorum in loco communi vbi conueniebant Iudæi: & tempus cùm dicitur. n [Sabbatis] in quibus homines debebant intendere diuino cultui, & ad audiendum verbum Dei. o [Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis] id est habebat infirmitatem, à spiritu maligno inflictam vel causatam. Quod patet ex hoc quod infrà subditur, Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit satanas, scilicet vinculis infirmitatis. p [Annis decem & octo.] Ex quo patet infirmitatis diuturnitas. q [Et erat inclinata, nec, &c.] In quo apparet infirmitatis grauitas ac deformitas. Vnde ista exprimuntur, vt

tur, vt miraculum sequens maius & euidentius ostendatur: vnde subditur. r [Et confestim erecta est.] licet enim per naturam & arte possint aliquæ infirmitates curari, non tamen in instanti. s [Respondens autem ar.] i. princeps synagogæ. t [Sex dies sunt in quibus operari.] Hoc intelligitur de operibus seruilibus: sed operatio miraculorum, quæ ordinatur ad gloriam Dei, & videntium deuotionem excitandam, poterat fieri in die sabbati & conuenientius in illa die, quàm in aliis: eò quòd illa dies erat ordinata cultui diuino & deuotioni populi. Et hoc ostendit Christus exéplo sensibilium dicens. v [Hypocritæ vnusquisque vestrũ, &c.] Et est patens per se litera. x [Et eum hoc diceret erubescebant, &c.] s. confusione, & sua rationabili responsione, cui non poterant cõtradicere. Circa quod consyderandum, quòd Christus confundebat aduersarios suos aliquãdo exemplis, sicut hìc. Aliquando miraculis, sicut Lu.v. vbi dicitur, Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico, Dico tibi surge, &c. Aliquãdo Scripturis, sicut Mat.xxj. Nũquid legistis, quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem, &c. Aliquãdo rationibus certis sicut Mat. xxij. Cuius est imago hæc & superscriptio, &c. Aliquando testimoniis, vt Ioan.v. c. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati.

Operaque possunt fieri in dieb' festis, & q non.

QVAESTIO CXVII.

Circa Euangelium sabbati, oritur q. vtrum diabolus possit hominem inhabitare. Arg. quòd non: duo spiritus non possunt esse in eodem corpore: vt inquit Aug. sed in homine est spiritus, putà anima sua: ergo diabolus hominem habitare non potest. In oppositum, diabolus deiicitur de corpore hominum: vt patet in Euange. ergo. Ad argumentum dicitur, quòd diabolus non inhabitat in corpore hominum, tanquam informator ipsius hominis: quia non informat, sed ipsa anima: bene tamen habitat, tanquam destructor, & tanquam impugnator. Ad q. respondendum est secundùm Thom. in Quolibetis. quoli.iij. ar.viij. quòd diabolum inhabitare hominem, potest intelligi dupliciter: vno modo quantùm ad animam. Alio, quantùm ad corpus: quantum ad animam quidem non potest diabolus inhabitare hominem substantialiter, quia solus Deus illabitur menti: nec ita diabolus erit culpa, sed spiritussanctus, gratiam spiritus domini sanct. interius operatur: diabolus exterius subiicit: dicitur enim inhabitare affectum hominis per affectum maliciæ, per quodcunque peccatum mortale: quia ex quolibet peccato mortali, homo seruituti diaboli adiicitur: sed quantùm ad corpus, diabolus potest in homine substantialiter inhabitare: sed hoc magis est quantùm ad pœnam, quàm quantùm ad culpam.

Dominica xix. post octa. Pentecostes, Euangelium secundum Matth. ix. capite.

IN illo tempore, ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, [b] & venit in ciuitatem suam: [c] & ecce offerebant ei paralyticum † in lecto iacentem. [d] Videns autem Iesus fidem illorum, [e] dixit paralytico, Confide fili, [f] remittuntur tibi peccata tua. [g] Et ecce quidam de scribis, [h] dixerunt intra se, [i] Hic blasphemat. [k] Et cùm vidisset cogitationes eorum dixit, [l] Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? [m] Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, [n] an dicere, Surge & ambula? [o] Vt autem sciatis, [p] quia filius hominis [q] habet potestatem in terra dimittendi peccata, [r] tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, Et surrexit [s] & abiit in domum suam: [t] videntes autem turbæ [v] timuerunt, [x] & glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem [y] hominibus.

Offerebãt ei paralyticum. litte paralytic' vnusquisque pecator & incredul' est q paralyticus esse dicitur. Nã sicut paralyticus est sine sensu totius corporis: sic peccator & credul' est sine motu ad virtutes, & vitã æternam.

POSTILLA.

IN illo tempore, ascendens Iesus in nauiculam, &c. Matth.ix. Luc.v. Hoc signum fecit Dominus Iesus anno eius xxxj. kalend. Septembris, Fer.v. Luna xxiiij. Indict.iiij. Ante initium huius Euangel. scribit sanctus Matthæus, quòd Christo veniente in regionem Gerazenorum occurrit ei homo habens multos spiritus immundos: qui sæpius compedibus & catenis vinctus disrupit catenas, & compedes comminuit: & nemo potuit eum domare, & semper nocte ac die in monumentis, & montibus erat clamans, & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe cucurrit & adorauit eum. Et interrogabat eum Iesus, Quod tibi nomen est? Et dixit ei, Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Erat ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens in agris, & deprecabantur eum spiritus, dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos, vt introeamus in eos: & concessit eis Iesus statim. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipi-

tatus est in mare ad duo millia porcorum: & suffocati sunt in mari. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nunciauerunt hęc omnia. Et egressi sunt videre, quod esset factum & viderunt eum qui à dæmonio vexabatur sedentem vestitum, & sanæ mentis & rogabant Iesum vt transiret à finibus eorum. a [Et ascendens Iesus in nauiculam transfretauit] Lyr. vt per nauigium de terra Gerazenorum rediret in Galilæam, vnde venerat. b [Et venit in ciuitatem suam.] scilicet, Capernaum, quæ fuit metropolis Galilææ: & dicitur ciuitas sua quia frequenter ibi habitabat. Et in principio suæ prædicationis multa miracula ibi fecit, sicut & in Bethlehem, quę fuit sua: quia in ea nasci elegit, etiam Nazareth sua, quia in ea annunciatus est, & nutritus fuit. c [Et ecce offerebant ei paralyticum] modus autem offerendi describitur Marc. ij. quia non potentes intrare ad Christi præsentiam, propter turbam circunstantem, de tecto domus submiserunt eum in lecto: & hoc fuit magnum signum fidei ipsorum propter quod sequitur, d [Videns autem Iesus fidem illorum.] Lyra, scilicet, paralytici, & offerentium. e [Dixit paralytico, Confide fili.] Lyr. ad modum boni medici: qui primò remouet causam morbi, & tunc postmodum intendit curationi. Infirmitas autem hæc fuit inflicta paralytico, propter peccatum. Et ideo Christus primo remouet causam dicens, f [Remittuntur tibi peccata tua.] Ad maiorem prædictorum intelligentiam sciendum quòd infirmitas corporalis infligitur alicui à Deo, multis de causis.

Infirmitas à Deo infligitur multis de causis.

Primò, propter probationem patientiæ, sicut Iob, Tobiæ excæcatio: vnde Tob. ij. Hanc tentationem ideo permisit Deus euenire illi: vt posteris daretur exemplum patientiæ eius. Secundò, propter humiliationem alicuius, ne in superbiam eleuetur sicut Paulo Apostolo, vt patet ij. ad Corinth. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Tertiò, ad gloriam Dei manifestandam, sicut de cæco nato dicitur Ioann. ix. Nec hic peccauit, neque parentes eius, scilicet, vt cæcus nasceretur, sed vt manifestarentur opera Dei in illo. Quartò, infligitur propter peccati commissi purgationem: sicut patet Nume. xij. in Maria sorore Moysi murmurante contra Moysem: quæ fuit facta propter hoc ad tempus leprosa: & in paralytico isto, de quo fit mentio in Euangelio hodierno. Quintò, propter punitionem peccatorum, sic quòd Deus incipit peccatorem in hoc mundo punire, vt in æternum puniatur vt patet in Anthioco in veteri Testamento, etiam in Herode in nouo Testamento quos ambos diuina vltio tali morbo percussit vt putrescerent, & viscera de ipsis fluerent, qui morte mirabili mortui sunt, & in præsenti incœpit infernus & durabit in perpetuum. Iere. xvij. Duplici contritione conteres eos Domine. g [Et ecce quidam de scribis.] id est, legisperitis. h [Dixerunt intra se.] id est, cogitabant: quia verbis hoc exprimere non audebant propter populum. i [Hic blasphemat] id est, quod Dei est vsurpat. Blasphemare est creaturæ attribuere illud quod est proprium Dei.

Quid sit blasphemare.

Dimittere autem peccata soli Deo conuenit: per hoc igitur quod Christo blasphemiam imponebant, quia peccata dimittebat, patet quòd negabant Christum esse Deum, dicentes ipsum esse purum hominem. k [Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum] super inimicitias enim quas habebant contra eum imponebant sibi blasphemiam. l [Dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris.] & inde ostendit Christus se esse Deum. Vnde Chrysostom. Solius Dei est, cognoscere cogitationes hominum. m [Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua.] id est, solo verbo efficere, vt dimittantur tibi peccata tua. n [An dicere, Surge & ambula] id est, in verbo efficere, vt aliquis paralyticus surgat sanus, & ambulet. o [Vt autem sciatis.] vos Pharisæi. p [Quia filius hominis.] id est, Virginis. q [Habet potestatem dimittendi peccata in terra.] Lyra, vt Deus, non vt purus homo. r [Tunc ait paralytico, Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: qui statim surrexit.] ad imperium Iesu Christi. s [Et abiit in domum suam.] in signum perfectæ curationis. t [Videntes autem turbæ] scilicet, miraculum factum in paralytico. v [Timuerunt.] Lyr. imponere blasphemiam. x [Et glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem.] id est, Christum qui est virtus Dei Patris. y [Hominibus.] id est, ad salutem hominum: vnde circa præsens Euangelium, vbi dicitur, Dimittuntur tibi peccata tua, notandum quòd Hugo de Prato dicit quòd Deus misericorditer respicit peccatores. De hoc habemus exemplum in multis: nam Petrus cum iuramento negauit Christum, & posteà fleuit: & Christus misericorditer sibi indulsit, & in gradum pristinum eum restituit: vt patet Io. xx. Pasce oues meas. Item Maria Magdalena, cum multis fornicata est: & posteà accessit cũ verecũdia, & magna cõtritione, & fide ad Christũ & saluata est: vt patet Lu. vij. Fides tua te saluam fecit. Item Paulus Apostolus persecutus est Ecclesiam Dei & Stephanum iuuit lapidare, & postea dixit, Domine, quid me vis facere? Act. ix. Et postmodum factus est doctor gentium, & lumen Ecclesiæ. Item & latro in cruce, ante multa latrocinia & scelera commisit, & postea dixit, Memento mei dum veneris in regnum tuum. Lu. xxij. Et Christus plus ei dedit quàm petiuit, Hodie, inquiẽs mecum eris in paradiso. Charissimi imitemur istos: & non simus sicut Iudas, qui de Dei misericordia desperauit, & laqueo se suspendit. Matthæi vigesimoseptimo, in quo Deum grauius offendit, quàm quum Christum pro triginta denariis vẽdidit: vnde de hoc dicitur in Decre-

tis, Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo, xxx. q. ij. c. Sed non licet. Non inquam sicut Cain, qui ait, Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Gen. iiij. Ber. Mentiris Cain: maior est Dei pietas, quàm quæuis iniquitas. Sequitur in Euang. Quidam de scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat. Hic notandum quòd tribus modis blasphematur Deus. Primò, dum quid attribuitur Deo vel imputatur ei, quod sibi non conuenit: vt quòd sit malus, iniustus, maledictus, &c. Secundò, cùm quis de Deo negat quod ei cõuenit, dicendo quòd non sit omnipotens, misericors & iustus, &c. talia. Tertiò, cùm quis sibi ipsi attribuit, quod est proprium Dei, s. peccata dimittere. Et isto tertio modo, dicebant isti quòd Christus blasphemaret: quia quod erat proprium Dei, s. peccata dimittere, sibi attribuebat, dicens, Dimittuntur tibi peccata tua.

QVAESTIO CXVIII.

Circa Euãgelium Dominicæ xix. post octa. pentec. oritur q. Vtrum Christus secundùm quòd homo habuit potestatem dimittendi peccata? Arguitur quòd sic: Christus secundum quòd homo est redẽptor noster: sed non potest aliquis liberari à seruitute peccati, nisi sibi peccatum dimissum sit, ergo Christus secundùm quòd homo habuit potestatem dimittendi peccata. In oppositum: nulli remittitur peccatum, nisi per Spiritumsanctum: sed Christus, secundùm quòd homo non poterat dare Spiritumsanctum: ergo non poterat remittere peccata secundum quòd homo. Ad argumentum dicitur quòd cõpetit Christo esse redemptorem secundùm quòd homo, inquãtum per humanitatem passionis, nobis remissionem peccatorum meruit. Ad quæstionem respondendum est secundum Tho. iij. Parte q. lxiiij. ar. iij. & secundum magistrum Sen. in iij. & secundum magist. de Turrecre. in Quæstionibus super Euang. quòd triplex est potestas. Prima est potestas authoritatis, & hæc solius est Dei, qui propria virtute peccata dimittit, quasi principalis causa remissionis peccati: & loquẽdo de tali potestate dicendum est quòd Christus secundùm quòd homo peccata remittere non potest. Patet: nam solius est Dei animam viuificare, & non Christi. Igitur solus Deus propria potestate peccata dimittere potest. Alia est potestas ministerij, & talis conuenit his, qui sacramenta ministrãt, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Tertia, est potestas media, quę dicitur potestas excellentiæ, &c. sic dicendum est quòd Christus præ aliis habuit potestatem dimittẽdi peccata secundum quòd homo, primò quantum ad hoc ex merito passionis eius, baptismus efficaciam habet, non autem ex merito alicuius alterius baptizantis. Secundò, quantùm ad hoc quòd Christus sine sacramẽto sacramentorum effectum conferre potuerit, quasi dominus institutor sacramẽtorum, quod de aliis non dicitur. Tertiò quantum in hoc quòd ad inuocationem nominis eius dabatur remissio peccatorum in baptismo in primitiua Ecclesia.

Dominica xx. post octauam pentecostes Euangelium secundum Matt. xxij. cap.

IN illo tempore, loquebatur Iesus principibus sacerdotum, & Pharisæis, dicens, [a] Simile factum est regnum cælorum [b] homini regi, qui fecit nuptias filio suo. [c] Et misit seruos suos [d] vocare [e] inuitatos [e] ad nuptias. [f] Et nolebãt venire. [g] Iterum misit alios seruos: [h] dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandiũ meũ paraui: [i] tauri mei, [k] & altilia mea occisa [l] sunt, & omnia parata. [m] Venite ad nuptias. [n] Illi autẽ neglexerunt. [o] Et abierunt alius in villam suam, [p] alius verò ad negotiationem suam. [q] Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & cõtumeliis affectos occiderunt. [r] Rex autẽ cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, [s] perdidit homicidas illos, [t] & ciuitatẽ illorum succẽdit. [v] Tunc ait rex seruis suis, [x] Nuptiæ quidem paratæ sunt, [y] sed qui inuitati erant, [z] non fuerunt digni. [a] Ite ergo ad exitus viarum, [b] & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. [c] Et egressi serui eius [d] in vias, [e] congregauerunt omnes quos inuenerũt, bonos & malos, [f] & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. [g] Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, [h] & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: [i] & ait illi, [k] Amice, quomodò huc intrasti non habens vestem nuptialem? [l] At ille obmutuit. [m] Tunc dixit rex ministris, [n] Ligatis manibus & pedibus eius, [o] mittite eum in tenebras exteriores: [p] ibi erit fletus, [q] & stridor dentium. [r] Multi autem sunt vocati, [s] pauci verò electi.

Misit seruos suos vocare inuitatos. Dñs Iesus fecit nuptiarũ magnũ cõuiuiũ, quod est saluberrimum sacramentũ Eucharistiæ, in quo est vita nostra. Quod cum fecisset: misit seruos, i. apostolos, vt vocarẽt inuitatos, i. homines cuiuscunque conditionis, s. reges terræ, principes, nobiles, agricolas & mercatores, qui mũdi delitiis ac negotiis detenti, venire recusauerũt ideo hic recu[...] mandu care, vnũ in Patria non quærat, vt Io. vi nisi mã ducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinẽ non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, habet vitã æternam.

POSTILLA.

IN illo tempore, simile factum est regnum cælorum, &c. Matt.xxij.Luc. xxij. Hanc historiam dixit Dominus anno eius xxxiij xj. kalend. Aprilis, Feria tertia, Luna xij. Indict. sexta. Ante initium huius Euangelij, scribit sanctus Matt. in præcedenti capitulo, quòd Christus dixit principibus sacerdotum, & senioribus Iudæorum, Quid vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedēs ad primum, dixit, Fili, vade hodie in vineam meam. Ille respondens ait, Nolo. Postea pœnitētia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. Et ille respondens ait, Eo domine, & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dixit illis Iesus, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes, in via iustitiæ, & non credidistis ei, & publicani, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis posteà, vt crederetis ei, &c. Tunc postmodùm sequitur Euangelium hodiernum, a [Simile factum est regnum cælorum.] Lyra, id est status Ecclesiæ militantis. b [Homini regi, qui fecit nuptias filio suo] tunc enim Deus Pater fecit nuptias filio suo, quando naturam humanam, copulauit diuinæ, in vno supposito. Quæ quidem nuptiæ celebratæ sunt in vtero virginali, de quo Christus exiit, tanquam sponsus procedens de thalamo suo, c [Et misit seruos suos.] Gor. id est prophetas præcedentes. d [Vocare inuitatos.] id est Iudæos. e [Ad nuptias.] id est ad fidem incarnationis Christi, promissam in patriarchis figuratiuè, in lege prædictam, in prophetis prænuntiatam. f [Et nolebant venire.] Lyra, credendo Scripturis: quia nolebant verbis prophetarum credere & obedire g [Iterum misit alios seruos.] id est apostolos, quos misit in omnem ciuitatem & locum, quo ipse venturus erat, vt habetur Lucæ x.c. h [Dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui.] Lyra, videlicet sacramenta Ecclesiæ. & doctrinam fidei, & sacræ Scripturæ: ex quibus reficitur anima, & potissimè ex sacramento eucharistiæ: in quo datur nobis caro Christi in cibum & sanguis eius in potum. i [Tauri mei.] id est patres veteris Testamenti. k [Et altilia.] id est patres noui Testamenti, pinguedine charitatis saginati. l [Occisa sūt, & omnia parata.] scilicet quicquid requiritur ad salutem hominum: locus, cibus, & vestes. m [Venite ad nuptias.] credendo, diligendo, & operando. n [Illi autem neglexerunt.] quia non timuerunt Deum: qui enim timet Deum, nihil negligit. Vnde hîc quæritur, vtrum negligentia sit peccatum mortale? Respondeo secundùm Thomam, quòd negligentia si prouenit ex quadam remissione voluntatis, vt non percipiat ea quæ debet, sed euitat quæ sunt de necessitate salutis, siue sit actus, siue sit circunstantia: erit peccatum mortale. Vel si voluntas sit intantùm remissa, vt totaliter à Dei charitate deficiat, talis negligentia est peccatum mortale: & hoc præcipuè, quando sequitur ex contemptu. Omissio verò circa ea quæ non sunt de necessitate salutis, ob defectum feruoris, non est mortale, sed veniale peccatum. o [Et abierunt alius in villam suam.] id est laborem, & etiam occupationem corporalem, circa terrenarum rerum acquisitionem. p [Alius verò ad negotiationem suam:] per negotiationem intelligitur nimia occupatio mentalis circa temporalia, impediens diuina. q [Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.] scilicet post ascensionem Christi Iudæi flagellauerunt apostolos omnes simul: & postmodùm Stephanum lapidauerunt, Actuum vij. & Iacobum fratrem Ioannis occiderunt, Actuum xij. r [Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis.] Ly. scilicet exercitu Romanorum, sub principibus Tito, & Vespasiano, qui ex diuina ordinatione venerunt contra Ierusalem, in quadragesimo secundo anno post Christi passionem. s [Perdidit homicidas illos.] quia in vltionem sanguinis Christi, & suorum discipulorum, ab exercitu Romanorum sunt trucidati & captiuati de Iudæis, vsque ad decies centum millia, vt dicit Iosephus in libro de Iudaico Bello. t [Et ciuitatem illorum succendit] quia tunc Ierusalem succensa est, & templum in ea. v [Tunc ait rex seruis suis.] & sequacibus eorum per diuinam reuelationem, x [Nuptiæ quidem paratæ sunt] s. sacramētum incarnationis paratum est, vt natiuitas, prædicatio, passio Christi, & introitus regni apertus est per passionem Christi, qui ante clausus fuit. y [Sed qui inuitati erant.] id est Iudæi.. z [Non fuerunt digni.] Ly. propter suam incredulitatem. a [Ite ergo ad exitus viarum.] id est ad gentes, quæ non erant in via mandatorum Dei, & sine lege viuentes, & legem ignorantes. Ad illas enim gētes iuerunt Apostoli Iudæis nolētibus fidem Christianam recipere: sicut habetur Actuum xiij. dicentibus Paulo & Barnaba ad Iudæos, Vobis oportebat primò loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Deus. b [Et quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.] quia nullus volens fidem catholicam recipere, repellendus est. c [Et egressi serui eius:] scilicet de Iudæa. d [In vias.] id est in terras gentilium. e [Cōgregauerunt omnes quoscunque inuenerunt, bonos & malos.] Ly. quia in Ecclesia militante sunt admisti boni cum malis. f [Et impletæ sunt nuptiæ discumben.] Ly. quia fides catholica diffusa est per orbem vniuersum. g [Intrauit autem rex vt vide-

ret discumbentes.] Lyr. Intrat autem Christus dupliciter. Primò, specialiter in morte cuiuslibet hominis. Secundò, generaliter intrabit in iudicio futuro, discernendo merita & demerita cuiuslibet hominis. h [Et vidit hominem non vestitum veste nuptiali.] id est, habentem fidem sine charitate. Nam vestis nuptialis est charitas, quæ diuidit inter filios regni, & perditionis, vt dicit Augustinus. i [Et ait illi, Amice.] Lyr. Vocatur autem peccator amicus propter naturam, quam Deus creauit, quæ bona est & quæ ad imaginem Dei facta est. k [Quomodò huc intrasti.] scilicet, sacramenta Ecclesiæ susci piendo, & fidem Ecclesiæ confitendo. l [Non habens vestem nuptialem] scilicet, charitatem & bona opera. Vnde Hieronymus, Vestis nuptialis sunt decem præcepta, quæ includuntur in charitate Dei & proximi. m [At ille obmutuit.] Lyr. quia in extremo iudicio propria arguente cōscientia, homo peccator conuincetur & mutus efficietur. n [Tunc dixit rex ministris.] Lyra, id est, angelis, executoribus diuinæ iustitiæ. o [Ligatis manibus & pedibus.] Lyra, quia post mortem non potest peccator bonum operari nec ad salutem reuerti. p [Mittite eum in tenebras exteriores.] Peccator in Via, est in tenebris interioribus, quia adhuc est in spe veniæ: in Inferno autem, erit in tenebris exterioribus, quia erit extra ambitum diuinæ misericordiæ, & sine omni spe æternæ gloriæ: vnde Beda, In Inferno nulla est redemptio, nec dolorum mitigatio. q [Ibi erit fletus.] Gor. Ex vehementia frigoris, vt patet Iob xxiiij. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. s [Multi autem sunt vocati.] Ly. ad fidem catholicam. t [Pauci verò electi.] ad gloriam Circa præsens Euangelium, vbi dicitur, Simile est regnum cælorum, Hugo de Prato dicit, id est, Ecclesia præsens: quia sicut Deus habitat in præsenti Ecclesia in sacramento eucharistiæ, vt patet Matth. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Item sicut in cælo sunt quædam corpora magis & minus clara & vnum illuminat aliud: & quædam sunt illuminantia, & quædam illuminata, & quædam minus: vt patet Dan. xij. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: ecce minus lucentes. Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates: ecce magis lucentes. Sequitur, Homini regi. Christus enim est verus rex, & potens rex in omnibus, & omnes reges excedit, quia regnat in cælo, in mundo, & in Inferno: vt patet ad Phil. ij. Donauit illi nomen, quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. In cælo enim regnat per totalem & vniuersalem beatorum subiectionem: quia ei omnes Sancti & angeli ad nutum obediunt, & ei in omnibus subiiciuntur: quod etiam quotidie petimus in nobis fieri dicentes, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: vt patet Mar. vj. regnat in cælo per suæ gloriæ ostensionem, & beatam visionem, quia ibi vera eius maiestas & gloria demonstratur. Vnde in Psal. lxxix. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Vnde Fulgentius, Dei faciem si omnes in carcere Inferni inclusi viderent nullam pœnam, nullum dolorem, nullam tristitiam sentirent. Item rex Christus noster regnat in mundo, per potentiam & misericordiam. Nam in magna potentia & misericordia regnat super peccatores. Patienter enim expectat eos, vt conuertantur: & misericorditer respicit eos, si conuertantur, vt patet Isa. xxxix. propterea expectat dominus Iesus vt misereatur nostri: vnde etiam Iere. iij. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te Sed multi miseri peccatores patiētiam & misericordiam eius contemnunt & eo ipso magis peccāt. Vnde Eccles. viij. Quia non citò profertur contra malos sententia: filij hominum absque vllo timore perpetrant mala. Item super iustos regnat in magnificis gratiis, spiritualiter habitans in eis: & ipsos dirigens, & protegens & gubernans. Ipsi enim sunt templum Dei spirituale, & Spiritussanctus habitat in eis: vt dicitur j. Cor. iij. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Ipsi etiam sunt regnum Dei, qui pro honore Dei & propria salute quotidie certant contra diabolum, mundum, & propriam carnem: & sic de illis hostibus triumphant: vnde Matt. xj. regnum cælorum vim patitur, & violenti, id est, cum violentia præliantes rapiunt illud. Item in inferno regnat per iustitię executionem: quia effectum iustitiæ, scilicet, punitionem & vindictam in damnatos ibi exercet: vt patet Deuter. xxxiij. Reddam vltionem hostibus. vnde ex hoc sequitur, quòd in Inferno cognoscent impij Christum esse regem omnipotentem: qui hîc noluerunt eum cognoscere regem misericordiæ. Sequitur hîc, Ligatis manibus & pedibus. Vbi notandum quòd peccator strictius ligatur quam animalia ligantur. Nam ligatur memoria ne recolat beneficia Dei: ligatur voluntas, ne desideret verba bona: ligatur cor, ne pœnas Inferni & mortem cogitet, & mala quæ incurrit in statu peccati manens. Et simile est de omnibus potentiis animæ interius & exterius, quæ omnes fortiter alligātur: & sicut peccator fuit ligatus in culpa, sic dignè erit ligatus in pœna, &c.

Intrauit Christus dupliciter

Decē præcepta dicūtur vestis nuptialis.

Ignis inferni habet lucem ad aliquid & ad aliquid nō habet. Isido.

QVAESTIO CXIX.

Circa Euangelium dominic. xv. post octa. Pentecost. oritur quęstio, Vtrum Infernus (de quo loquitur Euangelium, Mittite eos in tenebras exteriores, id est, in Infernum.) sit sub terra? Arguitur quòd non: Sapient. ij. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. ergo à simili, vbi peccat quis ibi torquetur: mali peccant super terram, ergo super terra est locus cruciatus

eorum. In oppositum: glossa super illud Isa. v. infernus subter te conturbatus: dicit quòd infernus est sub terra. Ad argumentum dicitur quòd conuenientius est hominem puniri per quæ peccat, quàm vbi peccat: nam damnatus peccauit per amorem terrenorum, ideo punitur per terram, inquantum incarceratus sub terra: quod non esset, si Infernus non esset sub terra, Ideo non est simile quòd homo sit puniendus vbi peccat, sicut per quæ peccat. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardum de media Villa super iiij. Senten. distinct. xliiij. artic. ij. quæstione ij. quòd sicut Deus ordinat corpora in suis locis, secundùm exigentiam suorum naturalium ponderum, sic ordinat creaturas rationales in locis secũdùm exigentiam suorum amorum, & ideo sicut electi sunt in cęlo: quia in suo amore cælestia terrenis præposuerunt, ita reprobi per diuinam iustitiam sunt & erunt in loco infimo, id est, Inferno, qui est sub terra: quia in suo amore infima & terrena cælestibus & superioribus præposuerunt.

Dominica xxj. post octauas Pentecostes, Euangelium secundùm Ioan. iiij. cap.

Regulus cui⁹ filius. Filius Dei, i. homo, q Dei filius est per creationẽ, quã libet morte peccati infirmat. Cuius pater, i. saluator Iesus, cuius filii sumus per adoptionẽ rogat, & orat Deum Patrem, q eũ a morte custodiat, & sanet, Vnde Ioã. xvij. pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.

IN illo tempore, erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur † Capernaum. a Hic cum audisset, b quia Iesus veniret in Galilæam abiit ad eum & rogabat eum, c vt descenderet, d & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. e Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. f Dixit ad eum regulus, Domine descende, priusquam moriatur filius meus. g Dixit ei Iesus, Vade, h filius tuus viuit. i Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. k Iam autem eo descendente, serui occurrerunt, & nunciauerunt dicentes quia filius eius viueret. l Interrogabat ergo horam ab eis, qua melius habuerat. m Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. n Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixerat ei Iesus, Filius tuus viuit. o Et credidit ipse, & domus eius tota.

POSTILLA.

IN illo tempore, erat quidam regulus, &c. Io. iiij. Mat. viij. Lu. vij. Miraculum hoc fecit Christus anno eius xxxj. vj. kal. Nouem. fer. ij. Luna xix. Indict. v. Ante initium huius Euange. scribit S. Ioan. in eod. cap. quomodo Christus sedens loquebatur mulieri, postmodum exiuerunt Samaritani de ciuitate, & rogauerunt eum, vt ibi maneret: & mansit ibi per duos dies. Et multi ex Samaritanorum ciuitate crediderũt in eum, dicentes quia hic est verè saluator mundi. Et post duos dies exiit inde: & abiit in Galilæam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit: quia propheta in sua patria honorem non haberet. Cùm ergo venisset in Galilæam, acceperunt eũ Galilæi cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis die festo. Venit ergo Iesus iterũ in Cana Galilææ, vbi fecit ex aqua vinum. [Et erat quidam regulus.] Ly. Nõ accipitur hic regulus pro paruo rege vt videtur nomen sonare: quia Romani volentes frangere Iudæorum superbiam abstulerunt ab eis regiam dignitatem, regnum Iudææ in quatuor tetrarchias diuidentes, præcauere volentes eorum rebellionem. Vnde pro illo tempore nullus rex erat in Iudæa. Dicitur ergo iste regulus quia erat officialis Imperatoris, deputatus ad custodiam Galilęæ, propter quod manebat in Capernaum: quę erat metropolis illius terrę & distat tribus dietis à Ierusalẽ. Notãdum q sicut dicit Thomas, iste regulus interfuit miraculo facto in nuptiis quando Christus aquam in vinũ mutauit, quia tunc credidit: sed tamen Christi diuinitatẽ perfectè non agnouit: & ad hoc innuendum, Euangelista illud miraculum memorat, dicẽs, Venit iterum Iesus in Cana Galilææ, vbi vinum ex aqua fecit. [Et erat quidã reg. cuius fi. infirmaba. Capernaũ.] Ly. Et licet esset gẽtilis, visis & auditis miraculis Christi, sperauit ab eo sanitatẽ impetrare filio suo. Ideo sequitur, a [Hic cùm audisset.] per famam quæ præcurrebat aduentum eius in omnẽ regionẽ Galilææ. b [Quia Iesus venit à Iudæa in Galilæam abiit ad eum & ro. eum.] instanter & humiliter, flexis genibus, cõplosis manibus, profusis lachrymis. c [Vt descẽderet,] quia Capernaum erat in valle sita respectu Cana Galilææ, in qua erat Christus. d [Et sanaret filium eius, incipiebat enim mori.] i. signa vicinę mortis, in eo apparebant euidenter. e [Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.] Non enim reprehendit eum de petitione salutis filij sui, sed de defectu fidei, quia non credidit plenè sed semiplenè. Credidit enim in Christo esse virtutem, s. ad sanandum filium: sed non credidit in eo esse diuinitatem, per quam est vbique, & vbique potest sanare. Vnde fides fuit quãdo petiit salutẽ, sed defectus fidei, quando requirebat præsentiam Christi corporalem. Ex quo patet, quòd non credidit Christũ esse verum Deum: quia si

In Regulo fuit fides & defect⁹ fidei, secũdum diuersos respectus.

credidisset quòd Deus vbique præsens esset, per præsentiam maiestatis suæ, non dixisset, Descende: sed dixisset cum Centurione, Dic verbo, & sanabitur puer meus. f [Dixit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus.] Thomas, Manifestat igitur regulus hic incredulitatem suam, rogat enim vt descendat, priusquam filius moriatur, quasi Christus posset sanare infirmum: sed non suscitare defunctum. Ly. Veruntamen quia ex deuotione repetit petitionem suam dicens, Domine, descende: ideo exauditur à Christo, vnde sequitur. g [Dixit ei Iesus, Vade.] lætus in domum tuam: quia h [Filius tuus viuit.] id est, perfectæ sanitati restitutus est, de ianuis mortis: quia incipiebat mori. Vnde Chry. Christus ad domum reguli ire noluit, sed absens sanauit filiũ eius, vt per hoc magis declararet diuinitatem suam & sic regulum illuminaret ad veram fidẽ. i [Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus & ibat.] Ly. quia fides requiritur, ad obtinendum Dei beneficia. k [Iam autem eo descendente serui occur. ei & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.] scilicet congaudendo ipsi. l [Interrogauit autem horam ab eis, in qua melius habuerat.] hoc fecit ad certificationem miraculi respectu sui: & etiam vt serui, & astantes agnoscerent virtutem Christi. m [Et dixerunt ei quia heri hora septima reli. eum febris.] Vnde Chry. Repentè dimisit eum febris totaliter: vt appareret non esse naturalis conualescentia. Ex hoc etiam famulos ipsius reguli suscitauit ad fidem, quia subitò viderunt eum conualuisse, quod natura facere non poterat. n [Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixerat ei Iesus, Filius tuus viuit.] referens verbum suum ad verbum Christi: & horam impetrantis, ad horam receptæ sanitatis. o [Et credidit ipse & domus eius tota.] Ly. Ad hoc enim factum est illud miraculum: vt iste regulus gentilis cum familia sua crederet in Christum. Tho. Christus non solùm sanauit filium reguli ab infirmitate sua, sed ipsum regulũ, & totam eius familiã ab infidelitate, quia credidit ipse & domꝰ eius tota.

QVAESTIO CXX.

Circa Euangelium dominicæ xxj. in quo Christus dixit, Non creditis. oritur quæstio de infidelitate, Vtrum infidelitas sit peccatum? Arguitur quòd non: omne peccatum est contra naturam: patet per Dama. libro secundo. sed infidelitas non videtur esse contra naturam: igitur. In oppositum: virtuti contrariatur vitium: sed fides est virtus, cui contrariatur infidelitas: ergo infidelitas est peccatum. Ad argumentum dicitur quòd habere fidem, non est in natura humana: sed in natura humana est, vt mens hominis non repugnet interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi: vnde infidelitas secundùm hoc, est contra naturam. Ad quæstionem respondendum est, secundùm Thomam. ij. ij. quæstio. ix. articulo j. quòd infidelitas dupliciter accipi potest. Vno modo secundùm puram negationem, vt dicatur infidelis ex hoc solo, quòd non habet fidem. Alio modo potest intelligi infidelitas secundùm contrarietatem ad fidem: qua scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundùm illud Isaiæ liij. Quis credidit auditui nostro? & in hoc propriè perficitur ratio infidelitatis, & secundùm hoc infidelitas est peccatum: si autem accipiatur secundũm negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habent rationem peccati, sed magis pœnæ: quia talis ignorantia diuinorum, ex peccato primi parentis consecuta est. Quidam autem sicut sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, non autem damnantur propter infidelitatis peccatum: vnde Dominus dixit Ioã. xv. Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: quod exponens Augustinus dicit quòd loquitur de illo peccato, quòd non crediderunt in Christum.

Domin. xxij. post octauas pentecostes Euangelium secundùm Matthæum xviij. capit.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, a Simile est regnum cælorum b homini regi, c qui voluit rationem † ponere cum seruis suis. d Et cum cœpisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talẽta. e Cum autem non haberet vnde redderet, f iussit eum dominus eius venundari, g & vxorem eius, h & filios, i & omnia quæ habebat k & reddi. Procidẽs autem seruus ille, rogabat eum dicens, Patientiã habe in me, m & omnia reddam tibi. n Misertus autem dominus serui illius, o dimisit eum p & debitum dimisit ei. q Egressus autem seruus ille r inuenit vnum de conseruis suis, s qui debebat ei centum denarios, t & tenens suffocabat eum, v dicens, Redde quod debes: x & procidens conseruus eius, y rogabat eũ dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam

Rationem ponere. Viri ecclesiastici, qui Dei serui sunt expectant Dominum vt de eorum seruitio breui rationẽ reddituri: nã talenta suscipiunt, i. beneficia. Qui si ea bene rexerint, eos Dñs dominiis suis suscipiet, q vero malè, Dominus illos in carcerem retrudi iubebit, vt habetur Mat. xviij. de seruo nequam q cõmiserere i cõseruo suo noluit: & iratus Dñs tradidit eũ tortoribus.

tibi. [z] Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem donec redderet debitum. [a] Videntes autem conserui eius, [b] quæ fiebant, [c] contristati sunt valdè: [d] & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. [e] Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, [f] Serue nequam, omne debitum dimisi tibi: [g] quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, [h] sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, [i] quoadusque redderet vniuersum debitum. [k] Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo, [l] de cordibus vestris.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cælorum homini regi, &c. Matthæi xviij. historia huius Euangelij facta est anno Christi. xxxij. vj. kalend. Septembris, Luna xij. feria v. Indictione v. Ante initium huius Euangelij, dixit Petrus ad Iesum, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies: ideo, a [Simile est regnum cælorum.] Lyr. id est status Ecclesiæ militantis. b [homini regi.] id est Christo, qui est verus homo, & verus Deus, rex regum, & Dominus dominantium. c [Qui voluit rationē ponere cum seruis suis.] id est, rationem exigere de factis humanis. d [Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debe. decem millia talenta.] Lyr. id est obligatus ad magnam pœnam propter multa peccata. e [Cùm autem non haberet vnde redderet] Gor. id est, cùm viribus suis satisfacere non valeret. Homo enim per se potest ruere: sed non per se resurgere. f [Iussit eum dominus eius venundari] quantùm ad animam. g [Et vxorem.] quãtùm ad corpus. h [Et filios.] quantùm ad opera. i [Et omnia quæ habebat.] quantum ad temporalia. k [Et reddi.] Nam omnia ista venundantur, id est, per peccatum mortale auferuntur. l [Procidens autem ser. ille roga. eum, dicens, Patientiam habe in me.] dando locum, & tempus pœnitentiæ. m [Et omnia reddam tibi.] per opera pœnitentiæ, satisfaciendo iuxta posse. n [Misertus autem dominus serui illius.] quia misericors & miserator Dominus. o [Dimisit eum.] Gorra, Liberum à captiuitate culpæ. p [Et debitum dimisit ei.] Vnde Chrysost. Videns misericordiam Dei petierat dilationem, & accepit omnium peccatorum remissionem. q [Egressus autem

Patientia est suas & suorum iniurias, ac cætera mala æquo animo ferre. xxiij. q. i. & est semper in animus habenda. De Clarasio.

seruus ille.] scilicet à facie domini sui, per recidiuum peccati. r [Inuenit vnum de conseruis suis.] Lyra. id est, de hominibus, qui sunt serui Dei cum ipso. s [Qui debebat ei centum denarios.] id est, modicum cum offenderat: quia offensa in hominem, modica est respectu offensæ commissæ in Deum. t [Et tenens suffocabat eum] Lyra, id est, strangulabat. v [Dicens, Redde quod debes.] Lyra, Ostenditur austeritas in repetendo vindictam à proximo. x [Et procidens conseruus eius.] Gorra, Ideo debuit misereri, quia procidit: & quia seruus eiusdem Dei fuit. y [Rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.] Lyra. quasi dicat, paratus sum secundùm possibilitatem meam facere tibi. z [Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.] Lyra in quo notatur crudelitas in modo repetendi vindictam. a [Videntes autem conserui eius.] Glos. interli. id est angeli qui referunt ad Deum gesta hominum: vt patet Apocalyp. xxij Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. b [Quæ fiebant.] omnia enim opera quæ agimus, & supplicia quæ patimur vident. c [Contristati sunt valdè.] Gorra, Propter afflictionem Christiani. Notandum quòd angeli contristantur ad culpam, & lætantur ad pœnitentiam: vt patet Lucæ xv. Gaudium est angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm suprà nonaginta nouem iustis, &c. d [Et venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerunt.] scilicet querimoniam de persecutoribus proponendo. e [Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi.] Lyra, Ista vocatio est in morte: vbi de omnibus reddemus rationem. f [Serue nequam: omne debitum dimisi tibi.] Lyra, id est, magnam offensam in me commissam. g [Quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te mise. conserui tui.] parua remittendo. h [Sicut & ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus.] Lyr. id est, dæmonibus, qui in hoc executores sunt diuinæ iustitiæ. i [Quousque redderet vniuersum debitum] Gor. id est, in perpetuum. quia ibi non est locus redemptionis: vel satisfactionis: sed condemnationis. k [Sic & pater meus cæ. faciet vo. si non remi. vnusquisque fratri suo.] Vnde Hieronymus, Formidolosa sententia: si parua fratri non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur. vnde Greg. Constat ex iam dictis quòd si hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, illud à nobis per pœnitentiam dimissum fuisse non gaudemus. l [De cordibus vestris.] quia non sufficit ore dimittere solum: sed corde: vnde Hay. super Matthæum, Nihil potest ore dimittere, qui seruat iracundiam in mente. Vnde circa præsens Euangelium, vbi dicitur, Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum: & debitum

Angelus gaudet de salute alicuius cuiusque & non tristatur de damnatione: quia non est in sceptibilis tristitiæ. Bonau. ii. Senten.

dimisit ei. quæritur vtrum Deus sit magis misericors, quàm iustus, vel ecóuerso? Respondetur quòd Deus sicut est misericors: sic est iustus, & econuerso: tamen misericordię effectus plus in nobis relucent, quàm iustitiæ. Et ideo quia Deus parcit in se peccátibus, & misericordia eius à progenie in progenies: & quia effectus misericordiæ magis relucent, quàm iustitiæ: & ideo Deus dicitur nobis magis misericors, quam iustus, &c. Nec mirum si Deus modò sit misericors. Habet enim triplex forum: vnum est in præsenti vita totius misericordiæ: quia modò misericordia audit causas, & iustitia facit ferias. Vnde Isa. xvj. Præparabitur in misericordia solium eius. Ideo omnes causas iustitiæ, remittit ad thronum gratiæ. Vnde ad Hebr. iiij. Adeamus cum fiducia, &c. Aliud forum erit in iudicio extremo: quod erit puræ iustitiæ, vbi iustitia audiet causas & misericordia faciet ferias. Et ideo misericordia omnes causas deinceps remittit ad solium iustitię. Vnde Isa. ix. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia à modo & vsque in sempiternum. Tertium forum erit in Purgatorio, quod est forum mistum, quia ibi erit iustitia, quæ pœnam infliget, & misericordia quæ gloriam dabit. Vnde Psal. lxxxviij. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Et ibi existens dicere potest illud Psal. c. Misericordiam & iudiciú cantabo tibi Domine. Et duo hęc audiui, quia potestas Dei est: & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua, &c. Sequitur, Donec redderet vniuersum debitum. Vnde notandum, quòd dupliciter dicuntur peccata redire. Primò quòd non redeant quantum ad maculam, vel reatum: sed quantum ad ingratitudinem. Qui enim post acceptam remissionem ad peccatú vadit, grauius delinquit, quia ingratus tanto beneficio existit: & ita ingratitudo peccatum recidiuantis aggrauat, quod pœnam peccatorum præteritorum videtur secum reducere. Vnde dicitur in decretis, Iteratio culpæ, inducit aggrauationem pœnæ, ij. q. viij. c. hi qui. Secundò, dicuntur redire quantum ad pœnam substantialem. Sicut enim in cælo est vnus denarius, ita vna beatitudo substantialis: licèt vnus magis altero participat. Vnde de hoc dicit Apostolus, j. Corinth. xv. Sicut stella in claritate, &c. Vnde etiam magister Sententiarum lib. iiij. dist. xlix. dicit, Electus ab electo differt in claritate mentis, & corporis: vnde etiam Ioan. xiiij. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, &c. Sicut in Inferno est vna pœna substátialis, per modum damni, scilicet caréntia visionis diuinæ: alia per modum sensus, scilicet vermis, & ignis: & vtraque pœna debetur pro quolibet peccato mortali, scilicet secundùm plus, vel minus. Dicuntur ergo peccata redire, quia recidiuanti, eadé pœna debetur genere, quæ prius, licèt sit maior, sicut dixit beatus Iacobus ij. cap. Qui in vno offendit, factus est omnium reus.

QVAESTIO CXXI.

Circa Euangelium dominicæ xxij. in qua Christus dixit, Si non remiseritis. oritur quæstio, Vtrum damnificás alium in bonis animæ, vel in bonis corporis, teneatur ad restitutionem, ita quòd damnificatus teneatur damnú remittere sine satisfactione? Arguitur quòd non teneatur ad satisfactionem, siue restitutionem, Nullus obligatur ad impossibile: sed restituere bona animę, vel bona corporis, vt vitam, vel membrum non est in nostra potestate, ergo damnificans alium in bonis animæ, vel corporis, non tenetur remittere sine satisfactione. In oppositum, vj. q. j. c. ex merito deteriores sunt hi, qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt, quàm hi, qui substantias aliorum, prædiaq; diripiunt sed isti tenentur ad restitutionem, ergo multo fortius illi. Ad argumentú dicitur, quòd licèt homo alium damnificans, illa bona restituere non possit, potest tamen aliquid restituere loco eorum. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardum in iiij. Senten. dist. xv. artic. v. q. ij. per vnam conclusionem, quæ talis est, Damnificare alium in bonis corporis, aut animæ, potest homo simpliciter, vt occidendo, vel mutilando, vel alio modo corpus debilitando, vel iniuriando: & quamuis non possit restituere vitam, membrum, siue famam, obligatur tamen ad restituendum alia bona pro illo damno, compensata qualitate læsi, & quantitate damni. & possibilitate damnificantis: & sic damnificatus non tenetur remittere sine satisfactione: imò potest licitam habere actionem contra damnificantem, ne det posteà occasionem damnificandi: debet tamen & remittere quantùm ad rancorem cordis: quia nullus debet alium odio habere.

Dominica xxiij. post octauam pentec. Euang. secundùm Matt. xxij. c.

In illo tempore, [a] abeuntes Pharisæi, [b] consilium inierunt vt caperét Iesum in † sermone. [c] Et mittunt ei discipulos suos [d] cum Herodianis; [e] dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, [f] & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. [g] Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, [h] an non? Cognita autem Iesus nequitia eorú, ait, Quid me tétatis hypocritæ? [i] Ostendite mihi numisma census. [k] At

Caperent Iesum in sermone. Iudæi versuti & Pharisæi pleni iniquitate & dolo, videntes quòd non possent Iesum saluatoré nostrum redarguere, reprehendere, nec decipere: astutiá cogitauerút eú adulatione dicentes, Licet nobis Iudęis tributum Cæsari soluere an non? cogitátes, si dicat nó milites Herodis capient eú. Et si affirmet quòd debemus soluere, nos redarguemus eú. Et sic non euadet. multi sunt adhuc hypocritæ, & dolosi Christiani Deum tentátes, nescientes quòd malum sit tentare Deú. Mat. iiij. Non tentabis Dñm Deú tuú. sed illi soluerunt

illi obtulerunt ei denarium. [l] Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc, & superscriptio? [m] Dicunt ei, Cæsaris. [n] Tūc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cęsaris Cęsari, [o] & quę sunt Dei, Deo.

POSTILLA.

IN illo tempore, abeuntes Pharisæi consilium inierunt. Mar.xxij. Matt.xij. Luc.xxij. Hanc historiā dixit Dominus an.eius xxxiij.xij.kal. April. feria iij. Lu.xij. Indictione vj. Ante initium huius Euang. scribit S. Matthæus in pręcedenti c. quòd Christus loquebatur principibus Iudæorum, & Pharisæis parabolam istam, dicens, Homo paterfamiliâs plantauit vineam & locauit eam agricolis. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Nouissimè misit ad eos filium suum, dicens, Verebuntur forsitan filium meū. Agricolæ verò apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderūt. Et cùm audissent principes sacerdotum parabolam istam cognouerunt quia de ipsis diceret. Et quærētes eum tenere, timuerunt turbas, qnia sicut prophetam eum habebāt. Et relicto eo a [Abeuntes Pharisæi.] Vnde Chry. ab ipso Christo. b [Consilium inierunt, vt caper. Iesum in ser.] Lyr. quia non poterāt eum capere in malo opere: & quia facilius capitur homo in verbis, quàm in factis. c [Et mit.ei discipu. suos.] Ly. quasi homines sibi incognitos, secundùm æstimationem eorum: vt coram ipsis audacius loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicendū: vnde posset capi in verbis. d [Cū Herodianis.] Lyr. Isti Herodiani erant milites Herodis, qui interfecit Ioannem Baptistam: & venerant ad diem festum in Ierusalē: quia ista quæstio fuit facta feria iij ante passionē Christi. Et de Herode legitur quòd ipse erat pro tūc in Ierusalem in die passionis Christi: quia venerant in Ierusalem, propter solennitatem paschalem. Sic ergo milites Herodis missi sunt cum discipulis Pharisæorum, vt discipuli Phariseorum possent eum capere in sermone & milites Herodis statim caperent eum, vt puniretur in corpore. Sic ergo patet, qualiter malitiosè agebant cōtra eum sibi adulando: vt facilius inducerent eum ad dicendum aliquid, contra potestatem Cæsaris. e [Dicentes, Magister, scimus, quia verax es: & viam Dei in veritate doces.] Ly. Cin sana doctrina. f [Et non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.] q. d. Non dimittis timore cuiuscūque hominis etiam Imperatoris dicere veritatem. g [Dic ergo nobis quid tibi videtur? licet censum dari Cęsari, an non?] Beda in homilia præsentis Euangelij, Dissensio erat in populo Iudæorum. Aliqui dicebant, illicitum esse Iudęis quòd sibi recognoscerent habere aliquem dominū in terris, sed solum Deum, qui est in cælis, idcirco non esse licitū, dare censum Cæsari qui dant victimas, decimas, & oblationes Deo cæli. Econtrariò autem alij asserebant quòd erat licitum dare tributum Romanis, quia pro defensione patriæ, & terræ militabāt, & ab hostibus, & latronibus defendebant, & pacem inter homines conseruabant. Hanc autem quæstionem malitiosè proponebant Christo. Cogitauerunt enim intra se, Aut respondebit pro nobis, aut pro Cæsare, aut omnino tacebit. Si respōdebit pro nobis, quod nō debemus soluere tributum: tunc incurret indignationē Cæsaris, & statim milites Herodis capient eum, vt puniatur. Si respondebit pro Cæsare, quòd debemus soluere tributum, tunc incurret indignationē populi. Si omnino tacebit, tunc dicemus, quia veritatem timet dicere, propter timorem hominum vel humanum. h [Cognita autē Iesus nequitia eorum, dixit, Quid me tentatis hypocr.] Ly. q. d. Non quęritis veritatem addiscere: sed verbis me capere. i [Ostendite mihi numisma census.] i. numum qui datur pro censu annuo Imperatori. k [At illi obtulerunt ei denariū.] Ly. quia iste numus qui debebatur pro annuo censu à quolibet capitaneo domus, valebat decem numos vsuales, & ideo vocabatur denarius & erat argenteus. l [Et ait illis Iesus, Cuius est imago hęc, & superscriptio?] Ly. quia imago Cæsaris erat impressa in illo: & nomen eius in circuitu. m [Dicunt ei, Cæsaris] Vnde Hieronymus, Tiberij sub quo passus est Dominus. n [Tūc ait illis, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.] Gor. sicut tributum & pecunias, per quas confitemini vos subiectos illi. o [Et quæ sunt Dei, Deo] id est decimas, primitias, oblationes, atque victimas: sicut fecit Christus, qui reddidit tributa Cæsari pro se, & pro Petro: & Deo reddidit quæ Dei Patris sunt, faciens voluntatem eius semper.

QVAESTIO CXXII.

CIrca Euangelium dominicę xxiij. post oct. pente. oritur quæstio, Vtrum principi seculari sit census dandus. Arguitur quòd non: dare censum pertinet ad quādam seruitutem, sed per aduētum Christi liberi facti sumus ab omni seruitute secundùm illud Ioan. viij. Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. Igitur. In oppositum Mat. xxij. Reddite quæ sunt Cæsaris, &c. Igitur. Ad argumētum dicitur quòd intelligitur à seruitute diaboli, & non huius mundi. Ad quæstionem respondendum est, secundùm Magistrum Ioan. de Turre crem. in Quęstionibus super Euāgeliis per tres propositiones. Prima, Vnusquisq; debet de suo ministerio viuere. Secunda, Cùm principes nostri suo regimine Dei ministri sunt, à populo debēt tributa suscipere:

quasi stipendia sui ministerij ad sui sustentationem. Tertia, Ex necessitate iustitiæ renentur subditi sua iura, putà census principibus exhibere siue dare.

Dominic.xxiiij.post oct.pentec.Euang. secundum Matthæum,ix.cap.

IN illo tempore,[a] loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, b& adorauit eum,[c] dicēs, Domine filia mea modo defūcta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.d Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius.e Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, [f] accessit retro,[g] & tetigit fimbriā vestimēti ei[?]. h Dicebat enim intra se, i Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. k At Iesus conuersus, & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. l Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, [m] & turbam tumultuātem, [n] dicebat, Recedite o non enim est mortua puella, sed dormit. [p] Et deridebāt eū. [q] Et cùm eiecta esset turba, [r] intrauit, [s] & tenuit manum eius, & dixit, [t] Puella surge. [v] & [x] surrexit puella. [y] Et exiit fama hæc, [z] in vniuersam terrā illā.

Filia mea. Filia principis, i. hominis mūdo dominātis, in Christi aduētu peccato mortua iacebat: hęc filia anima cuiuslibet hominis est, quam homo infe peccato mortali occidit sed eam Dominus à morte resuscitat.

POSTILLA.

IN illo tempore, loquēte Iesu ad turbas ecce princeps vnus, &c. Matt.ix. Mar.v. Luc.viij. Historia huius Euā. facta est anno Chri.xxxj.iiij. idus Nouembris, fer.iij. Luna vij. Indict. tertia. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Matthæus in eodem capitulo, quòd discipuli sancti Ioannis Baptistæ accesserunt ad Iesum dicentes; Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi quandiu cum illis est sponsus lugere? venient autem dies, cùm ab eis auferetur sponsus, & tunc ieiunabunt. Tunc sequitur Euangelium hodiernum. a [Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit.] Lyra, Qualis autem sit princeps iste, non exprimitur hic: sed habetur Marc.v. & Lucæ viij. vbi dicitur, quòd erat princeps synagogæ nomine Iairus. Iudæi enim habebant tantum vnum templum, vbi poterant offerre & immolare, scilicet in Ierusalem: sed ab aliis ciuitatibus & villis habebant loca determinata, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum Verbum Dei, ad tractandum de his, quæ pertinebant ad communem vtilitatem populi: & ille qui præerat, cuius authoritate congregatio fiebat, dicebatur princeps synagogæ. Et talis erat ille qui accessit ad Iesum. b [Et adorabat eum.] humiliter, quia cecidit ad pedes eius, scilicet, faciendo sibi reuerentiā debitam. c [Dicens, Domine filia mea modò defuncta est: sed veni & impone manum tuam super eam, & vi.] Marc. vj. dicitur quòd dixit eam esse in extremis. Lu. viij. dicitur quòd moriebatur. Et hoc est verū, quando pater ab ea recessit, sed antequam veniret ad Iesum mortua est, propter quod nuntij venerunt de domo, qui dixerunt, Noli vexare magistrum: quia defuncta est filia tua, credentes quòd Christus non posset suscitare eam à mortuis, licèt posset eam sanare. d [Et surgēs Iesus sequebatur eum, & discipu.eius.] Lyra, Pergens ad domum eius propter fidei sui meritum. e [Et ecce mu. quæ sangui. flu.pa. duodecim annis.] Luc.viij. dicitur, quòd in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari f [Accessit re.] Christus enim erat in turba magna, quæ eum cōprimebat, vt habetur Marc.quinto. Et ideo de facili non potuit habere accessum ad eum. g [Et tetigit fimbriam vesti.eius.] Gorr. Indignam se reputabat tangere pedes domini, vel etiā plenitudinem vestimenti: habebat enim Christus fimbriam iuxta consuetudines Iudæorum secundum pręceptum legis: vt patet Nu.xv. h [Dicebat enim intra se.] scilicet firmiter credendo. i [Si tetigero tantùm vestimentum eius salua ero.] scilicet ab hac infirmitate. Magna fides mulieris quæ credidit tātam virtutem esse in vestimentis Christi, quòd per tactum sanaretur: quę per medicos sanari non poterat, pro quibus tātum expendit, ꝙ depauperata fuit: vt dicitur Luc. viij. k [At Iesus conuersus videns eam di. Confide filia: fides tua te saluam fecit.] Gor. Non dixit ego sanaui te sed fides tua te saluam fecit vt vitandam ostentationem doceat, & meritum fidei extollat. [Et salua fa. est mu. ex illa hora.] Ambrosius videtur velle, quòd hæc mulier erat Martha virgo soror beatæ Mariæ Magdalenę, & sancti Lazari. Notandum, quòd in via eundo ad filiam principis archisynagogi: sanauit mulierem istam per tactum vestis suæ, vt sic princeps ille in fide solidaretur. l [Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines.] scilicet carmen lugubre canentes. Antiquitus enim tales ad exequias vocabantur, vt suo carmine alios prouocarent ad luctum. m [Et turbam tumultuantem] scilicet lachrymantem, & eiulantem. n [Dicebat, Recedite.] nolite flere, vt habetur Lucæ octauo. Per hoc quòd dicit nolite flere, docet nos, quòd mortuos nostros non debemus

Triplex est adoratio, s. latria, dulię & hyperdulia.

excessiuè deflere, præsertim bonos homines quia licet moriātur mundo, viuunt tamē Deo: ipsos enim nō amittimus, sed præmittimus: vt dicit August. In veteri Testamento triste fuit mori, & terribile: quia tunc omnes in Infernū descēderunt. Iob xvij. Infernus domus mea est: & in tenebris stra. lectulum meum. Vnde Isidorus lib. xv. de Summo Bo. Illi plorandi sunt in morte, quos miseros Infernus recipit ex hac vita: non quos cælestis aula lætificans includit. o [Non est enim mortua puella, sed dormit.] Ly. hoc dixerat, quia poterat eā faciliter suscitare à morte: sicut homo potest alium hominē à somno excitare. p [Et deridebāt eum] Ecce deridetur Dominus Iesus Christus, nec irascitur, nec arguit eos. q [Et cùm eiecta esset turba] lamentantium: & tumultuantium, & deridentium: quia ex quo erant increduli & derisores Christi, non erant digni videre miraculum. r [Intrauit] s. ad locum vbi puella iacebat, cum patre, & matre eius, Petro, Iacobo & Ioanne: vt habetur Mar. v. Ad hoc vt essent testes miraculi. s [Et tenuit manum eius & dixit] clamando vt habetur Mar. v. c. Talitha cumi: quod interpretatur, t [Puella dico tibi surge] s. de lecto mortis. v [Et confestim] x [Surrexit puella] & ambulabat, & iussit illi dare manducare: & est signum veræ resurrectionis, & stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat: vt habetur Lu. viij. s. ad insinuandum humilitatem. y [Et exiit fama hæc] scilicet tantæ potentiæ. z [In vniuersam terrā illam.] Nota circa præsens Euangelium vbi dicitur, Cōfide, filia tua, &c. quòd fides Christiana est firma, & vera. Hoc patet primò ex miraculorum factione: in nulla enim alia fide facta sunt miracula, nisi in nostra fide: quæ ab initio mundi fuit miraculis confirmata: scilicet tempore prophetarum, qui in ea prophetabant & conscribebant. Item in nouo Testamento tempore Christi, & tempore Apostolorū, qui eam prædicabant: similiter & sancti qui post Apostolos prædicauerunt fidem, sicut patet in Legendis Sanctorum. Item etiam Saraceni confitentur quòd Machometus nullum miraculum fecit. Secundò, patet ex tyrannorum persecutione: omne enim regnum videtur esse cōsumptum quandoque ab inimicis, propter eorum potentiam: exemplum de regno Assyriorum, & Græcorum & Romanorum: & sic de aliis. Fideles autem propter fidem Christi, quam tenebant, & defendebāt, maximas & generales persecutiones multo tempore ab Imperatoribus à regibus, à principibus, à iudicibus, & potentibus mundi passi sunt, vt dicit beatus Augustinus, & non potuerunt ipsam fidem Christianā extirpare, sed quotidie crescebat, & augmentabatur. Item notandum hic quòd quando homini infunditur, fides, tunc etiam infunduntur omnes aliæ virtutes: & ideo oportet vt homo agat secundùm fidem, & alias virtutes quas recipit, alias in eo fides & virtutes essent frustra: & melius esset fidem non habere, quam eam malis operib' impugnare, & negare: vnde Apostolus ad Titum j. c. Confitētur se nosse Deum, factis autem negant. Vbi diligēter notandum, quòd mali Christiani peiores sunt Saracenis, quantùm ad quatuor. Primò, quia Saraceni Christum negant verbo, isti facto: peius enim est factum quàm verbum: tales enim sunt similes militibus Pilati: qui genua flectebāt coram Iesu dicentes, Aue rex Iudæorum, & percutiebant eum palmis. Tales etiam sunt significati per illam ficum habentē solùm folia, cui Christus maledixit, quę statim aruit. Secundò, quia Saraceni ex ignorantia Christum negant: non enim credunt ipsum esse verum Deum, & dominum suum: si enim scirent, multi eorum saluarentur per eorum bona opera quæ faciunt. Christiani autem sciunt, & firmiter credunt Iesum Christum esse Dominum suum, & tamen negant ei debitum obsequiū, quod maius malum videtur esse: exēplum, si duo homines negarēt debitum obsequium regi, ita quòd vnus diceret, Domine, nescio quòd debeam vobis obsequium hoc exhibere, si enim scirem libenter exhiberem. Alter verò diceret, Scio quòd hoc obsequium vobis debeo, sed nolo vobis exhibere: manifestum est quòd magis offenderet regem. Tertiò, quia Saraceni legem suā obseruant. Tales autē nullius legis esse videntur: quia nec Saraceni, nec Christiani sunt: & ideo tales sine lege peribunt. Quartò, quia tales videntur esse apostatæ à fide quantùm ad rem fidei. Videntur etiam periuri eorum, quæ in baptismate promiserunt, scilicet, renunciare diabolo, & pompis eius. Et ideo malo Christiano fides erit ad cumulū damnationis eius: quia grauius peccat Christianus fornicādo, & alia quæ prohibentur in lege Euangelica trāsgrediēdo, quam paganus: & etiam plus punietur, & profundius damnabitur. Vnde de hoc dicitur in Decretis, Fidelis malus peior est infideli: si grauius peccet, & grauior pœna sibi debetur: prima quæstione primo capitulo, Noui.

Vita spiritualis animæ, est effectus gratię de Tur. cre. in q̄ō. super Euang.

QVAESTIO CXXIII.

Circa Euangelium dominicæ xxiiij. oritur quæstio, Vtrum sine tactu diuinæ gratiæ: possit anima resuscitari de morte peccati? Arguitur quòd non: habetur Isaiæ xliij. Dixit Dominus, Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: ergo expulsio mortalis peccati, est ante omnem infusionē gratiæ. In oppositum habetur Matth. ix. Impone manum super eum, & viuet. Igitur. Ad argumentum dicitur, negando consequētiam, & ratio est: quia solus Deus delet peccata effectiuè, formaliter delet ipsa gratia. Ad quæstionem respondendum est, secundùm magistrum Ioannem de Turre cremata, in Quæstio. super Euangeliis per duas propositiones. Prima est, Per culpam mortificatur

animæ: quæ quidem culpa est mors ipsius animæ: ex quo gratiam, quæ est vita animæ, tollit. Secunda propositio, Sine tactu, siue infusione diuinæ gratiæ: non resuscitatur anima à morte peccati: patet conclusio, Deus in creatura rationali est principium vitæ spiritualis.

Dominica xxv. post octauas pentecostes, Euangelium secundùm Matth. xxiiij. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele † propheta stãte in loco sancto ([b] qui legit intelligat.) [c] Tunc qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes, [d] & qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. [e] Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: [f] orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme, [g] vel sabbato. [h] Et erit tunc [i] tribulatĩo magna qualis non fuit ab initio mundi, vsque modò [k] neque fiet. [l] Et nisi breuiati fuissent dies illi, [m] non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. [o] Tunc [p] si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. [q] Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, [r] & dabũt signa magna, & prodigia, [s] ita vt in errorẽ inducantur si fieri potest, etiam electi. [t] Ecce prædixi vobis. [v] Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, [x] nolite exire. [y] Ecce in penetralibus, [z] nolite credere. [a] Sicut enim fulgur exit ab Oriẽte, & apparet vsque ad Occidentem: ita erit aduentus filij hominis. [b] Vbicunque fuerit corpus, [c] illuc congregabuntur & aquilę. [d] Statim [e] post tribulationem dierum illorum [f] obscurabitur sol, [g] & luna non dabit lumẽ suum. [h] Et stellę cadẽt de cælo, [i] & virtutes cælorum cõmouebuntur. [k] Et tunc apparebit signum filij hominis [l] in cælo. [m] Et tunc plangent omnes tribus terræ. [n] Et videbunt filiũ hominis [o] venientẽ in nubibus cæli, [p] cum virtute multa [q] & maiestate. [r] Et mittet angelos suos cum tuba, [t] & voce magna. [v] Et cõgregabũt electos eius, [x] à quatuor ventis, [y] à summis cælorum vsque ad terminos eorum. [z] Ab arbore autem fici discite parabolam: [a] Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. Ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vobis, [b] quia non præteribit generatio hæc, [c] donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: [d] verba autem mea non præteribunt.

Cum videritis abominationem quæ dicta est à Daniele. Dominus Iesus saluator nos præcauere diẽ iudicij & vltionis docet: ne nos improuisos horrida signa ipsius aduentus terreant, & in tẽtationẽ, & à fide in subuersionem inducãt. De his hẽ Daniel. ix. ibi septuaginta hebdomadę abbreuiatę sunt sup populum tuum & super vrbẽ sanctã tuam. Et in fine ca. Erit in tẽplo abominatio desolationis: & vsque ad cõsummationẽ. Et in finem perseuerabit desolatio.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, cùm videritis abominationem desolationis, &c In hoc Euangelio describitur excidium ciuitatis, quantum ad eius exterminium. Et ponũtur ibi duo. Primum, prophetiæ impletio: quæ habetur Daniel. ix. vbi dicitur, quòd destructa ciuitate & templo ponetur abominatio in desolationem, id est idolum, quod nomine abominationis intelligitur: & in veteri Testamento debebat poni in templo desolato: vt adimpletum est, quando Helius Adrianus imaginem suam fecit statui, vbi steterat arca testamenti, vt scribitur in Scholastica Historia. Et hoc est quod dicitur, a [Cùm videritis abominationem.] Sequitur, b [Qui legit intelligat] q. d. Qui legit prophetiam Danielis, intelligat eam esse dictã de hoc facto. Nam secũdùm quòd ibi ponitur fuit ibi Iudæorũ captiuatio, & perfecta eorum dispersio. c [Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes] quasi dicat, Ex tunc Iudæi non habitabunt in Iudæa plus: quia licet prædictus Helius Adrianus Ierosolymam reædificauerit, præcepit tamen ne aliquis Iudæus haberet licẽtiam intrãdi illam. Aliter autem exponitur ab aliquibus, de tempore quod fuit ante destructionem ciuitatis immediatè: quia fideles qui erant in Ierusalem admoniti sunt per angelum, vt fugerent in regnum Agrippæ vltra Iordanẽ, quia rex Agrippa erat confœderatus Romanis: & ideo ibi fideles saluati sunt, vt scribitur in Ecclesiastica Historia. Sequitur, d [Et qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro, &c.] quasi dicat, Melius est quòd saluet vitam suam, quàm rem possessam. e [Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus:] quia prægnantes non possunt bene fugere, aggrauante pondere, nec similiter nutrientes, propter curã circa pueros. f [Orate autem, &c.] Hic soluit quæstionem quę posset fieri ad consummationem seculi. Et diuidi-

tur in tres partes, quia circa consummationem seculi, primò ostendit tribulationis magnitudinem. Secundò temporis certitudinem: ibi, De die autem & hora, &c. Et tertiò excitat nostram solicitudinem: ibi, Vigilate itaque. Sed præsens Euangelium non continet primã partem. Circa quam aduertẽdum, quòd quia prædixerat tribulationem Iudæorum ex destructione ciuitatis Ierosolymitanæ: vt patet ex prædictis in principio huius capituli, quod nõ ponitur in præsenti Euangelio: & sic prædixit tribulationem fidelium futuram sub antichristo maiorem: ideo conuertit se ad discipulos suos in quibus, admonet fideles, pro illo tempore futuro dicens, [Orate autem vt non fi. fu. ve. in hyeme.] i. tempore incompetenti, & aëris importunitate. g [Vel sabbato] i. tempore incompetenti ad fugam, ex quacunque alia causa, &c. quia tunc erat sabbatum obseruandum, in quo non erat Iudæis licitum ambulare vltra mille passus. Per sabbatum ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo prędicto. Et subiungitur ratio, cùm dicitur, h [Erit enim tunc] i. tempore Antichristi. i [Tribulatio magna, qualis nunquam fuit, &c.] de præterito. k [Neque fiet de futuro.] Ex quo patet, quòd hic loquitur de tribulatione Antichristi: quia ab omnibus Doct. dicitur maxima. l [Et nisi breuiati fuissent dies illi.] Non est intelligendum, quòd dies sint breuiores tempore Antichristi, quàm sint modò: quia quantitas diei causatur ex motu Solis qui est vniformis. Sed dies hic accipiũtur pro tempore: quia tempus illius tribulationis erit breue: quia non durabit vltra tres annos cum dimidio: vt habetur Dan. xij. vbi dicitur quòd durabit per tempus, per tempora, & dimidium temporis. Causa autem huius breuitatis subditur, cùm dicitur, m [Non fieret salua omnis caro.] Caro autem hic accipitur pro homine, secundùm quod habetur Gen. vij. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum: quia caro est. Sensus ergo est, Omnis caro non fieret salua, i. nullus homo fieret saluus si esset longum prædictæ tribulationis tempus. Negatio enim postposita huic signo vniuersali Omnis, facit ipsum æquipollere signo vniuersali negatiuo: quia omnis nõ, valet nullus: propter quod subditur, n [Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit.] Hic consequenter ostenditur magnitudo tribulationis ex vehemẽtia seductionis, quia multi discipuli Antichristi venient ad seducendum populum dicendo, quòd ipse sit verè Christus in Lege, & in Prophetis promissus: ideo hoc prædixit: ne fideles tunc decipiantur. o [Tunc] i. in illo tempore Antichristi. p [Si quis vobis dixerit, Ecce Christus hic aut illic, nolite credere.] Et quia nõ solummodo habẽbũt verba ad decipiendum, sed etiã signa, quod est difficilius ad euadendum: ideo subditur, q [Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ.] Per hoc intelligit Antichristum, & discipulos eius, qui sunt mẽbra ipsius. r [Et dabunt signa, &c.] quia virtute dæmonũ possunt multa mirabilia fieri quando permittuntur à Deo. s [Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi] hoc dicit quia licèt prædestinatio sit certa, tamen non tollit libertatem arbitrij. Ista enim propositio, Prædestinatus potest damnari, falsa est in sensu composito: tamen in sensu diuiso, vera est, sicut diffusius declaratur primo Sententiarum. t [Ecce prædixi vobis] q. d. Ad hoc ista prędico nunc, vt caueatis pro tunc: quia minus iacula feriunt quæ præuidentur, secundùm quòd dicit Greg. v [Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est.] Christus, tanquam religiosus in loco deserto existens. x [Nolite exire] ad videndum, seum ne seducamini. y [Et si dixerint, Ecce in penetralibus] i. in locis occultis. z [Nolite credere] ratio autẽ subditur, a [Sicut enim fulgur exit ab Oriente, &c.] quia licet aduentus Christi in carnem fuerit occultus, tamen aduẽtus eius ad iudicium erit ita manifestus, quòd non poterit aliquẽ latere: propter quod subditur, b [Vbicunque fuerit corpus] i. Christus in humanitate: quia, vt frequenter dicitur in sacra Scriptura, iudicabit in forma humana, gloriosa tamen. c [Illuc cõgregabuntur & aquilæ] i. Sancti occurrentes obuiã Christo venienti ad iudicium, secũdùm quòd dicitur j. ad Thes. iiij. c. d [Statim autem, &c.] Descripta tribulatione quæ futura est per Antichristum, describit aduentum Christi ad iudicium. Et diuiditur in duas partes quia primò describit quædã iudicium præcedentia. Secundò describit iudicis aduẽtum: ibi, Et tunc apparebit. Circa primum aduertendum, quòd prout dicunt Doctores, & Sancti, post tribulationem Antichristi antequam appareant manifesta signa iudicij, erit tẽpus breue, in quo poterunt illi qui fuerunt decepti per Antichristum, pœnitere. Et hoc signatur Apoc. viij. Factum est silentium in cælo, quasi media hora. Istud enim tempus non durabit: vt dicunt nisi per xl. dies, vel circiter. Et hoc est quod dicitur. d [Statim autẽ] i. paruo tempore elapso. e [Post tribulationem die. ill.] Antichristi, apparebunt signa manifesta propinqui iudicij: & hoc est quod subditur, f [Sol obscurabitur] nõ per priuationem sui luminis, cum sit ei naturale. Corpora autem cælestia tunc manebunt in sua natura integrè. Sed ista obscuritas erit respectu nostri, per interpositionem alicuius corporis opaci, quemadmodum fit in eclipsi. g [Et luna non dabit lumen suum.] Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo erit interposita inter terrã & solem: & pars Lunæ quæ est versus terram obscurabitur, cùm non habeat lumen nisi à Sole: alio modo per interpositionem nubium obscurarum. h [Et stellæ cadẽt de cælo] non quantùm ad earum substantiam, cùm sint incorruptibiles: sed quantum ad apparentiam,

Solutio quęstionis quę potest fieri ad cõsummationẽ seculi.

quia veræ stellę abscondentur per nubium densitatem,& de nubibus versus terram descendēt exhalationes ignitæ,quę dicuntur stellæ cadentes. i[Et virtutes cælorum commouebuntur.] Per virtutes hic accipiuntur angeli,qui sunt de medio ordine secundæ hierarchiæ: ad quorum officium spectat cooperari aliquo modo ad miracula:secundùm quòd dicit beatus Dionys.Et ipsi frequentius tunc solito mouebuntur,ex diuina voluntate, ad faciendum miraculosas transmutationes in elementis,ad incutiendum hominibus terrorem iudicij venientis. k [Et tunc apparebit,&c.]hic describit iudicis aduentum. Dicit ergo, Tunc immediatè post signa prædicta. l[Apparebit signum Filij hominis in cælo.]id est,crux,claui,& lancea,quæ sunt passionis Christi instrumenta,vel aliter,signum id est cicatrices quæ apparebunt in corpore. Ista autem apparebunt in cælo, id est, in aere qui frequenter vocatur cælum in Scriptura. m[Et tunc plangent omnes tribus terræ]id est,aliqui de omnibus tribubus,& nationibus, in quibus sunt aliqui mali, quibus aduentus iudicij erit tristabilis. n[Et videbunt filium hominis]quia sicut dictum est, in forma hominis iudicabit. o[Venientem in nubibus cæli.]sicut in nube ascendit in cælum præsentibus Apostolis, & discipulis. propter quod dicitur Act. j. Iesus qui assumptus est à vobis sic veniet. p [Cum virtute multa.]quia primus eius aduentus fuit in infirmitate:secundus erit in virtute. q [Et maiestate,]quia veniet vt dominus,qui primò venerat vt seruus. r [Et mittet angelos suos.] quia ministerio angelorum,colligētur cineres mortuorum. s [Cum turba.]sicut enim in datione Legis auditus est sonitus terribilis, vt habetur Exod.xix.ita audietur tunc sonitus consimilis: virtute angelorum factus in elementis. t [Voce magna] Illa vox erit vox Christi vocantis mortuos ad iudicium:ex cuius virtute suscitabuntur. v [Et congregabunt electos eius.] Licet enim omnes adducentur ad iudicium : tamen electi specialiter adducentur ministerio sanctorum angelorum,quia erunt conciues eorum. x [A quatuor ventis.]id est,quatuor partibus mūdi:vnde oriuntur principales venti.Et per hoc intelliguntur aliæ partes orbis minus principales. y [A summis cælorum vsque ad terminos eorum.] Iste modus loquendi est secundùm apparentiam : quia summum cæli videtur esse super zenith capitis nostri,terminus autem cæli videtur esse vbi terminatur aspectus noster : quia ibi videtur cælum coniungi terræ:licet secundùm veritatem, æqualiter distet à terra vndique.Est ergo sensus, A summis cælorum, &c.id est, ab omni loco qui sub cælo est adducentur electi ad locum iudicij. z [Ab arbo.&c.]Hic ad declarationem istorum adducitur exemplum,quia sicut viriditas arboris est signum æstatis propinquæ, ita signa prædicta erunt signa ipsius iudicij immediatè venientis, & hoc est quod dicit, Ab arbore fici discite parabolam , id est , similitudinem ad propositum congruam:vt patet in litera. Sequitur, a[Amen dico vobis,quia non prçteribit generatio hęc.] id est, congregatio fidelium. b[Donec omnia fiant]quia quantumcunque fideles opprimantur tempore Antichristi, tamen aliqui permanebunt in fide stabiles vsque ad finem mundi. c [Cælum & terra transibunt.] non quòd corrumpantur secundùm substantiam suam : sed quia cessabit motus cæli & transmutatio in elemētis.Ista enim ordinata sunt ad complendum numerum electorum:& ideo ipso completo in iudicio cessabunt sicut ea quæ sunt ad finem, habito fine. d[Verba autem mea non præteribunt.] per verbum enim Dei factus est mundus, & ideo verbū eius est ipso mūdo stabilius.

Iudicis ad uentus sciliet Christi ad iudicandum viuos & mortuos.

QVAESTIO CXXIIII.

Circa Euangel.domin.xxv.oritur q. Vtrum ante iudicium vniuersale stellæ cadent de cælo? Arguitur quòd sic:habetur Matth. xxiiij. Stellæ cadent de cælo. In oppositum : nullum corpus cæleste cadet de cælo, quia corpora cælestia non sunt grauia , neque corruptibilia : vt ait Philosophus libr. j. de Cælo & Mundo. Sed stellæ sunt corpora cælestia.Igitur.Ad quęstionem respondendum est secundùm Ricard. de media Villa in iiij.Sen.dis xlviij.art.j.quæst.iij. quòd propriè loquendo , stellæ non cadent de cælo:vnde secundùm Aug.xx.de Ciuit.c.xxiiij. Credendum est illam locutionem tropicam esse,qua dicuntur stellę cadere de cælo:hoc enim dictum est, quia lumine suo videbuntur priuari , superueniente claritate maiori : secundùm gl. Matth. xxiiij.super verbum prædictum:sed quia vt videtur aliis pari ratione possent dici quotidie cadere de cælo,cùm quotidie per Solis ortum desinant apparere,ideo dicunt, quòd ante supernaturalem productionem ignis conflagrantis , generabitur per actionem corporum cælestium,tam vehemens caliditas,& siccitas,quę erunt congrua dispositio ad ignis prędicti productionem, quòd desinet generari arcus nubium: qui generatur in nubis roratione, & aliæ impressiones humidæ,& generabuntur sub descendentes in tanta multitudine,quòd apparebit aspicientibus,quòd sint stellæ de cęlo cadentes. Ex dictis patet solutio argumentorum tam ad partem negatiuam , quàm ad partem affirmatiuam.

POSTILLARVM SVPER EVANgelia de tempore,finis.

POSTILLA SVPER EPISTOLAS DE SANCTIS PER ANNI CVRsum, vnà cum Ferialibus.

In vigilia sancti Andreæ Apostoli, Epistol. lib. Eccles. xliiij. & xlv. cap.

Benedictio Domini. Omnis iust° a Domino Deo benedict° & omnis diuinæ legis præuaricator iniquitate plen°, malus, & à Dño maledictus.

BEnedictio [a] Domini super caput iusti, [b] ideò dedit illi Dominus hæreditatem, [c] & diuisit ei partẽ in tribubus duodecim, [d] & inuenit gratiam in cõspectu omnis carnis. [e] Et magnificauit eum in timore inimicorum, [f] & in verbis suis monstra placauit. [g] Glorificauit illum in conspectu regum. [h] Et ostendit illi gloriam suam: [i] in fide, [k] & lenitate ipsius [l] sanctum fecit illum, [m] & elegit eum ex omni carne. [n] Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, [o] & excelsum fecit illum. [p] Statuit illi testamentum lætitiæ, [q] & circuncinxit eum zona iustitiæ. [r] Et induit eum Dominus corona gloriæ.

POSTILLA.

BEnedictio Domini super caput iusti, &c. Ista litera quantum ad sui originem, loquitur de Patribus veteris Testamenti, scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob, Moyse, & sic de aliis: sed in nouo Testamento potest coaptari Apostolis, seu cuilibet Apostolorum: nam quod de patriarchis veteris Testamenti dicitur, Apostolis noui Testamenti coaptatur. Dicit ergo, a [Benedictio Domini super caput iusti.] Ita quòd quemadmodum Deus dedit Abrahæ omnium gentium benedictionem, eò quòd Christus natus est de semine suo secundùm carnem, in quo benedictæ sunt omnes gentes terræ. Ita & in semine Verbi diuini, quod fuit Euangelium prædicatum per ipsos Apostolos in omnibus partibus mundi. Et ideo dicit, Benedictio domini super caput iusti. quia per scientiam & doctrinam iusti, manifestata est lex Christi. b [Ideo dedit illi Dominus hæreditatem,] Nam sicut Dominus dedit Abrahæ, & aliis patriarchis, & Iudæis ab illis descendentibus terram Iudææ in hæreditatem, quandiu seruauerunt legem eis datam: ita dedit, & dat Christus iustis, non solùm hęreditatem in terrenis, sed in gaudiis cælestibus. c [Et diuisit ei partem in tribubus duodecim.] Nam sicut tempore Iosue, terra Iudææ diuisa est in partes duodecim: secundum duodecim tribus Israel: ita tempore primitiuæ Ecclesię, & post missionem, duodecim Apostoli Christi diuiserunt sibi totum mũdum vt quilibet eorum iunctis aliquibus discipulis, iret ad prædicandum legem Christi. d [Et inuenit gratiam in cõspectu omnis carnis.] Nam sicut Ioseph cum patre, & fratribus, inuenit gratiam coram Pharaone rege Aegypti, ita & Apostoli cum discipulis Deo disponente: inuenerunt aliquos principes & magnates statim sibi adhærentes, quorum auxilio nolentibus, & contradicentibus tẽplorum pontificibus, Christi nomen inter gentes diuulgatum est: & Christianorum Ecclesia tandem triumphante, templa idolorum tempore Constantini magni clausa sunt. e [Et mag. eum in tim. inimico.] Nam sicut Deus Moysem magnificauit erga Aegyptios, ita & in nouo Testamento magnificauit Apostolos & martyres, qui fortiores fuerunt dum torquerentur, quam fuerunt tyranni, dum torquerent vel torquere iuberent. f [Et in verbis suis monstra placauit.] Nam sicut tempore Moysi plagæ Aegypti mõstruosæ, ad orationem ipsius Moysi cessauerũt: vt patet Exod. vij. viij. & viiij. c. Ita etiam in nouo Testamento, plagę idololatrarum cessauerunt, in aduentu Apostolorum, discipulorum, & aliorum legem Christi prædicantium: vt patet de S. Georg. qui interfecit draconem deuastãtem vnam totam prouinciam: & sic de multis aliis. g [Glorificauit illum in cõspectu regum.] Nam sicut in veteri Testamento Deus glorificauit Moysem, erga reges Aegypti, Seon regem Amorrhæorum, & plures alios. Ita etiam glorificauit Apostol. suos, discipulos: & omnes Euãg. nunciantes & prędicantes, & adhuc glorificare non cessat. h [Et ostendit illi gloriam.] sicut fecit Paulo Apostolo, Stephano protomartyri, & pluribus aliis. i [In fide] sine qua impossibile est placere Deo. k [Et lenitate] i. verbi dulcedine, & prædicatione ipsius. l [Sanctum fecit illum.] i. mundum & firmum. m [Et elegit eum ex omni carne.] Nam sicut Deus elegit Moysem ad educendum filios Israel de Aegypto, ita simili-

ter elegit Apostolos & discipulos, ad educendum gentiles & Iudæos de errore eorum, & induxit ad veram Christi fidem. n [Et dedit illi cor ad præce.] Dei implenda opere, & deinde aliis impléda docere: nam prædicatoris officium est, primum facere, deinde docere. Vnde Act. j. Cœpit Iesus facere & docere. o [Et excelsum fecit illum.] literaliter istud dicitur de Aaron, qui laudatur in sacerdotio quantum ad electionem, consecrationem, & prouisionem: quæ omnia possunt intelligi, de quolibet sancto noui Testamenti. p [Statuit ei testamentum æternum.] id est, pactum sacerdotij, quod dicitur æternum in veteri lege: in quantum figurabat sacerdotium Christi ad expurgationem vitiorum in se: & deinde in aliis per prædicationem & legis Christi annuntiationem.

Sequuntur Quæstiones super Epistolis Sanctorum.

QVAESTIO I.

Svper verbis Epistolæ in vigilia sancti Andreæ, quæ habentur Eccle. xlv. scilicet, Circuncinxit eum, zona iustitiæ, oritur quæstio de iustitia, Vtrum iustitia sit perpetua, & constans voluntas, ius suum vnicuique tribuens? Arguitur quòd non: sola Dei voluntas est perpetua, ergo si iustitia est perpetua volútas, in solo Deo erit iustitia, quod est falsum. Igitur. In oppositum iustitia sic diffinitur, vt habetur ff. de iust. & iur. l. iusti. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd volútas dicitur perpetua, dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius actus, qui perpetuò durat: & sic solius Dei voluntas est perpetua. Alio modo, ex parte obiecti: quia aliquis vult perpetuò facere aliquid: sic iustitia est perpetua voluntas. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. lviij. per tres propositiones. Prima est, Cùm omnis virtus sit habitus, qui est principium boni actus, necesse est quòd virtus diffiniatur per actum bonum, qui est circa ea quę ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam virtutis. Secunda conclusio, Iustitia est circa ea quæ ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam. Tertia conclusio, Iustitia est habitus, secundùm quem aliquis constanti & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit.

In festo sancti Andreæ Apostoli, Epistola ad Rom. x. cap.

Fratres, [a] corde enim creditur ad iustitiam: [b] ore autem confessio fit ad [f] salutem. [c] Dicit enim Scriptura, [d] Omnis qui credit in illum, non confundetur. [e] Non enim est distinctio Iudæi & Græci. [f] Nam idem Dominus omnium, [g] diues in omnes [h] qui inuocant illum. [i] Omnis enim quicunque inuocauerit [k] nomen Domini, [l] saluus erit. [m] Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? [n] Aut quomodo credét ei: quem non audierunt? [o] Quomodo audient sine prædicante? [p] Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? [q] Sicut scriptum est, [r] Quàm speciosi [s] pedes euangelizantium pacem, [t] euangelizantium bona. [v] Sed non omnes obediunt Euangelio. [x] Isaias enim dicit, [y] Domine, quis credidit auditui nostro. [z] Ergo fides ex auditu. [a] Auditus autem per verbum Christi. [b] Sed dico, Nunquid non audierunt? [c] Et quidem [d] in omnem terram [e] exiuit sonus eorum [f] & in fines orbis terræ verba eorum.

Confessio fit ad salutem. Nisi peccatanostra corde saltem & ore, cũ possibilis satisfactione, semel in vita cõfiteamur ante mortis articulũ, nõ erit nobis remissio peccatorũ vt de pœ. dist. I. cap. ex his itaque apparet q sine cõfessione oris & satisfactione operis, peccatum non remittitur

POSTILLA.

Fratres, corde enim creditur ad iustitiam, &c. Ante initium huius Epistolæ scribit sanctus Paulus in eod. cap. dicens, Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & corde tuo credideris quòd Deus illum excitauit à mortuis saluus eris. Tunc statim sequitur præsens epistola, a [Fratres, corde enim creditur ad iustitiam.] Gor. id est, ad iustificationem consequendam. b [Ore autem confessio fit ad salutem.] id est, ad perfectionem salutis: necesse enim est fidem confiteri pro loco & tempore. In signum huius, recipit homo sacramentum confirmationis in fronte. Vnde dicitur in Decretis, Confirmatio in fronte ponitur: vt à recipiente fides sine erubescentia publicetur. de consecr. distinctio. v. nouissimè, Lucæ duodecimo, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. c [Dicit enim Scriptura] sacra veraciter. d [Omnis qui credit in illum, non confundetur.] æternaliter. e [Non enim est distinctio Iudæi & Græci.] Lyr. quantùm ad iustitiam, quæ est per fidem Christi. f [Nam idem Dominus omnium.] scilicet, Iudæorum, & Gentilium. g [Diues in omnes.] Gor. id est, ditans omnes. h [Qui inuocant illum.] s. fide, & opere. i [Omnis enim quicunque inuoca.] non verbotenus, sed corde intimo. k [Nomen Domini.] id est filium Patris, in quo sicut pro nomine est notificatio Patris. l [Saluus erit.] ab æterno supplicio. m [Quomodo

ergo inuocabunt in quem non crediderunt] Lyra, quasi dicat, Nullo modo: quia oratio præsupponit fidem orantis. n [Aut quomodo credent ei quem non audierunt.] quia fides præsupponit auditum, vel à Deo intus per inspirationem, vel ab homine exterius per prædicationem. o [Quomodo autem audient sine prædicante?] Actus autem prædicandi, præsupponit authoritatem officij: ideo dicitur, p [Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur.] id est à Deo, sicut olim prophetæ, vel Apostoli eius locum tenentes, sicut prædicatores alij. Gor. Aliter autem non est prædicandum: sicut nec ipse Christus filius Dei prædicare voluit nisi missus à patre: vt patet Lucæ quarto, oportet me etiam aliis ciuitatibus euangelizare regnum Dei: quia ad hoc missus sum. q [Sicut scriptum est.] Isa. iiij. r [Quam speciosi.] id est bene formati sunt. s [Pedes euangelizantium pacem.] id est reconciliationem hominis ad Deum. t [Euangelizantium bona.] scilicet futura. v [Sed non omnes obediunt euangelio.] Gor. quasi dicat, Omnes quidem audiunt: sed non omnes obediunt euangelio, prædicationem eius recipiendo: quia gentiles, & Iudæi, & hæretici non obediunt: sed solum boni Christiani. x [Isaias enim dicit,] Vt habetur Isa. liij. y [Domine quis credidit auditui nostro.] Gor. quod a nobis audiuit: quod à te audiuimus: quasi dicat, Aliquis credit, sed non omnes. z [Ergo fides ex auditu] Gor. & si Deus intus doceat, tamen prædicator exterius nunciat. a [Auditus autem per verbum Christi.] loquentis in apostolis: vt patet Mat. x. Non enim estis vos qui loquimini: sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Item Luc. x. Qui vos audit, &c. b [Sed di. Nunquid non audierunt.] Lyra, id est habentne excusationem suæ infidelitatis, propter defectum publicationis? quasi dicat, Non. Ad quod inducit authoritatem prophetæ Dauid, quæ habetur in Psal. xviij. c [Et quidem.] Gorra, id est certè. d [In omnem terram] quantùm ad terras medias. e [Exiuit sonus eorum] id est fama. f [Et in fines orbis terræ] id est terras extremas. g [Verba eorum] id est prædicatio, vel auditus prædicationis eorum.

Fides est virtus qua creduntur quę nô vidétur. Sen. ai.

QVAESTIO II.

SVper verbis Epistolæ quæ habentur ad Ro. x. scilicet confessio fit ad salutem. oritur quæstio de confessione. Vtrum possit dispensari eum aliquo: vt non teneatur confiteri? Arguitur quòd sic: tantam potestatem habet quicunque papa, quantam habuit beatus Petrus: sed beatus Petrus habuit potestatem absoluendi: patet Matt. xvj. Quodcunque solueris super terram: ergo qui absolutus est præcepto confessionis per papam, est à Deo absolutus. In oppositum, papa contra Euã. dispensare non potest: patet xxxvj. q. ij. c. fuit quędam. sed confiteri sacerdoti est præceptum Euangelicum. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd illa potestas intelligitur de iure positiuo, & non de iure diuino. Ad quæstionem respondendum est secundum Ricar. de media Villa in iiij. Sen. di. xvij. ar. ij. q. vij. per duas conclusiones. Prima est, Cùm papa sit subditus iuri diuino, & confiteri sacerdoti sit de ipso iure diuino, dispensare non potest cum aliquo: quin teneatur confiteri sacerdoti. Secunda conclusio, Cùm papa sit supra ius positiuum, potest dispensare cum aliquo, quòd non tenetur confiteri de modo quo determinatum est à Concilio generali: quia papa potest nouum ius constituere, & ius purè positiuum mutare, renouare, & reuocare, sicut sibi placet: quãuis hoc non deceat ipsum facere, sine rationabili causa.

In festo sancti Nicolai episcopi, & confessoris Epistola.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis, &c.

Quære infra de communi Sanctorum & de Confessoribus.

In festo Conceptionis gloriosæ virginis Mariæ, Epistola, Prouerbiorum viij. capitulo.

DOminus [a] possedit me ab initio viarũ suarum. [b] antequam quicquam faceret à principio. [c] † Ab æterno ordinata sum. & ex antiquis antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant. Necdum montes graui mole constiterant. [e] Ante omnes colles ego parturiebar. [f] Adhuc terram non fecerat, & flumina, [g] & cardines orbis terræ. [h] Quando præparabat cælos aderam, [i] quando certa lege & gyro vallabat abyssos. [k] Quando æthera firmabat sursum, [l] & librabat fontes aquarum. [m] Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. [n] Quando appendebat fundamenta terræ, [o] cum eo eram cuncta componens. [p] Et delectabar per sin-

Ab æterno ordinata sum. Ecclesia sancta Dei in hac lectione asserit quòd verum est ante omnia tẽpora & mundi secula virginem gloriosã fuisse in diuinis de Filio ordinatã, & sine peccati macula. Cãtic. iiii. de ea dicitur, Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.

gulos dies, q ludens coram eo omni tempore, ludens in orbem terrarum: r & delitiæ meæ esse cum filiis hominum. s Núc ergo filij t audite me: v Beati qui custodiunt vias meas. x Audite disciplinam, y & estote sapientes, z & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, a & qui vigilat ad fores meas quotidie, b & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, c inueniet vitam, d & hauriet salutem à Domino.

POSTILLA.

Dominus possedit me ab initio, &c. In isto festo conceptionis beatæ virginis Mariæ, pro epistola præsens lectio secūdum seculares legitur, quæ lectio principaliter exponitur de æterna sapiētia, quæ Christus est filius Mariæ virginis. Honor autem filij, est honor matris, & econuerso, honor matris est honor filij. Vnde Bern. hom. iiij. super Missus est, dicit, Non est dubium, quicquid in laudibus Matris conferimus, ad Filium pertinere: & rursum cum Filium honoramus, à laudibus Matris non recedimus. Vnde dicit æterna Sapiētia, a [Dominus possedit me ab initio viarum suarum.] Lyr. id est, operum suorum. b [Antequam quicquam faceret à principio] id est, ante omnem creationem. c [Ab æterno ordi. sum. &c. Necdum erant abyssi, &c. Necdum fontes aquarum eruperant.] scilicet locis subterraneis. d [Necdum montes graui mole constiterant.] scilicet super terram planam eleuati. e [Ante omnes colles ego parturiebat]. id est, procedebam à fœcunditate paterna. f [Adhuc terram non fecerat & flumina.] id est, creaturam visibilem. g [Et cardines orbis terræ]. i. partes mundi principales, quæ sunt Oriens, & Occidens, Auster, & Aquilo. h [Quando præpara. cælos ader.] Indiuisa sunt opera Trinitatis: & ideo Filius qui est sapientia genita, semper operatur cum Patre: vt patet Ioan. v. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. i [Quando certa lege & gyro vallabat abyssos.] i. concauitates vbi congregatæ sunt aquæ: vt appareret arida, habitationi hominum, & animalium terrestrium apta. k [Quando æthera firmabat sursum]. i. sphæram ignis, quæ naturaliter sursum fertur. Illa enim pars elementorū quæ continua est sphæræ, æther vocatur. l [Et libra. fontes aquarum] constituens eos in pondere, in numero, & mensura. m [Quando circun. mari. ter. suum, &c.] ne flueret, & operiret aridam. n [Quando appē. fundamen. terræ.] i. partes inferiores terræ circa centrum, quæ sunt quædam fundamenta superiorum partium, o [Cum eo erā cuncta componens.] quia indiuisa sunt opera Trinitatis.

verùm ista non intelliguntur, quod virgo Maria realiter fuerit pura quantū ad corpus & animam eius cum Deo: quando dicebantur, sicut erat cū filio in mūdo isto: sed intelliguntur quādo ista dicebātur, quod virgo Maria erat in mēte diuina.

p [Et delectabar per singulos dies.] i. æternaliter gaudebā cum Patre & Spiritusancto. q [Ludens coram eo omni tempore: ludēs in orbem terrarum.] i. ludum faciens de orbe terrarum: qui similis est ludo pilæ, qui de vno transfertur ad alium in quandam reuolutionē: quia regna terræ trāsfert atque constituit de gente in gentem. r [Et delitiæ meæ esse cum filiis hominum.] s. per gratiam. s [Nunc ergo filij] per adoptionem. t [Audite me.] scilicet per debitam attentionem. v [Beati qui custodiūt vias meas] id est, viam mādatorum, & viam consiliorum. x [Audite disciplinam] de moribus humanis. y [Et estote sapientes.] in diuinis. z [Et nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me.] scilicet mihi obediendo. a [Et qui vigilat ad fores meas quotidie] scilicet in loco diuini cultus deuotè orando. b [Et obseruat ad postes ostij mei. qui me inue.] per gratiam. c [Inueniet vitam] scilicet æternam. d [Et hauriet salutem à Domino.] qui est fons salutis.

QVÆSTIO III.

SVper verbis Epistolæ in festo conceptionis virginis Mariæ, quæ habentur Prouer. viij. scilicet, Dominus possedit me ab initio viarum suarum. oritur quæstio de conceptione, Vtrum virgo Maria fuerit concepta in peccato originali? Omissis argumentis ad vtramque partem, respondendum est quòd non: propter quinque rationes. Prima est, Virgo Maria in matrem Dei electa, erat exaltāda super omnes angelos: sed omnes angeli fuerunt præseruati ab omni peccato: ergo à ratione fortiori, & ista quæ erat superior. Secunda ratio, Absurdum est credere virginem Mariam fuisse aliquando in odio & indignatione filij sui Christi obligatam supplicio, cùm esset mater Dei charissima: sed per peccatum originale persona dicitur filia iræ, & deputata æterno supplicio: igitur. Tertia ratio, Virgo Maria debebat fieri speciale habitaculum Dei: ergo debebat specialius præparari. Sed si concepta fuisset in peccato originali, non fuisset specialius præparata. Igitur non fuit concepta in peccato originali. Quarta ratio, Quod Deus potuit facere & decuit, fecit: sed Deus potuit, & decuit facere, quòd virgo Maria sine originali conciperetur. igitur. Quinta ratio, Nulla dignitas conueniens Virgini est ab ea auferenda: sed concipi sine peccato originali conueniens est Virgini. Igitur. Et ad authoritates quæ possent allegari ab illis, qui tenent ipsam fuisse conceptam in peccato originali, dicendum est, quòd intelliguntur de lege ordinata, & non præseruata, de lege communi, & non priuilegiata: quam legem priuilegiatam habuit Maria. Et si quis dicat, Habuit pœnas peccati originalis, ergo peccatum: dicendum est, quòd non sequitur, quia Christus habuit illas pœnas, & non habuit peccatum. Si quis dicat: si mor-

tua fuisset ante filium, fecisset descensum ad limbum: ergo habuit peccatum. Dicendum est, quòd non sequitur: quia sanctus Ioannes Baptista non habebat peccatum quando mortuus est: tamen fecit descensum ad limbum, si quis dicat, Virgo Maria indiguit redemptore, ergo habuit peccatum: dicendum est, quòd indiguit redemptore præueniente, qui illam præseruaret: sequitur, quòd omnes qui dicunt ipsam fuisse conceptam in peccato originali mentiuntur, quia nihil determinatum fuit in concilio, nisi quia verum: sed determinatum fuit in concilio Basiliensi, quod virgo Maria non fuit concepta in peccato originali: igitur non fuit concepta, &c.

In festo sancti Thomæ Apostoli.

Iam non estis hospites, &c.

Quære infra in communi Apostolorum.

Alia Epistola ad Ephesios primo.

Benedictus Deus & Pater, &c.

In conuersione sancti Pauli Apostoli, Epistola Act. ix. cap.

IN diebus illis, [a] Saulus adhuc spirans [b] minarum, [c] & cædis, [d] in discipulos Domini, [e] accessit ad principem sacerdotum, [f] & petiit ab eo epistolas in [g] Damascum ad synagogas, [h] vt si quos inueniret huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Et cùm iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco. Et subitò circunfulsit eum lux de cælo, [i] & cadens in terram, [k] audiuit vocem [l] dicentem sibi, Saule [m] Saule, quid me † persequeris? [n] Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. [o] Et tremens ac stupens dixit, [p] Domine, quid vis me facere? [q] Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. [r] Viri autem illi qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, [s] neminem autem videntes. [t] Surrexit autem Saulus de terra, apertísque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, [v] & non manducauit, neque bibit. [x] Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias, [y] & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego Domine. Et Dominus ad illum, Surge, vade in vicum qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ, [z] Saulum nomine Tharsensem. [a] Ecce enim orat. [b] Et vidit virum [c] Ananiam nomine introeuntē, & imponentem sibi manus, vt visum recipiat. [e] Respondit autem Ananias, [f] Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Ierusalem. Et hic habet potestatem à principibus sacerdotum: alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autē ad eum Dominus, Vade: quoniam vas electionis est mihi iste, [g] vt portet nomen meum [h] coram gentibus, & regibus & filiis Israel. Ego enim ostēdam illi, [i] quanta oporteat eum pati, pro nomine meo. [k] Et abiit Ananias. [l] Et introiuit in domum, & imponēs ei manum dixit, Saule frater, Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritusancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, [m] & visum recepit. Et surgēs baptizatus est, [n] & cum accepisset cibum, confortatus est. [o] Fuit autem cum discipulis qui erāt Damasci per dies aliquot, & continuò ingressus in synagogam, prædicabat illis Iesum: quoniā hic est Filius Dei. [p] Stupebant aūt omnes qui eum audiebant [q] & dicebant, Nōnne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos, qui inuocabāt nomē istud, & huc ad hoc venit, vt vinctos illos perduceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, [r] & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

Saule Saule quid. Saulus, id est beatus Paulus, q tūc Saulus nomine dicebatur: q & postea Paulus, in persecutionem Christianorum iratus, motus à summo pontifice literas suæ legationis ha-

bēs eas ad exeqūendas fructi animo, pgens à Domino Iesu vocat° est: & fact° est vas electionis q erat g ad insp-secutionis vnde Christus Saluator ait, vas electionis mihi vocabitur iste.

POST EPIPHANIAM.

In diebus illis, Saulus adhuc spirans mina. & cæ. &c. Ante initium huius Epistolæ scribit sanctus Lucas, quòd discipuli qui erant dispersi post lapidationem sancti Stephani, pertransibant euangelizantes verbum Dei. Philippus autem descendens in ciuitatem Samariç prędicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebant: multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, id est, diabolos, clamantes voce magna exibant: multi autem paralytici, & claudi curati sunt. Factum est ergo magnum gaudium in illa ciuitate. Tunc postmodum sequitur epistola hodierna. a [Saulus adhuc spirans.] Lyr. id est, vehementi spiritu ignem persecutionis in se accendens, & in aliis contra Ecclesiam. b [Minarum.] id est, in verbis iniuriosis, c [Et cæ.] Id est, verberibus & flagellis. d [In discip. Dom.] id est, contra credentes in Christum, qui tunc dicebantur discipuli, quia nondum nominabantur Christiani. e [Acces. ad principem sacerd.] Lyr. non vocatus, sed ingerens voluntate nocēdi inflammatus. f [Et petiit ab eo epis.] vt ex eius authoritate magis posset nocere fidelibus. g [Dam. ad synag.] Lyr. vt ibi persequeretur credentes sicut fecerat in Ierusalem. k [Vt si quos inue. &c. Et subitò circumfulsit eum lux de cælo.] Lyr. sicut solet fieri in coruscatione & fulgure. i [Et cadens in terram.] præ stupore & admiratione. k [Audiuit vocem.] scilicet, auditu corporis & mentis. l [Dicentem sibi, Saule Saule.] Hæc duplicatio fit, ad magis mouendam eius attentionem. m [Quid me persequeris.] scilicet in membris meis, quæ persequebatur Saulus: & non Christū in propria persona: quia iam sedebat ad Patris dexteram gloriosus. n [Qui dixit, Quis es domine, &c. durum est tibi contra sti. cal.] id est, potentiori te incomparabiliter resistere. o [Et tremens, ac stupens.] Lyr. de cognita Christi potestate, quem antè non credebat in cælo regnare: sed magis vt falsum prophetam condemnatum esse. p [Dixit, Domine, quid me vis facere?] quasi dicat, Ex nunc facto paratus sum tibi in omnibus obedire. q [Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat fac.] In hoc ostendit Christus, quòd vult quòd vnus homo informetur ab alio. r [Viri autem illi qui comitabantur cum illo, sta. stu. audientes quidem vocem.] scilicet, Pauli non autem Christi: quia audiebant Paulum dicentem, Quis es Domine? quid me vis facere? s [Nemin. autem vid.] quia non videbant aliquam personam, ad quam dirigeret sermonem: ideo stabant stupefacti. t [Surrexit autem Saulus de terra: apertisque oculis nihil vidit, &c.] Lyr. scilicet, visu corporali, videbat autem visu mentali: quia secundùm Doctor. communiter, in illo triduo fuit raptus vsque ad cælum tertium. v [Et non manducauit, neque bibit.] Lyr. sustentatus illa visione: sicut Moyses xl. diebus in monte Sinai. x [Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias.] Lyr. qui de Iudaismo ad fidem Christi conuersus fuit, scientia, & vita famosus. y [Et dixit ad illum, In visu do. Ana. &c. quære in do. Iudæ.] Ly. hospes enim Pauli Iudas vocabatur. z [Sau. nomine Tharsen.] de Tharso oriundum. a [Ecce enim orat.] Est autem oratio eleuatio mentis in Deum, vt inquit Hugo, de Oratione. Fuerat autem vsque ad tertium cælum raptus: & ex illo raptu egressus, Deo gratias agebat. b [Et vidit] in reuelatione Domini. c [Virum Ananiam nomine.] ita quòd reuelatio fuit sibi facta non solum de persona, sed etiam de proprio nomine. d [Introeuntem & impo. sibi ma. vt vi. reci.] Lyr. hęc autem impositio erat ad curationem corporalem, Sicut de beato Laurentio legitur, quòd ponebat manus super cæcorum oculos, & illuminabantur. e [Respondit autem Ananias.] Lyra, se excusando, eò quòd Saulus erat famosus in persecutione credentium in Christum. f [Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis, &c. Vade quoniam vas electionis est mihi iste, &c.] specialiter vas electum gratiæ, & scientiæ contentiuum. g [Vt portet nomen meum.] scilicet, opere & prædicatione. h [Coram gentibus & regibus, &c. Ego enim ostendam illi.] scilicet, per effectum. i [Quanta oporteat eum pati pro nomine meo] quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. k [Et abiit Ananias] ad exequendum Domini mandatum. l [Et introiuit in domum, &c. & confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ.] Lyr. id est, maculæ albæ & duræ: sicut sunt squamæ piscium, quæ causatæ fuerunt in eo à lumine excessiuo ipsum excæcante. m [Et visum recepit, & surgens baptizatus est.] scilicet, in nomine Iesu Christi. n [Et cùm accepisset cibum confortatus est.] duplici confortatione. scilicet, spiritu & corpore. o [Fuit autem cum discipulis qui, &c. & continuò ingressus in synagog. prædic. Iesum: quoniam hic est Filius Dei.] statim scilicet post baptismum. Ex illo patet quòd doctrinam euangelicam non habuit ab homine, sed à Deo. p [Stupebant autem omnes qui eum audie.] de tam subita mutatione, per quam atrocissimus fidei persecutor, factus fuerat, constantissimus eius prædicator. q [Et dicebant, Nónne hic est qui expug. in Ierusalem eos qui, &c. Saulus autem multo ma. conua.] id est, procedens semper de bono in melius. r [Et confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.] Lyr. id est, quòd Iesus Nazarenus est verè Christus in lege & prophetis promissus: quod declarabat per scripturas veteris Testamēti quas prius didicerat à Gamaliele: & postea multo perfectius à Deo illustrante.

Quid sit oratio.

QVAESTIO IIII.

SVper verbis Epiſtolæ in conuerſione ſancti Pauli Apoſtoli, quæ habentur Act.ix.ſ. Surrexit de terra oritur q. de conuerſione ſancti Pauli, Vtrum conuerſio ſancti Pauli fuerit miraculoſa? Arguitur quòd nõ: iuſtificatio impij non eſt miraculoſa, ſed iuſtificatio Pauli eſt eiuſdem rationis cũ iuſtificatione aliquorum impiorum. Igitur. In oppoſitum habetur in Legenda ipſius Pauli quòd fuit miraculoſa. igitur. Ad argumentum dicitur negando conſequentiam: & ratio eſt: quia conuerſio non tantum dicit iuſtificationẽ ipſius Pauli, ſed & includit ea quibus inductus eſt, quæ miraculoſa dicuntur. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundum magiſtrum Ioã. de Turre cre. ſuper iiij. Sen. in q. ſuper Euangeliis, quòd conuerſio Pauli fuit miraculoſa triplici ratione. Primò, ratione efficientis putà Chriſti, qui ipſum Paulum in actu peccandi exiſtentem, & in propoſito perſequẽdi tam ſubitò immutauit. Secundò, ratione diſponẽtis, ſcilicet lucis, quę ipſum ad conuerſionem diſpoſuit: de qua dicit quòd ſubitò circumfulſit eum lux de cælo: quæ quidem lux fuit ſubita vt audacem terreret: fuit immenſa vt ſuperbum à timore humilitatis proſterneret: fuit cælica, vt carnalem eius intelligentiam in cæleſtem immutaret. Tertiò, ratione ipſius Pauli, in quo facta eſt conuerſio, qui ſubitò excæcatus, & proſtratus, & prædicator veritatis factus eſt, & vas electionis, qui erat filius perditionis.

In feſto Purificationis virginis Mariæ, Epiſtola, Malachiæ iij. cap.

Ecce ego Iſte angelus cõmuniter ſecũdum Doct. dicit̃ eſſe Io. Bapti. q angelus dicitur ſecundũ modum viuẽdi, & ratione virtutum: nam more angelico viuebat, & officiũ gerebat: is pcurſor Domini dicitur, inter natos mulierum nullus perfectione, ſanctitate & virtute maior fuit maior, ſ. ſâ

HAEc [a] dicit Dominus Deus, [b] Ecce ego mitto angelum meum, [c] & præparabit viam ante faciem meam. [d] Et ſtatim veniet ad tẽplum ſanctum ſuum [e] Dominator, quem vos quæritis, [f] & angelus teſtamenti, quem vos vultis. [g] Ecce venit Dominus exercituum: [h] & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis ſtabit [k] ad videndum eum. [l] Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. [m] Et ſedebit [n] conflans, & emundans argentum, [o] & purgabit filios Leui. [p] Et colabit eos quaſi aurũ & quaſi argentum, [q] & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. [r] Et placebit Domino ſacrificium [s] Iuda & Ieruſalem, [t] ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui, [v] dicit Dominus omnipotens.

POSTILLA.

HÆc dicit dominus Deus. In præſenti Epiſtola nuntiatur vterque aduentus Chriſti, ſ. in carnem, & in iudiciũ: & primò denũciatur primus aduentus in carnem, cùm dicitur, Hæc dicit dominus Deus, ſ. Pater. b [Ecce, ego mitto angelũ meũ.] Ly. i. Ioannem Baptiſtam, qui magis duxit in terris vitam angelicam, quam humanã. Quod enim hæc ſcriptura intelligatur de Ioanne Baptiſta, patet Matt. xj. vbi Chriſtus dixit de Ioanne, hic eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto angelum meum, c [Et præparabit viã ante faciem meam]. i. ante filium meum: quia prædicatio & baptiſmus Ioannis fuerunt quædã præparationes ad baptiſmum & prædicationem Chriſti. d [Et ſtatim veniet ad templum ſuum] i. Ieruſalem: quia ibi Chriſtus hodie fuit oblatus à matre, receptus à Simeone: & poſtmodum ibi pluries prædicauit, & ibidẽ multa miracula fecit. e [Dominator quem vos quæri.] i. quem vos deſyderatis. f [Et angelus teſtamenti, quem vos vultis.] videlicet Ieſus Chriſtus deſyderatus à ſanctis patribus, & prophetis. Secundò, denuntiatur hîc Aduentus Chriſti ad iudicium, cum dicitur. g [Ecce venit Dominus exercituum.] Ly. i. venit certitudinaliter ad iudicium. h [Et quis poterit cogitare diẽ aduentus eius.] q. d. Nullus: vnde Mat. xxiiij. Diem illam & horã nemo ſcit, neque angeli cælorum, niſi ſolus Pater. i [Et quis ſtabit.] i. poterit ſtare. k [Ad videndum eum.] Ly. quia ſicut primus aduentus fuit in humilitate & manſuetudine, ita & ſecundus erit in poteſtate & terrore. l [Ipſe enim quaſi ignis conflans & quaſi herba fullonum.] Iſta referuntur ad primum, & ſecundum aduentum. Dum enim dicitur, Ipſe enim quaſi ignis conflans, ad ſecundum aduentum pertinet: & quaſi herba fullonum ad primum. Nam herba fullonum, eſt qua vtũtur fullones ad purificandũ veſtes, & faciendũ eas nitidas: mitius & ſuauius lauat ſordes pannorũ. Ignis autem cũ magna violentia purgat metallũ. Sic in primo aduẽtu Chriſtus cũ magna manſuetudine, & quadã ſuauitate pœnitẽtiæ purgauit peccatores. In ſecundo aduentu purgabit per ignem. m [Et ſe.] Dominus. ſ. in iudicio. n [Conflans & emundat.] quia ſicut argẽtum cõflatur in igne, vt purgetur, emundatũ autẽ in theſauros reponitur, ſic fiet in die iudicij: nam in igne purgabuntur electi, qui nondũ plenè ſunt purgati in Purgatorio, quatenus purgati trãſeant in theſauros Domini, vt ſint ibi quaſi aurũ. & argentũ. o [Et pur. fi. Leui.] per Leui hic intelligitur ſacerdotalis dignitas, purgãdi ergo ſunt miniſtri ſacerdotalis officij. p [Et colabat eos quaſi aurũ & argentum.] ad perfectã munditiã ducendo. q [Et erunt Domino offerẽtes ſacrificia in iuſtitia.] ſ. operum. r [Et placebit do. ſacri.] ſ. oblationis [Iuda & Ieruſalẽ] i. pro omnibus actiuis qui intelligũtur per Iudã: & cõtemplatiuis

ſtitate & moribus vitę, vnde Saluator Lucę vij. de illo ait, Inter natos mulierũ, nõ ſurrexit propheta maior Ioanne Baptiſta.

qui intelliguatur per Ierusalem. t[Sicut dies seculi & anni antiqui.] sicut placuit sacrificium Abel, Melchisedech, & Abraham, & aliorum sanctorum patrum in seculis præteritis, & annis antiquis. v[Dicit Dominus omnipotes.]

QVAESTIO V.

SVper verbis Epistolæ in purificatione beatæ Mariæ virginis, quæ habentur Mal. iij. scilicet, Statim veniet ad templum sanctum suum. oritur quæstio, de purificatione virginis Mariæ, Vtrum conuenienter beata Maria, mater Dei purganda ad templum accessit? Arguitur quòd non: purgatio non est nisi ab immunditia: sed in beata Virgine nulla fuit immunditia. Igitur. In oppositum: virgo Maria nihil inconuenienter egit, sed ipsa accessit ad templum purganda. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd ipsa accessit non propter indigentiam, sed propter legis præceptum, quod voluit adimplere. Ad q respondendum est secundum magistrum Ioã. de Turre cre. in q. super Euangelijs, quòd conuenienter beata virgo Maria venit purganda in templum post partum filij sui: patet conclusio, sicut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur in matrem: ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam: vt dicitur Iaco. iiij. sicut ergo Christus licèt legi non esset obnoxius, voluit tamen circuncisionem, & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis exemplum, & vt approbaret legem: & vt occasionem Iudæis tolleret: propter easdem rationes voluit & matrē suam adimplere legis obseruātias, quibus tamen non erat obnoxia.

In cathedra sancti Petri Apostoli, Epistola, prima Petri j. capit.

PEtrus, [a] apostolus [b] Iesu Christi, [c] electis [d] aduenis [e] dispersionis [f] Ponti, [g] Galatiæ, Cappadociæ, [h] Asiæ & [i] Bithyniæ [k] secundū præscientiam Dei Patris, [l] in sanctificationem † spiritus, [m] in obedientiam [n] & aspersionem sanguinis Iesu Christi: [o] gratia vobis [p] & pax à Deo [q] multiplicetur. [r] Benedictus Deus [s] & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam [t] regenerauit nos [v] in spem viuam [x] per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis [y] in hæreditatem [z] incorruptibilem, [a] & incōtaminatam, [b] & immarcessibilem, [c] conseruatam in cælis [d] in vobis [e] qui in virtute Dei custodimini per fidem [g] in salutem [h] paratam reuelari [i] in tempore nouissimo. [k] In quo exultabitis [m] modicū nunc, si oportet contristari [n] in variis tentationibus: [p] vt probatio vestræ fidei multo pretiosior [p] sit auro quod per ignem probatur. Inueniatur [q] in laudem [r] & gloriam, [s] & honorem, [t] in reuelationem Iesu Christi Domini nostri.

† In sanctificationem spūs. Omnes suscipientes in fide baptismū in Xpo Iesu & in nomine Patris & filij & spiritus sancti per gratiā sancti spiritus iustificantur, regenerātur & sanctificā tur, vt de remiss. dis. iiij. c. filius Dei carnē peccati suscepit, & pœnam sine culpa, vt in carne peccati & culpa solueretur & pœna.

POSTILLA.

PEtrus Apostolus, &c. Notandū quòd Simon Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galilææ de vico Beth-saida frater Andreæ apostoli & discipuli saluatoris, scribit hanc Epistolam proselytis, i. his qui primò de gentilitate ad Iudaismū, & postmodum de Iudaismo ad Christum conuersi erant, qui pro fide Christi patiebātur: & dispersi erant post lapidationē sancti Stephani: illis autem scribit à Roma tempore Claudij Cæsaris, vnde hic dicitur, a[Petrus.] Ly. primò enim vocatus fuit Simon: sed posteà à Christo nominatus est Petrus à Petra qui est Christus propter fidei firmitatē. b[Apostolus Iesu Christi.] id est missus à Iesu Christo. Gor. Ecce nomen officij. Nobile officium est esse nuntium, siue legatū Christi. c[Electis.] s. à Deo ad fidē catholicam. d[Aduē.] s. qui de gentilitate venerāt ad Iudaismum: & de Iudaismo ad fidem Christi. e[Disp.] i. qui sunt de dispersione & extra terram Iudææ, & illis videtur beatus Petrus specialiter scribere: quod patet ex hoc quod subditur, f[Ponti.] Gor. quæ prouincia Græciæ est iuxta mare. g[Galatiæ.] Alia prouincia est à quo Galatæ dicti sunt. h[Asiæ] minoris s. in qua prædicauit Ioā. euang. Asia verò maior est media pars orbis. i[Bithyniæ] Alia prouincia: & omnes istæ prouinciæ sunt Græcorū: in his prouinciis dispersi erant. k[Secundū præsciētiam Dei pa.] Ly. accipitur hic præscientia pro prædestinatione. l[In sanctificationē spiritus.] Ly. talis sanctificatio appropriatur Spiritui sācto. m[In obed.] i. est per obedientiā. n[Et aspersionem sanguinis Iesu Christi.] quia fuit obediēs vsque ad mortē, mortem autem crucis. Phil. ij. Ab hac autē passione habēt efficaciam omnia sacramēta nouæ legis, quæ sunt instrumenta nostræ sanctificationis. o[Gratia vobis.] in præsenti. p[Et pax.] in futuro. q[Multiplicetur.] q̄a tunc quietabitur totus hominis appetitus. r[Benedictus Deus.] Ly. quantùm ad totam Trinitatem. s[Et Pater domini nostri Iesu Christi: qui secundùm mag. mi. suā.] Ly. & non secundùm merita nostra. t[Regenerauit nos.] s. in sacramēto baptismi per quod efficimur filij Dei adoptiui. v[In spem viuā.] s. certam x[Per resurrectionem Iesu Christi ex mor.] per quam habemus certitudinē futuræ glorificationis: quia cùm esset homo passibilis sicut nos, ad vitam immortalem resurrexit. Et quia filij adoptiui habent ius in hæreditatis participationē: ideo

subditur. y [In hæreditatẽ,]Gor.in futuro habendam. z [Incorruptibilem.]Ly.nam hæreditas cælestis nunquam deficit. a]Et incontaminatam.]quia nihil immũdum recipit. b [Et immarcessibilem.] Nam suum decorem nunquam minuit. c [Conseruatam in cælis.] Bc. non in præsenti dandam sed tempore præfinito reddendam. d [In vo.] i.per illud quod in vobis est per gloriam & liberum arbitrium:& per bona merita vestra. e [Qui in virtute Dei custodimini] non vestra.vnde psal.cxxvj. Nisi Dominus custodierit ciuitatem,frustrà vigilat qui custodit eam. f [Per fidem] quæ facit homines fortes ad perseuerandum. g [In salutem.]Lyra,s.consequendam. h [Paratam reuelari] & ostendi & dari quæ modò latet. i [In tempore nouissimo.]Ly.i.in finali iudicio. Nã electi apparebunt gloriosi in anima & corpore. k [In quos]s.tempore nouissimo. l [Exultabitis]s.ęternaliter. m [Modicũ nunc si opor. contristari]Ly.s.temporaliter. n [In variis tentationibus.] Gor.tam interioribus quam exterioribus, vt in rebus possessis aut amicis vel etiam in corporibus propriis ipsarum multiplicationum. vnde psal.xxxiij. Multæ tribulationes iustorum.&. Act.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorũ. o [Vt probatio vestræ fidei multo pre.sit auro, quod per ignem probatur.]Lyr.sicut aurum in fornace proiectum inde non deterioratur : sed purius & melius efficitur:sic,&c. p [Inueniatur.]Gor.id est cedat. q [In laudem]hominũ. r [Et gloriam] angelorum. s [Et honorem.] t [In reuelatione Iesu Christi Domini nostri] id est tempore iudicij quo Christus manifestabit gloriam electorum.

QVAESTIO VI.

SVper verbis Epistolæ in cathedra sancti Petri apostoli quæ habetur,j.Pet.j.ca.s. Regenerauit nos in spem viuam. oritur q. de spe, Vtrum spes sit virtus theologalis distincta ab aliis. Arguitur quòd non,Nulla passio est virtus:spes est passio:quia inter passiones animę numeratur.Igitur.In oppositum primæ adCorint.xiij.Nunc autem manẽt fides,spes,& charitas. Igitur. Ad q. respondendum est secundum magistrũ Nico.de Orb.in iij.Sent.q.xxvj. quòd spes capitur vt significat quandam passionem siue impressionem in appetitu sensitiuo ex delectabili præsentia non in se sed in phantasia:quòd si esset in se præsens,natũ esset imponere delectationẽ, sicut ex alia parte malum præsens in imaginatione imprimit timorem , præsens verò in se imprimit dolorem : & hoc modo spes non est virtus. Alio modo significat habitum inclinantem ad desyderandum bonum infinitum à Deo liberaliter conferente ex meritis quæ ab eo mihi spero:& sic est virtus. Ex dictis patet solutio argumenti,ad partem negatiuam facti.

In festo sancti Mathiæ Apostoli Epistola, Actuum j.cap.

IN [a] diebus illis, [b] exurgẽs Petrus in medio fratrum dixit, [c] Viri fratres, oportet implere Scripturã quã prædixit Spiritussanctus per os Dauid [d] de Iuda,qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum,qui connumeratus erat in nobis, [e] & sortitus est sortem ministerij huius : [f] & hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis , [g] & suspensus crepuit medius , & diffusa sunt omnia viscera eius. [h] Et notum factum est [i] omnibus habitantibus Ierusalem:ita vt appellaretur ager ille [k] lingua eorum [l] Haceldema , hoc est ager sanguinis. [m] Scriptũ est enim in libro Psalmorum,Fiat commoratio [n] eorum deserta , & non sit qui inhabitet in ea [o] & episcopatum eius accipiat † alter. [p] Oportet ergo [q] ex his viris qui nobiscum sunt cõgregati,in omni tempore quo intrauit,& exiuit inter nos Dominus Iesus, [r] incipiens à baptismate Ioannis vsque in diẽ quo assumptus est à nobis: [s] testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. [t] Et statuerunt duos , Ioseph qui vocatur Barsabas , qui cognominatus est iustus,& Mathiam: [v] & orantes dixerunt , Tu Domine qui corda nosti omnium,ostende quẽ elegeris ex his duobus vnum accipere locũ ministerij huius ,& apostolatus de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum,& dederunt sortes eis. [x] Et cecidit sors super Mathiam. [y] Et annũmeratus est cum vndecim Apostolis.

† Episcopatũ eius accipiat alter. Prælati ecclesiæ Dei malè viuẽtes & ecclesiastica præcepta nõobseruantes, sed sine lege viuentes, voluptatibus mundi dediti & à Dei cultu penitus remissi, ecclesiæ bona dissipãtes eaquę pauperibus abnegãtes citò deficiẽt & eorum beneficia accipiet alter, sicut de Iuda hoc dictũ est .Dauid Psal. cviii. Fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter.

POSTILLA.

EXurgẽs Petrus in medio fratrũ,&c. Ante initium huius epistolæ scribit sanctus Lucas in eodẽ capitulo dicens , quòd postquam Christus in die ascensionis videntibus discipulis eleuatus est in cælum , tunc omnes simul reuersi sunt in Ierosolymam à mõte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierosolymam sabbati habens iter Lyra, id est mille passus : quia non licet Iudæis in

sabbato vltra tale spacium ambulare. Et cum introissent in cœnaculum, ascēdebant vbi manebant Petrus Ioannes & Iacobus, Andræas, Philippus & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi scilicet filius, hoc dicitur ad differentiam alterius Iacobi, qui fuit filius Zebedæi, & Simon zelotes, & Iudas Iacobi: hoc dicitur ad differētiam Iudæ proditoris. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus. Lyra, deuotis quæ erant secutæ Iesum à Galilæa: & Maria matre Iesu & fratribus eius, id est aliis de cognatione Iesu qui erāt ibi, &c. Tunc statim sequitur præsens epistola. a [In diebus illis.] Ly. in tēpore medio inter ascensionem Domini & pentecostes. b [Exurgens Petrus] tanquam principalis Erat autem turba hominum simul ferè centum viginti. c [Dixit, Viri fratres, oportet impleri scripturā quam prædixit Spiritussanctus per os Dauid. Cuius verbū non potest esse falsum. d [De Iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui cōnumeratus erat in nobis.] Lyra, id est vnus de duodecim apostolis. e [Et sortem ministerij huius.] Lyra, id est dignitatem apostolicā quam habuit per Christi electionē, sicut dicitur Ioan. vj. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Sors enim aliquando accipitur pro parte: & sic accipitur hic, quia in partem Apostolorum vocatus est. f [Et hic quidem possedit agrum de mercede ini.] Lyra, id est possideri fecit ab aliis, quia xxx. denarios ex quibus iniquè Christum vendiderat in templū proiecit: ex quibus principes sacerdotum emerunt agrum pro sepultura peregrinorum: vt habetur Mat. xxvij. Et etiā alij qui volunt quòd Iudas fuit ibi sepultus: & sic possedit agrum illum. g [Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ei⁹] Lyra, vt pœna corresponderet culpæ. Iustum enim erat vt viscera quæ tantam proditionem conceperāt: enormiter de ventre caderēt. h [Et notum factum est] id est enorme factum Iudæ. i [Omnibus habitātibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille] scilicet emptus de pretio sanguinis Christi. k [Lingua eorū] id est principum sacerdotum qui emerūt agrum illum. l [Hacel-dema] hoc est ager sangui. m [Scriptum est enim in lib. Psal. Fiat commoratio] id est habitatio. n [Eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea.] hoc scribitur in Psalm. lxvij. in quo prædixit Dauid pœnam sacerdotum, mortem Christi procurantium. In pœnā enim mortis Christi templum & ciuitas Ierusalem fuerunt cōbusta per Romanos: & sacerdotes partim interfecti, & partim captiuati. o [Et episcopatum eius accipiat alter.] Hoc habet Psal. cviij in quo Dauid prædixit pœnam Iudæ proditoris qui Christum vendidit principibus sacerdotum. Isto enim Iuda per suspensionē mortuo, Mathias successit ei in apostolatu. Apostolatus vel episcopatus dicitur: vnde iam episcopi successores sunt Apostolorum, vt dicitur in Decre. Et hoc est quod dicitur hic, Et episcopatum eius accipiat alter, s. S. Mathias. p [Oportet ergo] ad reintegrandum numerum apostolicum. q [Ex his viris qui no. &c.] Ly. s. qui per experientiam nouerunt conuersationem eius, s. Iesu Christi. r [Incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem quā assumptus est à nobis.] Lyr. Non enim legitur Iesum docuisse publicè, & miracula fecisse, nisi postquam baptizatus fuit à Ioanne. s [Testem resurrectionis, &c. & statuerūt duos.] Ly. tanquam magis notabiles. t [Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiam.] Lyra, licet enim istos duos elegissent vt notabiliores, alij tamē ignorabant quis eorum esset dignior ad Apostolatum, propterea super hoc implorauerunt diuinum iudicium. v [Et orātes dixerunt, Tu Domine qui nosti corda omnium ostende quē elegeris ex his duobus vnū accipere locū, &c.] Beda super Actus Apostolorum, Mathias ante pentecosten ordinandus sorte quæritur: quia nondum plenitudo Spiritussancti in Ecclesia effusa est. Septē autem diaconi postea non sorte, sed electione Apostolorū sunt ordinati: propter hoc prohibetur rationabiliter extra de sorti. cap. vltimo. non tamen peccauerunt Apostoli eligēdo Mathiam per sortem: quia nondum erat prohibitum, & quia hoc fecerūt familiari consilio Spiritussancti: quod non est trahendū ad consequentiam. x [Et cecidit sors super Mathiam.] Ly. Iste Ioseph fuit cognatus Christi, & tamen sibi præposuit Mathiam: per hoc ostendens quòd ad officia ecclesiastica non sunt homines ex consanguinitate promouendi. y [Et annumeratus est cum vndecim Apostolis.]

Mors est pauor diuitum, desyderium pauperum, fuga vite, incerta peregrinatio. Philosophus de morte.

QVAESTIO VII.

SVper verbis Epist. in festo S. Mathię Apostoli, quæ habentur Act. j. c. s. Cecidit sors super Mathiam. oritur quæstio de sorte. Vtrum diuinatio sortiū sit licita? Arguitur quòd sic: ea quę à sanctis per Scripturas obseruata fuisse leguntur, videtur esse licita: sed Sancti viri inueniuntur sortibus vsi fuisse: vt patet Act. j. Mathias est sorte ab Apostolis in apostolatum electus. Igitur. In oppositum habetur xxvj. q. vj. Sortes quibus cūcta vos vestris discriminatis prouinciis, quas patres damnauerunt, nihil aliud quā diuinationes & maleficia decernimus: quamobrem volumus omnino illas damnari, & vltrà inter Christianos nolumus numerari, & ne exerceātur anathematis interdicto prohibemus. Igitur. Ad quæstionem respōdendum est secundum Tho. ij. ij. q. xcv. art. viij. per tres cōclusiones. Prima est talis, Sors propriè dicitur cùm aliquid fit vt eius euentu consyderato, aliquid occultum innotescat: vt putà cùm accipiuntur festucę inęquales & qui habebit breuiorem sit talis, vel faciat sic. Secunda propositio, Sortes quadrupliciter in peccatum incidunt. Primò si absque vlla necessitate ad sortes recurratur. Se

cundò, si quis in necessitate absque reuerentia Dei sortibus vtitur. Tertiò, si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Quartò, si in electionibus ecclesiasticis quæ Spiritussancti inspiratione fieri debent aliqui sortibus vtantur. Tertia propositio, si necessitas immineat, licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare, & sorte consultare: quæ fit cum inquiritur si agendum est: quæ fit causa necessitatis ad sciendum quid faciendum est: quando aliter nec scripturę auctoritate vel alio auxilio potest fieri non est illicitum vti: & per istam propositionem soluitur arg. ad partem negatiuam factum.

In festo Annuntiationis beatæ Mariæ virginis, Epistola, Isaiæ xj. cap.

Egredietur virga de radice Iesse. Virga ista est virgo Maria quæ de stirpe Iesse orta est: virga recta & dicta, nō dulcis, humilis, tota munda, tota pulchra tota odorata, vt lilium, vt vitis fructifera, in qua Dominus Saluator requieuit. Vnde Cāticorū iiii. Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris hortus, cōclusus, soror mea spōsa mea.

EGredietur[a] virga de radice Iesse,[b] & flos de radice eius ascendet:[c] & requiescet super eum spiritus Domini,[d] spiritus sapientiæ,[e] & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini.[f] Non secundum visionem oculorum[g] iudicabit,[h] neque secundum audita aurium arguet.[i] Sed iudicabit in iustitia pauperes,[k] & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.[l] Et percutiet terram[m] virga oris sui,[n] & spiritu labiorum suorum interficiet impium.[o] Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

POSTILLA.

EGredietur virga de radice Iesse, &c. Sciendum quòd ista prophetia exponitur ad literam de Christo à Doctoribus catholicis. Iudæi tamen adhuc expectant futurum, quod nos Christiani dicimus esse impletum in Christo Iesu. Et secundum hoc dicitur hic, Hæc dicit Dominus. a [Egredietur virga de radice Iesse.] Lyr. id est, virgo Maria quæ dicitur virga gracilis paupertate & humilitate, flexibilis pietate. b [Et flos de radice eius ascendet.] id est, Christus qui dicitur flos ratione puritatis: quoniam nullum peccatū actuale seu originale habuit in eo locum. j. Petr. ij. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus, &c. & quia pertulit fructum nostrę salutis. Et dicitur, Ascendet de radice Iesse: quia pater Dauid vocatus fuit Isaï & Iesse: Christus autem descendit de Dauid. c [Et requiescet super eum spiritus Domini.] Lyr. quia in baptismo eius apparuit Spiritussanctus in specie columbæ super eum. Matth. iij. ad designandum plenitudinem omnis gratiæ in eo. d [Spiritus sapientiæ.] Lyr. id est, doctor sapientiæ, vel spiritus qui est sapientia. e [Et intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & reple. eum spiritus timo. Domini] Lyr. Ista omnia dona perfectissimè fuerunt in anima Christi, quæ fuit perfectissima in omnibus donis & charismatibus Spiritussancti. f [Non secundum visio. oculorum] corporalium. g [Iudicabit.] quia Christus per scientiam suam cognoscit omnia quæ sunt, fuerunt, vel erunt, quantumcunque sint occulta, quia homo videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor. h [Neque secundum audi. auri. arguet.] Lyr. Non indigebit edoceri de veritate ab aliquo, quia per seipsum cognoscit: vnde Ioan. ij. Opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. i [Sed iudica. in iustitia pau.] scilicet, euangelicos iudicans eos diuitiis cęlestibus dignos. vnde Matth. v. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. k [Et arg. in æquitat. pro mansuetis terræ.] Ly. quod fuit impletum quando Pharisæos arguit pro apostolis, quos notabant falsè de transgressione sabbati, scilicet, quando euellebant spicas manibus in die sabbati. l [Et percutiet terram.] id est homines terrenos. m [Virga oris sui] de doctrina sua arguendo eorum peccata. n [Et spiritu lab. suo. inter. impium.] Ly. id est, Antichristum secundùm quòd dicitur ij. Thes. ij. Et tūc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. o [Et erit iustitia, &c.] Lyr. id est, iusti & fideles adhærebunt sibi sicut cingulum & lumbare adhærent homini: & hoc patet impletum in apostolis aliisque discipulis & fidelibus sibi per fidem & charitatem adhærentibus. Expositionem vlteriorem istius epistolæ quære suprà folio iiij.

QVAESTIO VIII.

SVper verbis Epistolæ in festo Annuntiationis beatæ Mariæ virginis, quæ habentur Isaiæ xj. cap. scilicet, Egredietur virga de radice Iesse, oritur quęstio, Vtrum virgo Maria fuit vera mater Dei. Arguitur quòd non: hoc nomen Deus est commune tribus personis, sed beata Maria non est mater Patris, neque Filij, neque Spiritussancti: ergo virgo Maria non est mater Dei. In cōtrarium est Dam. li. iij. Theotocon. i. Dei genitricem verè & principaliter prædicamus Virginem. Igitur. Ad argumentū dicitur negādo cōsequentiam: & ratio est, quia quāuis hoc nomē Deus sit nomē cōmune tribus personis: tamen quādoq; supponit pro sola persona Patris: vt cū dicitur Deus generat: quādoq; pro sola persona

Filij vel Spiritussancti: ideo cum dicitur beata virgo est Mater Dei, hoc nomen Deus supponit pro sola persona Filij incarnata. Ad q. respondendum est secundum magistrum Nicolaũ de Orbellis super iij. Sẽ. dist. iiij. q. j. quòd virgo Maria dicitur mater Dei: patet conclusio, quia concepit Deum, portauit Deum, & peperit Deum: scilicet Christũ qui dicitur Deus.

Item in eodem festo Epistola, Isa. vij. cap.

IN diebus illis, b locutus est dominus c ad Achaz dicens, d Pete tibi signum e à Domino Deo tuo f in profundum inferni, g siue in excelsum suprà. h & dixit Achaz, Non petam, i & non tentabo† Dominum. k Et dixit, Audite ergo domus Dauid, l Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, m quia molesti estis & Deo meo? n Propter hoc o dabit Dominus ipse vobis signum. p Ecce virgo concipiet & pariet filium, q & vocabitur nomen eius Emmanuel. r Butyrum & mel comedet, s vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Non tentabo Dominũ. Qui de Dei misericordia magis præsumit in se quàm non bene meruit, periculis mortis se exponẽs Deum tentat: tẽtare Deum etiã est aliud à Deo experiri vt quærere signum de cælo, vel aliud vt habetur Mar. ij. de scribis & Pharisæis quærentibus signũ à saluatore qui dicũt, Magister volumus à te signum videre.

POSTILLA.

IN diebus illis, locutus est dominus, &c. Ista scriptura Isa. prophetæ loquitur de Domino Iesu Christo: vnde dicitur, a [In diebus illis] scilicet quando Isaias prophetauit. b [Locutus est Dominus] per Isaiam prophetã. c [Ad Achaz] qui fuit idololatra pessimus. Cui Isaias propheta prædixit liberationem populi, & potentiam duorum regum. scilicet, regis Syriæ, & regis Samariæ, per quam liberationem figurabatur vera liberatio generis humani de potestate hostis antiqui: veruntamen quia Achaz credere noluit tunc dixit Isaias, d [Pete tibi signum] liberationis tuæ & populi tui ab hostibus. e [A domino Deo tuo] Ly. & non ab idolis, quæ tu colis. f [In profundum inferni.] scilicet vt aliquis reducatur ab inferis, & annuntiet tibi: sicut factum fuit in transfiguratione Domini, quando venit Moyses ab inferis & apparuit cum Elia qui adhuc est in Paradiso terrestri. g [Siue in excelsum suprà] acsi dicat, Si vis habere signum de cælo sicut habuit Ezechias rex quando sol decem lineis retrogressus est: & tempore Iosue quando sol & luna steterunt in bello Gabaon. h [Et dixit Achaz, Non pe.] Siquidem Achaz signum petere renuit: ne in signo glorificaretur Dominus, & vilipenderet idola quæ colebat: & ideo dixit, Non petam: & vt excusationem haberet non petendi subiunxit. i [Et non tentabo Dominum] ac si diceret, si peterem signum tentarem Deum, & facerem contra legem, quæ dicit Mat. iiij. Non tentabis Dominum Deum tuum. Sed ex quo iussus fuit petere debuisset. Tamen alia translatio habet, Non petam & non exaltabo dominum. q. d. Nolo vt dato signo exaltetur Deus. Propter quod Isaias propheta intulit dicens, k [Et dixit, Audite ergo domus.] q. d. Rex non vult audire: audiatis domus Dauid. l [Nunquid parũ est vo. mo. esse ho.] id est, prophetis quos sæpè molestabant deridendo, affligendo, & occidendo: vt patet iiij. Reg. & ij. lib. Paralip. in pluribus locis. m [Quia molesti estis & Deo meo.] scilicet signum ab eo oblatum renuendo, ne nomẽ eius glorificetur. n [Propter hoc.] id est, ad declarationem nominis sui principaliter. o [Dabit Dominus ipse vobis signum] scilicet liberationis vestræ quamuis sitis ingrati, quia Deus multa bona facit inuitis & ingratis: vt dicitur Matt. v. Pater vester cælestis solem suum oriri facit super bonos & malos, &c. p [Ecce virgo cõcipiet & pariet filium.] Ly. beata virgo Maria prophetis denuntiata quæ concepit & peperit manens virgo. q [Et vocabitur nomen eius Emmanuel] quod est interpretatum nobiscum Deus. r [Butyrum & mel comedet.] Lyra, Hoc dicitur ad notandum veram eius humanitatem; quia talibus nutritur homo maximè in puetitia. s [Vt sciat reprobare malum, & eligere bonũ, &c.] Nam ipsius Christi infantia non minuit eius sapientiã: nec plus sciuit adultus quam paruulus: sed plus ostendit sapientiã suã adultus quàm paruulus. Expositionem vlteriorem eiusdem epistolæ, quære suprà, folio iij.

Tentare Deum est experimẽtũ quærere de Deo Tho. ii. ii.

QVAESTIO IX.

SVper verbis Epistolæ in eodem quæ habentur Isaiæ septimo, scilicet, pariet filium, oritur q. de ipsa Virgine, Vtrum virgo Maria sit mater Christi. Arguitur quòd non: miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis siue filiationis: non enim dicimus Euam filiam fuisse Adæ: sed Christus ex illibata Virgine miraculosè natus est. Igitur. In oppositum Lucæ secundo, beata Maria peperit filium primogenitum, scilicet Christum. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd Christi conceptio fuit miraculosa ex parte operationis Spiritussancti, fuit tamen naturalis ex parte matris. Ad quæstionem respondendum est secundum magistrum Nico. de Orbel. vbi suprà: per vnam conclusionem, quæ talis est, Virgo Maria fuit mater Christi: patet conclusio, nam sancta virgo ministrauit totam materiam: corpus enim Christi fuit formatum ex purissimis sanguinibus eius.

In festo Apostolorum Philippi & Iacobi Epistola, Sapientiæ v. cap.

STabunt iusti [b] in magna constantia [c] aduersus eos qui se angustiauerunt, [d] & qui abstulerũt labores eorum. [e] Vidẽtes turbabuntur † timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ salutis dicẽtes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemẽtes, [f] Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, [g] & in similitudinem improperij. [h] Nos insensati [i] vitam illorum æstimabamus insaniã, [k] & finem illorum sine honore. [l] Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, [m] & inter sanctos sors illorum est.

Videntes turbabũtur. Iusti in die iudicij illustratione diuini luminis, & diuinitatis fulgore fulgebunt sicut sol. Eruntque perfecti forma corporea: benedicti ante thronum Christi resurgent. & astantes in magni animi cõstantia, i. sine animi turbatiõe, quia Christi sententia lata, se fœlices & gloriosos in perpetuum videbunt. Miseri autẽ dãnati imperfecti resurgent, cum omni corporis defectu & miseria: vt vult magister Sentẽ. lib. iiii. distin. xliiii. de ætate & statura resurgentiũ.

POSTILLA.

STabunt iusti Lyr. s. tempore iudicij. b [In magna constantia] quia perfectè iudicabũt. c [Aduersus eos qui se angu] Ly. in inferendo nocumentum eis in personis. d [Et qui abstulerunt labores eorum] eis nocẽdo in rebus temporalibus. e [Vidẽtes turbabuntur timore horribili, &c.] Lyr. quia videbunt iustos gloriosos in corpore & anima: quod non crediderunt futurum. [Dicentes intra se pœnitẽtiam agentes & præ angust. spiritus gemen.] sed sine fructu: tum quia sunt extra statum meriti & demeriti: tum quia non dolent propter pœnas inferni. f [Hi sunt quos aliquando habui. &c.] s. in præsenti vita. g [Et in simil. improperij.] Ly. quia improperantes aliquibus ponebãt Christianos in exemplum dicẽtes, Ita miser fiat, sicut talis Christianus vel iustus. h [Nos insensati.] Ly. Per ignorantiam futurorum bonorum. i [Vitam illorũ æstimabamus insaniam] eò quòd contemnebant temporalem fœlicitatem & prosperitatẽ. k [Et finem illorum sine honore] quia moriebantur in contemptu præsentis vitæ. l [Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.] id est angelos. m [Et inter sanctos sors illorum est] ad quorum consortiũ tunc erunt assumendi cum corpore & anima.

QVAESTIO X.

SVper verbis Epistolæ in festo Apostolorum Philip. & Iacobi quæ habentur Sap. v. scilicet, Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. oritur quæstio, Vtrum ad exemplum sanctorũ Philippi & Iacobi teneamur esse martyres de necessitate salutis? Arguitur quòd sic: habetur Pet. ij. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: sed Christus martyrium pro nobis tolerauit. Igitur tenemur sequi eius vestigia, & martyrium tolerare. In oppositum: ad salutem acquirendam sufficit tantummodò mandatorum Dei obseruatio: vt patet Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata Dei. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd vestigia illa intelliguntur ea quæ Deus vult vt insequamur. Ad quęstionẽ respondeo quòd duplex est martyrium: vnum est martyrium corporale, & est vbi sanguis effunditur pro amore Christi, sicut sancti martyres fecerunt, & loquendo de tali martyrio dicendum est, quòd de necessitate non tenemur martyriũ tolerare, nisi quando est necessitas, vel negare Christum, vel peccare mortaliter, vel martyriũ tolerare: melius esset enim martyrium tolerare quàm mortaliter peccare. Aliud est martyrium spirituale quod fit sine sanguinis effusione: quando quis vincit mundum: nec propter aduersa, nec prospera ad aliqua illicita consentit, imò paratus est omnia pro iustitia obseruãda sustinere: nam iracundiam mitigare, libidinem fugere, iustitiam custodire, auaritiam contẽnere, cõtumelias patienter ferre, odientiam diligere, in abundãtia sobrium esse, & largum in paupertate, est martyrium spirituale: quod pro loco & tẽpore sustinere debemus ad salutẽ acquirendã ad exemplum S. Philippi & Iacobi.

In inuentione sanctæ Crucis ad Philippen. iij. cap.

Fratres, hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, &c.

Require supra in dominica Ramis palmarum.

In vigilia sancti Ioannis Baptistæ, Lectio Ieremiæ Prophetæ. j. cap.

IN diebus illis, factum est verbũ Domini ad me dicens, [a] Priusquam te formaré in vtero, noui te, [b] & antequam exires de vulua sanctificaui † te, [c] & prophetã in gentibus dedi te. [d] Et dixi, A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me, [e] Noli dicere quia puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecũ sum, vt eruam te, dicit Dominus. [f] Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad

Antequã exires de. B. Ioãnes Baptista, post suam conceptionem in vtero suæ sanctæ matris sanctificatus fuit ab origine peccati purgatus & expiat⁹: deinde in Dei grã cõfirmatus: nõ q̃ peccare nõ potuerit: sed quia peccare noluit libero arbitrio tamen manente vt vult magi. Sentẽ. lib. iii. dist. xxiiii. vbi disbit lib. erum arbitrium.

me.g Ecce dedi verba mea in ore tuo. h Ecce cōstitui te super gētes, & super regna: vt euellas, i & destruas, k & disperdas, l & dissipes, m & ædifices, & plantes, dicit Dominus omnipotēs.

POSTILLA.

IN diebus illis, factum est verbū Domini ad me dicens, Priusquā te formarem, &c. Notandum, quòd licèt hęc epistola quantum ad literam sit de Ieremia propheta: tamē potest adaptari cuilibet alij prophetæ. Et quia Ioan. Bap. non solū fuit propheta, sed plusquā propheta: ideo possunt intelligi omnia quę hic dicuntur de Ioan. Bap. dicit ergo, a [Priusquam te formarem in vte. no. te.] s. notitia prædestinationis: quæ est ab æterno. b [Et antequàm exi. de vul. san. te.] purgādo ab originali peccato in vtero matris, per gratiam sanctificantem. c [Et prophetam in gentibus dedi te] nunc tibi officium prophetandi imponendo, & quia officium est magnū: ideo, subditur excusatio Ieremiæ. d [Et dixi, A, a, a, domine Deus] & dicunt aliqui expositores quòd hic ter ponitur, A, quia Ieremias se excusat à tanto officio propter triplicem defectum, s. ætatis, scientiæ & eloquētiæ: quia adhuc erat iuuenis. Sed hęc expositio procedit ex ignorantia Hebraici sermonis: vbi ponitur hic vna dictio, vbi dicitur, A, ha: composita ex tribus literis, s. aleph he & he: quia bis ponitur hæc dictio he: & hæc dictio sic sonat, a, a, a: litera enim aliquando sonat in Hebræo sicut a, in Latino: etiā est dicta dictio interiectio dolentis vel admirantis. Sed quia Deus potest supplere omnem defectum: ideo subditur, e [Noli dicere quia puer sum, &c.] q. d. Potens sum omnē tuum defectū supplere: & te ab oppugnationibus eorū quos tu formidas, protegere. Sciebat enim Ieremias quòd Prophetę qui ante eum fuerāt, persecutiones vsque ad mortem sustinuerunt maximè tempore Manassæ regis: vt habetur iiij. Reg. & subditur iniunctio officij cùm dicitur. f [Et misit Dominus manum suā & te. os meū.] Vidit enim imaginaria visione quasi similitudinem hominis Deum repræsentantis, os Ier. manu sua tangentis: & intellexit quòd per hoc designabatur collaudatio prophetiæ sibi à Deo datæ: ideo subditur, g [Ecce dedi verba mea, &c.] & quia hic non solum prophetauit contra regnum Iudæ, sed etiam alia plura: vt patet intuenti omnes suas prophetias: ideo subditur, h [Ecce consti. te, &c. vt euellas] i. euellenda denunties inde transferendo habitatores. i [Et destruas,] quantùm ad occidendos. k [Et disperdas] quantùm ad fugiētes per diuersas vias. l [Et dissip.] quātùm ad morientes in fuga vel captiuitate. m [Et ædifices & plātes] id est denunties Iudæos reædificandos, & plantandos in terra sua: quod impletum fuit tempore Cyri: qui dedit populo licentiam redeundi in terram suam, & reædificandi templum. Et etiam tempore Artaxerxis, qui dedit licentiam Nehemiæ reædificandi ciuitatem Ierusalem, vt habetur j. Esdræ j. c. & Nehem. j.

Opinio expositorum de Ieremia.

QVAESTIO XI.

SVper verbis epist. in vigilia Ioan. Bap. quæ habentur Ier. j. scilicet, Antequam exires de vulua sanctificaui te. oritur quęstio de S. Ioanne, Vtrum B. Ioannes fuerit sanctificatus in vtero matris? Arguitur quòd non: regeneratio dici non potest in eum, in quem non præcessit generatio, sed per gratiam gratum facientem fit homo filius Dei, & regeneratur; ergo non potest homo sanctificari antequam nascatur ex vtero. igitur. In oppositum est epistola hodier. igitur. Ad argumentum dicitur, quòd regeneratio spiritualis quæ fit per ministerium hominis in baptismo, præsupponit natiuitatem ex vtero: sed regeneratio quæ fit diuinitus præsupponit de necessitate natiuitatem in vtero per quam homo à Deo creatus & formatus est. Ad quæst. respōdendum est secundùm M. Ioan. de Tur. cre. in quæst. super Euang. per duas cōclusiones. Prima, Sicut Deus non alligauit potentiam suam rebus naturalibus, vt non possit præter eas operari, cùm voluerit, quod in miraculosis actibus facit: ita non alligauit virtutem suam sacramentis: vt non possit sine sacramentorum ministris aliquem sanctificare. Secunda conclusio, Deus aliquos præter legem communem quasi miraculosè in maternis vteris sanctificasse legitur, præcipuè illos qui immediatius ordinabātur ad sanctissimā conceptionem eius: vt Ioan Bap. qui cum in vtero existeret testimonium dedit: & Ieremias qui ipsius Christi conceptionem vaticinio expressè prædixit.

In festo sancti Ioannis Baptistæ, Epistola, Isaiæ xlix.

HÆc dicit Dominus Deus, Audite insulæ, a & attēdite populi de lōge. b Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei: c & posuit os meū quasi † gladium acutum, d In vmbra manus suæ e protexit me, f & posuit me sicut sagittam electam. g In pharetra sua h abscōdit me, i & dixit mihi, Seruus meus es tu k Israel, l quia in te glorificabor. m Et nunc hæc dicit Dominus, formās me ex vtero seruum sibi, n Et ecce dedi te in lucem gentium,

Posuit os meū. Os, id est, verbum beati Ioānis fuit acutum, qā pœnitentiā prædicare incœpit, qā hominum corda interius, vt sic dicā, fundit uspenetrabat, & multos ad se conuertebat, vt patet Mat. iii. Venit Ioānes Baptista prædicans in deserto Iudææ, pœnitentiam agite.

ut sis salus mea, p usque ad extremū terræ. q Reges videbunt, r & consurgent principes, s & adorabunt Dominum Deum tuum, & sanctum Israel t qui elegit te.

POSTILLA.

HÆc dicit Dominus Deus. Audite insulæ & attendite populi, &c. Ante initium huius prophetiæ habetur, quòd cùm educeret Dominus filios Israel de Ægypto: aquam de petra produxit eis in deserto, scidit petram & fluxerunt aquæ. Non est pax impiis, dicit Dominus. Tunc statim sequitur præsens lectio, quæ principaliter exponitur de Christo. Hæc dicit Dominus, Audite insulæ. Gloss. ordin. Sub insularum nomine alloquitur Dominus Deus in persona filij ecclesias de gentibus collectas. a [Et attendite populi de longe] i. ab extremis terræ. b [Dominus ab utero vocauit me de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.] Hoc dicitur in persona Christi hominis de quo adhuc existente in utero matris dixit Dominus per angelum suum ad Ioseph, Matt. j. c. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum. c [Et posuit os meum quasi gladium acutum.] Lyra, In quo notatur efficacia verbi Christi ad extirpandum vitia. d [In um. ma. suæ] id est potestatis suæ. e [Protexit me.] non enim fuit captus à Iudæis: nisi quādo voluit, & se sponte obtulit: ut patet Ioan. xviij. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis sinite hos abire. f [Et po. me. si. sa. electam.] in Hebræo habetur Claram, id est limitam, per hoc intelligitur puritas & claritas doctrinæ Christi. g [In pha. sua] id est in sua prouidentia. h [Abscōdit me] scilicet usque ad tempus reuelationis meę. i [Et dixit mihi seruus meus es tu.] Ratione humanitatis, in qua accepit formam serui. ut patet Philip. ij. Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. k [Israel] sic nominatur Christus de populo Israel natus. l [Quia in te glo.] id est per miracula diuinæ potestatis excellentiæ demonstratiua. m [Et nunc hęc dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi.] Lyra, quia sicut ab instāti in incarnatione fuit diuinitus corpus Christi formatū & animatum, sic ex tūc perfectus fuit Christus omnibus scientiis & charismatibus. n [Ecce dedi te in lucem gentium.] Lyra, Et hoc per susceptionem luminis fidei. o [Ut sis salus mea] à me missa & data. p [Usque ad extremum terræ.] Lyra, & hoc modo dicit Christus Apostolis Act. j. Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimū terræ. q [Reges videbunt.] Lyra, Mirabilia in virtute nominis Christi fienda per Apostolos & eorum successores. r [Et consurgent principes] ad statum fidei Christianæ, quod maximè patuit tempore Constantini. s [Et adorabunt Dominū Deum tuum, & sanctum Israel] scilicet ad Deum Patrem. t [Qui elegit te.] Lyra, scilicet Christum hominem ad opus redemptionis humanæ.

QUAESTIO XII.

SUper verbis Epistolæ in festo sancti Ioānis Baptistæ quæ habentur Isa. xlix. scilicet Dominus ab utero vocauit me. oritur quæstio de sancto Ioanne: utrum cōuenienter impositum est ei nomen, Ioānes? Arguitur quòd non: istud nomen Ioannes gratiam signat: sed gratia non est facta per eum, quia non erat ille lux, ut habetur Ioan. j. Igitur. In oppositum, nomina debent proprietatibus respondere: sed Ioānes interpretatur in quo est gratia: ut ait Beda. Igitur. Ad argumentum dicitur, negando consequentiam: & ratio est, quia non dicitur Ioānes quasi per ipsum facta sit gratia, sed & quia multiplici gratia à Deo donatus est. Ad quæstionem respondendum est secundū m Ioānem de Turre cremata: ubi suprà per unam conclusionem, quæ talis est, Conuenienter nomen Ioannis impositum est Ioanni Baptistę: probatur, quia hoc impositum est mandato Angeli Gabrielis apparentis Zachariæ in templo: & dicentis, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, & uxor tua Elizabeth pariet filium, & vocabitur nomen eius Ioannes.

In vigilia Apostolorum Petri & Pauli, Lectio Actuum Apost. iij. cap.

IN diebus illis, Petrus & Ioānes ascēdebant in templum a ad horam orationis nonam. b Et quidā vir qui erat claudus ex utero matris † suæ c baiulabatur, d quem quotidie ponebant ad portam templi quę dicitur speciosa, e ut peteret eleemosynam ab introeūtibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioāne dixit, f Respice in nos. g At ille intendebat in eos, sperās se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit, h Argentum & aurum non est mihi, i quod autem habeo, hoc tibi do. k In nomine Iesu Christi Nazareni, l surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextra, alleuauit eum. m Et protinus

Quidā vir erat claudus. Dominus noster Iesus Christus ante diem suæ passionis suis apostolis & discipulis omnem potestatem super ægros & malè habētes contulit: ut infirmos & languidos curarent. Petrus autem fecit in nomine virtutis Christi lāguidū curans, ut Matth. x. Conuocatis xii. dis. suis dedit potestatē spirituum immundorum.

consolidatæ sunt bases eius. [n] & plantæ, [o] & exiliens stetit, & ambulabat. [p] Et intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum: & omnis populus vidit eum ambulātem, & laudātem Deum. Cognoscebāt autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi. Et repleti sunt omnes stupore & ecstasi in eo quod contigerat illi.

POSTILLA.

IN diebus illis, Petrus & Ioan. ascendebant in templum, &c. In hoc c. ponitur Petri Apostoli prædicatio adiuncto miraculo. Et diuiditur præsens epistola in duas partes, quoniam in prima ponitur operatio miraculosa. In secunda verò Petri prædicatio. Circa primum notatur hora, cùm dicitur. [Petrus & Ioann. ascendebant in templum.] id est, in atrium mundorum, quod erat orationis locus. a [Ad horam ora.no] Tribus enim horis in die orabant Iudæi. Vnde dicitur Dan. vj. quòd Daniel tribus temporibus in die orabat contra Ierusalem, scilicet, mane, hora nona, & vesperè. b [Et quidam vir erat claudus ex vtero matris suæ.] ex quo miraculum fuit euidentius, quòd iam si fuisset claudus ex aliquo accidenti. b [Baiulabatur.] quia non solum erat claudus, sed etiam sic contractus, quòd non poterat incedere. d [Quem quotidie po. ad por. quæ dicitur spe.] Ista vt dicunt aliqui est illa porta sublimissima, quam ædificauit Ioathan Rex Iuda, ij. Paralip. xxvij. Sed si intelligerent de porta eadem numero, quam ędificauit Ioathan non est verum: nam illa fuit combusta per Chaldæos, iiij. Reg. vlt. potuit tamen alia in eodem loco reædificari ad similitudinem prioris, & retinuit nomen antiquæ. e [Vt pete. elee. ab in.] sicut consuetum est talibus, qui non possunt lucrari victum suum. Cætera patent vsque ibi, f [Respice in nos] id est, consydera nos pauperes tibi dare non valentes, vt dicunt aliqui: & videtur hoc gl. interlinearis dicere. Sed saluo iudicio meliori videtur, aliter dicendum. Si enim Petrus ei sic respondisset: spem recipiendi aliquid ab eis sibi non dedisset, sed magis contrarium: & tamen subditur, g [At ille intende. in eos spe. se aliquid acce. ab eis.] Ideo dicendum, quòd Petrus & Ioannes qui erant valdè misericordes, respexerunt clementibus oculis cogitantes sibi melius dare quam petebat. Ideo dixit ei Petrus, Respice in nos, non in nostra: propter quod subditur. h [Argentum & aurum non est mihi.] Memor illius præcepti, Nolite possidere aurum & argentum, &c. vt dicit gl. i [Quod autem habeo, hoc tibi do.] Quod enim per amicos possumus, quodammodo per nosipsos possumus, ix. Ethi. Sanitatem illam poterat Petrus dare virtute domini sui & amici Iesu Christi: ideo subditur, k [In nomine Iesu Christi Nazareni] id est, in virtute eius. l [Surge & ambula.] neutrum enim illorum ante poterat facere. m [Et protinus consolidatæ sunt bases eius.] id est, crura & tibiæ, quibus innititur corporis pondus. n [Et plantæ.] id est, pedes vsque ad vltimam superficiem. o [Et exiliens ste. & ambula.] in quo ostenditur curatio perfecta: quia in instanti, quā solus Deus potest facere. p [Et intrauit cum illis in templum.] vt redderet Deo gratias de tanto beneficio. Cætera patent ex litera vsque ad finem epistolæ præsentis.

QVAESTIO XIII.

SVper verbis Epistol. in vigilia Petri & Pauli quæ habentur Act. iij. scilicet, Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. oritur q. de eleemosyna, Vtrum eleemosyna sit danda malis? Arguitur quòd non, Eccl. xij. ne suscipias peccatorem. Igitur. In oppositum habetur Marc. v. Benefacite eis qui oderunt vos: sed oditores fratrum sunt mali: ergo danda est eleemosyna malis. Ad argumentum dicitur, quòd illa autoritas intelligenda est de peccatore: qui eleemosyna facta sibi, abutitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardum de media Villa super iiij. Sententia. distinct. xv. artic. ij. quæst. viij. quòd in homine malo duo consyderanda sunt: scilicet, natura & vitium: & sicut eius natura, ita debet ex charitate diligi, quòd eius vitium odiatur, sic ita debet per eleemosynam subueniri indigentię suę naturæ, vt per hoc in malitia non foueatur. vnde quæst. v. non omnis. & sumptum est ab Aug. in epistol. ad Vinçentium, non multùm longè post principium dicitur, quòd vtilius esurienti panis tollitur: si de cibo securus, iustitiam negligat quàm esurienti panis frangatur: vt in iustitia seductus acquiescat: nec est contrarium huic quod dicitur lxxxv. & non satis. viij. parte: quia loquitur hic de esuriente ad mortem.

In festo beatorum Petri & Pauli Apost. Lectio Act. xij. cap.

IN diebus illis, [a] misit Herodes rex manus, [b] vt affligeret quosdam de ecclesia. [c] Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. [d] Videns autem quia placeret Iudæis, [e] apposuit vt apprehenderet Petrum. [f] Erant autem

Videns autem. Multi reges duces & principes, &

terræ indi ces vt aliquibus vel populo placeant, sua iudicia iniustè agũt, & ad malũ agendũ se dãt: velut Herodesq; vt populo placeret Petrum necare voluit: de hoc hf xi. q. iii. cap. quatuor modis humanum iudicium peruertitur timore, odio, cupiditate, & amore.

tem dies azymorum, Quem cum apprehendisset, misit in carcerem: [h] tradénsque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, [i] volens post pascha producere eum populo. [k] Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. [l] Cùm autem producturus eum esset Herodes, [m] in ipsa nocte [n] erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem. [o] Et ecce angelus Domini astitit, [p] & lumen refulsit in habitaculo carceris, [q] percussóque latere Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. [s] Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda tibi vestimentũ tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum & nesciebat quia verum est quòd fiebat per angelum. Existimabat autem se visum videre. [t] Transeuntes autem primam, [v] & secundam custodiam, [x] venerunt ad portam ferream, [y] quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. [z] Et exeuntes processerunt vicum vnum. [a] & continuò discessit angelus ab eo. [b] Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio vere: quia misit Dominus angelum suum & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

POSTILLA.

Misit Herodes rex manus. Ante initiũ illius lectionis scribit sanctus Lucas, quòd Paulus & Barnabas prædicauerunt in Antiochia per integrum annum, & docuerunt multam turbam: ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli Christiani. Lyr. Antè enim credentes in Christum vocabantur tantum discipuli: sed tunc cœperunt nominari Christiani à Christo. In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum sanctum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum. Quæ facta est sub Claudio Cæsare. Discipuli autẽ prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium eorum mittere habitantibus in Iudæa fratribus. Lyr. Fuerant enim bonis temporalibus spoliati in persecutione, quæ mota fuit in morte Stephani: propter quod indigebant ab aliis credentibus auxiliari maximè tempore famis. Quod & fecerunt, mittentes ad seniores, s. curam multitudinis habentes per manus Barnabæ & Pauli. Tunc statim sequitur præsens lectio. a [In diebus illis, misit Herodes rex.] Pro intellectu literæ sciendum, quòd tres fuerunt Herodes in Iudæa: de quibus Scriptura facit mentionem. Primus fuit Herodes Ascalonita: & iste fuit institutus rex Iudææ à Romanis, cuius pater fuit Idumæus. Et tempore istius Herodis natus est Christus. Et iste Herodes occidit pueros innocentes: vt habetur Matth. j. Secundus vocatus fuit Herodes Antipas: & iste decollauit sanctũ Ioannem Baptist. Tertius vocatus fuit Agrippa: & licèt in principio iste fuit pauper: tamen posteà fauentibus sibi duobus imperatoribus Romanis, s. Caio, & Claudio, fuit eleuatus ad regnum. Et iste de Roma veniens in Iudæam honorificè valdè fuit receptus à Iudæis, propter hoc in fauorem eorũ occidit Iacobum fratrem Ioannis, & incarcerauit Petrum. Vnde versus,

Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannem:
Agrippa Iacobũ, claudẽs in carcere Petrum.

Et hoc est quod dicitur in principio huius lectionis. [In diebus illis, misit Herodes rex manus.] s. potestatem suam. b [Vt affligeret quosdam de ecclesia.] supple credentium. c [Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.] non solum Christianos afflixit, sed etiam occidit. d [Videns autem quia placeret Iudæis.] s. occisio Iacobi. e [Apposuit vt apprehenderet & Petrum.] Glossa ordina. quia plus placeret Iudæis si princeps occideretur. f [Erant autem dies azymorum.] Lyr. quando apprehendit Petrum: & hoc additur ad significandum causam: quare non statim occidit Petrum, sicut fecerat de Iacobo: volebat enim expectare transitum solennitatis paschalis, in qua Iudæi septem diebus vescuntur panibus azymorum: & etiam quia non licebat in pascha quemquam occidere. g [Quem cum apprehendisset misit in carcerem.] Lyr. ne posset effugere. g [Tradénsque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum.] dicitur autem quaternio qui habet quatuor milites sub se: sicut cẽturio qui habet centum. i [Volens post pascha producere eum populo] id est, exponere morti pro voluntate populi. k [Et Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia, &c.] Ly. Vt Christus adhuc in vita seruaret suum vicariũ. l [Cùm aũt producturus eum esset Herod.] s. de carcere vt occideretur. m [In ipsa nocte.] immediatè præcedente. n [Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodie-

bant carcerem.] Ly. Petrus ita custoditus fuit, quòd non patebat ei euasio via humana, Sed quia deficiente humano subsidio, solet adesse diuinum, ideo subditur, o[Et ecce angelus Domini astitit.] ad Petri liberationem. p[Et lumen refulsit in habitaculo carceris] s. ad eius consolationem. q[Percussóque latere Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius: dixit autem angelus ad eum, Præcingere.]Ly. Vt sis aptus ad ambulandum. Resoluerat enim Petrus cingulum suum, vt vestis posset pedes cooperire contra frigiditatem carceris. r [Et calcea te caligas tuas.] Ly. est autem caliga genus calceamenti, non habens corium super pedes. s [Et fecit sic, & dixit illi, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me: & exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verũ est quòd fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre.]Ly. Fortitudo enim carceris, & diligens custodia fecerat sibi imaginationem de euadendi impotentia: propter quòd rem gestam somnium existimabat. t[Transeuntes autem primam.]Glo. ordinaria, Primum quaternionem cum suis. v [Et secundam custodiam] i. secundum quaternionem cum suis qui omnes erant oppressi somno x [Venerunt ad portam ferream.]Lyr. quæ erat exterior porta carceris. y [Quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltrò aperta est eis] virtute diuina vel angelica. z [Et exeuntes processerunt vicum vnum] ad maiorem Petri assecurationem. a [Et continuò discessit angelus ab eo] subitò disparendo. b [Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio verè: quia misit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.] Lyr. Tunc enim percepit, quòd nõ erat somnium, sed res gesta.

QVAESTIO XIIII.

SVper verbis Epistolæ in festo sancti Pe. quę habentur Act. xij. scilicet, Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia, putà Petrum, oritur quæstio de Petro: vtrum Petrus à Christo constitutus sit caput ecclesiæ. Arguitur quòd non: capitis non videtur esse aliud caput: sed Petri caput erat Christus. Igitur. In oppositum Ioan. x. Christus ait Petro, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd assumptum non intelligitur nisi de capite naturali. Ad quæstionem respondeo quòd Christus ascensurus in cælum, & pręsentiam corporalem abstracturus à nobis, ecclesiam suam nolens in absentia sua desolatam sine gubernatore relinquere, elegit Petrum Apostolum, qui totius ecclesiæ suæ, caput, & gubernator existeret.

In festo visitationis beatæ Virginis Mariæ, Canticorum ij. cap. Epist.

ECce, [a] iste venit saliens [b] in montibus, transiliens colles. [b] Similis est dilectus meus capræ [c] hinnulóque ceruorum. [d] En ipse stat post parietem nostrum, [e] respiciens per fenestras, [f] prospiciens [g] per cancellos. [h] En dilectus meus [i] loquitur mihi, Surge [k] propera [l] amica mea, [m] columba mea, [n] formosa mea, [o] & veni. [p] Iã enim hyems transiit, [q] imber abiit & recessit: [r] flores apparuerunt [s] in terra nostra, [t] tempus putationis aduenit. [v] Vox turturis [x] audita est in terra nostra. [y] Ficus protulit grossos suos, [z] vineæ florentes [a] dederunt odorem suum. Surge, propera amica mea, speciosa mea: & veni columba mea in foraminibus petræ, [b] in cauerna maceriæ. [c] Ostende mihi faciem tuam: [d] sonet vox tua [e] in auribus meis. [f] Vox enim tua dulcis, [g] & facies tua decora.

Iste venit saliens. verè messias Christus Iesus seruator virginis Mariæ dilect[us] venit de cælo à sede paterna in montibus saliens id est, in cælis trãsiliẽs colles, i. alta loca terræ: & in virginis vtero descẽdit carnem humanã ex carne virginis sumens sine semine & virili opere: & virgo concipiens, virgo pariens virgo mãsita permanens: vt habetur Lu. j. Ecce cõcipies & paries filiũ & Isa. vij. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ,

POSTILLA.

ECce iste venit saliens in montibus: trãsiliens colles. Ante initium huius lectionis habetur in eod. c. Lęua eius sub capite meo: & dextera eius amplexabitur me. Tunc sequitur pręsens epistola, a [Ecce iste venit sal. &c.] Glo. de sinu Patris in vterum Virginis: de vtero Virginis in pręsepiũ, de præsepio in mundum, de mundo in patibulum, de patibulo in sepulchrum, de sepulchro econuersò in mundũ, de mundo ad Patris dexterãm. b[Similis est dilectus meus capręę.] propter visum acutum: quia tantum acumen habet in videndo, quòd à remotis videt venatorẽ venientem, & loca alta ascendit: & à venatore nõ videtur, sed venatorem videt. Sic specialiter Deus cuncta videt: vt habetur Heb. iiij. Omnia nuda sunt & aperta oculis eius. c [Hinnulóque ceruorum] i. fœtui cerui vel capræ propter velocitatem. Hinnulus se cornibus nõ potest defendere: & ideo fugit insequentes quandiu potest, d [En ipse stat post parietem nostrum] s. carnem assumendo: diuinitas enim latet in humanitate. e [Respiciens per fenestras.] per apostolos illuminantes ecclesiam: sicut per fenestram radius Solis illuminat domum: sic Christus per apostolos ecclesiam illuminauit. f [Prospiciens] i. de longe aspiciens. g [Per cancellos] id est, per patriarchas ecclesiam illuminando. Sicut enim per foramen magnum transit magnum lumen. Et per paruum foramen paruum lumen transit: sic per apostolos, sicut per

fenestras magnas magnum lumen in ecclesia luxit: per patriarchas paruum lumen de lumine transiit: & per parua foramina qui cancelli dicuntur. Sunt enim cancelli parua foramina in fenestra virgulata, per fenestras cãcellatas: per quas modicum de lumine transit. h [En dilectus meus.] id est Christus. i [Loquitur mihi, Surge]. s. ab otio. k [Propera] quia via in qua es periculosa est. l [Amica mea.] per charitatis latitudinem. m [Columba mea] per intentionis rectitudinem. n [Formosa mea] per morum honestatem. o [Et veni.] s. in tuam recreationem. p [Iam enim hyems transiit.] i congelatio paganorum nolentium fidem recipere. q [Imber abiit & recessit] id est tyrannorum persecutio. r [Flores apparuerunt.] i. odores bonorum operum. s [In terra nostra.] i. ecclesia. p [Tempus putationis aduenit.] i. tempus ad resecandum vitia. v [Vox turturis] i. Spiritussancti. x [Audita est in ter. no.] i. in cordibus electorum: quia sicut turtur in occulto cantat, & in cãtu gemit: sic spiritussanctus occulta reuelat, & animã in qua habitat, gemere facit per pœnitentiam. y [Ficus protulit grossos suos.] Ficus enim primò fert fructus inutiles. Secundò verò vtiles & maturos: sic similiter synagoga primò protulit fructus immaturos & inutiles. Deinde Christum & apostolos tanquam fructus maturos & vtiles nobis ministrauit. z [Vineæ florentes.] id est, ecclesiæ particulares virtutibus suis. a [Dederunt odorem suum. Surge, &c. in foraminibus petræ.] i. Christi vulneribus. b [In cauerna maceriæ.] i. lateris Christi vulnere. c [Ostẽde mihi faciem tuã.] i. conuersationẽ tuam, non alienã sicut hypocritę. d [Sonet vox tua.] i. prædicatio tua. e [In auribus meis.] scilicet honorem meum. f [Vox enim tua dulcis] i. prædicatio tua. g [Et facies tua decora.] scilicet quando prædicationi correspondet vita.

QVAESTIO XV.

SVper verbis epi. in festo visitationis beatæ Mariæ, quę habentur Cantic. ij. scilicet, Surge amica mea. oritur q. de amicitia, Vtrũ amicitia sit specialis virtus? Arguitur quòd nõ: ait Philosoph⁹ viij. Ethi. amicitia perfecta est. quæ est propter virtutem: quælibet autem virtus est amicitiæ cã: quia bonum est omnibus amabile: ergo amicitia non est specialis virtus, sed consequens vnam virtutem. Igitur. In oppositum præcepta legis dantur de actibus virtutũ: sed Eccles. iiij. dicitur, Congregationi pauperum affabilem te facito: ergo affabilitas quæ amicitia dicitur, est virtus specialis. Ad q. respondendum est secundum Tho. ij. ij. q. cxxiij. ar. j. ad primum post Aristo. in lib. Ethi. quòd duplex est amicitia. Vna est quæ consistit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit: & hæc potest consequi quancumque virtutem: & de tali amicitia intelligitur argumentum ad partem negatiuã factũ. Alia est amicitia quæ consistit in solis exterioribus verbis vel factis, quæ quidem non habent perfectam rationem amicitiæ, sed quandam eius similitudinem, inquantum aliquis decenter habet se ad illos cum quibus conuersatur: & loquendo de vera amicitia dicimus secundùm Thomã, vbi suprà in corpore quæstionis, quòd amicitia est specialis virtus: quod patet, Cum virtus ordinetur ad bonum, vbi occurret specialis ratio boni, ibi oportet esse specialem rationem virtutis: bonum autem in ordine consistit: oportet etiam hominem conuenienter ad alios homines ordinari in communi conuersatione, vt ad vnumquę que se habeat vt decet: ideo oportet esse vnam specialem virtutem, quæ hanc conuenientiam ordinis conseruet: quæ quidem virtus vocatur amicitia.

In festo beatæ Mariæ Magdalenæ, Epistola, Prouerbiorum xxxj. ca.

MVlierem [a] fortem [b] quis inueniet? [c] Procul & de vltimis finibus pretiũ eius: confidit in eã cor viri sui, [d] & spoliis non indigebit, [e] Reddet ei [f] bonum & non malum omnibus diebus vitæ suæ. [g] Quæsiuit lanam & linum, & operata est cõsilio manuum suarum. [h] Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suũ. [i] De nocte surrexit, [k] deditque prędam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. [l] Cõsyderauit agrum, [m] & emit eum: [n] de fructu manuum suarum plãtauit vineam. [o] Accinxit fortitudine lumbos suos, [p] & roborauit brachiũ suũ. [q] Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius. [r] Non extinguetur in nocte [s] lucerna eius. [t] Manũ suam misit ad fortia, [v] & digiti eius apprehenderunt fusum. [x] Manum suã aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperem. [y] Nõ timebit domui suæ à frigorib⁹ niuis: [z] omnes domestici eius [a] vestiti sunt duplicibus. [b] Stragulatã vestem [c] fecit sibi, [d] byssus [e] & purpura [f] indumẽtũ ei⁹. [g] Nobilis in portis vir eius, [h] quando sederit cũ senatoribus terræ. [i] Sindonẽ fecit, & vẽdidit, & cingulũ tradidit Chananæo. [k] Fortitudo [l] & decor [m] indumentum eius, & ridebit [n] in die nouissimo. [o] Os suũ aperuit sapiẽtiæ, [p] & lex clemẽtię

Mulierem fortem. Quando muliebris animus est Dei gratia coadiutus in fortitudine & roborevi-riliter consistit, vt patet de Maria Magdalena quæ annis triginta animo forti & viriliпœnitẽtiã egit, sic & Maria Aegyptiaca animo forti annis quindecim pœnitentiam egit, hoc in vitis Patrũ & sanctorum legendis ac documentis.

in lingua eius. [q]Conſyderauit [r]ſemitas domus ſuæ: [s]& panem otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius, [t]& beatiſsimam prædicauerũt: [v]vir eius & laudauit eam: [x]Multæ filiæ [y]cõgregauerunt diuitias, [z]tu ſupergreſſa es vniuerſas. [a]Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. [b]Mulier timens Deum, [c]ipſa laudabitur. [d]Date ei de fructu manuum ſuarum, [e]& laudent eam in portis opera eius.

POSTILLA.

Mulierem fortem quia inueniet, &c. Ante initium huius lectionis locutus eſt Spiritusſanctus per Salomonem, dicens, Aperi os tuum, diſcerne quod iuſtum eſt, & iudica pauperem. Ly. id eſt, exquire iuſtitiam pro pauperibus, quando habent iuſtam cauſam: tunc ſequitur epiſtola præſens. a [Mulierem fortem quis inueniet?] In iſta epiſtola ponitur commendatio fortis mulieris. Et doctores catholici cõmuniter dicunt, quòd per mulierem fortem intelligitur ſacra Scriptura: & hanc. expoſitionem proſequitur Nico. de Ly. ſuper præſentem epiſtolã, dicens, Mulierem fortem. id eſt ſacram Scripturã: quę continet ſentẽtiam & inuiolabilem veritatem. b [Quis inueniet?] quaſi dicat, Pauci attingũt ad eius plenã notitiã. c [Procul & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui.] ſcilicet de bono præmio recipiendo: vt dicitur hic vir eius doctor bonus, in cuius perſona dicitur Sapien. viij. Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea: & quæſiui ſponſam aſſumere. d [Et ſpoliis non indigebit:] quia in primo duplicem ſtolam habebit, ſcilicet ſtolam corpo-
Duplex eſt bonum: ſcilicet gratiæ, & gloriæ. ris, & ſtolam animæ. e [Reddet ei.] ſcilicet ſponſo tali. f [Bonum & non malũ omnibus diebus vitæ ſuæ.] ſcilicet bonum gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. g [Quæſiuit lanã & linum: & operata eſt cõſilio manuum ſuarum] per lanam & linum intelliguntur hic dicta ſanctorum doctorum: & declarationes veritatis ſacræ Scripturæ. h [Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.] Ly. ſicut enim in naui inſtitoris portantur diuerſa vitæ humanæ neceſſaria: ſic in ſacra Scriptura continentur omnia neceſſaria ad ſalutem. i [De nocte ſurrexit.] id eſt ſurgere fecit. Amor enim ſacræ Scripturæ inducit doctores bonos & diſcipulos ad ſurgendum de nocte pro ſtudio & oratione. k [Dedítque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.] In Hebræo habetur Annonam: quia ſacra Scriptura reficit omnes ſtudentes in ea fideliter & diligenter. l [Conſyderauit agrum.] ager iſte eſt diſciplina ſtudij cæleſtis: vt dicit Gre. homil. xxxvij. m [Et emit eum:] id eſt emi fecit à ſtudentibus per domationem carnis redigendo eam in obſequium ſpiritus. n [De fructu manuum ſuarum plantauit vineam.] id eſt exemplo vitæ, & verbo doctrinæ, fecit fidelium multiplicationem, qui ſunt palmites vineæ Domini: vt dicit Greg. homil. vij. o [Accinxit forti. lumb. ſuos.] id eſt accingi fecit lumbos ſtudioſorum cingulo caſtitatis. p [Et roborauit brachium ſuum.] id eſt per multiplicationem boni operis, q [Guſtauit & vidit quia bo. eſt nego. eius.] Lyr. per experientiam dulcedinis ex ſtudio ſacræ Scripturæ reſultantis. r [Non extin. in nocte.] id eſt in morte. s [Lucerna eius.] id eſt claritas ſuæ notitiæ: ſed magis augebitur. t [Manum ſuam miſ. ad fortia] in Hebræo habetur ad vertebrum, quod eſt quidam circulus aliquantulum põderoſus, in inferiore parte fuſi poſitus: vt rectè & ordinatè, & expedite vertatur, & huic dicto conſonat, quod ſubditur, v [Et digiti eius apprehenderunt fuſum] per vertebrum hîc intelligitur recta intentio, opus dirigens. x [Manum ſuam ape. inopi, & pal. ſuas exten. ad pauperem.] Lyr. Scriptura enim ſacra quaſi vbique inducit ad opera miſericordiæ. y [Non ti. do. ſuæ. à frigo. niuis.] id eſt ad pœnam gehennæ ſecundùm quod dicit Rab. Sa. allegans illud Iob xxiiij. Ab aquis niuium tranſeat ad calorem nimium. & loquitur ibi de homine damnato. z [Omnes enim dome. eius] id eſt boni doctores, & diſcipuli. a [Veſtiti ſunt duplicibus.] id eſt virtutibus intellectualibus, & moralibus, quæ ſunt veſtes animæ. b [Stragulatam veſtem.] id eſt diuerſis coloribus intextam. c [Fecit ſibi:] quia ſacra Scriptura de omni genere virtutum & donorum tractat, & ad ea inducit. d [Byſſus.] id eſt caſtitas. e [Et purpura:] id eſt charitas. f [Indumentum eius] id eſt verè ſtudentium in ea ſcientia pariter & vita. g [Nobilis in por. vir eius.] id eſt doctor bonus qui dicitur nobilis in portis: id eſt inter ſapientes antiquitus ſedentes ad reddendum veritatis iudiciũ: ideo ſubditur, h [Quando ſede. cum ſena. terræ.] id eſt cum ſapientibus, qui habent regere terram & iudicare. i [Sindonem fe. & vendidit: & cingu. tra. Chananæo.] In Hebræo habetur mercatori: per ſindonem quæ eſt veſtis linea & munda, intelligitur puritas mentis: per cingulum verò caſtitas corporis. Vnde dicit Greg. hom. xxiij. Lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Dicitur autem ſacra Scriptura illa facere: eò quòd ad ea inducit. k [Fortitudo.] id eſt conſtantia mentis. l [Et decor.] exterioris honeſtatis. m [Indu. eius: & ridebit.] id eſt ridere faciet ſtudentes in ea fideliter. n [In die nouiſſimo.] quando audient vocem domini dicentis, Venite benedicti Patris mei, &c. o [Os ſu. ape. ſapientię.] quia ſacra Scriptura docet ſapientiam de ſurſum deſcendentẽ. p [Et lex cle. in lin. eius.] quia tam in nouo quã veteri Teſtamento ſacra Scrip. ad cle-

mentiam inducit. q [Consyderauit] id est, consyderare fęcit. r [Semitas do. suæ.] id est, conscientiæ secreta studentium in ea: & quia hic labor est optimus: ideo sequitur. s [Et pa. otio. nō come. fur. fi. eius.] id est, discipuli studiosi. t [Et bea. præ.] quia sacram Scripturam super omnem aliam extollunt. v [Vir eius & lau. eam.] Ly. doctor bonus doctrinam suam incipit à cōmendatione sacræ Scripturæ. x [Multæ filiæ] id est, Philo. & sapientiam scrutantes. y [Congre. di.] id est, multas cogitationes veritatis. z [Tu supergressa es vni.] quia sacra Scriptura multo plures veritates tradit quam aliæ scripturæ. Et etiam puriores: quia in nullo falsitas admiscetur, cum immediatè emanet à prima veritate. Scripturę verò humanitus adinuentæ, etsi contineant multas veritates: tamen habent admistas multas falsitates: sicut patet in scripturis Aristot. & aliorum Philosophorum, qui negant creationem mundi, &c. a [Fallax gratia. & va. est pul.] s. verborum Rhetoricorum in humanis scripturis & maximè Poëticis, in quibus sub ornatis verbis latēt multæ falsitates. b [Mulier timens Deum.] scilicet, sacra Scriptura quę quasi inducit ad reuerentiam Dei & timorem. c [Ipsa laudabitur.] scilicet, præ cęteris scripturis. d [Date ei de fructu manuum suarum.] id est, studentibus in ea dabitur fructus gloriosus e [Et laudent eam in portis opera eius.] id est, sapientes in portis sedentes cum iudicibus & isti sapientes dicūtur opera sacræ Scrip. inquantum per eius studium sapientiam cōsequuntur.

QVAESTIO XVI.

SVper verbis Epistolæ in festo beatæ Mariæ Magdalenæ quæ habentur Prouerb. xxxj. s. reddet ei bonum & non malum. oritur quæst. de Magdalena, Vtrum Maria Magdalena potuerit habere remissionem peccatorum sine pœnitentia? Arguitur quòd sic, Deus virtutē suam non alligauit sacramentis: sed pœnitentia est quoddam sacramentum: ergo virtute diuina beata Maria Magdalena potuit consequi remissionem peccatorum sine pœnitentia. In oppositum Lu. xiij. Si pœnitentiam non egeritis simul omnes peribitis. Igitur. Ad q. respondendum est secundùm magistrum Ioan. de Tur. crema. in q. super Euangeliis per duas conclusiones. Prima est, Maria Magdalena non est consecuta remissionem peccatorum sine pœnitentia quæ est virtus. patet conclusio, quia non est possibile peccatum actuale mortale sine tali pœnitentia remitti de lege communi. Secunda conclusio, Maria Magdalena consecuta est remissionem peccatorum sine pœnitentia prout est sacramentum Christi: nam sacramentum pœnitentiæ perficitur per officium sacerdotis absoluentis, sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut fecit Christus mulieri adulteræ: vt legitur Ioan. viij. ergo Mariæ Magdalenæ, vt habetur Luc. vij. ex dictis patet solutio argumentorum ad ambas partes factorum.

Item de eodem festo, Epistol. ad Rom. v. capite.

SIcut[a] per vnius † delictum in [b] omnes homines in condemnationem, [c] sic & per vnius [d] iustitiam in [e] omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis [g] peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius [h] obedientiam iusti constituentur multi. [i] Lex autem subintrauit, [k] vt abundaret delictum. Vbi [l] autem abundauit delictum, superabundauit [m] & gratia, [n] vt sicut regnauit peccatum in mortem, [o] ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.

† Sicut per vnius delictū. Sicut p Adæ primi parētis peccatum culpam, & inobedientiam, omne genus humanum in mortis condēnatione fuit: sic & per Christi nostri saluatoris pussimā mortem & obedientiam à morte liberati & redēpti sumus, vt pręsens epistola habet: nā in verbo Christi dimittuntur peccata, vnde de pœni. dist. j. cap. verbum dimittit peccata.

POSTILLA.

SIcut per vnius delictum, &c. Ante initium huius Epistolæ scribit sanctus Paulus in eod. cap. dicens, Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita, s. beata regnabunt per vnum s. per Iesum Christum. Tunc sequitur præsens Epistola, a [Sicut per vnius delictum.] Ly. s. Adæ. [Omnes homines in condemnationem.] Gor. simul animæ & corporis damnationem c [Sic & per vnius.] hominis, d [Iustitiam.] s. Christi. e [Omnes homines in iustificationem vitæ.] Ly s. per delictum Adæ per propagationem, & originale peccatum omnes homines incurrunt damnationem simul animæ & corporis: sic per vnius hominis s. Christi passionem, omnes liberati sunt ab æterna damnatione. f [Sicut enim per inobedientiam vnius hominis] s. Adæ. g [Peccatores constituti sunt multi, ita per vnius] s. Christi. h [Obedientiam iusti consti. multi.] Lyr. quia sicut per inobedientiam Adæ comedentis lignum vetitum posteri facti sunt iniusti: sic per obedientiam Christi in ligno crucis, passi, omnes sunt iustificati quantum ad sufficientiam. Sed si per gratiam Christi non omnes iustificantur: hoc non prouenit ex defectu gratiæ: sed ex defectu hominum eum repellentium. i [Lex autem subintrauit.] post culpam vel legem naturalem. k [Vt abundaret delictum.] i. abundantius cognosceretur delictum. Multa enim erant peccata ante legē: quæ non credebantur esse peccata,

vel non essent tanta. Rom.viij. Per legem cognitio peccati. l [Vbi autem abundauit delictum.] per legem. m [Superabundauit & gratia.] per Christum peccatoribus veniam conferendo. n [Vt sicut regnauit peccatum in mortem.] Ly. id est, potentiam habuit decipiendi ad mortem æternam. o [Ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam.] potenter nos inducendo ad vitam æternam. p [Per Iesum Christum dominum nostrũ.] qui est mediator Dei & hominum.

QVAESTIO XVII.

SVper verbis Epistolæ in eodem festo quæ habentur Rom.v.c. Sicut per vnius, &c. oritur q. de merito Christi, Vtrum meritum quo Christus meruit omnibus hominibus gratiam sit habitum vnius? Arguitur ad vtranque partem. Ad q. respondendum est secundùm Nicolaum de Orbel. in iij. Sent. quòd meritum tale fuit formaliter finitum: quia à principio finito essentialiter fuit dependens: fuit tamen infinitum ex circunstantiis suppositi merentis puta Christi: infinitè enim Christus meruit.

In festo S. Iacob. Apostoli, ad Ephes. ij.

Iam non estis hospites, &c.

Hanc Epistolam quære infrà in communi Sanctorum de Apostolis.

Ad vincula S. Petri Apost. Act. xij.

Misit Herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia, &c.

Hãc Epistolam quære antè in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

In vigilia beati Laurentij, Lectio libri Sap. Ecclesiastes ij. cap.

Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum Saluatorem, &c.

Hanc epistolam cum sua postilla require infrà, in communi Virginum.

In festo sancti Laurentij martyris, Epistola, ij. Corinth. ix.

Qui parcè seminat. Secũdum nostra bona & mala opera, glorię merita, vel pœnarum supplicia, post mortem feremus: quia opera nostra quæ hic gessimus in Via nos sequũtur in Patria. Vnde Apocaly. xiiij. Opera enim illorũ sequuntur illos.

FRatres, qui [a] parcè [†] seminat, [b] parcè & metet. [c] Et qui seminat in benedictionibus, [d] de benedictionibus & metet. [e] Vnusquisque [f] prout destinauit in corde suo. [g] Non ex tristitia [h] aut ex necessitate. [i] Hilarem enim datorem diligit Deus. [k] Potens est autem Deus omnem gratiam [l] abũdare facere in vobis: [m] vt in omnibus [n] semper omnem sufficientiam habentes, [o] abundetis in omne opus bonum. [p] Sicut scriptum est, [q] Dispersit [r] dedit pauperibus [s] iustitia eius [t] manet in seculum seculi. [v] Qui autem administrat semen seminanti, [x] & panem ad manducandũ pręstabit: [y] multiplicabit semen vestrum: [z] & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.

POSTILLA.

FRatres, qui parcè seminat, &c. Ante initium huius Epistolę scribit sanct. Paulus, dicens, Prouideamus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tunc sequitur pręsens Epistola, a [Fratres, qui parcè seminat] scilicet dando paruam eleemosynam. b [Parcè & metet.] Lyr. id est, minus in præmio recipiet. c [Et qui seminat in benedictionibus] scilicet, largiter dando. d [De benedictionibus & metet] id est, largam retributionem in præmio habebit. e [Vnusquisque.] sup. det. f [Prout destinauit in corde suo.] id est, ordinauit propria voluntate. g [Non ex tristitia.] Gloss. qui enim dat vt careat tædio interpellãtis: non vt reficiat viscera indigentis, meritum & rem perdit. h [Aut ex necessitate.] id est, coactus: sed sponte & liberaliter. i [Hilarem enim datorem diligit Deus.] id est, approbat & remunerat: quia facit actum virtuosum. k [Potens est autem Deus omnem gratiam.] Gor. id est, non solùm hanc gratiam largitionis eleemosynarum: sed etiam quamcunque aliam. l [Abundare facere in vobis.] Ly. vt sic non doleatis de facto, sed magis gaudeatis. m [Vt in omnibus] scilicet, temporalibus. n [Semper omnem sufficientiam habentes,] tam in voluntate superiori, quàm in facultate exteriori. o [Abundetis in omne opus bonum.] scilicet, in datione eleemosynarum & in aliis bonis operibus virtutum. p [Sicut scriptum est.] Psalm. cxj. q [Dispersit.] Nam eleemosyna pluribus est facienda. r [Dedit pauperibus,] non histrionibus, & aliis personis indignis. s [Iustitia eius.] scilicet, qui dat eleemosynam. t [Manet in seculum seculi.] id est, æternaliter: quia merces iustitię, est corona ęterna. v [Qui autem administrat semen seminanti,] Lyr. id est, Deus, qui dat facultatem & voluntatem dandi eleemosynam. x [Et panem ad manducandum præstabit.] id est, necessaria victus. Hoc enim videtur communiter accidere: quòd dantes eleemosynas magis abundant in tẽporalibus, quàm eleemosynas pauperibus indigẽtibus denegantes. Et si aliquando cõtingit eos depauperari, Deus hoc ordinat ad maius

bonū ipsorū spirituale. y [Et multiplicabit semen vestrum.] Ly. id est volu ntatem & faculta tem eleemosynas faciendi. z [Et augebit incrementa fru. iustitiæ.] Ly. id est mercedem quæ ex hoc in Patria colligitur.

QVÆSTIO. XVIII.

SVper verbis Epistolæ in festo sancti Laurentij martyris, quæ habentur ad Corin. ix. scilicet, Dispersit dedit pauperibus. oritur quæstio de eleemosyna, Vtrum dare eleemosynam sit actus virtutis: Arguitur quòd non: actus virtutis semper est rectus, sed datio eleemosynæ potest esse non recta, puta quando fit ex vana gloria. Igitur. In oppositum: misericordia est virtus, sed dare eleemosynam est actus misericordiæ: ergo est actus virtutis. Ad argumentum dicitur quòd dare eleemosynam non est actus virtutis, nisi cùm est debito modo circunstantionatus: & sic nunquam potest esse nisi rectus. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricar. de media Villa super iiij. dist. xv. arti. ij. q. j. quòd dare eleemosynam sub circunstantiis debitis, actus est virtutis vel vt principijs: scilicet cùm elicitus à virtute vel vt termini, scilicet cùm datur à non habēte habitum virtutis disponēte se tamen per hoc ad virtutē.

In vigilia assumptionis beatæ Mariæ Virginis Epistola, Lectio libri Eccle. xxiij capit.

Ego quasi vitis fructificaui. Sicut vitis flores & odores profert quem serpentes fugiūt: sic virgo Maria florem odorū quē dæmones fugiūt fructificauit, id est genuit, q est Christus saluator Dñs Matt. i. Iacob autē genuit Ioseph virū Mariæ: de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

EGo† quasi vitis b fructificaui suauitatem odoris: c & flores mei fructus honoris & honestatis. d Ego mater pulchræ dilectionis, e & timoris, f & agnitionis g & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis. h In me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, i & à generationibus meis implemini. k Spiritus enim meus l super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. m Memoria mea in generatione seculorum: n Qui edūt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. o Qui audit me p non confundetur, q & qui operantur in me, r non peccabunt. s Qui elucidant me, t vitam æternam habebunt.

POSTILLA.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, &c. Legitur hæc lectio pro Epistola sumpta de Ecclesiast. xxiiij. quæ principaliter exponitur de Christo filio beatæ Virginis. Honor autem filij est honor matris: & econuerso, honor matris est honor filij. Vnde dicit beata Virgo, Ego quasi vitis. Hic comparat beata Virgo se viti. Primò propter vmbram. Nam sicut vitis gratam vmbram facit: sic beata Virgo obrumbando nos protegit. Vnde psalmo decimosexto, Sub vmbra alarum tuarum protege nos. Secundò propter florem. Flos siquidem vitis odore serpentes fugat: sic nomen beatæ Mariæ virginis fugat dæmones b [Fructificaui suauitatem odoris.] quia sicut sine læsione vitis, de vite procedit odoris suauitas, & idem odor longe lateque diffunditur, sic de virgine Maria sine læsione pudoris processit filius, cuius potestas & bonitas replet orbem terrarum. c [Et flores mei fructus honoris & honestatis.] id est abundantiæ & opulentiæ. d [Ego mater pul. dile.] Hæc est charitas qua diligit Dominum: quam non maculauit aliquod peccati contagium. e [Et timoris.] in timore signatur humilitas. Nam ex humilitate extimuit ad excellentiam salutationis angelicæ. Vnde angelus ad eam, Ne timeas, Maria. f [Et agnitionis.] in agnitione fides intelligitur: nam per fidem agnouit quod credidit. Vnde Elizabeth dixit ad eam, Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. g [Et sanctæ spei, In me gratia omnis viæ & veritatis.] ac si dicat, In me est ille per carnis assumptionem: à quo est vita & veritas. h [In me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me.] ac si dicat, Omnes qui desyderatis me habere fautricem & adiutricem, transite ad me id est, ad similitudinem & conformitatem meam: vt sitis imitatores humilitatis meæ, castitatis, & paupertatis. i [Et à generationibus meis implemini.] Hæ sunt illæ generationes, de quibus dicitur Canti. iiij. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, &c. Sequens clausula illius epistolæ exponitur de filio virginis Mariæ. k [Spiritus enim meus.] id est, Spiritussanctus qui communiter procedit à Patre & Filio: & qui hîc datur in Via per inspirationem gratiarum. l [Super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.] scilicet, incōparabiliter. m [Memoria mea in generatione seculorum.] quia sapientia Dei homines & angeli sine fine laudabunt. n [Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.] Edamus ergo Dei sapientiam & bibamus, quia in ipsa plena est & perfecta refectio. Siquidem in corporalibus rebus appetitus placet, experientia displicet. Sed spiritualis delectatio tanto plus à comedente esuritur, quanto plus ab esuriente comeditur. Æterna enim satietas auget desyderium. Econtrariò, mundana refectio desyderium extinguit: & tædium facit. Vnde & de angelis dictum est, Fruuntur necesa

Materia corporis Xpi fuit sanguis ipsius Mariæ magister, Sentē. iiij. q. iij.

stidiunt, sed magis frui sitiunt. o[Qui audit me]obediendo mandatis meis.p [Non confundetur.] sed æterna mercede coronabitur. q[Et qui operantur in me] id est qui sic operátur vt maneant in me,& ego in eis.r[Non peccabũt.] qui enim manet in Deo, non peccat mortaliter. s[Qui elucidant me.] scilicet prædicando verbo & exẽplo.t [Vitam æternam habebunt.] Quia sicut dicitur Dan.xij. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos: quasi stellæ in perpetuas æternitates.

QVAESTIO XIX.

SVper verbis Episto. in vigil. assum. beatæ Mariæ virginis quæ habentur Eccle. xxiij. scilicet, Ego mater. oritur quęstio de beata Maria, Vtrum virgo Maria meruerit esse mater Dei: ita quòd merito sit dicendum de ipsa, Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris? Arguitur quòd non: esse mater Dei dicitur præmium infinitum, quod sub merito cadere non potest: præmium Mariæ dicitur esse finitum, quia est à supposito finito. Igitur. In oppositum Augu. in Sermone dicit ad Mariam, Meruisti benedicta præmium mũdi. Igitur. Ad q respondendum est secundum Bonauen. in iij. Senten. dist.iiij. quòd triplex est meritum. Primum dicitur meritum congrui, puta cum peccator dicitur gratiam mereri, cum ad eam se disponit: & sic beata Virgo ante incarnationem meruit concipere filium Dei: quoniam præ nimia sui puritate, humilitate, & benignitate idonea erat vt efficeretur mater Dei. Secundum meritum dicitur meritum digni, quo vir iustus orans pro alio meretur exaudiri: & hoc etiam merito meruit beata Virgo concipere Christũ post angelicam salutationem: tunc enim spiritus super eam copiosissimè descendit. Tertium dicitur meritum condigni, quo quis tanta charitate meretur tantam gratiam: & hoc merito non potuit Virgo mereri concipere filium Dei: hoc enim excedit omne meritum, & est supra statum, qui competit creaturæ: & hoc quia virgo Maria fuit mater Dei, fuit ex liberalitate Dei. Ex dictis patet solutio argumentorum tam ad partem negatiuam, quàm affirmatiuam.

In festo assumptionis virginis Mariæ, Ecclesiastici xxiiij. cap.

IN[a] omnibus requiem quęsiui [b] & in hæreditate domini morabor: [c] tunc [d] præcepit, [e] & dixit mihi creator omnium, [f] & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: [g] & dixit mihi, [h] In Iacob inhabita, & in

Qui creauit. Sancta & immẽsa

Israel hæreditare, & electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam: & inhabitatione sancta coram ipso ministraui. [i] Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui. [m] & in Ierusalem potestas mea. [n] Et radicaui [o] in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, [p] & in plenitudine sanctorum detentio mea. [q] Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. [r] Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho. [s] Quasi oliua speciosa in campis, [t] & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. [v] Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: [x] quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

Trinitas die qualibet sine sui passione agit. Et res visibiles ac animas cũ natura creat. Pater creat p omnipotẽtiã. Filius per sapientiam. Spiritussãctus per bonitatem: vnde virgo Maria per ecclesiasticum dicit, Qui creauit me, s. Deus Pater potentem Spiritussãctus bonũ, & filius sapientem q requieuit in tabernaculo meo, in vtero virginali, dicit mihi In Israel hæreditare: vnde in sũma laude virginis dicit Pro. xxi. capit. Multæ filiæ congregauerunt diuitias tu supgressa es vniuersas.

POSTILLA.

IN omnibus requiem quæsiui: & in hæreditate domini morabor, &c. Hodie beata Virgo cælos ascẽdens requiem quam quæsiuit inuenit. Hodie super omnes angelorum choros fideliter exaltata pacẽ, & requiem quæsiuit, & quod quæsiuit inuenit: ergo dicit. a[In omnibus requiem quæsiui.] ac si dicat, Inter omnia & omni desyderio, & opere quæsiui requiem & pacẽ. s. tẽporis, & pectoris, & æternitatis. Et datum est mihi quod b[In hæreditate Domini morabor.] vbi summa pax est & requies. Et quia mentis desyderio hæc quæsiui. c[Tunc.] tempore à Deo Patre præfinito ipse pater omnipotẽs. d[Pręcepit] Gabrieli, & per Gabrielem. e[Dixit mihi creator omnium.] salutationem angelicam. Cuius effectus subditur, f[Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.] Creator huius Virginis Deus est: qui requieuit in vtero eius nouem mensibus, & sex diebus: in quo vtero sicut miles in tabernaculo armaturam nostræ humanitatis accepit: cõtra diabolum pugnaturus. g[Et dixit mihi.] id est, verbo spirituali impressit mihi duplicem actiuæ, scilicet & contemplatiuæ vitæ conseruationem: quod apparet, cum dicitur. h[In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare: & in electis meis mitte radices.] ac si diceret, Vtriusq; vitæ exemplum electis meis & prædestinatis meis tribuo: exẽplum enim cõparatur radici: nam sicut ex radice procedit virga, & de virga fructus: sic de exẽplo concipitur affectio, & ex affectione procedit opus. i[Et sic in Sion fir.

sum.] i.in vita speculatiua. k [Et in ciuitate sanctifi.]i in vita actiua. l [Similiter requie.] pace pectoris. m [Et in Ie.pote.mea.] i.in visione pacis. Notãdum quòd hîc per ciuitatem intelligitur vita actiua: quæ in communi hominum habitatione geritur: per Sion & Ierusalẽ contemplatiua demonstratur. n [Et radicaui] i.radices misi. o [In populo honori.& in par. Dei mei hæred.illius]i.per fructũ de radicibus istis procedentem erit hæreditas illius populi. p [Et in ple.San.deten.mea.] i.mora & perseuerantia mea erit in plenitudine Sanctorum. q [Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion] in Libano qui interpretatur candor, significatur candor virginitatis. Libanus etiã est arbor thuris: de qua procedit thus quod crematur in sacrificio in suauitatem odoris, & talis arbor beata virgo est: cuius filius quasi thus in igne passionis crematus est: in huius hostiæ fragrantia delectatus est Deus omnipotens. Item cedrus odore serpentes fugat: bene ergo cõuenit matri Christi, quia odore nominis sui dæmones expellit. Cypressus est arbor in medendis apta corporibus. Sion interpretatur speculum: speculum bonum reddit imaginem suã, deformatus enim erat homo per peccatum, sed per beatam Virginem quæ fons est gratiæ redditur imago homini, quam ipsa impetrat peccatori à Filio suo Iesu Christo, r [Quasi palma exal.sum in Ca.& quasi plantatio rosæ in Ieri.]Palma in folijs angusta dilatando ascendit ad superiora. Cades interpretatur translatio. Vnde beatæ Virginis trãslatio est eius assumptio: sicut hodierna die exaltata est sicut palma: sicut Salomon dicit Cantic.vj. Quæ est ista quæ procedit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol: hæc enim in vtero sanctificata in natiuitate sua claruit vt aurora, in conceptione Filij per gratiã confirmata claruit vt luna, hodie assumpta in cælum clarescit vt sol. Iericho interpretatur luna: & in rosa signatur martyrium. Rosa igitur in luna est martyrium mẽtis in carne lucida. Vnde Simeon senex dixit ad beatam Virginem, Tuam ipsius animam pertransibit gladius doloris: passa est igitur beata Virgo martyrium in anima. s [Quasi oliua spe.in cãpis.] i.fons misericordiæ illis peccatoribus qui ambulabant in campo, i.in lata via quæ ducit ad vitam. t [Et quasi pla.exal.sum iuxta aquas in pla.]platanus latis folijs vmbram faciens refrigerat exterius & interius, homo autem æstuat dupliciter, exterius in tribulationibus, interius in tẽtationibus. Vt ergo in Virgine plenè ostendatur refrigeriũ, dicitur platanus iuxta aquas in plateis: quia contra æstum interioris tentationis incentiuæ præstat remedium. v [Sicut cyna.& bal aro.&c]Cynamomum quanto gracilius, tanto melius & odorãtius: sic beata Virgo gracilis & extenuata per abstinentiã & acceptior Deo & mundo odoratione fuit. Similiter in balsamo designatur opinio sanctitatis. x [Quasi myr.ele.dedi sua.odo.] Illa myrrha est electa quæ manat ab arbore misericordiæ vulnerata: illa autẽ misericordia est speciosa, quæ de arboribus & vulnere manat: per myrrhã significatur amara mortificatio, quæ si ex anima peccatoris vulnerata manat, vulnere peccati Deo oblata fuerit, gratior erit minus est pretiosa: si autẽ absque Deo, & odore suauior.

Maria dicitur Cedrus, libanus & cypressus, & ciuitas.

QVAESTIO XX.

SVper verbis epist.in festo assum.Virgi.Mariæ, quæ habentur Eccles.xxiiij.s. In populo honorificato. oritur quæst. Vtrum virgo Maria sit adoranda adoratione latriæ? Arguitur quòd sic, ait Dama.de Imaginibus, Honor qui est ad matrẽ, ad Deum reducitur qui ex ea est incarnatus: igitur. In oppositũ: virgo Maria est creatura purè rationalis. igitur. Ad argumentum dicitur quòd honor referri potest ad aliquem dupliciter: vno modo tanquam ad obiectum, alio modo quantum ad finem: honor ergo qui matri exhibetur, refertur ad Christum tanquã ad finem: honor verò quo adoramus refertur ad Christum tanquam ad obiectum. Ad quæstionem respondendum est secundùm Bonauẽ. iij. Sent.dist.ix. cùm virgo Maria sit pura creatura ad cultum latriæ non ascendit: quia talis cultus soli Deo debetur: sed propter eius dignitatem adoratur adoratione hyperduliæ.

In natiuitate beatæ virginis Mariæ, Epistola, Prouerb.viij.

Dominus possedit me ab initio, &c.

Require suprà in festo Conceptionis.

In exaltatione sanctæ crucis Epistola Philippen.ij.

Hoc enim sentite in vobis.

Illam epistolam quære antè, in dominica palmarum.

In vigilia sancti Matthæi Apostoli, & Euang Prouerb.iij.

Beatus homo qui inuenit, &c.

Require infrà in communi vnius Martyris.

In festo eiusdem, Lectio Ezec.Proph.j.

Similitudo vultus quatuor, &c.

Require infrà in communi Euãgelistarum.

In festo sancti Michaelis & omnium angelorum, Lectio Apoc.j.

IN diebus illis, significauit Deus quæ oportet fieri citò: [b] loquens per angelum suũ seruo suo Ioanni, [c] qui

testimoniũ perhibuit verbo Dei: [d] & testimonium Iesu Christi, [e] quæcunque vidit. [f] Beatus qui legit, [g] & qui audit, [h] verba prophetiæ huius, & seruat ea [i] quæ in ea scripta sunt. [k] Tempus enim propè est. [l] Ioannes septẽ ecclesiis quę sunt in Asia, [m] gratia vobis [n] & pax [o] ab eo [p] qui est, [q] & qui erat, [r] & qui venturus est: [s] & à septem spiritibus [t] qui in conspectu throni eius sunt, [v] & Iesu Christo, qui est testis, fidelis [x] primogenitus mortuorum, [y] & princeps regum terræ. [z] Qui dilexit nos, [a] & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Tempus enim propè est. Citò sedebit Xp̃s cum duodecim & faciet vniuersale iudiciũ, & nemo nouit quãdo hæc erunt nisi Pater qui posuit tẽpora & momẽta in sua potestate: tñ dicitur quòd veniet media nocte, i. cũ valde obscurum fuerit. ad Thessa. v. Dies enim Dñi, sicut fur ĩ nocte ita veniet.

POSTILLA.

IN diebus illis, significauit Deus quę oportet fieri, &c. Ante initium huius epistolæ scribit S. Ioannes in principio illius lib. dicens, Apo. Iesu Christi: quã dedit illi Deus pater palam facere suis: quæ oportet fieri citò. Tunc statim sequitur præsens epistola. a [In diebus illis, significauit Deus quæ oportet fieri citò.] Ex quo hodie peragitur festum omnium angelorum: tunc in illa lectione quæ hodie in Missa pro epistola legitur, ostẽditur qualiter dominus ministerio angelorum sua reuelat mysteria & secreta. Et qualiter ad beatum Ioannẽ euangelistam (quẽ Christus specialiter dilexit) per angelum reuelatio peruenit. Dixit itaque beatus Ioãnes, Significauit Deus quę oportet fieri citò, i. ea quę suæ ecclesiæ futura erant, s. aduersa. b [Loquẽs per angelũ suũ seruo suo Ioanni.] Angelus enim apparebat in similitudine hominis loquẽs Ioãni. c [Qui testi. perhi. verbo Dei.] In principio sui Euangelij, cùm dicit, In principio erat Verbum. d [Et testimonium Iesu Christi] i. de Iesu Christo, cùm dicit, Et Verbum caro factum est: & habitauit in nobis. e [Quæcũque vidit] oculis corporalibus in eius conuersatione, miraculorum operatione, morte, & resurrectione: sicut patet in euãgelio quod ipse Ioannes scripsit. f [Beatus qui legit.] sibi vel aliis. g [Et qui audit.] aure mentis. h [Verba prophetiæ huius: & seruat ea.] s. in opere. i [Quæ in ea scripta sunt] non enim auditores, sed factores legis iustificantur apud Deum. k [Tẽpus enim propè est.] Lyra, i. citò transiens. q. d. Labor patientiæ breuis est, præmium beatitudinis æternũ: ideo aduersa non debent nos frãgere, nec prospera eleuare. l [Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia] sibi specialiter cõmissis: & ab ipso specialiter dilectis. m [Gratia vobis] i. in præsenti vita. n [Et pax] in futuro. Nam ibi quietabitur totaliter appetitus humanus. o [Ab eo] s. Christo. p [Qui est] essentialiter coæternus Deo Patri. q [Et qui erat] s. cum Deo Patre in creatione mundi. r [Et qui ven. est] s. in gloria Patris in die iudicij. s [Et à septẽ spiritibus] Ly. i. vniuersitate angelorum qui sunt ministri nostræ salutis. t [Qui in conspectu throni eius sunt] parati exequi eius voluntatẽ. v [Et à Iesu Christo qui est testis fidelis] paternæ gloriæ & maiestatis. x [Primogenitus mortuorum] i. primus inter resurgentes à mortuis: licet enim ante ipsum Lazarus & plures alij fuerunt à morte resuscitati, hoc tamẽ fuit ad vitam mortalem: quia post resurrectionẽ ecõuerso mortui sunt: sed Christus resurrexit ad vitam immortalem, quia mors illi vltra non dominabitur. Rom. vj. y [Et princeps regum terræ] propter quòd dixit post suã resurrectionem, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: vt patet Matth. vltimo. a [Qui dilexit nos] scilicet sola dilectione sua, & non meritis nostris. a [Et lauit nos à peccatis nostris.] Lyra, originalibus & actualibus. b [In sanguine suo] quia sacramentum baptismi, & etiam sacramentum pœnitentiæ quibus deletur originale, & etiam actuale peccatum: efficaciam habẽt à passione Christi.

QVAESTIO XXI.

SVper verbis Epistolæ Michaelis & omniũ angelorum quæ habentur Apoc. j. s. Beatus qui legit, &c. oritur quæstio de prophetia: vtrũ prophetia fit à Deo mediãtibus angelis? Arguitur quòd non: prophetia est diuina reuelatio: si autem fieret ab angelis diceretur angelica reuelatio: ergo nõ fit per angelos. In oppositum, ait Dion. iiij. c. de cælesti hierarchia, Diuinas visiones gloriosi patres nostri adepti sunt per medias cælestes virtutes, id est prophetiæ per angelos. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd operatio instrumenti attribuitur principali agenti: in cuius virtute instrumẽtum agit: quia minister est sicut instrumentum: idcirco prophetica reuelatio, quæ fit ministerio angelorũ, dicitur esse diuina. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. quæst. clxxij. art. primo per vnam conclusionem, quæ talis est, Cum prophetica agnitio fiat per illuminationem & reuelationem diuinam, & angeli sunt medij inter Deum & homines: illuminationes & reuelationes diuinæ à Deo ad homines per angelos deferuntur.

In festo sanctorum Apostolorum Simonis & Iudæ.

Scimus quoniam diligentibus Deum.

Istam epistolam quære infrà in communi sanctorum Apostolorum.

In vigilia omnium Sanctorum, Lectio lib. Apoc. v. capitulo.

Ecce ego Ioannes vidi [a] in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum [b] agnum stantê tanquam occisum, [c] habentem cornua septem, & oculos septê: qui sunt septem spiritus Dei missi [d] in omnê terrâ: [e] & venit & accepit librum de dextera sedentis in throno. [f] Et cùm aperuisset librû, [g] quatuor animalia [h] & vigintiquatuor seniores [i] ceciderunt coram agno, [k] habentes singuli citharas & phialas aureas, [l] plenas odoramentorum quæ sunt orationes Sanctorum. [m] Et cantabât canticum nouum dicêtes, [n] Dignus es Domine accipere librum & soluere signacula eius, [o] quoniâ occisus es: & redemisti nos Deo in sanguine tuo. [p] Ex omni tribu, & lingua & populo, & natione, [q] Et fecisti nos Deo nostro regnum, [r] & sacerdotes: [s] & regnabimus super terram. [t] Et vidi & audiui vocem angelorum multorû in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animaliû: [v] & erat numerus eorû millia milliû voce magna dicentium, [x] Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, sapientiâ & fortitudinem, & honorê, & gloriam, & benedictionem in secula seculorum. [y] Et omnem creaturâ quę in cælo est: [z] & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes, Sedenti in throno & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen.

Agnum stantem. Agnus iste Xpi est saluator cui in maiestate & gloria astât angeli, apostoli & martyres & confessores & virgines & innocêtes: hora qualibet & momêto, si dicere fas est dicentes, Sâctus sâctus, benedictio & honor & gloria, & potestas, & bene potestas, nâ saluatori omnis potestas in cęlo & in terra data est eo dicente in Euangelio, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, & Mat. xi. Omnia mihi tradita sût à Patre meo.

POSTILLA.

Ecce ego Ioannes vidi, s. visione miraculosa. a [In medio throni] i. in medio diuinæ sedis. b [Agnum stantem, &c.] i. Christum in medio ecclesiarum per totum orbem in nomine eius constitutarum: sicut ipse dixit Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: qui sicut dictus est leo ratione resurrectionis, ita dicitur agnus ratione immolationis, propter quod etiâ dicitur Stâs, quia resurrexit ad vitâ immortalem. Rom. vj. Christus resurgens à mortuis, iam nô moritur. Et tanquam occisus, quia quotidie in ecclesia immolatur non secundùm carnem, quia resurrexit ad vitâ immortalem: sed secundùm effectum & repræsentationem, quia per orationê eucharistiæ communicatur nobis effectus suæ passionis. Ipsa etiam est similitudo repręsentatiua ipsius secúdùm quod dicitur Lu. xxij. Hoc facite in meam cômemorationem. Illud enim quod repræsentat aliquid, nominatur nomine ipsius, sicut imago Petri, nominatur Petrus: & eadem ratione eucharistia agnus immolatus. Et ad hoc designandum non dicitur hîc agnus occisus simpliciter, sed tanquâ occisus. c [Habentem cornua] i. potestates septem. Et idê designatur per septem spiritus. Quia septê dona Sanctispiritus, sunt quasi septê cornua siue potestates ad reprimendum inimici potestatem. d [Missi in omnem terram.] Quia Christus paratus est dare bona spiritus sancti omni homini ad ea se debitè disponenti. e [Et venit & accepit librum, &c.] Non est per hoc intelligêdum, quod Christus tunc accepit notitiâ de processu ecclesiæ. Nâ anima Christi ab instâti suæ creationis diuinitati coniuncta, habuit notitiâ omnium quæ Deus cognouit: scientia visionis. inter quæ est processus ecclesiæ. Et ideo per hoc quòd Ioannes vidit accipere eum librum: designatur acceptio notitiæ à principio creationis animæ Christi, sed de nouo Ioanni reuelandæ, & per eum vniuersali ecclesiæ. f [Et cùm aperuisset, &c.] Hîc consequenter describitur assistentium Christo iucunditas Et primò, sibi assistentium in ecclesia militâte, & deinde triumphante. Et cum aperuisset librum, s. ad reuelanû dû ecclesiæ processum. g [Quatuor animalia] i. quatuor ecclesiæ patriarchales. h [Et viginti quatuor seniores] i. vniuersæ cathedrales ecclesiæ per orbê diffusæ: per hoc intelliguntur aliæ ab eis constitutæ. i [Ceciderunt coram agno.] Nam ex hoc habuerunt materiam venerandi ipsum. k [Habêtes singuli cytharas, & phialas aureas plenas adoramêtorum] quod exponitur cùm subditur, l [Quæ sunt orationes Sanctorum] metaphoricè: & per hoc, & similia, aperitur aliquo modo via ad exponendum sequêtia. m [Et cantabant canticum nouum] i. pertinens ad nouum Testamentum: n [Dignus es domine accipere librum, & soluere signacula eius.] Et est sententia patens ex supradictis. o [Quoniam occisus es] Nam meritum pręcedit illud, quod cadit sub merito, propter quod acceptio notitiæ processus ecclesiæ, quæ præcessit mortem Christi: non cecidit sub merito ipsius, sicut nec gloria animæ Christi: sed gloria corporis, quæ secuta est, sub merito bene cecidit, meruit enim sui corporis glorificationê & exaltationê: & eodê modo potest dici de reuelatiôe dicti processus facta Ioâni, & per eû vniuersali eccle

De anima Xpi quæ habuit sciêtiâ æqualem Deo, secundum omnes Doctores, nô inquâtum pura creatura, quia ait magis. Sen. in iii. In nullo creatura æquatur creatori, sed inquâtûm diuinitas vniebatur ipsi animæ.

De merito Christi & quid meruerit.

siæ, ad declarationem bonitatis & maiestatis Christi. Nam hæc reuelatio facta est post passionem. p [Ex omni tribu & lingua & populo, & natione.] Nam ecclesia Christianorum est ex omnibus gentibus collecta. q [Et fecisti nos Deo nostro regnum.] i. regni eius participes. r [Et sacerdotes.] Hostias & laudes Deo offerentes. s [Et regnabimus super terram.] non dicitur terra vbi sancti conculcantur: sed super terram, i. in cælo vbi sancti cum Christo dominantur. t [Et vidi & audiui vocem angelorum, &c.] Hic consequenter ponitur iucunditas assistentium Christo in ecclesia triumphante, cùm dicitur, Et vidi & audiui vocem angelorum in circuitu, &c. In hoc notatur ipsorum multitudo maxima, secundùm illud Iob xxv. Nunquid est numerus militum eius: & idem signatur in hoc quod subditur, v [Et erat numerus eorum millia millium.] Sicut enim corpora cælestia totam regionem elementariam excedunt quasi incomparabiliter in quantitate continua, sic angeli omnia corporalia in quantitate discreta: accipiendo quantitatem discretam pro qualibet multitudine numerabili vel numerata. x [Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sa. &c.] Omnia ista habuit vel saltem plura ante passionem: quod dico propter gloriam corporis, & huiusmodi quæ secuta sunt. Et ideo acceptio talium hic accipitur pro manifestatione eorum ad laudem & honorem nominis Christi. Et consequenter ponitur laus Christi in omnibus creaturis, cùm dicitur, y [Et omnem creaturam quæ in cælo est.] quantum ad humanam creaturam quæ iam est in Patria z [Et super terram.] quantum ad existentes adhuc in Via. a [Et sub terra & quæ sunt in mari & quæ in eo: omnes audiui, &c.] Nam omnes creaturæ & irrationabiles, & vita carentes dicuntur laudare Christum inquantum sunt materia, & occasio laudandi ipsum: quia intellectuales creaturę per eas ascendunt ad cognoscendum Deum, & per consequens ad ipsum laudandum, & glorificandum. Cætera omnia patent.

QVAESTIO XXII.

SVper verbis epistolæ in vigilia omnium Sanctorum, quæ habentur Apoc. v. s. Vidi in medio throni oritur q. de beatis existentibus in throno paradisi, Vtrum electorum beatitudo sit maior post iudicium quàm antè. Arguitur quòd non, Intellectus intelligendo, organo corporali non indiget: ergo per corporis resumptionem Deum clarius non cognoscet: & sic non erit beatior. In oppositum: perfectior est virtus in toto quam in omnibus suis partibus separatis: sed anima post carnis resurrectionē habebit virtutem in toto, quam prius non habebat: ergo erit perfectioris virtutis, & sic Deū perfectius videbit. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd anima per corporis resumptionem videbit Deum clarius: non quia per organum operetur: sed quia per corporis resumptionem perfectiorem essendi modum habebit. Ad quæstionem respondendum est, secundùm Ricard. de med. Villa super iiij. Sent. dist. xlix. art. j. q. vij per vnam conclusionem, quæ talis est, Beatitudo hominū electorū maior erit post iudicium, quàm antè extensiuè: quia non habent modo nisi beatitudinē animæ: tunc autem erūt beati & in anima & in corpore: patet etiā, quia nunc gaudent de bono proprio, tunc gaudebūt de bono proprio, & de bono corporis sui.

In festo omnium Sanctorum, Apocal. vij. Epistola.

ECce[a] ego Ioannes vidi alterū[t] angelum[b] ascendentem ab ortu Solis,[c] habentem signum Dei viui:[d] & clamauit[e] voce magna[f] quatuor angelis,[g] quibus datum est[h] nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ[i] & mari,[k] neque arboribus:[l] quoadusque signemus[m] seruos Dei nostri[n] in frontibus eorum.[o] Et audiui[p] numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephtalim, duodec. millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulō, duodecim millia signati. Ex tribu Ioph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati.[q] Post hęc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus[r] & tribubus,[s] & populis,[t] & linguis,[v] stantes ante thronum[x] in conspectu agni,[y] amicti stolis albis:[z] & palmę[a] in manibus eorum.[b] Et clamabāt voce magna, dicētes,[c] Salus Deo nostro,[d] qui sedet super throno[e] & agno. Et[f] oēs angeli stabant[g] in circuitu throni, &

Alterum angelum. Alter angelus Christus saluator appellatur. Non q. sit angelus natura i. spiritus angelicus, sed quia quasi alter angelus angeli officium gerit. Ideo alter angelus dicitur, q. ad officium missus sit & alter q. natura angelus non sit: quasi dicat, Alter, i. alteram ab angelo habēs naturam, scilicet diuinā & humanā assumptā. vt vult magister Sent. lib. iiii. dis. iiii.

seniorum, & quatuor animalium. [h] Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deũ, dicentes, [i] Amen. [k] Benedictio, [l] & claritas, [m] & sapientia, [n] & gratiarũ actio, [o] honor, [p] virtus, [q] & fortitudo [r] Deo nostro in secula seculorum, Amen.

POSTILLA.

Ecce ego Ioannes vidi alterum angelum, &c. Lectio ista legitur in festo omnium Sanctorum, pro eo quòd in ipsa agitur de numerositate sanctorum & etiam de gratiarum actione: quam Sancti reddunt Domino, qui est sanctus sanctorum. Dicit ergo S. Ioannes, a [Ecce ego Ioannes vidi alterũ angelum] s. Iesum Christum quem dicit angelum tanquã à Deo Patre missum. b [Ascendentem ab ortu Solis] i. de sinu Patris. c [Habẽtem signum Dei viui.] Per hoc apparet quòd ipse sit Deus verus. Hoc autem signum est potentia Patris æqualis & immunitas peccati. d [Et clamauit] scilicet angelus. e [Voce magna] id est cum magno imperio. f [Quatuor angelis] id est vniuersis malignis spiritibus, qui per quatuor partes impedire nituntur salutem hominum. g [Quibus datũ est] i. permissum est. h [Nocere ter. & ma. dicens, Nolite noce. terræ] i. illis qui terrenis sunt dediti, sicut auari. i [Et mari] i. illis qui in voluptatibus carnis viuũt, sicut luxuriosi, & crapulosi. k [Neque arbor] i. illis qui se extollunt super alios, sicut superbi: hæc enim probibitio est refrænatio, qua Dominus malignos spiritus refrænat, ne noceant quantùm cupiunt iustis, vel peccatoribus prædestinatis ad vitam æternam. l [Quoadusque sig.] ego interius, & ministri mei exterius. m [Ser. Dei nostri] s. signo crucis. n [In fron.] i. ita eos signemus signo fidei, quod ipsa fides in confessione manifestè appareat: & ponitur ibi Quoadusque, pro Nunquam: quia nunquã nocebunt maligni spiritus electis Dei: quibus omnia cooperantur in bonum. Ro. viij. Qui si cadunt fortiores resurgunt: vnde Amb. Certus sum quòd nullum electorum suorum cadere permitteret, si eum meliorem casu suo resurrecturum non sensisset. o [Et ego Ioan. audi.] i. intellexi. p [Numerum signa. centum quadra. qua. mi. si. ex omni tribu filiorũ Israel.] i. ex omnibus gentibus fidem Iacob imitantibus. hunc autem numerum per xij. sequens scriptura diuidit: & vnicuique tribui assignat xij. millia. Item attendendum est quòd hic Iudas præponitur Rubẽ primogenito propter dignitatem: quia de tribu Iuda natus est Christus. Et hic prætermittitur Dan de quo nascetur Antichristus. Et loco istius ponitur hic Manasses, qui fuit filius Ioseph: quem fratres sui vendiderũt, & ductus fuit in Ægyptum, & ibi genuit duos filios Ephraim & Manassen. Et Ephraim hic nõ ponitur: quod ideo fit, quia de Ephraim natus est Roboam qui fecit schisma & diuisionem in Isräel: per quod ostenditur quòd schismatici & hæretici à numero Sanctorum sunt penitùs alieni. q [Post hæc vi. turb. ma. quam dinu. nemo poterat ex omnibus gen.] s. barbaris nationibus. r [Et tribubus] vnius gentis s. filiorũ Israel. s [Et populis] singularum vrbiũ. t [Et linguis] quæ in vna gente quãdoque diuersæ sunt, & erant. v [Stãtes ante thro.] quasi parati sunt obedire Deo. x [In conspe. agni.] i. vt conspicerẽtur ab agno. i. Iesu Christo. y [Amicti sto. al.] i. dealbari per baptismum & pœnitentiam in hac vita præsenti. z [Et pal.] i. gloria triumphalis. a [In ma. eorũ] i. operibus eorum: quod ad statum futurũ pertinet. b [Et clamabãt vo. ma.] reddentes pro salute sua Domino gratiarum actiones. c [Dicentes, Salus Deo nostro] s. Deo Patri. d [Qui se. super thro.] i. super sanctos in quib' iudicat & ascribitur. e [Et agno.] i. filio Dei. f [Et omnes an. sta.] tanquam Deo obedire parati. g [In cir. thro. & se. & qua. ani.] i. episcoporũ, & patriarcharũ iam in cælo regnantiũ. h [Et ceci. in conspe. thro. in fa. su. & ado. Deum] s. humiliantes se coram Deo, dicentes, i [Amen] istud amen est confirmatio huius laudis. k [Benedictio] i. laus. l [Et cla.] i. impassibilitas. m [Et sapiẽtia] quę nouit omnia. n [Et gra. ac.] pro collatis beneficiis. o [Honor] i. reuerentia. p [Et virtus] id est, potẽtia operandi. q [Et fort.] i. effectus virtutis supernæ potẽtiæ. r [Deo nostro in secula seculorum, Amen.]

QVAESTIO XXIII.

Super verbis epist. in festo omniũ Sanctorũ: quæ habentur Apoc. vij. s. Ecce ego, &c. oritur quęstio de beatitudine, Vtrum gaudium sit de beatitudinis essentia. Arguitur quòd sic: perfectio beatitudinis, maximè est de beatitudinis essentia: sed gaudium Beatorũ est perfectio beatitudinis, igitur. In oppositũ: beatitudo consistit in clara Dei visione & perfecta eius fruitione, sed gaudiũ non est illa visio, nec illa fruitio: sed ex ipsis causatur, ergo gaudium nõ est de beatitudinis essentia. Ad argumentum dicitur, quòd Maior est vera de perfectione essentiali & non accidentali, cuiusmodi est gaudiũ. Ad quæst. respondendum est secundùm Ricar. vbi suprà, art. iij. q. vj. per vnam conclusionem quę talis est, quòd gaudium Beatorum, sit beatitudinis essentiæ quoddam accidentale complementum, ab ipsa beatitudine inseparabile per quamcunque virtutem creatã: non est igitur de beatitudinis essentia, quia beatitudinis essentia consistit in perfecta cõiunctione creaturæ rationabilis cum Deo: gaudium autem Beatorum non est de ratione huius cõiunctionis, cum non sit visio & fruitio, sed est aliquid creatum ex istis: vnde est per se effectus beatitudinis, de necessitate consequens ad ipsam: & istius opinionis est Scotus in iij. dist. xlix.

In festo sancti Martini episcopi episto.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus, &c.

Hanc epistolam quære infrà in communi sanctorum Confessorum.

Item de sancta Elizabeth Epistola.

Mulierẽ fortem quis inueniet, &c.

Hanc epistolam quære in festo Mariæ Magdalenæ.

In festo sanctæ Catharinæ virginis & martyris Epistola.

Qui gloriatur, in Domino, &c.

Hanc epistolam quære infrà in communi Virginum.

POSTILLA SVPER EPIstolas de communi Sanctorum: & primò de Apostolis, Ro. viij. c.

FRatres, scimus quoniam diligẽtibus Deum, b omnia cooperantur in bonũ: c his qui secundùm propositũ d vocati sunt sancti. e Nam quos præsciuit f & † prædestinauit g conformes fieri imaginis Filij sui: h vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. i Quos autẽ prędestinauit, k hos & vocauit. l Et quos vocauit hos & iustificauit. m Quos autem iustificauit, illos n & magnificauit. o Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis? p quis contra nos? q qui etiã proprio Filio suo r nõ pepercit, sed pro nobis s omnibus tradidit illũ. t Quomodo non etiã cum illo v omnia nobis donauit? x Quis accusauit aduersus electos Dei? a Deus qui iustificat, b quis est qui condemnet? c Christus Iesus qui mortuus est: d imò qui & resurrexit, e qui est ad dexterã Dei f qui etiã interpellat pro nobis? g Quis ergo nos separabit à charitate Christi? h Tribulatio? ãn angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? i Sicut scriptum est, k Quia propter te mortificamur tota die: æstimati l sumus sicut oues occisionis. m Sed in his omnib9. n superamus, o propter eum, p qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neque mors, q neque vita, r neque angeli, s neque principatus, t neque virtutes, v neque instãtia, x neque futura, y neque fortitudo, z neq; altitudo, a neque profundũ b neque creatura alia c poterit nos separare à charitate Dei: d quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Quos præsciuit Dominus Deus in sua mirabili præscientia numerum saluandorum, i. prædestinatorum & præscitorum, i. damnandorum præsciuit: non quod aliquis in hac vita secundum liberũ arbitriũ sit in se electus quod damnari nõ possit: vel scitus quod saluari non possit. Sed Dominus Deus in se præsciens ita fieri nõ uult: eius præscientia nõ fallitur. vt vult magister lib. i. distinct. xxxv.

POSTILLA.

FRatres, scimus quoniã diligentibus Deũ, &c. Ante initium huius Epist. scribit S. Paulus in eo. c. dicẽs, Non sunt condignæ passiones huius temporis: ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Tunc sequitur præsens epistola. a [Fratres, Scimus quoniam diligẽtibus Deũ.] Gor. i. charitatẽ Dei, & proximi habẽtibus. b [Omnia cooperantur in bo.] s. per Spiritumsanctũ, tam prospera quam aduersa. Econtrario malis omnia cooperantur in malum. c [His qui secundũ propositum.] Ly. i. prædestinationẽ. d [Vocati sunt sancti] s. in præsenti per gratiam. Istis etiã peccata propria in bonũ proueniunt: quia fortiores & cautiores resurgunt. Et etiã in gloriã ad bonum eorum facit peccatorum memoria: sicut cicatrices vulnerum ad gloriã militis, qui in bello finaliter triumphauit. e [Nam quos præsci.] i. antequam essent cognouit. f [Et prædesti.] s. illis gratiam in præsenti, & gloriam in futuro præparauit. g [Cõformes fieri ima. filij sui] Ly. quia filiatio Dei adoptiua, est quædam similitudo filiationis naturalis diuinæ. h [Vt sit ipse primogenitus in mul. fra.] i. inter multos fratres, s. omnes fideles. vnde Heb. ij. c. Non confunditur fratres eos vocare: dicens, Narrabo nomen tuum fratribus meis. i [Quos autẽ præde.] Gor. id est, ab æterno ad gloriã elegit. k [Hos & voc.] ad fidem: & hoc vel exterius per prædicationem, vel interius per inspirationẽ. l [Et quos vo. hos & iusti.] peccatorum remissione, & bona operatione. m [Quos autem iustificauit] peccata remittẽdo. n [Illos magnificauit] in virtutibus amplificãdo: vel in gloria exaltando. o [Quid ergo dicemus ad hæc?, Si Deus pro nobis] s. nos adiuuãs. Si hic accipitur pro quia: quia Deus est pro electis. p [Quis contra nos?] q. d. Nullus: quia nullus potest resistere potestati diuinæ. q [Qui etiam proprio Filio suo] scilicet naturali. r [Non pepercit: sed pro nobis] s. peccatoribus. s [Omnibus tradidit illum] ex maxima dilectione ad electos. t [Quomodo non etiam cum illo] scilicet nobis donato. v [Omnia nobis donauit] scilicet ad salutem necessaria. s. gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. x [Quis accu. aduer. elec. Dei?] s. in iudicio finali. q. d. Nullus: & causa subditur, a [Deus qui iustificat] s. sententiando pro electis: ideo pars aduersa dæmonũ non audebit mutire. b [Quis est qui condemnet.] q. d.

Quare Xps mortuus est & resurrexit & sedet ad dexteram Patris.

nullus. c[Christus Iesus qui mortuus est.]Gor. pro nobis reconciliandis. d[Imò qui & resurrexit] pro nobis resuscitandis. e[Qui est ad dexte. Dei]pro nobis in cælum eleuãdis. f[Qui etiam interpellat pro nobis.]Ly. apud Patrem ostendendo latus & vulnera. Et sic tollitur omnis condemnationis causa. vnde Bern. mater ostendit filio pectus & vbera. Filius ostendit patri latus & vulnera. Nulla potest esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. g[Quis ergo nos sepa. à chari. Christi.] quasi dicat, Nullus. Nihil enim potest hominem à Deo separare, nisi peccatum mortale. h[Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?]Nunquid ergo separabunt nos ista à charitate Christi? non, quia charitas omnia suffert, omnia sustinet. j. Cor. xiij. i[Sicut scriptum est.]psal. xlij. k[Quia propter te mortifica. tota die.] id est, variis tormentis ducimur ad mortem quasi continuè, sicut patuit in Apostolis & martyribus. l[Æstimati sumus sicut oues occi.] Lyr. quarum occisio reputatur vilis. Sic tyranni bona martyrum capiebant, & cum hoc obsequium se præstare Deo reputabant: vt patet Ioan. xv. Veniet hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. m[Sed in his omnibus.] scilicet positi. n[Superamus.] id est, vincimus. o[Propter eum.] id est eius virtutem. p[Qui dile. nos. Certus sum enim, quia neque mors.] Ly. id est, timor mortis q[Neque vita.] id est, amor vitæ. r[Neque angeli.] scilicet infimi, s[Neque principatus.] scilicet medij, t[Neque virtutes.] i. supremi, scilicet primę hierarchiæ quorum est facere miracula, & per hos etiam intelliguntur alij superiores illis. v[Neque instantia.] i. præsentia mala vel bona. x[Neque futura.] mala vel bona. y[Neque fortitudo.] id est, alicuius violentia. z[Neque altitudo.] id est, prosperitas fortunæ. a[Neque profundum.] aduersitas. b[Neque creatura.] à prædictis. c[poterit nos separare à charitate Dei.] quia Deum diligimus. d[Quæ est in Christo Iesu domino nostro.] scilicet nobis ostensa quia maiorem charitatem nemo habet, &c. Ioan. xv.

Peccatum mortale separat hominem à Deo. Tho. ii.ii. quęst. xxiiii.

QVAESTIO XXIIII.

SVper verbis Epistolę de communi Apostolorum quæ habentur, ad Rom. viij. f. Quis nos separabit à charitate Christi, oritur quæstio de charitate, Vtrum charitas amittatur per vnum actum peccati mortalis? Arguitur quòd non: virtutis theologicæ obiectum est vltimus finis: sed virtutes aliæ theologicæ, scilicet spes & fides non exceduntur per vnum actum peccati mortalis, imò remanent informes: ergo etiam charitas. Igitur. In oppositum: per peccatum mortale fuit homo dignior morte æterna: sed quilibet habẽs charitatem habet meritum vitæ æternæ. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd non est simile de charitate & aliis virtutibus: quia omne peccatum contrariatur charitati: non autem fidei vel spei. Ad quęstionem respondendum est secũdum Tho. ij. ij. q. xxiiij. ar. xij. per vnam conclusionem quæ talis est, Cùm vnum contrarium per aliquod contrarium superueniens tollatur, & quilibet actus peccati mortalis secundum propriam rationem sit charitati contrarius: per vnum actum peccati mortalis charitas amittitur.

Alia Epistola de Apostol. Ephes. ij. cap.

FRatres, a iam non estis hospites & aduenę: b sed estis ciues sanctorum, c & domestici Dei, d superædificati e super fundamentum apostolorum, & prophetarum, f ipso summo angulari lapide Christo Iesu: g in quo omnis ædificatio constructa h crescit i in templum sanctum in Domino, k In quo & vos coædificamini l in habitaculum Dei in Spiritusancto.

Iam non estis hospites. Ante Christi aduentum omnes huius mundi hospites eramus & aduenæ: quia mundus nostra patria non est neque ciuitas nostra permanens: sed postquam Dominus saluator venit, domestici dei & filii facti sumus, nostrã ciuitatẽ permanentem in cælis habentes: vñ Apostolus Nõ habemus hic ciuitatem permanẽtem: sed futurã inquirimus: videlicet in cælis.

POSTILLA.

FRatres, iã nõ estis hospites & aduenæ, &c. Ante initium huius Epistolæ scribit Paulus in eodem cap. dicens, Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem qua dilexit nos cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. Postmodum sequitur præsens Epistola post pauca. a[Fratres, Iam non estis hospites & aduenæ.] Lyr. Deo & sanctis eius. b[Sed estis ciues Sanctorum] id est, de numero eorum c[Et domestici Dei.] scilicet in eius ecclesia recepti. d[Superædificati.] id est, instructi. e[Super fundamentum apostolorum, & prophetarum.] id est, super. doctrinam noui & veteris Testamenti. f[Ipso summo angulari lapi. Christo Iesu.] Ly. in ædificatione templi Salomonis, vt dicitur, fuit quidam lapis pluries reiectus ab ædificantibus eò quod non conueniebat loco cui applicabatur: finaliter optimè cedit in summitate ædificij in angulo duos parietes coniungendo. Et fuit figura Christi Iudæos & gentiles tanquam duos parietes in vnam ecclesiam cõiungentis. Vnde dicitur in Psal. cvij. Lapidẽ quem reprobauerũt ædificantes, hic fact' est in caput anguli, & à domino factũ est istud. Et istam figuram ponit hic Apostolus: vt dictum est. g[In quo omnis ædificatio cõstructa.] tam à Iudæis quam à gentilibus. h[Crescit.] scilicet per augmentum virtutum. i[In templum sanctum in domino.] id est, quousque sit templum Domini sanctum. k[In quo & vos coædificamini.] cum aliis fidelibus. l[In habitaculum Dei in Spiritusancto.] id est, ipso cooperante: sine quo nullum opus est acceptum Deo.

QVAESTIO XXV.

SVper verbis Epistolæ de communi Apostolorũ:quę habẽtur Eph.ij.scilicet,Et domestici Dei.oritur quęstio de ipsis Apostolis beatis,Vtrum beatorum Dei domesticorum sit aliquod præmium accidentale? Arguitur quòd non:accidẽtale præmium non dicitur accidentale:nisi quia sit accidẽs animæ:& sic visio Dei est accidentale præmium:ergo nullum potest dici præmium accidẽtale,nisi esset à Beatis separabile:sed nullum eorum gaudium aufertur ab eis.Igitur. In oppositum: accidens est quod aduenit rei post eius esse completum: sed multa gaudia habent beati, quæ si non haberent nihilominus beatitudo ipsorum esset completa,ergo in eis est accidentale præmiũ.Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricar.in iiij.Sen.distin.xlix.art.v.q.j. quòd in Beatis est præmium essentiale, quod est animæ beatitudo: consistens in clara Dei visione, & perfecta fruitione,& perfecta securitate de prędictæ visionis & fruitionis perpetuatione, & gaudio quod habẽt de Deo modis supradictis prçsens & præmium accidentale quod habent bonum creatum pro obiecto, quod accidẽtale dicitur: non quia sit accidens animæ,quia tunc beatitudo animæ dicitur etiam præmium accidentale:sed quia tale præmiũ non est de ratione beatitudinis animæ,eò quòd anima sine alio esset verè beata, quia sicut dicit August.v.lib.Confes. inter principium & medium ad Deum loquens de bonis creatis beatus qui te fecit, etsi illa nesciat:qui verò & te & illa nouit non propter illa beatior, sed propter te solùm beatus est. Ex iam dictis patet solutio ad argumẽtum in oppositum.

Qui timet Deũ faciet bona. Timor Domini initium sapientiæ, sapiẽtiam in cordib° & animis hominum efficit sine quo timore nullus bonum facit.Namq Dei timorem postponit à se sapiẽtiam reiicit. Et q timorem Domini suscipit, coronam sapientiæ sumit. vnde Eccle.i. c. Corona sapientię timor domini replens pacem, & salutis fructum.

Epistola de Euangelistis,Ecclesiastici xv.cap.

QVi [a] timet † Deũ [b] faciet bona, [c] & qui continens est iustitiæ [d] apprehendet illam: [e] & obuiabit illi [f] quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. [g] Cibabit illum pane vitæ & intellectus, [h] & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. [i] Et firmabitur in illo, [k] & non flectetur: [l] & continebit illum, [m] & non confundetur, [n] & exaltabit illum apud proximos suos. [o] Et in medio ecclesię aperiet os eius. [p] & adimplebit illum spiritu sapientiæ [q] & intellectus: [r] & stola gloriæ [s] vestiet illum. [t] Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum.

POSTILLA.

QVi timet Deum faciet bona: & qui continens, &c. Ante initium huius lectionis habetur in præcedenti cap. Beatus vir qui in sapientia morabitur:& qui in iustitia meditabitur,& in sensu cogitabit circunspectionem Dei. Tunc postmodum sequitur præsens lectio, a [Qui timet Deum.]Ly.scilicet timore filiali. b [Faciet bona] supple opera. c [Et qui continens est iustitiæ.] Lyra, id est tenens eam in corde simul & opere. d [Apprehẽdet illam]scilicet sapientiam diuinam. e [Et obuiabit illi]nam præoccupat eos qui se concupiscunt,vel illis prior se ostendit.Sapien.vj. f [Quasi mater honori.& quasi mulier à virginitate suscipiet illum.] Ly. omni honore digna. g [Cibabit illum pane vitæ] id est verbo sacræ Scripturæ. Vnde Matth. iiij.Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. h [Et aqua sapientiæ salutaris potabit illum] id est Spiritussancti: de qua dicitur Ioan.iiij. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei:fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. i [Et firmabitur in illo]Lyr.Deo firmiter adhærendo. k [Et nõ flectetur]à rectitudine iustitiæ. l [Et continebit illum] id est Deus continebit eum secũ per perseuerantiam in bono. m [Et non confundetur] cum reprobis,sed honorabitur cum electis:ideo sequitur, n [Et exaltabit illum apud proximos suos.]Lyra,id est apud Sanctos suos qui sunt Deo propinqui:& quia talis nõ solùm sibi proficit ad salutem,sed etiam aliis,ideo sequitur, o [Et in medio ecclesię aperiet os eius,]scilicet ad docendũ populum. p [Et adimplebit illum spiritu sapientiæ] ad degustãdum diuina. q [Et intellectus]ad proponendum ea lucidè in ecclesia: r [Et stola] scilicet corporis & animæ. s [Vestiet illum]id est quod sem per perseuerantibus in exemplari vita & salutari doctrina. t [Iucunditatem & exultationẽ thesaurizabit super illum]id est multiplicabit: & quoniam hæc gloria non est trãsitoria: ideo subditur,Et nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster.

QVAESTIO XXVI.

SVper verbis Epistolæ de communi Euangelistarum: quæ habentur Ecclesi.xv. scilicet, Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. oritur quæstio de sapiẽtia, Vtrum sapientia possit esse cũ peccato mortali? Arguitur quòd sic:sapientia importat cognitionem diuinorum: sed aliqui cum peccato mortali possunt habere cognitionem veritatis diuinæ.Igitur. In oppositum, Sapien.j. In maleuolam animam non intrabit sapientia, neq habitabit in corpore subdito peccatis. Ad argumentum dicitur, quòd illa ratio

ista ratio procedit de cognitione diuinorum: quæ habetur per studium & inquisitionem rationis, quæ potest haberi cum peccato mortali: non autem vera sapientia ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij.ij. quæst. xlv. artic. iiij. per vnam conclusionem quæ talis est, Cùm sapientia præsupponit charitatem, & charitas non possit esse cum peccato mortali: quia contraria sunt: sapientia cum peccato mortali esse non potest.

Alia Epistola de Euangelist. Ezech. j. capite.

Quatuor animaliū. Ista quatuor animalia sunt quatuor Euangelistæ, quæ secundùm eorum euangelizationes & proprietates quæ secundum diuinitatem in Xpo sunt de Christo Dño locuti sunt: & isti sunt q Xpi verbū euangelizant: quibus indubiè credendum est. Mar. i. Credite Euāgelio.

Similitudo [a] vultus quatuor † animalium, [b] facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies bouis à sinistris ipsorum quatuor. [c] Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. [d] Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. [e] Duæ pennæ singulorum iungebantur: [f] & duæ tegebant corpora eorum. [g] Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. [h] Vbi erat impetus spiritus, illic gradiebantur. [i] Nec reuertebantur cum ambularent. [k] Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. [l] Hęc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. [m] Et animalia ibant, & reuertebantur [n] in similitudinem fulguris coruscantis.

POSTILLA.

Similitudo vultus quatuor animaliū &c. Hic describitur quædam imaginaria visio ad designandum diuinæ præsidentiæ modum: cuius significationem Ezechiel intellexit, nam aliter non fuisset propheta. a [Similitudo vultus eorum facies hominis.] Ista facies primò ponitur: quia est facies animalis notabilioris, scilicet, rationalis. In eadem tamen linea facies leonis erat prima, hominis secunda, bouis tertia, & aquilæ quarta. b [Facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies bouis à sinistris ipsorum quatuor.] quia secundùm descriptionem Latinorum, facies hominis erat in latere opposito aspectui prophetæ: facies autem leonis in latere dextro illius animalis, & facies bouis in latere sinistro. c [Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.] quia secundùm descriptionem prædictam, facies aquilæ erat in parte superiori: quia tamen aquila habet collum longum, facies aquilæ eleuabatur supra alias tres. d [Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper] quia facies videbantur respicere superiora, & pennæ extensæ ad volandum similiter extendebantur versus superiora. e [Duæ pennæ singulorum iungebantur.] scilicet, in extremitatibus. f [Et duę tegebant corpora eorum.] Et istæ non erant extentæ ad volandum: sed demissæ inferius ad tangendum corpus. g [Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat.] id est, sine conuersione corporis. h [Vbi erat impetus spiritus.] scilicet, venti turbinis: de quo dicitur ante initium huius lectionis. i [Nec reuertebantur.] id est, corpora eorum non conuertebantur: cùm ambularent ad partes oppositas simul: sed successiuè. k [Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.] corpora animalium videbantur fulgentia sicut ignis, & lampades accensæ. l [Hæc erat visio discurrens in medio animalium, &c.] quia ignis & fulgur videbantur progredi ab eis. m [Et animalia ibant & reuertebantur, quia ad partes oppositas poterant ire: & hoc dicitur hic Reuerti; hoc tamen erat sine corporis conuersione, vt dictum est. n [In similitudinem fulguris coruscantis] quia incessus eorum videbatur valdè velox & terribilis. Vndę est notandum, quòd per istas prædictas quatuor facies, possunt intelligi quatuor regna tenentia monarchiam, scilicet, regnum Chaldæorum, regnum Persarum, regnum Græcorum, & regnum Romanorum. Per faciem leonis: quæ est prima secundùm descriptionem Hebræorum, intelligitur regnum Chaldęorum, seu Babyloniorum: vnde Ierem. iiij. Ascendit leo de cubili suo, &c. Per faciem hominis intelligitur regnum Persarum & Medorum: quod successit regno Chaldæorum, quia istud regnum humanius tractauit populum Iudæorum quàm alia: vt patet de Cyro rege. Per faciem bouis regnū Græcorum: nam illud regnum molestauit populum Iudæorum maximè tempore Antiochi illustris. Per faciem autem aquilæ intelligitur regnum Romanorum, vnde & aquila est signum siue vexillum Romani imperij Per sedentem in throno super firmamentum: intelligitur ipse Deus præsidens omni creaturæ cælesti & terrestri, ad cuius nutum omnia disponuntur. Sunt etiam multa particularia in hac visione contenta: quæ sanctis euangelistis seu euangelij prædicatoribus propriè coaptantur, prout Gregor. subtili indagine de qualibet particula tractat: vt cum dicitur de animalibus quòd facies & pennas per quatuor partes ha-

Quid quatuor facies designent.

bebant: iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: per hoc docet intelligendum, quòd omnis euangeliorum seu prædicatorum euangelij virtus sapientia qua cæteri homines contemplationis suæ volatu transcendunt vicissim sibi in pace atque vnanimitate coniunguntur. Et si aliquando diuersa inter se euangelistæ scripsisse videantur: nunquam tamen contraria dixisse reperiuntur. Intellectus igitur bonus omnibus facientibus ea.

QVAESTIO XXVII.

SVper verbis Epistolæ de communi Euangelistarum quæ habentur Ezech. j. scilicet, Facies hominis. oritur q. de homine, Vtrum facies hominis conuenienter primò ponatur in epis. ante facies aliorũ animalium? Arguitur quòd non: ista quatuor animalia in epistola posita repræsentant iiij. euangelistas, inter quos non est ordo anterioritatis atque posterioritatis in positione illorum: igitur non debet esse ordo in positione animalium ipsos euangelistas repræsentantium. In oppositum: propheta hanc epistolam scribens nihil inconuenienter posuit siue inordinatè. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd facies hominis non primò ponitur, vt denotet ordinem posterioritatis in Euangelistis: sed vt denotet dignitatem hominis, quia homo est dignior cæteris animalibus. Ad q. respondeo per vnam conclusionem, quòd facies hominis conuenienter primò ponitur in epistola ante facies aliorum animalium: ad denotãdum dignitatem ipsius hominis, qui est dignior omnibus creaturis corporeis: quod probo tripliciter. Primò, authoritate August. de libero Arbitrio, Omnis anima omni corpore est nobilior & melior. Secundò, probo ratione sic, Finis nobilior est his quæ sunt ad finem, vt ait Philosophus, sed anima est finis omnium corporum: vt ait Philosophus ij. de Anima. Igitur. Tertiò, probo exemplo, Multi sancti multas pœnas in corporibus passi sunt, vt animas saluarent: igitur.

Epist. de vno Martyre, Ecclesi. xxxj.

BEatus [a] vir [b] qui inuentus est sine macula: [c] & qui post aurum nõ abiit: [d] nec sperauit in pecuniæ thesauris. [e] Quis est hic & laudabimus eũ? [f] Fecit enim mirabilia in vita sua. [g] Qui probatus est in illo, [h] & perfectus inuentus est: [i] & erit illi gloria æterna. [k] Qui potuit transgredi, [l] & non est transgressus, & facere mala: & non fecit. [m] Ideo stabilita sunt bona illius in Domino: [n] & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.

Qui post aurum nõ abiit Maledictus homo q spẽ suã ponit in thesauris mundi, & in illis confidit, Deum cæli relinquẽs, & vanas mundi res quærens, quod Dominus prohibet dicens, Mat. vi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate vobis thesauros in cælo.

POSTILLA.

BEatus vir qui inuentus est sine macula, &c. Ante initium illius lectionis habetur, Qui aurum diligit, non iustificabitur. Tunc post hoc sequitur præsens lectio, a [Beatus vir.] scilicet, diues in acquisitione: scilicet, iusta. b [Qui inuentus est sine macula.] scilicet, cupiditatis & auaritię. c [Et qui post aurum non abiit] Lyr. Per concupiscentiam malam: sed magis aurum secutum est eum: cuius obsequio vsus est in operibus piis & honestis. d [Nec sperauit in pecuniæ thesauris.] ibi constituendo finem suum. e [Quis est hic & laudabimus eum.] quasi dicat, Rarus ęst & laude dignus. f [Fecit enim mirabilia in vita sua.] Illa enim quæ rara sunt homines mirantur. g [Qui probatus est in illo.] scilicet, auro. h [Et perfectus inuentus est.] in operibus liberalitatis & misericordiæ. i [Et erit illi gloria æterna.] vnde Matth. xxv. Venite benedicti Patris mei, &c. k [Qui potuit transgredi.] Nam diuitiæ dant oportunitatem faciendi mala. l [Et non est trãsgressus. & facere mala: & non fecit.] per stabilitatem voluntatis eius in bono. m [Ideo stabilita sunt bona, &c.] Nam pro temporalibus recipit æterna. n [Et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.] scilicet, ad informationem aliorum.

QVAESTIO XXVIII.

SVper verbis Epistolæ de vno Martyre quæ habentur Ecclesiast. xxxj. scilicet, Beatus vir qui, &c. oritur quæstio de beatitudine, Vtrum beatitudo possit haberi in hac vita. Arguitur quòd sic: quanto res est nobilior, tanto potentior est ad consequendum finem suum: sed animalia quę sunt infra hominem in hac vita possunt consequi finem suum: ergo multo fortius homo finem suum consequitur in hac vita, scilicet, beatitudinem. In oppositum habetur Iob xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis: sed beata vita omnem miseriam excludit: ergo non potest haberi vera beatitudo in hac vita. Ad argumentum dicitur quòd maior est vera cæteris paribus: hic autem non sunt cętera paria, quia finis hominis plus fugit naturam humanam, quàm finis aliorum animalium: homo enim illum finem per suam naturam consequi non potest. Ad q. respondendum est secundum Ric. in iiij. Sen. dist. xlix. art. j q. vj. per vnam conclusionem quæ talis est, quòd cum beatitudo sit miseriæ opposita, & hæc vita miseriis sit plena & necessitatibus: maximè necessitate moriendi, impossibile est per quamcũque potentiam totũ hominẽ beatificare remanẽtem in hac vita mortali.

Alia Epiſtola de vno Martyre Prouerbiorum iij. capit.

Beatus homo. Niſi ſapientia à Dño in donum nobis mortalibus fuiſſet data humana conditio in nobis deficeret: nã per ſapiẽtiam viuimus regimur, gubernamur & ad gloriam futuram inſtruimur: ipſa eſt ſine qua humanũ genus viuere nõ poteſt: ergo beatus homo q inuenit ſapientiã, quoniam per ſapientiã omnia bene aguntur. Vnde Sapiẽ. vii. Omnium artifex me docuit ſapiẽtia: eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanct⁹ vnic⁹ multiplex ſubtilis, diſertus, &c.

BEatus homo qui inuenit †ſapientiã,b & qui affluit prudentia.c Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti.d Primi & puriſſimi fructus eius.e Pretioſior eſt cunctis opibus: f & omnia quæ deſyderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, g & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius, viæ pulchræ,h & omnes ſemitæ eius pacificæ. i Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, k & qui tenuerint eam beati. l Dominus ſapientia fundauit terram, m ſtabiliuit cælos prudentia. n Sapientia illius eruperunt abyſsi,o & nubes rore concreſcunt.

POSTILLA.

BEatus homo qui inuenit ſapientiam &.qui affluit prudentia,&c. Ante initium huius lec. habetur ſic, Quem enim diligit Deus corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi: tunc ſtatim ſequitur præſens lectio,a [Beatus homo qui inuenit ſapiẽtia n.] Ly. id eſt notitiam de diuinis. b [Et qui affluit prudentia.] in agibilibus humanis. c [Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti.] tanto meliora ſunt ſpiritualia bona corporalibus. d [Primi & puriſſimi fructus eius.] Et notãter dicit Primi: quia nullum opus bonum eſt niſi in virtute prudentiæ dirigatur: & puriſſimi, quia bona ſpiritualia non habent aliquod malum admiſtum, ſicut frequenter habent corporalia, ſicut aurum, argẽtum & ſimilia habẽt annexã ſolicitudinẽ, & eleuationem mentis ad Deum impedientem: ideo ſubditur, e [Pretioſior eſt cunctis opibus.] ſapientia. f [Et omnia quę deſyderantur huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius] quia talis primò & principaliter habet aſpectum ad cæleſtia, & æterna. g [Et in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.] quia ſecundariò, & ex conſequenti habet aſpectum, ad tẽporalia benè adminiſtrãda. h [Vię eius, vię pulchrę: & omnes ſemitæ eius pacificæ.] quia nullam turpitudinẽ admittit, & ad decorem virtutum inducit: & ſic hominem pacificatum reddit, redigendo vires inferiores in obſequium rationis. i [Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam.] Ly. ſicut enim per lignũ vitæ continebatur vita: & ſicut homo manẽs in ſtatu innocentiæ de vita naturæ tranſiſſet ad vitam gloriæ ſine morte media: ſic & ſapientia de vita gratiæ ducit hominem ad vitam gloriæ ſine morte mortalis culpæ intermedia, dum tamen hic in ea perſeueret. k [Et tenuerint eam beati.] quia certitudinaliter ad beatitudinem deducentur. l [Dominus ſapientia fundauit terram.] i. per ſapientiam ſuam. m [Stabiliuit cælos prudentia.] quia ſunt incorruptibiles. n [Sapientia illius eruperunt abyſſi.] & hoc tempore diluuij: vt habetur Gen. vij. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, o [Et nubes rore concreſcunt.] quia calore Solis eleuantur exhalationes humidæ, & condenſantur in nubes.

QVAESTIO XXIX.

SVper verbis aliæ Epiſtolæ de vno martyre quæ habentur Prouerb. iij. ſ. Beatus homo qui. oritur q. de homine qui inuenit ſapiẽtiam. Vtrum homo qui inuenit ſapientiam dicatur beatus? Arguitur ꝙ non: in ſola Dei viſione & fruitione conſiſtit beatitudo: ſed multi in mundo iſto habent notitiam de diuinis quę dicitur ſapientia ſecuudum gl. ergo homo qui inuenit ſapientiam non dicitur beatus. In oppoſitũ eſt in epi. hodier. Beatus homo qui inuenit ſapientiam: igitur. Ad q. reſpondeo ꝙ beatus dicitur tripliciter. Vno modo cum ſpe & timore: vt ſunt illi qui ſunt ſine peccato, & qui inuenerũt ſapientiam: & de illis loquitur epi. & Dauid cùm dixit, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. Alio modo beatus dicitur cum ſpe & ſine timore: vt ſunt illi qui ſunt in Purgatorio de quibus loquitur Dauid, Beati quorũ, &c. Alio modo dicitur beatus actuali beatitudine, vt ſunt illi qui habent fruitionem viſionis diuinæ, & de tali beatitudine intelligitur argu. ad partem negatiuam factum.

Alia Epiſtola de vno Marty. Eccleſiaſt. xiiij. cap.

Qui in iuſtitia meditabit. Qui in hoc ſeculo viuere volunt & iuſti haberi, eos iuſtitiæ pcepta obſeruare decet: quæ ſunt nemini nocere, vnicuique tribuere, quod ſuũ eſt: vnde Inſtit. primo, Iuris præcepta ſunt hæc,

BEatus a vir qui in ſapiẽtia morabitur, b & qui in iuſtitia † meditabitur, c & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. d Cibabit illum pane vitæ, e & intellectus & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. f Et firmabitur in illo, g & non flectetur, h & continebit illum, & non confundetur, i & exaltabit illum apud proximos ſuos, k & nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noſter.

POSTILLA.

BEatus vir qui in ſapiẽtia morabi. &c. Ante initiũ huius lectionis habetur in eo. ca. Beat⁹ vir q nõ eſt lapſ⁹ verbo ex ore ſuo. Tũc poſt hęc ſequitur

Neminem lędere, q8 suum est vnicuique tribuere. Sic saluatur Iesus monuit dicens, Mat. xxii. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

præsens lectio non post pauca. a [Beatus vir qui in sa.mo.] Ly.meditando diuina, quorum cognitio propriè dicitur sapientia: quasi sapida scientia. b [Et qui in iustitia me.] reddendo Deo debitum cultum: & proximo suo amorem fraternum. c [Et in sensu cogi. circunspe. Dei.] id est quòd Deus circũspicit omnia & vbique: vnde ad Hebr. iiij. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. d [Cibabit illum pane.] id est verbo sacræ Script. e [Et intel.& aqua sa. &c.] id est gratia Spiritussancti. f [Et firmabitur in illo.] Ly. Deo firmiter adhærendo. g [Et non flectetur.] scilicet à rectitudine iustitiæ. h [Et continebit illum: & non confundetur.] scilicet cum reprobis: sed honorabitur cum electis. i [Et exaltabit illum apud proximos suos.] id est apud sanctos qui sunt Deo propinqui. k [Et nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster.

QVAESTIO XXX.

SVper verbis Epistolæ de vno Martyre, quæ habentur Eccle.xiiij. scilicet, Beatus vir qui in sapientia morabitur, oritur quæstio de sapientia, Vtrum sapientia sit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus reperitur in peccatoribus, sed sapientia reperitur in peccatoribus: patet Hier. iiij. sapientes sunt vt faciant mala. igitur. In oppositum sapientia dicitur donum Spiritussancti. patet, Iac. j. Si quis indiget sapientia postulet à Deo qui dat omnibus affluenter: igitur est virtus. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Nico. denise in Gemma Prædicantiũ, quòd triplex est sapientia. Vna dicitur studiosa & est quę per studium acquiritur, qua homo potest benè & malè vti. Alia dicitur sapientia viriosa: quæ est, vt ait Greg. cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa monstrare: & de tali intelligatur argumentum primum. Alia dicitur virtuosa, quæ est de sursum descendens: & talis est donum Spiritussancti, & etiam virtus.

Alia Epistola de vno Martyre, Eccle.xxxix.capit.

IVstus [a] cor suum tradidit [b] ad vigilandum diluculo [c] ad Dominum qui fecit illum, [d] & in conspectu altissimi deprecabitur. [e] Aperiet os suũ in oratione: pro peccatis & delictis suis [f] deprecabitur. [g] Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: & ipse [h] tanquam [i] imbres immittet eloquia sapientiæ suæ: [k] & in oratione confitebitur Domino. [l] Et ipse [m] diriget consilium eius ad disciplinam, [n] & in absconditis suis consiliabitur. [o] Ipse [p] palam faciet disciplinam doctrinæ suæ [q] & in lege testamenti Domini gloriabitur. [r] Collaudabunt multi sapientiam eius [s] & vsque in seculum non delebitur. [t] Non recedet memoria eius, [v] & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

POSTILLA.

IVstus cor suum tradidit, &c. Ante initium huius lec. habetur in cap. Sapientiã omniũ antiquorũ exquiret sapien. & narrationem virorum nominatorum conseruabit. Tunc sequitur præsens lectio siue epistola post pauca, a [Iustus cor suum tradidit.] Lyr. voluntariè. b [Ad vigilandum diluculo.] id est à iuuentute. c [Ad Dominum qui fecit illum.] scilicet ad ipsum intentionem dirigens deuotè & attentè. d [Et in conspectu Altissimi deprecabitur.] pro impetratione sapientiæ. e [Aperiet os suum in oratione pro peccatis & delictis suis.] scilicet emendandis. f [Deprecabitur.] vt sic ad receptionem diuinæ sapientiæ disponatur. g [Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: & ipse.] spũ intelligentiæ repletus. h [Tanquam imbres.] id est abundanter. i [Mittet elo. sap. suæ.] ad docendũ ignorantes. k [Et in oratione confitebitur domino.] totum effectum attribuens honori diuino. l [Et ipse] scilicet Deus. m [Diriget consilium eius.] scilicet in agendis. n [Et in abscon. suis consi.] scilicet, obscura clarius sibi reuelando. o [Ipse.] scilicet à deo illuminatus. p [Palam faciet disciplinam doctrinæ suæ.] sibi reuelata aliis propalando. q [Et in lege testamenti Domini gloriabitur.] hæc enim est gloria sapientiæ, in lege Domini meditari. r [Collaudabunt multi sapientiam eius.] nõ dicit omnes homines, mundani enim ipsum reputant imprudentem, eò quòd non quærit scientiam lucratiuam. s [Et vsque in seculum non dele.] scilicet doctrinam sapientiæ eius: vt patet Mat. xxiiij. Cælum & terra transibunt, &c. t [Non recedet memoria eius.] id est sapientis. v [Et nomen eius requiret à generatione in generationem.] quia per doctrinam ab eo scriptam remanebit nomen eius inter homines: qui vtũtur illis scriptis ad profectũ suum, & ad salutẽ animarũ suarum.

Cælum & terra transibunt, nõ quòd anni hilabũtur, sed transibũt quantũ ad virtutes quas nũc habẽt quas post iudicium vniuersale non habebunt.

QVAESTIO. XXXI.

SVper verbis epi. de vno Marty. quæ habentur Eccle. xxxix. s. Collaudabũt multi sapientiam eius, &c. oritur q. de sapientiam habenti bus, vtrũ sapientia sit in omnibus habentibus gratiam? Arguitur q non: sapientia datur contra stultitiã: vt ait Greg ij. Moraliũ: sed multi habentes gratiã sunt naturaliter stulti, vt patet de infantibus baptizatis: ergo non in omnibus

habentibus gratiam est sapientia. In oppositũ: sapientia præsupponit charitatem: sed habentes gratiam sunt in charitate. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd infantes baptizati habent habitum sapientiæ non actum, propter impedimentum corporis. Ad q. respondendum est secundùm Thom. ij.ij.q.xlv. per tres veritates. Prima est, Quicunque est sine peccato mortali diligitur à Deo, quia charitatem habet, qua Deum diligit, & quia Deus diligit diligentes se. Secunda, Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Tertia, In omnibus habentibus gratiam sine peccato mortali existentibus est sapientia.

Epistola de pluribus Martyribus, Sap. iij. cap.

IVstorum animæ[a] in manu Dei sunt, [b] & non tanget illos tormentum mortis. [c] Visi sunt oculis insipientium mori, [d] & æstimata est afflictio exitus illorum, [e] & ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: [f] illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi [g] sunt, spes illorum immortalitate plena est. [h] In paucis vexati, [i] in multis benè disponentur. [k] Quoniam Deus tentauit eos, [l] & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit, & quasi holocausta hostiæ accepit illos: [m] & in tempore erit [n] respectus illorum. [o] Fulgebunt iusti, [p] & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. [q] Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, [r] & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

POSTILLA.

IVstorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. Ante initium huius lec. habetur sic, Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illos qui sunt ex parte eius. Tunc sequitur præsens lectio siue epistola. a [Iustorum animæ in manu Dei sunt.] Lyr. sunt enim animæ iustorum immortales, & separatæ à corporibus per mortem: & sunt in manu diuinæ misericordiæ per securitatem gloriæ consequendæ. Nam a tempore passionis Christi post quam aperta est ianua gloriæ, si non habent aliquid ad purgandum, statim euolant ad gloriam: si autem habent aliquid ad purgandum, detinentur in manu diuinæ iustitiæ in pœna Purgatorij ad tempus sunt tamen securę de sua beatitudine consequenda, ergo dicit hic, Iustorum animæ in manu Dei sunt. b [Et non tanget illos tormentum mortis.] scilicet, tormentum gehennæ. c [Visi sunt ocu. insip. mori.] totaliter in anima & corpore. d [Et æstimata est affli. exitus illorum.] & ab itinere iusto abierunt in exterminium de hoc mundo, reputata est afflictio ab illis, qui aliam viam hominis non credunt post hanc vitam. e [Et quod à nobis est iter exterminij.] errorem illorum qui dicunt homines recedentes à nobis per mortem totaliter exterminari. f [Illi autem.] scilicet, iusti. g [Sunt in pace: & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immorta plena est.] quia non potest amitti. Immortalitas verò Adæ non fuit plena, quia amitti poterat: & fuit amissa. h [In paucis vexati.] id est, tribulati. i [In multis benè disponentur.] per gloriam animæ & corporis. k [Quoniam Deus tentauit eos,] scilicet, vt virtus patientiæ eorum nota fieret aliis ad exemplum imitationis. l [Et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit, &c.] id est, quòd non deteriorantur, sed meliorantur. m [Et in tempore.] scilicet, tribulationis. n [Erit respectus illorum.] non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, quod resurget gloriosum. o [Fulgebunt iusti] per dotem claritatis. p [Et tanquam scintillæ in arundineto discurrent.] per dotem agilitatis. q [Iudicabunt nationes.] iam perfecti iudicabunt cum Christo in iudicio finali. r [Et dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.]

QVAESTIO XXXII.

SVper verbis Epistolæ de pluribus martyri. quæ habentur Sapient. iij. scilicet, Iudicabunt nationes. oritur q. de martyribus, Vtrum sancti martyres in iudicio vniuersali sint iudicaturi. Arguitur quòd non: in iudicio non debet esse idem accusator & iudex: sed Sancti in iudicio constanter accusabunt eos, vt patet Sapient. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: ergo Sancti non iudicabunt, sed solus Christus. In oppositum est in epistola hodierna ibi, Iudicabunt, &c. Ad quæst. respondendum est secundùm Ricard. in iiij. Sentent. distinct. xlvij. artic. ij. quæst. vij. quòd sancti martyres non iudicabunt potestate ordinaria, sed ipsa sola Trinitas: neque potestate delegata, sed solus Christus: sed benè iudicabunt approbatione, omnes enim electi approbabunt iudicis sententiam. Ex dictis patet solutio argumentorum.

Alia Epiſtola de pluribus Martyribus, Sap. v. cap.

Iuſti in perpetuum viuent. Iuſti & boni homines nunquam deficient: ſed ſemper cũ Domino erunt in perẽni gloria. Nec tyranni poterũt, eos extrahere de manu Dei vbi ſunt. Sapien. iij. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & nõ tanget illos tormẽtum malitiæ.

IVſti † a autẽ in perpetuum viuent, b & apud Dominum eſt merces eorum, c & cogitatio illorum apud Altiſſimum. d Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini. e Quoniam dextera ſua teget eos, f & brachio ſancto ſuo defendet illos: g & accipiet armaturam zelus illius, h & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. i Induet pro thorace iuſtitiam, k & accipiet pro galea iudicium certum. l Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem, m & ibunt directæ emiſsiones fulgurum, n & ad certum locum deducet illos Dominus Deus noſter.

POSTILLA.

IVſti autem in perpetuum viuent, & apud, &c. Ante initium huius lectionis habetur eod. cap. quòd damnati in infernum quotidie clamant, Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. Tunc ſequitur pręſens lectio quæ hodie pro epiſtola in Miſſa legitur in qua demonſtratur quę ſit merces martyrum: qualiter à Domino protecti, & qualiter à Domino armati ad pugnam contra inimicos fidei proceſſerunt: & ſic ad æternam beatitudinem peruenerunt: ergo hic dicitur, a [Iuſti autem in perpetuum viuent.] ſ. vita gloriæ. b [Et apud Dominum eſt mer. eorum.] ſ. à quo ſperant pręmiari, non à mundo. c [Et cogi. il. apud Altiſ.] ad cuius honorem ordinant facta ſua. d [Ideo accip. reg. deco. & diad. ſpeciei de manu Domini.] ſ. cęleſtem gloriam, vbi nihil eſt turpe. e [Quoniam dexte. ſua teget eos] reponendo eos in beatitudine quæ per dexteram intelligitur. f [Et brachio ſan. ſuo defen. illos.] In hoc deſignatur ſecuritas beatitudinis, quę à nullo poteſt auferri: poſt hęc deſcribit miſeriam iniquorum dicens, g [Et acci. arm. zelus illius.] Nam à zelo iuſtitiæ procedet ad turbationem malorum. h [Et armabit crea. ad vltio. inimi.] Ly. nam omnibus creaturis vtetur ad afflictionem reproborum. Sicut econuersò omnes creaturę cedent ad gloriam electorum. i [Induet pro thora. iuſti.] à qua non poterit deflecti, cùm ipſe ſit regula iuſtitię. k [Et accipet pro galea iudi. certum.] nam iudicando non poteſt deficere. l [Sumet ſcu. inexpu. æquitatem.] quæ ita erit euidens quòd nullus eam poterit impugnare. m [Et ibunt directæ emiſſiones fulgurum] ad afflictionem malorum. n [Et ad certum locum deducet illos Dominus Deus noſter.] nam ſecundum quòd Dominus præordinauit de ipſis, ita & ipſi prædicationis & paſſionis certa loca adibunt.

QVAESTIO XXXIII.

SVper verbis Epiſtolæ de pluribus martyribus, quæ habentur Sap. v. ſ. Iuſti autem in perpetuum viuent, oritur q. de vita perpetua ipſorum iuſtorum, Vtrum vltimus finis iuſtorum ſiue humanæ vitæ ſit ipſorum iuſtorum, & hominis beatitudo? Arguitur quòd non: finis vitæ humanę & ipſorum iuſtorum eſt quid per ſe ſufficientiſſimum, ſ. fœlicitas: quæ idem eſt quòd beatitudo, quæ indiget exterioribus bonis: vt ait Philoſo. j. Ethico. ergo finis ipſorum iuſtorum, & vitæ humanæ non eſt beatitudo. In oppoſitum ait Aug. viij. de Ciuit. Dei, c. iij. Finis boni appellatur quò quiſque cum peruenerit beatus eſt. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd Philoſophus loquitur de fœlicitate politica, quæ habetur in hac vita: quæ multis miſeriis eſt permiſta. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm Ricard. iiij Sentent. diſtinct. xlviij. artic. j. quæſt. ij. quòd vltimus finis humanæ vitæ dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro bono in quo vltimò quieſcit homo. Alio modo pro quiete hominis. In illo bono ſimiliter beatitudo poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro quo homo beatificatur. Alio modo pro perfecta coniunctione hominis cum illo bono: quæ coniunctio eſt hominis beatificatio, accipiendo finem & beatitudinem modo primo: vltimus finis vitę humanę & hominis beatitudo realiter idem ſunt. Similiter modo ſecundo acceptus realiter idem, eſt cum beatitudine ſecundo modo accepta, ſed differunt ſecundũ rationem: quià finis vltimus dicitur inquantum modo ordinatur ad vlteriorem finem ei primo mouens beatitudo dicitur inquantum eſt ſufficientiſſimum hominis bonum.

Alia Epiſtola de pluribus Martyribus, Sapient. x. cap.

REddet a Deus b † omnem mercedem laborum Sanctorum, c & deducet illos in via mirabili: & erit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum in nocte. Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit in mare, d & ab altitudine inferorum e eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, f &

Reddet Deus omnem. Omnipotens, quando in iudicio ſe debit vnicuique ſecũdum opus propter legẽ in qua vixerit mercedem cõdignã reddet manſi

decantauerunt Domine sanctum nomen tuum, g & victricem manum tuam, h laudauerunt pariter: Domine Deus noster.

bene meruit, bonū reddet, si autem male, mercedem malā accipiet: vt vult magister Sen. lib. iiii. distin. xlix. de differētia mansionum.

POSTILLA.

REddet Deus omnem mercedē, &c. Ante initium huius lectionis habetur in eodem cap. Sapientia æterna vēditum iustum scilicet Ioseph: quem fratres sui vendiderunt non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descēditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, & mendaces ostendit qui maculauerunt eum, & dedit illi claritatem æternā. Tunc sequitur præsens lectio, siue epistola, a [Reddet Deus.] scilicet iustis. b [Omnē mercedem laborum san. suorum.] Ly. Nam de mandato domini filij Israel recedentes spoliauerunt Ægyptum: scilicet mutuo à vicinis vasa aurea & argentea accommodando: & hoc in compensationem laborum quibus iniustè aggrauauerāt eos Ægyptij: vt habetur Exod. xij. c [Et deducet illos in via mira. & erit in velamen diei, & in luce stellarum in nocte.] scilicet columna nubis per diem & ignis per noctem. d [Et ab altitudine inse.] id est de fundo maris. e [Eduxit illos] ideo iusti tulerunt spolia impiorum: viderunt enim Ægyptios mortuos super littus maris. Exo. iiij. & spoliauerūt eos armis pretiosis: & secundum Hebræos ista præda fuit maior quàm illa qua prius spoliauerunt Ægyptum vasis aureis & argenteis. f [Et decantauerunt Do. san. no. tuum:] dicentes illud cāticum, Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. g [Et victricem manum tuam.] id est, potentiam tuam Ægyptios submergentem. h [Laudauerunt pariter Domine Deus noster.

QVAESTIO. XXXIIII.

SVper verbis epistolæ de pluribus martyribus, quæ habentur Sapientiæ x. scilicet Reddet Deus omnem mercedem laborum Sanctorum suorum: oritur quæstio theologalis de mercede ipsorum Sanctorum, Vtrum beatitudo quæ dicitur mercès Sanctorum consistat in visione Dei per essentiam. Arguitur quòd non: intellectus non potest ad hoc pertingere vt videat Deum per essentiam: quia inter intelligibile quod est perfectio intellectus & Deum nulla est proportio: igitur beatitudo Sanctorum non cōsistit in visione Dei per essentiam. In oppositum Matthæi v. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd licèt inter Deum & intelligibile non sit propria proportio: est tamen proportio communis quæ dicitur habitus, quo mediāte finitum potest habere proportionem ad infinitum sicut eius perfectio: & talis sufficit ad hoc quòd intellectus videat essentiam diuinam. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioā. de Turre crema. in q. super Euangeliis, quòd beatitudo quæ dicitur merces Sanctorum consistit in visione Dei per essentiam, quod dupliciter probatur. Primò sic, Desyderium Sanctorum non potest omnino frustrari, sed ipsorum desyderium est, videre Deum per essentiam: igitur. Secundò sic, Nihil est finaliter perfectum nisi attingat ad suum principium secundum suum modum quo mediante efficitur perfectum: sed beatitudo est vltima perfectio creaturæ rationabilis, cuius principiū est Dei visio per essentiā. igitur.

Alia epistola de pluribus Martyribus, Prouerbiorum xv.

LIngua a sapientum ornat scientiam, b os fatuorum ebullit stultitiā. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos: c lingua placabilis d lignum vitę. e Quæ autem immoderata est, f conteret spiritum. g Domus iusti plurima fortitudo, h & in fructibus i impij conturbatio. k Labia sapientium dissemінabunt scientiā, l cor stultorū dissimile erit. m Victimæ impiorum abominabiles Domino, n vota iustorum placabilia. o Qui sequitur iustitiam, p diligetur à Domino.

Lingua sapientum. Sapiens secundū Dominum sapiens vt bo fac.t. simplici & non ex superbia sermonē vsque scientiæ ornare decet parcè loquendo: & non verbis plurimis abundando: vnde diuus Paulus ad Roma. xii. Non alta sapientes, sed humilibus cōsentientes.

POSTILLA.

LIngua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam, &c. Ante initium huius lectionis habetur eo. ca. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Tunc statim sequitur præsens lectio. a [Lingua sapientum ornat scientiam.] quia debito tempore & loco gratiosè proponit eam. b [Os fatui ebullit stultitiam.] quia impetuosè profert eam. c [Lingua placabilis] id est suauis eloquio erga proximū & orationi intēta erga Deū ad ipsum placandū. d [Lignū vitæ.] quia sicut per lignū vitæ continuabatur vita corporalis: ita per tēporalem linguam vita spiritualis. e [Quæ autem immoderata est.] scilicet ad loquēdum. f [Conteret spiritum.] quia in multiloquio non deerit peccatum. g [Domus iusti plurima fortitudo.] quia Dominus proteget eam. h [Et in fructibus,] id est in operibus. i [Impij contur.] quia malus non potest habere pacem ad proximum, nec etiam ad seipsum. k [Labia sapientium disseminabunt scientiam] scilicet populum docendo. l [Cor stultorum dissimile

siæ, ad declarationem bonitatis & maiestatis Christi. Nam hæc reuelatio facta est post passionem. p [Ex omni tribu & lingua & populo, & natione.]Nam ecclesia Christianorum est ex omnibus gentibus collecta. q [Et fecisti nos Deo nostro regnum.] i. regni eius participes. r[Et sacerdotes.]Hostias & laudes Deo offerentes. s [Et regnabimus super terram.] non dicitur terra vbi sancti conculcantur:sed super terram,i.in cælo vbi sancti cum Christo dominantur. t[Et vidi & audiui vocem angelorum,&c.] Hic consequenter ponitur iucunditas assistentium Christo in ecclesia triumphante, cùm dicitur, Et vidi & audiui vocem angelorum in circuitu, &c. In hoc notatur ipsorum multitudo maxima, secundùm illud Iob xxv. Nunquid est numerus militum eius:& idem signatur in hoc quod subditur, v[Et erat numerus eorum millia millium.] Sicut enim corpora cælestia totam regionem elementariam excedunt quasi incomparabiliter in quantitate continua, sic angeli omnia corporalia in quantitate discreta:accipiendo quantitatem discretam pro qualibet multitudine numerabili vel numerata. x [Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sa. &c.] Omnia ista habuit vel saltem plura ante passionem : quod dico propter gloriam corporis, & huiusmodi quæ secuta sunt. Et ideo acceptio talium hic accipitur pro manifestatione eorum ad laudem & honorem nominis Christi. Et consequenter ponitur laus Christi in omnibus creaturis, cùm dicitur, y [Et omnem creaturam quæ in cælo est.] quantum ad humanam creaturam quæ iam est in Patria z [Et super terram.]quantum ad existentes adhuc in Via. a [Et sub terra & quæ sunt in mari & quæ in eo : omnes audiui, &c.]Nam omnes creaturæ & irrationabiles, & vita carentes dicuntur laudare Christum inquantum sunt materia, & occasio laudandi ipsum:quia intellectuales creaturę per eas ascendunt ad cognoscendum Deum, & per consequens ad ipsum laudandum,& glorificandum. Cætera omnia patent.

QVAESTIO XXII.

Super verbis epistolæ in vigilia omnium Sanctorum, quæ habentur Apoc. v. c. Vidi in medio throni: oritur q. de beatis existentibus in throno paradisi, Vtrum electorum beatitudo sit maior post iudicium quàm antè. Arguitur quòd non, Intellectus intelligendo, organo corporali non indiget : ergo per corporis resumptionem Deum clarius non cognoscet : & sic non erit beatior. In oppositum : perfectior est virtus in toto quam in omnibus suis partibus separatis : sed anima post carnis resurrectionẽ habebit virtutem in toto, quam prius non habebat: ergo erit perfectioris virtutis, & sic Deũ perfectius videbit. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd anima per corporis resumptionem videbit Deum clarius : non quia per organum operetur : sed quia per corporis resumptionem perfectiorem essendi modum habebit. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricard. de med. Villa super iiij. Sent. dist. xlix. art. j. q. vij per vnam conclusionem, quæ talis est, Beatitudo hominũ electorũ maior erit post iudicium, quàm antè extensiuè: quia non habent modo nisi beatitudinẽ animæ: tunc autem erũt beati & in anima & in corpore: patet etiã, quia nunc gaudent de bono proprio, tunc gaudebũt de bono proprio, & de bono corporis sui.

In festo omnium Sanctorum, Apocal. vij. Epistola.

ECce[a] ego Ioannes vidi alterũ[b] angelum ascendentem ab ortu Solis, [c] habentem signum Dei viui: [d] & clamauit[e] voce magna[f] quatuor angelis,[g] quibus datum est[h] nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ [i] & mari, [k] neque arboribus: [l] quoadusque signemus [m] seruos Dei nostri [n] in frontibus eorum. [o] Et audiui [p] numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephtalim, duodec. millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulõ, duodecim millia signati. Ex tribu Ioph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. ¶Post hęc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus [r] & tribubus, [s] & populis, [t] & linguis, [v] stantes ante thronum [x] in conspectu agni, [y] amicti stolis albis: [z] & palmę [a] in manibus eorum. [b] Et clamabãt voce magna, dicẽtes, [c] Salus Deo nostro, [d] qui sedet super throno [e] & agno. Et [f] oẽs angeli stabant [g] in circuitu throni, &

Alterum angelum. Alter angelus Christus saluator appellatur. Non quia sit angelus natura, i. spiritus angelicus, sed quia quasi alter angelus angeli officium gerit. Ideo alter angelus dicitur, quia ad officium missus fit: & alter quia natura angelus non fit: quasi dicat, Alter, i. alteram ab angelo habẽs naturam, scilicet diuinã & humanã assumptã, vt vult Magister Sent. lib. iiii. dist. iiii.

seniorum,& quatuor animalium.[h] Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas,& adorauerunt Deũ,dicentes,[i] Amen.[k] Benedictio,[l] & claritas,[m] & sapientia,[n] & gratiarũ actio,[o] honor,[p] virtus,[q] & fortitudo[r] Deo nostro in secula seculorum, Amen.

POSTILLA.

Ecce ego Ioannes vidi alterum angelum,&c. Lectio ista legitur in festo omnium Sanctorum, pro eo quòd in ipsa agitur de numerositate sanctorum & etiam de gratiarum actione: quam Sancti reddunt Domino, qui est sanctus sanctorum. Dicit ergo S. Ioannes, a [Ecce ego Ioannes vidi alterũ angelum] s. Iesum Christum quem dicit angelum tanquã à Deo Patre missum. b [Ascendentem ab ortu Solis] i. de sinu Patris. c [Habẽtem signum Dei viui.] Per hoc apparet quòd ipse sit Deus verus. Hoc autem signum est potentia Patris æqualis & immunitas peccati. d [Et clamauit] scilicet angelus. e [Voce magna] id est cum magno imperio. f [Quatuor angelis] id est vniuersis malignis spiritibus, qui per quatuor partes impedire nituntur salutem hominum. g [Quibus datũ est] i. permissum est. h [Nocere ter.& ma. dicens, Nolite noce. terræ] i. illis qui terrenis sunt dediti, sicut auari. i [Et mari] i. illis qui in voluptatibus carnis viuũt, sicut luxuriosi, & crapulosi. k [Neque arbor] i. illis qui se extollunt super alios, sicut superbi: hæc enim prohibitio est refrænatio, qua Dominus malignos spiritus refrænat, ne noceant quantùm cupiunt iustis, vel peccatoribus prędestinatis ad vitam æternam. l [Quoadusque sig.] ego interius, & ministri mei exterius. m [Ser. Dei nostri] s. signo crucis. n [In fron.] i. ita eos signemus signo fidei, quod ipsa fides in confessione manifestè appareat: & ponitur ibi Quoadusque, pro Nunquam: quia nunquã nocebunt maligni spiritus electis Dei: quibus omnia cooperantur in bonum. Ro. viij. Qui si cadunt fortiores resurgunt: vnde Amb. Certus sum quòd nullum electorum suorum cadere permitteret, si eum meliorem casu suo resurrecturum non sensisset. o [Et ego Ioan. audi.] i. intellexi. p [Numerum signa. centum quadra. qua. mi. si. ex omni tribu filiorũ Israel.] i. ex omnibus gentibus fidem Iacob imitantibus. hunc autem numerum per xij. sequens scriptura diuidit: & vnicuique tribui assignat xij. millia. Item attendendum est quòd hic Iudas præponitur Rubẽ primogenito propter dignitatem: quia de tribu Iuda natus est Christus. Et hic prætermittitur Dan de quo nascetur Antichristus. Et loco istius ponitur hic Manasses, qui fuit filius Ioseph: quem fratres sui vendiderũt,& ductus fuit in Ægyptum,& ibi genuit duos filios Ephraim & Manassen. Et Ephraim hic nõ ponitur: quod ideo fit, quia de Ephraim natus est Roboam qui fecit schisma & diuisionem in Israël: per quod ostenditur quòd schismatici & hæretici à numero Sanctorum sunt penitùs alieni. q [Post hæc vi. turb. ma. quam dinu. nemo poterat ex omnibus gen.] s. barbaris nationibus. r [Et tribubus] vnius gentis s. filiorũ Israel. s [Et populis] singularum vrbiũ. t [Et linguis] quæ in vna gente quãdoque diuersæ sunt,& erant. v [Stãtes ante thro.] quasi parati sunt obedire Deo. x [In conspe. agni.] i. vt conspicerẽtur ab agno. i. Iesu Christo. y [Amicti sto. al.] i. dealbati per baptismum & pœnitentiam in hac vita præsenti. z [Et pal.] i. gloria triumphalis. a [In ma. eorũ] i. operibus eorum: quod ad statum futurũ pertinet. b [Et clamabãt vo. ma.] reddentes pro salute sua Domino gratiarum actiones. c [Dicentes, Salus Deo nostro] s. Deo Patri. d [Qui se. super thro.] i. super sanctos in quib' iudicat & ascribitur. e [Et agno.] i. filio Dei. f [Et omnes an. sta.] tanquam Deo obedire parati. g [In cir. thro.& se.& qua. ani.] i. episcoporũ, & patriarcharũ iam in cælo regnantiũ. h [Et ceci. in conspe. thro. in fa. su.& ado. Deum] s. humiliantes se coram Deo, dicentes, i [Amen] istud amen est confirmatio huius laudis. k [Benedictio] i. laus. l [Et cla.] i. impassibilitas. m [Et sapiẽtia] quę nouit omnia. n [Et gra. ac.] pro collatis beneficiis. o [Honor] i. reuerentia. p [Et virtus] id est, potẽtia operandi. q [Et fort.] i. effectus virtutis supernæ potẽtiæ. r [Deo nostro in secula seculorum, Amen.]

QVAESTIO XXIII.

Svper verbis epist. in festo omniũ Sanctorũ: quæ habentur Apoc. vij. s. Ecce ego,& c. oritur quęstio de beatitudine, Vtrum gaudium sit de beatitudinis essentia. Arguitur quòd sic: perfectio beatitudinis, maximè est de beatitudinis essentia: sed gaudium Beatorũ est perfectio beatitudinis, igitur. In oppositũ: beatitudo consistit in clara Dei visione & perfecta eius fruitione, sed gaudiũ non est illa visio, nec illa fruitio: sed ex ipsis causatur, ergo gaudium nõ est de beatitudinis essentia. Ad argumentum dicitur, quòd Maior est vera de perfectione essentiali & non accidentali, cuiusmodi est gaudiũ. Ad quæst. respondendum est secundùm Ricar. vbi suprà, art. iij. q. vj. per vnam conclusionem quę talis est, quòd gaudium Beatorum, sit beatitudinis essentiæ quoddam accidentale complementum, ab ipsa beatitudine inseparabile per quamcunque virtutem creatã: non est igitur de beatitudinis essentia, quia beatitudinis essentia consistit in perfecta cõiunctione creaturæ rationabilis cum Deo: gaudium autem Beatorum non est de ratione huius cõiunctionis, cum non sit visio & fruitio, sed est aliquid creatum ex istis: vnde est per se effectus beatitudinis, de necessitate consequens ad ipsam: & istius opinionis est Scotus in iij. dist. xlix.

In festo sancti Martini episcopi episto.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus,&c.

Hanc epistolam quære infrà in communi sanctorum Confessorum.

Item de sancta Elizabeth Epistola.

Mulierē fortem quis inueniet,&c.

Hanc epistolam quære in festo Mariæ Magdalenæ.

In festo sanctæ Catharinæ virginis & martyris Epistola.

Qui gloriatur,in Domino,&c.

Hanc epistolam quære infrà in communi Virginum.

POSTILLA SVPER EPIstolas de communi Sanctorum:& primò de Apostolis,Ro.viij.c.

Fratres , scimus quoniam diligētibus Deum, [b] omnia cooperantur in bonū: [c] his qui secundùm proposituū [d] vocati sunt sancti. [e] Nam quos præsciuit [f] & † prædestinauit [g] conformes fieri imaginis Filij sui: [h] vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. [i] Quos autē prędestinauit, [k] hos & vocauit. [l] Et quos vocauit hos & iustificauit. [m] Quos autem iustificauit, illos [n] & magnificauit. [o] Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis? [p] quis contra nos? [q] qui etiā proprio Filio suo [r] nō pepercit, sed pro nobis [s] omnibus tradidit illū. [t] Quomodo non etiā cum illo [v] omnia nobis donauit? [x] Quis accusauit aduersus electos Dei? [a] Deus qui iustificat, [b] quis est qui condemnet? [c] Christus Iesus qui mortuus est: [d] imò qui & resurrexit, [e] qui est ad dexterā Dei [f] qui etiā interpellat pro nobis? [g] Quis ergo nos separabit à charitate Christi? [h] Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculū? an gladius? [i] Sicut scriptum est, [k] Quia propter te mortificamur tota die: æstimati [l] sumus sicut oues occisionis. [m] Sed in his omnib' [n] superamus, [o] propter eum, [p] qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neque mors, [q] neque vita, [r] neque angeli, [s] neque principatus, [t] neque virtutes, [v] neque instātia, [x] neque futura, [y] neque fortitudo, [z] neq; altitudo, [a] neque profundū [b] neque creatura alia [c] poterit nos separare à charitate Dei: [d] quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Quos præsciuit Dominus Deus in sua mirabili præscientia numerum saluādorum, i. prædestinatorum & præscitorum, i. damnādorum præsciuit: non quod aliquis in hac vita secundum liberū arbitriū sit in se electus quod damnari nō possit: vel scitus quod saluari non possit. Sed Dominus Deus in se præsciens ita sit in numerauit: cuius præscientia nō fallitur: vt vult magister lib. i. distinct. xxxv.

POSTILLA.

Frattes, scimus quoniā diligentibus Deū,&c. Ante initium huius Epist. scribit S.Paulus in eo.c. dicēs, Non sunt condignæ passiones huius temporis: ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tunc sequitur præsens epistola. a [Fratres, Scimus quoniam diligētibus Deū.] Gor.i. charitatē Dei,& proximi habētibus. b [Omnia cooperantur in bo.] s. per Spiritumsanctū, tam prospera quam aduersa. Econtrario malis omnia cooperantur in malum. c [His qui secundū propositum.] Ly.i. prædestinationē. d [Vocati sunt sancti] s. in præsenti per gratiam. Istis etiā peccata propria in bonū proueniunt: quia fortiores & cautiores resurgunt. Et etiā in gloriā ad bonum eorum facit peccatorum memoria: sicut cicatrices vulnerum ad gloriā militis, qui in bello finaliter triumphauit. e [Nam quos præsci.] i. antequam essent cognouit. f [Et prædesti.] s. illis gratiam in præsenti,& gloriam in futuro præparauit. g [Cōformes fieri ima. filij sui] Ly. quia filiatio Dei adoptiua, est quædam similitudo filiationis naturalis diuinæ. h [Vt sit ipse primogenitus in mul. fra.] i. inter multos fratres, s. omnes fideles. vnde Heb.ij.c. Non confunditur fratres eos vocare: dicens, Narrabo nomen tuum fratribus meis. i [Quos autē præde.] Gor. id est, ab æterno ad gloriā elegit. k [Hos & voc.] ad fidem: & hoc vel exterius per prædicationem, vel interius per inspirationē. l [Et quos vo. hos & iusti.] peccatorum remissione,& bona operatione. m [Quos autem iustificauit] peccata remittēdo. n [Illos magnificauit] in virtutibus amplificādo: vel in gloria exaltando. o [Quid ergo dicemus ad hæc?, Si Deus pro nobis] s. nos adiuuās. Si hic accipitur pro quia: quia Deus est pro electis. p [Quis contra nos?] q.d. Nullus: quia nullus potest resistere potestati diuinæ. q [Qui etiam proprio Filio suo] scilicet naturali. r [Non pepercit: sed pro nobis] s. peccatoribus. s [Omnibus tradidit illum] ex maxima dilectione ad electos. t [Quomodo non etiam cum illo] scilicet nobis donato. v [Omnia nobis donauit] scilicet ad salutem necessaria. s. gratiam in præsenti,& gloriam in futuro. x [Quis accu. aduer. elec. Dei?] s. in iudicio finali. q.d. Nullus: & causa subditur, a [Deus qui iustificat] s. sententiando pro electis: ideo pars aduersa dæmonū non audebit mutire. b [Quis est qui condemnet.] q.d.

Quare Xps mortuus est & resurrexit & sedet ad dexteram Patris.

nullus. c [Christus Iesus qui mortuus est.] Gor. pro nobis reconciliandis. d [Imò qui & resurrexit] pro nobis resuscitandis. e [Qui est ad dexte. Dei] pro nobis in cælum eleuãdis. f [Qui etiam interpellat pro nobis.] Ly. apud Patrem ostendendo latus & vulnera. Et sic tollitur omnis condemnationis causa. vnde Bern. mater ostendit filio pectus & vbera. Filius ostendit patri latus & vulnera. Nulla potest esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. g [Quis ergo nos sepa. à chari. Christi.] quasi dicat, Nullus. Nihil enim potest hominem à Deo separare, nisi peccatum mortale. h [Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?] Nunquid ergo separabunt nos ista à charitate Christi? non, quia charitas omnia suffert, omnia sustinet. j. Cor. xiij. i [Sicut scriptum est.] psal. xlij. k [Quia propter te mortifica. tota die.] id est, variis tormentis ducimur ad mortem quasi continuè, sicut patuit in Apostolis & martyribus. l [Æstimati sumus sicut oues occi.] Lyr. quarum occisio reputatur vilis. Sic tyranni bona martyrum capiebant, & cum hoc obsequium se præstare Deo reputabant: vt patet Ioan. xv. Veniet hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. m [Sed in his omnibus.] scilicet positi. n [Superamus.] id est. vincimus. o [Propter eum.] id est eius virtutem. p [Qui dile. nos. Certus sum enim, quia neque mors.] Ly. id est, timor mortis q [Neque vita.] id est, amor vitæ. r [Neque angeli.] scilicet infimi. s [Neque principatus.] scilicet medij, t [Neque virtutes.] i. supremi, scilicet primę hierarchiæ quorum est facere miracula, & per hos etiam intelliguntur alij superiores illis. v [Neque instantia.] i. præsentia mala vel bona. x [Neque futura.] mala vel bona. y [Neque fortitudo.] id est, alicuius violentia. z [Neque altitudo.] id est, prosperitas fortunæ. a [Neque profundum.] aduersitas. b [Neque creatura.] à prædictis. c [poterit nos separare à charitate Dei.] quia Deum diligimus. d [Quæ est in Christo Iesu domino nostro.] scilicet nobis ostensa quia maiorem charitatem nemo habet, &c. Ioan. xv.

Peccatum mortale separat hominem à Deo. Tho. ij. ij. quęst. xxiiij.

QVAESTIO XXIIII.

SVper verbis Epistolę de communi Apostolorum quæ habentur, ad Rom. viij. c. Quis nos separabit à charitate Christi, oritur quæstio de charitate, Vtrum charitas amittatur per vnum actum peccati mortalis? Arguitur quòd non: virtutis theologicæ obiectum est vltimus finis: sed virtutes aliæ theologicæ, scilicet spes & fides non exceduntur per vnum actum peccati mortalis, imò remanent informes: ergo etiam charitas. Igitur. In oppositum: per peccatum mortale fuit homo dignus morte æterna: sed quilibet habẽs charitatem habet meritum vitæ æternæ. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd non est simile de charitate & aliis virtutibus: quia omne peccatum contrariatur charitati: non autem fidei vel spei. Ad quęstionem respondendum est secũdum Tho. ij. ij. q. xxiiij. ar. xij. per vnam conclusionem quæ talis est, Cùm vnum contrarium per aliquod contrarium superueniens tollatur, & quilibet actus peccati mortalis secundum propriam rationem sit charitati contrarius: per vnum actum peccati mortalis charitas amittitur.

Alia Epistola de Apostol. Ephes. ij. cap.

FRatres, [a] iam non estis hospites † & aduenę: [b] sed estis ciues sanctorum, [c] & domestici Dei, [d] superædificati [e] super fundamentum apostolorum, & prophetarum, [f] ipso summo angulari lapide Christo Iesu: [g] in quo omnis ædificatio constructa [h] crescit [i] in templum sanctum in Domino, [k] In quo & vos coædificamini [l] in habitaculum Dei in Spiritusancto.

Iam non estis hospites. Ante Christi aduentum omnes huius mundi hospites eramus & aduenæ: quia mundus nostra patria non est neque ciuitas nostra permanens: sed postquam Dominus saluator venit, domestici dei & filij facti sumus, non strã ciuitatẽ permanentem in cælis habentes: vñ Apostolus Nõ habemus hic ciuitatem pmanẽtem: sed futurã inquirimus: videlicet in cælis.

POSTILLA.

FRatres, iã nõ estis hospites & aduenæ, &c. Ante initium huius Epistolæ scribit Paulus in eodem cap. dicens. Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem qua dilexit nos cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. Postmodum sequitur præsens Epistola post pauca. a [Fratres, Iam non estis hospites & aduenæ.] Lyr. Deo & sanctis eius. b [Sed estis ciues Sanctorum] id est, de numero eorum c [Et domestici Dei.] s. in eius ecclesia recepti. d [Superædificati.] id est, instructi. e [Super fundamentum apostolorum, & prophetarum.] id est, super. doctrinam noui & veteris Testamenti. f [Ipso summo angulari lapi. Christo Iesu.] Ly. in ædificatione templi Salomonis, vt dicitur, fuit quidam lapis pluries reiectus ab ædificantibus eò quod non conueniebat loco cui applicabatur: finaliter optimè cedit in summitate ædificij in angulo duos parietes coniungendo. Et fuit figura Christi Iudæos & gentiles tanquam duos parietes in vnam ecclesiam cõiungentis. Vnde dicitur in Psal. cvij. Lapidẽ quem reprobauerũt ædificantes, hic fact' est in caput anguli, & à domino factũ est istud. Et istam figuram ponit hic Apostolus: vt dictum est. g [In quo omnis ædificatio cõstructa.] tam à Iudæis quam à gentilibus. h [Crescit.] scilicet per augmentum virtutum. i [In templum sanctum in domino.] id est, quousque sit templum Domini sanctum. k [In quo & vos coædificamini.] cum aliis fidelibus. l [In habitaculum Dei in Spiritusancto.] id est, ipso cooperante: sine quo nullum opus est acceptum Deo.

QVAESTIO XXV.

SVper verbis Epistolæ de communi Apostolorũ: quę habentur Eph.ij. scilicet, Et domestici Dei. oritur quęstio de ipsis Apostolis beatis, Vtrum beatorum Dei domesticorum sit aliquod præmium accidentale? Arguitur quòd non: accidẽtale præmium non dicitur accidentale: nisi quia sit accidẽs animæ: & sic visio Dei est accidentale præmium: ergo nullum potest dici præmium accidẽtale, nisi esset à Beatis separabile: sed nullum eorum gaudium aufertur ab eis. Igitur. In oppositum: accidens est quod aduenit rei post eius esse completum: sed multa gaudia habent beati, quæ si non haberent: nihilominus beatitudo ipsorum esset completa, ergo in eis est accidentale præmiũ. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricar. in iiij. Sen. distin. xlix. art. v. q. j. quòd in Beatis est præmium essentiale, quod est animæ beatitudo: consistens in clara Dei visione, & perfecta fruitione, & perfecta securitate de prędictæ visionis & fruitionis perpetuatione, & gaudio quod habẽt de Deo modis supradictis pręsens & præmium accidentale quod habent bonum creatum pro obiecto, quod accidẽtale dicitur: non quia sit accidens animæ, quia tunc beatitudo animæ diceretur etiam præmium accidentale: sed quia tale præmiũ non est de ratione beatitudinis animæ, eò quòd anima sine alio esset verè beata, quia sicut dicit August. v. lib. Confes. inter principium & medium ad Deum loquens de bonis creatis beatus qui te fecit, etsi illa nesciat: qui verò & te & illa nouit non propter illa beatior, sed propter te solùm beatus est. Ex iam dictis patet solutio ad argumẽtum in oppositum.

Epistola de Euangelistis, Ecclesiastici xv. cap.

Qui timet Deũ faciet bona. Timor Domini initium sapientiæ, sapiẽtiam in cordib^o & animis hominum efficit sine quo timore nullus bonum facit. Namq Dei timorem postponit à se sapiẽtiam reiicit. Et q timorem Domini suscipit, coronam sapientiæ sumit. vnde Eccle. i. c. Corona sapientię timor domini replens pacem, & salutis fructum.

QVi [a] timet † Deũ [b] faciet bona, [c] & qui continens est iustitiæ [d] apprehendet illam: [e] & obuiabit illi [f] quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. [g] Cibabit illum pane vitæ & intellectus, [h] & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. [i] Et firmabitur in illo, [k] & non flectetur: [l] & continebit illum, [m] & non confundetur, [n] & exaltabit illum apud proximos suos. [o] Et in medio ecclesiæ aperiet os eius. [p] & adimplebit illum spiritu sapientiæ [q] & intellectus: [r] & stola gloriæ [s] vestiet illum. [t] Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum.

POSTILLA.

QVi timet Deum faciet bona: & qui continens, &c. Ante initium huius lectionis habetur in præcedenti cap. Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circunspectionem Dei. Tunc postmodum sequitur præsens lectio, a [Qui timet Deum.] Ly. scilicet timore filiali. b [Faciet bona] supple opera. c [Et qui continens est iustitiæ.] Lyra, id est tenens eam in corde simul & opere. d [Apprehẽdet illam] scilicet sapientiam diuinam. e [Et obuiabit illi] nam præoccupat eos qui se concupiscunt, vel illis prior se ostendit. Sapien. vj. f [Quasi mater honori. & quasi mulier à virginitate suscipiet illum.] Ly. omni honore digna. g [Cibabit illum pane vitæ] id est verbo sacræ Scripturæ. Vnde Matth. iiij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. h [Et aqua sapientiæ salutaris potabit illum] id est Spiritussancti: de qua dicitur Ioan. iiij. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. i [Et firmabitur in illo] Lyr. Deo firmiter adhærendo. k [Et nõ flectetur] à rectitudine iustitiæ. l [Et continebit illum] id est Deus continebit eum secũ per perseuerantiam in bono. m [Et non confundetur] cum reprobis, sed honorabitur cum electis: ideo sequitur, n [Et exaltabit illum apud proximos suos.] Lyra, id est apud Sanctos suos qui sunt Deo propinqui: & quia talis nõ solùm sibi proficit ad salutem, sed etiam aliis, ideo sequitur, o [Et in medio ecclesiæ aperiet os eius,] scilicet ad docendũ populum. p [Et adimplebit illum spiritu sapientiæ] ad degustãdum diuina. q [Et intellectus] ad proponendum ea lucidè in ecclesia: r [Et stola] scilicet corporis & animæ. s [Vestiet illum] id est quod semper perseuerantibus in exemplari vita & salutari doctrina. t [Iucunditatem & exultationẽ thesaurizabit super illum] id est multiplicabit: & quoniam hæc gloria non est trãsitoria: ideo subditur, Et nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster.

QVAESTIO XXVI.

SVper verbis Epistolæ de communi Euangelistarum: quæ habentur Eccles. xv. scilicet, Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. oritur quæstio de sapiẽtia, Vtrum sapientia possit esse cũ peccato mortali? Arguitur quòd sic: sapientia importat cognitionem diuinorum: sed aliqui cum peccato mortali possunt habere cognitionem veritatis diuinæ. Igitur. In oppositum, Sapien. j. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Ad argumentum dicitur, quòd illa ratio

illa ratio procedit de cognitione diuinorum: quæ habetur per studium & inquisitionem rationis, quæ potest haberi cum peccato mortali: non autem vera sapientia ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij.ij. quæst. xlv. artic. iiij. per vnam conclusionem quæ talis est, Cùm sapientia præsupponit charitatem, & charitas non possit esse cum peccato mortali: quia contraria sunt: sapientia cum peccato mortali esse non potest.

Alia Epistola de Euangelist. Ezech. j. capite.

Quatuor animaliũ. Ista quatuor animalia sunt quatuor Euangelistæ, quia secundũ eorum euangelizationes & proprietates quæ secundum diuinitatem in Xpo sunt de Christo Dño locuti sunt: & isti sunt qui Xpi verbũ euangelizant: quibus indubiè credẽdum est. Mar. i. Credite Euãgelio.

Similitudo [a] vultus quatuor † animalium, [b] facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies bouis à sinistris ipsorum quatuor. [c] Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. [d] Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. [e] Duæ pennæ singulorum iungebantur: [f] & duæ tegebant corpora eorum. [g] Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. [h] Vbi erat impetus spiritus, illic gradiebantur. [i] Nec reuertebantur cum ambularent. [k] Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. [l] Hęc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. [m] Et animalia ibant, & reuertebantur [n] in similitudinem fulguris coruscantis.

POSTILLA.

Similitudo vultus quatuor animaliũ &c. Hic describitur quædam imaginaria visio ad designandum diuinæ præsidentiæ modum: cuius significationem Ezechiel intellexit, nam aliter non fuisset propheta. a [Similitudo vultus eorum facies hominis.] Ista facies primò ponitur: quià est facies animalis notabilioris, scilicet, rationalis. In eadem tamen linea facies leonis erat prima, hominis secunda, bouis tertia, & aquilæ quarta. b [Facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies bouis à sinistris ipsorum quatuor.] quia secundùm descriptionem Latinorum, facies hominis erat in latere opposito aspectui prophetæ: facies autem leonis in latere dextro illius animalis, & facies bouis in latere sinistro. c [Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.] quia secundùm descriptionem prædictam, facies aquilæ erat in parte superiori: quia tamen aquila habet collum longum, facies aquilæ eleuabatur supra alias tres. d [Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper] quia facies videbantur respicere superiora, & pennæ extensæ ad volandum similiter extendebantur versus superiora. e [Duæ pennæ singulorum iungebantur.] scilicet, in extremitatibus. f [Et duę tegebant corpora eorum.] Et istæ non erant extentæ ad volandum: sed demissæ inferius ad tangendum corpus. g [Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat.] id est, sine conuersione corporis. h [Vbi erat impetus spiritus.] scilicet, venti turbinis: de quo dicitur ante initium huius lectionis. i [Nec reuertebantur.] id est, corpora eorum non conuertebantur: cùm ambularent ad partes oppositas simul: sed successiuè. k [Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.] corpora animalium videbantur fulgentia sicut ignis, & lampades accensæ. l [Hæc erat visio discurrens in medio animalium, &c.] quia ignis & fulgur videbantur progredi ab eis. m [Et animalia ibant & reuertebantur, quia ad partes oppositas poterant ire: & hoc dicitur hic Reuerti: hoc tamen erat sine corporis conuersione, vt dictum est. n [In similitudinem fulguris coruscantis] quia incessus eorum videbatur valdè velox & terribilis. Vnde est notandum, quòd per istas prædictas quatuor facies, possunt intelligi quatuor regna tenentia monarchiam, scilicet, regnum Chaldæorum, regnum Persarum, regnum Græcorum, & regnum Romanorum. Per faciem leonis: quæ est prima secundùm descriptionem Hebræorum, intelligitur regnum Chaldęorum, seu Babyloniorum: vnde Ierem. iiij. Ascendit leo de cubili suo, &c. Per faciem hominis intelligitur regnum Persarum & Medorum: quod successit regno Chaldæorum, quia istud regnum humanius tractauit populum Iudæorum quàm alia: vt patet de Cyro rege. Per faciem bouis regnũ Græcorum: nam illud regnum molestauit populum Iudæorum maximè tempore Antiochi illustris. Per faciem autem aquilæ intelligitur regnum Romanorum, vnde & aquila est signum siue vexillum Romani imperij. Per sedentem in throno super firmamentum: intelligitur ipse Deus præsidens omni creaturæ cælesti & terrestri, ad cuius nutum omnia disponuntur. Sunt etiam multa particularia in hac visione contenta: quæ sanctis euangelistis seu euangelij prædicatoribus propriè coaptantur, prout Gregor. subtili indagine de qualibet particula tractat: vt cum dicitur de animalibus quòd facies & pennas per quatuor partes ha-

Quid quatuor facies designent.

bebant: iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: per hoc docet intelligendum, quòd omnis euangeliorum seu prædicatorum euangelij virtus sapientia qua cæteri homines contemplationis suæ volatu transcendunt vicissim sibi in pace atque vnanimitate coniunguntur. Et si aliquando diuersa inter se euangelistæ scripsisse videantur: nunquam tamen contraria dixisse reperiuntur. Intellectus igitur bonus omnibus facientibus ea.

QVAESTIO XXVII.

SVper verbis Epistolæ de communi Euangelistarum quæ habentur Ezech. j. scilicet, Facies hominis. oritur q. de homine, Vtrum facies hominis conuenienter primò ponatur in epis. ante facies aliorũ animalium? Arguitur quòd non: ista quatuor animalia in epistola posita repræsentant iiij. euangelistas, inter quos non est ordo anterioritatis atque posterioritatis in positione illorum: igitur non debet esse ordo in positione animalium ipsos euangelistas repræsentantium. In oppositum: propheta hanc epistolam scribens nihil inconuenienter posuit siue inordinatè. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd facies hominis non primò ponitur, vt denotet ordinem posterioritatis in Euangelistis: sed vt denotet dignitatem hominis, quia homo est dignior cæteris animalibus. Ad q. respondeo per vnam conclusionem, quòd facies hominis conuenienter primò ponitur in epistola ante facies aliorum animalium: ad denotãdum dignitatem ipsius hominis, qui est dignior omnibus creaturis corporeis: quod probo tripliciter. Primò, authoritate August. de libero Arbitrio, Omnis anima omni corpore est nobilior & melior. Secundò, probo ratione sic, Finis nobilior est his quæ sunt ad finem, vt ait Philosophus, sed anima est finis omnium corporum: vt ait Philosophus ij. de Anima. Igitur. Tertiò, probo exemplo, Multi sancti multas pœnas in corporibus passi sunt, vt animas saluarent: igitur.

Epist. de vno Martyre, Eccles. xxxj.

BEatus [a] vir [b] qui inuentus est sine macula: [c] & qui post aurum nõ abiit: [d] nec sperauit in pecuniæ thesauris. [e] Quis est hic & laudabimus eũ? [f] Fecit enim mirabilia in vita sua. [g] Qui probatus est in illo, [h] & perfectus inuentus est: [i] & erit illi gloria æterna. [k] Qui potuit transgredi, [l] & non est transgressus, & facere mala: & non fecit. [m] Ideo stabilita sunt bona illius in Domino: [n] & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.

Qui post aurum nõ abiit Maledict' homo q spẽ suã ponit in thesauris mundi, & in illis confidit, Deum cęli relinquẽs, & vanas mundi res quærens, quod Dominus prohibet dicens, Mat. vi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate vobis thesauros in cælo.

POSTILLA.

BEatus vir qui inuentus est sine macula, &c. Ante initium illius lectionis habetur, Qui aurum diligit, non iustificabitur. Tunc post hoc sequitur præsens lectio, a [Beatus vir.] scilicet, diues in acquisitione: scilicet, iusta. b [Qui inuentus est sine macula.] scilicet, cupiditatis & auaritię. c [Et qui post aurum non abiit] Lyr. Per concupiscentiam malam: sed magis aurum secutum est eum: cuius obsequio vsus est in operibus piis & honestis. d [Nec sperauit in pecuniæ thesauris.] ibi constituendo finem suum. e [Quis est hic & laudabimus eum.] quasi dicat, Rarus est & laude dignus. f [Fecit enim mirabilia in vita sua.] Illa enim quæ rara sunt homines mirantur. g [Qui probatus est in illo.] scilicet, auro. h [Et perfectus inuentus est.] in operibus liberalitatis & misericordiæ. i [Et erit illi gloria æterna.] vnde Matth. xxv. Venite benedicti Patris mei, &c. k [Qui potuit transgredi.] Nam diuitiæ dant oportunitatem faciendi mala. l [Et non est trãsgressus. & facere mala: & non fecit.] per stabilitatem voluntatis eius in bono. m [Ideo stabilita sunt bona, &c.] Nam pro temporalibus recipit æterna. n [Et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.] scilicet, ad informationem aliorum.

QVAESTIO XXVIII.

SVper verbis Epistolæ de vno Martyre quæ habentur Ecclesiast. xxxj. scilicet, Beatus vir qui, &c. oritur quæstio de beatitudine, Vtrum beatitudo possit haberi in hac vita. Arguitur quòd sic: quanto res est nobilior, tanto potentior est ad consequendum finem suum: sed animalia quę sunt infra hominem in hac vita possunt consequi finem suum: ergo multo fortius homo finem suum consequitur in hac vita, scilicet, beatitudinem. In oppositum habetur Iob xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis: sed beata vita omnem miseriam excludit: ergo non potest haberi vera beatitudo in hac vita. Ad argumentum dicitur quòd maior est vera cæteris paribus: hic autem non sunt cętera paria, quia finis hominis plus fugit naturam humanam, quàm finis aliorum animalium: homo enim illum finem per suam naturam consequi non potest. Ad q. respondendum est secundùm Ric. in iiij. Sen. dist. xlix. art. j q. vj. per vnam conclusionem quæ talis est, quod cum beatitudo sit miseriæ opposita, & hæc vita miseriis sit plena & necessitatibus: maximè necessitate moriendi, impossibile est per quamcũque potentiam totũ hominẽ beatificare remanẽtem in hac vita mortali.

Alia Epistola de vno Martyre Prouerbiorum iij. capit.

Beatus homo. Nisi sapientia à Dño mundo mundum nobis mortalibus fuisset data humana conditio in nobis defeceret: nã per sapiẽtiam viuimus regimur, gubernamur & ad gloriam futuram instruimur: ipsa est sine qua humanũ genus viuere nõ potest: ergo beatus homo q inuenit sapientiã, quoniam per sapientiã omnia bene aguntur. Vnde Sapiẽ. vii. Omnium artifex me docuit sapiẽtia: est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanct⁹ vnic⁹ multiplex subtilis, disertus, &c.

BEatus homo qui inuenit †sapientiã, b & qui affluit prudentia. c Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti. d Primi & purissimi fructus eius. e Pretiosior est cunctis opibus: f & omnia quæ desyderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, g & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius, viæ pulchræ, h & omnes semitæ eius pacificæ. i Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, k & qui tenuerint eam beati. l Dominus sapientia fundauit terram, m stabiliuit cælos prudentia. n Sapientia illius eruperunt abyssi, o & nubes rore concrescunt.

POSTILLA.

BEatus homo qui inuenit sapientiam &c. qui affluit prudentia, &c. Ante initium huius lec. habetur sic, Quem enim diligit Deus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi: tunc statim sequitur præsens lectio, a [Beatus homo qui inuenit sapiẽtia n.] Ly. id est notitiam de diuinis. b [Et qui affluit prudentia.] in agibilibus humanis. c [Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti.] tanto meliora sunt spiritualia bona corporalibus. d [Primi & purissimi fructus eius.] Et notãter dicit Primi: quia nullum opus bonum est nisi in virtute prudentiæ dirigatur: & purissimi, quia bona spiritualia non habent aliquod malum admistum, sicut frequenter habent corporalia, sicut aurum, argẽtum & similia habẽt annexã solicitudinẽ, & eleuationem mentis ad Deum impedientem: ideo subditur, e [Pretiosior est cunctis opibus.] sapientia. f [Et omnia quę desyderantur huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius] quia talis primò & principaliter habet aspectum ad cælestia, & æterna. g [Et in sinistra illius diuitiæ & gloria.] quia secundariò, & ex consequenti habet aspectum, ad tẽporalia benè administrãda. h [Viç eius, viç pulchrç: & omnes semitæ eius pacificæ.] quia nullam turpitudinẽ admittit, & ad decorem virtutum inducit: & sic hominem pacificatum reddit, redigendo vires inferiores in obsequium rationis. i [Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam.] Ly. sicut enim per lignũ vitæ continebatur vita: & sicut homo manẽs in statu innocentiæ de vita naturæ transisset ad vitam gloriæ sine morte media: sic & sapientia de vita gratiæ ducit hominem ad vitam gloriæ sine morte mortalis culpæ intermedia, dum tamen hic in ea perseueret. k [Et tenuerint eam beati.] quia certitudinaliter ad beatitudinem deducentur. l [Dominus sapientia fundauit terram.] i. per sapientiam suam. m [Stabiliuit cælos prudentia.] quia sunt incorruptibiles. n [Sapientia illius eruperunt abyssi.] & hoc tempore diluuij: vt habetur Gen. vij. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, o [Et nubes rore concrescunt.] quia calore Solis eleuantur exhalationes humidæ, & condensantur in nubes.

QVAESTIO XXIX.

SVper verbis aliæ Epistolæ de vno martyre quæ habentur Prouerb. iij. c. Beatus homo qui. oritur q. de homine qui inuenit sapiẽtiam. Vtrum homo qui inuenit sapientiam dicatur beatus? Arguitur ꝙ non: in sola Dei visione & fruitione consistit beatitudo: sed multi in mundo isto habent notitiam de diuinis quę dicitur sapientia secundum gl. ergo homo qui inuenit sapientiam non dicitur beatus. In oppositũ est in epi. hodier. Beatus homo qui inuenit sapientiam: igitur. Ad q. respondeo ꝙ beatus dicitur tripliciter. Vno modo cum spe & timore: vt sunt illi qui sunt sine peccato, & qui inuenerũt sapientiam: & de illis loquitur epi. & Dauid cùm dixit, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Alio modo beatus dicitur cum spe & sine timore: vt sunt illi qui sunt in Purgatorio de quibus loquitur Dauid, Beati quorũ, &c. Alio modo dicitur beatus actuali beatitudine, vt sunt illi qui habent fruitionem visionis diuinæ, & de tali beatitudine intelligitur argu: ad partem negatiuam factum.

Alia Epistola de vno Marty. Ecclesiast. xiiij. cap.

BEatus a vir qui in sapiẽtia morabitur, b & qui in iustitia † meditabitur, c & in sensu cogitabit circunspectionem Dei. d Cibabit illum pane vitæ, e & intellectus & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. f Et firmabitur in illo, g & non flectetur, h & continebit illum, & non confundetur, i & exaltabit illum apud proximos suos, k & nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster.

Qui in iustitia meditabit. Qui in hoc seculo viuere volunt & iusti haberi, eos iustitiæ pcepta obseruare decet: quæ sunt nemini nocere, vnicuique tribuere, quod suũ est: vnde Instit. primo, Iuris præcepta sunt hæc,

POSTILLA.

BEatus vir qui in sapiẽtia morabi. &c. Ante initiũ huius lectionis habetur in eo. ca. Beat⁹ vir q nõ est lapsꝰ verbo ex ore suo. Tũc post hęc sequitur

Neminem lędere, quod suum est vnicuique tribuere. Sic saluator Iesus monuit dicens, Mat. xxii. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

præsens lectio non post pauca. a [Beatus vir qui in sa. mo.] Ly. meditando diuina, quorum cognitio propriè dicitur sapientia: quali sapida scientia. b [Et qui in iustitia me.] reddendo Deo debitum cultum: & proximo suo amorem fraternum. c [Et in sensu cogi. circunspe. Dei.] id est quòd Deus circũspicit omnia & vbique: vnde ad Hebr. iiij. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. d [Cibabit illum pane.] id est verbo sacræ Script. e [Et intel. & aqua sa. &c.] id est gratia Spiritussancti. f [Et firmabitur in illo.] Ly. Deo firmiter adhærendo. g [Et non flectetur.] scilicet à rectitudine iustitiæ. h [Et continebit illum: & non confundetur.] scilicet cum reprobis: sed honorabitur cum electis. i [Et exaltabit illum apud proximos suos.] id est apud sanctos qui sunt Deo propinqui. k [Et nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster.

QVAESTIO XXX.

SVper verbis Epistolæ de vno Martyre, quæ habentur Eccle. xiiij. scilicet, Beatus vir qui in sapientia morabitur, oritur quæstio de sapientia, Vtrum sapientia sit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus reperitur in peccatoribus, sed sapientia reperitur in peccatoribus: patet Hier. iiij. sapientes sunt vt faciant mala. igitur. In oppositum sapientia dicitur donum Spiritussancti. patet, Iac. j. Si quis indiget sapientia postulet à Deo qui dat omnibus affluenter: igitur est virtus. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Nico. de nise in Gemma Prædicantiũ, quòd triplex est sapientia. Vna dicitur studiosa & est quę per studium acquiritur, qua homo potest benè & malè vti. Alia dicitur sapientia vitiosa: quæ est, vt ait Greg. cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa monstrare: & de tali intelligatur argumentum primum. Alia dicitur virtuosa, quæ est de sursum descendens: & talis est donum Spiritussancti, & etiam virtus.

Alia Epistola de vno Martyre, Eccle. xxxix. capit.

IVstus [a] cor suum tradidit [b] ad vigilandum diluculo [c] ad Dominum qui fecit illum, [d] & in conspectu altissimi deprecabitur. [e] Aperiet os suũ in oratione: pro peccatis & delictis suis [f] deprecabitur. [g] Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: & ipse [h] tanquam [i] imbres immittet eloquia sapientiæ suæ: [k] & in oratione confitebitur Domino. [l] Et ipse [m] diriget consilium eius ad disciplinam, [n] & in absconditis suis consiliabitur. [o] Ipse [p] palam faciet disciplinam doctrinæ suæ [q] & in lege testamenti Domini gloriabitur. [r] Collaudabunt multi sapientiam eius [s] & vsque in seculum non delebitur. [t] Non recedet memoria eius, [v] & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

POSTILLA.

IVstus cor suum tradidit, &c. Ante initium huius lec. habetur in cap. Sapientiã omniũ antiquorũ exquiret sapien. & narrationem virorum nominatorum conseruabit. Tunc sequitur præsens lectio siue epistola post pauca, a [Iustus cor suum tradidit.] Lyr. voluntariè. b [Ad vigilandum diluculo.] id est à iuuentute. c [Ad Dominum qui fecit illum.] scilicet ad ipsum intentionem dirigens deuotè & attentè. d [Et in conspectu Altissimi deprecabitur.] pro impetratione sapientiæ. e [Aperiet os suum in oratione pro peccatis & delictis suis.] scilicet emendandis. f [Deprecabitur.] vt sic ad receptionem diuinæ sapientiæ disponatur. g [Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: & ipse.] spũ intelligentiæ repletus. h [Tanquam imbres.] id est abundanter. i [Mittet elo. sap. suæ.] ad docendũ ignorantes. k [Et in oratione confitebitur domino.] totum effectum attribuens honori diuino. l [Et ipse] scilicet Deus. m [Diriget consilium eius.] scilicet in agendis. n [Et in abscon. suis consi.] scilicet, obscura clarius sibi reuelando. o [Ipse.] scilicet à deo illuminatus. p [Palam faciet disciplinam doctrinæ suæ.] sibi reuelata aliis propalando. q [Et in lege testamenti Domini gloriabitur.] hæc enim est gloria sapientiæ, in lege Domini meditari. r [Collaudabunt multi sapientiam eius.] nõ dicit omnes homines, mundani enim ipsum reputant imprudentem, eò quòd non quærit scientiam lucratiuam. s [Et vsque in seculum non dele.] scilicet doctrinam sapientiæ eius: vt patet Mat. xxiiij. Cælum & terra transibunt, &c. t [Non recedet memoria eius.] id est sapientis. v [Et nomen eius requiret à generatione in generationem.] quia per doctrinam ab eo scriptam remanebit nomen eius inter homines: qui vtũtur illis scriptis ad profectũ suum, & ad salutẽ animarũ suarum.

Cælum & terra transibunt, nõ quòd anni hilabũtur, sed transibũt quantũ ad virtutes quas nũc habẽt quas post iudicium vniuersale non habebunt.

QVAESTIO. XXXI.

SVper verbis epi. de vno Marty. quæ habentur Eccle. xxxix. s. Collaudabũt multi sapientiam eius, &c. oritur q. de sapientiam habenti bus, vtrũ sapientia sit in omnibus habentibus gratiam? Arguitur ꝙ non: sapientia datur contra stultitiã: vt ait Greg ij. Moraliũ: sed multi habentes gratiã sunt naturaliter stulti, vt patet de infantibus baptizatis: ergo non in omnibus

habentibus gratiam est sapientia. In oppositũ: sapientia præsupponit charitatem: sed habentes gratiam sunt in charitate. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd infantes baptizati habent habitum sapientiæ non actum, propter impedimentum corporis. Ad q. respondendum est secundùm Thom. ij. ij. q. xlv. per tres veritates. Prima est, Quicunque est sine peccato mortali diligitur à Deo, quia charitatem habet, qua Deum diligit, & quia Deus diligit diligentes se. Secunda, Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Tertia, In omnibus habentibus gratiam sine peccato mortali existentibus est sapientia.

Epistola de pluribus Martyribus, Sap. iij. cap.

IVstorum animæ[a] in manu Dei sunt, [b] & non tanget illos tormentum mortis. [c] Visi sunt oculis insipientium mori, [d] & æstimata est afflictio exitus illorum, [e] & ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: [f] illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi [g] sunt, spes illorum immortalitate plena est. [h] In paucis vexati, [i] in multis benè disponentur. [k] Quoniam Deus tentauit eos, [l] & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit, & quasi holocausta hostiæ accepit illos: [m] & in tempore erit [n] respectus illorum. [o] Fulgebunt iusti, [p] & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. [q] Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, [r] & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

POSTILLA.

IVstorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. Ante initium huius lec. habetur sic, Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illos qui sunt ex parte eius. Tunc sequitur præsens lectio siue epistola. a [Iustorum animæ in manu Dei sunt.] Lyr. sunt enim animæ iustorum immortales, & separatæ à corporibus per mortem: & sunt in manu diuinæ misericordiæ per securitatem gloriæ consequendæ. Nam à tempore passionis Christi post quam aperta est ianua gloriæ, si non habent aliquid ad purgandum, statim euolant ad gloriam; si autem habent aliquid ad purgandum, detinentur in manu diuinæ iustitiæ in pœna Purgatorij ad tempus sunt tamen securæ de sua beatitudine consequenda, ergo dicit hîc, Iustorum animæ in manu Dei sunt. b [Et non tanget illos tormentum mortis.] scilicet, tormentum gehennæ. c [Visi sunt ocu. insip. mori.] totaliter in anima & corpore. d [Et æstimata est affli. exitus illorum.] & ab itinere iusto abierunt in exterminium de hoc mundo, reputata est afflictio ab illis, qui aliam viam hominis non credunt post hanc vitam. e [Et quod à nobis est iter exterminij.] errorem illorum qui dicunt homines recedentes à nobis per mortem totaliter exterminari. f [Illi autem.] scilicet, iusti. g [Sunt in pace: & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immorta plena est.] quia non potest amitti. Immortalitas verò Adæ non fuit plena, quia amitti poterat: & fuit amissa. h [In paucis vexati.] id est, tribulati. i [In multis benè disponentur.] per gloriam animæ & corporis. k [Quoniam Deus tentauit eos.] scilicet, vt virtus patientiæ eorum nota fieret aliis ad exemplum imitationis. l [Et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit, &c.] id est, quòd non deteriorantur, sed meliorantur. m [Et in tempore.] scilicet, tribulationis. n [Erit respectus illorum.] non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, quod resurget gloriosum. o [Fulgebunt iusti] per dotem claritatis. p [Et tanquam scintillæ in arundineto discurrent.] per dotem agilitatis. q [Iudicabunt nationes.] iam perfecti iudicabunt cum Christo in iudicio finali. r [Et dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.]

QVÆSTIO XXXII.

SVper verbis Epistolæ de pluribus martyri. quæ habentur Sapient. iij. scilicet, Iudicabunt nationes. oritur q. de martyribus, Vtrum sancti martyres in iudicio vniuersali sint iudicaturi. Arguitur quòd non: in iudicio non debet esse idem accusator & iudex: sed Sancti in iudicio constanter accusabunt eos, vt patet Sapient. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: ergo Sancti non iudicabunt, sed solus Christus. In oppositum est in epistola hodierna ibi, Iudicabunt, &c. Ad quæst. respondendum est secundùm Ricard. in iiij. Sentent. distinct. xlvij. artic. ij. quæst. vij. quòd sancti martyres non iudicabunt potestate ordinaria, sed ipsa sola Trinitas: neque potestate delegata, sed solus Christus: sed benè iudicabunt approbatione, omnes enim electi approbabunt iudicis sententiam. Ex dictis patet solutio argumentorum.

decantauerunt Domine sanctum nomen tuum, g & victricem manum tuam, h laudauerunt pariter: Domine Deus noster.

bene meruit, bonū reddet, si autem mala, mercedem mali accipiet: vt vult magister Sen. lib. iiii. distin. xlix. de differētia mansionum.

POSTILLA.

REddet Deus omnem mercedē, &c. Ante initium huius lectionis habetur in eodem cap. Sapientia æterna vēditum iustum scilicet Ioseph: quem fratres sui vendiderunt non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descēditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, & mendaces ostendit qui maculauerunt eum, & dedit illi claritatem æternā. Tunc sequitur præsens lectio, siue epistola, a [Reddet Deus.] scilicet iustus. b [Omnē mercedem laborum san. suorum.] Ly. Nam de mandato domini filij Israel recedentes spoliauerunt Ægyptum: scilicet mutuo à vicinis vasa aurea & argentea accommodando: & hoc in compensationem laborum quibus iniustè aggrauauerāt eos Ægyptij: vt habetur Exod. xij. c [Et deducet illos in via mira. & erit in velamen diei, & in luce stellarum in nocte.] scilicet columna nubis per diem & ignis per noctem. d [Et ab altitudine iufe.] id est de fundo maris. e [Eduxit illos.] ideo iusti tulerunt spolia impiorum: viderunt enim Ægyptios mortuos super littus maris. Exo. iiij. & spoliauerūt eos armis pretiosis: & secundum Hebræos ista præda fuit maior quàm illa qua prius spoliauerunt Ægyptum vasis aureis & argenteis. f [Et decantauerunt Do. san. no. tuum.] dicentes illud cāticum, Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. g [Et victricem manum tuam.] id est, potentiam tuam Ægyptios submergentem. h [Laudauerunt pariter Domine Deus noster.

QVAESTIO. XXXIIII.

SVper verbis epistolæ de pluribus martyribus, quæ habentur Sapientiæ x. scilicet Reddet Deus omnem mercedem laborum Sanctorum suorum: oritur quæstio theologalis de mercede ipsorum Sanctorum, Vtrum beatitudo quæ dicitur merces Sanctorum consistat in visione Dei per essentiam. Arguitur quòd non: intellectus non potest ad hoc pertingere vt videat Deum per essentiam: quia inter intelligibile quod est perfectio intellectus & Deum nulla est proportio: igitur beatitudo Sanctorum non cōsistit in visione Dei per essentiam. In oppositum Matthæi v. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd licèt inter Deum & intelligibile non sit propria proportio: est tamen proportio communis quæ dicitur habitus, quo mediāte finitum potest habere proportionem ad infinitum sicut eius perfectio: & talis sufficit ad hoc quòd intellectus videat essentiam diuinam. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioā. de Turre crema. in q. super Euangeliis, quòd beatitudo quæ dicitur merces Sanctorum consistit in visione Dei per essentiam, quod dupliciter probatur. Primò sic, Desyderium Sanctorum non potest omnino frustrari, sed ipsorum desyderium est, videre Deum per essentiam: igitur. Secundò sic, Nihil est finaliter perfectum nisi attingat ad suum principium secundum suum modum quo mediante efficitur perfectum: sed beatitudo est vltima perfectio creaturæ rationabilis, cuius principiū est Dei visio per essentiā, igitur.

Alia epistola de pluribus Martyribus, Prouerbiorum xv.

LIngua a sapientum ornat scientiam, b os fatuorum ebullit stultitiā. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos: c lingua placabilis d lignum vitæ. e Quæ autem immoderata est, f conteret spiritum. g Domus iusti plurima fortitudo, h & in fructibus i impij conturbatio. k Labia sapientium dissemiṅabunt scientiā, l cor stultorū dissimile erit. m Victimæ impiorum abominabiles Domino, n vota iustorum placabilia. o Qui sequitur iustitiam, p diligetur à Domino.

Lingua sapientum. Sapiens secundū Dominum: sapiens vere, non ex superbia sermonē vere sciētiæ ornare docet parcè loquendo: & non verbis plurimis abundando: vnde diuus Paulus ad Roma. xii. Non alta sapientes, sed humilibus cōsentientes.

POSTILLA.

LIngua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam, &c. Ante initium huius lectionis habetur eo. ca. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Tunc statim sequitur præsens lectio. a [Lingua sapientum ornat scientiam.] quia debito tempore & loco gratiosè proponit eam. b [Os fatui ebullit stultitiam.] quia impetuosè profert eam. c [Lingua placabilis] id est suauis eloquio erga proximū & orationi intēta erga Deū ad ipsum placandū. d [Lignū vitæ.] quia sicut per lignū vitæ continuabatur vita corporalis: ita per tēporalem linguam vita spiritualis. e [Quæ autem immoderata est.] scilicet ad loquēdum. f [Conteret spiritum.] quia in multiloquio non deerit peccatum. g [Domus iusti plurima fortitudo.] quia Dominus proteget eam. h [Et in fructibus.] id est in operibus. i [Impij contur.] quia malus non potest habere pacem ad proximum, nec etiam ad seipsum. k [Labia sapientium dissemiṅabunt scientiam] scilicet populum docendo. l [Cor stultorum dissimile

erit.] id est cordi sapiētis, & etiam sibiipsi: quia diuersis & variis cogitationibus agitatum. m [Victimæ impiorum abominabiles Domino:] sicut oblatio Cain: quia fuit de alieno vel mala voluntate. n [Vota iustorum placabilia.] sicut patet de Abel, quia ad Abel respexit Dominus & ad munera eius. o [Qui sequitur iustitiam.] secundum eam operando. p [Diligetur à Domino] qui est regula iustitiæ.

QVÆSTIO XXXV.

SVper verbis epistolæ de pluribus martyribus quæ habentur Prouer. xv. scilicet Victimæ impiorum abominabiles sunt Deo, oritur quæstio, Vtrum existens in peccato mortali, & faciens aliquod opus de genere boni: frustretur omni præmio? Arguitur quòd sic: habetur xx. q. v. c. scriptum, Donā iniquorum non probat Altissimus nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccato eorum. Igitur. In oppositum ait Boē. iij. de consol. Nullum bonum irremuneratum: igitur. Ad argumētum dicitur, quòd illa auctoritas intelligitur quò ad meritum vitæ æternæ. Ad quæstionem respondendum est secundùm Bonauen. iiij. Sen. dist. xv. arti. j. q. v. per vnam conclusionem quæ talis est, Homo quantumcunque fuerit peccator: non debet desinere facere bona: quia cùm aliquis aliquid boni facit, non potest esse sine aliqua gratia gratis data, quæ disponit de congruo, licèt non de condigno ad gratiam gratum facientem, quam Dominus aliquo modo acceptat, etsi non ad meritum vitæ æternæ, tamen ad aliqua bona huius vitæ.

Alia epistola de pluribus Martyribus, Prouerbiorum x. & xj.

Expectatio iustorū lętitia. Iusti per fidē & spem regnum Dei expectāt: peccatores autem iudicium Dei & supplicium æternū. Dauid in persona iusti, Psal. xxxi. In te Dñe speraui nō confundar in æternum. Idem de peccatoribus, Psal. ix. Contere brachiū peccatorū & maligni

EXpectatio [a] iustorum † lætitia: [b] spes autem impiorum peribit. [c] Fortitudo simplicis via Domini, [d] & pauor his qui operantur malum. [e] Iustus in æternum non commouebitur, [f] impij autem non habitabunt super terram. [g] Os iusti parturiet sapientiam, [h] lingua prauorum peribit, [i] Labia iusti consyderant placita. [k] & os impiorum peruersa. [l] Simplicitas iustorum [m] diriget eos, [n] & supplantatio peruersorum [o] vastabit illos. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iustitia autem liberabit à mortte. Iustitia simplicis diriget viam eius, & in impietate sua corruet impius. [p] Iustitia rectorum liberabit eos, [q] & in insidiis suis capientur iniqui. [r] Iustus de angustia liberatus est, & traditur impius pro eo. [s] Simulator [t] ore decipit amicum suum, [v] iusti autem liberabuntur [x] scientia. In [y] bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio.

& Psal. x. Pluet super peccatores laqos ignis & sulphur, & spiritus procellarum.

POSTILLA.

EXpectatio iustorum lætitia, &c. Ante initium huius lectionis habetur in eodem c. sic, Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabūtur. Tunc statim sequitur præsens epistola. a [Expectatio iu. læti.] id est beatitudo æterna quæ habet annexam lætitiam. b [Spes autem imp. peribit.] id est præsumptio eorum peribit, quia præsumūt habere beatitudinē sine meritis, dicentes, Deus nō fecit nos ad damnandum, sed ad saluandum. c [For. sim. via Do.] id est eius iustitia simplices & rectos præmiando. d [Et pauor his qui operantur malum.] id est, impios puniendo. e [Iustus in æternum non commoue.] scilicet à stabilitate virtutis. f [Impij autem non habi. super terram] scilicet viuentium. g [Os iusti partu. sapientiam.] scilicet alios docendo. h [Lingua prauo. peri.] Vnde diues epulo in Inferno existens magis cruciabatur in lingua quàm in aliis membris: vt patet Luc. xvj. i [Labia iusti consyde. pla.] id est, Deo & hominibus. k [Et os impiorum peruersa] id est blasphemias contra Deum, & iniurias contra proximum. l [Simplicitas iustorum,] scilicet qui procedunt in factis suis sine plica dolositatis. m [Diriget eos.] Ad beatitudinem n [Et supplan. peruer.] qui decipiunt simplices. o [Vasta. illos.] id est in pœnam Inferni, & etiam aliquando propter hoc destruuntur in vita præsenti. p [Iustitia rectorum libe. eos.] scilicet, à morte gehennæ. h [Et in insi. suis capien. iniqui.] sicut iniqui iudices insidiantes Susannæ fuerunt adiudicati morti. q [Iustus de angu. libe est: & tra. impius pro eo.] quod patet de Dauid iusto qui fuit in regno restitutus: & impius Absalon tribus lanceis transfossus: vt patet ij. Reg. xviij. s [Simulator.] id est hypocrita qui simulat sanctitatem. t [Ore decipit amicum suum,] id est, iustum qui sperat promoueri cui adulatur. v [Iusti autem libe.] scilicet ab istius deceptione. x [Scientia.] scilicet, qua discernitur inter sanctitatem veram & fictam. y [In bonis iusto. exciui.] scilicet à Deo: sicut Ezechias in orationibus & lachrymis saluauit ciuitatem Ierusalem à Sennacherib: vt patet iiij. Reg. xix. similiter Basilius in nouo Testamento oratione sua ciuitatem à Iuliano apostata liberauit.

QVAESTIO. XXXVI.

SVper verbis epistolæ de pluribus martyribus quæ habentur Prouerb.x.scilicet, Fortitudo simplicis via Domini, oritur quæstio de fortitudine, Vtrum martyrium sit actus fortitudinis? Arguitur quòd non: ait Augustinus in quodam sermone de S.Cypriano, Non facile est martyrem celebrando venerari, magnã verò fidem eius & patiẽtiam imitari: sed in vnoquoque actu virtutis pręcipuè laudatur virtus cuius est actus: ergo martyriũ magis est actus patientiæ quàm fortitudinis. In oppositũ: quilibet laudatur ex virtute cuius actum exercet, sed martyr exercet actũ fortitudinis sustinendo martyrium. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd principalior actus fortitudinis debet sustinere ad quem pertinet martyrium, non autem ad secundarium actum eius qui est aggredi: & quia patientia deseruit fortitudini ex parte actus principalis qui est sustinere, inde est quòd conuenienter in martyribus patiẽtia laudatur. Ad quæstionem respõdendum est secundùm Tho. ij. ij. quæstio cxxij. per tres cõclusiones. Prima est, Ad fortitudinem pertinet vt confirmet hominem in bono virtutis, & maximè contra pericula & præcipuè mortis & maximè eius qui est in bello. Secunda conclusio, In martyrio homo firmiter confirmatur in bono virtutis dum fidem & iustitiã non deserit propter pericula mortis imminentia. Tertia conclusio, Martyriũ est fortitudinis actus: & propter hoc dicitur de martyrib⁹, Fortes facti sunt in bello.

Alia epistola de pluribus Martyribus, Hebr. xj cap.

Per fidem vicerunt. Tãta fidei est efficacia, vt omnia aduersa vincat, & quicqd vult à Deo impetret, vt patet Matth. x.

FRatres, [a] sancti per fidem vicerunt † regna [b] operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. [c] Obturauerunt ora leonum. [d] Extinxerunt impetum ignis. [e] Effugauerunt aciem gladij. [f] Cõualuerunt de infirmitate: [g] fortes facti sunt in bello. [h] Castra verterunt exterorũ: [i] acceperunt mulieres [k] de resurrectiõe mortuos suos. [l] Alij autẽ distenti sunt, [m] non suscipientes redemptionem, [n] vt meliorẽ inuenirent resurrectionẽ. [o] Alij verò ludibria & verbera experti, & vincula, & carceres, lapidati sunt, [p] secti sunt, [q] tentati sunt, [r] in occisione gladij mortui sunt. [s] Circumierunt [t] in melotis, [v] & in pellib⁹ caprinis [x] egẽtes, [y] angustiati, [z] afflicti, [a] quibus [b] dignus nõ erat mundus. [c] In solitudinibus errãtes, in mõtibus & speluncis & in cauernis terræ: [d] Et hi omnes [e] testimonio fidei [f] probati [g] inuẽti sunt, in Christo Iesu Domino nostro.

POSTILLA.

FRatres, sancti per fidem vicerũt regna, &c. In hac episto. commemorat apostolus patiẽtiam & passiones & victorias sanctorum martyrũ: & fidẽ cuius virtute, patientes fuerunt, victores extiterunt dicens. a [Sancti per fidem vicerunt regna:] sicut patet in martyribus qui vicerũt reges & præsides. b [Operati sunt iusti. adepti sunt repromissiones.] Ly. i. gratiæ in Via, & gloriæ in Patria. c [Obturauerunt ora leo.] sicut legitur de Daniele misso in lacũ leonum & de pluribus martyribus & virginibus legitur in Legendis sanctorũ, quòd fuerunt proiecti ante leones & vrsos, & tamẽ mansẽrũt illæsi. d [Extinxerunt impetum ignis] sicut tres pueri missi à Nabuchodonosor in fornacem ignis, quibus ignis non nocuit, nec eos in aliquo cõtristauit. Similia etiã leguntur de pluribus sanctis martyrib⁹ & virginibus in nouo Testamẽto. e [Effuga. aciem gladij] i. exercitum accinctum gladiis: vt Dauid, & alij multi reges & principes diuino adiutorio vicerũt exercitus magnos & fortes in veteri & etiam in nouo Testamento. f [Conualuerunt de infir.] i. per orationẽ & pœnitentiam, vt Ezechias, Iob, & Thobias, &c. Simile legitur de sanctis noui Testamenti quòd multi infirmi sunt curati per orationes Sanctorum & per pœnitentiã. g [Fortes facti sunt in bello] sicut Iosue & Iudas Machabæus cum filiis suis, qui fortiter bellãdo obtinuerunt terras & ciuitates. h [Castra verterũt exterorum] inimicorum quos verterunt in fugã. i [Acceperunt mulieres] i. matres. k [De resurrectione mortuos suos] i. resuscitatos sicut per Eliam & Eliseum in veteri Testamento: & etiam multi defuncti in nouo Testamento resuscitati per Christũ & Apostolos & per alios sanctos sicut patet in Legendis Sanctorum. l [Alij autem distenti sunt] s. in aculeo & aliis tormẽtis propter fidem vnius veri Dei. m [Non suscipientes redemptionem] i. non accipientes liberationem sicut S. Andręas qui de cruce deponi noluit, &c. n [Vt meliorem inuenirent resurrectionem] vt quanto grauiora sustinerent pro Christo, tanto gloriosius coronarentur, o [Alij verò ludibria & verbera experti insu. & vincula & carceres lapidati sunt:] vt Ieremias & Zacharias filius Ioiadæ. p [Secti sunt] sicut Isaias serra lignea ex iussu regis Manasse. q [Tentati sunt] s. promissionibus persecutorum & blandimẽtis munerum: vt ad idololatriam inclinarentur. r [In occisione gladij mortui sunt] quia multi in veteri Testamento nolentes consentire in idolo-

quæstionem respondendum est, quòd maior honor & reuerentia debetur, dignitati spirituali quàm temporali propter tria. Primò ratione vtilitatis Christi. Arist.iij.Topicorum, Beneficiatus tenetur rependere vices suo benefactori. Habetur ff. de petitione hæreditatis, Beneficiēti benefacere debem⁹: sed sacerdos maiora beneficia impēdit cuilibet homini, quàm omnes temporales: quatuor enim dat beneficia. Primum dicitur mundationis, quia mūdat ab originali baptizando. Secundū dicitur remissionis, quia peccata mortalia remittit. Tertiū dicitur cibationis: quia conficit corpus Christi: quo homines cibantur, eósq; cibat verbo diuino. Quartū dicitur apertionis quod aperit paradisum. Secundò ratione paternitatis: omnes enim fideles tenentur honorare patrem: ait enim Alexander de Halis iij parte Summæ, quòd triplex est pater, scilicet, Cælestis: & talis dicitur Deus. Pater carnalis: & dicitur ille qui genuit. Pater spiritualis dicitur ille qui ministerialiter per regenerationem & efficaciā baptismi & aliorum sacramētorum: dat hominibus nobilius donū quam pater carnalis. s. gratiam: ideo est honorandus sacerdos. Tertiò ratione finalitatis: ait Arist.iij.Topi. cuius finis bonus est: ipsum quoque bonum est, exempli gratia, Quantò finis artis est nobilior, tātò ars est nobilior: sed officiū siue ars siue potestas sacerdotalis est nobilior aliis officiis, quæ homines tēporales exercent: habet enim potestatem consecrandi corpus Christi: quæ est potestas excellentior aliis: igitur est honoranda.

Alia epistola de vno Cōfessore, Ecc.xlv.ca.

Dilectus [a] Deo & hominibus, cuius memoria in benedictiōe est. [b] Similē illum fecit in gloria Sanctorū, [c] & magnificauit eum in timore inimicorū, [d] & in verbis suis monstra placauit. [e] Glorificauit eū in conspectu regum, [f] & vnxit illum coram populo suo, [g] & ostendit illi gloriam suam. [h] In fide & lenitate ipsius [k] sanctum fecit illum, [l] & elegit eum ex omni carne. [m] Audiuit enim vocem ipsius: [n] & induxit illum in nubem. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

POSTILLA.

Dilectus Deo & homini. cuius, &c. In verbis huius lec. quò ad literā commendatus est Moyses: quia à pueritia fuit sic gratiosus vt esset diligibilis omnibus propter quod filia regis in pueritia ipsius eum in filium adoptauit, vt habetur Exod.ij. Et sic sub nomine ipsius Moysi designatur laus istius sancti confes. cuius festū hodie in ecclesia peragitur cùm dicitur, a [Dilectus Deo & hominibus cuius mem. in bene. est.] Ly. in omni bono. b [Similem illum fecit in glo. Sancto.] scilicet videndo diuinam essentiam, sic dicit Aug. ad Paulinum de Videndo Deum. c [Et ma. eum in tim. inimico.] scilicet Ægyptiorum, inter quos fuit magnus valdè. d [Et in verbis suis monstra placauit.] quia plagæ Aegypti & mōstra cessauerunt ad eius orationem. e [Glo. eum in con. regum.] scilicet Pharaonis regis Aegypti & Seon & Og, vt habetur Num.xx. f [Et vnxit il. coram populo suo.] scilicet in monte Sinai vbi populus loquentem audiuit: vt habetur Exo.xx. g [Et osten. illi glor. suam.] scilicet in visione per essentiā. h [In fide.] Fuit enim valdè fidelis. i [Et le. ipsius.] vnde Num.xxij. Erat enim Moyses mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. k [Sanctū fe. illū.] id est mundū & firmum. l [Et ele. eum ex omni car.] s. ad educendum filios Israel de Aegypto: vt esset legislator veteris Testamenti. m [Audi. enim vocem ipsius.] s. deprecantem pro relaxatione peccati Israel in fabricatione vituli: vt patet Exod. xxxij. n [Et induxit illum in nube: & dedit illi cor ad præcepta.] s. ad Dei opera adimplēda, & aliis dicēda.

QVAESTIO. XXXIX.

Svper verbis epistolæ de vno cōfessore quæ habentur Ecc.xlv. scilicet, Magnificauit illum in timore inimicorum, oritur quæstio de timore, Vtrum timere inimicos qui occidunt corpus; sit peccatum mortale? Arguitur quòd non; nihil quod naturaliter est in homine, est peccatum, quia peccatum est contra naturam: sed timere est homini naturale. Igitur. In oppositum Luc.x. nolite timere eos qui corpus occidunt. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd mala quibus homo resistere non potest: & ex quorum sustinentia nihil boni prouenit homini: ratio dictat fugienda esse: ideo timor talium non est peccatum. Ad q. respondendum est secundum magistrum Ioan. de turre cremata. in iiij. Sen. dist. v. super Euangeliis per duas conclusiones. Prima est, quòd appetitus fugit ea quæ ratio dictat esse sustinenda; & deficit ab aliis quæ magis prosequi debet, & inordinatus est, & habet rationem peccati. Secunda conclusio, Quando appetitus timēdo refugit id quod est secundum rationem fugiendum, non est inordinatus nec peccatum.

Alia epistola de vno Confesso. Sap.x. cap.

Ivstū [a] deduxit Dominus [b] per vias rectas & ostendit illi regnum Dei: [c] & dedit illi scientiā Sanctorū. [c] Honestauit illum in laboribus, [d] &

Per virtutes. Simplices homines literarū ignari p. fidem bene operātes gratia Dei glorificantur. Paulus ad Ephes. ii. Gratia sal uati estis.

complevit labores illius. [e] In fraude circumuenientium [f] affuit illi [g] & honestum fecit illum. [h] Custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: [i] & certamen forte dedit illi, [k] vt vinceret & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. [l] Hæc venditum iustum [m] nõ dereliquit: sed à peccatoribus liberauit eum. [n] Descenditq; cum eo in foueam: [o] & in vinculis non dereliquit eum: donec afferret illi sceptrum regni, [p] & potentiam aduersus eos qui eum deprimebãt. [q] Et mendaces ostẽdit qui maculauerunt illum: [r] & dedit illi charitatẽ ęternã. [s] Dominus Deus noster.

POSTILLA.

IVstum deduxit Dominus per vias rectas, &c. In verbis huius lectionis commendatus est Iacob pater filiorum Israel qui iustus fuit: & in Mesopotamiam iuit fugiẽs iram fratris sui Esau: vt habetur Gen. xxvij. & hîc sub nomine Iacob designatur laus istius sancti confessoris: cuius festum hodie celebratur cùm dicitur, a [Iustũ deduxit Dominus per vias rectas: & ostẽdit illi regnum Dei] s. quãdo vidit scalam cuius summitas tangebat cælum, & Dominum innixum scalæ: vt patet Gen. xxviij. Tunc enim habuit reuelationẽ de superna Ierusalem: idcirco euigilans dixit, Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. b [Et dedit illi scientiam sanctorum] i. notitiam de sanctis angelis, quos vidit ascendentes per illam scalam. c [Honestauit illum in lab.] i. reddidit eum diuitem & inclitũ pro laboribus suis in custodiendis ouibus Laban auunculi sui: vt patet Gen. xxx. Ditatus est homo ille vltra modum. d [Et cõple. lab. illius] quando Deo protegente recessit de Mesopotamia cũ vxoribus: & liberis & diuitiis suis. e [In fraude circumue.] i. Laban & filiorum suorum, qui nitebantur eum decipere mutãdo frequenter mercedem suã: vt patet Gen. xxx. f [Affuit illi] multiplicando greges, qui secundùm pactum debebant cedere in mercedẽ Iacob. g [Et hone. fe. il.] ditando eum temporalibus & spiritualibus diuitiis. h [Custodiuit eum ab inimi. & à seducto. tuta. il.] i. Laban & eius filiis insequentibus Iacob recedentem ad spoliandum, vt habetur Gen. xxxij. k [Vt vin. & sciret quoniam omnium poten. est sapie.] s. Esau fratrem suum proprium sibi aduersantem: ad hoc enim fuit illa luctatio vt Iacob assecuraretur de victoria contra Esau quem nimis timebat. Idcirco dixit ei angelus, Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?

Post hoc ponitur aliud exemplum de Ioseph quem vendiderunt fratres sui Ismahelitis dicens, l [Hæc vendi. iustum] i. Ioseph. m [Non dereliquit: sed à peccatoribus libe.] s. fratribus suis eum occidere volentibus. n [Descenditq; cum eo in foueã.] i. in carcerem regis Ægypti: vt patet Gen. xxxix. vnde dicitur ibidem, Fuit autem dominus cum Ioseph deditq; ei gratiã in conspectu principis carceris. o [Et in vincu. non dereliq. eum donec affer. illi scep. regni.] i. dominationem in regno Ægypti post regẽ immediatè: vt patet Gen. xlij. p [Et poten. aduer. eos qui eum deprimebant] s. Phutifar & vxorẽ eius quibus superior fuit. q [Et menda. ostendit qui maculau. illum] imponendo sibi iniustè adulterium: nam malitia mulieris fuit detecta. r [Et dedit illi charitatem æter.] scilicet bonæ famæ quæ manet adhuc: & manebit vsque in finem. s [Dominus Deus noster.]

QVAESTIO XL.

SVper verbis epistolæ de vno confessore quę habentur Sapien. x. s. Dedit illi charitatem æternam. oritur quæstio de charitate, Verum charitas causetur in aliquo ex infusione gratię Spiritussancti? Arguitur quòd non: j. ad Tim. j. Finis præcepti est charitas; de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: sed hæc tria pertinẽt ad actus humanos, ergo charitas causatur alicui ex actibus præcedentibus, & nõ ex infusione. In oppositũ: ad Rom. j. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum qui datus est nobis. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd prædicta sunt referenda ad actum charitatis: vel dicitur quòd huiusmodi actus disponunt hominẽ ad recipiendum charitatis infusionem. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. ij. ij. q. xxiiij. per vnam conclusionem, quæ talis est, Cùm charitas naturæ facultatẽ excedat, & non possit inesse alicui naturaliter: neque per vires naturales acquiri posset in aliquo, per infusionem Spiritussancti, qui est amor patris & filij causatur.

Alia epistola de Confessoribus, Sapien. vij. cap.

OPtaui, [a] & [b] datus est mihi sensus: [c] & inuocaui & venit † in me spiritus sapientiæ, [d] Et præposui illã regnis & sedibus: & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec cõparaui illi lapidẽ pretiosum: quoniã omne aurum in cõparatione illius, arena est exigua: & tanquã lutum ęstimabitur argentũ in conspectu illius. [e] Super salutẽ & speciem, [f] dilexi illã,

† Venit in me spirit' sapientiæ. Nil homini mortali manus post Deum appetendum esse dicit quàm veram à Deo & ordinatam sapientiam: nam ea est vera sapientia qua quilibet mortalis edoceri debet: vnde Prou. viij. Sapientia foris prædicat, & in plateis dat vocem.

[g] & proposui pro luce habere illam: [h] quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autẽ mihi omnia bona pariter cũ illa, [i] & innumerabilis honestas per manus illius. [k] Et lætatus sum in omnibus: quoniã antecedebat me ista sapiẽtia, [l] & ignorabã, [m] quoniam horum omniũ mater est. [n] Quam sine fictione didici, [o] & sine inuidia cõmunico. [p] Honestatẽ illius non abscondo. [q] Infinitus enim thesaurus est hominib⁹: [r] quo qui vsi sunt, [s] participes facti sunt amicitiæ Dei.

POSTILLA.

Optaui, & datus est mihi sensus, &c. Ante intuiũ huius lectionis dicit rex Salomon sic, Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitã: & similis exitus. Tunc sequitur præsens lectio. Salomon desyderauit à Deo sibi dari sapientiam, dicens, a [Optaui] s. sapientiæ donum. b [Et datus est mihi sensus] s. donum sapientiæ & intellectus. c [Et inuocaui & venit in me spiritus sapiẽtiæ] i. Spiritussanctus qui dat sapientiã. d [Et præposui illã, &c.] ratio est: quia diuitiæ temporales communes sunt bonis & malis: & frequenter plus conceduntur malis quam bonis: patet ad sensum. Sapiẽtia autem vera de qua fit hîc sermo solis bonis cõceditur: ideo bona exteriora respectu ipsius veræ sapientiæ nullius valoris sunt reputanda. e [Super salutem & speciem] i. super sanitatem corporis. & eius pulchritudinem. f [Dilexi] quia sanitas & pulchritudo sunt perfectiones corporis. Sapientia verò perfectio est mentis: & ideo quanto anima est melior corpore: tanto sapiẽtia est illis præferẽda. g [Et proposui pro luce habere illã,] quia sicut lux corporis dirigit in corporalibus: sic sapientia in spiritualibus. h [Quoniã inextinguibile est lumẽ illi. ve. autem mi. omnia bona pariter cũ illa] quod patet iij. Reg iij. vbi dicitur quòd Salomon petendo sapientiã à Domino non solum illam obtinuit: sed etiam cum illa diuitias & honores super omnes reges. i [Et innumera. hone. per ma. illius] i. per opera ipsius quæ per manus designantur, eò quòd manus est organum organorũ: vt patet in iij. lib. de Anima. k [Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecede. me ista sapiẽtia] ostendẽdo mihi qualiter agere deberem. l [Et ignorabam] s. antequam ipsam haberem. m [Quoniã horum omnium mater est] sed ipsa habita cognoui. n [Quã sine fi. didici] s. à Deo à quo ipsam deuotè postulaui, vt patet iij Reg. iij. & Nathan propheta cui fuit traditus ad erudiẽdum. o [Et sine inuidia cõmunico] verbo vel scripto. Scripsit enim multos libros ad nostrã eruditionẽ. p [Et honestatem illius nõ absceõdo.] Nã omnes reges circũquaque desyderabãt audire sapientiã Salomonis. q [Infinitus enim thesaurus est hominib⁹] i. inappretiabilis. r [Quo qui vsi sunt] opera sapiẽtis exercẽdo. s [Participes facti sunt amic. Dei] i. tanquam conformes ei in operibus suis: quæ conformitas causa est dilectionis, vt patet Eccles. xxxiij. Omne animal diligit sibi simile.

Sapientia vera solis bonis conceditur.

QVAESTIO XLI.

Super verbis epistolæ de cõfesso. quæ habentur Sapien. vij. s. Antecedebat me ista sapientia. oritur quæstio de sapientia, Vtrum sapiẽtia sit donum Spiritussancti? Arguitur quòd non, omnia dona Spiritussancti se habent solum ad bonum: sed aliqua sapientia se habet ad malũ: vt patet Iere. iij. Sapientes sunt vt mala faciãt. Igitur. In oppositũ Isa. xj. Requiescat super eũ spiritus Domini: spiritus sapientiæ & intellectus. Igitur. Ad argumẽtum dicitur quòd procedit de sapiẽtia ficta & secundùm quid: & nõ de vera sapientia. Ad quæst. respondendum est secundùm Tho. ij ij. q. xlv. per tres conclusiones. Prima quæ posita est à Philo. j. Metaph. Ad sapientem pertinet considerare causam altissimam per quam certissimè de aliis iudicat: & secundùm quam omnia ordinari oportet. Secunda conclusio, Ille qui cognoscit causam altissimã in aliquo genere & per eam potest de omnibus quę sunt illius generis iudicare & ordinare: dicitur esse sapiens in illo genere vt in medicina: & ille cognoscit causam altissimam simpliciter inquãtum per regulas diuinas omnia potest iudicare & ordinare. Tertia conclusio, Cùm Spiritussanctus omnia scrutetur, etiã profunda Dei sapientia desursum descendens, est donum Spiritussancti.

Epistola de vno Confessore & pontifice, ad Hebræos, v. cap.

Omnis namque † pontifex [b] ex hominibus [c] assumptus, [d] pro hominibus [e] cõstituitur, [f] in his quæ sunt ad Deum: [g] vt offerat dona [h] & sacrificia pro peccatis: [i] qui cõdolere possit his qui ignorant & errant: [k] quoniam & ipse [l] circũdatus est infirmitate. [m] Et propterea [n] debet quemadmodum pro populo, [o] ita etiam & pro semetipso offerre dona pro peccatis. [p] Nec quisquam assumat sibi honorem, [q] sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. [r] Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, [s] sed qui locutus est ad eum, [t] Fi

Omnis nãque pontifex. Summi sacerdotes & pontifices creati sunt ad populi Christiani defectum supplendũ & in oblationibus officiũ gerendũ: quia populus Deo indignus est: ideoquilibet pontifex pro populo suo: deo dignũ exhibere debet: quẽ Dominus docet quãdo Petro dixit, Amas me? ait Petrus, domine tu scis quia amo te. & Dominus ei Pasce oues meas.

lius meus [y] es tu, [x] ego hodie [y] genui te.[z] Quemadmodum & alio loco dicit,[a] Tu es sacerdos in æternum [b] secundùm ordinem Melchisedech.

POSTILLA.

Omnis namque pōtifex ex hominibus assumptus pro,&c. Ante initium huius epistolæ scribit S. Paulus dicens, Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam cōsequamur & gratiā inueniamus. Tunc sequitur præsens epistola, a [Omnis namque pontifex.] Glos. secundùm legem. b [Ex hominibus] i. de numero hominum. c [Assumptus.] Non introductus. d [Pro hominibus] s. saluandis. e [Cōstituitur] vt per eum à Deo impetrēt misericordiam: debet enim esse mediator Dei & hominum. f [In his quæ sunt ad Deum] Ly. s. spiritualibus & diuinis. g [Vt offerat dona] i. volūtate oblata à nobis violēter extorta. h [Et sacrificia pro peccatis] s. populi. i [Qui condo. pos. his qui igno. & er.] i. qui peccant ex infirmitate. k [Quoniam ipse] s. pontifex. l [Circundatus est infirmitate.] Lyra, debet enim pontifex moueri ad compassionem, & misericordiā ex consyderatione propriæ fragilitatis. Vnde & Dominus permisit beatum Petrum in peccatum cadere, vt sciret aliis compati ex consyderatione proprij delicti. m [Et propterea] scilicet quia infirmus est miseriis circundatus. n [Debet quemadmodum pro populo] sibi subdito. o [Ita etiā pro semetipso offerre dona pro peccatis] s. suis dimittendis, sicut pro peccatis populi. p [Nec quisquam assumat sibi honorem] s. pontificatus. q [Sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron] ille enim à Deo vocatur, qui debito modo instituitur. r [Sic & Christus non semetipsum clarificauit ita vt pontifex fieret.] s. assumendo sibi honorem pontificatus. s [Sed qui locutus est ad eum] scilicet Pater, qui glorificauit ipsum Filium dicens, per psalmistam psal. ij. t [Filius meus] s. naturalis non adoptiuus. v [Es tu] singulariter. x [Ego hodie] i. æternitate. y [Genui te] i. ille qui sic locutus est ad eum clarificauit eum. z [Quēadmodum alio loco dixit] s. in psal. cix. a [Tu es sacerdos in æternū] non ad tempus sicut Aaron. b [Secundū ordinē Melchisedech] i. secundùm dignitatem & ritum ordinis sacerdotalis Melchisedech.

QVAESTIO XLII.

SVper verbis epistolæ de vno confessore & pontifice, quæ habentur Hebr. v. scilicet, Et offerat dona & sacrificia pro peccatis, oritur quæstio de sacerdote, Vtrum sacrificia oblata à sacerdote existente in peccato mortali valeant? Arguitur quòd non: nullum opus mortuum valere dicitur, nec prodesse: sed talia sacrificia sunt opera mortua: dicit enim magister Sent. in iiij. dist. xiiij. Sola opera viua sunt quæ in charitate fiunt: & talia non fiunt in charitate. In oppositum: omne opus bonum à quo accipitur remuneratio dicitur valere & prodesse: sed ab omni opere bono accipitur remuneratio. Nam dixit Boët. iiij. de conso. nullum bonum, &c. ergo cum sacrificia sint bona de se dicuntur valere & prodesse. Ad quæstionem respondeo quòd in sacrificiis siue suffragiis, quæ fiunt per malos duo possunt consyderari. Primò ipsum opus operatum sicut sacramentum altaris quod semper est bonum: quia ex seipso efficaciam habet absque opere operātis: quam æqualiter explet per quæcunque fiat, & quantum ad hoc Missa & omnia alia suffragia per malos facta defunctis prosunt. Secundò ipsum opus operans sic distinguo: quia si suffragia fiunt per malum tanquam per actorem: sic nō prosunt, nisi fortè per accidēs: vt si malus dans eleemosynam excitet pauperes ad orandum pro defunctis: vel hæc fiunt per ministrum, aut ergo facit ea vt minister publicus, scilicet Dei vel ecclesię, sicut sacerdos qui celebrat Missas, vel exequias defunctorum, sic semper prosunt: quia malitia ministri non nocet operi boni auctoris: vel fiunt per priuatum ministrum, s. alicuius priuatæ personæ: aut qui facit de mandato personæ existentis in charitate, sic prosunt: si non existentis in charitate, sic non prosunt, ex dictis patet solutio argumentorum.

Epistola de Virginibus ij. Corinth x. & xj.

QVi [a] gloriatur, [b] † in Domino glorietur, [c] nō enim qui seipsum commendat, [d] ille probatus est, [e] sed quem Deus cōmendat. [f] Vtinam sustineretis, modicum quid insipiētiæ meæ: [g] sed & supportate me. [h] Æmulor enim vos [i] Dei æmulatione. [k] Despondi enim vos [l] vni viro [m] virginem [n] castam exhibere Christo.

† Qui gloriatur. Omnis gloria quæ de Deo non est, perniciosa est, inflat enim non humiliat, nec ad Dei amorē inuitat.

POSTILLA.

QVi gloriatur in domino glorietur, &c. Ante initium huius epistolę scribit S. Paulus in eodem capite dicēs, Non audemus nos inserere, aut comparare quibusdam qui seipsos commendant. Tunc sequitur præsens epistola, a [Qui gloriatur] Gorra, Siue ego, siue alius. b [In Domino glorietur.] Lyra, quasi dicat, De bono opere non mihi gloriā attribuo: sed Deo, à quo omne

bonum eſt, ſicut à principali agente. c [Non enim qui ſeipſum cõmendat,] ſcilicet, propriam gloriam quærens. d [Ille probatus eſt.] id eſt, approbatus à Deo. e [Sed quem Deus commendat.] Lyr. id eſt, commendabilem facit virtutibus. Hic incipit xj. c. f [Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ.] Gor. quòd modicum gloriarer de regimine meo: quia reuera plus poſſet gloriari, quod tamen ſecundùm æſtimationem indiſcretorum reputatur inſipientia. g [Sed & ſupportate me.] Gor. id eſt, patienter audite, ſicut ſubditi prælatum ſuum. h [Aemulor enim vos.] Lyr. id eſt, feruenter diligo. i [Dei æmulatione.] id eſt, charitatiua dilectione. k [Deſpõdi enim vos.] ſcilicet, annulo fidei. l [Vni viro.] ſcilicet, Chriſto. m [Virginem.] Lyr. quantum ad fidei integritatem. n [Caſtam] quantum ad fidei puritatem. o [Exhibere Chriſto] qui ſolus ſponſus eſt eccleſiæ.

QVAESTIO XLIII.

SVper verbis Epiſtolæ de virginibus, quæ habentur ij. Corin. xj. ſcilicet, virginem caſtam exhibere Chriſto. oritur quæſtio de virginitate. Vtrum virginitas ſit virtus? Arguitur quòd non: nulla virtus amittitur niſi per peccatum: ſed virginitas amittitur ſine peccato, putà per matrimonium. In oppoſitum, ait Ariſt. ij. Ethic. Virtus ſemper eſt circa difficile: ergo virginitas in qua eſt ratio difficultatis eſt virtus. Ad argumentum dicitur quòd quamuis ſine peccato virginis poſſit integritas carnalis amitti: non tamen habitus virginitatis. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm Ric. in iiij. Sen. diſt. xxxvj. ar. iiij. q. j. quòd virginitas ſumitur dupliciter. Vno modo impropriè pro integritate carnis: quia dicitur quòd quilibet naſcitur virgo: & iſto modo non eſt virtus. Secundò, accipitur propriè pro habitu quo voluntas determinatur ad reſpuendum promptè & facilliter omnem delectationem Veneream etiam licitam, vt mens liberius ſpiritualibus vacet: & hoc modo eſt virtus.

Epiſtola de Virginibus. j. Cor. vij.

Præceptũ nõ habeo. Hortatur Paulus ad virginitatem non compellit ſiquidem virginitatis puritas hominem non ſolùm hominib' ſed etiam angelis excellentiorẽ reddit.

DE virginibus præceptum non habeo: [a] conſilium autem do, [b] tanquam miſericordiam cõſecutus à Deo, [c] vt ſim fidelis. [d] Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, [e] propter inſtantem neceſsitatem: quoniam homini bonum eſt ſic eſſe. [f] Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. [g] Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. [h] Si acceperis vxorem non peccaſti: [i] & ſi nupſerit virgo, non peccauit: [k] tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. [l] Ego autem vobis parco. [m] Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt. [n] Reliquum eſt: [o] vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: [p] & qui flent, [q] tanquam non flentes: [r] & qui gaudent, [s] tanquam non gaudentes: [t] & qui emunt, tanquam non poſsidentes, [v] & qui vtuntur hoc mundo: [x] tanquam non vtantur. [y] Præterit enim figura huius mundi. [z] Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. [a] Qui autem ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: [b] Qui autem cum vxore eſt: [c] ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: [d] & diuiſus eſt. [e] Et mulier innupta, [f] & virgo cogitat [g] quæ Domini ſunt, [h] vt ſit ſancta [i] corpore, [k] & ſpiritu, [l] in Chriſto Ieſu domino noſtro.

POSTILLA.

DE virginibus præceptum non habeo, &c. Ante initium huius epiſ. ſcribit ſanctus Paulus in eod. cap. Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. Tunc ſequitur præſens epiſtola, quæ legitur in Miſſa de virginibus, [De virginibus præceptum non habeo.] Gor. ſcilicet, vt contineant, vel nubant. a [Conſilium autem do] Ly. Tanquam de meliori bono, id eſt, de continendo. b [Tanquam miſericordiam conſecutus à Deo.] Gorr. id eſt, apoſtolatum miſericorditer conceſſum. c [Vt ſim fidelis] ſcilicet, in diſpenſatione mihi credita: vnde credendum eſt mihi in conſiliis, vnde ex hoc habetur quòd acquieſcendum eſt conſilio prælati. d [Exiſtimo enim hoc bonum eſſe.] Gor. id eſt, manere in virginitate. e [Propter inſtantem neceſſitatem: quoniam homini bonum eſt ſic eſſe.] Lyr. ad vitandum occupationem circa neceſſaria vitæ præſentis, quæ incumbit coniugatis circa prouiſionem vxoris & prolis, per quam homo retrahitur à bono contemplationis, & diuinę dilectionis. f [Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem.] Ly. quia forſitan caderes per incontinentiam. Experti enim delectationem venereorum in actu coniugali reuertuntur ad eam de facili. g [Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.] ſi vis continere quod maius eſt bonum. h [Si acceperis vxorem non peccaſti.] Lyr. quia hoc eſt licitum viro: & etiam mulieri. i [Et ſi nupſe. virgo, non peccauit.] & eſt manifeſtè contra illos hæreticos qui condemnant matrimonium.

k [Tribu.tamen car. ha.huiuſmodi.] Gor.ſcilicet coniugati.quia habebunt ſolicitudinem, & afflictionem pro rebus neceſſariis procurandis ſibi & pueris ſuis: vnde leuius eſt eſſe ſine coniugio. l [Ego autem vobis parco.] Ly. q. d. Non ſolum oſtendam vobis viam perfectionis quæ difficilis eſt in obſeruantia virginitatis ſed etiam matrimonium concedo: ad quod licitè poteſtis accedere condeſcendendo in hoc infirmitati veſtræ. m [Hoc itaque dico,fra. tempus breue eſt.] Ly. ſcilicet vitæ humanæ:ergo quilibet debet inquantum poteſt ad perfectionem conari quandiu habet tempus merendi. n [Reliquum eſt.] id eſt,hoc ſolum reſtat ad agendum. o [Vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint.] Ly.quod fit dupliciter. Vno modo vt reddant debitum non tamen exigant. Alio modo perfectius vt vterque coniugum de communi conſenſu incipiant cōtinere propter maius bonū adipiſcendum. p [Et qui flēt.] id eſt triſtitiæ materiam habent:quod frequentiùs contingit in matrimonio propter varios caſus contingentes circa coniugem,prolem,& familiam. q [tāquam non flen.] ſcilicet patienter ſuſtinendo, & ex ſpe retributionis æternæ conſolationem recipiendo. r [Et qui gaudent.] id eſt materiam gaudendi habent ex aliqua temporali proſperitate circa ſe,& proles,& familiam contingente. s [Tanquam non gaudentes.] cogitando quòd non eſt multum gaudendum:niſi de bonis ſpiritualibus & ęternis. Proſperitas enim temporalis frequenter magis vergit in nocumentum. t [Et qui emunt tanquam non poſſidētes.] Ly. cogitādo quòd non habemus hîc ciuitatem manentem ſed futuram inquirimus. v [Et qui vtuntur hoc mūdo.] Ly. id eſt, qui poſſunt vti bonis huius mundi: eò quòd ſint diuites, & corpore ſani. x [Tanquam non vtentes.] ſcilicet accipiendo de bonis præſentibus quantò minus poteſt fieri:ſalua tamen decentia ſtatus & perſonarum. y [Prę terit enim figura huius mundi.] quaſi dicat, Mundana quaſi nihil æſtimanda ſunt:quia prę terit figura huius mundi. Lyr. id eſt exterior pùlchritudo quæ eſt in continua variabilitate: idcirco parum curandum eſt de bonis præſentis vitæ: quia nihil eſt ſtabile. z [Volo autem vos ſine ſol.eſſe.] Ly. loquendo de ſolicitudine ſuperflua ſpiritualia impediente. a [Qui autem ſine vxore eſt ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo.] id eſt habet aptitudinem vt ſolicitus ſit de bonis ſpiritualibus & æternis, b [Qui autem cum vxore eſt.] ſcilicet in matrimonio. c [Solicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori.] & in hoc caſu vir non poteſt ſe ſolicitè ornare. d [Et diuiſus eſt.] id eſt partim ſeruit mundo,partim Deo:quantumcunque bene viuat in matrimonio. e [Et mulier innupta.] id eſt vidua. f [Et virgo cogitat.] id eſt maiorem facultatem habet cogitandi. g [Quæ domini ſunt.] ſcilicet ſpiritualia & æterna. h [Vt ſit ſancta.] ſcilicet magis quam nupta. i [Corpore.] corporalibus bonis, actionibus, & operibus bonis. k [Et ſpiritu.] id eſt ſpiritualibus actionibus, & virtutibus. l [In Chriſto Ieſu Domino noſtro.]

Debitum coniugale debitū vocatur: quia ſine peccato mortali coniuges inuicē denegare nō poſſunt, intantum vt etiamſi alter eorum lepra percutiatur, idem ſit dicendum.

QVAESTIO XLIIII.

SVper verbis epiſtolæ de virginibus quæ habentur j. Corin.vij. ſcilicet, Præceptum non habeo: conſilium autem do. oritur q. de virginitate, Vtrū virginitas ſit maioris meriti quàm caſtitas coniugalis? Arguitur quòd non: ſi natura remanſiſſet in ſtatu integritatis ſuæ, perfectiores fuiſſent virtutes quàm modò, ſed tunc non fuiſſet virginalis caſtitas, & tamen fuiſſet coniugalis:igitur. In oppoſitum: maioris meriti eſt virtus perfectior quam minus perfecta: ſed virginitas eſt perfectior virtus quàm coniugalis caſtitas. igitur. Ad argu. dicitur quòd ſi ſtatus coniugalis remanſiſſet,caſtitas coniugalis perfectior fuiſſet quam caſtitas virginalis:quia tunc nulla difficultas fuiſſet in ſeruando virginalem caſtitatem: ſed non modò eſt ſic. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm Ricar. vbi ſuprà, q. ij. quòd ſimpliciter loquendo dicitur in ſtatu legis gratiæ habitus virginitatis maioris eſſe meriti, quàm habitus continentiæ coniugalis:quia habitus virginitatis dicitur perfectus, cōiugalis verò imperfectus.

Alia epiſt. de virginibus, Eccl. lj.

COnfitebor a tibi Domine b rex, c & collaudabo te Deum ſaluatorem meum. d Confitebor nomini tuo. e quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meū à perditione: g à laqueo linguæ iniquæ h & à labiis operantiū mēdacium. i Et in conſpectu aſtantiū k factus es mihi adiutor, & liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui. A rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circundederunt me. m A preſſura flammæ, n quæ circūdedit me: o & in medio ignis p non ſum æſtuatus. De altitudine q ventris inferi, r & à lingua coinquinata, s & à verbo mendacij. t A rege iniquo, v & à lingua iniuſta x liberaſti me.

Confitebor. Quilibet peccator peccata proprio facendo confitende bet. Non metu mortis gehennæ: non vi, ſed amore, & in Chriſti charitate: alioquin nullus eſt bene confeſſus: vt vult mag. Sēt. lib. iiij. diſt. xviij.

POST

POSTILLA.

Confitebor tibi Domine rex, &c. Antè initium huius lect. habetur ſic, Doctrinam ſapientiæ & diſciplinę ſcripſit in eodem codice iſto Ieſus filius Syrach Ieroſolymita. Beatus qui verſatur in illis bonis: qui ponit illa in corde ſuo ſapiens erit. Tunc ſequitur præſens lectio quæ legitur pro epiſtola in Miſſa de virginibus. a[Confitebor tibi Domine.]Ly.omnium rerum per creationem. b[Rex.]per eorum gubernationem. c[Et collaudabo te Deum Saluatorem meum.] per ſpiritualem mei protectionem. d[Confitebor nomini tuo.] ſcilicet, confeſſione laudis. e[Quoniam adiutor, & protector factus es mihi.] ſcilicet, protector in tentatione diaboli: & adiutor in promotione boni. f[Et liberaſti corpus meum à perditione.] id eſt, à vitio gulæ, & luxuriæ. g[A laqueo linguæ.] id eſt, à vitio detractionis. h[Et à labiis operantium mendacium.] ſcilicet, pernicioſum. i[Et in conſpectu aſtantium.]id eſt, angelorum qui ibi ſtant. k[Factus es mihi adiutor.]contra hoſtes corporales & ſpirituales. l[Et liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam de manibus quærentium animam meam.] quia diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret j. Petr.v. m[A preſſura flammæ.]ſcilicet, incentiuarum libidinis. n[Quę circundebit me:]ſcilicet, per fomitem exiſtentem in carne mea. o[In medio ignis.]ſcilicet, libidinoſi ardoris. p[Non ſum æſtuatus de altitudine.]id eſt, profunditate q[Ventris inferi.]qua ſcilicet parte ſunt damnati: ſed ad limbum patrum deſcendebant tunc ſancti, r[Et à lingua coinquinata.]id eſt, verbis ſcurrilibus & immundis. s[Et à verbo mendacij]ſcilicet, pernicioſi. t[A rege iniquo.]id eſt, à diabolo qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. v[Et à lingua iniuſta.] id eſt, à calumniante alios ſine cauſa. x[Liberaſti me.]ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui.

QVAESTIO XLV.

Super verbis Epiſtolæ de virginibus: quæ habentur Eccleſ. lj. ſcilicet, Liberaſti corpus meum à perditione, oritur quæſtio de virginitate, Vtrum virgini facienti quod in ſe fuit, neceſſe fuit vt Deus gratiam infunderet? Arguitur quòd non: neceſſarium & liberum opponuntur: ſi ergo Deus ex liberalitate dat gratiam, ergo nulla ex neceſſitate dat: igitur. In oppoſitum Virgo primam gratiam mereri nō poteſt: ideo neceſſe fuit vt ei gratia à Deo daretur. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd verum eſt, quòd neceſſarium coactum ſiue prohibitum opponitur, non tamen neceſſarium immutabile quod eſt in Deo: quod non opponitur ſuæ libertati. Ad q. reſpondendum eſt ſecundùm magiſtrum Ioan. de Tur. cre. in q. ſuper Euangeliis, quòd virgini facienti quod in ſe fuit neceſſe fuit vt Deus infunderet gratiam, non neceſſitate coactionis, aut prohibitionis: ſed neceſſitate immutabilitatis: patet, quia impoſſibile eſt ſummam veritatem mentiri: ſed de ſumma veritate dicitur Zachariæ primo, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos per gratiam: ſi ergo virgo faciendo quod in ſe fuit ſit conuerſa ad Deum, neceſſe fuit vt Deus ad eam conuerteretur infundendo gratiam.

Epiſtola de Virginibus, Sapient. viij. cap.

Sapientia [a] vincit [b] malitiam: [†]attingit ergo à fine vſq; ad finē fortiter: & [c] diſponit oīa ſuauiter. [d] Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea, [e] & quæſiui mihi eam ſponſam aſſumere, [f] & amator factus ſum formæ illius. [g] Generoſitatem illius glorificat, [h] contubernium habens Dei. [i] Sed & Dominus omnium dilexit eam. [k] doctrix eſt enim diſciplinæ Dei, [l] & electrix operum illius.

Malitiam. Tanta ſit ſapientiæ vis, vt omnem malitiam ſuperet, imò malorum tolerantiā leuem reddat. vnde Sap. x. Sapiētia hos qui ſe obſeruant à doloribus liberabit.

POSTILLA.

Sapientia vincit malitiam, &c. Ante initium huius Epiſtolæ ſiue lectionis ſcribit Salomon, Neminem enim diligit Deus: niſi eum qui cum ſapientia inhabitat, &c. Tunc ſequitur præſens lectio, ſiue epiſtola. a[Sapientia.]ſcilicet, æterna. b[Vincit malitiam. Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter.]ſcilicet, omnia creata penetrando ſua virtute. c[Et diſponit omnia ſuauiter.]quia dat omnibus creaturis formas & inclinationes: per quas mouent naturaliter actus ſuos, ſicut lapidi grauitatem, per quam naturaliter tendit deorſum. d[Hanc amaui]ſingulariter. e[Et quæſiui mihi eam ſponſam aſſumere:]id eſt, eius meditationibus inſeparabiliter adhærere. f[Et amator factus ſum formæ illius.] Eſt enim decor animæ aſſimilans eam decori creatoris. g[Generoſitatem illius glorificat.]id eſt, glorioſam confitetur. h[Contubernium habens Dei.] id eſt, homo habens contubernium Dei per charitatem, per quam homo manet in Deo, & Deus in eo. i[Sed & Dominus omnium dilexit eam.]ſcilicet, inquantum ipſa facit homines Deo diligibiles. k[Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei.] Nam donum ſapientiæ facit habentem ſubdere ſe mandatis diuinis. l[Et electrix operum illius.] Nam per ip-

ſam elegit homo opera Dei placita.

QVAESTIO XLVI.

SVper verbis Epiſtolæ de virginibus, quæ habentur Sap. viij. ſcilicet, Quæſiui mihi eam ſponſam aſſumere. oritur quæſtió de virginibus, Vtrum puellæ antequam coitum explere poſſunt aliquid carnale comittentes perdant virginitatem. Omiſſis argumentis ad vtranque partem reſpondeo quòd ſi ſunt doli capaces, perdunt quidem mentaliter ſolùm: ſed per pœnitentiam recuperabunt. Si verò non ſunt doli capaces: ſic nec etiam mentaliter perdunt: dicit enim Alexand. lib. ij. titul. de luxuria. quòd quò ad mentem requiritur perpetuitas, quò ad finalem incorruptionem mentis: quo verò ad corpus requiritur perpetua incorruptio quantum eſt de voluntate mentis: aliter non poteſt eſſe virginitas.

Epiſtola quæ legitur in Miſſis communibus pro Defunctis, Apoc. xiiij.

IN diebus illis, [a] audiui vocem de cælo dicentem mihi, Scribe, [b] Beati mortui qui in Domino moriuntur. [c] Amodò enim iam dicit ſpiritus, [d] vt requieſcant à laboribus ſuis. [e] Opera enim illorum [f] ſequuntur illos.

POSTILLA.

IN diebus illis, audiui vocem de cælo dicentam mihi, Scribe] tanquam rem nobiliſſimam. b [Beati mortui qui in Domino moriuntur.] Lyr. in confeſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. c [Amodò enim iam dicit ſpiritus.] ſcilicet, ſanctus, qui cum Patre & Filio eſt vnus Deus. d [Vt requieſcant à laboribus ſuis.] Nam in beatitudine appetitus totaliter quietabitur. e [Opera enim illorum.] ſcilicet, quæ ſunt meritoria vitæ æternæ. f [Sequuntur illos.] ſcilicet, in beatitudine, quam recipiunt pro ipſis.

QVAESTIO XLVII.

SVper verbis Epiſtolæ de communi defunctorum, quæ habentur Apocal. xiiij. ſcilicet, Beati mortui qui in Domino moriuntur, oritur quæſtio de mortuis, Vtrum ſuffragia viuorum proſint defunctis? Arguitur quòd non: opera mala viuorum non poſſunt eis nocere: ergo nec opera bona poſſunt eos iuuare. In oppoſitum: ij Mach. xij. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis ſoluantur. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd non eſt ſimile: quia non ſic eſt vnum commune vinculum communicationis malorum, ſicut bonorum. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundùm Ricard. de media Villa ſuper iiij. Senten. diſtin. xlv art. ij. q. j. quòd triplices ſunt mortui. Aliqui ſunt mortui qui ſunt perfectè beati in cælo: & tunc ſuffragia viuorum non proſunt eis: quia non indigent. Alij ſunt mali: vt ſunt exiſtentes in Inferno, & tunc non proſunt eis, quia non communicant nobiſcum in vinculo charitatis, mediante quo bona communicantur ad inuicem: vnde tales ſecum non portauerunt radicem meriti, quò talia opera eis prodeſſe poſſunt. Alij ſunt mortui exiſtentes in Purgatorio: & tunc ſuffragia proſunt illis non ad augmentum gratiæ gratum facientis, ſed ad pœnæ eorum mitigationem, & abbreuiationem. patet: quia in hac vita meruerunt vt talia ſuffragia eis prodeſſe poſſent.

Alia Epiſtola, quæ legitur in præſentia defuncti, j. ad Theſſ. iiij.

NOlumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, [b] vt non contriſtemini, [c] ſicut & cæteri [d] qui ſpem non habent. [e] Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, [f] ita & Deus [g] eos qui dormierunt [h] per Ieſum [i] adducet [k] † cum eo. [l] Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: [m] quia nos qui viuimus, [n] qui reſidui ſumus, [o] in aduentu Domini, [p] non præueniemus eos [q] qui dormierunt. [r] Quoniam ipſe Dominus [s] & in iuſſu, [t] & in voce archangeli, [v] & in turba Dei [x] deſcendit de cælo, [y] & mortui [z] qui in Chriſto ſunt [a] reſurgent primi. [b] Deinde nos qui viuimus, [c] qui relinquimur, [d] ſimul [e] rapiemur cum illis in nubibus [f] obuiam Chriſto [g] in aera: [h] & ſic ſemper cum Domino erimus. [i] Itaque conſolamini [k] inuicem [l] in verbis iſtis.

Cum eo. Ieſus ſaluator iudicaturus archāgeli uerba mortuos vocabit, bonos quidem ad vitam, malos verò ad ignem æternum mittent.

POSTILLA.

NOlumus autem vos ignora. &c. Ante initium huius epiſtolæ ſcribit S. Paulus in eod. cap. dicens, Rogamus vos fratres, vt honeſtè ambuletis ad eos. qui foris ſunt: & nullius aliquid deſyderetis. Tunc ſequitur præſens epiſtola, a [Nolumus

autē vos ignorare,&c.]Gor.scilicet de mortuis quos dormientes appellat propter resurrectionis facultatē, ita enim de facili excitabūtur de morte:sicut dormientes à somno.b[vt nō contristemini.]s.incōsolabiliter de morte amicorum.c[Sicut & cæteri.]s.infideles.d [Quispem non habēt.]scilicet resurrectionis futuræ.Sciendum quòd infideles qui non habent fidem resurrectionis,tales habēt magnam causam amicos defunctos lugendi, quasi inconsolabiliter, non autem sic Christiani qui spem habēt resurgendi:propter quod reprehēsibile est Christianis immoderatè mortuos lugere: quia in hoc assimilantur infidelibus spem futuræ resurrectionis non habentibus. Lugere autem defunctos moderatè est opus pietatis.e[Si enim credi.quòd Iesus mor. est, & resur.] Si pro Quia: nam ad articulos fidei pertinet credere Iesum verè mortuum fuisse,& verè resurrexisse.f[Ita & Deus.] s. Pater qui suscitauit Iesum. g[Eos qui dor.]s.somno mortis.h[Per Iesum]id est in fide Christi. i[Adducet.[scilicet: vt sint in eadem beatitudine, & immortalitate. k [Cū eo.] i.cum Christo.vnde Ioan.vij. Volo Pater, vt vbi ego sum,illic sit & minister meus.l[Hoc enim vo.di.in ver.Domini.]scilicet quod docuit nos. m[Quia nos qui viuimus.] Gor.i.qui tunc viuemus. n[Qui residui sumus.]s.adhuc viui relictis cæteris iā mortuis.o[In ad. Domini.]s.ad iudicium.p [Non præue.]Lyr.in resurrectione futura. q[Eos qui dor.]i. longo tempore antè mortui sunt:quia resurrectio fiet virtute diuina,quæ operatur in instanti: quia in momēto, in ictu oculi resurgent mortui. r[Quoniā ipse Dominus.]s.in propria persona. s[Et in iussu.] Gor.i.imperādi potestate nō in humilitate, sicut in primo aduētu.Nō equitabit super asinā, non portabit crucē in dorso suo: vt patet Mat. xxiij. Videbunt filium ho.ve.cum po.ma.& maiestate. t[Et in vo.ar.]i. facta ministerio alicuius archangeli qui dicet, Surgite ,ve. ad iudi. v.[Et in tuba Dei.]s.Christi.Et vocat vocem illam tubam propter eius sonum terribilē.x[Descen. de cæ.] localiter in aëre:nam iudicabit in forma humana , sicut dicitur Act. j. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.y[Et mor.qui in Christo sunt.]i.in eius fide mortui sunt.a[Resur.primi.]tempore secundum quosdam, secundum alios non tempore: sed dignitate. b [Deinde nos qui viuimus.] Illi de nobis qui cæteris mortuis tunc viui erunt. c [Qui relin.]i.qui residui ab Antichristi persecutionibus erimus. d[Simul cū aliis] qui nos ad requiem præcesserūt.e[Rapie.cum illis in nubibus.]s.ab angelis. f[Obuiam.] Ly. id est venienti ad iudicium.g[In aëra.]vbi proferet sententiam iudicij, super vallem Iosaphat: vnde Ioel. j. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes. h[Et sic semper cum Domino eri.] quia electi à Christo non separabuntur amplius: sed semper erunt sibi coniuncti: non solum in anima, sed etiam corpore. i [Itaque conso.] Gor. scilicet de morte animarum. k [Inuicē.]scilicet alter alterum. l [In verbis istis.] i. de resurrectione fidelium.

Resurrectio omnium illorum quando aduentu Christi inuenientur mortui:erit in vltimo instāti temporis prope, vt dicit Ric. in iiij. Sen. dist. xliij. arti. vi q. i in principio responsionis quæstionis.

QVAESTIO XLVIII.

SVper verbis epistolæ defunctorum quæ habentur j. ad Thessal.iiij.scilicet, Qui mortui in Christo sunt,resurgent primi.oritur quæstio de mortuis, Vtrum sit consonum diuinæ iustitiæ aliquas animas cum charitate à corporibus recedentes in Purgatorio puniri? Arguitur quòd non:animæ malorum statim descendunt ad Infernum per diuinam iustitiam:ergo similiter consonum est diuinæ iustitiæ vt animæ bonorum sine aliqua pœna statim ascendant in cælum. In oppositum , magister Sen. iiij.dis.xxj. vbi ponit quasdā animas post hanc vitam in Purgatorio puniri. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd non est simile: quia peccatum mortale non compatitur secum aliquod meritum,quo retardetur anima in suo descensu in Infernum : sed charitas secum compatitur aliquod retardatiuum ascensionis animæ in Paradisum : quia secum compatitur venialem culpam, & obligationem ad aliquam pœnam. Ad quæstionem respondendum est secundū Ric. de media Villa super iiij. Sen.dis. xxj. ar.j.q.ij.quòd loquendo de animabus recedentibus à corporibus in charitate quæ in hac vita totam pœnam debitam expleuerunt non esset consonum diuinæ Iustitiæ , vt in Purgatorio punirentur:sed tales ad æternæ vitæ visionem & fruitionem admittuntur: bene tamen loquendo de eis,quę totam pœnam non impleuerunt, decet vt in Purgatorio puniantur non æternaliter,sed temporaliter.

Alia epistola in Anniuersario defunctorum, ij. Machabeorum xij.

IN diebus illis , vir fortissimus Iudas collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam, offerri ea ibi pro peccatis †mortuorum: [a] iustè & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret , superfluum videretur , & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant , optimam haberent repositam gratiā. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

Pro peccatis mortuorum. Orandum est pro mortuis: nam defunctis prosunt sacrificia, eleemosynæ, ieiunia orationes, vnde ma.

Sentē. lib. iiii diſtin. xvi.& ſunt verba Auguſt. defūctorū animas pietate ſuorum viuētium releuari cū pro illis ſacrificium mediatori offertur, vel eleemoſynæ fiūt in eccleſia.

POSTILLA.

IN diebus illis, vir fortiſſimus Iudas,&c. Ante initium huius epiſtolæ legitur de maximis prælijs, & triumphis, quæ Iudas Machabæus cum fratribus ſuis Dei adiutorio obtinuit. Primò quandam ciuitatem firmam muris nomine Caſphim, in qua habitabant turbæ promiſcuarum gentium: quæ confidebant in ſtabilitatem murorum:& remiſſius agebāt maledictis laceſſantes Iudam, ac blaſphemantes,& loquentes quæ fas non eſt dicere. Machabæus autem inuocato diuino auxilio innumerabiles interfecit, vt ſtagnum circumiacens ſanguine flueret. Item poſt hoc Iudas Machabæus cum ſex millibus iuit contra Timotheum, qui habuit cxx. millia peditū & equitum duo millia quingētos. Et Iudas cū ſex millibus proſtrauit xxx. millia virorum. Itē poſt hoc mouit Iudas Machabæus exercitū contra Gorgiam præpoſitum Idumææ cū tribus millibus peditum, & equitibus quadringētis: quibus cōgreſſis pauci ruere Iudæorū. Poſt hoc venerunt ſpelire interfectos de Iudæis. Et inuenerunt ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum. Ly. id eſt de rebus pretioſis cultui idolorum dedicatis: & de quibus lex prohibet, Deut. vij. Omnibus ergo manifeſtum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaque benedixerunt iuſtum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta. Tunc poſt hoc ſequitur præſens lectio, In diebus illis, Vir fortiſſimus Iudas,&c. duodecim millia drachmas argenti miſit Iero. of. ea ibi pro peccatis mortuorum. Lyr. ſcilicet ſic interfectorum in bello. a [Iuſtè & religio. de re.&c.] ſcilicet futura cogitans,&c. Sed fortè videretur alicui quod factū fuit hoc fruſtra, eò quòd interfecti videntur mortui in peccato mortali, habentes ſecum donaria idolorum. Reſpōdet Nic. de Ly. quòd Iudas Ma. & ſo. eius audebāt probabiliter iudicare, quòd illi interfecti pœnituiſſent in morte,& ſic orationes & obl. valebant eis eò quòd mortui erant in ſtatu ſalutis.

QVAESTIO XLIX.

SVper verbis epiſtolæ defunctorum, quæ habētur Mac. xij. ſcilicet, Vt à peccatis ſoluantur. oritur quæſtio de mortuis, Vtrum ſuffragia pro pluribus facta tantū proſint cuilibet, quantum ſi fierent pro illo ſolo? Arguitur quòd ſic: habetur de conſe. diſt. v. c. nō mediocriter, Hiero. Cùm pro cunctis animabus pſalmus, vel Miſſa dicitur, nihilominus quam ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur. igitur. In oppoſitum: virtus vnita eſt plus quam virtus multiplicata, id eſt, vehemētioris virtutis: ergo ſuffragium pluribus communicatū minoris eſt virtutis reſpectu cuiuſlibet, quam ſi ad vnum ſolum eſſet vnitum. Ad argumentum dicitur quòd Hiero. inſequitur opinionem aliquorum qui hoc tenent: vel dicendū eſt quòd non minus valet ipſi ſacerdoti, ſi dicatur pro centum, quam pro vno: vel dicendum eſt quòd non minus valet pro centum cum cordis hilaritate: quam pro vno cum anxietate. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundum Ric. vbi ſuprà, diſt. xlv. ar. ij. q. iij. per duas cōcluſiones: quarum prima talis eſt, Suffragia facta ſpecialiter pro vno tātùm magis ſibi proſunt, quàm aliis. Secūda, Suffragia pro pluribus facta non tantum proſunt cuilibet, quātum ſi fierent pro illo ſolo, quod patet primò ſic, quia quum ſacerdos obligatur ad dicendum duas Miſſas pro duobus non ſatisfacit dicēdo vnam. patet. Secundò, quia bonum finitum quod ſufficit ad plenariam remiſſionem vnius animæ de Purgatorio non ſufficit ad liberationem omnium aliarum animarum ad æqualem pœnam obligatarum peccati: quia conſuetudo eccleſiæ non eſt inutilis, quæ ſuffragia facit pro ſpecialibus perſonis.

In die ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ celebratur in octaua Pentecoſtes, ij. Corint. xiij. Epiſtola.

FRatres, b gaudete, c † perfecti eſtote, d exhortamini, e idipſum ſapite, f pacem habete, g & Deus pacis h & dilectionis i erit vobiſcum. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti. k Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,& charitas Dei & communicatio ſancti Spiritus l ſit ſemper cum omnibus vobis, Amen.

Gaudete Quia multus laboribus & aduerſitatibus anima noſtra atteril, ideo parcè aliquādo gaudere poſſumus: bonestum enim gaudiū animā reficiat.

POSTILLA.

FRatres, gaudete, perfe. eſto. exhorta.&c. Ante initium huius epiſtolæ ſcribit ſanctus Pau. in eo. ca. In ore duorum vel triū ſtat omne verbum. Tunc ſequitur præſens epiſtola, Gaud. perfe. eſto. quia hodie feſtum ſanctæ Trinitatis peragimus: neceſſe eſt aliqua de ſancta Trini. breuiter loqui: vnde Augu. lib. de Trin. hoc itaque vera & pia fide credendum eſt quòd Trinitas ſit vnus ſolus & verus Deus, ſcilicet Pater & Filius & Spiritusſanctus, & hæc Trinitas vnius eiuſdemque ſubſtantiæ vel eſſentiæ creditur: quæ eſt ſummum bonum. Item Aug. dicit, Hæc vera ſancta Trinitas, nihil maius eſt in tribus perſonis ſimul nominatis, quam in vna qualibet ſemel,& per ſe dicta: quia vnaquæque perſona plena eſt ſubſtantia in ſe, non tamen tres ſubſtātiæ ſunt: ſed vnus Deus, & vna ſubſtantia, vna potentia, vna æternitas, vna magnitudo, vna bonitas, & vna eſſentia, Pater & Filius & Spiritusſanctus. Item ſciēdum quòd beata Trinitas fideliter eſt credenda, & non curioſè inueſtiganda: vnde Ber. Scrutari hoc

temeritas est, credere pietas, nosse vita æterna. a [Fratres.] Lyr. in veritate fidei persistentes. b [Gaudete.] ad virtuosum enim pertinet de operibus virtutum gaudere. c [Perfecti estote.] idest, ad perfectionem consequendam tendite: quia sicut nauis in flumine posita per aquæ motum descendit, nisi remigetur in contrarium: sic anima ex corruptione carnis & pronitate continua ad malum descendit à perfectione nisi conetur in contrarium. d [Exhortamini.] vos maiores, illos qui sunt minores. e [Idipsum sapite.] scilicet, vos minores cum maioribus. f [Pacem habete.] Lyr. quam Christus pro nobis hæreditariè conseruandam reliquit: vt patet Ioan. xiiij. Pacem relinquo vobis, &c. g [Et Deus pacis.] idest, dator & amator pacis. h [Et dilectionis.] quia charitas comitatur veram pacem: eo quòd per charitatem Deus est in homine & ipse in eo, i [Erit vobiscum.] per gratiam in præsenti & gloriam in futuro. k [Gratia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei & communicatio sancti Spiritus.] Guliel. Lugd. In illis verbis innuit Trinitatem personarum primò personam Filij: ibi, Gratia domini nostri Iesu Christi. Secundò, personam Patris: ibi, Et charitas Dei, scilicet, Patris. Tertiò, personam Spiritussancti: ibi, communicatio sancti Spiritus. l [Sit semper cum omnibus vobis, Amen.]

QVAESTIO L.

SVper verbis Epistolę in die sanctissimę Trinitatis quæ habentur ij. ad Cor. xiij. scilicet, gaudete. oritur q. de gaudio, Vtrum gaudium sit virtus? Arguitur quòd sic: pręcepta legis dantur de actibus virtutum: sed præcipitur nobis, quòd de Deo gaudeamus. Ad Philip. iiij. Gaudete in Domino. Igitur. In oppositum: gaudium non enumeratur inter virtutes cardinales, neque theologales, neque morales Igitur. Ad argumentum dicitur quòd intantùm datur præceptum legis de gaudio inquantum est actus charitatis. Ad quæst. respondendum est secundùm Thom. ij. ij. quæst. xxviij. per vnam conclusionem, quæ talis est, Gaudium non est aliqua virtus à charitate distincta, sed est quidam charitatis actus siue effectus.

In festo sanctissimæ Trinitatis, Rom. xj. cap.

O altitudo diuitiarũ. In Deo benedicto, omne bonum perfectè & abũdè cõsistit: nomen illo est vera sapientia, vera scientia, omnipotẽ

O Altitudo [a] †diuitiarum [b] sapientiæ [c] & scientiæ Dei, [d] quam incomprehensibilia sunt iudicia eius [e] & inuestigabiles viæ eius. [f] Quis enim cognouit sensum Domini, [g] aut quis cõsiliarius eius fuit? [h] Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? [i] Quoniam ex ipso: & per ipsum, & in ipso sunt omnia. [k] Ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.

tia, bonitas, æternitas, maiestas, clementia, veræ diuitię, & omne bonũ creaturis quod est cõmunicabile: vt vult Iſi. lu de sum. Bo. c. i. Sũmum bonum Deus est. Idem magi. Sen. lib. i. di. xxxv. pte, Propterea omnia dicuntur esse in Deo &c.

POSTILLA.

O Altitudo diuitiarum sapien. & scientiæ, &c. Ante initium huius epistolæ scribit sanctus Paulus in eod. cap. dicens, Noli altum sapere: sed time. Tunc sequitur præsens epistola, a [O altitudo diuitiarum.] Gor. id est, abundantia copiositatis. b [Sapientiæ.] quæ est de diuinis & de spiritualibus: de qua Isa. xl. Et sapientiæ eius non est numerus. c [Et scientiæ Dei] quæ est de rebus humanis. Ad Col. iij. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ. d [Quam incompreh. sunt iudicia eius.] Gor. id est, dispositiones eius in omnibus rebus. vnde Psalm. xxxv. Iudicia eius abyssus multa. e [Et inuestigabiles viæ eius.] id est, impletiones dispositionis, in quibus omnibus est misericordia & veritas: vnde psal. xxiiij. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Quorum rationes à nobis non possunt attingi: vnde Eccl. viij. Intellexi quod omnium operum Domini nullam possit homo inuenire rationem, f [Quis enim cog. sen. Domini?] de dispositione rerum, quasi dicat, Nullus. g [Aut quis consi. eius fuit?] Vin. Dans ei consilia qualiter sic, vel sic res disponeret. q. d. Nullus. h [Aut quis prior dedit il. & retri. ei.] q. d. Nullus, quia hoc est impossibile: quia omnem virtutem non solum operandi, sed etiam cogitandi, & essendi ab ipso habemus quod declarat hic consequenter dicens, i [Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia.] Gorr. superiora, inferiora, & media, spiritualia, & corporalia, & ex vtrisque composita. Et in istis verbis innuit apostolus Trinitatem personarum in essentia diuina, per hoc quòd dicit, Ex ipso, innuit personam Patris: per hoc quod dicit per ipsum, innuit personam filij: per hoc quod dicit in ipso, innuit personam Spiritussancti. Ecce distinctio seu pluralitas personarum, k [Ipsi ho. & glo.] Ecce vnitas essentiæ. Non enim dicit Ipsius, sed ipsi honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

QVAESTIO LI.

SVper verbis Epistolæ in festo sanctissimæ Trinitatis, quæ habentur ad Rom. xj. scilicet, O altitudo diuitiarum. oritur quæstio de Trinitate, Vtrum sint tres personæ in essentia diuina? Arguitur quòd non: vbi est summa simplicitas non est pluralitas, quia sunt opposita: sed in essentia diuina est simplicitas: ergo non est personarum pluralitas. In oppositum Matthæi vltimo, In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd in diuinis est potestas per originem, non per additionem. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricard. de media Villa super j. Sent.

quòd in essentia diuina sunt tres personę: quod patet triplici ratione. Prima est, In essentia diuina est summa bonitas: sed ad summam bonitatem pertinet se summè communicare: sed summa bonitas non potest se communicare alicui creaturæ, nec omnibus simul: quia non sunt capaces infinitæ bonitatis: ergo talis communicatio est in ipsa essentia diuina: & sic sunt tres personæ. Secunda ratio, In diuina essentia est summa perfectio, sed perfecti est sibi producere in natura simile, nulla autem creatura potest esse Deo similis: igitur sunt tres personæ in essentia diuina. Tertia ratio, In essentia diuina est summa charitas: ergo est persona amans, summè amata, etiam summus amor: ergo sunt tres personæ.

In festo Dedicationis Templi, Apoc. xxj. cap.

IN diebus illis, vidi ciuitatem sanctam Ierusalem †nouam, [a] descendentem de cælo [b] à Deo paratam, sicut sponsam ornatam [d] viro suo. [e] Et audiui vocem magnam de throno [f] dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis. [g] Et ipsi populus eius erunt, [k] & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: [k] & mors vltrà non erit, [l] neque luctus, [m] neque clamor, [n] neque dolor [o] vltrà, quę [p] prima abierunt. [q] Et dixit qui sedebat in throno, [r] Ecce noua facio omnia.

Vidi ciuitatem. In die iudicii quãdo Dominus facturus est vniuersã rationẽ quando ignis ardebit omnia innouabuntur, id est omnes res corruptibiles purgatiõe purgabuntur, & incorruptibiles fient, noua quoque immutatiõe nouam assument naturã: nam quicquid nũc naturam imperfectum est, tũc altera naturã perfectã habet: vt vult magister Sent.

POSTILLA.

IN diebus illis, vidi ciuitatẽ sanctam Ierusalem, &c. Ante initium huius epistolæ scribit sanctus Ioan. in eod. cap. Vidi cælum nouum & terram nouam. Primum enim cælum & prima terra abiit. Lyr. Hæc omnia in fine mundi innouabuntur: & melius mutabuntur in claritate, vt patet Luc. xj. Cælum & terra transibunt: non quantùm ad substantiam, sed quantùm ad formam: & hoc totum cedet ad gloriam electorum, qui ex creaturis laudant Deum. Tunc sequitur præsens epistola, [In diebus illis.] Hic sanctus Ioannes describit innouationem humanæ naturæ quantum ad electos di. [Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem.] Lyr. id est, electorum societatem perfecta charitate vnitam. [Nouam.] Lyr. quantum ad corporis gloriam: corpora enim Sanctorum quę sunt corruptibilia, grossa, ponderosa, & obscura resurgent immortalia, subtilia, agilia clara: & hoc fit ex gloria animarum ad corpora redundante. a [Descendentem de cælo.] Lyr. nam animæ beatæ descendent de cælo vt corpora resumant: & in iudicio compareant. b [A Deo paratam.] dotibus animæ & corporis. c [Sicut sponsam ornatam.] virtutibus. d [Viro suo.] ad honorem viri scilicet Christi. e [Et audiui vocem magnam de throno.] scilicet, diuinæ maiestatis. f [Dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis.] Lyr. Habitatio enim Dei cum hominibus erit inseparabilis. Quia Beati semper habebunt apertam visionem & perfectam fruitionem. g [Et ipsi populus eius erunt.] quia beati erunt sicut & ipse beatus est: vnde Psalm. cxliij. Beatus populus cuius Dominus Deus eius. vnde & Leuiti. xxvij. Ego ero vester Deus, vosque eritis mihi populus. h [Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.] Gloss. ordinar. quia nunquam ex eis expellitur: quia nũquam peccabunt contra Deum. i [Et non absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.] diuersæ sunt lachrymæ: quibus in hac vita affliguntur electi: & ideo in futurum fugatis doloribus omnis lachryma ab oculis eorum dicitur abstergi. k [Et mors vltrà non erit.] id est, separatio animæ & corporis. l [Neque luctus.] pro aliis miseriis. m [Neque clamor.] id est, pro pugna spiritus ad carnem. n [Neque dolor] de peccatis propriis. o [Erit vltrà] vnde Isa. lj. Lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiam tenebunt, & fugient dolor & gemitus. p [Quæ prima abierunt.] Haymo, In præsenti vita boni hæc iam enumerata sustinent: sed in futura vita nihil mali sustinebunt. q [Et dixit qui sedebat in throno.] scilicet, Deus omnipotens qui præsidet ecclesiæ suæ. r [Ecce noua facio omnia] Lyr. scilicet, cælos, & elementa, & electorum corpora: vt patet Isaiæ lix. Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam.

QVAESTIO LII.

SVper verbis Epistolæ in festo dedicationis templi quæ habentur Apocal. xxxj. scilicet, Ecce tabernaculum, oritur quæstio de ecclesia. Vtrum ecclesia dicitur illa quæ non est consecrata? Omissis argumentis ad vtranque partem, respond. secundùm Pa. in rub. de conse. ecclesię vel alta. quòd non propriè: sed basilica, id est, domus regis. Alleg. gl. cum tex. in c. j. de rel. do. & facit ad statuta: vt delictum commissum in ecclesia non consecrata, sit commissum in ecclesia impropriè accipiendo vnum pro altero. Item æquiuocè dicitur ecclesia oratorium: sed propriè oratorium est locus aptus ad orandum quem quisque in domo sua ædificare potest.

POSTILLA SVPER EVANGELIA DE SANCTIS PER ANNI CIRCVlum vnà cum Ferialibus eorundem.

In vigilia Sancti Andrææ Apostoli, secundùm Ioannem j. cap.

IN illo tempore, [a] stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. [b] Et respiciens Iesum ambulanté dixit, [c] Ecce agnus † Dei. [d] Et audierũt eum duo discipuli loquẽtem, & secuti sunt Iesum. [e] Conuersus autem Iesus: [f] & videns eos sequẽtes dixit eis, Quid quæritis? [g] Qui dixerũt ei, Rabbi, quod dicitur interpretatũ magister, [h] vbi habitas? [i] Dixit eis, Venite, & videte. [k] Venerunt & viderunt vbi maneret, [l] & apud eum manserunt die illo. [m] Hora autẽ erat quasi decima. [n] Erat autem Andræas frater Simonis Petri: vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eũ. [p] Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, [q] & dixit ei, Inuenimus Messiã, quod est interpretatum Christus. [r] Et adduxit eũ ad Iesum, [s] intuitus autem eũ Iesus dixit, [t] Tu es Simon [v] filius Ioanna: [x] tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. [y] In crastinũ autem [z] voluit exire in Galilæã, [a] & inuenit Philippũ. [b] Et dixit Iesus, Sequere me. [c] Erat autem Philippus à Beth saida ciuitate Andrææ & Petri. [d] Inuenit Philippus Nathanaelẽ, & dixit ei, [e] Quem scripsit Moyses in lege, [f] & prophetis [g] inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. [i] & dixit ei Nathanael, [k] A Nazareth potest aliquid boni esse. [l] Dixit ei Philippus, Veni & vide. [m] Vidit Iesus Nathanaelem veniẽtem ad se: [n] & dixit de eo, Ecce verè Israelita: in quo dolus non est. [o] Dixit ei Nathanael [p] Vnde me nosti? Respõdit Iesus, & dixit ei, [q] Priusquam te Philippus vocaret cũ esses sub ficu vidi te. respondit Nathanael, & ait, [r] Rabbi tu es filius Dei. Tu es rex Israel. [t] Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu: [t] credis, [v] maius his videbis. [x] Et dixit eis, [y] Amẽ amẽ dico vobis, videbitis cęlũ apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

† Ecce agnus Dei. Christus Dominus Iesus saluator agnus dicitur ab animalis proprietate: quẽadmodũ agnus est sĩplex animal, innocuũ, totus hominibus proficiens: sic Christus dominus totus humilis omnibus proficiẽs, qui pro nobis passus in sãguine suo nos redemit, vt i. Petri, ca. ii. Christus passus est pro nobis.

POSTILLA.

IN illo tempore, Stabat Ioan. & ex discipulis eius, &c. Prosequitur in hoc euãgelio Ioan. euang. testimonium de Christo, quod perhibebat Ioan. Bapt. dicens, a [Stabat] in quo ostenditur quomodo Ioan. Bapt. paratus erat ad exercendum suum officium testificando de Christo, baptizando, & docendo. vnde subditur, b [Et respiciens Ie. ambu.] scilicet prope locum vbi stabat Ioannes: quia Christus postquam baptizatus est à Ioanne ad tempus moratus est prope locum: & factus est Ioanni familiaris, vt sic Ioannes frequenter diceret testimonium de Christo in sua præsentia: & sic ab aliis cognosceretur. Vnde subditur, [Ecce agnus Dei] Breuiter repetit euangelista testimonium quod fuerat prius dictum: ideo omittit illud quod prolixius suprà dictum est, scilicet qui tollit peccata mundi. Ecce agnus Dei, id est à Deo missus immolandus, vt hostia acceptissima. d [Et audierunt, &c.] Hìc ponitur fructus prædicti testimonij. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur fructus sequens ex Ioannis testificatione. Secũdò ex discipuli conuersi prædicatione: ibi, Erat autem Andræas. Tertiò ex Christi vocatione ibi, In crastinum. Fructus autem primus fuit conuersio discipulorum Ioannis ad Christum quæ fuit per Ioannem inchoata, inquantum sui discipuli testimonium eius reuerenter audierunt & tanquam verissimum executi sunt in opere. Et hoc est quod dicitur, Et audierunt eum disci-

puli loquentē & secuti sunt Iesum desyderātes ei adhærere, & eius doctrinam audire. Sed ista conuersio cōsummata est per Iesum Christum. Vnde subditur, e [Cōuersus autē Iesus.] Ex sua benignitate & misericordia. f [Et videns eos se quentes se dixit eis, Quid quæritis.] q.d. Paratus sum ad voluntatem vestram. Nec petit hoc ex ignorātia, vt aliquid addiscat: sed vt ex eorū respōsione eos conueniētius dirigat, sicut Gen. iij. dixit Dominus, Adam, vbi es? vt ex responsione conuenientius argueret ipsum. Sequitur g [Qui dixerunt ei, Rabbi.] Quod dicitur interpretatiuè magister: illud quod dicitur interpretatiuum magister non est de verbis eorum: sed est verbum euangelistæ interpretantis nomen Hebræū, quod est rabbi: vnde dixerunt, h [Rabbi vbi habi.] quærentes domum eius tanquam studiosi discipuli: vt possent frequēter cū eo & ab eo instrui. i [Dixit eis, Veni. & vi.] liberaliter condescendēs petitioni eorū. Sed quia dictum est de domo Christi: videtur cōtradicere ei qđ dicitur Mat. viij. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, dicendū quod à Matthæo dicitur non habuisse propriū domicilium: non tamen negatur quin habuerit sicut hospes domum accōmodatam pro tēpore ad manēdum. Sicut enim frequenter fuit in domo Marthę, & eodem modo ad tēpus mansit prope Ioan. post baptismum suum rationibus prædictis, tamen in hospitio alieno. Quod patet ex hoc quod nō erat de loco illo: sed de Nazareth. sequtur. k [Veni. & vi. vbi man.] sicut hospes, vt dictū est. l [Et apud eum manserunt die illo.] audiētes verba vitæ ab eo. m [Hora autem erat quasi x.] s. prope vesperā. Ex quo apparet ardor eorum ad audiendum Christū: quia cum hora vespertina soleant homines reuerti ad propria domicilia: tamen omnibus dimissis manserunt cū ipso vsq; ad crastinum desyderio audiēdi ipsum. n [Erat autē And. &c.] Hic consequenter ponitur fructus proueniens ex discipuli conuersione: quia audita Christi doctrina: statim iuit ad quęrendum fratrē suum ad audiēdū ipsum Christum. Et hoc est quod dicitur, Erat autē, &c. o [Secu. fuerunt.] s. Christū: nomē autem alterius discipuli hîc tacetur: quia modus scribentiū est, tacere proprias laudes, vel saltem loqui de se, sicut de alio: sicut Ioā vlt. c. dicit Ioan. euang. de seipso, Hic est discipulus il. &c non exprimendo nomen suum. Et eodem modo loquitur hic, quia probabiliter creditur, ꝙ ipsemet fuit cum Andręa: quia circunstantias loci & tēporis describit: quasi ille qui pręsentialiter vidit: potest etiā aliter dicere, ꝙ solus Andræas nominatur eò ꝙ antiquior & principalior erat: vnde & hāc prærogatiuā habuit ꝙ fuit prius Christi discipulus: quia de duob' primò adhærētibus Christo ipse fuit principalis & primus, sicut Stephanus fuit primus martyr. p [Inu. hic primum fra. suum Sim.] non inuenit eū à casu, sed diligēter quæsitum: & desyderans cū habere fratrē in religione fidei, sicut & in propinquitate carnali, contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingressu religionis: vnde sequitur, q [Et dixit ei, &c. Christus.] i. vnctus: quia Christus est rex & sacerdos vnctus in humana natura plenitudine gratiæ: sicut reges & sacerdotes in veteri Testa. inungebantur corporali vnctione. Et bene dicit Inuenimus: quia sufficiēter erat instructus à Christo per testimonia legis & prophetarū ꝙ ipse erat verè Christus. Et quia confirmatio boni operis est per Christū: ideo sequitur, r [Et addu. eum ad Ie.] tum quia nō confidebat de se: ꝙ posset eū sufficienter instruere: tum quia libēter ad magistrū redibat habita occasione. s [Intuitus au. eum Ie.] non solū exterius, sed etiam interius videns eius deuotionē: quia Deus intuetur cor. t [Dixit tu es Simon.] i. verè obediens q.d. Nomen tuum est tuæ propietati consonū. v [Filius Ioānis.] Matt. xvj. dicit Bar-Iona, Filius Ioanna. Dicendum est quòd idem est nomen patris Petri Iona & Ioanna, aliqualiter tamen diuersificatum, sicut in Latino Nicola. & Colinus. Vel aliter dicēdum, quòd pater Petri erat binomius. x [Tu voca. Cephas.] i. capitaneus: & idem sonat hoc nomē Petrus: quia fundamētum habet quodāmodo proprietates capitis. vnde Matt. xv. quando dictum est ei à Christo. Tu es Petrus, &c. nō fuit nominis noua impositio, sed nominis prius impositi commemoratio vel confirmatio: quia hoc fuit sibi impositum secundum Aug. Notandum quòd mutatio nominis facta à Deo semper facta est ex aliqua gratia speciali: quam à Deo consecutus est ille cuius nomen mutatur. Sicut Iacob vocatus est Israel, eo quod vidit dominū. Gen. xxij. Et Abram vocatus est Abraham, quando facta fuit sibi promissio. Gen. xvij. Sed contra illud quod dicitur hic de vocatione Petri & Andrææ videtur illud esse quòd habetur Mat. iiij. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, &c. Dicendum quòd prima vocatione vocati fuerunt ad fidem Christi per aliqualem familiaritatem iuxta Iordanem secundùm modum qui hîc scribitur: licèt posteà super mare Gali. fuerunt vocati ad apostolatū. Et ideo tunc relictis retibus & naui secuti sunt eum, nō amplius ad propria reuersuri. y [In crast. &c.] Hîc cōsequenter ponitur fructus proueniens ex Christi vocatione. Et primò describitur Philippi vocatio, deinde ex hoc sequens Nath. conuer. Circa primum sciendum quòd Christus venit ad baptismum Io. vt virtutē regenerādi tribueret aquis: vt baptismum Io. & eius doctrinam approbaret, vt de Christo per Ioannis testimonium latum in Christi præsentia populus ipsum cognosceret: propter quæ Christus ad tēpus moratus est prope locum illū: vt suprà dictum est. Et hoc peracto voluit redire in Galilæam vbi fuerat nutritus: & in illo reditu vocatus est Philippus: & hoc est quod dicitur hic, In crastinum autem, s. post vocationem Petri. z [Voluit exi.

Fructus proueniēs ex discipuli conuersione.

Quid sit Bar-Iona.

Fructus proueniēs ex Christi vocatiōe.

in Gali.] Si enim mansisset prope Iordanē postquā fuit cognitus à populo omnes cucurrissent ad eum, & dimisissent Ioannem, quod patet ex effectu: quia duo ex principalibus discipulis Ioannis secuti sunt iam eum, vt dictum est: & ideo volens deferre Ioanni & dare nobis exemplum fugiēdi applausum populi, inde recessit. a [Et inue. Phi.] non à casu vel quasi ignotum: sed ex sua præordinatione, vt eum vocaret ad fidē, & illuminaret: vnde sequitur, b [Et dixit ei Iesus, Sequere me.] Quod autem Philippus secutus est statim credens, non est mirum: quia vox Christi non solum habebat vim mouendi auditum: sed etiam animū: & subditur, c [Erat au. Phil. à Beth. ci. An. & Petri.] Et in hoc redditur ratio quare statim secutus est. d [Inue. Phil. &c.] Hic ponitur consequēter Nathanaelis cōuersio. Circa quod consyderandum, quòd Philippus à Christo instructus fuit ad quærēdum Nathanaelem fratrem suum desyderans eum habere fratrem in fide, sicut in carne. Et hoc est quod dicitur hic, Inuenit Phi. Na. nō à casu: sed diligenter quæsitum. Iste autē Nathanael erat homo literatus, & doctus in lege & prophetis. Et ideo Philippus quamuis esset parum literatus à principio: tamen iā erat instructus à Christo in Scripturis legis & prophetarum loquentibus de ipso: ideo annunciando Christum fratri suo quem sciebat literatum, incepit à testimonio legis & prophetarum, dicens, e [Quem scripsit Moy in lege] hoc habetur Gen. penul. & Deut. xviij. f [Et prophetis] omnes enim prophetæ de Christo loquūtur: quia ad Christum omnes eorum prophetiæ principaliter ordinabantur. g [Inue. Ie.] q. d. Hoc nomen cōgruum est prophetis: quia promittunt messiam saluatorem. Hoc etiam nomen ponitur expressè de Christo Abac. vlt. Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo: & in pluribus aliis locis. h [Filium Ioseph.] Philippus hic loquitur secundum cōmunem modum loquendi, quia putabatur eius filius, vt habetur Lu. iij. & quamuis non fuerit pater Christi tamen in matrimonio fuit coniunctus matri eius: & ambo descēderāt de stirpe Dauid. i [A Nazareth] locus etiam iste consonat Scripturæ loquenti de Christo, Isa. xj. vbi dicitur secūdùm Hebraicam veritatē, Egredietur virga de radice Iesse: & Nazaręus de radice eius ascēdet: & ideo Nathanael intelligens hanc consonātiam: statim respondit, k [A Nazareth potest aliquid boni esse.] affirmatiuè secūdùm August. aliter exponitur hoc negatiuè: secundùm Chrysost. verò dubitatiuè: quia sicut dictū est Nathanael erat legisperitus: & ideo vidit quòd duo prima non habebāt calumniam, scilicet nomē proprium, quod est Iesus: & genus, scilicet Dauid: sed de loco videbatur esse contra scripturam Mich. v. vbi expressè dicitur Christum nasciturum esse in Beth-lehem, secundùm quòd legis scribæ respōderunt Herodi quęrenti, vbi Christus nasceretur: quòd Beth-lehem erat natiuitatis suæ locus, vt habetur Mat. ij. propter quam responsionem dubitatiuā Philippus duxit eum ad Iesum, vt ab eo plenius informaretur: propter quod sequitur, l [Dicit ei Philippus, Veni, & vide] id est, addisce ab eo. Notandum quòd hic secundùm veritatem Euāgelij Christus natus fuit in Beth-lehem, sicut fuerat prædictum per prophetam. Sed conceptus fuit & nutritus in Nazareth: vt habetur Luc. ij. & iiij. Et propter hoc vocatur à prophetis Nazaræus. Ex quo patet concordantia prophetarum & euangelistarum. m [Vidit Iesus] hic describitur conuersio Nathanaelis consummata per Christum: vbi Christus ostendit se verum esse messiā promissum ex trib' signis, quia legisperiti signa quærebāt: secundum ponitur ibi, Respondit Iesus. tertium ibi, Respondit Nathanael. Primum signum fuit manifestatio occulti, scilicet intentionis cordis, & puritatis cōscientiæ ipsius Nathanaelis, quę non poterat esse nota nisi virtute diuina. Et hoc est quod dicitur, n [Vidit Iesus Nathanaelem venientem ad se] non solùm vidit exterius, sed etiā vidit cor ipsius interius: vnde sequitur, o [Et dixit de eo, Ecce verè Israelita, in quo dolus nō est] quia sine intētione doli & falsitatis veniebat vt veritatem cognosceret. p [Dixit ei Nathanael.] Hic ponitur secundum signum quod est reuelatio occulti. Videns autem Nathanael quòd conditionem suę mētis expresserat: quęsiuit vnde ipsum sciebat, dicens, q [Vnde nosti me? Respon. Iesus & dixit ei] per reuelationē alterius occulti. r [Prius quam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu vidi te] id est, cognoui propositū cordis tui. Ad literam: prius locuti fuerant de Christo adinuicem ipse & Philippus sub ficu, in tali distantia quòd Christus nō poterat eos videre oculo corporali: nec aliquis alius erat præsens qui potuisset ei referre. Et ideo propter hoc signum & pręcedēs Nathanael statim cōfessus est ipsum: vnde sequitur. s [Respondit ei Nathanael, Tu es rex Israel] id est, ille qui expectatur vt sit rex Israel. Expectant enim omnes Iudæi messiam temporalem regem futurum: hoc modo loquitur iste Nathanael, & qui non habebat adhuc notitiam perfectam de Christo: non enim videtur intellexisse tunc ipsius diuinitatem, quia nō dixisset rex Israel: sed potius mundi. Et per hoc quòd dixit tu es filius Dei: non fuit cōfessus diuinitatem, sicut postea confessus est eam Petrus: sed intellexit hanc filiationē per quandam excellentiam gratiæ. t [Respondit Iesus.] Hic ponitur tertium signum quod est reuelatio occulti futuri. Modus enim cognitionis humanæ est, vt ab imperfecto ad perfectum ducatur ordinatè. Ideo Christus ipsum Nathanaelem iam ipsum cognoscentem quantum ad gratiæ excellentiam: vlterius deducit ad cognoscēdum suam diuinitatem, per obsequium angelorum exhibendum tanquam superiori.

Respondit Iesus,&c. t [Credis]me esse Christum,quantum ad gratiæ excellentiam. v [Maius his vide] scilicet cognoscendo virtutē substantiæ. x [Et dixit eis] scilicet Philippo & Nathanaeli. y [Amen amen dico vobis.]Amē id est fideliter. Et ideo vbi duplicatur : signum est maximæ certitudinis & firmitatis. z [Videbitis cælum apertum & angelum Dei ascendentem & descēdentem super filium hominis] in obsequium diuinitatis in humana natura salientis : & hoc patuit in resurrectione Christi, similiter in eius ascensione, & etiam prius in passione. Potest tamen quæri super prædictis: quare iste Nathanael non fuit vocatus ad apostolatū: cū à Christo super alios fuerit cōmendatus,vt patet ex prędictis.Dicendū quòdChristus voluit primos fundatores ecclesiæ simplices homines eligere:ne prima conuersio hominum ad fidem, humanæ sapiētiæ ascriberetur, sed diuinæ.Et propter hoc iste Nathanael &Nicodemus de quo habetur Ioan.iij.ca. non sunt instituti Apostoli:quia erant homines literati: fuerunt tamen à principio ad fidem vocati , ne si à principio omnes fuissent simplices : crederentur per oppositum , scilicet per ignorātiam decepti.Postquam verò fides catholica fuit radicata, Paulus vocatus est ad apostolatū, quāuis esset literatus. vnde dicitur j.Cor.j. Videte vocationē vestrā fratres:qa multi sapiētes,&c.

Quæstiones super Euangeliis de Sanctorum communi.

QVÆSTIO I.

CIrca Euāgelium in vigilia sancti Andrææ, oritur quæstio, Vtrum Ioannes testimonium reddens de Christo conuenienter dixit, ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Arguitur quòd nō:per verba ista infertur quòd passio Christi fuit sacrificium:sed hoc non. Igitur.Patet:quicūque offert sacrificium,aliquod sacrum facit: vt ipsum modum sacrificij demōstret,illi autem qui Christū occiderunt non fecerūt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrauerunt:ergo passio Christi magis fuit maleficium quam sacrificium. In oppositum S. Ioannes dedit testimonium de Christo per verba prophetæ: vt patet Isa.liij. Quasi agnus coram tondente,&c ergo conuenienter Ioannes testimoniū dedit de Christo. Ad argumentum dicitur , quòd procedit ex parte Iudæorū & non ex parte Christi.Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioannem de Turrecremata in Quæstionibus super Euangeliis per duas conclusiones.Prima est,Christi passio operata est salutem humani generis per modum sacrificij, patet, Sacrificiū dicitur propriè aliquid ad honorem propriè Deo debitū ad eum placandum,sed Christus seipsum obtulit in passione pro nobis:& illud opus fuit Deo maximè acceptum. Secunda conclusio,Ioānes testimonium reddens de Christo conuenienter dixit,Ecce agnus Dei,patet:quia agnus paschalis figurabat passionē Christi : & ipse Christus erat mansuetus vt agnus , & quia lana conuersationis Christi per exemplum dat vestimentū virtutis Dei , carnem in cibum spiritualem, & lac doctrinæ in potum.

In festo sancti Andreæ. Euangelium secundùm Matth.iiij.cap.

IN illo tempore,ambulans Iesus iuxta mare Galilææ [a] vidit duos fratres , [b] Simonem , qui vocatur Petrus , & Andræam fratrem eius, mittentes rete in mare.[c] Erant enim piscatores : & ait illis,Venite post me, [d] & faciam vos fieri piscatores † hominum.[e] At illi continuò relictis retibus,secuti sunt eum. Et procedens inde [f] vidit alios duos fratres Iacobum Zebedęi,& Ioannem fratrē eius in naui cum Zebedæo patre eorū,reficientes retia sua : [g] & vocauit eos. [h] Illi autem statim relictis retibus,& patre,secuti sunt eum.

Venite post me. Quando Dominus Iesus in apostolatū suos vocauit, quos vocauit elegit, electos sibi amicos fecit, potestatē illis commutatam dedit: quod vbi pisces capiebāt hamo, homines caperēt in Christi verbo: vnde hic Matth.iiii. Christ⁹ in eligendis discipulis ait, venite post me, faciā vos fieri piscatores hominum: & petro ait, Ex hoc eris homines capiēs.

POSTILLA.

IN illo tempore,ambulans Iesus iuxta mare Galilææ vidit duos , &c. Matth. iiij. Marc.j. Luc. v. historia huius Euāgelij facta est anno Christi xxxj.idus Iunij , dominica, Luna iij.Indict. iiij. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Matthæus in eodem capitulo , quòd postquàm Christus ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in deserto, tunc postmodùm venit , & habitauit Capernaum : & in finibus Zabulon, & Nephtalim : & cœpit prædicare,& dicere, Pœnitentiam agite,appropinquat enim regnum cælorum. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ. Lyra, mare istud est quidam lacus habens centum stadia longitudinis, & quadraginta latitudinis, per quem transit Iordanis fluuius : vt dicit Hieronymus .Dicitur autem mare secundùm modum Hebraicum loquendi : in quo magna congregatio aquarum vocatur mare, secundùm illud Gen.j. Congregationes aquarum appellauit maria. Vocatur etiam stagnum Genezareth vt patet Luc.v.cap. dicitur etiam mare Galilææ : quia est in regione illa : & etiam dicitur aliquando mare Tiberiadis à ciuitate Tiberis sita super ipsum mare. a [Vidit duos fratres.]Gorra,nē

tantum corporaliter, sed etiam spiritualiter. vnde Chryso. Ad corda plusquàm ad facies respiciens. b [Simonem qui vo. Petr. & Andr fra. eius mit. re. in mare.] Gor. ad piscandum & ad quærendum victum. c [Erant enim piscatores.] vnde Chry. Piscatores illiterati mittuntur ad prædicandum: ne fides credentium non in virtute Dei: sed in eloquentia siue in doctrina hominum putaretur. d [At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.] vnde Chrys. In hoc docuerunt nos apostoli, quòd nemo potest terrena possidere: & perfectè ad cælestia properare. Aer inter cælum & terram constitutus, ostendit quòd inter cælestia & terrena nulla potest esse coniunctio: cælestia quia spiritualia & leuia sunt sursum ducunt: terrena quia ponderosa & grauiora deorsum deponunt. Lyr. Sciendùm quòd isti apostoli leguntur ter vocati à Christo. Prima vocatio fuit immediatè post baptismum Christi: vt habetur Ioan. j. quando duo discipuli Ioannis Baptistæ audierunt ipsum dicentem de Christo, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ibidem dicitur quòd Andreas frater Simon. Petri erat vnus ex duobus qui secuti fuerunt Iesum, & ibi dicitur quoniam Andreas adduxit fratrem Simonem ad Iesum. Secunda vocatio fuit in captura piscium quam describit Luc. v. c. dicens quòd Christus propter turbas irruentes ascendit in nauim Petri ad prædicandum populo, & finita prædicatione iussit relaxare rete in capturam piscium. Et visa multitudine piscium captorum: sciens Petrus quòd non poterat esse virtute humana procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me domine, quia homo peccator sum. Sed illæ duæ vocationes non fuerunt propriè ad apostolatum: sed ad quandam familiaritatem. Tertia vocatio fuit illa de qua fit mentio in euangelio hodierno quando relictis retibus & naui secuti sunt Iesum, amplius ad prædicta negotia non reuersuri: sed intendentes doctrinæ Christi. ergo dixit eis. e [Et fa. vos fieri pisca. homi. & procc. inde. &c.] Gorr. id est, à loco illo ad alium. f [Vidit alios duos fra. Iaco. Zebe. & Ioan. frat. eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua.] Vnde Chrys. id est, reparantes, quod maximè est paupertatis indicium: vetera reparabant: quia vnde noua emerant non habebant. g [Et vocauit eos.] Gor. Duos vocat & destinat: vt patet Luc. x. Primò propter duos populos conuertendos, scilicet, Iudæorum & Gentilium. Secundò, propter duplicem salutem, scilicet, corporis & animę. Tertiò, propter testimonij veritatem: vt patet Deut. xix. In ore duorum stat omne testimonium. h [Illi autem statim relictis retibus & patre secuti sunt eum. Sed quæritur hic quomodo isti apostoli relictis omnibus secuti sunt eum? Dicendum est secundùm Lyr. quòd in Christo erat virtus diuinitatis, & ideo sicut poterat exterius vocare per vocem, ita potuit interius attrahere pro voluntate sua per inspirationem. Item notandum, quòd Christus simplices piscatores potius constituit apostolos & prædicatores Euangelij, quam literatos: vt fides Euangelij magis attribueretur sapientiæ diuinæ, quàm humanæ.

Quare illiterati mittuntur ad prædicandum.

Vocatio apostolorum fuit triplex.

QVÆSTIO II.

Circa Euangelium in festo sancti Andręæ, oritur quæst. Vtrum Christus conuenienter vocauit ad prædicationis officium Petrum & Andræam, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem? Arguitur quòd non: simplices & indocti prohibentur eligi: vt habetur in Decret. distin. xxxix. sed ipsi apostoli erant indocti & simplices. Igitur. In oppositum: in euangelio nulla inest inconuenientia, sed Euāgelium narrat quòd Christus elegit prædictos apostolos ad officium prędicationis. Igitur. Ad quęst. respondendum est per tres conclusiones. Prima est, Pręfati apostoli officio prædicationis deputati à Christo idonei & docti facti fuerunt: & Christus eorum defectus suppleuit. Secunda conclusio, Voluit Christus hos simplices apostolos & indoctos assumere ad prædicationis officium: ne aliquis eorum de sua virtute, aut sapientia: gloriaretur eligi meruisse. Tertia conclusio, Christus hos apostolos de arte piscatoria ad prædicationis officium assumere decreuit: ad denotandum quòd ipsi futuri erant piscatores animarum per retia prædicationum. Ex dictis patet solutio argumenti ad partem negatiuam facti.

In die sancti Nicolai, Euang.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri.

Hoc Euangelium quære infrà in communi Sanctorum.

In Conceptione beatæ Mariæ Virginis, Euangelium secundùm Matth. j. capite.

Liber † generationis b Iesu Christi c filij Dauid, filij d Abraham. e Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. f Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. g Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. h Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab. k Booz autem genuit Obeth ex Ruth. l Obeth autē genuit m Iesse. Iesse autem genuit Dauid Regem.

Liber generationis. Iesus Christus à Deo patre genitus diuina genitura in virgine conceptus, & ex virgine natus, super omnes

filios hominum nobilissimus sapientissimus, decorus, formosus, ac speciosissimus & omnibus cerque pulchriorum de Dauid Psal. xliii. Speciosus forma pre filiis hominum.

[n] Dauid autẽ rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, [o] Salomõ autem genuit Roboã. Roboam autẽ genuit Abiam. Abias autem genuit Aza. Aza autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. [p] Iorã autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. [q] Ezechias autem genuit Manassen. [r] Manasses autem genuit Amon. Amon autẽ genuit Iosiam. [s] Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. [t] Et post trãsmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. [v] Salathiel [x] autem genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. [y] Mathan autem genuit Iacob. [z] Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

POSTILLA.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c. Supplendum, Hic est secundum modum Hebræorum, vbi communiter fit talis suppletio, vt patet Isa. j. vbi dicitur, Visio Isaiæ filij Amos, subaudi hic est, & eodẽ modo in pluribus aliis locis. Est hic aduertendum, ꝙ Matthæus Hebraicè scripsit euangeliũ suum. Modus autem Hebræorum est nominare libros ab eo, de quo tractatur in principio. Et quia Matthæus incipit euangelium à genealogia Christi, ideo ab ipsa denominat seu prætitulat ipsum. Et ratio fuit quia Iudæi negabant Iesum Nazarenum esse verum Christum, & descendisse à Dauid quia Galilæus erat dictus à pluribus. Hunc ergo errorem volẽs Matthæus excludere in principio euãg. sui ostendit ipsum à Dauid descendisse per ipsius genealogiam, quam non poterant negare: cum haberent in templo libros, in quibus scriptæ erant generationes duodecim patriarcharũ. Ostẽdit etiã eum in Beth-lehem natum: & hoc in principio secundi capituli: licet fuerit in Nazareth conceptus, & nutritus. In describendo Christi genealogiã ponit duas partes tanquam radices, s. Dauid & Abraham: quia ad istos fuit facta specialiter promissio de Christo. Itẽ quia Dauid fuit specialis inter reges, Abraham verò inter patriarchas, Christus autem debebat descendere ex patriarchis & regibus. Præponitur autẽ Dauid ipsi Abrahã, licet sit posterior secundũ tẽpus propter eminentiam regiæ dignitatis. Et iterũ vt conuenientius generationis ordo texatur: quia sic à radice vltimo nominata inchoatur: dicit ergo, a [Liber generationis.] s. tẽporalis: quia generationem Christi æternam describit Ioãnes in principio euang. sui. Sequitur, b [Iesu Christi] Iesus est nomen personæ, Christus nomẽ naturæ: significat enim duplicẽ naturã in vno supposito, s. diuinam & humanã. c [Filij Dauid filij Abraham.] Hoc est intelligendũ secundum humanam naturã tantũ. Vnde dicit apostolus ad Ro. j. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. d [Abrahã, &c.] Hic incipit euangelista Christi genealogiam narrare: & diuiditur in tres partes, secundum quaterdenas tres, quas ponit in ista genealogia. Prima incipit ab Abrahã & terminatur in Dauid inclusiuè. Secunda à Dauid exclusiue: & terminatur in Iechoniam filiũ Iosiæ, inclusiuè: & tertia incipit à Iechonia filio prædicti Iechoniæ inclusiuè: & terminatur in Christũ exclusiuè. Secunda pars incipit ibi, Dauid autẽ: tertia ibi, Et post transmigrationẽ Babylonis. In prima ergo procedit sic, Abrahã genuit Isaac: non facit mẽtionẽ de Ismaele: quia per ipsum nõ descendit Christus. Et eadẽ ratione non fit mẽtio de Esau. e [Isaac autem genuit Iacob.] quia antequã essent nati, Iacob fuit adeo dilectus vt per ipsum descẽderet Christus. Consyderandũ ergo quòd hic describitur genealogia Christi descẽdendo: quia Matthæus voluit ostendere assumptionem infirmitatis nostræ à Deo: vt dicit Aug. de cõcordantia euangelistarũ. E cõtrariò autẽ Lucas describit eam ascendẽdo, quia volebat ostendere reductionẽ humanæ naturæ in Deũ: & ideo incipit Christi genealogiam post baptismũ: per quem omnes reducimur in Deũ. Sequitur, f [Iacob autẽ genuit Iudã & fratres eius.] Licet autem Christus de Iuda descẽderit, tamẽ fratres eius cum eo nominãtur: quia fuerũt patres populi Israelitici, & ab eis duodecim tribus Israel nominantur. Sequitur, g [Iudas autem ge. &c.] Notandum ꝙ ab isto Iuda Hebræi dicti & nominati sunt Iudæi: eò quòd reges & principes populi ab illo descenderint. Hier. autem reddens rationẽ quare ista Thamar exprimitur, sic dicit, Notandum in genealogia saluatoris nullam sanctarũ mulierũ assumi: quod est intelligendũ absq; virgine Maria, quæ fuit terminus & finis ipsius genealogiæ quantũ ad generantes: sed eas tantũ quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat de peccatricibus nascẽs omnia peccata deleret: vnde in sequẽtibus Raab meretrix, & Ruth Moabitis ponũtur, & Bersabee vxor Vriæ. Quãuis dicta ratio à multis improbetur, qui dicũt ꝙ mulie-

res istæ sunt hîc expressæ:quia fuerũt viris suis ex quibus conceperunt accidentaliter coniunctæ. Sed illæ quæ fuerũt primæ & principales: & non ita accidentaliter cõiunctę siue fuerunt bonæ siue malæ non exprimuntur : sed sufficit expressio viri,& quia vir & vxor pro vna persona computãtur.sequitur, h [Phares autem ge. Esrõ.] Iste Phares cum Iuda Patre suo & Iacob auo suo descendit in Ægyptum: & ibidem genuit Esron, & Esron Arem Aminadab,& Aminadab Naason , iste autem Naason cum patre suo exiit de Ægypto : & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deserto post patrem suum. i [Naason autem genuit Salmõ. Salmon autẽ genuit Booz,&c.] Iste Naason accepit Raab in vxorẽ per dispensationẽ:nam ipsa coniuncta est principi nobilioris tribus, s.Iudæ,quia pro filiis Israel fecit magnum actum virtutis in exploratorum saluatione. Quod autẽ ipsa dicitur meretrix non vertitur in opprobriũ: eò quòd erat tantum ipsius cognomen. k[Booz autẽ genuit Obeth ex Ruth] eodem modo ista Ruth cõiuncta est Booz qui erat nobilior de ciuitate Bethlehem:cui Ruth Moabitis propter actum virtutis ex dispẽsatione coniuncta est: nam pro fide vnius Dei suscipienda reliquit terram suam,& venit in Iudæam cum socru sua. Et ad dubium quod posset oriri de supputatione annorũ temporibus iudicum Israel potest respõderi quòd tres fuerunt Booz,sibi succedentes s.auus & filius & nepos. Primus est genitus à Salmon de ipsa Raab:& tertium genuit Obeth ex Ruth.Et quia euangelista volebat vsque ad Dauid vnã quaterdenam tantum ponere:ideo istos tres simili nomine nominatos,& sibi inuicem immediatè succedentes voluit vno nomine comprehendere. l [Obeth autem ge.Iesse.]Iste Obeth alio nomine vocatus est Isai:vt habetur j.Reg. Sed nomen Iesse hîc ponitur : quia de ipso hic agitur prout Christus descẽdit ab eo,vt scriptũ erat Isa.xj.Egredietur virga de radice Iesse,&c & ideo ex nomine Iesse hîc posito ostenditur istam prophetiam completam fuisse. m [Iesse autem genuit Dauid regem.] Iste Dauid nominatur solus rex:licet ante eũ & pòst fuerint plures reges alij : quia iste fuit primus electus in regem secundùm beneplacitũ diuinum & propter excellentiam sanctitatis suæ. n [Dauid autem rex ge.Salomonẽ,&c.] tacetur nomen Bersabeæ,& exprimitur vir eius qui fuit vir iustus & bonus, vt patet ij.Re.xj.c. vt ostẽdatur quòd Bersabeæ de qua fit aliqualiter mẽtio accidentaliter coniuncta est ipsi Dauid,s.post mortem Vriæ. o [Salomon autem ge.Roboã.] Sub isto Roboam diuisum est regnum Iudæorũ in duo regna: vt patet iij.Reg.xj.c.quia decem tribus recesserunt ab eo & adhæserunt Ieroboam : & illud regnum dictum est regnum Israel : Duæ autem tribus quæ remanserunt ipsi Roboã dictę sunt regnum Iuda. p [Ioram autẽ ge.Oziã] sicut patet iij.Reg.hîc omittũtur tres reges sibi succedentes:quia Ioram ge.Ochoziam: Ochozias ge.Ioram,Ioras genuit Amaziã,Amazias autem ge.Oziam. Ratio autẽ huius secundùm Hiero.est quia Ioram accepit vxorem filiã impiissimæ Iezabel:ideo filij eius vsque ad quartam generationem de genealogia Domini excluduntur, & maximè quia euãgelista volebat per quaternas procedere. q [Ezechias autẽ ge. Manassen.]Iste Ezechias non habebat hæredẽ, quando dictum est ei per Isaiam prophetam, Dispone domui tuæ, &c. Sed post genuit Manassen : qui quidẽ Manasses licet fuerit primò pessimus: quia de eo scriptum est iiij.Reg.xxj. Ipse impleuit Ierusalem sanguine prophetarũ, inter quos Isaiam auunculum suum secare fecit propter quod in captiuitatem ductus est:tamen finaliter pœnituit,& ad regnum suum reductus fuit vt habetur ij.Paralip.xxiij.c. r [Manasses autem ge.Amõ: Amon autem ge.Iosiã.] Iosias iste fuit optimus:qui in iuuẽtute sua cœpit quęrere Dominum,& destruxit templa idolorum per totum regnum suum. s [Iosias autẽ ge.Iechoniam & fra.&c.] non quia adhuc esset transmigratio:quando geniti sunt,sed quia imminebat.Nominantur autem fratres Iechoniæ cum eo:quia similes ei fuerũt in captiuatione. Ioathan autem qui primus regnauit post Iosiã captiuatus est per regẽ Ægypti: rex autẽ Ægypti constituit regem loco ipsius fratrem eius Eliachim mutato nomine ipsius in Ioachin,vel Iechoniam:& iste est qui hic dicitur genitus ex Iosia quẽ captiuauit rex Babylonis ducens secum in Babylonem, sed in itinere remisit eum sub iuramento quòd ei fideliter seruiret. Sed quarto anno volẽs rebellare ab exercitu regis Babylonis captus est & occisus,& regnauit Ioachin filius eius pro eo , qui similiter dictus est Iechonias , & iste regnauit tribus mensibus & postea adductus est in Babylonẽ captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda, & cõstitutus est Sedechias auunculus eius filius Iosię rex in Ierusalem à rege Babylonis : & xj. anno regni eius quia rebellauerat captus est à rege Babylonis & excęcatus est,& in Babylonem ligatus ductus,& Ierusalem destructa & templum cõbustũ:vt habetur iiij.Re.xxv. Et sic patet quòd fratres Iechonię filij Iosiæ fuerunt captiuati sicut & ipse, propter quod nominãtur cum ipso. t [Et post transmi.Ba.&c.] iste Iechonias à quo incipit tertia quaterdena non fuit Iechonias filius Iosiæ,sed nepos eius: aliter nõ essent xiiij. in ista quaterdena vltima.v.]Salathiel autẽ ge. Zorobabel] & iste Zorobabel est ille sub quo transmigratio rediit de captiuitate:vt habetur j.Esd.ij. x [Zorobabel autem ge.Abiud.]Contrarium habetur j.Para.iij.vbi dicitur quòd Zorobabel ge.Mosolam Ananiam & Salomis. Ad quod est dicendum , quòd aliquis istorum fuit binomius:& sic altero nomine dict⁹ est Abiud: quia plures binomij in sacra Scriptura inueniuntur. Ab isto Abiud vsque ad Ioseph nulla

historia in Biblia reperitur, sed est verisimile quòd apud Iudæos fuerint aliqui studiosi qui genealogias à Dauid descendentes diligentissimè scripserunt propter Christum quam expectabant à Dauid procedere: & ibi Matt. potuit residuum eius genealogiæ videre: vel dicatur quòd Herodes scripturas illas combussit, ne linea regia ab aliis distingueretur: vt dicunt aliqui. Tunc dicendũ quòd Matthæus habuit per reuelationem quod non habuit per Scripturã: quia Apostoli & euang. non fuerũt minus illuminati, imò amplius quam antiqui prophetæ. sequitur, y [Mathã autem ge. Iacob.] Contrarium videtur Lu. iij. c. vbi dicitur quòd Mathat genuit Heli, & Heli genuit Ioseph. Dicendum quòd Mathat & Mathã descẽderunt à Dauid sed Mathat per Mathã qui fuit filius adoptiuus Mathan autem per Salomonẽ, & isti duo Mathan & Mathat habuerunt vnam vxorem successiuè quæ dicta est Gesta: & ista à Mathã concepit Iacob à Mathat Heli, ita quòd Heli & Iacob fuerunt fratres vterini, sed de duobus fratribus Dauid diuersimodè descẽdentibus. Heli autem accepta vxore mortuus est sine semine, & ideo Iacob frater eius accepit vxorẽ fratris sui, vt suscitaret ei semen & genuit Ioseph: ita quòd Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob. Et sic accipit eũ vt hic Matthæ. Fuit autẽ filius Heli legalis: & sic accipit eũ in genealogia Lucas. Ratio autem quare Matthæus describit genealogiam Christi per Salomonem filium eius naturalem hæc est: quia describit assumptionẽ humanitatis à Deo: Lucas autem per Natham filium adoptiuum, quia describit reductionem nostrã in Deum quæ fit per gratiã adoptionis. z [Iacob autem genuit Ioseph vi Ma. &c.] cùm Ioseph nõ fuerit pater Iesu nõ videtur esse sufficienter probatum per istam genealogiam sic descriptam quòd Iesus filius Mariæ fuerit de stirpe Dauid. Ad quod dicendum quòd imò: quia Ioseph & Maria fuerunt de eadem tribu, quia mulier non poterat nubere viro alterius tribus, quando ad ipsam pertinebat hæreditas paterna vt patet Num. xxxvj. Beata autem Maria fuit vnica Ioachin Patri, & ideo ex lege cogebatur viro suæ tribus nubere: propter hoc etiam iuit cum Ioseph in Beth-lehem ciuitatem Dauid vt profiteretur cum eo vt habetur Lu. ij. Modum autem per quem fuerũt de eadem tribu, Damascenus describit, dicẽs, quòd Melchi habuit fratrẽ nomine Panthera qui genuit Barpanthera: & hic genuit Ioachin qui genuit beatam Mariã: & sic beata Maria descendit à Dauid per Natham secundùm Dama. lib. iij. c. vj.

QVAESTIO III.

Circa Euangelium conceptionis beatæ virginis Mariæ. oritur quæstio, Vtrum Christus descenderit secundùm carnem de semine Dauid? Arguitur quòd nõ: Matthæus in præsenti euangelio libr. generationis genealogiam Christi texens eam ad Ioseph perducit, Ioseph autem non fuit pater Christi. non ergo videtur quòd Christus de semine Dauid descẽderit. In oppositum est euãgelium hodiernum. Ad arg. dicitur quòd Matthæus non produxit genealogiam Christi ad Ioseph vt ipse Ioseph sit pater Christi: sed produxit ad Ioseph quia virgo Maria quæ dicitur mater Christi descẽdit de semine Dauid, fuit vxor Ioseph. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioannẽ de Turre cremata in Quæstionibus super Euangeliis, per vnam cõclusionem quæ talis est, Christus secundùm carnem descendit de semine Dauid. Patet conclusio per Apostolum ad Rom. j. qui de Christo loquens ait, Qui factus est ex semine Dauid secundùm carnem patet ratione. Christus erat futurus rex & propheta. Igitur conueniens erat vt esset de semine regis & prophetæ, putà Dauid.

In festo sancti Thomæ Apostoli Euangelium.

In illo tempore Thomas vnus ex duodecim qui dicitur Didymus non erat cum eis quando, &c.

Hoc Euangelium cum sua postilla quære antè, in dominica octaua paschæ.

In festo conuersionis sancti Pauli, Euangelium secundùm Matthæum xix. cap.

IN illo tẽpore, dixit Simon Petrus ad Iesum, a Ecce, nos † reliquimus omnia, b & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit eis, c Amen dico vobis, quòd vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, in regeneratione, d cum sederit filius hominis e in sede maiestatis suę, f sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. g Et omnis qui reliquerit domum, h vel fratres, aut sorores i aut patrẽ, aut matrem, k aut vxorem, l aut filios, m aut agros n propter nomen meum, o centuplum accipiet, p & vitam æternam possidebit.

† Nos reliquimus omnia. Qui verè imitari Christum vult vt verè imitator vendat omnia quæ in mundo possidet, quãuis nõ de præcepto, tamẽ dicitur cõsilio Relinquat: vt verus discipulus fiat. Vnde Mat xix. Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quæ possides & da pauperibus. & Luc. xii. c. Vendite quæ possidetis & date eleemosynam.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia. Mat. xix. c. historia huius Euangelij facta est anno Christi xxx. kal. Oct. dominica, luna xiij. Indict. v. Ante initium

huius Euāgelij scribit S. Matth. in eod c. quòd Christus dixit discipulis suis, Amē dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorū. Et ideo dico vobis, Facilius est camelum per foramen acus trāsire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his discipuli mirabantur valdè, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? aspiciens Iesus ait illis, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autē omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit ei, a [Ecce nos reliqui. omnia.] Gor. Quomodo autē reliquit omnia qui nō omnia, imò valdè pauca habuit? Respondetur omnia reliquit, qui nihil sibi retinuit, omnia reliquit, qui voluntatem habendi dimisit: quæ est caput omnium voltorum. Nemo omnia habere potest: velle autem potest. b [Et secuti sumus tē, quid ergo erit nobis.] Lyra, præmij retributione pro tali voluntaria paupertate. Christus respondit, c [Amen dico vobis quòd vos qui reliquistis omnia: & secuti estis me in regeneratione] i. in iudicio tēpore resurrectionis mortuorū. d [Cū sederit filius hominis.] Lyra, quia sicut in forma hominis iudicatus est coram Pilato, ita in forma humana iudicabit: sicut dicitur Act. j. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, scilicet ad iudicium: quia sicut in humanitate ascendit: ita in humanitate descēdet ad iudicium. e [In sede maiestatis suæ.] Lyr. in primo enim aduētu sedit in sede humanitatis, sed in secundo aduentu sedebit in sede maiestatis per manifestam potentiam. f [Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.] Aduertēdum hìc secundùm Lyrā, quòd iudicare accipitur tripliciter. Vnó modo principaliter: sicut iudex qui profert sententiam: & hoc modo solus Christus iudicabit. Alio modo pro sedere in loco eminenti iuxta iudicem sicut assessores iudicis: & hoc modo Apostoli & alij perfecti cum Christo iudicabunt. Tertio modo accipitur largè, scilicet sententiam iudicis approbare: & hoc modo omnes electi iudicabunt: quia sententiam iudicis approbabunt. g [Et omnis qui reliquerit domum.] Gorra, scilicet propriam. h [Vel fratres aut sorores] quantū ad propinquos nobis pares. i [Aut patrem, aut matrem] quantum ad superiores. k [Aut vxorem] quantum ad collaterales. l [Aut filios] quantum ad inferiores. m [Aut agros] id est, substantiam. n [Propter nomen meum] id est inuocandum, prædicandum, defendendum. vnde Actuum vigesimoprimo capitulo dixit Apostolus Paulus, Ego non solùm alligari, sed mori paratus sum in Ierusalem, propter nomen Domini nostri Iesu Christi, &c. o [Centuplum accipiet] Lyra, qui bona temporalia pro Christo dimiserit, bona gratiæ recipiet hìc: quia ita excedūt bona temporalia sicut centenarius numerus excedit vnitatem. p [Et vitam æternam possidebit] scilicet in futuro.

Quid sit omnia relinquere.

QVÆSTIO IIII.

Circa Euangelium in festo conuersionis S. Pauli, oritur quæstio, Vtrū Paulus sit sessurus cum Christo ad iudicandū? Arguitur quòd non. habetur Io. v. quòd Pater omne iudicium dedit Filio, sed honorificentia talis non debetur alicui alteri nisi Christo. Igitur. In oppositum Euangelium hodiernum vbi dicitur iudicantes, &c. Ad quæstionem respondendum est secundùm M. Ioannem de Turre crem. vbi suprà. quòd Paulus est vnus de sessoribus cum Christo ad iudicādum, non prout iudicare importat auctoritatem propriam, quia soli Deo iudicare cōpetit: sed prout iudicare est sententiam auctoritate alterius latam in aliorum notitiam ducere: quod est sententiam latam pronunciare. Ex dictis patet solutio argumenti ad partem negatiuam facti, aliter dicitur secūdùm Ricar. in iiij. Sent. quòd iudicare propriè competit Deo auctoritate delegata: competit Christo vt homo: approbatione competit sanctis: hoc etiā videtur sentire Tho. in iij. Parte.

In festo purificationis beatæ Mariæ virginis, Euang. secundùm Lu. ij. c.

In illo tēpore, postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ secūdùm legem Moysi: a tulerunt Iesum b in Ierusalem, c vt sisterent eum. d Domino, † sicut scriptū est in lege Domini. Quia omne masculinū adaperiens vuluam, sanctū Domino vocabitur. e Et vt darent hostiam, secundùm quòd dictū est in lege Domini, f Par turturū, aut duos pullos columbarum. g Et ecce homo erat in Ierusalem, h cui nomen Simeō. Et homo iste i iustus, & timoratus, k expectās consolationem Israel: l & Spiritussanctus erat in eo. m Et responsum acceperat à Spiritusancto, n non visurum se mortem, o nisi prius videret Christū Domini. p Et venit, in spiritu in templū. q Et cùm inducerēt puerum Iesum parentes eius, vt facerēt secundùm consuetudinem legis pro eo, r & ipse accepit eum in vlnas suas: s & benedixit Deū, & dixit, t Nunc dimittis seruū tuum Domine, secūdùm verbū tuum in pace. v Quia viderūt oculi mei salutare tuum. x Quod parasti, ante faciē omniū populorū. y Lumē ad reuelationē gētiū, z & gloriā plebis tuæ Israel.

Vt sisterēt eum Domino. Postquam impleta sunt tempora purgationis virginis Mariæ s. xi. dies Dūm Iesū in templo secundum legē Moysi Deo patri parentes repræsētauerūt: non quòd Maria purgatione indigeret, aut quòd Christum Deo sisteret: sed sistere necesse erat vt lex obseruaretur. Nam eum obseruare legē decebat q legem venerat adimplere: vnde salua tor in Euā gelio, Non veni soluere legem sed adimplere. Mat thæi v. ca.

POSTILLA.

IN illo tempore, postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ secundùm legem Moysi. Luc. ij. c. Historia huius Euangelij facta est anno Christi primo iiij. non. Feb. fer. v. luna xj. Indict. iiij. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Luc. illud euangelium, quod lectum est in die circũcisionis. Postquàm consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est, ab angelo: priusquam in vtero conciperetur. Et statim sequitur euangelium hodiernum. [Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ secundùm legem Moysi.] Notandum secundùm Gorr. quòd lex purificationis Leuitic. xij. erat, quòd mulier quæ suscepto semine peperisset masculum immunda esset septem diebus, separata à consortio hominum: & die octaua circuncidebatur infantulus: & post dictos dies septem manebat mulier triginta tribus diebus sequentibus in purificatione sanguinis sui abstinens non à consortio hominum, sed ab ingressu templi: & sic die quadragesimo offerebatur infans in templo & munera pro eo. Si autem fœmina peperisset, immunda erat xiiij. diebus: & in octogesimo die purificabatur sine oblatione, &c. a[Tulerunt Iesum.] quadragesimo die à natiuitate. b[In Ierusalem.] scilicet, in templum parentes eius, scilicet, Maria mater eius: & Ioseph pater putatiuus. c[Vt sisterent eum.] id est, offerrent, vel consecrarent vt dicit gloss. interlin. d[Domino sicut scri. est in Le. domini: quia omne mascul. adape. vul. san. Domino vocabitur.] id est, primò nascens cuiusmodi erant primogeniti. e[Et vt darent ho. secundùm quod di. est in Le. domini.] scilicet, Leuitic. xij. f[Par turt. aut du. pul. columbarum.] Gor. ista erat oblatio pauperum, qui non poterant habere agnum, qui erat oblatio diuitum: veruntamen ipsa beata Virgo pretiosiorem agnum, scilicet, illum qui tollit peccata mundi obtulit. Sciendum circa hoc secundùm Lyr. quòd beata Virgo non tenebatur ad illa quę dicta sunt de purgatione: quia Leuiti. xij. scribitur, Mulier si suscepto semine peperit masculum: immunda erit septem diebus, &c. quòd ideo lex ligat tantum mulieres de virili semine concipientes: quod non habuit locum in beata virgine Maria. Verum sicut eius filius circuncidi voluit, & alia legalia seruare ex sua humilitate, quamuis non teneretur: & beata Virgo quæ fuit humillima voluit obseruare. g[Et ecce homo erat in Ierusalem.] quæ est ciuitas sancta. h[Cui nomen Simeon.] Ly. ex quo patet eius fama: quia inter sacerdotes erat famosus & nominatus. i[Et iustus] quò ad Deum. k[Expectans consolationem Israel.] Gor. id est, desyderio boni promissi. l[Et Spiritussanctus erat in eo.] Lyr. quantum ad gratiæ plenitudinem: quia habuit spirituales illuminationes & consolationes diuinas. m[Et responsum accepit à Spiritusancto.] Ly. scilicet, in orationibus suis deuotis ad Deum. n[Non visurum se mortem.] Gor. non se experturum mortem carnis. o[Nisi prius videret Christum Domini.] id est, verum Messiam in lege promissum p[Et venit in spiritu in templum.] Ly. id est, per reuelationem Spiritussancti: vt videret Christum, sicut fuit ei promissum. q[Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius.] Ly. ad faciendum ea quæ dicta sunt secundùm legem. r[Et ipse accepit eum in vlnas suas.] Lyr. cum maximo cordis gaudio. s[Et benedixit Deum.] gratias agendo de tanto beneficio. t[Et dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine: secũdùm verbum tuum in pace.] Lyr. id est, de cætero dimittis me de hac vita trãsire in cordis quietem. v[Quia viderunt oculi mei salutare tuum.] Gor. id est, ipsum saluatorem. Ly. lętanter enim descendere voluit ad limbum Patrum: ex quo sciebat saluatorem esse natum. x[Quod parasti ante faciem omnium populorum.] Ly. id est, coram omnibus populis quibus mysterium incarnationis & redemptionis prædicatum est per apostolos: secundùm quòd dicitur in Psal. xviij. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. y[Lumen ad reuelationem.] Ly. quæ prius errore tenebantur. z[Et gloriam plebis tuæ Israel.] magna est enim gloria Iudæis ad fidem Christi conuersis: quia Christus secundùm carnem natus est de ipsis.

Oblatio pauperum erat par turtur. aut duo pulli columbarum.

QVAESTIO V.

CIrca Euangelium in Purificatione Virginis Mariæ, oritur q. Vtrum conuenienter Christus in tẽplo fuit oblatus? Arguitur quòd non. habetur Exod. xiij. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel: sed Christus exiuit de clauso Virginis vtero: & ita matris vuluam non aperuit: ergo ex hac lege non debuit in templo offerri. In oppositum est euangelium hodiernum. Ad q. respondendum est secundùm magistrum Ioan. de Turrecre. vbi suprà per duas conclusiones. Prima est, Christus voluit sub lege fieri, vt eos qui sub lege erant, redimeret, & iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur. Secũda conclusio, Christus conuenienter in templo fuit oblatus: non quòd ad hoc teneretur, sed vt ex humilitate legalia seruare seipsum demonstraret: iuxta hoc quod ipse dixit, Non veni soluere legem: sed adimplere. implere quidẽ dico ne posset à Iudęis argui de legis non impletione, dico etiam quòd hoc fecit, vt daret nobis exẽplum implendi legem Dei, putà Dei mãdata seruare.

In festo cathedræ sancti Petri Apostoli, Euangelium.

In illo tempore, Venit Iesus in partes Cæsareæ, &c.

Hoc

Hoc Euangelium cum sua postilla quære infrà, in festo apostolorum Petri & Pauli.

In festo sancti Mathiæ Apostoli, Euangelium secundùm Matth. xj. cap.

IN illo tempore, respondēs Iesus dixit, [a] Confiteor tibi Pater domine cęli & terræ, [b] quia abscondisti hæc [c] à sapientibus † & prudentibus, [d] & reuelasti ea paruulis. [e] Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te: [f] omnia mihi tradita sunt à Patre meo [g] & nemo nouit Filium, nisi Pater: [h] neque Patrem quis nouit, nisi Filius, [i] & cui voluerit Filius reuelare. [k] Venite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis, & ego reficiam vos. [l] Tollite iugum meum super vos, [m] & discite à me, quia mitis sum, [n] & humilis corde. [o] Et inuenietis requiem animabus vestris. [p] Iugū enim meum suaue est, & onus meum leue.

† Abscondisti hæc à sapiētibus & prudentibus. Dñs Deus mysteria suæ diuinitatis, & sua sacra opera, mundi sapientib[us] & prudentibus ac superbis Pharisæis abscondit, nec reuelare voluit. Quia si eis manifestasset non credidissent, sed Christum Dominum derisissent, q[uia] audire eius sermonē non poterant. Vnde Io. viii. Loquelā meam non cognoscitis, q[uia] non potestis audire sermonem meū. Si veritatē dico vobis quare non creditis mihi?

POSTILLA.

IN illo tempore, respondens Iesus dixit, confiteor tibi Pater domine cæli & terræ, &c. Matth. xj Historia huius euāgelij facta est anno Christi xxxj. Id. Decemb. luna x. Ind. iiij. Ante initium huius euan. scribit S. Matth. in eod. ca. quòd Christus dixit Pharisæis & Iudæis, venit enim Ioan. neque manducans: neque bibens, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Tunc post hæc verba, sequitur euange. hodier. a [Confiteor tibi Pater.] Ly. id est, gloriam tuam declarabo. b [Quia ascond. hæc.] Lyr. id est mysteria fidei. c [A sapientibus & pruden] scilicet, Scribis & Pharisæis in sua sapientia confidentibus. Et isti sunt sapientes in oculis suis, sed non simpliciter. d [Et reue. ea paruulis.] Lyr. id est, humilibus. Et ex hoc patet quòd causa ex parte credentium fuit eorum humilitas: quæ ad veram sapientiam disponit, vt dicitur Prouerb. xj. Vbi humilitas, ibi sapientia. Ex parte autem non credentium fuit eorum superbia; quæ est excæcatiua intellectus. e [Ita Pater quoniam sic fuit pla. ante te.] Gor. quòd abscondisti ab illis, & reuelasti istis. f [Omnia mi. tra. sunt.] Gor. id est, dominium super omnia. g [Et nemo no. filium nisi Pater.] Gor. essentialiter, plenè, & perfectè: hoc dico propter homines qui cognoscunt per fidem. h [Neque Patrem quis no. nisi Filius.] Lyr. quia Christus est mediator Dei & hominum: ideo notitia diuinorum ad nos deriuatur per ipsum. Et ideo subditur, i [Et cui voluerit Filius reue.] Lyr. quia Dei Filius est mediator Dei & hominum: ideo securè possumus accedere ad ipsum. Vnde dicit, k [Venite ad me omnes qui labo. & one. estis, & ego refi. vos.] Lyr. in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. l [Tollite iug. meum super vos.] Lyr. id est, legem euangelicam. m [Et discite à me: quia mitis sum.] Lyr. nullum lædendo. n [Et humilis cor.] neminem contemnendo. o [Et inue. requiem animabus vestris.] scilicet, in præsenti & in futuro. Vnde Aug. in lib. Confessionum, Inquietum est cor meum, donec requiescat in te. Quæ quidem quies hîc inchoatur: sed in Patria perficitur: vt Apoc. xiiij. Amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. p [Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.] quia secundùm quòd dicitur j. Ioan. v. Mandata eius grauia non sunt. Quod exponens Aug. dicit, scilicet, amanti. Vnde Raba. Quid Christi iugo suauius? quid onere leuius: scilicet, abstinere à malo, bonum velle, omnes amare, & æterna sequi, præsentibus non capi: noli aliis facere quod non vis pati.

Quod mādata legis sunt facile adimpleta.

QVAESTIO VI.

CIrca Euangelium in festo Mathiæ Apostoli, oritur q. Vtrum beatus Mathias per virtutem humanitatis meruit vt à Patre cælesti reuelaretur, & ostenderetur ad apostolatum assumendus? Arguitur quòd non. Mathias ad apostolatum electus est per sortem: vt hab. Act. j. ergo sanctus Mathias per virtutem humilitatis non meruit vocari ad apostolatum. In oppositum habetur Matth. xj. Reuelasti ea paruulis, id est, humilibus. Mathias autem interpretatur humilis & paruulus. igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est: quia hoc quòd sors super Mathiam cecidit: hoc fuit merito virtutum suarum, & maximè merito humilitatis, quia humilitate refertus fuit. Ad quæstionem respōdeo per vnam conclusionem quæ talis est, Beatus Mathias meruit proueni ad apostolatum per virtutem suæ humilitatis charitate informante: habetur enim Luc. xiiij. Qui se humiliat, exaltabitur. maximam enim habemus apud theologos quòd iustitia diuina & humana requirit: vt merito reddatur præmium, & merces labori, & exaltatio humilitati: & quia Mathias humilis fuit, Deus hac exaltatione eum exaltauit, quòd eum ad apostolatus dignitatem eligere voluit.

In festo annuntiationis B. Mariæ Virg. Euang secundùm Luc. j. cap.

Missus est ang. Gabriel, &c.

Istud Euangelium cum sua postilla require suprà iiij. feria quatuor temporum Aduentus.

In festo sanctorum Philippi & Iacobi apostolorum, Euangelium secundum Ioan. xiiij. cap.

IN illo tempore,[a] dixit Iesus discipulis suis, [b] Non turbetur cor vestrum. [c] Creditis in Deum, & in me †credite. [d] In domo Patris mei mansiones multæ sunt. [e] Si quo minus dixissem vobis, [f] quia vado parare vobis locum. [g] Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, [h] & accipiam vos ad meipsum: [i] vt vbi ego sum, [k] & vos sitis, [l] & quò ego vado, scitis, [m] & viam scitis. [n] Dixit ei Thomas, Domine nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Dixit ei Iesus, Ego sum via, [o] veritas & vita. [p] Nemo venit ad Patrem, nisi per me. [q] Si cognouissetis me, & Patrem [r] meum vtique cognouissetis. [s] Amodò cognoscetis eum, [t] & vidistis eum. [v] Dixit ei Philippus, Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dixit ei Iesus, [x] Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? [y] Philippe qui videt me, [z] videt & Patrem meum. [a] Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem. [b] Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est. [c] Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. [d] Pater autem in me manens ipse facit opera. [e] Non creditis mihi: quia ego in Patre & Pater in me est: [f] alioquin propter opera ipsa credite. [g] Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, [h] & maiora horum faciet: [i] quia ego ad Patrem vado. [k] Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, [l] hoc faciam.

† In me credite. Nisi toto corde & tota mente in Iesum Christum crediderimus: Dei iudicium contra nos feretur & diu manifestia nos condemnabit vnde Ioã. viii. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Et alibi, qui nõ credit Filiũ Dei iã iudicatus est.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Non turbetur cor vestrum, &c. Ioann. xiiij. Hist. huius euangel. dixit Iesus anno eius xxxiij. ix. kal. April. fer. v. Luna iiij. Ind. vj. Ante initium istius euangel. scribit sanctus Ioan. quòd sanctus Petrus dixit ad Iesum post cœnam factam, Domine quò vadis. Respondit Iesus, Quò ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Dixit ei Petrus, Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus, Animam tuam pro me pones. Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges. & ait discipul. suis. b[Non turbetur cor vestrum.] Lyr. Christus prædixerat discipulis suis Iudę proditionem, & Petri negationem, & suam passionem, & mortem: quæ omnia erãt discipulis turbationis materia: ideo dicit, [Non turbetur cor vestrum] quasi pusillanimes effecti proter illa iam prędicta. c[Creditis in Deum & in me credite.] Ly. in quo ostendit suam deitatem. d[In domo Patris mei mansiones multę sunt.] Tho. domus Patris hìc vocatur gloria cælestis, in qua sunt multi gradus, & diuersa præmia meritorum: quia alia est claritas solis, alia Lunæ, alia stellarum, quia vnusquisque quanto plus hic Deum diligit: tanto clarius ibi Deum videbit. e[Si quominus dixis. vo.] Lyr. quasi dicat, Si in cælesti beatitudine esset aliquid minus & defectuosum, dicerem vobis, f[Quia vado vo. pa. locum.] in passione enim sua aperuit nobis ianuam regni cælestis. g[Et si abiero, & præpa. vo. locum: iterum venio.] Tho. hoc fit in morte cuiuslibet electi: vltimò ad iudicium extremum. h[Et acci. vos ad meipsum] Tho. id est introducam in locum paratum: & in mansiones cælestes. i[Vt vbi ego sum.] Tho. qui sum caput vestrum. k[Et vos sitis] qui estis membra mea, id est, vnam mecum gloriam habeatis. l[Et quò ego vado, scitis.] scilicet, ad Patrem. m[Et viam scitis] Lyr. per quam iuit Christus quæ fuit passio, & mors ipsius. n[Dixit ei Tho. Domine nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Dixit ei Iesus, Ego sum via.] Lyr. inquantum homo: quia omnia quæ gessit in humanitate sunt via perducens vos ad gloriam. o[Veritas & vita.] inquantum Deus, quia veritas illuminat intellectum: & vita quietat, vt faciat desyderium. Vel sic secundùm Tho. Ego sum via ducens, veritas lucens, vita pascens. Vel sic, Ego sum via non errans, veritas non fallens, vita non mortificans. Vnde Ambr. Ingrediamur hanc viam, teneamus veritatem, sequamur vitam. p[Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Lyr. in me credendo: & opere imitando. q[Si cognouissetis me.] Lyr. perfectè quantùm ad Deitatem. r[Et Patrem vtique cognouissetis.] quia Pater & Filius sunt vnum in deitate. s[Et amodò cognoscetis eum:] quia post resurrectionem suam aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas: vt habetur Lu. xxiiij. & extunc discipuli Christi habuerunt pleniorem cognitionem de mysterio Trinitatis. t[Et vidistis eum.] Ly. quia videndo Christum viderunt suppositum Filij: in quo est natura diuina, quæ est idem quod Pater: & sic in Filio quodammodo Patrem viderãt. v[Dixit ei Philippus, Domine ostẽde nobis Patrem, & sufficit nobis.] Ly. q. d. credo verbis tuis: sed Patrẽ videre desydero.

Quomodo Christus dicitur via veritas & vita.

Credidit enim Philippus quòd pater poſſet videri oculis corporalibus in hac mortali vita: ideo ſequitur, x [Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me.] Lyr. quaſi dicat, Magna ruditas eſt quod tandiu doctrinam meam audiſtis, & adhuc ita parum me cognoſcitis ſecundùm deitatem. y [Philippe, qui videt me.] Ly. ſecundum deitatem. z [Videt & Patrem meum.] Sicut enim Pater non videtur niſi cum beatitudine, ſic nec Filius in ſua deitate: quia viſio eſt merces Sanctorum. a [Quomodo tu dicis, Oſtende nobis Patrem.] Lyr. quia oculis corporalibus nō eſt viſibilis. b [Non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt] Ly. q. d. Iſtud debes credere, & ſufficit tibi ad ſalutem. c [Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor.] id eſt ab humanitate tantum: ſed deitate. d [Pater autē in me manens ipſe facit opera] Lyr. filius enim & Pater ſunt vnum in virtute operatiua: ex qua fiebant opera miraculoſa. e [Non creditis quia ego in Patre: & Pater in me eſt.] Tho. per idētitatem eſſentiæ: & tamen diſtinctꝰ perſonaliter. f [Alioquin propter opera credite.] Ly. quaſi dicat, Si verba non inducunt vos ad credendum opera miraculorum naturæ virtutem tranſcendētia debent vos ad hoc inducere. g [Amen amen dico vobis qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet.] Thom. i. ſimilia in genere: quia ſicut ego curaui infirmos, ſuſcitaui mortuos, ſic & ipſe ſuſcitabit: & ſic de aliis. h [Et maio. horum fa.] Lyr. hoc patet primò: quia plures cōuerſi ſunt ad fidem per prędicationem apoſtolorū, quam prædicationem Chriſti, quia per eos conuerſa eſt multitudo gentium: per prædicationem autem Chriſti pauci Iudæorum. Item apoſtoli prædicabant omnibus linguis, vt habetur Act. ij. Chriſtus autem prædicabat in vna ſola lingua ſcilicet Hebraica. Secundò in miraculis: quia Ap. maiora miracula fecerūt: magnum enim reputatum fuit quòd infirmi ſanabantur ad tactum fimbriæ veſtimentorum Chriſti: vt habetur Mat. vj. ſed maius videtur quòd ad tactum vmbræ Petri ſanabantur infirmi: vt patet Act. v. c. Item Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit ſed Andręas ſimul & ſemel xl. viros ſubmerſos ſuſcitauit: vt habetur in legēda ſua. i [Quia va. ad Pa.] Thom. vt aſſiſtā vultui Dei pro vobis. k [Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo.] Tho. pertinens ad ſalutem: nomen eius eſt Ieſus, qui ſaluator interpretatur. l [Hoc faciam.] Thom. in quo oſtendit quòd habet eandem poteſtatem cum Patre. Hoc faciam, Lyr. ſcilicet eadem virtute qua & Pater.

QVAESTIO VII.

Circa euange. in feſto Philippi & Iacobi apoſtolorum, in quo dicitur, Creditis in Deum: & in me credite. oritur quæſtio de fide, Vtrum fides ſit de his de quibus habetur viſio ſenſibilis? Arguitur q ſic: Ioā. xxj. quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. ſed conſtat quòd Tho. veram habuit fidem de Chriſto, quem vidit, & tetigit. Igitur. In oppoſitū, Aug. dicit, Fides eſt credere quod non vides. Igitur. Ad q. reſpōdendum eſt ſecūdum magiſtrum Nic. de Orbellis in iij. Sen. diſt. xxiiij. quòd quædam ſunt quæ ſubiiciuntur ſenſui exteriori totaliter, & circa talia non poteſt ſimul eſſe cognitio fidei cum viſione exteriori: pro eo quòd talis viſio excludit cognitionem ænigmaticam. Quædam autem ſunt quæ ſic ſubiacent ſenſui ſecundùm aliquid ſui, vt ſecundum aliquid lateat ipſum ſenſum: & circa talia bene eſt viſio ſecundùm id quod patet: & credulitas fidei ſecundum id quod latet: & ſic dixit Greg. de beato Thom. quòd aliud vidit, & aliud credidit: vidit enim humanitatem Chriſti, & cōfeſſus eſt deitatem dicēs, Dominus meus, & Deus meus: & ſic apoſtoli viderunt hominē paſſum, & Deum crediderunt: ſic & beata Virgo quamuis certa experientia ſciuerit ſe concepiſſe ſine virili ſemine tamen ſe concepiſſe perſonam Verbi nouit mediante fide: ex dictis patet ſolutio argumenti ad partem negatiuam facti.

In feſto inuentio. ſanct. crucis. Euang.

In illo tēpore, erat homo ex phariſæis Nicodemꝰ nomine: & hic, &c.

Hoc euangelium cum ſua poſtilla quære infrà in fine de communi Sanctorum.

In feſto ſancti Ioannis ante portam Latinam, Euangelium.

In illo tempore, dixit Ieſus Petro, Sequere me: conuerſus Petrus vidit, &c.

Hoc euangelium cum ſua poſtilla quære antè in feſto ſancti Ioannis euangeliſtæ.

In vigilia ſancti Ioannis Bap. Luc. j. cap.

Fvit [a] in diebus Herodis regis Iudææ [b] ſacerdos quidam nomine Zacharias [c] de vice Abia: [d] & vxor eius de filiabus Aaron, [e] & nomen eius Elizabeth. [f] Erant autem ambo iuſti ante Deum, [g] incedentes in omnibus mandatis [h] & iuſtificationibus Domini [i] ſine querela. [k] Et non erat illis filius, [l] eò quòd eſſet Elizabeth ſterilis: & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. [m] Factū eſt autem cum ſacerdòtio fungeretur Zacharias ordine vicis ſuæ ante Deū ſecundū cōſuetudinem ſacerdotij, [n] ſorte exiit, [o] vt incēſum poneret ingreſſꝰ in tēplū Domini, [p] & omnis multitudo

Erāt ambo iuſti ante Deum. Vir & mulier vna caro intelliguntur: g a duo in vnum, i. ſimul ligati ab homine minus ſolui poſſunt niſi cauſa adulterii: q ſi iuſti

cũ vix erint ſimul fructũ non faciēt vnde Matth. xix. Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. Et alibi, Domus adultera non fructificabit.

populi erat orans foris hora incenſi. q Apparuit autem illi angelus Domini ſtãs à dextris altaris incēſi. r Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus, s Ne timeas Zacharia, t quoniam exaudita eſt deprecatio tua. v Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, x & vocabis nomen eius Ioannem. y Et erit tibi gaudium z & exultatio, a & multi in natiuitate eius gaudebũt. b erit enim magnus coram Domino: c vinum & ſiceram non bibet. d Et Spirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, e & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorũ. f Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, g vt cõuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum h parare Domino plebē perfectā.

POSTILLA.

FVit in die. Herodis regis Iudeę, &c. Hîc incipit Lucas narrationem euangelij ſui de Chriſto. Circa quod principium, conceptus præcurſoris oſtenditur mirabilis ex tribus. Primò ex parentum conditione. Secundò ex angelica nuntiatione. Et tertiò ex patris increduli punitione. Circa primum in deſcribendo conditionem parentum beati Ioannis Baptiſtæ præmittitur tempus regis ſub quo fuit, cum dicitur, a [Fuit in diebus Herodis regis Iud. &c.] dicitur enim Geneſis xlix. quòd ſignum aduentus Chriſti eſſet: quando regnum Iudææ eſſet trãſlatum ad alienigenas: ſecundùm quòd dicitur ibidem, Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Iſte autem Herodes fuit alienigena: nam pater eius Idumæus erat. b [Sacerdos quidam nomine Zacha.] per expreſſionem nominis intelligitur quod iſte fuit famoſus in vita & doctrina. c [De vice Abia.] ſecundum quòd dicitur j. Paralip. xxiiij. c. Dauid volens ampliare cultum Dei, ordinauit de xxiiij. generationibus xxiiij. ſacerdotes: qui ſucceſſiuè ſeruirent per hebdomadas in templo Domini: & octaua ſors cecidit ſuper Abiã, vt ibidē dicitur: de quo deſcendit iſte Zacharias. d [Et vxor eius de filiabus Aaron]. Hoc exprimitur: quia propter dignitatem ſacerdotalem filię de tribu Aaron: diligentius & honeſtius obſeruabantur. e [Et nomen eius Elizabet] quod nomē exprimitur propter eius bonam famam & vitam: ſicut dictum eſt de Zacharia. Vnde ſubditur, f [Erãt autem ambo iuſti ante Deum.] hoc dicitur ad excludendum hypocriſis fictionem. g [Incedentes in omnibus mandatis.] quantum ad obſeruantiam moralium præceptorum. h [Et iuſtificationibus Domini.] quantum ad obſeruantiam ceremonialium. i [Sine querela.] quantum ad obſeruantiam iudicialiũ: quia pacificè ad proximos ſe habebant. k [Et non erat illis filius.] Cuius duplex cauſa ſubditur: vna ſpecialis, ſcilicet mulieris ſterilitas. Alia communis viro & mulieri, ſcilicet, ſenectus. Et hoc eſt quod dicitur. l [Eò quòd eſſet Eliza. ſteri. & ambo proce. in die. ſu.] ita quòd tranſierat tempus generandi in patre, & concipiendi in matre, ſecundum curſum communē naturæ. Ex quo apparet conceptio præcurſoris miraculoſa: quia non fuit per naturam tantum, ſed per naturam gratia diuina adiutam. m [Factum eſt autē, &c.] Hîc deſcribitur conceptio præcurſoris mirabilis ex denuntiatione angelica. Et primò deſcribitur loci conditio. Secundò denuntiatio angeli. Circa primum dicitur, Factum eſt autem, &c. patre enim exiſtente in loco, ſancto, ſcilicet in templo, & in diuino officio occupato, facta eſt diuina denuntiatio de prole habenda ad denotandum ſanctitatē futurã prolis. n [Surrexit,] quia diſtributiones hebdomadarũ in quibus ſucceſſiuè debebant xxiiij. ſacerdotes miniſtrare: vt prædictum eſt diſtributæ erãt per ſortem vt habetur. j. Paral. xxiiij. o [Vt incen. pone. &c.] Ex hoc loco dixerunt aliqui, quòd Zacharias fuit pontifex, vel ſummus ſacerdos, quia incenſum ponere ſemel in anno intra ſanctum ſanctorum, ſcilicet in feſto expiationis ſoli ſummo ſacerdoti erat licitum. Et hoc videtur dicere Amb. & Beda. Sed qualiter iſte Zacharias fuerit ſummus ſacerdos non legitur, inſuper nulla ſcriptura authentica, neque Ioſephus, neque alij hiſtoriographi deſcribentes ſacerdotium Iudæorum aliquam mentionem faciunt de ſummo ſacerdotio iſtius Zachariæ. Ideo ſaluo meliori iudicio videtur melius dicendum, eum fuiſſe ſimplicem ſacerdotem: cùm peracto ſacrificio in altari holocauſtorum, quod erat in atrio vbi miniſtrabant minores ſacerdotes: ſacerdos qui ibi miniſtrauerat, lotis prius manibus & pedibus, recipiebat prunas de altari holocauſtorum: & intrans primam partem templi quæ vocabatur ſanctum vel ſancta concremabat in illis ſuper altare incenſi thymiama, & tunc erat ſacrificium conſummatum. In illa verò parte templi quæ dicebatur Sanctum ſanctorum ſolus ſummus ſacerdos intrabat cum ſanguine hirci, & vituli immolati pro peccato populi, vt ex illo aſpergeret cõtra propitiatorium. Quod ſi feciſſet Zacharias, euangeliſta non tacuiſſet, quare dicēdum, vt ſuprà: & ſequitur, p [Et omnis mul. po. &c.] quia non erat illicitum populo ingredi templum: ſed tamen atrium. q [Apparuit, &c.] hîc conſequēter deſcribitur angeli denuntiatio, & præmittur Zacharię ſtupefactio, cum dicitur, r [Et Zacharias tur. eſt] ſ. ex viſione angeli inſolita: & ex

fragilitate humana, iuxta angelicam potestatem sicut de Daniele legitur Daniel.x. propter quòd angelus consolatus fuit eum. s [Ne ti. Zach.] quasi dicat, Veni ad cõsolationem tuam: ideo subditur, t [Quoniam exaudita est deprecatio tua.] frequenter enim Deum deprecatus fuerat de aduentu messiæ: & de habenda prole. Et ideo angelus vtrunque sibi denuntiat. v [Et vxor tua Elizabeth pa. tibi filium.] Et dixit tibi, hoc est ex te: tamen cum virtute naturę fuit virtus gratiæ, vt prædictum est: angelus autem loquens Ioseph de partu Mariæ non dixit, Pariet tibi: sed Pariet absolutè, quia Ioseph nihil cooperatus est ibi. x [Et vocabis no. eius Ioan.] prę nominatur ab angel. propter sanctitatem eius futuram & officij proprietatem. Ioan. enim interpretatur in quo est gratia: quia Ioan. Christum manifestauit, per quem gratia & veritas facta est, vt habetur Ioan. j. y [Et erit tibi gau.] in mente interius. z [Et exultatio.] exterius, dicitur enim exultatio quasi extra saltatio: & hoc est propriè quando gaudium est tantum interius: quòd non bene potest contineri quin appareat exterius. a [Et multi in natiuitate eius gaudebunt. secũdùm quod dicitur infrà, quòd in ortu eius congratulabantur vicini: & nunc etiam videmus impletum, quia dies suæ natiuitatis non solum festiuatur ab omnibus Christianis, sed etiam à Saracenis, & ab aliis. b [Erit enim magnus coram domino.] Vnde dicit saluator Matt. xj. c. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioan. Baptista. c [Vinum & siceram non bibet.] id est, nihil sumet quod potest inebriare. Erit enim Nazaræus, id est, consecratus domino per totam vitam suam: & ideo ab omni inebriatiuo abstinuit, sicut Nazaræi in veteri lege tempore separationis suę: vt hab. Nu. vj. d [Et Spiritusancto replebitur.] quantum ad purgationem originalis peccati: & ideo ad operationem boni meritorij, e [Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum] id est, ad Christum per suam prædicationem. f [Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.] Primò propter similitudinem vitæ: quia vterque in austeritate victus & vestitus. Secundò, propter similitudinem in veritate doctrinæ: quia vterque constanter vitia redarguit etiam personarum magnarum. Tertiò, propter similitudinem officij, quia sicut Elias pręcedet aduentum Christi secundum: ita Ioannes primum pręcessit. g [Vt conuertat corda patrum in filios.] scilicet, patrum veteris Testamenti ad discipulos Christi: quia plures de sacerdotibus & senioribus Iudæorum qui dicebantur patres populi conuersi fuerunt per apostolos ad fidem Christi. h [Et incred.] scilicet, illos qui prius fuerant increduli ad prudentiam iustorum, quę prudentia non consistit in operibus legis: ex quibus non iustificabitur homo, vt habetur ad Rom. iij. sed in operibus fidei, charitatis formatæ, & deuotionis. i [Parate Domino plebem perfectam.] per euangelij susceptionem, quia neminem ad perfectum adduxerat lex: vt habetur ad Heb ij. & propter hoc illa dicitur lex timoris, quia imperfectorum est timore pœnæ retrahi à malis. Lex autem euangelica dicitur lex amoris: quia perfectorum est retrahi à malis amore boni.

QVAESTIO VIII.

Circa Euang. in vigilia sancti Ioannis. oritur q. Vtrum beatus Ioannes dicitur maior inter natos mulierum? Arguitur quòd non. Christus est natus ex muliere: vt patet ad Galat. iiij. Natus ex muliere dicitur: tamen Christus est maior Ioan. Bapt. quia ipse Ioan. dixit, Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Igitur. In oppositum est verbum Christi Matth. xj. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd Christus excluditur ab illa vniuersalitate: quia non de muliere, sed de virgine natus est: quia mulier corruptam sonat, fœmina sexum. Ad q. respondetur per vnam conclusionem quæ talis est, Cum Christus mentiri non possit, & dixerit Ioan. esse maiorem inter natos mulierũ, clarum est, quòd Ioannes est maior inter natos mulierum ratione prænominationis: quia ab angelo fuit commendatus siue laudatus: ratione diuinalis infusionis, fuerunt enim in eo infusæ gratiæ: scilicet, gratia virginitatis, gratia humilitatis, & gratia charitatis.

In festo sancti Ioannis Baptistæ, Euang. secundum Luc. j. cap.

IN illo tempore, [a] Elizabeth impletum est tempus pariendi, [b] & peperit † filium. [c] Et audierunt vicini, [d] & cognati eius, [e] quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, [f] & congratulabantur ei. [g] Et factum est in die octaua, [h] venerunt circuncidere puerum, [i] & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. [k] Et respondens mater eius, dixit, Nequaquã, [l] sed vocabitur Ioannes. [m] Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. [n] Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. [o] Et postulans pugillarem, [p] scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. [q] Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius & loquebatur benedicens Deum. [r] Et factus est timor super omnes vicinos eorum: [s] & super omnia montana Iudææ di-

† Peperit filium. Sancta Elizabeth in carne filium concepit quẽ in vtero sanctificatum peperit. In semine humanitus & origine cõceptum: diuino priuilegio post conceptionem in vtero purgatũ, & iam in Verbo Dei sanctificatũ. Nã quem humana macula inquinauit, diuina potestas purgauit. Ex quo inter mu-

literam natos virtute & moribus vitæ, Ioã. Baptista dicitur maior. vnde Matth. xi. Amẽ dico vobis, inter natos mulierum non surrexit, maior Ioãne Baptista.

uulgabantur omnia verba hæc, [t] Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, [v] dicentes, Quis putas puer iste erit? [x] Etenim manus Domini erat cũ illo. [y] Et Zacharias pater eius impletus est Spiritusancto, & prophetauit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit [z] & fecit redemptionem [a] plebis suæ.

POSTILLA.

IN illo tempore, Elizabeth impletum est tempus pariendi, &c. Luc. j. Historia huius euang. facta est anno Christi primo vsuali. vij. kal. Iul. fer. vj. lu. xvij. Indict. iij. Ante initium huius euang. scribit sanctus Lucas in eodem capit. quòd postquàm Maria concepit Iesum Christum, exurgens Maria abiit in montana, & intrauit domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth, & mansit cum ea tribus mensibus: nam in mense sexto à conceptione Ioan. venerat Maria ad Elizabeth, & in mense nono natus est Ioan. vnde hic dicitur, a [Elizabeth impletum est tempus pariendi.] Lyr. scilicet, nouem mensium. b [Et pepe. fi.] sicut per angelum fuerat prædictum. c [Et audi. vic]Lyr. id est, illi qui erant ei cohabitantes. d [Et cognati eius.] qui erant ex eius consanguinitate & affinitate. e [Quia magni. Dominus misericordiam suam cum illa.] Lyr. id est, magnam misericordiam fecit ei auferendo sterilitatis opprobrium: & dando tantum & talem filium sic annuntiatum mirabiliter, & conceptum supernaturaliter. f [Et congrat. ei.] secundùm quòd dixerat angelus Zachariæ, Multi in natiuitate eius gaudebunt. g [Et factum est in die octaua.] scilicet, à natiuitate præcursoris. h [Venerunt circ. pue.] sicut præcipitur Gen. xxij. Et quia in circuncisione imponebatur tunc nomen , sicut modò imponitur in baptismo: ideo subditur, i [E vocabant eum nomine patris sui Zachar.] Lyr. quia istud fuit antiquitus satis communiter obseruatum & adhuc obseruatur frequenter, maximè in magnis personis: quòd filius primogenitus nominatur nomine Patris. k [Et respondens mater eius dixit, nequaquam.] [scilicet] vocabitur Zacharias. l [Sed voca. Io.] Ly. hoc enim sibi fuit à Deo reuelatum, quia à marito non didicit, cùm factus esset mutus antequam rediret ad eam de templo. m [Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cogna. tua qui vocetur hoc nomine.] [scilicet] Ioannes. Ly. cognatio hic propinquitas generis vocatur, de qua nullus fuerat sic vocatus, s. de cognatione Elizabet matris eius. n [Innuebant autem patri eius quem vellet vo.] s. per signa visibilia. Ex quo patet quòd Zacha. non tantùm fuit mutus, sed etiam surdus. Si enim potuisset intelligere verba, quæ sinuissent ab eo per verba, & non per talia signa. o [Et postulãs pugillarem.] i. tabulam ad scribendum. p [Scripsit dicens , Ioannes est nomẽ eius: & mirati sunt vniuersi.] Gor. de conuenientia inter patrem & matrem, quantum ad pueri nominationem. q [Apertum est autem ilico os eius.] Gor. non per moram, quia nescit tarda molimina Spiritussancti gratia, vnde Amb. Soluit fides linguam , quam incredulitas ligauerat. r [Et factus est timor magnus super omnes vicinos eorum.] Ly. i. admiratio magna, vel timor Dei, qui sic mirabiliter puniuerat Zachariam, & liberauerat. s [Et super omnia montana Iudææ diuulga. omnia verba hæc.] Lyr. quia facta insolita, & mirabilia libentius narrantur. t [Et posuerunt omnes qui audie. in cor. suo.] Ly. quia talia magis memoriæ commendantur. v [Dicẽtes, Quis putas puer iste erit?] q. d. Valdè magnus erit. x [Etenim ma. Domini erat cum illo.] Ly. virtus eius operatiua miraculorum in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate ostensorũ, ex quibus rationabiliter concludebatur quòd magnitudo pueri futura erat coram Deo, sicut prædictum est ab angelo Zachariæ patri eius, Erit enim magnus coram domino. y [Et Zacharias pater eius impletus est Spiritusancto: & prophetauit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit.] Gor. Dominus Iesus genus humanum in sua incarnatione visitauit. z [Et fecit redemptionem.] in passione , Psalm. cxxix. Copiosa apud eum redemptio. a [Plebis suæ] Israel.

In natiuitate Ioan. Bap. fuerunt facta duo miracula: os Zachariæ aperitur & mater sterilis peperit de Tur. cremata.

QVAESTIO IX.

CIrca Euang. in festo sancti Ioan. Bap. oritur q. Vtrum à Deo fuerit ei impositum nomẽ Ioan. Arguitur quòd non: in veteri Testamento inueniuntur nomina imposita per Spiritum sanctum loquentem per prophetas: vt habetur Malac. iij. Ecce ego mitto angelum meum: qui præparabit viam ante te: fuit ergo à Spiritusancto vocatus angelus. Item Isa. xl. Ego vox clamantis in deserto. Igitur fuit vocatus Vox, sed vnius rei vnicum debet esse nomen: si ergo diuinitus fuit vocatus angelus, siue vox, non fuit vocatus Ioan. In oppositum Luc. j. Et vocabis nomen eius Ioan. quæ verba fuerunt dicta Zachariæ ab angelo ad Zachariam misso. Igitur. Ad q. respondeo per vnam conclusionem, quòd à Deo fuit nomen impositum Ioan. quia parentes eius præcipiente angelo domini imposuerunt sibi hoc nomen Ioan. nec est mirum quòd vnus & idem propter diuersas virtutes in eo existentes, recipiat diuersa nomina. Ioan. enim à Spiritusancto vocatus fuit angelus: quia Christi aduentum nuntiauit, dicendo, Qui post me venturus est, s. Christus. fuit vocatus vox, propter prædicationem: quia prædicauit sacramentum pœnitentiæ in deserto. Ex dictis patet solu. argumenti ad patrem negatiuam facti.

In festo visitationis beatæ Mariæ virginis, Euangelium secundum Lucam, j. ca.

In illo tempore, exurgens Maria abiit in montana, &c.

Require suprà fer. quatuor temporum Aduentus.

In vigilia apostolorũ Petri & Pauli, Euangelium Ioan. xxj.

IN illo tempore, [a] dixit Iesus Simoni Petro, [b] Simon Ioannis, [c] diligis me plus his? Dixit ei, Etiam Domine, tu scis quia amo te. Pasce agnos meos. Dixit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? Ait illi, Etiam Domine. Tu scis, quia amo te. Dixit ei, Pasce agnos meos. Dixit ei tertiò, Simon Ioannis amas me? [e] Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me. Et dixit ei, [f] Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. [g] Dixit ei, Pasce oues meas. [h] Amen amen dico tibi, Cum esses iunior cingebas te, [i] & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, [k] extẽdes manus tuas, [l] & alius te cinget, [m] & ducet quo tu non vis. [n] Hoc autẽ dixit, [o] significãs qua morte clarificaturus esset Deum.

Principaliter & maximè Deus est ex charitate diligẽdus, diligitur enim sicut causa beatitudinis. Th. ii. ii. q. xxvi.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus Simoni Petro, &c. Hoc fuit post Christi resurrectionem, scilicet quando manifestauit se Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. a [Dixit Iesus Simo. Petro] volens ei beneficium spirituale conferre. b [Simon Io.] id est fili Ioan. c [Diligis me plus his?] quasi expressè dicat, Ille qui eligitur ad officium prælationis, debet Deum diligere præ cæteris: quia secundũ quòd dicit sanctus Greg. Tantum debet præcellere actionem populi vita præsulis: quantùm distat à grege vita pastoris. Et ideo videtur quòd ille qui aliquem eligit ad tale officium tenetur semper eligere meliorem: non tamen intelligitur melior literatior, vel astutior: sed ille qui omnibus conditionibus pensatis, melior est ad tale officium ad honorem Dei & ecclesiæ vtilitatem secundum iudicium eligentis. Aliter autem eligens vel promouens, non poterit iudicium diuinum euadere. Et si aliqua iuta mala permittantur humano iudicio incorrecta: hoc est propter maiora vitanda: quæ tamen diuino iudicio sunt corrigenda: secundùm quòd dicit August. in libro de Libe. Arbit. sequitur, d [Dixit ei, Etiam Domine. Tu scis quia amo te.] non dixit ei plusquam alij: sed absolutè respondit, tanquam expertus propriæ fragilitatis in Christi negatione: non fuit ausus vltra se efferre in Christi dilectione, sed quantitatem suæ dilectionis posuit in iudicio Christi, quia secreta cordium intuetur. sequitur, e [Contristatus est Petrus, &c.] & non fuit indignatus propter verba Christi replicantis toties petitionẽ de dilectione, quasi indignaretur Petrus de hoc quòd non acquiescebat sibi Christus primo verbo: sed fuit turbatus eo quòd sciebat eum scire omnia futura. propter quod ex tali replicatione Christus vellet sibi prædicere aliquem casum suum futurum, sicut suprà cap. xij. asserente Petro, Animam meam pro te ponam, statim prædixit ei suam negationem futuram. Et ideo meritò timuit Petrus propter quod dicit ei, f [Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.] quasi dicat, Tu scis omnia præterita, præsentia, & futura: & ideo tu scis quia nunc te diligo, sed quid sit mihi futurum nescio: sed tu scis. g [Dixit ei, Pasce oues meas.] Ante hæc dixerat, Pasce agnos meos: quia in fidelibus tres sunt gradus: scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Illi qui sunt in duobus primis gradibus dicuntur agni: & illi qui sunt in tertio oues nominantur. h [Amẽ amen dico tibi.] Hic prædixit Christus Petro suum martyrium, quia prælati ecclesiæ debent tantam charitatem habere: vt sint parati se morti exponere pro grege: quod hic exprimit Christus loquens Petro parabolicè, dicens, Amen amen dico tibi, Cum esses iunior cing. te. id est ab aliquibus superfluis te restringebas: tamen hoc erat pro voluntate tua ab alio non compulsus: & ideo subditur, i [Et ambu. vbi vo. Cum autem senueris.] imminente morte. k [Extend. manus tuas.] per hoc designatur Petri promptitudo ad martyrium tolerandum. l [Et alius te cin.] fuit enim positus in cruce, cum chordis ligatus: & non clauis affixus, vt longior esset ipsius cruciatus: & hoc vocatur hic cinctura. m [Et ducet quò tu non vis.] Est enim in homine duplex appetitus, scilicet, sensitiuus, & intellectiuus, & vterque aliquando nominatur voluntas largè loquendo: quia solus appetitus intellectiuus propriè dicitur voluntas: Licèt autem appetitus intellectiuus in Petro esset promptus ad martyrium: tamen appetitus sensitiuus refugiebat, quia mors est vltimum terribilium. Et eodem modo fuit in Christo imminente passione. Et hoc est quod dicitur, Et ducet quò tu non vis ire, secundum appetitum sensitiuum. n [Hoc autem dixit.] Hæc sunt verba euangelistæ exponentis verba Christi de martyrio Petri: Scripsit enim hoc euangelium post Petri martyrium: quod patet ex

hoc quòd euangelium scripsit post reditum suum de insula Pathmos post mortem Domitiani imperatoris. Petrus autem passus est sub Nerone imperatore: qui diu ante dictum Domitianum imperauit. o [Significans qua morte esset cla. Deum.] martyrium enim Petri ordinatum fuit ad Dei gloriam.

QVAESTIO X.

Circa Euang. in vigil. apostolorum Petri & Pauli. oritur q. Vtrum Petrus potestate clauium potuit indulgentiā largiri debitarum pœnarum. Arguitur quòd non: inferior nō potest absoluere à pœna ad quam ligat superior: sed Deus remittendo culpam ligat ad aliqualem pœnā temporalem: vt dicit Hugo de sancto Victore: ergo nullus potest absoluere à pœna illa, aliquid dimittendo. In oppositum Mat. xvj. Quodcunque ligaueris super terram, &c. Igitur. Ad argumentum dicitur negando consequentiam, & ratio est: quia inferior dando indulgentias non absoluit simpliciter à debito pœnæ quo ligatus fuit per superiorem, sed dat vnde debitum soluat, puta thesaurum ecclesię, scilicet indulgentias. Ad q. respondendum est secundum magistrum Ioan. de Tur. cre. in quęstion. super Euang. per vnam conclusionem: quæ talis est, Petrus & eius successores potestate clauium potuerunt & possunt & poterunt indulgentias & relationes facere pœnarum debitarum pro peccatis. Patet conclusio: quia ecclesia generalis quæ indulgentias approbat errare non potest.

In festo apostolorum Petri & Pauli, Euangelium Matthei, xvj. cap.

IN illo tempore, venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: [a] & interrogauit discipulos suos, dicens, [b] Quem dicunt homines esse filiū hominis? [c] At illi dixerunt, Alij Ioannem Baptistam, [d] alij autem Eliam, [e] alij verò Ieremiam, [f] aut vnum ex prophetis. Dixit illis Iesus, [g] Vos autem quem me esse dicitis? [h] Respondens Simō Petrus dixit, [i] Tu es Christus, [k] Filius Dei [l] viui. [m] Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bar Iona, [n] quia caro & sanguis non reuelauit tibi, [o] sed Pater meus qui in cælis est. [p] Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, [q] & super hanc petram [r] ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi [s] non præualebunt aduersus eam. [t] Et tibi dabo claues regni cælorum, [v] & quodcunque ligaueris [x] super terram, [y] erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Quem dicunt homines esse filium hominis. Homines mundi videntes Christum Dominum & eius opera, de illo admirabātur quasi hominem nouū videntes, quapropter quod Dominus volens discipulos suos de se in veritate informare, eos interrogat: priò quid plebs de se sentiat, secūdò quid ipsi de eo cogitent & credant quem ore Petri Christum verū messiā esse fatētur, animarum nostrarum redemptorem, q ex Deo processit & venit: vnde Ioan. viii. Ego enim ex Deo processi & veni.

POSTILLA.

IN illo tempore, venit Iesus in partes Cæsa. Philippi &c. Mat. xvj. historia huius euang. facta est anno Christi xxxij. iiij. kal. Aug. feria iiij. Lu. xij. Indi. v. Ante initium huius euang. scribit sanctus Matt. in eo, quòd Christus dixit discipulis suis, C. Cauete à fermēto Pharisæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant inter se dicentes: quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum & quinque millium: & quot cophinos sumpsistis: & neque septem panū, & quatuor millium hominum: & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisęorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerat cauendum à fermento panū: sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. Tūc statim sequitur euang. hodier. [Venit Iesus in partes Cæsareæ Phi.] Lyr. Cæsarea Philippi est ciuitas in terminis Iudææ: quam Philippus filius Herodis innouauit, & reædificauit: quæ antiquitus dicta est Lachis: sed postmodum nominauit eam Cæsaream in honorem Tiberij Cæsaris qui dedit ei quartam partem regni, vt dicit Iosephus. Dicitur etiam Cæsarea Philippi ad differentiam alterius ciuitatis: quæ dicitur Cæsarea Palæsthinæ, vbi Cornelius centurio mansit: vt patet Actu. x. a [Et interrogauit discipulos suos.] Lyr. non ignorans quid crederēt: vel quit responderent: sed vt eorum fidei confessione conuenientius solidaretur in fide. b [Quē dicunt homines esse filium hominis.] Lyr. id est turbæ vulgares: quia de ipso erant variæ opiniones in populo. c [At illi dixerunt, Alij Ioannem Baptistam] Cuius opinionis sunt Herodes & sui sequaces: vt patet Matt. xiiij. Audiuit Herodes famam Iesu: & ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. d [Alij autem Eliam.] propter zelum veritatis. e [Alij verò Ieremiam] propter patientiā in aduersis f [Aut vnum ex prophetis.] f. Eliseum propter excellentiam sapientiæ g [Vos autem quē me esse di.] Ly. q. d. Si alij errāt opinione falsa: vos tamen non debetis errare, qui iamdiu mecum fuistis, & meam doctrinam frequenter audiuistis, & miracula tanta vidistis. h [Respōdens autem Simon Petrus dixit] Lyr. Petrus tanquam principalis inter alios pro se & pro aliis

dedit responsum. i [Tu es Christus.]Lyra, qui interpretatur vnctus: & sic confitetur eius humanitatem. k [Filius Dei](naturalis non adoptiuus, sicut alij, per consequens eiusdem naturæ cum Deo Patre, sic confitetur veritatem diuinæ naturæ & humanæ in eodem supposito. l [Viui]hoc addit ad differentiam illorum: qui colebantur tanquam dij à gentilibus, vt Hercules & Iupiter, & sic de aliis. m [Respondens autem Iesus dixit, Beatus es Simon Bar-Iona] i. filius Ioannis. Vnde Hieron. dicit quòd deberet dici Bar-Ioána. Bar enim idem est quòd filius: Ioanna quasi filius Ioánis: secundùm illud Ioan. xxj. Simon Ioannis diligis me plus his? Sed scriptorum vitio deprauatum est. Dicitur autẽ hîc beatus es Simon Bar-Iona: quia s. confessio veræ fidei ducit ad beatitudinẽ. n [Quia caro & san. non reue. tibi.]Ly. i. homo mortalis non docuit te istã veritatẽ. o [Sed Pater meus] & per consequens tota Trinitas: quia indiuisa sunt opera Trinitatis. p [Et ego dico tibi quia tu es Petrus]i. cõfessor veræ petræ, qui est Christus. q [Et super hanc petram]quam confessus es, i. super Christum. r [Ædificabo eccle. meã: & por. infer.] i. persecutiones tyrãnorum, & insultus, & tẽtationes spirituum immundorum. s [Non præualebunt aduersus eam]à vera fide subuertendo. t [Et ti. da. cla. re. cæ.]Lyr. istæ claues non sunt materiales:, sed potestas spiritualis: quæ est duplex. Vna est potestas spiritualis discernẽdi peccatum à non peccato: sicut in veteri lege sacerdotes iudicabant inter lepram & non lepram. Alia clauis est potestas admittẽdi ad regnum, vel excludendi secundùm verum iudicium præhabitum: quia debẽt indigni excludi, & digni recipi. v [Et quodcunque ligaueris]claue non errante. x [Super terram.]Ly. scilicet cum debito vsu clauium. y [Erit ligatũ & in cælis]i. Deus approbat illud in cælis.

Duplex est clauis, s. spiritualis & materialis.

QVÆSTIO XI.

CIrca Euangelium in festo Petri & Pauli oritur quæstio, Vtrũ S. Petrus & successores sui per potestatem clauium: potuerunt remittere peccatum quantum ad maculam? Arguitur quòd sic: habetur Io. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Igitur. In oppositum habetur de conse. di. iiij. Nemo tollit peccata nisi Christus, qui est agnus tollẽs peccata mundi. Igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricard. super iiij. Sent. dist. xviij. art. ij. q. ij. quòd S. Petrus & successores sui non potuerunt, neque possunt remittere peccata, quantũ ad maculam effectiuè, sed solus Deus: neque meritoriè, sed solus Christus: sed bene ministerialiter, & instrumentaliter inquãtum ministeriis illorum assistit virtus diuina, quæ peccatum remitit. ex dictis patet solutio argumenti ad partem negatiuam facti.

In festo sanctæ Margaritæ Euangelium.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum, vt diligatis, &c.

Hoc Euãgelium cum sua postilla quære infrà in communi sanctorum de Virginibus.

In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ, Euang. Luc. vij. cap.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus.

Istud Euangelium cum sua postilla require suprà feria v. post Dominicam de passione.

In festo sancti Iacobi Apostoli, Euangelium Matthæi, xx. cap.

IN illo tẽpore, accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. b Qui dixit ei, Quid vis? c ait illi, Dic vt sedeãt † hi duo filij mei: vnus ad dexterã, & alius ad sinistrã tuam in regno tuo. d Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis: e potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? f Dicunt ei, Possumus. g Ait illis, Calicẽ quidem meum bibetis, h sedere autem ad dexterã meam, vel sinistram non est meum dare vobis, i sed quibus paratũ est à Patre meo.

Dic vt sedeãt. Nulla vana petitio apud Deum seu homines admitti debet: ideo qa mater Zebedæi vanè & ambitiose petebat vanè petita non obtinuit, nã iniusta cõtra æquitatem petebat, i qd Domi. hic Marci. xx. docet dicens, Nescitis quid petatis.

POSTILLA.

IN illo tempore, accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, &c Matt. xx. & Mar. x. Luc. xxj. Historia huius Euãg. facta est anno Christi xxxiij. kalend. April. fer. iiij. Lu. vj Indict. vj Ante initium huius Euangelij scribit S. Matth. in eo. ca. Ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent eum gẽtibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigẽdum: & tertia die resurget. Tũc statim sequitur Euangelium hodiernum, [Accessit ad Iesum.] Ly. Iudæi existimabant Christum per prophetas promissum regnaturum temporaliter in Ierusalem, quia Scripturas de regno Christi corporaliter intelligebant & ideo regnum ablatum à Iudæis per Romanos credebãt sibi restituendum per ipsum: propter quod dicebãt Christo Act. j. Domine si in tẽpore hoc restitues regnũ Israel? &c. Et hôc Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, & mater eorum audientes Christum post mortem tertia die resurrecturum: crediderunt

ipſum immediatè poſt Reſur. regnaturũ in Ieruſalẽ tẽporaliter, & ideo cupientes eſſe ei collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati, informauerunt matrem ſuam de petitione ſequenti: & hoc eſt quod hic dicitur, Tunc audita Chriſti reſurrectione futura, acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi, &c.] Ly. non enim primò petiit in ſpeciali, ſed tantùm, in generali: vt conceſſione facta in generali primò, poſteà non poſſet ſibi denegare in ſpeciali. b [Qui dixit ei, Quid vis?] Lyr. Non quærit vt inſcius: ſed vt petitio ſua cõuenientius oſtendatur irrationabilis. c [Ait illi, Dic vt ſedeant hi duo filij, &c.] Ly. i. ſint tibi collaterales & maiores in regno tuo poſt te: quod quidem regnũ temporale credebant: vt dictum eſt. Nec eſt mirum ſi talia Apoſtoli credebant, & appetebant: quia adhuc carnales erant, & nondum illuminati perfectè nec confirmati per gratiam Spiritusſancti. d [Reſpondens autem Ieſus dixit, ne. quid pe.] Reſpondit filiis, & non matri: quia ſciebat eam miſſam à filiis, & informatam de petitione facienda pro eis. e [Poteſtis bibere calicẽ quem ego bibi. ſum?] Ly. i. ſuſtinere mortem ignominioſam & crudelẽ: quam ego paſſurus ſum: & per quã debeo venire, nõ ad regnũ temporale, vt creditis: ſed æternũ. f [Dicunt ei, Poſſ.] Ly. loquuntur ſicut inexperti propriæ fragilitatis: quod patuit per effectum, quia in paſſione Chriſti fugerũt prę timore mortis. g [Ait illis, Calicẽ quidem meum bi.] i. paſſiones propter me ſuſtinebitis. Lyr. quia Iacobus propter Chriſtũ ab Herode occiſus eſt: vt habetur Act. xij. Io. in dolium feruẽtis olei propter Chriſtũ miſſus eſt: inſuper fuit etiã miſſus in exilium propter Chriſtũ: & ſic patuit ꝙ habuit prõptã voluntatẽ moriendi propter Chriſtũ. h [Sedere autẽ ad dex. vel ad ſini. non eſt meũ da. vo.] Ly. in illo ſtatu in quo eſtis. i. nondũ humiliatis & carnalibus. i [Sed qui. para. eſt à Patre meo.] Lyr. i. verè humilibus, & ſpiritualia ſapiẽtibus.

QVAESTIO XII.

Circa Euangelium in feſto S. Iacobi oritur quæſtio, Vtrũ S. Iacobus oret in cælo pro omnibus: qui eius viſitant ſepulchrum, ſiue locum? Arguitur quòd non: quicunque orat pro alio alteri meretur: ſed Sancti qui ſunt in Patria, non ſunt in ſtatu merẽdi: ergo nec in ſtatu orandi. Igitur. In oppoſitum eſt quod continuè dicimus, Sancte Iacobe ora pro nobis. Igitur. Ad argumentum dicitur, negandam cõſequentiam, & ratio eſt: quia aliud eſt impetrare, & aliud mereri: & ideo ſancti etſi nõ poſſint mereri, quia ſunt extra ſtatum viæ, poſſunt tamen nobis ſuis orationibus impetrare: & ſic beatus Iacobus cuius potentiſſimum teſtimonium eſt immenſitas, ſ. miraculorũ, quæ fiunt quaſi omni die precibus ſuis ſanctis pro nobis orat. Ad quæſtionem reſpondendum eſt ſecundùm M. Ioan. de Turre cre. in iiij. ſuper Euang. Beatus Iacobus iuuat ſuis orationibus omnes interpellantes eũ debito modo: & tanto magis quanto eſt perfectioris charitatis, & quanto eſt Deo coniunctior, tanto eius orationes ſunt magis efficaces: habet enim hoc diuinus ordo, vt ex ſuperiorum excellentia in inferiora refundatur, ſicut ex claritate Solis in aërem.

In feſto ſancti Petri ad vincula, Euang.

In illo tempore, venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, &c.

Hoc Euangelium cum ſua poſtilla quære antè, in feſto S. Petri & Pauli Apoſtolorum.

In Inuentione ſancti Stephani, Euangelium Matthei, v. cap.

IN illo tẽpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, [a] Vos eſtis ſal terrę. [b] Quòd ſi ſal euanuerit, [c] in quo ſalietur? [d] Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. [e] Vos eſtis lux mundi. [f] Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. [g] Neque accendunt [h] lucernã, [i] & ponunt eam ſub modio, [k] ſed ſuper cãdelabrum: vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. [l] Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. [m] Nolite putare: quoniã veni ſoluere legem, aut Prophetas: non veni ſoluere ſed adimplere. [n] Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, [o] iota vnum, [p] aut vnus apex [q] nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. [r] Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, [s] & docuerit ſic homines [t] minimus vocabitur in regno cælorum. [v] Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

Vos eſtis ſal terræ. Boni fideles, eccleſiæ paſtores cæterique ſacerdotes & rectores, debẽt eſſe ſal terrę, & mũdi, condimẽtum debent habere huius vocis Sal in corde, mente & opere tres literas, S, id eſt, ſapiẽtiã, A, i. animarũ curam, L, i. vitæ virtutis lumẽ. Et qui hac carent, verè paſtores non ſunt, ſed fures & latrones qui aliunde in ouile aſcẽdunt. Ioã. x. Amẽ amen dico vobis, qui non intrat in ouile ouium per oſtium, ille fur eſt & latro qui intrat per oſtium. paſtor eſt ouium.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vos eſtis ſal terræ, &c. Matt. v. & Mar. ix. Lu. xiiij. Hiſtoria huius Euangelij facta eſt anno Chriſti xxxiij. idus Iulij, feria v. lu. xvj. Indict. iiij. Ante initiũ huius Euang. ſcribit S. Matth. in eod. cap. quòd Chriſtus dixit diſcipulis ſuis, Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos,

mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Tunc ſequitur Euang. hodier. a [Vos eſtis ſal terræ.] Ly. ſicut enim ſale condiuntur omnia cibaria: ita diſcretione prælatorum debent dirigi & ordinari omnia facta ſubditorum. b [Quòd ſi ſal euanuerit] ſi diſcretio in prælatis defecerit. c [In quo ſalietur.] Lyr. q.d. in nullo opera ſubditorum condientur, ſeu dirigentur. d [Ad nihiliũ valet vltrà, niſi vt mittatur foras: & conculcetur ab hominibus.] Lyra, quia talis debet repelli à prælatione: ne officiũ prælatorum ſit in conſpectu hominum vile. e [Vos eſtis lux mundi.] Lyra, ſicut enim lux eſt manifeſtatiua omnium occultorum: ſic prælati per intelligentiam ſacræ Scripturæ debent ex officio notificare omnia opera virtutum. f [Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper mon. poſi.] Lyr. quia bonus prælatus in perſecutione non debet ſe abſcondere: ſed ad defenſionem gregis ſe manifeſtè oſtendere. g [Neque accen.] Gor. lumen ſcientię. h [Lucernam] i. prælatum, vnde Pſal. cxxxj. Paraui lucernam Chriſto meo. i [Et pon. eam ſub mod.] Gor. vt celetur lux veritatis timore perſecutionis imminentis, vel puſillanimitatę cordis. k [Sed ſuper cand. vt luceat om. qui in domo ſunt] i. in mũdo generaliter. l [Sic luceat lux veſtra coram homi. vt videant opera veſtra bona & glo. pa. ve. qui in cælis eſt.] Ly. quia nõ debetis de hoc propriam gloriam quærere ſed gloriam Dei, & ædificationem populi. m [Nolite putare quoniã veni ſoluere legem aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere.] Gor. totam ſummã veteris Teſtamenti Chriſtus hic comprehẽdit in duobus: ſ. in lege & prophetia. Lex enim erat in declinãdo malum, prophetia in faciendo bonũ: & illa duo Chriſtus pleniſſimè impleuit. n [Amen quippe dico vobis donec, &c.] Gor. i. mutentur elementa ab hac mutabili forma in immutabilem, ſ. antequã finiatur iſte mundus. o [Iota vnum] iota eſt minima litera inter alias, & vno ictu fit. p [Aut vnus apex] apex eſt particula literæ quæ ponitur in ſummitate literæ ad diſtinctionem: ſecundùm hoc exponit Augu. quòd nec minimum præceptum, nec minimi præcepti particula. q [Non præteribit à lege donec omnia fiant.] Gor. non remanebit quin impleatur ſuo tẽpore. r [Qui ergo ſol. vnum de mandatis iſtis mi.] Gor. i. de mandatis Decalogi, quæ dicũtur minima: quia ad vitam inſipientium pertinentia. s [Et docu. ſic homi.] Gor. ſic ſoluere homines ſicut ſoluit. t [Minimus vo.] Gor. i. viliſſimus reputabitur ab his qui ſunt in regno cælorum. v [Qui autem fecerit, & docuerit: hic mag. vo. in regno cælorum.] Gor. per adeptionem aureolæ.

Conditio boni prælati.

QVAESTIO XIII.

Circa Euangeliũ in inuentione ſancti Stephani, oritur quęſtio, Vtrum ſtatus prælatorum qui faciunt & docent ſit maior: quam ſit in eccleſia Dei? Arguitur quòd non: ſtatus religioſorum ordinatur ad vitam cõtemplatiuam, quæ potior eſt quam actiua, ad quam ordinatur ſtatus epiſcoporum. igitur. In oppoſitum Mat. v. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur: quod faciũt prælati: vt habetur in Euangelio, Vos eſtis ſal terræ. igitur. Ad argumentum dicitur quòd prelatus non ſolum ordinatur ad vitam actiuam, ſed etiam contemplatiuam. Ad quæſtionem reſpondetur per vnam concluſionem, quæ talis eſt, Cum agens patiente ſit præſtãtior: & in genere perfectionis epiſcopi ſe habeant vt perfectiores, religioſi autem vt perfecti, ſtatus epiſcoporum maior & potior eſt ſtatu religioſorum.

In vigilia ſancti Laurentij, Euange. ſecundum Matthaeum, xvj. c.

Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &c.

Iſtud Euangelium quære infrà in communi vnius Martyris.

In feſto S. Laurentij, Ioan. xij. cap.

In illo tẽpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Amen amen dico vobis, Niſi granũ frumenti cadẽs in terram, &c.

Hoc Euãgelium cum ſua poſtilla quære infrà in communi Sanctorum de vno Martyre.

In vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ, Euangelium, Lucæ xj. cap.

IN illo tẽpore, a loquente Ieſu ad turbas; b extollẽs vocem c quædam mulier de turba, dixit illi, d Beatus venter † qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. e At ille dixit, f Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Beatus vẽter qui te portauit. Illa beata Virginis Mariæ viſcera quæ Ieſum tulerunt: beatiſsima, quia diuinitate imbutaq; incorruptibilia erant. Sed potiſsimè beatiſsimi idest multo magis beati, qui verbũ Dei audiunt & illud corde opereque effectu ſuſcipiũt, vnde Lucæ xiii. de parabola ſeminãtis dicitur, Qui verò in terram bonum ſeminat eſt hic eſt qui audit verbum & intelligit & fructum affert.

POSTILLA.

IN illo tempore, loquẽte Ieſu ad turbas, &c. Poſtquàm Chriſtus docuerat diſcipulos ſuos orare, & deinde fecerat miraculum de eiectione dæmonij muti: & non potuerunt continere ęmuli eius à detractione, dicẽtes quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiecerat illud dæmonium, quòd Chriſtus ſermone ſuo & rationibus diuerſis confutauit. Deinde in hoc Euangelio confutat eos ſermone vnius mulieris Chriſti doctrinam audientis: cum dicitur, a [Loquente Ieſu ad turbas] ſcilicet Chriſtus reſpondens blaſphemiis Iudæorum. b [Extollens vocem] i. ex corde conſtanter altè profe-

rens legem Dei contra vituperium Iudæorum. c[Quędam mulier.] ista à sanctis Doctoribus dicitur fuisse sancta Marcella famula beatæ Marthæ sororis Lazari. d[Beatus venter qui te portauit.] matrem beatificat, & laudat ex filio, & non econuersò: quia ab illo prouenit gratia, & gloria principaliter ratione deitatis, & instrumentaliter ratione humanitatis: quia humanitas Christi est organum coniunctum ipsius deitatis. e[At ille dixit] commendando fidem, & constantiam mulieris, & aliorum similium. f[Quinimò beati qui audiunt, &c.] Istud Quinimò non dicitur aduersatiuè, sed concomitatiuè. quasi dicat, Non solum illa quæ me portauit beata est sed etiam qui audiunt Verbum Dei, corde credentes, & opere adimplentes: vnde dicit beatus August. in lib. de Virginitate, quòd beata Maria fœlicius cōcepit Deum per fidem, quàm corpore per carnis assumptionem. Eiusdem euangelij expositionem habes suprà, dom. iij. in xl.

QVAESTIO XLIIII.

Circa Euang. in vigilia Assumptionis beatæ Marię Virg. oritur q. Verum omnes illi qui audiunt Verbum Dei sint beati? Arg. quòd non: beatitudo consistit in clara Dei visione, fruitione, & tuitione: sed non omnes qui audiunt Verbum Dei, vident Deum: igitur. In oppositum est euangelium vbi dicitur, Beati qui audiunt verbum Dei. Ad q. respondeo, quod omnes existentes in gratia, qui audiunt Verbum Dei, sunt beati cum spe & timore: cum spe quidem, quia sperāt salutem habere, & timore quidem, quia timent ne damnationem incurrant: non tamen sunt beati loquendo de actuali beatitudine, quæ consistit in clara Dei visione. Ex dictis patet solutio ad argumenta ad ambas partes facta.

In festo Assumptionis beatæ Mariæ, Euangelium, Luc. x. cap.

IN illo tempore, intrauit Iesus in quoddam castellum, a & mulier quędam Martha nomine excepit illum † in domum suam: b & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. c Martha autem satagebat circa frequens ministerium. d Quæ stetit, e & ait, Domine non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. f Et respondens dixit illi Dominus, g Martha, Martha solicita es, h & turbaris erga plurima. i Porrò vnum est necessarium, k Maria optimam partem elegit, l quæ non auferetur ab ea.

Mulier quędam Martha nomine excepit illum. Dominus Iesus ad saluandū vtrūque sexū, de sursum à sede paterna missus est: ideo vt ostenderet se pro vtroque venisse, virum & muliebrē colit, quos simul peccantes redimere venit: vnde Mat. xviij. Venit filius hominis saluare quod perierat.

POSTILLA.

IN illo tempore, intrauit Iesus, &c. Luc. x. Historia huius euangel. facta est anno Christi xxxj. iiij. no. Decem. fer. iij luna ix. Ind. iiij. Ante initium huius euang. scribit S. Luc. in eod. cap. quòd septuagintaduo discipuli quos Christus misit ad prędicandum reuersi sunt ad Christū cum gaudio, dicentes, Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil nocebit vobis. Verùmtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus vobis subiiciuntur. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Tunc postmodum sequitur euangelium hodiernum, [Intrauit Iesus in quoddam castellum.] Ly. id est, Bethaniam. a[Et mulier quædam Martha nomine exce. illum in domum suam.] Lyr. ad illam domum Christus frequenter diuertebat & securè: tum propter deuotionem inhabitantium, tum quia plura beneficia eis contulerat: quia ipsam Martham à profluuio sanguinis sanauerat secundùm Amb. & Mariā à dęmonio liberauerat: & ei omnia peccata dimiserat. b[Et huic erat so. nomine Maria, &c.] Ly. intenta operibus vitæ contemplatiuæ. c[Martha autem satagebat cir. frequens ministerium] scilicet, occupata in operibus vitę actiuæ. d[Quæ stetit.] Ly. quasi fessa labore ministerij discurrendo per domum: vt Christus, & eius discipuli essent conuenienter recepti. e[Et ait, Domine non est tibi curæ quòd so. mea reliquit me solam mi.] Ly. conquerens de otiositate sororis suæ: & de Christi negligentia hoc permittentis. f[Et respondens dixit illi Dom.] excusando Mariam. Inuenitur autem Maria accusata secundùm Lyr tripliciter. Primò, à Pharisæo de temeritate, eò quòd Christum tetigit recumbentem: vt patet Luc. vij. c. Secundò, à sorore propter otiositatem: vt habetur hîc. Tertiò, à Iuda de prodigalitate: eò quòd pretiosum vnguentum effudit: & pedes Iesu vnxit, vt habetur Ioan. xij. c. Et vbique Maria patienter tacuit, & semper eam Christus excusauit. Primò, ostendens Pharisæo, quòd factum Mariæ non erat temeritatis: sed contritionis, & deuotionis. Secundò, ostendit sorori quòd confessio Mariæ non erat otiosa: sed morosis actibus applicata. Tertiò, ostendens Iudæ & aliis discipulis, quòd illa effusio vnguenti non erat prodigalitatis sed pietatis, dicens, Sinite illam, bonum enim opus operata est in me. g[Martha, Martha solicita est.] Glossa, Repetitio

Vita contemplatiua est simpliciter melior & potior & nobilior quā actiua. De Tur. in q. sup. Euangel.

signum est dilectionis: vel mouendæ intentionis, scilicet vt audiret attentius. h [Et turbaris erga plurima.] Ly. quia opera vitæ actiuæ solicitudinem ingerunt. i [Porrò vnum est necessarium.] Lyr. scilicet ipse Deus qui vnus est, & præ omnibus quærendus. k [Maria optimam partē elegit.] Glo. non reprehenditur pars Marthæ: quia ipsa bona est: sed laudatur pars Mariæ, quia optima. l [Quæ non auferetur ab ea.] Gor. Vita contemplatiua incipit hic, & in futuro perficietur: quia ignis amoris qui hic ardere incipit, cùm ipsum quem amat viderit, amplius ignescit in amore. Actiua verò cum corpore deficit: quia in cælesti patria nemo esurienti panem porriget: nec cętera opera tunc aget: quia ibi non erunt necessaria: vnde Apoc. xix. Non esurient, neque sitient amplius, &c. Hic quæritur, quare hoc Euangelium legitur in festo beatę Virginis, cùm in nullo spectare videatur ad ipsam? Ad hoc respondet Gorra quòd si non historicè, tamen allegoricè conuenit beatæ Virgini. Ipsa enim fuit castellum in quo intrauit filius Dei: vbi manebant duæ sorores, s. vita actiua & contemplatiua. Item quæritur, quare potius legitur in assumptione, quam in alio festo: cum de assumptione non facit mentionem? Ad hoc dicēdum quòd alia festa beatæ Virginis specialia habent Euāgelia propter speciales rationes. Istud autem festum nullum habet speciale Euangelium: & ideò sortitum est istud vel etiam propter vltimam particulam Euangelij: quæ Mariæ præcipuè conuenit, ideo legitur de eius assumptione, scilicet Maria optimam partem elegit.

QVAESTIO XV.

Circa Euangeliū in festo assumptionis beatæ Mariæ virginis oritur quæstio, Vtrum virgo Maria fuerit assumpta in corpore & anima? Arguitur quòd nō. Resurrectionis tempus omnium differtur vsque ad finem mundi: vt simul fit omnium resurrectio diuina ordinatione: patet Iob xiiij. Homo cùm dormierit, non resurget: donec atteratur cælum: ergo Maria nondum surrexit, & per consequens non est assumpta cum corpore & anima. In oppositū est fides vniuersalis ecclesiæ. Ad argumentum dicitur quòd procedit vbi non est datum priuilegium, sicut fuit datum Mariæ. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho. in iiij. Parte dist. xliij. art. iij. q. j. ad ij. quòd piè creditur de beata Virgine & Ioan. euang. quòd eorum resurrectio non est dilata vsque ad finem mundi: vnde sequitur quòd virgo Maria fuit assumpta cum corpore & anima: quod probatur tribus rationibus. Prima ex carnis Christi & Virginis vnitate: inquit Aug. Putredo & vermis humanæ conditioni sunt opprobrium, à quo opprobrio cum Iesus alienus sit, maximè natura excipitur, quam Iesus de ea assumpsisse probatur. Secunda ratio sumitur ex corporis non inuentione: virgo Maria fuit sepulta in vno sepulchro in valle Iosaphat: in quo corpus eius non inuenitur. igitur. Tertia ratio sumitur ex reliquiarum veneratione: reliquiæ aliorū sanctorum venerantur in terris, sed non reliquiæ corporis beatæ Mariæ: quod esset, si essent. Igitur fuit assumpta cum corpore & anima.

In festo S. Bartholomei euangelium.

In illo tēpore, dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum, &c.

Hoc Euāgelium cum sua postilla quære infrà in communi Apostolorum.

In natiuitate beatæ Mariæ virginis Euangelium, Matth. j. cap.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c.

Istud Euangelium cum sua postilla require suprà in festo Conceptionis eiusdem.

In festo exaltationis sanctæ crucis, Euangelium, Ioan. xij. c.

IN illo tempore, [a] dixit Iesus turbis Iudæorū, [b] Nūc iudicium est mundi. Nūc princeps huius mundi eiicietur [c] foras. Et [c] ego si exaltatus fuero à terra: [d] omnia trahā ad meipsum. [e] Hoc autem dicebat significās qua morte esset moriturus. [f] Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiū hominis? [h] Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, [i] Adhuc modicum lumen in vobis est. [k] Ambulate [l] dum lucem habetis, [m] vt non vos tenebræ comprehēdant. [n] Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. [o] Dum lucem habetis, credite in lucem, [p] vt filij lucis sitis.

Nūc princeps mūdi huius eiicietur foras. Ex quo Adam Dei præcepta violauit peccati seruus factus est: & quia peccatum ex mundo est, & dominus peccati diabolus per inobedientiam fact' est: igitur mundi & mortis princeps ante Xpm diabolus fact' est, quem postea Xp̄s Dominus per obedientiam & acerbā mortē deuicit, & vitam reparauit: vnde Amb. canit, Qui mortē nostram moriendo destruxit: & vitā resurgendo reparauit.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorum, &c. Io. xij. Historiam huius Euang. dixit Dominus Iesus anno eius xxxij. xij. kal. Apr. fer. iiij. Lu. xj. Indict. vj. Ante initium huius Euang. scribit S. Ioan. in eo. c. quòd quidā gentiles ascenderant in Ierusalem, vt adorarent in die festo, scilicet pascha, hi accesserunt ad Philippum qui erat à Beth-saida Galilææ: & rogabant eum, dicētes, Domine volumus Iesum videre. Venit Philippus dicens Andrææ, Andræas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis di-

cens, Venit hora vt clarificetur filius hominis. Tunc postmodum sequitur Euangeliũ hodiernum. a [Dixit Iesus tur. Iudæorum. Nunc iudicium est mundi.] Gor.s.in passione, quãdo Christus à Pilato iudicatus est. b [Nunc princeps huius mũdi eiicietur fo.] Ly. diabolus enim hîc dicitur princeps huius mundi: nõ quòd sit princeps substantiæ mundi sed hominum mundialiter viuentium, inquãtum se ei subiiciunt per peccatum. Dicitur autem eiectus diabolus per passionem Christi per quã aperta est porta gloriæ cælestis. Et sic diabolus non potest impedire Sanctos à cõsecutione gloriæ: sicut faciebat ante passionem Christi: tamen permittitur tentare homines ad exercitiũ, & meritum electorum. c [Et ego si exal. fuero à ter.] Gor. per passionem crucis. d [Omnia traham ad meipsum, s. per fidem & dilectionem. e [Hoc autem dicebat signifi. qua mor. esset mori.] Gor. quoniam morte crucis quæ erat vilissima: vt patet Sap. ij. Morte turpissima cõdemnemus eum. f [Respondit ei tur. Nos audi. ex lege: quia Christus manet in æter.] Thom. credebant enim quòd messias purus homo esset & mortalis. vnde Michææ v. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Itẽ Dan. vij. Potestas eius potestas æterna. g [Et quomodo tu dicis, Opor. exal. filium hominis] i. mori in cruce. q.d. Si loqueris de teipso sequitur quòd tu non es Christus qui manet in æternum: si autem loqueris de alio, dic nobis. h [Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus.] Tho. Licet iam multa dixerim & multa miracula fecerim corã vobis. i [Adhuc mod. lumen in vo. est.] Gor. quia credidistis Christum manere in æternum: sed non credidistis eum moriturum secundùm humanitatem. k [Ambulate.] Ly. s. in cognitione Christi proficite. [Dum luc. habe.] Ly. i. me præsentialiter, qui sum lux illuminans per veritatẽ doctrinæ, & lumen gratiæ. m [Vt non vos tenebræ comprehendant.] s. ignorantiæ & culpæ. n [Et qui ambulat in tenebris nescit quò vadat.] Ly. quia declinauit à rectitudine viæ. o [Dum lucem habetis credite in lucem.] Tho. id est veram fidẽ. p [Vt filij lucis sitis] id est ipsius Dei, qui est vera & sempiterna lux: vt patet Ephes. v. Vt filij lucis ambulate. Expositionem aliam eiusdem Euangelij require suprà.

QVÆSTIO XVI.

Circa Euãg. in festo exaltationis sanctæ crucis oritur quæstio, Vtrũ Christus per exaltationẽ crucis quæ propriè est humiliatio, meruit exaltationem sui? Arguitur quòd non. meritum ordinatur ad præmium: sed frui aliquo propter æstimationem summã pertinet ad inanem gloriã, quæ in Christo non fuit: ergo Christus non meruit exaltationem quãtum ad manifestationẽ seniorum. In oppositum Luc. xiiij. Qui se humiliat exaltabitur: sed Christus vsq; ad mortem se humiliauit, vt patet ad Philip. ij. Igitur. Ad arg. dicitur negando consequentiã: & ratio est, quia meritum non est propter præmiũ: nisi ad quod ordinatur principaliter: hoc autem est quod est de substantia beatitudinis, vnde etiam quãuis honor ciuilis, sit quo præmiatur virtus ciuilis: tamen ciues non operantur propter illum honorẽ virtutis: sed propter bonam ipsius virtutis. Ad quæstionem respondendum est secundùm M. Ioan. de Turre cre. in Quæst. super Euãgelijs per vnam conclusionem quæ talis est, Christus per exaltationẽ crucis quæ fuit humiliatio magnam meruit exaltationẽ apud homines quæ quidã exaltatio in tribus cõsistit. Primò in notitia nominis: secundùm quòd dicitur, nomẽ quod est super omne nomẽ accepisse: quia nomẽ de re notitiã facit. Secũdò in reuerẽtia corporis quantũ ad genuflectionẽ. Tertiò in confessione oris secundùm qđ dicit Apostolus & omnis lingua cõfiteatur.

In vigilia sancti Matthæi Apostoli Euangelium, Luc. v. cap.

IN illo tẽpore, [a] vidit Iesus publicanum nomine Leui sedentem ad telonium, & ait illi, [b] Sequere me. Et relictis omnibus surgens [c] secutus est eum. †Et fecit conuiuiũ magnũ Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discũbentes. [d] & murmurabant Pharisæi, & scribæ eorum dicẽtes ad discipulos eius, Quare cũ publicanis, & peccatorib⁹ mãducatis & bibitis? Et respõdens Iesus dixit ad illos, Nõ egẽt qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Relictis omnibus surgens secutus est eũ. Vox diuina Mat. Leui appellatum diuinitus vocauit q voce externa & aere intus concussus diuina vocatiõe cor de tãtis omnia reliquit.

POSTILLA.

IN illo tempore, vidit Iesus publicanũ nomine Leui, &c. Descripta prędicatione Christi in præcedẽti c. & ipsius prędicationis confirmatione. Hic consequenter describitur cõuersio aliquorum ad ipsum. Et primò describitur eorum vocatio ad discipulatum Christi. Secundò eorum promotio ad Apostolatum. Sed hoc est in vj. c. Vnde in præsenti Euange. solùm ponitur Matthæi vocatio. Circa quã est aduertẽdum quòd vocatio Mathæi: & conuiuiũ de quo fit sermo Matt. ix. c. factũ fuit ante curationẽ paralytici, de qua fit mentio ante principiũ huius Euang. & in eo. c. Dicit igitur, a [Vidit Iesus pub. nomine Leui.] Publicani dicebãtur conductores vectigalium fisci, vel rerum publicarũ: siue qui

vectigalia publica exigũt, vel qui secularia: & publica negotia propter lucra sectantur. Vnde secundum Bedã publicanus dicitur, qui amisso pudore publicè peccat vel qui vectigalia, id est tributa publicè exigit. Telonium est in quo solebant campsores sedere, quod quidem negotium vix, aut nunquam exerceri sine peccato potest: vt dicit Greg. sequitur, b [Sequere me & relictis omnibus secutus est eum.] Matthæum autem talibus negotiis occupatum vocauit Iesus, vt de gratia Dei nullus desperet, quantumcumque fuerit in vilibus occupatus. c [Secutus est eum.] sine aliqua dilatione: quia sicut Christus poterat exterius mouere aures verbo, ita etiam interius mentem inspirando. d [Et murmurabant.] Hic consequenter describitur malignantium confutatio: & hoc in duobus casibus. Primus casus est, quia pharisæi murmurabãt de communicatione Christi cum peccatoribus in cibo & potu: quam murmurationem Christus ostendit irrationabilem: vt patet ex dictis Mat. ix. c. Secundus casus est quòd arguebant discipulos Christi: eò quòd non ieiunabant sicut Pharisæi, & Ioannis discipuli. Sed Christus eos excusabat rationabiliter: vt plenius patet ex dictis Mat. ix. vbi dicitur, Nunquid possunt filij sponsi, i. Christi, qui est sponsus ecclesiæ. luge. &c. Sequitur in euangelio quod tamen hodie non legitur, Venient autem dies cùm aufere. quantum ad præsentiam corporalem, id est, in passione & ascensione in cælum. Et tunc ieiunabunt. q.d. Tunc cõpetet eis tale ieiunium. Nam quoddam est ieiunium quod ex plenitudine & perfectione cõtemplationis procedit, quale fuit Moysi ieiunium in monte. Quantò enim anima est in contemplatione magis eleuata: tanto est pauciori alimento contenta. Vnde & x. Ethi. dicit Philosophus, quòd fœlix cõtẽplatiuus est paucissimis contentus. Et tale ieiunium non cõpetebat discipulis: quia adhuc erant rudes & imperfecti. Sed prius debuerunt per charitatem Spiritussancti innouari. Quod factũ est in die penteco. quãdo fuerunt per gratiã Spiritussancti innouati: tũc enim debuerunt habere nouum modũ viuẽdi. Et hoc est quod dicit saluator per duplex exemplum, quorum secundũ sequitur cũ dicitur, Nemo cõmissuram à vestimento nouo, &c.] Commissura idem est quod iunctura. Et dicitur à com, & mitto, mittis, quasi simul mittere. Illa enim quæ coniũguntur simul mittuntur. Et nemo mittit vinum nouum, f. consuetudinariè Et nemo bibens vetus vinũ statim, i. repentè vult nouum. Dicit enim, Vetus melius est: quia magis sapit sibi propter consuetudinẽ bibẽdi, eò quod consuetudo est quædã natura. Sed paulatim assuefaciendo ad bibendum nouũ tandem efficitur sibi sapidum. Et eo modo hominibus conuersis de nouo ad vitã perfectionis, opera consueta sunt eis difficilia: sed paulatim assuefaciendo efficiuntur eis facilia, & delectabilia.

Vnde dicitur com missura.

QVÆSTIO XVII.

Circa euãgelium in vigilia sancti Matthæi oritur quæstio, Vtrum conuersio & sequela Matthæi fuerit miraculosa? Arguitur quòd non. Si miraculosa fuisset eius conuersio, celebraretur miraculosa sicut conuersio sancti Pauli. Sed hoc non. Igitur. In oppositum videtur dicere glo. quædam quòd ideò inter miracula narratur Matthæi cõuersio: quia videbatur miraculosa. igitur. ad argumentum dicitur quòd non est simile: quia Matthæus non tendebat contra ecclesiã sicut Paulus, ideo ecclesia propter maximam lætitiam quam habuit de conuersione sancti Pauli celebrat eam: quia etiam Matthæus vocatus est à Christo antequam cælos ascenderet, Paulus postea. Ad q. respondendum est secundùm magistrum Ioan. de Tur. cre. vbi suprà, quòd conuersio Matthæi fuit mirabilis, ex triplici parte. Primò ex parte Christi vocantis, quia Christus vocauit eum adhuc à malis, non desistentem, quia occupatum in telonio vocauit ad gratiam. Secundò ex parte vocati: quia ita subitò ad vnicum verbum secutus est Christum sine viso miraculo aliquo. Tertiò ex parte officij: quia vocatus est de telonio sicut Petrus de piscatione: telonij enim officio nihil est deterius, & periculosius: quia vix sine peccato illud officium exerceri potest.

In festo sancti Matthei apostoli & euangelistæ, Euang. Matt. ix. cap.

IN illo tempore, [a] cũ transiret Iesus inde, [b] vidit hominem [c] sedentem in telonio [d] Matthæum nomine. [e] Et ait illi, Sequere me: & [f] surgens secutus est eum. [g] Et factũ est discumbente eo in domo, [h] ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. [i] Et videntes Pharisæi [k] dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, [m] ait, [n] Nõ est opus valẽtibus p medicus, sed malè habentibus. q Euntes autẽ discite quid est, Misericordiã volo & non sacrificium. r Non enim veni vocare iustos, [s] sed peccatores.

Sequere me. Mat. à Dño intima voce vocat⁹, secutus est dominum quia vsurarij & ceteri telonei quando eos vocabit Dominus: qui Dominum sequi renuunt mittentur in carcerem aut restitutionem faciet. Quia extra lib. vi. de ec. iuris dicitur, Non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

POSTILLA.

IN illo tempore, cum transiret Iesus inde vidit hominem sedentem, &c. Mat. ix. Lu. v. Mar. ij. Hist. euãg. facta est ann. Christi xxxj. v. idus Iunij, fer. ij. Lu. x. Ind. iiij. Ante initiũ huius euãg. scribit

S. Matth. in eod. cap. quòd Christus sanauit paralyticum, qui fuit portatus in lecto ante illũ in cõspectu totius populi. Cui Christus ait, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuã. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie. a [Et cùm transiret Iesus inde] i. de Galilæa. b [Vidit ho.] Gor. tam intuitu corporis quàm mentis. c [Sedentem in te.] Lyr. est locus in quo solebant cãpsores sedere, quod quidem negotium vix aut nunquam, exerceri potest sine peccato: vt dicit Greg. Vel secundùm Gorr. est locus in quo soluebantur publica vectigalia. d [Matthæum nomine.] Gloss. cæteri Euangelistæ propter verecundiam non appellant eum nomine vulgato: sed Leui. Binomius enim fuit ipse. Matthæũ verò se nominat propter humilitatẽ. e [Et ait illi, sequere me.] Ly. Matthæum talibus occupatum vocauit vt de gratia Dei nullus desperet: quantũcunque fuerit in vilibus occupatus. f [Et surgens secutus est eum] sine aliqua dilatione quia sicut poterat mouere aurem exterius verbo: ita etiam interius mentem inspirando. Sicut enim pãssiqni propinquus illos qui ad ipsum capiendum venerãt, solo verbo prostrauit, dicẽs, Ego sum. vt habetur Ioan. xviij. ita solo verbo poterat quoscunque ad se trahere: & in hoc apparebat virtus diuinitatis in eo. g [Et factum est discũbente eo in domo] prout Luc. v. dicitur. Et fecit ei conuiuium magnũ Leui in domo sua. h [Ecce multi publicani & peccatores veniẽtes discumbebant cum Iesu] Lyra, fuerunt enim socij Matthæi: & recedẽs ab eis & volẽs sequi Christum fecit eis conuiuium. i [Et videntes Pharisæi.] Ly. Pharisæi in populo Iudęorum reputabantur religiosi: vnde etiam in habitu ab aliis erant distincti. videntes igitur Christum cum publicanis & peccatoribus manducantem: indignè ferebant & murmurabant. k [Dicebant discipulis suis.] Gor. consuetudo detractorum est loqui de alio non in facie eius. Vnde quando discipuli eius videbantur eis peccare: alloquebantur Magistrum, vt patet Matt. xij. Abiit Iesus sabbato per sata. Discipuli autẽ eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare. Pharisæi autẽ videntes dixerunt ei, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbato. Quando verò Magister videbatur eis peccare, alloquebantur discipulos vt hîc. l [Quia cũ publicanis & peccatoribus mãducat magister vester. At Iesus audiens] s. verba Pharisæorum. m [Ait] pro se & discipulis. n [Non est opus] i. necessarium. o [Valẽtibus] i. sanis. p [Medicus sed malè habentibus.] Ly. videmus enim quòd medicus familiarius se habet ad infirmum qui eo indiget quàm ad sanum. Cùm ergo Christus sit verus medicus animarum, vt dicitur in Psal. cvj. Misit verbum suum & sanauit eos: ideò familiariter se debuit habere ad peccatores qui fuerunt infirmi spirituali infirmitate. Secundò respondet eis per auctoritatem quæ habetur Oseæ vj. q [Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & nõ sacrificium.] Ly. q. d. Si hanc scripturam cõsyderatis inuenietis me facere secundùm ipsam. Gor. misericordiam volo pro peccatorum dimissione & non sacrificiũ per holocaustorum oblationem. Pro. xij. facere misericordiam & iudicium magis placet Deo quã victimæ. r [Nõ enim veni vo. iustos.] Gor. s. ad pœnitentiam. s [Sed pecca.] vt corrigãtur.

QVAESTIO XVIII.

Circa Euangelium in festo S. Matthæi Apostoli, oritur quęstio, Vtrum Matthęus Euangelista conuenienter inter Euangelistas designatur figura hominis? Arguitur quòd non: Matthæus non est locutus sapientius, aut nobilius, quam cæteri Euangelistæ: quia eodem spiritu edocti sunt, ergo non videtur conueniẽter quòd ipse plus designatur figura rationalis animalis quam aliis. In oppositum, Ezech. qui descripsit Matthæum in figura hominis nihil inconuenienter describendo egit: quia hoc fecit spiritu prophetico. Igitur. Ad argumentum dicitur negãdo consequentiã: & ratio est, quia Matthæus non designatur in figura hominis, eò quòd sapiẽtius quàm alij locutus sit: sed ratione materiæ: de qua in Euangelio suo loquitur. Ad quæstionem respondeo per vnam conclusionem quæ talis est, Matthæus conuenienter in figura hominis describitur: patet, quia facies designatur secundùm materiam principalem cuiuslibet Euangelij, in facie hominis designatur Euangelium Matthæi, quia principaliter de Christi humanitate tractat: designatur autem Matthæus per faciem hominis, quia homo est animal rationale, mansuetum & ciuile: sic Matthæus vixit rationabiliter, mansuetè & ciuiliter, non ciuilitate politica sed ciuilitate qua efficiuntur ciues sanctorum & domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum: secundùm quod dixit Apostolus ad Hebr. ij.

In festo sancti Michaëlis archangeli, Euang. secundùm Mat. xviij. c.

IN illo tempore, accesserũt discipuli ad Iesum dicentes, † Quis putas maior est in regno cælorũ? Et aduocans Iesus paruulum, b statuit eum in medio eorũ, c & dixit, Amen dico vobis, nisi cõuersi fueritis, d & efficiamini sicut paruuli, e non intrabitis in regnum cælorum. f Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic maior est in regno cælorum. g Et qui susceperit paruulum, vnum talem in nomine

Quis putas maior est in regno cælorum? Si quis p ambitionem voluisti in mundo fit cæteris maior fieri velit, erit omnium minimus, tamẽ inter beatos maioritas erit: nã quãtoquis maior virtutibus & meritis abundabit tãto maior & gloriosior erit: vt vult mag. sentẽ. lib. iiij. di. xlix. de differẽtia mansionũ in cęlo, & in Inferno.

nomine meo,[h] me suscepit.[i] Qui autem scandalizauerit vnum[k] de pusillis istis,[l] qui in me credunt [m] expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.[n] Væ mundo à scandalis. [o] Necesse est enim, vt veniant scandala.[p] Veruntamen væ homini per quem scandalum venit.[q] Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te,[r] abscinde eum, & proiice abs te. Bonum est tibi in vitam ingredi debilem, vel claudum: quam duas manus, aut duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonum est tibi vnum oculum habentem, in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.[s] Videte ne contemnatis vnum ex pusillis his.[t] Dico enim vobis, quia angeli eorum [v] semper vident faciem Patris mei, [x] qui in cælis est.

POSTILLA.

IN illo tēpore, accesſ. dis.ad Ie.di.&c. Matth.xvij.Marc.ix.Luc.ix. Histor. huius Euang. facta est anno Christi xxxij.vj.kal.Septemb.fer.v. Lun.xij. Indict. v. Ante initium huius Euangel. scribit sanct. Matth. in præcedenti capit. quòd accesserunt qui didrachmam accipiebant, ad Petrum: & dixerunt, Magister vester non soluit didrachmam. Ait, Etiam. Et cùm intrasset domum, prçuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? A filiis suis, vel ab alienis? Et ille dixit ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare: & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te: & tunc sequitur Euang. hod. a [Accesſ.&c. & aduo. Ie. par.] Lyr. sanctum Martialem, qui postea à Beato Petro missus in Galliam ibidem fidem catholicam prædicauit. b [Stat. eum in med. eorum.] Lyr. vt ab omnibus videretur, & attentè consyderaretur. c [Et dixit, Amen dico vob. nisi conuer. fu.] Ly. ab elatione vestra: quia Luc. ix. habetur, quòd intrauit in eos cogitatio: quis eorum esset maior: ergo Christus dixit eis, Nisi conuersi fueritis. d [Et effic. sicut par.] id est, humiles & paruuli in vestra reputatione. e [Non intra. in reg. cæl.] Lyr. de quo dæmonia eiecta sunt per superbiam. Et ideo oportet homines illuc venire per viam contrariam, scilicet, per humilitatem: ergo subdit Christus, f [Quicunque ergo hu.&c.] Lyr. q.d. Ille qui erit hîc humilior erit maior in regno cælorum: vt patet Luc. xiiij. Qui se humiliat, exaltabitur. g [Et qui susce. par. vnum talem in nomi. meo.] Gor. id est, propter meum amorem. h [Me suscepit.] Ly. nam qui recipit proximum propter Christum dicitur Christum recipere. Exemplum huius habemus in legenda sancti Martini: vbi dicitur quòd Christus se vestitum ostendit illa parte chlamydis, quam beatus Martin. dederat pauperi propter Christum. i [Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis] Ly. scandalizare aliquem est facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto suo malo & hoc est propriè inferre nocumentum ex parte animæ: quod est contra charitatem proximi, & ideo talis faciens alium sic ruere, si facit hoc ex intentione siue aduertentia semper peccat mortaliter: etiam si dictum, vel factum ex quo alius ruit non esset de genere peccati mortalis. Sicut dicens mendacium iocosum mulieri intentione pertrahendi eam ad adulterium, est peccatum mortale ex intentione finis: ergo dicit, Qui scandalizauerit vnum. Gor. multo magis qui plures. k [De pusillis istis.] id est, infirmis. vnde Hier. Qui scandalizatur, rectè pusillus dicitur, quia qui magnus est, id est, robustus in fide: & charitate moueri non potest, vt patet Prouer. xix. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. l [Qui in me cred.] Gor. magis est vitandum scandalum fidelium, quam infidelium. m [Expedit enim, vt suspen. mola asin. in collo eius.] Lyr. euangelista ibi loquitur ad modum terræ Palæsthinorum: in qua condemnati ad mortem ligato saxo ad collum præcipitabantur in mare. Sensus est ergo, Expedit ei. Ly. id est, melius esset homini mori corporaliter: quam ex malo suo exemplo facere alium labi in peccatum mortale: quia ex hoc meretur mortem æternam: quç grauior est morte corporali. n [Væ mundo à scand.] id est, mundanis hominibus: qui non curant scandalizare proximos: vt patet j. Cor. viij. Si esca mea scandalizat proximum meum, non manducabo carnes in çternum. o [Necesse est enim vt ve. scan.] Ly. non est necessitas absoluta: sed ex suppositione. Si enim homines volunt viuere mundanè, id est, in omnibus voluntatem suam adimplere, necessariò sequitur ad hoc scandalum aliorum: quia non formidant proximos scandalizare. p [Veruntamen væ homini illi per quem scan. ve.] scilicet actiuè proximum scandalizando. q [Si autem man. tua vel pes tuus scan. te.] Ly. id est, tibi est occasio ruinæ in peccatum per tactum inhonestum vel per gressum dissolutum, &c. r [Abscinde & proiice abs te. Bonum, &c] Lyr. non quòd aliquod membrum sit amputandum ad vitandum peccatum. Membra enim corporis sunt à

Ad veram humilitatē tria requirūtur: primū dicitur subiectio sui annihilatio, s. q̄ reputet se omnib[us] viliorem. Secūdum dicitur propter aliorum exemplum. Tertiū vt dona Dei quę in se habet abscondat nisi inquātum adest honor Dei & bonum proximi. de Cla. in sua Sum.

Membrū ppriū sum ptū & stri- ctè est secū dum Bart. & Ioan.de Imol. in l. circa fin de p. ver in princi pio, pars corporis habēs offi cium sepa ratum & di stinctum, vt manus ad palpan dum & pe des ad am buládum.

Deo data: & ideo non est in potestate alicui per- sonę absciñdere sibi membrū, sicut nec seipsum occidere. Tum quia per hoc non excluditur concupiscētia interior in qua viget peccatum. Tum quia per aliam viam possunt melius ob- uiare peccato per rationem, scilicet, vt liberum arbitrium cohibēdo membrum à peccati exer- citio: & sic dicitur manus absciddi inquantum prohibetur ab illicito tactu: & pes prohibetur ab illicito gressu, oculus ab illicito visu: & ista abscissio est meritoria & laudabilis, non autem illa quę est per membrorum priuationem. s[Vi dete ne contem.&c.] Ly. quia quantumcunque homo sit paruulus in hoc mundo, tamen habet angelum à Deo ad sui custodiam: & ideo si ho- mines minimi sic à Deo honorantur, multo for- tius à nobis honorandi sunt: ideo subdit Chri- stus, t[Dico enim vobis: quia an.eo.] scilicet, as- signati ipsis. v[Semper vident fa. Patris mei.] Lyr. quia quantumcunque mittantur ad tem- poralium rerum administrationem tamen sem per Deo adhærēt per apertam visionem. x[Qui in cælis est.] Ly. sicut enim Deus est vbique per essentiam, pręsentiam, & potentiam: tamen spe cialiter dicitur esse vbi adest cum Beatis per a- pertam visionem.

QVAESTIO XIX.

Circa Euang. in festo sancti Michaelis ar- chang. oritur q. Vtrum angeli sint à Deo custodię hominum deputati? Arguitur quòd non: custodia & conseruatio hominum est per gratiam, sed Deus gratiam infundit immedia- tè animæ: & non per angelos. Igitur. In opposi- tum Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Igitur ad ar- gumentum dicitur negando consequentiam: & ratio est quia conseruatio quæ fit à Deo sicut à principali agente est infundendo gratiam: sed custodia angelorum nō est per infusionem gra- tiæ, sed eorum est præparare homines ad susce ptionem gratiæ per illuminationes: & alia ho- mini pertinentia ad eorum custodiam. Ad q. re spondendum est secundùm magistr. Ioann. de Tur.cre. in q. super Euang. per vnam conclusio- nem, quæ talis est, Angeli deputati sunt ex diui na prouidentia ad custodiam hominum. Patet conclu. quia Deus pronior est ad miserendum quam ad puniendum: sed Deus hominibus de dit dæmones ad exercitium: vt habetur ad Eph. vj. Non est nobis colluctatio, &c. ergo videtur q multò fortius dedit angelos ad custodiendum.

In festo sancti Lucæ Euangelistæ.

In illo tempore, dixit Iesus disci- pulis suis, Hæc mando vobis, &c.

Hoc Euangelium cum sua postilla quęre in- frà in communi sanctorum de Apostolis.

In festo sanctorum Sim. & Iud. apostolor.

In illo tempore, Videns Iesus tur- bas ascen. in montem, &c.

Hoc Euangelium cum sua postilla quęre in- frà in communi sanctorum de Martyribus.

In vigilia omnium Sanctorum, Euangel. se- cundùm Luc. vj. cap.

Descendens Iesus de monte stetit in loco campe. &c.

Istud Euang. require infrà in communi plu- rimorum Martyrum.

In festo omnium Sanctorum.

In illo tempore, videns Iesus turb. ascendit in montem, &c.

Hoc Euangelium cum sua postilla quære infrà de pluribus Martyribus.

In festo sancti Martini.

In illo tempore, dixit Iesus discip. suis, Sint lumbi vestri præcin. &c.

In festo sanctæ Catharinæ.

In illo tempore, dixit Iesus disci. suis parabolam hanc, Simile est re- gnum cælorum the. &c.

Hæc duo euangelia cum suis postillis quære infrà in communi sanctorum de Virginibus.

Cætera de sanctis euangelia cum ipsorum postilla vide in communi sanctorum.

INCIPIT POSTILLA de communi Sanctorum: & pri- mò de Apostolis, Euang. secundùm Ioan. xv. cap.

IN illo tempore, dixit Ie- sus discipulis suis, [a] Hoc est præceptum meum, vt di ligatis [†] inuicem, [b] sicut dilexi vos. [c] Maiorem autem dilectio- nem nemo habet, quàm vt animam suā ponat quis pro amicis suis. [d] Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis [e] Iam non dicam vos seruos, [f] quia seruus nescit quid fa- ciat dominus eius. [g] Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque au diui à Patre meo nota feci vobis [h] Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, [i] & posui vos vt eatis, [k] & fru- ctum afferatis, [l] & fructus vester ma- neat: [m] vt quodcunque petieritis Pa- trem in nomine meo, [n] det vobis.

† Diligatis inuicē. Dominus Iesus de dilectione fraterna, dicit quod nos debem' diligere mutua charitate proximū nostrū sicut nosmetipsos, i. illi sicut nobis bene velle, illū protegere illum adiuuare quantum nobis possibile est: vt habetur in præceptis decalogi, Diliges proximū tuū sicut teipsum.

POSTILLA.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum meũ.&c. Ioan.xv. Hoc euang. dixit Dominus Iesus anno eius xxxiij. ix. kal. Aprilis. fer.v. cœnę Domini, lu.xiiij. Indi.v. Ante initium huius euang. scribit sanctus Io. in eod.c. quòd Christus dixit discipulis suis, Ego sum vitis vera: & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Tunc sequitur euang. hodiern. a [Hoc est præceptum meum.] Gor. Non verbo, vel lingua tantum: sed opere & veritate. b [Sicut dile. vos.] quod autem ipse opere dilexit eos monstrat, cum dicit, c [Maiorem autem dile. nemo habet, quàm vt animam, &c.] Gor. quasi dicat, Nihil plus potest facere quàm vitam dare quæ omnibus est charior, vt patet Ephes.v. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Idem Iere. xij. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam in manus inimicorum eius. d [Vos amici mei estis si feceri. quæ ego præcipio vobis.] Gor. ex amore vt amici, non ex timore vt serui. e [Iam non dicam vos seruos.] Lyr. timore seruili subiectos esse. f [Quia seruus nescit quid faciat dominus eius.] Ly. hoc videmus in humanis. Secreta enim reuelantur filiis: cuiusmodi erant apostoli, qui Christo erant subiecti amore filiali: ideo subditur, g [Vos autem dixi ami. quia omnia quæcũque audi. à Patre meo nota fe. vo.] Hoc non est intelligendũ de omnibus simpliciter, & absolutè: quia apostoli non habuerunt tantam plenitudinem scietiæ sicut Christus: sed est intelligendum de omnibus pertinentibus ad eorum statum: scilicet quæ pertinent ad eorum salutem, & fidei & morum prædicationem, & ecclesiæ gubernationem. h [Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.] scilicet ad apostolatum. i [Et posui vos vt eatis.] Tho. circumeũdo per mundum. k [Et fructum affe.] per gentium conuersionem. l [Et fructus vester maneat.] Lyr. quia fides ecclesiæ manebit vsque in finẽ mundi: quantũcunque tribulationibus impetatur. m [Vt quodcunque pe. Patrem in nomine meo.] Gor. quod sit ad vestram salutem. n [Det vobis.] Thom. nomen enim ipsius est Iesus, id est, saluator. Vnde in nomine eius petit, qui petit aliquid, vt dirigens, & promouens ad salutem vel ipsam salutem in se, vt patet Matth. vj. Primum quærite regnum Dei, &c.

QVAESTIO XX.

CIrca euang. de communi Apostolorum, oritur q. Vtrum ille qui est nobis coniunctus secundùm carnalem originem sit magis diligendus? Arguitur quòd non: probatio dilectionis est exhibitio operis, vt Greg. dixit in homilia: sed quibusdã magis debemus impendere opera dilectionis quàm etiam consanguineis: sicut magis est obediendum in exercitu duci quàm patri: ergo illi qui sunt sanguine coniuncti, non sunt maximè diligendi. In oppositum: in mandatis Decalogi specialiter mandatur vt parentes honoremus: patet Exo. xx. ergo illi qui sunt nobis coniuncti secundùm carnis originem sunt à nobis specialius diligendi. Ad argu. dicitur quòd ex hoc quòd duci exercitus magis obeditur in bello, quam patri, non probatur quòd simpliciter pater minus diligatur sed quominus diligatur secundùm quid id est secundũ dilectione bellicæ contentionis. Ad q. respõdendum est secundùm Tho. ij.ij.q. xxv. per vnam conclusionem quæ talis est, Illi qui sunt nobis coniuncti sunt ex charitate magis diligendi: tum quia natura intensius diliguntur, tum quia pluribus rationibus diliguntur: intentio autem dilectionis est ex coniunctione dilecti ad diligentem; & amicitia consanguineorum fundatur, in coniunctione naturalis originis: quæ quidem coniunctio est prior & immobilior.

Aliud euangelium de apostol. Ioan.xv.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. b Si mundus vos odit, [c] scitote d quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, e mũdus quod suum erat, diligeret, [f] quia verò de mundo non estis, [g] sed ego vos elegi de mundo, propterea odit vos mundus. h Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Nõ est seruus maior domino suo Si me persecuti sunt, & vos persequentur. i Si sermonem meum seruauerint, & vestrum seruabunt. k Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, [l] quia nesciunt eum qui me misit. [m] Si non venissem, [n] & locutus eis non fuissem, o peccatum non haberent. [p] Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. [q] Qui me odit, & Patrem meum odit. [r] Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, [s] peccatum non haberent. [t] Nunc autem & viderunt, [v] & oderunt me, & Patrẽ meum. [x] Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, [y] quia odio habuerunt me gratis.

Si mũdus vos odit. Discipuli Dñi odio hominib' mũdi tempore corũ prædicationis erant & grauem persecutionem passi sunt: quia stulta & ignara gẽs mũdi Christum Dñm quem prædicabant noncognouit. Namq beatos apostolos persequebantur, auxiliũ & obsequiũ Deo existimabant, velu ti bonum agere existimantes. Alij verò impetu iræ malę in apostolos sæuientes. Vnde Ioã. xvi. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequiũ præstare Deo.

POSTILLA.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Hæc mando vobis, &c. Ioã. xv. Hæc verba sacri Euangelij locutus est Dominus Iesus anno eius xxxiij. ix. kal. April. fer. v. Cœnæ Domini, Luna xiiij. Indict. xj. Ante initium huius Euang. scribit S. Ioan. in eod. ca. quòd Christus dixit discipulis, Ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Tunc sequitur Euang. hodier. a [Hæc mando vobis, vt dil. inui.] Tho. s. mutua dilectione: est enim illud quod ego præ cæteris commendo, & præcipio. b [Si mundus vos odit.] Ly. hic accipitur si pro quia. q. d. Quia futurũ est vt mũdus vos odiat. c [Scitote.] Ly. ad consolationẽ vestrã. d [Quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo vos fuissetis.] Tho. i. de numero hominum mundanorum & amatorum mundi. e [Mundus quod suũ erat, diligeret.] Tho. i. amatores mundi vos tanquam sibi cõformes diligerent. Similitudo enim & conuenientia est causa amoris. Eccles. xiij. Omne animal diligit sibi simile. f [Quia ergo de mundo nõ estis] i. rebus mũdi per amorem adhærẽtes. g [Sed ego elegi vos de mũdo propterea odit vos mundus.] Tho. s. mali homines qui vos odiunt & persequuntur velut contemptores eorum quæ ipsi amant. Lyr. dissimilitudo enim est causa odij: Apostoli autẽ dissimiles erant hominibus mundanis: & ideo non debebãt admirari si odio eos habuerũt. h [Memẽtote sermonis mei, &c. Si me persecuti sunt & vos persequentur.] Thom. si caput persecuti sunt persequentur & membra: Christus autem est caput Apostolorũ, & ideo exemplo Christi debebant patienter tolerare tribulationes persequẽtium. i [Si sermonẽ meum seruauerint, & vestrum seruabunt.] Tho. q. d. Sicut contempserunt & nõ impleuerunt meos sermones, sic etiam non implebunt vestros. k [Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum.] Tho. id est propter amorẽ nominis mei. l [Quia nesciunt eum qui me misit.] Lyr. s. Deum Patrem: licèt cognoscerent Deum inquãtum est Pater omnium per creationem: non tamen cognouerunt eum inquantum misit Filium suum ad salutem credentium: ista tamen ignorantia non excusabat eos in persecutione Christi & Apostolorum: quia procedebat ex odio, & inuidia. m [Si non venissem] carnem assumendo. n [Et locutus eis non fuissem.] Docendo verbis & exemplis. o [Peccatum non haberent] s. peccatum infidelitatis. p [Nunc autem excu. non habent de peccato suo.] Tho. quia veni & locutus sum eis veritatem. q [Qui me odit & Patrem meum odit.] Tho. quorũ vna est maiestas, vnus honor, vnus amor, & vnum odium. r [Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit.] Tho. vt ambulare super aquas, pascere quinque millia hominum de quinque panibus & duobus piscibus. Io. 1. v. Similiter patet ex illuminatione cæci nati, Ioan. ix. & in suscitatione Lazari quatriduani, Ioan. xj. s [Peccatum non haberent,] Tho. tam grande. t [Nunc autem viderunt.] Thom. opera & mirabilia quæ operatus sum in eis. v [Et oderunt me & Patrem meum] Ly. quia ex odio ad Christum ipsi opera Christi attribuerunt Beelzebub principi dæmoniorum, vt habetur Matth. xij. cap. x [Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est.] vt patet in Psal. xxiiij. y [Quia odio habuerunt me gratis.] id est, sine causa: imò econtrario habebant causam amandi eum ex beneficiis eis impensis in docendo eos, sanando eorum infirmos, &c.

Similitudo est causa amoris: dissimilitudo causa odij.

QVAESTIO XXI.

CIrca Euangelium de communi Apostolorum, oritur quæstio, Vtrũ odium proximi sit grauissimũ peccatorum eorum quæ in proximum committuntur? Arguitur quòd sic, dicitur enim j. Ioan. iij. Omnis qui odit fratrem homicida est, sed homicidium est grauissimũ peccatorum inter ea quæ cõmittuntur in proximum: ergo & odium. In oppositum: malum dicitur quod nocet: vt dicit Augustinus in Enchiridio: sed plus nocet aliquis proximo per alia peccata quã per odium, vt per furtum, homicidium, & adulterium, ergo odium non est grauissimum peccatum. Ad quæstionẽ respondendum est secũdùm Tho. ij. ij. q. xxxiiij. quòd peccatum quod committitur in proximum habet rationem mali ex duobus. Vno modo ex deordinatione eius qui peccat. Alio modo ex nocumento quod infertur ei contra quem peccatur: primo ergo modo odium est maius peccatum quam exteriores actus qui sunt ex proximi nocumento: quia scilicet per odium determinatur volũtas hominis quæ est potissimum in homine, & ex qua est radix peccati, vt etiam si exteriores actus inordinati essent ab ordinatione voluntatis non essent peccata: putà cùm aliquis ignoranter vel zelo iustitiæ hominem occidit: & si quid culpæ est in exterioribus peccatis quę contra proximum committuntur, totum est exteriori odio, sed quantum ad nocumentũ quod proximo infertur, peiora sunt exteriora peccata, quã interius odium. Ex hoc patet ratio ad argumenta ad ambas partes facta.

Aliud Euangelium de Apostolis, secundùm Ioan. xv. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Ego sum vitis vera [b] & Pater meus agricola est. [c] Omnẽ palmitem in me non ferentem fructum, [d] tollet eum: [e] & omnem qui fert fru-

Ego sum vitis vera. Xps Dominus se simi lem viti dicit, & disci pulos suos palmitib•

pares, & bene: nam sicut palmites sine vite nō faciunt fructum, sic nec discipuli sine Christo domino fructū facere possūt. Primò dicit Dñs, Palmes q nō fert fructū abscindetur & in ignem mittetur: palmites sine fructu sūt viri Dei ecclesię beneficia tenētes ergo Deum timeant hi viri & fructū faciāt, nam Dominus eos misit vt fructū faciāt: vnde Ioā. xv. Posui vos vt eatis & fructum afferatis.

ctum purgabit eum, [f] vt fructum plus afferat. [g] Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. [h] Manete in me & ego in vobis. [i] Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite: [k] sic nec vos, [l] nisi in me manseritis. [m] Ego sum vitis & vos palmites. [n] Qui manet in me, [o] & ego in eo, [p] hic fert fructum multum, [q] quia sine me nihil potestis facere. [r] Si quis in me non manserit, mittetur foras, [s] sicut palmes, [t] & arescet, [v] & colligent eum, [x] & in ignem mittent, [y] & ardet. [z] Si manseritis in me, [a] & verba mea in vobis manserint quodcunque volueritis [c] petetis, & fiet vobis.

POSTILLA.

EGo sum vitis vera, & Pater meus, &c. Ioan. xv. hoc sacrum Euangelium locutus est Iesus anno eius xxxiij. ix. kal. April. fer. v. cœnæ domini, luna xiiij. indictio. vj. Ante initium illius Euangelij scribit sanctus Ioan. in præcedenti capit. quòd Christus dixit discipulis suis, Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo. tunc postmodum sequitur Euangelium hodiernum. a [Ego sum vitis vera.] Lyr. sicut enim vitis materialis habet lignum vile, & despectum & quasi inutile videtur cùm tamē fructus optimos habeat. Ita' Christus in humana natura abiectus vilis & despectus: & tamen per eius humanitatem secutus est fructus gloriosus: vnius enim naturæ sunt vitis & pal. & ideo Christus dicitur vitis ratione humanitatis, in qua natura est fidelibus hominibus similis. b [Et Pater meus agricola est.] Tho. sicut enim agricola colit vineam vel agrum vt fructificet: sic Deus animam. c [Omnem palmitem in me non ferentem fructum, id est, eos qui sola fide sunt adhærentes Christo: sed non per charitatem operantem. d [Tollet eum.] quia talis infructuosus & otiosus homo abscindetur per condemnationis sententiam, scilicet, in morte & mittetur in ignem æternum, vt patet Matth. vij. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. e [Et omnem qui fert fructum purgabit eum.] Lyr. per mundi tribulationes quæ sunt quædam medicinæ & purgationes. f [Vt fructum plus afferat.] Lyr. sicut in vite materiali aliqui palmites etiam fructuosi rescinduntur: ne humor nimis dispergatur, & sic virtus vnita fortificatur & magis fructificat: sic per tribulationes iucunditatem vitæ præsentis fidelibus rescindentes, corda eorum retrahuntur ab amore mundialium: & sic in tota recollecta feruentius feruntur in Deum & faciunt maiorem fructum bonorum operum. g [Iam vos mundi estis propter sermo. quem locutus sum vobis.] Gorr. Iste fuit sermo fidei qui purificat credentes: vt patet Act. xv. Fide purificans corda eorum. h [Manere in me, & ego in vobis.] Ly. per fidem & charitatem formatam: per quam est homo in Deo, & Deus in homine. i [Sicut pal. non po. ferre fru. à semetipso nisi manse. in vite.] Ly. Hoc videmus in vite materiali: quia ferre fructum non potest nisi particeps sit humoris, & pinguedinis ipsius stipitis. k [Sic nec vos.] Tho. Fructum aliquem potestis facere, id est, opus aliquod meritorium vitæ æternæ. l [Nisi in me manseritis] per fidem & amorem. m [Ego sum vitis, & vos pal.] Lyr. quasi dicat, Si vultis fructificare, manete in me. n [Qui manet in me.] Gor. credendo, & obediendo. o [Et ego in eo.] illuminando, subueniendo & perseuerantiam dando. p [Hic fert fru. mul.] scilicet, bonorum operum. q [Quia sine me nihil pot. face.] Tho. nec parum, nec multum, imò nec cogitare aliquid boni. Vnde apostolus, ij. Cor. iiij. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. r [Si quis in me non mans. mi. foras.] scilicet, per abscissionem in morte. s [Si. pal.] Gorr. sicut palmes in vite separatus extra vineam proiicitur, sic infidelis per separationem ab vnitate ecclesiæ: vt patet Apoc. vlti. Foris canes, & venefici, & impudici. t [Et arescet] per amissionem humoris gratię. [Et colligent eum.] s. angeli executores diuinæ iustitiæ. x [Et in ignem mit.] s. infernalem. y [Et ardet.] sine fine in perpetuitate pœnæ. z [Si manseritis in me.] per dilectionem. a [Et verba mea in vo. manse.] quod fit vt dicitur in Gloss. quando facimus quod Christus præcepit: & diligimus quod promittit. b [Quodcunque volue.] Tho. desyderio & affectione. c [Petetis.] in oratione discretè, & perseueranter. d [Et fiet vobis.] Lyr. de pertinentibus ad salutem vestram.

Quomodo in Deo manere debemus.

QVAESTIO XXII.

CIrca Euangelium de apostolis, oritur q. Vtrum ille in quo Deus non manet per gratiam, possit Dei mandata adimplere? Arguitur quòd sic: non existens in gratia potest honorare patrem, & abstinere ab opere seruili in diebus festis: & hoc est mandata Dei obseruare. Igitur. In oppositum: obseruatio mandatorum Dei facit hominem dignum vita æterna: patet Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei: sed ille in quo Deus non est per gratiam, non est dignus vita æterna. Igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Nicol. de Orbell. ij. Sentent. distinctio. xiij. quæstio. ij. post Bonauent. quòd ille in quo Deus non est per gratiam potest seruare man-

data Dei quantùm ad genus operis, & vitationem pœnæ: & de tali modo obseruandi intelligitur arg. ad partem negatiuam factum: non tamen potest obseruare mandata Dei, quantum ad intentionem mandantis, & meritum gloriæ & radicem quæ dicitur charitas: patet, quia ille non potest mereri de condigno vitam ęternam sine gratia gratum faciente, quę facit opus Deo acceptum, quam gratiam non habet.

De vno Martyre, Euangelium secundùm Matth. cap. xvj.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Si quis vult post me venire, [b] abneget semetipsum, [c] & tollat crucem suam, [d] & sequatur me. [e] Qui enim voluerit animam suam saluam facere, [f] perdet † eam. [g] Qui autem perdiderit animam suam propter me, [h] inueniet eam. [i] Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, [k] animæ verò detrimentum patiatur? [l] Aut quam dabit homo commutationem [m] pro anima sua? [n] Filius enim hominis [o] venturus est [p] in gloria Patris sui cum angelis suis: [q] & tunc reddet vnicuique secundùm opera sua.

Qui voluerit animā suam saluā facere per. eam. Qui in hoc mundo laudantur in delitias & voluptatibus viuere voluntumentes ne in vita deficiāt, nihil p animarū suarum salute agere cupientes certè animā suā perdēt: vt patet de diuite cui dictum est Lucæ xii. Stulte hac nocte repetēt animā tuam a te.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, &c. Matth. xvj. Mar. viij. Lu. ix. Hanc historiam huius euangelij locutus est Iesus anno eius xxxij. kal. Aug. fer. v. lu xiiij. Indict. v. Ante initium huius Euang. scribit sanctus Matth. in eod. cap. quòd cœpit Iesus ostendere discipulis suis quòd oportet eum ire in Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens, Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro, Vade post me satanas: scandalum mihi es. Ly. i. quantum est in te vis me à salute mundi impedire: quia non sapis quæ Dei sunt: sed ea quæ hominum. Ly. Petrus dixit ista verba Iesu Christo motus ex affectu humano. Tunc dixit Iesus discipulis suis, a [Si quis vult post me venire.] Lyr. Meam doctrinam & facta sequendo. b [Abneget semetipsum.] Gorr. id est, proprium sensum & propriam voluntatem. c [Et tollat crucem suam.] id est, carnis castigationem. d [Et sequatur me.] Gorr. perfecta scilicet, virtute & imitatione. Vnde Bern. O quam pauci volunt ire post te domine: & ad te peruenire, nemo est qui nolit: conregnare cupiunt, sed non compati. e [Qui enim voluerit animam suam saluam facere.] Lyr. quantum ad meritum vitæ æternæ. f [Perdet eam] id est, destruet corpus laboribus & passionibus exponendo: ex quibus sequitur separatio animæ à corpore, & hoc est animam perdere secundùm æstimationem falsam hominum carnalium, licèt sit saluare secundùm veritatem g [Qui autem perdiderit animam suam propter me.] Lyr. scilicet, propter Deum mortem sustinendo. h [Inueniet eam] in futura gloria. i [Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur.] Gorr. de quo nihil secum moriens poterit portare nisi peccatum: imò quantum plus acquisiuit de mundo: tanto plus acquisiuit de Inferno. Vnde Apocalyps. xviij. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit: tantum date illi tormentum & luctum. k [Animæ autem suæ detrimentum patiatur.] Gor. scilicet, amittendo gloriam, incurrendo pœnam æternam, & perdendo humanam substantiam, quasi dicat, Totum inutile fit. Vnde Ambros. Nihil prodest lucrifacere temporalia, si perdantur æterna. Exponitur etiam hoc de illis qui lucrantur animas aliorum & suas proprias negligunt. l [Aut quam dabit homo commutationem.] Gorr. id est, redemptionem. m [Pro anima sua.] scilicet, damnata, quasi dicat, Si daretur pro ea, mundus non liberaretur: quia secundùm Bedam in Inferno nulla est redemptio, nec dolorum mitigatio. n [Filius enim hominis.] id est, qui est verus homo. o [Venturus est.] scilicet, ad iudicium. p [In gloria Patris.] Lyr. quia in forma gloriosa iudicabit. q [Et tunc reddet vnicuique secundùm opera sua.] Lyr. iustis gloriam corporis & animæ, malis autem pœnam corporis & animæ. Vnde Apocalyps. xiiij. Opera enim illorum sequuntur illos.

QVAESTIO XXIII.

CIrca Euangelium de vno Martyre, oritur quæstio, Vtrùm ad consecutionem æternæ beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum & tollere crucem suam, & sequi Christum? Arguitur quòd non: dicitur ad Ephes. v. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Nam homo naturaliter diligit vitam suam corporalem: ergo ad consecutionem vitæ æternæ non est necessarium abnegare seipsum. Igitur. In oppositum est Euangelium præsens. Ad arg. dicitur negádo cósequentiam, & ratio est, quia non dicimus quòd ad consecutionem vitæ æternæ debemus nos interficere, vt destruamus naturam, quia nemo carnem suam odio habuit. ad Ephes. v. Sed abnegemus nos, scilicet, sensibilem naturam in his quæ repugnant, & contra-

ſiantur rationi, vel quæ retardant nos à conſecutióne bonorum ſpiritualium, refrænemus & humiliemus rationi, ſicut dixit Apoſtolus, j.Cor. ix Caſtigo corpus meum: & in ſeruitutem redigo, &c. Ad q. reſpondendum eſt ſecundum magi. Ioan. de Tur. cre. in q. ſuper Euangelíís ꝙ vera eſt ſententia Domini: tria enim ſunt neceſſaria vt dicit Chryſo. ad eũdum poſt Chriſtum. Primũ eſt abnegatio ſuipſius, ſecũdum partẽ ſenſitiuam, id eſt voluptatũ carnalium, & temporalium, abnegatio. Secundum eſt crucis ſuſceptio. Tertium eſt imitatio. Primum notatur cum dixit, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & dicit Chryſ. ꝙ loquitur per ſimilitudinẽ, vt ſi haberes filium, & videres eum malè tractari, ſi non amares tu abnegares: ſic ſi vis ſequi paſſionem Domini, oportet quòd abneges te, id eſt, pro nihilo te putes. pſ. Factus ſum ſicut homo nõ audiens & non habens in ore ſuo redargutiones. Secundum eſt ibi, Et tollat crucem ſuam, id eſt paratus ſit in animo pati crucem ſiue mori morte acerbiſſima, & turpiſſima propter Chriſtum, vt ipſe pro te fecit ſecundũ illud Sapientiæ ij. Morte turpiſſima cõdemnemus eum. vnde homo debet eſſe paratus pati quamcũq; mortem propter Deum. Tertium tangitur ibi, Et ſequatur me: & ad hoc Chriſtus rationem inducens ſubdit, Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. hoc autem dupliciter poteſt intelligi: perdere animam poteſt habere duplicem ſignificationem: vno modo idem eſt quòd amittere, & in iſto ſenſu perdet eam: ſubintelligendum eſt in alia vita, quaſi diceret Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, id eſt delitiis & voluptatibus occupare in hac vita: quia hoc eſt vitam ſuam ſaluare ſecundum opinionem carnalium: & talis perdet eam in alia vita, quia obligat eam ad pœnam Inferni. Alio modo perdere idem eſt quòd deſtruere: & tunc cùm dicitur, Perdet eam, ſubintelligitur in hac vita, & eſt ſenſus, Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere quãtum ad meritum vitæ ęternæ: ipſe perdet eã, id eſt, deſtruet corpus laboribus, & paſſionibus exponendo: ex quibus ſequitur ſeparatio animæ à corpore, & hoc eſt animam perdere ſecundùm æſtimationem falſam carnalium, cum ſit ſaluare eam ſecundùm veritatem: & ſecũdũ hunc vltimum ſenſum ſequitur, Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, id eſt, propter Deum mortem ſuſtinendo: ipſe inueniet eam in beatitudine Deo fruendo.

De vno martyre, Euangelium ſecundùm Ioannem xij. cap.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, [a] Amẽ amen [a] dico vobis, Niſi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit: ipſum ſolum manet. [†] Si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. [b] Qui amat animam ſuam, [c] perdet eam. [d] Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, [e] in vitam æternam cuſtodit eam. [f] Si quis mihi miniſtrat, [g] me ſequatur: [h] & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. [i] Si quis mihi miniſtrauerit, [k] honorificabit eũ Pater meus qui in cælis eſt.

Niſi granũ. Quando granũ frumenti terris ſeratur, ſi in terra effodiatur germinat, & multũ fructum facit. Si autem nõ effodiatur, aret & nõ fert fructum. Sic verbũ sancti euangelii meis auditoribus fidelium inſitum & receptũ multum facit fructum. Quod ſi nõ ita fuerit, aret verbum & non facit fructum, qui quidẽ fructus eſt vita æterna. vnde Ioã. v. Amẽ amen dico vobis, qui verbum meũ audit, & credit ei qui me miſit, habet vitã æternam.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcip. ſuis, Niſi granũ frumenti cadẽs, &c. Ioan. xij. Hoc euang. factum eſt anno Chriſti xxxiij. xij. kalen. Apr. feria iij. luna xj. Ind. v. Ante initium huius euang. ſcribit ſanctus Ioan. in eo. c. quòd Chriſtus dixit, Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Lyr. Chriſtus in ſua paſſione clarificatus eſt per ſigna oſtenſa in ſolis obſcuritate, in terræ motu, & ſepulchrorũ apertione, & in veli templi ſciſſione. fuit etiam clarificatus in ſua reſurrectione & aſcenſione in cælum, ſed gloria præcedit humilitatem: ideo in præſenti euangelio agit de humilitate ſuæ paſſionis dicens, a [Amen amen dico vobis niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.] Tho granum frumenti eſt Chriſtus: ſicut enim granum frumenti melius eſt cæteris granis, ſic Chriſtus melior eſt omnibus. Hoc granum ſeminatum eſt in incarnatione, germinatum in natiuitate, & mortificatum in ſua paſſione. Multum fruc. attulit in gentium conuerſione: quia paſſio Chriſti maximè fuit cauſa conuerſionis gentium: vt patet Ioan. xij. Si exaltatus fuero à terra: omnia trahã ad meipſum. b [Qui amat animam ſuam.] Lyr. id eſt volendo ſibi delectabilia huius mundi & carnis. c [Perdet eam.] ſcilicet in futuro, quia ad æternam perditionem eam deducit. Sic amabat animam ſuam ille diues qui dicebat, vt dicitur Luc. xij. c. O anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, & bibe. vnde perdidit eam: quia ſtatim dictum eſt ei, Stulte hac nocte repetent, ſcilicet diaboli, animam tuam à te, & quæ congregaſti cuius erũt? d [Et qui odit animam ſuam in hoc mundo.] Thom. ſcilicet dando eam pro Chriſto. e [In vitam æternam cuſtodit eam.] vt patet Mar. xvj. cap. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. f [Si quis mihi miniſtrat.] Thom. i. volt eſſe verus miniſter & ſeruus. g [Me ſequatur.] Lyr. quaſi dicat, Rationabile eſt quòd miniſter ſequatur dominũ. h [Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.] Tho. nulla poteſt eſſe maior promiſſio, quia eſſe vbi

Christus est, includit omnia bona, quia Christus inquantum est deus essentialiter est ipsa beatitudo: de qua dicitur in psal. lxxxix. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præteriit. i [Si quis mihi mini.] Ly. obediendo mandatis meis. k [Honorificabit eum Pater meus.] Glos. vt Filius Dei Patris per adoptionem: & ille est maximus honor de seruo adoptari in filium Dei: vt patet Rom. viij. c. Si filij & hæredes, &c. Expositionem aliam eiusdem euangelij require suprà.

QVAESTIO. XXIIII.

Circa euang. de vno martyre, oritur quæstio, Vtrum iste sanctus habendo odio animam suam in hoc mundo custodiuit eam in vitam æternam? Arguitur quòd non: dixit apostolus ad Eph. v. Nemo carnem suam vnquam odio habuit: patet, quia id quod pro viribus conseruamus, diligimus: sed quilibet nutrit, & fouet carnem suam propter conseruationem: ergo videtur quòd iste sanctus animam suam aut carnem suam odiendo nō meruerit vitam æternam. In oppositum est euangelium præsens. Ad argu. dicitur, quòd caro dupliciter potest consyderari, scilicet in se, & sic non habetur odio, sed naturaliter appetit eam esse, & fouet vt dictum est. Alio modo potest consyderari inquantum est alicuius impeditiua quod volumus: & sic odio habetur quodammodo per accidens. Ad q. respondendum est secundum magistrum Ioan. de Turre cre. in q. super Euangeliis quòd hæc litera quæ dixit, Qui amat animam suam, &c dupliciter intelligitur. Vno modo sic, Qui amat animam suam, scilicet simpliciter, ad bona æterna, perdat eam, id est, exponat eam morti propter Christum: sed hîc non videtur verus sensus, & ideo dicitur sic, Qui amat animam suam, scilicet, secundum quid, scilicet ad bona terrena & temporalia: perdet eam, scilicet simpliciter. Matt. xij. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? & iste intellectus consonat literæ sequenti, quæ ait, Qui odit animam suam in hoc mundo, id est, qui denegat bona præsentia animæ suæ, & sustinet propter Deum quæ videntur mala in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Matt. v. Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam: quoniam, &c.

De pluribus Martyribus, Euangelium secundum Matthæum v.

In illo tempore, [a] videns Iesus turbas [b] ascendit in montem. [c] Et cum sedisset, [d] accesserunt ad eum discipuli eius. [e] Et aperiens os suum docebat eos, dicens, [f] Beati pauperes † spiritu, [g] quoniam ipsorum est regnum cęlorum. [h] Beati mites, [i] quoniam ipsi posside būt terrā. [k] Beati qui lugent, [l] quoniam ipsi consolabuntur. [m] Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, [n] quoniam ipsi satiabuntur. [o] Beati misericordes, [p] quoniam ipsi misericordiam consequentur. [q] Beati mundo corde, [r] quoniam ipsi Deū videbunt. [s] Beati pacifici, [t] quoniam filij Dei vocabuntur, [v] Beati qui persecutionem patiuntur [x] propter iustitiam, [y] quoniam ipsorum est regnum cælorum. [z] Beati estis [a] cum maledixerint vobis homines [b] & persecuti vos fuerint, [c] & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. [d] Gaudete, [e] & exultate, [f] quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Beati pauperes spiritu. Nil prodest paupertas rerum & defectus in victu tolerare, nisi propter Deum patiaś in corde, spiritu & mente: cęteráque bona nobis minus prosunt nisi penitus vitia cessent: vnde glo. sup. Matt. Nil prosunt ieiunia aut cætera bona nisi penitus cessent vitia. & de cōse. dist. v. ca. Nil prodest ieiunare homini & orare aliáve bona religionis agere, nisi mens ab iniquitate cohibeatur.

POSTILLA.

In illo tempore, videns Iesus turbas ascendit, &c. Mat. v. Lucæ vj. Histo. huius euāgelij locutus est Dominus Iesus Christus anno eius xxxj. ij. idus Iulij. feria ij. luna xvj. Indictione iiij. Ante initium huius euangelij scribit sanctus Matth. in iiij. c. quòd Iesus circumibat totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicās euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. & abiit fama eius in totam Syriam. Et obtulerūt omnes malè habentes variis languoribus: & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit omnes: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & de Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanē. a [Vidēs tur.] Glos. interlinearis: vitare volēs multitudinem populi vt solis discipulis loqueretur. b [Ascendit in montem.] Gor. scilicet Thabor qui est in Galilæa. c [Et cùm sedisset.] tanquam magister authenticus, tanquam humilis prælatus. Ex hoc loco tenetur quòd quando fit sermo scholaribus, stat prædicator inuitans ad pugnam, & operationem. Quando verò religiosis & contēplatiuis, sedet eos inuitans ad quietem. d [Accesserunt ad eum disci. eius] Gor. tanquam magis deuoti, tanquam familiarius dilecti, tanquam specialiter vocati. e [Et ape. os suum doce. eos.] Ly. s. octo beatitudines, dicēs, f [Beati pau. spū.] Ly. s. voluntariè pauperes, vt deo liberius vacent. g [Quoniam ipsorū est regnum cęlorum.] Ly. in regno enim intelligitur omnimoda sufficientia & excellentia quæ benè repromittitur eis in cælis qui tēporalia contempserunt in terris. b [Beati mites.] Go. Mitis

Pauper nō est q nihil habet: sed qui multū cupit. Seneca in epistolis.

est qui alium non offendit, mansuetus autem qui se offendentes tolerat. i [Quoniā ipsi pos. ter.] sup. viuentium, de qua dicitur in psal. cxij. Portio mea Domine, sit in terra viuentium. k [Beati qui lugent.] scilicet in pręsenti. Primò pro peccatis propriis. Secūdò pro peccatis alienis & miseriis proximorum. Tertiò, pro dilatione gloriæ. Vnde Dauid dicit in psal. cxxix. Heu mihi, quia incolatus meus, &c. Item psal. xlj. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, &c. l [Quoniam ipsi conso.] Lyr. conueniens autem est, vt illi qui in præsenti vita pro Christo voluntario luctu occupantur, cum Deo & angelis æternaliter consolentur. m [Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.] & hæc iustitia tribuit vnicuique quod suum est, Deo, & proximo, & sibiipsi: Deo tria, honorem creatori, amorem redemptori, timorem iudici. Proximo tria, obedientia Superiori, concordiam pari, beneficentiam inferiori. Sibi tria, munditiam cordi, custodiam ori, disciplinam corpori. Verè ergo Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, non pecuniam terrenam, sicut cupidi, non voluptatem carnalem, sicut voluptuosi: non potentiam secularem, sicut superbi. Isti enim non sunt beati, sed sunt miseri, quia semper esurient, & nunquam satiabuntur: vt patet Isa. lxv. Ecce serui mei comedent & vos esurietis: sed beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. n [Quoniam ipsi satura.] Ly. & ista est satietas gloriæ cælestis de qua dicitur in ps. xv. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. o [Beati misericordes.] scilicet pauperibus tribuendo eleemosynas: vt patet Danie. iiij. Peccata tua eleemosynis redime: & Prouer. iiij. Qui miseretur pauperi, beatus erit. Ergo dicitur hic, Beati misericordes. p [Quoniam ipsi misericordiam cōse.] Ly. in cælesti patria quis misericordiam consequitur: quia vltra condignum sibi retribuitur: secundum illud quod dicitur ad Rom. viij. Non sunt condignæ passiones huius tēporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quare econtra dicitur Iacob ij. Iudicium fiet ei sine misericordia, qui nō fecit misericordiam. q [Beati mundo corde.] Vnde Bern. Beati mundo corde quos non arguit cōscientia peccatorum: & hoc petiuit Dauid in psal. l. dicens, Cor mundum crea in me Deus. r [Quoniam ipsi Deum videbunt] vnde dicitur in psal. xxiij. Quis ascendit in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Vnde etiam apostolus, j. Cor. xiij. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. s [Beati pacifici:] Gor. qui paci faciendæ & consolidandæ in se siue in aliis inuigilant. t [Quoniam filij Dei vocabuntur.] & consequenter hæredes, vt patet Rom. viij. c. si filij, & hæredes. v [Beati qui persecutionem patiuntur.] non tantùm beati qui bene operantur, sed etiam qui persecutionem patiuntur, non propter scelera vt malefici latrones, & hæretici: vt patet primæ Pet. iiij. Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur, aut maledicus, sed x [Propter iustitiam] Gor. defendendam & conseruandam. Sic sancti martyres, qui quanto acerbioribus tormentis cruciabantur, tanto magis in Domino lætabantur. y [Quoniam ipsorum est re. cælo.] & meritò debetur patientiæ regnum, quia secundū apost. ij. ad Tim. ij. Si sustinebimus, & conregnabimus. z [Beati estis.] Go. Nūc in spe, sed tandem in re. a [Cùm maledixerint vobis ho.] scilicet carnales & infideles, qui ex odio vobis in faciem contumelias dixerint. b [Et persecuti vos fue.] scilicet vim vobis inferendo. c [Et dixerint omn. ma. aduer. vos men. &c.] id est propter nomen meum. d [Gaudete, &c.] Gor. interius in corde, e [Et exultate.] exterius in corpore. f [Quoniam mer. vestra co. est, &c.] vt patet Gen. xv. Ego sum merces vestra magna nimis. Vnde etiam aposto. j. Cor. ij. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quę præparauit Deus diligentibus se.

Misericordes Domini beati nō actuali beatitudine, sed spe cū timore.

QVAESTIO XXV.

Circa euangelium de pluribus martyribus, oritur quæstio Vtrum merces Beatorum sit æqualis siue beatitudo? Arg. quòd non: beatitudo est vltimum quod homo potest consequi: sed vltra vltimum nihil est: ergo merces siue beatitudo vnius non potest esse maior beatitudine alterius. In oppositum præmium debet respondere merito: sed non omnes Beati meruerunt æqualiter: ergo non omnes habent æqualem mercedem, siue beatitudinem. Ad ar. dicitur quòd beatitudo dicitur vltimum bonum desyderabilium inquantum terminat totaliter appetitum. Ad q. respon. est secundum Ricar. super iiij. Sen. dist. xlix. ar. ij. q. viij. per vnam conclusionem quæ talis est, In beatitudine consyderatur beatitudinis obiectum siue bonum increatum quod vnum & idem existens ab omnibus participatur, & ipsam dispositionem beatorum per quam illud bonum clarè videndo & perfectè diligendo ipsum participant, ex parte obiecti participati non est vnus alio beatior, ex quo idem est obiectum quod omnes participant, neque merces Beatorum est inæqualis, sed æqualis, sed bene tamen ex parte dispositionis Beatorum vnus est beatior alio, inquantum vnus videt clarius Deum alio, & diligitur perfectius: merces hoc modo Beatorum est inæqualis vel æqualis.

Euangelium de pluribus Martyribus secundum Lucam, vj. cap.

IN illo tempore, descendens Iesus de monte, [a] stetit in loco campestri: & turba discipulorum eius,

b & multitudo copiosa plebis c ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima d Tyri & Sydonis, e qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabātur à spiritibus immundis curabātur. f Et omnis turba quærebat eum tangere, g quia virtus de illo exibat, h & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat, Beati pauperes, k quia vestrum est regnum Dei. l Beati qui esuritis, m quia saturabimini. n Beati qui nunc fletis, o quia ridebitis. p Beati eritis, cùm vos oderint homines, q & cùm separauerint vos, r & exprobrauerint s & eiecerint nomen vestrum tanquā malum t propter filium hominis. v Gaudete in illa die, x & exultate, y ecce enim merces vestra multa est z in cælis.

Et sanabat omnes. Quando Dominus multū curare à languoribus voluit, non curares curauit sed sibi placere credētes à corporis languoribus curauit quos etiā ab animæ immūditia & peccati macula purgauit: & sic Xps optimus medicus, quia sanat exterius & intus. Vnde Io. v. Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat.

POSTILLA.

IN illo tempore, descendens Iesus de mōte stetit, &c. Lu. vj. Hęc verba Euangelica locutus est Dominus Iesus anno eius xxxj. ij. idus Iulij, fer. ij. luna xvj Indict. iiij. Ante initium huius Euang. habetur Luc. in eo. c. Factum est autē illis diebus, scilicet in quo Christus prædicauit & miracula fecit, exiit Iesus in mōtem orare & erat pernoctās in oratione. Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit. Simonē, quē cognominauit Petrū, & Andræam fratrē eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi, i. filium Alphæi: & Simonē qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi, i. fratrem Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Et descendens de monte cum illis, s. apostolis. a [Stetit in loco campe. & tur. disci. eius.] Gor. Steterunt iuxta eum. Et quo patet quòd multos habebat discipulos, quia non solum xij. discipulos: sed etiam lxxij. & fortè plures: multos enim cōuerterat. b [Et multitudo copiosa plebis. [Sedit circa eum] sicut solet fieri in sermonibus. c [Ab omni Iudæa & Iero. & maritima.] Gor. maritima hic dicitur regio circa mare mediterraneū sita non iuxta Galilæam. d [Tyri & Sydonis] quæ fuerunt ciuitates gentilium. e [Qui vene. vt audi. eum: & sana. à lan. suis: & qui vexa. spirit. immundis curabantur.] Gor. Et est notabile quòd ante Christi aduentum multi erāt dæmoniaci, nunc autē pauci: nec mirum. Tunc enim erat diabolus princeps huius mundi, nunc eiectus est foras: vt Io. xij. f [Et omnis turba quærebat eum tan.] Gor. nec mirū: quia tactus eius sanat corpora, & sanctificat animas. g [Quia virtus de illo exibat.] i. virtuosæ actionis effectus. h [Et sanabat omnes.] Gor. ipse est optimus medicus cui nullus est incurabilis morbus: vnde Psal. ciij. Qui sanat omnes infirmitates tuas. i [Et ipse eleuatis oculis in disci. suos dicebat, Beati pauperes] Lyra, & accipitur hic paupertas voluntaria per quam aliquis cōtemnit & abiicit à se bona tēporalia, inquātum potest fieri bono modo: vt homo liberius vacet operibus vitæ contemplatiuæ. k [Quia vestrū est regnum De..] Ly. hic in spe, & postea erit vestrum in re. l [Beati qui nunc esuritis.] Ly. abstinentes à cibis delectabilibus superfluis: vt redigatur caro in seruitutem animæ. m [Quia saturabimini.] Lyr. inchoatiuè in Via: sed perfectè in Patria, secūdùm quod dicitur Psal. xvj. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. n [Beati qui nunc fle.] in præsenti mundo qui est vallis lachrymarum. o [Quia rideb.] in futura vita. Gor. Felix immutatio ab opposito in oppositum, s. à fletu in gaudium, s. à fletu transitorio in gaudium æternum. p [Beati eritis cùm vos oderint homines.] Gor. s. malum vobis optādo. q [Et cùm separauerint vos, s. à sua congregatione expellendo, secundùm illud Ioan. xj. iam conspirauerant Iudæi vt si quis eum confiteretur extra synagogam fieret. r [Et exprobrauerint.] Gor. conuitia & improperia vobis dicendo. s [Et eiecerint no. vestrum tanquā malum] s. nomen Christianum tāquam malum cùm sit optimum. t [Propter filium hominis.] Gor. Ecce causa optima debita patiendi, s. propter filiū hominis. Gorr. Nemo enim debet pati tanquā homicida aut fur, sed tanquam Christianus. v [Gau. in il. die.] Gor. s. gaudio interiori quod fecerunt Apostoli, vt habetur Act. v. ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. x [Et exultate.] Gorra, s. gaudio exteriori quod fecit beatus Andreas dicēs, Securus enim & gaudens venio ad te ô bona crux. Et sic beatus Vincētius, Hoc est inquit quod semper optaui & votis omnibus exquisiui. Sic & beatus Laurentius dixit, Gaudeo plenè, quia hostia Christi effici merui. Sic & beata Agatha lætissimè & gaudenter ibat ad carcerē. y [Ecce enim merces vestra multa est.] Gor. tam multa quòd non potest numerari, tam magna quòd non potest æstimari, tam pretiosa quòd non potest comparari, tam diuturna quod non potest terminari. z [In cælis] quasi dicat, In loco securo, ergo de amissione nō timeatis, quia ibi nec fur appropinquat: nec ærugo, nec tinea demolitur. Matth. vj. capitulo.

Cùm beatitudo sit perfecta & sufficiens bonum omne malum excludit, & omne desyderiū implet. ii. ii. q. i. ar. v.

QVAESTIO XXVI.

CIrca Euangelium de martyribus, oritur quæstio, Vtrum in corporibus omniū Bea

torum dos impassibilitatis erit equalis? Arguitur q non; j. Cor. xv. electos in resurrectione comparat stellis: sed impassibilitas æqualiter est in omnibus stellis: ergo æqualiter erit in omnibus corporibus beatis. In oppositum: dos charitatis non erit æqualiter in corporibus omnium beatorum: ergo à simili nec dos impassibilitatis. Ad argumentum dicitur q quamuis passibilitatis exclusio sit cum omnibus stellis æqualiter, loquendo de passibilitate perfectioni contraria, perfectio tamen contraria qua significatur nominis impassibilitas uõ est æqualiter in eis. Ad q. respondendum est secundum Ricar. de me. Vil. super iiij. Sen. dist. ii. j. ar. iiij. q. ij. quòd quantùm ad exclusionem impassibilitatis, impassibilitas erit æqualiter in corporibus omnium Beatorum: quia in quolibet excludet passibilitatem perfectioni contrariã: quantùm autem ad illud quod ponit impassibilitas, dico quòd non erit æqualiter in corporibus omnium beatorum, sed secundum differentiam meritorum: & secundum differentiam animarum: tamen erit æqualis in omnibus partibus eiusdem corporis: & ex hoc non reddetur perfectior, sed imperfectior impassibilitas totius.

Aliud euangelium de Martyribus secundùm Luc. xxj. capit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Cùm audieritis prælia & seditiones, [a] nolite terreri. † Oportet primum hæc fieri, [b] sed nondum statim finis. [c] Tunc [d] dicebat illis, Surget gens contra gentem, [e] & regnum aduersus regnum, [f] & terræ motus magni erũt per loca, [g] & pestilentiæ [h] & fames [i] terroresque de cælo & signa magna erunt. [k] Sed ante hæc omnia [l] iniicient vobis manus suas, & persequentur, [m] tradentes in synagogas, [n] & custodias: trahẽtes ad reges, & præsides ꝑpropter nomẽ meũ. [q] Cõtinget autem vobis in testimonium. [r] Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os [s] & sapientiã, [t] cui non poterunt resistere nec contradicere omnes aduersarij vestri. [v] Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis & amicis & morte afficient ex vobis. [x] Et eritis odio omnibus hominib9 [y] propter nomen meum. [z] Et capillus de capite vestro non peribit. [a] In patientia vestra [b] possidebitis animas vestras.

Cùm audieritis. Dñs Iesus suos discipulos, & cunctos fideles præ docet, & signa horrida quæ ante iudiciũ vẽtura sunt prędicit, vt non terreãtur fideles ex signis visis: q adiect propterea electos breuiabuntur & vniuersale iudic. fiet: vnde Marc. xiii. Tunc videbũt filium hominis veniẽtem in nubibus cum virtute multa & gloria.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Cùm audieritis prælia & sedi. &c. Luc. xxj. Hanc historiam huius euang. locutus est Dominus Iesus Christus anno eius xxxiij. iiij. kal. Apr. Dominica, scilicet palmarum, luna x. Indic. vj. Ante initium huius euang. scribit sanctus Luc. in principio huius ca. Respiciens autem Iesus vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites: & vidit quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Et dixit Verè dico vobis: quia vidua ista pauper plusquàm omnes misit: nam omnes hi ex abũdantia ibi miserunt: hæc autem omnem victum quam habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo quòd lapidibus bonis & donis ornatum esset: dixit, Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem quin destruatur. Interrogauerunt illum dicentes, Præceptor quando hæc erunt? & quod signum cum fieri incipient? qui dixit, Cum audie. prælia & seditiones. Gor. prælia quantùm ad hostes extraneos: & seditiones quantum ad domesticos. vnde Gor. Bella ad hostes pertinẽt seditiones ad ciues. Nam Iose. lib. Antiquitatum dicit, quòd post passionẽ Christi, & destructionem ciuitatis Ierusalem multæ seditiones & prælia erãt apud Iudæos: quia Samaritani qui partim tenebant ritum gentilium insurgebãt contra Iudæos, & econuerso. Item in populo Iudæorũ erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra Romanos: alij autem ad contrarium, &c. a [Noli. ter. opor. pri. hæc fieri.] Lyr. quia sunt a Deo præordinata. b [Sed nondum sta. fi.] Lyr. quia post auditionem talium stetit adhuc ciuitas Ierusalem per longum tempus, scilicet xlij. annis post passionem Christi. Gor. voluit autem Dominus differre, ne territi apostoli Ierusalem & Iudæam desererent: & interim prædicantibus apostolis electi conuerterentur, & reprobi inexcusabiles efficerentur. c [Tunc postquam.] scilicet dixit q non statim esset finis. d [Dicebat illis, Surget gens contra gentem.] Gor. id est, populus contra populũ, siue vna tribus contra aliam. e [Et regnum aduer. reg.] Ly. quia regum Iudæorum contra regnum Romanorũ rebellabit. f [Et terræmotus mag. erũt per loca] Gor. ad innuendũ q illi terræmotus particulares erant futuri. Vniuersalis enim terræmotus fuit in passione Christi de quo dicitur Matth. vigesimoseptimo, & ecce terræmotus factus est magnus, petræ scissæ sunt. g [Et pestilentiæ.] quia pestilentia fuit in obsidione ciuitatis Ierusalem ex corruptione aëris & cada-

ueribus mortuorum. g [Et fames.]Gor.ecce penuria victualiũ: facta est enim fames generalis sub Claudio Imperatore, quam prædixerat Agabus propheta. i [Terroresq; de cælo & signa magna erunt.] Dicit enim Iosephus in lib. de Iudaico Bello quòd ante destructionem ciuitatis Ierusalem sydus stetit super ciuitatem Ierusalem per annũ simile gladio: quam apparitionem quidam dicebant significare auxiliũ sibi affuturum contra inimicos: alij ecõtrariò dicebant, significare vindictã Dei contra mala inhabitantium in ciuitate: & propter hoc erãt diuersæ opiniones de præliis inter eos. k [Sed ante hæc omnia.]Gor.iam dicta. l [Iniiciẽt vobis manus suas] persequentes de loco ad locũ, vt patet Ioã.xv. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. m [Traden.in syna.]Gor.i.in publicos conuentus ad magis confundendum & flagellandum: sicut factum est quando cæsis Apostolis, denuntiauerunt ne amplius loquerentur in nomine Iesu: vt patet Act.v. n [Et custodias] s.ad incarcerandum: vt factum est quando posuerunt eos in custodiã publicã vt patet Act.v. o [Trahen.ad re.& præ.] Gor.ad respondendũ eis. d [Propter no.meum]i.propter confessionem nominis mei. q [Continget autem vo.in test.] Lyr.s. Euangelicæ veritatis ibidem constanter profitendæ. r [Ponite ergo in cord.vestris non præme.quemad.no.respon.ego enim dabo vobis os] Gor.i.eloquentiam ad loquendum. s [Et sapien.]ad cognoscendum. t [Cui non po.resi.nec contra omnes aduer.ve.]Gor.s. nec Iudæi nec hæretici, nec pagani. v [Trademini autem à pa.& fra.& co.& amicis:& morte affi.vo.] Gor.qui deberent vos iuuare & liberare. x [Et eritis odio omnibus homi.]Gor.humana amantibus& terrena sapiẽtibus. y [Propter no.meum.] i.propter confessionem nominis mei. z [Et capillus de capite vestro non peribit.] Ly.hoc addit Saluator ad declarandum veritatem futuræ resurrectionis, per quam resurgent in electis non solùm illa quæ sunt de necessitate humanę naturæ, sed etiam ea quæ sunt ad decorem cuiusmodi sunt capilli: quia meditatio huius resurrectionis multũ facit ad tolerantiam martyrij, de quo Saluator loquebatur; a [In patientia vestra.]Gor.q.d.In prædictis maximè necessaria est patientia: quia in ipsa b [Possidebitis animas ve.]i.custodietis.

Iosephus loquẽs de destructione Ierusalem dicit q sydus stetit sup ciuitatem Ierusalem per annũ.

QVAESTIO XXVII.

Circa Euãgelium de martyribus in quo dicitur, In patientia vestra, oritur quæstio, vtrum patientia sit pars fortitudinis? Arguitur quòd non: idem non est pars suiipsius: sed patientia videtur idem esse fortitudini, nam proprius actus fortitudinis est sustinere: quod pertinet ad patientiam. Igitur. In oppositum, Tullius in Rhetorica ponit patiẽtiam inter partes fortitudinis. Igitur. Ad argumentum dicitur: ad fortitudinem pertinet non qualitercunque sustinere: sed illud quod est summè difficile in sustinendo, scilicet sustinere pericula mortis: ad patientiam autem pertinet sustinentia quorumcunque malorum. Ad quæstionem respondendum est secundùm Tho.ij.ij.q.cxxxvij. per duas cõclus. Prima est, Mala quæ sunt ab aliis infirmitatibus sunt difficillima ad sustinẽdum præcipuè illa quæ pertinent ad pericula mortis circa quæ est fortitudo. Secunda conclusio, Patientia ad quam pertinet aliena mala æquanimiter perpeti est pars fortitudinis, quasi potentialis: patet, quia iungitur fortitudini sicut virtus secundaria principali.

Aliud Euangelium de martyribus secundùm Luc.xij.cap.

In illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Attẽdite † à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis. [b] Nihil autem opertum quod non reueletur: neque absconditũ, quod non sciatur. [c] Quoniam quæ in tenebris dixistis, [d] in lumine dicentur, [e] & quod in aure locuti estis in cubiculis, [f] prædicabitur in tectis. [g] Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, [h] & post hęc [i] non habent amplius quid faciant. Ostẽdam autem vobis quẽ timeatis. Timete eum qui postquã occiderit, [k] habet potestatem mittere in gehennam. [l] Ita dico vobis hunc timete: [m] Nonne quinque passeres væneunt [n] dispondio & vnus ex illis, [p] nõ est in obliuione coram Deo? [q] Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. [r] Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos. [s] Dico autem vobis, omnis quicunq; confessus fuerit me corã hominibus, [t] & filius hominis cõfitebitur illũ corã angelis Dei.

Attendite à fermẽto. Dñs Iesus suos discipulos à pharisæorũ fermento cauere docet, id est ab hypocrisi & malitia: nos quoq; instruẽs q sumus filii eius quòd hypocritas & fictos homines fugere debem⁹, quoniam Dñs Iesus eos odio habet illisque hypocritis falsis & fictis maledixit. vn. Mat.xxiii. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditindo mos viduarum, orationes longas orantes.

POSTILLA.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Attendite à fermento Phari.&c. Luc.xij. Historia huius Euãgelij dicta est à Domino Iesu Christo anno eius xxxij. idus Iulij, fer.v.lu.xvj.Indi.iiij. Ante initiũ huius Euang. scribit S.Lucas quòd multis turbis circunstãtibus ita vt se inuicem conculcarẽt cœpit Iesus dicere ad discipulos suos,

a [Attendite à fermento Pharisæo.] Lyra, s. ne per eorum hypocrisim auertamini à veritate. b [Nihil autem opertum quod non reueletur, neque absconditũ quod nõ sciatur.] Gor. Opertum pertinet ad opera mala quæ occultãtur ex industria, absconditum ad cogitationes quæ occultãtur ex propria natura: sed vtrumque in futuro iudicio scietur. c [Quoniam quæ in tenebris dixistis.] Gor. i. in pressuris: & in carceribus locuti estis. d [In lu. dicentur] i. in aperto, s. ea quæ passi estis in carceribus locuti sunt per orbem ad gloriam vestram. e [Et quod in au. locuti estis] i. in priuato: priuatum autem efficitur verbum vel in loco, quia in cubiculo. f [Prædicabitur in tectis.] Ly. domus enim in illa terra habent tecta plana, vbi congregantur homines ad spatiandum, & confabulandum: & ideo illa quæ dicuntur ibi, publicè dicuntur: & hoc modo exponit Theophilus. g [Dico autẽ vobis amicis meis, ne terr. ab his qui occi. cor.] vnde Chrys. Omnia mala operatur timor mortis, omnia bona tempus mortis. h [Et post hęc] i. post occisionem corporis. i [Non habent amplius quid faciãt. Osten. autem vobis quem timeatis, timete eum qui postquã occide.] s. corpus. k [Habet potestatem mittendi in gehen.] Gor. i. ipsam animam & etiam ipsum corpus. l [Ita dico vobis, hunc timete] & non alium. m [Nõne quinque passeres væneunt] i. venduntur. n [Dispondio.] Gor. Dispõdius est pondus monetæ ex duobus assibus cõpositum. Ad euidentiam illius secundùm Lyr. sciendum quòd passeres abundãt in terra promissionis: & ideo de ipsis fiebat oblatio pauperum qui non poterãt habere alia, vnde erãt pauci valoris, quia duo habebantur pro asse. o [Et vnus ex illis] s. quamuis sit parui valoris. q [Non est in obliuione coram Deo] id est, nõ morietur sine prouidentia Dei Patris & per consequens supple, neque vos moriemini quin Deus ordinet de morte vestra, q [Sed & capilli capitis omnes numerati sunt.] Lyra, scilicet in Dei præscientia. r [Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.] Ly. maioris reputationis apud Deum quia ad imaginem Dei creati. s [Dico autem vobis quicunque confessus fuerit me coram homin.] Gor. i. non tantùm crediderit corde, sed confessus fuerit simul ore. t [Et filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.]

QVAESTIO XXVIII.

Circa Euãg. de marty. in quo dicitur, Nolite ergo timere. oritur quæstio, Vtrum timor mundanus sit semper malus? Arguitur quòd non: illud quod inest nobis naturaliter non videtur esse malum, eò quòd naturalia sunt nobis à Deo: sed naturale est homini vt timeat proprij corporis detrimentum & amissionem bonorum temporaliũ quibus præsens vita sustentatur. Igitur. In oppositum: nihil prohibetur in Euangelio nisi malum: sed timor prohibetur in Euangelio, cùm dicitur, Nolite timere. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd naturale est quòd homo refugiat proprij corporis detrimentum & damna temporaliũ rerum, sed quòd homo propter ista recedat à iustitia est cõtra rationem naturalem. Ad q. respondendũ est secundũ Tho. ij. ij. q. ix. per vnã conclusionẽ quæ talis est, Timor mũdanus est qui procedit ab amore mũdano tãquã à mala radice: & propter hoc ipse timor mũdanus semper est malus.

De Confessoribus, Euangelium secundùm Luc. xij. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri † pręcincti, [a] & lucernæ ardentes [b] in manibus vestris, [c] & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, [d] quãdo reuertatur à nuptiis: vt cũ venerit [e] & pulsauerit [f] cõfestim aperiãt ei. [g] Beati serui illi quos cùm venerit Dominus [h] inuenerit vigilantes. [i] Amen dico vobis, quòd præcinget se, [k] & faciet illos discũbere, [l] & transiens ministrabit illis. [m] Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. [n] Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam. [o] Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

† Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes in manib' vestris. Dñs Iesus Christus redẽptor venerandos sacerdotes & castos esse præcepit, primo non est bonus nec fidelis sacerdos, q castitatẽ non obseruat. Sed ius canonicũ in detestationem sceleris missam sacerdotis cõcubinã habentis audiẽdam esse prohibet: vt di. xxxii cap. Null' missã audiat presbyteri, quẽ scit indubitanter concubinam habere.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri, &c. Lu. xij. Historia huius Euãgelij locutus est Dominus Iesus anno eius xxxj. ij. idus Iulij. fer. v. lun. xvj. Indict. iiij. Ante initiũ huius Euang. dicit S. Lucas in eo. c. quòd Christus dixit discipulis suis, Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit Patri vestro dare vobis regnũ. Tunc sequitur Euãg. hodier. a [Sint lumbi vestri.] Ly. Lumbi mentis sunt voluntas & intellectus ex quibus procedunt cogitationes malæ. Lumbi verò carnis sunt in quibus viget motus luxuriæ, & vtrique lumbi sunt præcingendi, i. coarctãdi ab illicitis cogitationib' & operib'. b [Et lucernæ ardentes.] Lyra, i. doctrina clara procedens ex charitate. q [In manibus vestris implendo opere. c [Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum.] Lyr. i. sitis discreti vigiles & soliciti de vestra custodia, expe

ctando Dominum vẽturum ad iudicium, sicut antiqui Patres expectabant eum venturum in carnem. d [Quando reuertatur à nuptiis] Glos. ordi. Ad nuptias Dominus iuit cum post resurrectionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulauit. A quibus nuptiis reuertitur cum nobis per iudicium manifestatur vt patet Act. j. Sic veniet quemadmodũ vidistis eum euntem in cælum. e [Et pulsaue.] per ægritudinem mortem propinquam designando. f [Confestim aperiant ei] suscipiendo. g [Beati serui illi quos cùm venerit Dominus.] Ly. in eorum morte. h [Inuenerit vigilan.] i. in statu gratiæ & non in peccatis dormientes: quia talis præsentabitur in iudicio qualis inuenietur in morte quantùm ad gratiam vel ad culpam. i [Amẽ dico vobis, quòd præcinget se.] Glo. præparans se ad retributionem. k [Et faciet illos discumbere.] Glo. ord. in regno cælesti quiescere. l [Et transiens ministrabit illis.] Glo. transiẽns ministrabit cùm de iudicio ad regnum rediẽns sua claritate fideles satiabit. m [Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi] vnde Greg. prima vigilia est status pueritiæ, maximè cum incipit vsus rationis in pueris. Secunda vigilia est status iuuẽtutis. Tertia vigilia est status virilis. Quarta vigilia est status senectutis, quia in quolibet statu fideles debent esse parati per iustitiam ad recipiendum mortem. n [Hoc autem scitote quoniã si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique & nõ sineret perfodi domum suam.] Gor. Hic Dominus Iesus monet nos vigilare contra mortis incertitudinem, quamuis nihil sit certius morte, nihil tamen incertius hora mortis. o [Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet.] Glossa ordin. vltimam horam semper ignorari voluit Dominus, vt semper sit suspecta: vt ad eandem semper præparemur.

QVAESTIO XXIX.

Circa Euangelium de confessoribus in quo dicitur, Sint lucernæ ardentes, oritur quęstio, Vtrum iste confessor lucernas ardentes, i. sanctorum operum perfectionem habuerit vt credatur à cunabulis in baptismo vltra cõmunem legem specialem effectum gratiæ suscepisse. Arguitur quòd non: baptismus æqualem effectum habet in omnibus maximè in paruulis vbi non præcedit alia dispositio in vno quã in alio: igitur. In oppositum est ex multis quæ dicuntur de isto sancto: igitur. Ad quæstionem respondendum est secundùm Bona. iiij. Sen. di. iiij. gratia mẽsuratur secundùm liberalitatem Dei dantis non secundùm qualitatẽ suscipientis nisi de cõgruo, & hoc secundùm quòd suscipiens se præparat, non secundùm quòd est capax: quia ergo Deus operatur in baptismo secundùm exigẽtiam sacramẽti, & interius vnus nõ est magis dispositus quàm alter: ideo æqualiter dat omnibus paruulis quãrùm est de lege communi, de qua lege intelligitur argumentum ad partem negatiuam factum: quia tamen potestas eius nõ est alligata sacramẽto: non est necesse quòd semper det æqualiter, sed potest facere cui vult speciale priuilegium: iste ergo sanctus in priuilegio aliquã specialem gratiã supra cõmunem legem per priuilegium à Deo ei factum accepit vt patet in eius Legenda.

Aliud Euangelium de Confessoribus, secundùm Lucam xj. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Nemo accendit lucernã [b], & in abscõdito ponit, †neque sub modio: sed super candelabrum, [c] vt qui ingrediuntur lumen videãt. [d] Lucerna corporis tui est oculus tuus. [e] Si oculus tuus fuerit simplex [f] totũ corpus tuum [g] lucidum erit. [h] Si autem nequam fuerit, [i] etiam corpus tuum tenebrosum erit. [k] Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint. [l] Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, [m] erit lucidum totum, [n] & sicut lucerna fulgoris, illuminabit te.

Nemo accendit. Bona opera quæ ad fidelũ eruditionem fiũt, nullo modo abscondi debẽt, sed ab omnibus secundùm deũ videri vt pdeant in exemplũ & virtutis bonum. Mar. iiij. nunqd vęnit lucerna vt sub modio ponaẽ aut sub lecto? nõnne vt super candelabrum ponatur?

POSTILLA.

IN illo tempore, nemo accẽdit lucernam, &c. Luc. xj. Hoc huius Euang. paradigma locutus est Dominus Iesus anno eius xxxj. ij. idus Iulij fe. v. luna xvj. Indi. iij. Ante initiũ huius Euang. scribit S. Lucas in eod. c. quòd quędam mulier extollens vocem de turba dixit, Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quę suxisti. Tunc sequitur Euang. hodier. a [Nemo accen. lu.] Ly. lucerna capitur hic pro intentione recta: quia intentio recta includit lumen fidei & ardorẽ charitatis ad modũ lucernæ ardentis. b [Et in abscon. po. neque sub modio, sed super cand.] Lyr. quia intentio recta dirigit ad superna. c [Vt qui ingre. lumen vi.] Ly. sicut enim lucerna in alto posita, illuminat ea quæ sunt in domo materiali, sic intẽtio recta ea quæ fiunt & disponuntur in domo ecclesię, & etiã in domo conscientiæ. d [Lucerna corporis tui est oculus tuus] Lyr. quia sicut oculus dirigit membra corporis ad operandum, & pedem ad ambulandum, manũ ad scribẽdũ: sic intẽtio recta dirigit nostras operationes in finẽ debitum a deo subditur, e [Si oculus tuus fuerit simplex] Ly. i. intentio recta. f [Totum corpus tuũ] i. congeries operationũ tuarũ. g [Lucidũ erit] i. meritorium vitæ æternę. h [Si autem ne. fue.] i. intẽtio peruersa. i [Etiam cor

tuum tenebrosum erit,]Lyr.id est,congeries operationum tuarum mala erit, quia opus bonum,malum efficitur peruersa intentione:sicut cum aliquis dat eleemosynam pauperculæ mulieri intentione trahendi eam ad peccatum luxuriæ. k[Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrę sint.] Ly.i.diligenter attende ne intentio tua quæ lumen animæ est sit peruersa.quia per hoc corrumperentur omnia bona opera. l[Si ergo corpus tuum lucidum fuerit,&c.]Ly.tum ex bonitate intentionis,tum ex bonitate operis m[Erit lucidum totum.]quia omnia cadent ad vitæ æternæ meritum. n[Et sicut lucerna fulgoris,illuminabit te.]Lyr,in præsenti per gratiam & in futuro per gloriam.

QVAESTIO XXX.

Circa Euangelium de Confess. in quo dicitur, Nemo accendit lucernam, &c. oritur quæstio,Vtrum lucerna accensa istius sancti,id est, doctrina, meruit super candelabrum ecclesiæ poni? omissis argumentis ad vtranque partem respondendum est secundùm magist.Ioan. de Tur.cre.in Quæst.super Euan.quòd doctrina istius sancti pro merito est super candelabrum posita,id est,accepta,laudata,& per ecclesiam vniuersalem approbata,cuius approbationis causa fuit quadruplex.Primò quia eius doctrina fuit sana & pulchra.Secundò,quia incensa fuit ardore charitatis ad vtilitatem ecclesiæ. Tertiò, quia eius interpretatio melior est habita. Quartò, quia eius doctrina est plena omni religione & sanctitate:ad ista enim clarius cognoscenda eius Legendam prouideas, in qua equidem prædictorum poteris habere intelligentiam,si tuo condideris animo.

Aliud Euangelium de Confessoribus, secundùm Luc.xix.cap.

In illo tempore,dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, a Homo quidam nobilis b abiit in regionem longinquam, c accipere sibi regnum d & reuerti. e Vocatis autem decem seruis suis, f dedit illis decem mnas, g & ait ad illos,Negotiamini dum venio. h Ciues autem eius oderant eum, i & miserunt legationem post illum dicentes,Nolumus hunc regnare super nos. k Et factum est vt rediret accepto regno, l iussit vocari seruos suos, quibus dedit pecuniam,vt sciret quantum quisque negotiatus esset m Venit autem primus dicens, Domine mna tua decem mnas acquisiuit. n Et ait illi,Euge serue bone,quia in modico fuisti fidelis o eris potestatem habens super decem ciuitates. p Et alter venit dicens, Domine mna tua q fecit quinque mnas.Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. r Et alter venit s dicens,Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. t Timui enim te v quia homo austerus es, x tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. y Dixit ei,De ore tuo te iudico serue nequam z Sciebas quia ego homo austerus sum, a tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. b Et quare non dedisti pecuniam meam c ad mensam, d & ego veniens e cum vsuris vtique exegissem illam ? Et astantibus dixit g auferte ab illo mnā h & date illi qui decem mnas habet. i Et dixerunt illi, k Domine habet decem mnas, l dico autem vobis quia omni habenti, m dabitur, n & abundabit, o ab eo autem qui non habet, p & quod habet q auferetur ab eo.

Nolumus hūc regnare super nos. Princeps ecclesiasticus siue mūdi iustè & sanctè secundū iura canonica & secū dum leges ciuiles populum sibi subditū regere nolens,sed in subditos tyrānizās iustè & sanctè à dn̄io & principatu deponi potest: quia voluptate & nō iure regnare cupiunt, vt di.lxxii.c. promisisti &c.plurimos facere dotes. qd̄ etiā patet de plurib^9 summis pō tificib^9 & imperatoribus quià sedib^9 suis & regnis pulsi sunt propterea rum tyrā[illegible] nidem.

POSTILLA.

Homo quidam nobilis abiit in regionem,&c. Luc. xix. Ante initium huius Euangel. scribit sanctus Luc. in eod. cap.quòd Christus dixit, Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Tunc postmodum sequitur Euangel. hodiet. a[Homo quidam nobilis.] Lyr.id est, Iesus Christus homo natus secundùm carnem de semine Dauid Regis. b[Abiit in regionem longinquam.] Lyr. id est,ad cælum empyreum per suam ascensionem.c[Accipere sibi regnum] super ordines angelorum. d[Et reuerti.] scilicet,in fine mundi ad iudicium.Tunc enim omnibus manifestabitur regnum ipsius. e[Vocatis autem decem seruis suis]id est,fidelibus vniuersis. f[Dedit illis decem mnas]Lyr.vniuersitatem bonorum suorum diuersimodè; tum quia dedit vnicuique plus vel minus secundùm propriam virtutem. g[Et ait ad illos,Negotiamini dum venio]Lyr. quia tempus meriti currit vsque in diem iudicij:in quo tempore Deus dat bona sua ad hoc quòd multiplicentur per fructus bonorum operum. h [Ciues eius oderant eum]Lyr. ciues sunt Iudæi, qui pro maiori parte in odium Christi sunt firmati. i [Et miserunt legationem post illum dicentes,

Nolumus hunc reg. su. nos.] quia post ascensionem Christi ad cælos Iudæi conati sunt destruere fidem catholicam, in qua incipit regnum Christi: quod complebitur & manifestabitur in fine mundi. k [Et factum est vt rediret.] scilicet ad generale iudicium. l [Iussit vo. ser. su. quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque esset negotiatus.] Ly. quia oportebit omnes apparere ante iudicem ad reddendum de omnibus acceptis rationem, Ro. xiiij. m [Venit autem primus dicens, Domine mna tua decem mnas acqui.] Ly. quia tunc electi de suis meritis securi parati erunt astare iudici. n [Et ait illi, Euge serue bone: quia in modico fuisti fidelis] Lyr. quia bona tẽporalia & etiam spiritualia quæ habentur in vita præsenti, modica sunt respectu bonorum cælestium quæ expectantur in futura vita. o [Eris potestatem habens super decem ciuitates.] Ly. id est gaudebis de fidelitate omniũ, qui per doctrinã tuam vel exemplum vitæ tuæ conuersi sunt ad bonum. p [Et alter ve. dicens, Domine mna tua.] Gor. i. gratia tua. q [Fecit quinque, & huic ait, Tu esto super quinque ciuitates] Gor. i. super illos quos tua prædicatione vel exemplo tuo conuertisti. r [Et alter ve.] quia licet mali reformident venire ad conspectum iudicis, tamen oportebit eos ibidem repræsentari. s [Dicens, Domine ecce mna tua quam hab. repositam in sudario.] Ly. mna reposita in sudario significat donũ Dei à bonis operibus otiosum. t [Timui enim te.] Ly. iste timor non est nisi pusillanimitas benè agendi. v [Quia homo auste. es.] Ly. licet enim sit tempus misericordiæ, in iudicio tamen erit tempus rigoris & iustitiæ. x [Tollis quod non posuisti: & me. quod non semi.] Lyr. quia à prælatis ecclesiæ non solũ requiruntur bona in propria persona: sed etiam in subditis eorum quos tenentur inducere ad bonũ. y [Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequam.] Go. Stultitia magna est peccatum propriũ excusare. z [Sciebas quia ego ho. &c.] Gl. si me durum noueras, quare cõmendatum tibi timorẽ non incussit, vt scires me diligentius quæsiturum. a [Tollens quod non po. & me. quod non se.] Gor. requirit enim deus bona opera etiã ab eis quibus non dedit gratiam operãdi: nec tamen Deus hoc faciẽdo iniustè agit: quia etsi illi nõ recipiunt: ipse tamen paratus fuit dare gratiã. b [Et quare nõ ded. pe.] i. dona mea. c [Ad mensam.] i. ad lucrum. d [Et ego veniens.] s. ad iudicium particulare, i. ad mortẽ hominis. e [Cum vsuris exegis.] i. cum lucro. f [Et astantibus di.] Gor. i. angelis, qui Deo iudicandi semper assistunt. g [Auferte ab eo mnã.] i. gratiam. h [Et date illi qui decẽ mnas habet.] Gl. augetur enim gratia in eo qui in ea laborat. Auctor Cõpendij Theologicæ Veritatis, lib. iij. sic dicit, Ne autem aliquod bonum pereat: illa bona opera quæ quis peccando mortificat: aliis saluandis dabuntur. Sicut quando corporali morte quis moritur fratres & propinqui in bonis succedunt: vnde Iob xxvij. c Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta præparabit quidem, sed iustus vestietur de illis, & argentum innocens diuidet. i [Et dixerunt illi] scilicet angeli. k [Domine, habet decem mnas] q. d. Satis habet. l [Dico autem vobis quia omni ha.] Go. & illo bene vtentium [Dabitur:] id est crementum eius quod habet. n [Et abundabit.] scilicet in futuro: quia secundum Aposto. oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. o [Ab eo autem qui non ha.] scilicet vsum doni collati, sicut ille piger seruus fuit. p [Et quod habet.] id est ipsum donum, p [Auferetur ab eo.] Gor. dare habenti, fuit misericordiæ: auferre non habenti, iustitiæ.

Spiritussanctus est qui facit duos timores, s. seruilem & castum. Th. ii. q. c. lx.

QVAESTIO XXXI.

Circa euang. de cõfesso. in quo dicitur, Negotiamini dum venio, oritur q. Vtrum liceat negotiando aliquid vendere vel emere? Arguitur quòd non: contra iustitiam est quòd aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat: vt ex dictis apparet, sed ille qui negotiando rem carius vendit quam emerit, necesse est quòd vel vilius emerit quam valeat, vel carius vendat: ergo hoc sine peccato fieri non potest. In oppositum Augustinus dicit super illud psal. Quoniam non cognoui literaturam. Negotiator acquirendi pro damno blasphemat, pro pretiis rerum mentitur & peierat: hæc vitia hominis, non sunt artis, quæ sine his vitiis agi potest: ergo negotiari secundum se non est illicitum. Ad argumentum dicitur quòd non quicumque carius vendit aliquid quam emerit, negotiatur, sed solum qui ad hoc emit vt carius vendat: si autẽ emit rem non vt vẽdat sed vt teneat, & postmodum propter aliquam causam rem vendere velit non est negotiatio, quamuis carius vendat, potest enim hoc licite facere, vel quia in aliquo rem meliorauerit, vel quia pretium rei est mutatum secundum diuersitatem loci vel temporis, vel propter periculum rei se exponit transferendo rem de loco ad locum vel eam fieri faciendo: & secundùm hoc nec emptio nec venditio est iniusta. Ad quæstionem respondendum est secundum Thom. ij. ij. q. lxxvij. quòd ad negotiatores pertinet commutationibus rerum insistere: vt autem Philosophus dixit in j. Poli. duplex est rerum commutatio: vna quidem quasi naturalis & necessaria, per quam scilicet fit commutatio rei ad rem, vel rerum & denariorum propter necessitatem vitæ: & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, sed magis ad œconomicos vel politicos qui habent prouidere vel domui vel ciuitati de rebus necessariis ad vitã. Alia verò commutationis species est, vel denariorum ad denarios

natios, vel quarumcunque rerum ad denatios, non propter res necessarias vitæ, sed propter lucrum quærendum: & hæc quidem negotiatio proprie videtur ad negotiatores pertinet sedm Phil. Prima autem commutatio laudabilis est, quia deseruit naturali necessitati. Secunda autem iuste vituperatur, quia quantum est de se: deseruit cupiditati lucri, quæ terminum nescit: sed in infinitum tendit, & ideo negotiatio secundum se consyderata quandam turpitudinem habet: inquantum non importat de sui ratione finem honestum vel necessarium lucri: tamen quod est negotiationis finis. Et si in sui ratione non importet aliquid honestum vel necessarium, nihil tamen importat de sui ratione vitio vel virtuti contrarium: vnde nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem finem necessarium vel etiam honestum, & sic negotiatio licita redderetur, sicut cùm aliquis lucrum ita moderatur, quòd negotiando quærit lucrum & ordinat ad domus suæ sustentationem: vel etiam ad subueniendum indigentibus, vel etiam cum aliquis negotiationi intendit propter publicam vtilitatem, ne scilicet res necessariæ ad vitam patriæ desint: & lucrum expetit, non quasi finem, sed quasi stipendium laboris.

Aliud Euangelium de Confessoribus, secundum Matth. xxv. cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, [a] Homo quidam peregrè proficiscens [b] vocauit seruos suos. [c] Et tradidit illis bona sua. [d] Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundùm propriam virtutem, & profectus est statim. [e] Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis: & lucratus est alia quinque. [f] Similiter qui duo acceperat, [g] lucratus est alia duo. [h] Qui autem vnum acceperat abiit, & fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. [i] Post multum verò temporis, [k] venit dominus seruorum illorũ, [m] & posuit rationem cum eis. [n] Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens, Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi dominus eius, [o] Euge serue bone & fidelis, [p] quia super pauca fuisti fidelis, [q] supra multa te constituam: [r] intra in gaudium domini tui. [s] Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. [t] Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Tradidit illis bona sua. Dominus Deus est paterfamil. q vnicuique secũdum debitam portionẽ sua bona distribuit, q quidẽ bona sunt bona animę, dona & potẽtię vires & virtutes quibus si quis malè vtatur, à Dño corripietur, & qđ habet bonum ab eo auferetur, & alteri multum habẽti dabitur: vnde Matth. xxv. Omni habẽti dabitur & abundabit: ei autem q non habet & quod videtur habere, auferetur ab eo.

POSTILLA.

IN illo tempore, homo quidam peregrè, &c. Matth. xxv. Historiam huius euangelij locutus est Dominus Iesus anno eius xxxiij xj kal. April. fer. iij. luna xij Indictio. vj. Ante initium huius Euangelij scribit Matth. in eod. cap. quòd Christus dixit discipulis suis, Vigilate quia nescitis diem neque horam. Tunc statim sequitur euangelium hodiernum, a [Homo quidam peregrè profi.] Lyr. homo ille est Iesus Christus: quia quamuis secundùm diuinitatem non potest proficisci de loco ad locum: quia sic est vbique: sed tamen secundùm humanam naturam peregrè profectus est quando ascendit in cælum. b [Voc. ser.] Gorr. addicendo eos in esse naturæ. c [Et tra. illis bo. su.] Ly. s. bona naturę, bona gratiæ, & bona conscientiæ & sapientiæ, bona potentiæ, & bona opulentiæ. Et dicuntur talenta: quia per bonum vsum talium, potest quilibet sibi accipere cæleste præmium. d [Et vni dedit quinque talen. &c. & profe. est sta.] quia Christus secundùm humanitatem mutauit locum cælum ascendens. e [Abiit autem qui quinque acce. & lucra. &c.] Lyr. quia ista multiplicauit bene vtendo prædictis donis ad sui perfectionem, & proximi ædificationem. f [Similiter qui duo tal. acce.] id est, aliqua ex prędictis donis. g [Lucra. est alia duo.] Gorr. Et attenditur illud lucrum in merito quò ad se, & ędificatione quò ad proximum: & sic duplicatur bonum acceptum. h [Qui autem vnum accep. abiit & fo. in terram, & abscon. pecun. dom. sui.] Lyr. ille abscondit in terris: qui prædictis donis vtitur ad mundi gloriam & temporale lucrum seu quæstum. i [Post mul. verò temporis.] Ly. quia longum tempus est ab ascensione Christi ad cęlum, vsque ad aduentum eius ad iudicium. k [Venit dom.] Gor. per seipsum non per vicarium. l [Seruo. illo.] quibus bona sua commisit. m [Et posuit rationem cum eis.] vt patet Lu. xvj. Redde rationem villicationis tuæ. Lyr. quia tunc districtè exiget rationem de bonis ab eo collatis. n [Et acce. qui quinque talen. accep. obtulit alia quinque, dicens, Domine quinque talenta tradi. mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.] Gor. id est, multiplicata sunt meri-

ra ex gratia tua & vsu liberi arbitrij. o [Euge serue bone & fidelis.] quærens in suis actibus Domini gloriam, & non propriam laudem. p [Quia super pauca fuisti fidelis.] Lyr. omnia bona in hac vita homini collata: pauca sunt respectu bonorum glorię. q [Supra multa te constituam.] quia in cælo confert homini bonum infinitum. r [Intra in gaudium domini tui.] Gor. vt sit ex omni parte gaudium, sursum ex visione Dei, deorsum ex consyderatione Inferni, interius ex gloria scientiæ, exterius ex decore omnis creaturæ. s [Accessit autem qui duo tal. acce. & ait, Domine duo talen. tra. mi. ecce alia duo superlucratus sum.] Gorr. duplicando bona, scilicet, bonum sapientiæ à me diffundendo ad proximum per verbum prædicationis, & bonum operationis à me diffundendo in proximum per exemplum ædificationis. t [Ait illi dominus, Euge serue bone & fidelis, &c.] De quo dicit Ber. in lib. de Consyderatione, Qualis putas tunc erit splendor animarum: quādo Solis splendorem habebit lux corporum? Nulla enim ibi tristitia, nulla angustia, nullus dolor, nullus timor, nullus ibi labor, nulla mors: sed perpetua sanitas semper perseuerabit.

QVAESTIO XXXII.

Circa Euangelium in communi Confessorum in quo dicitur, Domine, quinque talenta tradidisti mihi. oritur q. Vtrū iste sanctus quinque talenta sibi à Deo data ita lucro multiplicauit, vt meruerit in gaudium beatitudinis æternæ intrare? Arguitur quòd non: talenta à Deo accommodata, lucro multiplicata reddere, videtur ad vsuram pertinere: sed vsura cum sit peccatum mortale impedit ingressum beatitudinis: nam ait Dauid, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? sequitur, Qui pecuniam non dedit ad vsuram. Igitur. In oppositum est euangelium hodier. quod legitur in festiuitate istius sancti. Igitur. Ad argumentum dicitur, quòd multiplicare dona Dei in eis proficiendo & accumulando merita non est propriè vsura. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistr. Ioan. de Tur. cre. in quæst. super Euangeliis per vnam conclusionem, quæ talis est, Iste sanctus ista talenta sibi data lucris multiplicauit: vt in gaudium æternæ beatitudinis intrare meruerit, & illa quinque talenta fuerunt ista quæ sequuntur: Primum dicitur bonum naturæ, fuit enim corpore integer, aspectu gratiosus, sermone nitidus, cōsilio magnus: secundum talentum dicitur bonum gratiæ, in quo merita multa cumulauit: erat enim fide catholica, & spe sapientissimus, charitate diffusus. Tertium talentum fuit bonum patientiæ, multa enim propter Christum passus est, s. austeritatem vitæ, in ieiuniis, in abstinentiis, & sic de aliis. Quartum dicitur talentum scientiæ, in qua profecit & lucro multiplicauit. Quintum dicitur talentum opitulentiæ, quia misericors fuit, vide eius Legendam & applica ista talenta ad virtutes eius.

Aliud Euangelium de Confessoribus, secundùm Matth. xxiiij. cap.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, [a] Vigilate quia nescitis † qua hora Dominus vester venturus sit. [b] Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliàs, qua hora fur venturus esset: [c] vigilaret vtique & non [d] sineret perfodi domum suam: [e] ideo & vos estote parati, [f] quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. [g] Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, [h] vt det illis cibum in tempore? [i] Beatus ille seruus quem cùm venerit dominus eius, [k] inuenerit sic facientem. [l] Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Nescitis qua hora domi. vester venturus sit. Hora mortis & tēpus & velle quo iudicium fiet nobis incertū sit ideo quisque fidelis parat' esse debet ne morte pręueniatur i peccato. vnde Mat. xxiiii. Vigilate, nescitis enim quā do Domin' veniet.

POSTILLA.

Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. &c. Matth. xxiiij. Hęc verba sancti Euangelij locutus est dominus Iesus Christus anno eius xxxiij. xj. kal. April. fer. iij. lu. xij. Indict. vj. Ante initium huius Euangel. scribit sanctus Matth. in eod. cap. Cælum & terra transibunt. Tunc sequitur Euangelium hodier. a [Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.] Gorr. scilicet, ad mortem cuiuslibet hominis: vt patet Ecclesiast. x. Nescit homo finem suum, &c. b [Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliàs, &c.] Gorr. id est, mors quæ fur dicitur propter improuisum adnentum, vt patet Apocal. iij. Veniam ad te tanquam fur. c [Vigilaret vtique.] ne in peccato mortali moreretur: quia mors peccatorum pessima. d [Et non fineret perfodi domum suam.] Gor. cum violentia animam à corpore extrahi, sed sponte exire: vnde Chrys. Quando animæ peccatrices in corpore quasi in proprio domicilio delectantur, veniens cum Dei sententia angelus mortis perfodit corpus, & animam violenter auellit. Animę autem iustę quę quasi in exilio ibi sunt veniente sententia non perfodiuntur: sed reuertuntur gaudentes. e [Ideo & vos estote parati.] scilicet, sine macula cordis. f [Quia nescitis qua hora filius hominis venturus est.] Gorr. s. ad iudicium particulare in morte.

g [Quis putas est fidelis seruus & prudēs, quē constituit dominus super familiam suam.] scilicet officij sui susceptione. h [Vt det illis cibum in tempore.] Gor. triplicem cibum: verbi, exempli, & temporalis subsidij: vel secundum Ly. vt det illis cibum in tēpore, id est auxilium ad quod quilibet tenetur: vnde Ecc. xxvij. Cuilibet mandauit Deus de proximo suo. i [Beatus ille seruus quē cum venerit dominus eius.] Ly. quærens in morte rationem sui seruitij. k [Iuuenerit sic facientem.] Ly. in actibus charitatis se exercentē: quia per talia meretur æternam beatitudinem. l [Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum.] quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: vt dicitur in lib. de Cōso. Phi. Go. bona præsentia sunt particularia & imperfecta, sed bona cælestia sunt bona communia & perfecta. Nunc enim ex parte cognoscimus & ex parte diligimus: sed in futuro perfectè, &c.

QVÆSTIO. XXXIII.

Circa euangelium de confessoribus in quo dicitur, Super bona omnia sua. oritur quæstio, Vtrum beatitudo quæ dicitur bona super quæ iste sanctus est constitutus, sit quid creatum? Arguitur quòd non: in nullo creato videtur quiescere vita humana: sed in beatitudine est quies totius vitæ humanæ: ergo beatitudo quę dicitur bona omnia super quę iste sanctus est cōstitutus nō est quid creatū. In oppositum videre Deum est aliquid creatū: est enim actus creaturæ videntis, sed videre Deum est humanę vitæ beatitudo, quæ dicitur bona super quę iste sanctus fundatus est. Igitur. Ad quæstionem respondendum est secundum Ricar. de media Villa super iiij. Sen. dist. xlviij. ar. j. q. iij. quòd beatitudo vitæ humanæ dupliciter potest accipi. Vno modo pro illo bono in quo perfectè & plenariè requiescit humana vita. Alio modo pro perfecta quiete humanæ vitę in illo bono qui cōsistit in perfecta hominis coniūctione cum bono illo. Primo modo beatitudo accipitur pro beatitudinis obiecto: & sic planum est quòd beatitudo dicit quid increatum, id est ipsum Deum: in nulla enim creatura posset inuenire homo nullam sufficientiam ad quietandum, & perficiendum eum totum: eo enim ipso quo secundum animam factus est ad imaginem Dei tantæ capacitatis est, vt nullum bonum possit ei sufficere nisi summum bonum: vnde in libro de Spiritu & Anima, Tantæ enim dignitatis est humana conditio: vt nullum bonum possit ei sufficere præter summum. Beatitudo autem secundo modo accepta est aliquid existens in beato tanquam eius vltima & plenaria perfectio, & est aliquid creatum, sicut benè ostendit ratio ad partem secundam.

De virginibus Euangelium secundum Matthæum xiij. cap.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, [a] Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in † agro [b] quem qui inuenit homo, abscondit & præ gaudio illius vadit, [c] & vendit vniuersa quæ habet, [d] & emit agrum illum. [e] Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: [f] inuenta autem vna pretiosa margarita, [g] abiit, & vendidit vniuersa quæ habuit, & [h] emit eam. [i] Iterum simile est regnum cælorum [k] sagenæ missæ in mare, [l] & ex omni genere pisciū [m] cōgreganti: [n] Quam cum impleta esset, [o] educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. [p] Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. [q] Intellexistis hæc omnia? [r] Dicunt ei, Etiam. Ait illis, Ideo omnis scriba [s] doctus [t] in regno cælorum, [v] similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Simile est regnum. Thesaurus q in agro absconditē est lex Euangel. ager est vel ecclesia, in qua sermo euangelicus absconditur. Nā mūdo verbum Dei nunc quasi odiosum est: sed sapiēs vir hoc thesau. dicunæ sapiē tię inuēto, omnia quę possidet, vendit, & emit agrū cum thesauro: & deinceps sibi in cælo thesaurizat vnde Matth. vi. Thesaurizate vobis thesauros in cælis.

POSTILLA.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, &c. Matthæi decimotertio. Historia huius euangelij, facta est in Aprili, anno Christi trigesimotertio, Indictione sexta. Ante initium huius euangelij scribit sanctus Matt. in eodem capitulo quòd Christus dixit, Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Tunc postmodum sequitur euangelium hodiernum. a [Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.] Gor. ad laudem virginum exponitur parabola ista sic, Thesaurus in agro est virginitas in carne secundę Corinthiorum tertio, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Vnde Augustinus, Facite quod potestis, ne virginitatis bonum à vobis pereat, qui facere non potestis vt redeat: vel secundum Gregorium, Thesaurus est cælestis regni desyderium. b [Quem qui inuenit homo abscon. & præ gau illius vadit] Gor. pedibus men

cis ipsum affectádo. c[Et védit vni. quæ habet.] temporalia contemnendo: vt patet Matt. xix. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes & da pauperibus. d[Et emit agrum illum.] Gor. totaliter cælestibus inhiádo. e[Iterum simile est regnum cælorum homini neg. quæ. bo. marga.] id est, dulcedinem vitæ cælestis. f[Inuenta autem vna pretiosa marg.] Gor. id est Christo: & secundum hoc Christus dicitur margarita. Sicut enim nascitur margarita ex rore cælesti concha maris se aperiente: sic & Christus virtute Spiritussancti in Maria consentiente Isa. xlv. Rorate cæli de super & nubes pluant iustum, aperia. terra & germinet saluatorem. h[Abiit & vendidit vniuersa quæ habuit.] Gor. per contemptum terrenorum. ad Phil. iij. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. h[Et emit eam.] per conatum & desyderium terrenorum, vt patet Philip. j. Desyderium habens dissolui & esse cum Christo. i[Iterum simile est regnum cęlorum.] Ly. id est status ecclesiæ militantis. k[Sagenæ missæ in mare.] Gor. id est doctrinæ diuulgatæ in mundum. l[Et ex omnige. piscium.] Gor. id est hominum. m[Congreganti,] scilicet bonorum & malorum, pauperum & diuitum, iuuenum & senum. n[Quam cùm impleta esset.] Gor. quod erit in fine seculi quando implebitur numerus electorum. o[Educentes & secus littus sedentes elege. bo. in va. sua: malos autẽ foras mi. Sic erit in consum. seculi] Lyr. sicut enim nõ distinguũtur boni pisces à malis, quádiu sagena est intra aquam: sic in ecclesia admisti sunt mali cum bonis: sed in fine mundi sagena trahetur ad littus per apertũ iudicium, quia tunc erunt manifesta abscõdita cordium. Et tunc, scilicet in iudicio, p[Exibunt angeli & separabũt malos de medio iustorum & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium] fletus scilicet propter ardorem & stridor dentium propter frigus. q[Intellexistis hæc omnia.] Lyr. quasi dicat, Ad vos pertinet intelligere, qui alios debetis docere viam salutis. r[Dicunt, Etiam. Ait illis, Ideo omnis scriba.] Vnde Aug. apostoli sunt scribæ & notarij Christi, verbum Dei signantes in tabulis cordis. s[Doctus.] id est literatus & à Deo inspiratus. t[In regno cælorum.] id est in ecclesia militante. v[Similis est homini patrifamilias.] Ly. quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali: sic iste paruulos fide & pane spirituali. x[Qui profert de thesauro suo.] Ly. id est de scientia in corde abscondita. y[Noua & vetera.] id est auctoritates & processus veteris & noui Testamenti.

QVAESTIO. XXXIIII.

Circa euange. de virginibus in quo dicitur, Emit agrum illum. oritur quæstio, Vtrum ista sancta, de qua dicit euangelium, emit agrum, in quo erat thesaurus absconditus? Arguitur quòd non, ager ille in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei, est Christus, sed Christus non est emibilis. Igitur. In oppositum est euang. hodier. in quo dicitur de ista sancta quòd emit agrum illum. Ad quæstionem respondeo quòd accipiendo emere metaphoricè prout importat quandam mutationẽ, dico quòd prout ista sancta omnia terrena pro Christo contempsit, & propria vita pro ipso exposuit, & omni contempta digni tate, emisse agrum, id est, Christum in quo thesaurus absconditus dicitur: ex agro assumpsit thesaurum sapientiæ, quo maximè vsa est in defensione fidei: non autem dicitur dimissa propriè, vt faciunt isti emptores: & de ista emptione intelligitur argumentum ad partem negatiuam factum.

Aliud euangelium de virginibus secundùm Matthæum, xxij, cap.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, a Simile est regnum cælorum decem virginibus b quæ accipientes lampades suas, c exierunt obuiam sponso d & sponsæ. e Quinque autem ex illis erant fatuę, & quinque prudẽtes. f Sed quinque fatuę acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum, h prudentes autem acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus. k Morã autem faciente sponso dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autẽ nocte, m clamor factus est, Ecce spõsus venit: exite obuiam ei. n Tunc surrexerunt omnes virgines illę, o & ornauerunt lampades suas: p fatuæ autem q dixerunt sapientibus, Date nobis de oleo vestro quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes, r Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. s Dum autẽ irent emere, venit sponsus, t & quæ paratæ erant, v intrauerunt cũ eo ad nuptias x & clausa est ianua. y Nouissimè z verò veniunt & reliquæ virgines dicentes, Domine domine aperi nobis. At ille respondens, ait, Amen dico vobis, nescio vos. b Vigilate itaque, c quia nescitis diem neque horam.

Simile est regnũ. Decem virgines sunt duo mũdi diuersi status, & gradus hominũ. Prim⁹ gradus dicitur esse ecclesia & sua supposita p quæ quinque virgines prudentes intelligimus. Et hi sunt quinque virgines indifferẽti gradu Prim⁹ gradus est Petr⁹, i. Carmelitæ. Secundus est ordo Benedicti. Tertius Aug. Quartus Dominici & quintus Francisci. Hi virgines incorruptæ esse dicuntur. Secundus status sunt quinque mũdi gradus differẽtes: principes, nobiles ciues agricolæ, & mercatores qui imprudentes sunt & mente corrupti & in mũdo dormiunt, q̃ de eo sunt. Ioan. viij. Vos deor sum estis, vos de mũdo estis.

POSTILLA.

SImile est regnum cælorum decem virginibus quę accipiẽtes lãpa.&c. Matt.xxv. ca. Historia huius euãg. facta est anno Christi xxxj.kal. Ap. fer.iij. luna xij. Ind.vj. Ante initium huius Euangel.scribit sanctus Matth.in xxiij.cap. Si enim malus seruus dixerit in corde suo, Moram facit dominus meus venire:& cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriis. Veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora quam ignorat & diuidet eum, scilicet, separando animam à corpore in morte ipsius, partémque eius ponet eum hypocritis, id est, cum falsis Christianis separando eum à Beatis, & coniungendo ipsum damnatis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc statim sequitur euangel.hod.a[Simile est regnum cælorum decem virginibus.]Lyr.ecclesia militans quantùm ad statum contemplatiuum comparatur decem virginibus, id est, contemplatiuis. Lyr. virginitas enim significat vitam contemplatiuam: quia sicut castitas eleuat mentem à carnalibus, & disponit intellectum ad contemplationem veritatis, econtrariò luxuria deprimit mentem, & causat hebetudinem intellectus, & sic reddit hominem bestialem: propter quod dicitur j. Ethic. Vita voluptuosa, vocatur vita pecudum. b[Quæ accipien.lamp. suas.]Gorr.acceptio lampadum est ostensio operum, vt sint aliis in exemplum. c[Exierunt obuiam sponſ.]id est, Christo. d[Et sponsæ.] id est, ecclesiæ. e[Quinque autem ex eis erant fa. & quinque pruden.]Lyr.virgines enim prudentes sunt contemplatiuæ, seu religiosæ, quæ opera sua bona ad finem debitum ordinant, scilicet principaliter ad gloriam Dei, & salutem propriam, & ad ædificationem proximi. Econtrariò fatuæ virgines dicuntur quæ propriam gloriam, & fauorem hominum quærunt in suis bonis operibus, & meritò dicuntur fatuę virgines quia bona opera sua perdunt propter defectum intentionis rectæ. f[Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus.]Gor.id est, operibus de genere bonorum. g[Non sumpserunt oleum secum] in quo signatur charitas. Sicut enim oleum natat super omnes liquores: sic charitas super omnes virtutes. h[Prudentes verò acceperunt oleum secum in vasis suis.] id est, charitatem. i[Cum lampa.] id est, cum operibus suis. quasi dicat, Ex charitate perfecerunt opera sua bona. k[Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.] Mora ista est decursus temporis ab ascensione Christi vsque ad diem iudicij: quod tempus propter longitudinem vocatur mora: clam enim durauit per mille quingentos & quinquagintaquinque annos residuum est nobis incertum. In hoc autem temporis interuallo moriuntur omnes homines tam boni quam mali, quę quidem mors designatur hîc per dormitionem, quia ita faciliter excitabuntur à morte per Christum ad iudicium venientem, sicut homo excitat alium hominem dormientem. l[Media autem nocte.] Ly.non intelligitur per hoc quòd iudicium extremum: sit celebrandum de nocte: sed de die, sicut dicit Apostolus, j. Corinth. Dies domini, &c. Sed quia tempus iudicij est nobis occultum: ideo, hîc designatur per mediam noctem, quia illa quæ fiunt media nocte sunt omnibus occulta. m[Cla.fa.est.]Lyr.vox Christi vel angelorum ad vocandum mortuos ad iudicium. n[Tunc surrexerunt omnes virgines illæ.]Lyr. quia resurgent boni & mali, vt appareant in iudicio Christi. o[Et orna.lampades suas.] Gorr. id est, apud se cogitauerunt opera sua, pro quibus remunerationem expectabant. vnde Greg. ornant lampades, quia apud se opera sua numerant pro quibus ęternam beatitudinem recipere sperauerunt. p[Fatuæ autem]scilicet, virgines. q[Sapient.dixer. Date nobis de oleo vestr. quia lampades nostræ extinguuntur.] Lyr. ista petitio vana & responsio negatiua signant, quòd nullus poterit ad alium quantumcunque iustum recurrere pro auxilio, nec aliquis quantumcunque iustus poterit alium iuuare: sed sibi soli sufficiet iustitia sua. vnde Hieron. In futuro vnusquisque pro operibus suis mercedem accipiet. Nec possunt in die iudicij aliorum virtutes aliorum vitia subleuare: & hoc est quod subditur, r[Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis] Vnde Ambros. Vendunt oleum qui adulando animas in errorem mittunt. De quo dicitur Psal. cxl. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. s[Dum autem irent emere venit sponsus]Lyr. id est, Christus ad remunerationem bonorum. t[Et quæ paratæ erant.]Ly.per bona opera in charitate facta. v[Intrauerunt cum eo ad nuptias, id est, ad cælestem gloriam. x[Et clausa est ianua.]Gor.ianua inquam misericordiæ ad indulgentiam: quę modo omnibus aperitur. Ianua gloriæ ad intrandum: quæ modo pœnitentibus reseratur. y[Nouissimè.]id est, nimis tardè. z[Veniunt & reliquæ virgines dicentes, Domine domine aperi nobis]Lyr. per hoc quòd vocant eum dominum significatur quòd crediderunt in Christum: sed quid prodest ore inuocare, si opere neges? a[At ille respõdens ait, Amen dico vobis nescio vos.] Lyr. scilicet, notitia approbationis: quia soli electi à Deo cognoscuntur. b[Vigilate itaque.]Gor. scilicet, antequam veniat sponsus. c[Quia nescitis diem neque horam.]scilicet, mortis vestræ.

QVAESTIO XXXV.

CIrca Euangeliũ de virginibus, oritur quæstio de virginitate, Vtrum integritas carnis sit de essentia virginitatis? omissis argumentis ad vtram que partem, ad quęstionem respon

deo per tres conclusiones. Prima est, Aliqui vel aliquæ dicuntur habere carnis integritatem, vt patet de illis qui virgines nascuntur qui vel quæ virginitatem habere non dicuntur prout virginitas est virtus. Secunda conclusio, Virginitas est in carne corruptibili corruptionis perpetua meditatio. Augustin. in libro de Nuptiis, ait quòd virgo debet gerere in proposito vt in hoc perseueret perpetuò. de Cla. in sua summa ait hoc. Tertia conclusio, Integritas carnis non est de essentia virginitatis: sed est quidam eius decor accidentalis, extrinsecus existens, qui perdi potest sine diminutione virtutis, quæ dicitur virginitas: vt patet xxij. quæst. v. in princ. & c. tolerabilius.

Euangelium pro Defunctis, quod legitur præsente funere, aut in depositione defunctorum, secundum Joan. x. cap.

IN illo tempore, [a] dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset † mortuus, [b] sed & nunc scio, [c] quia quęcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. [d] Dixit ei Iesus, Resurget frater tuus. [e] Dixit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. [f] Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita. [g] Qui credit in me, etiam si [h] mortuus fuerit, [i] viuet. [k] Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. [l] Credis hoc? Ait illi, [m] Vtique Domine. [n] Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

Domine si fuisses hic frater me' nō fuisset mortuus. Lazar' frater Marthę mortu' erat carne quia verè animæ & corporis separatio facta est, sed adhuc viuebat in diuinitate Christi, i. in Christi diuina potestate, q illū a mortuis suscitauit: ideo Dominus Marthę dixit, Si credis, viuit frater tu', nā credenti omnia possibilia sunt. Vnde Mat. xvii. Si habueritis fidem sicut granum sinapis: & dixeritis mōti huic, Trāsi hinc, & transibit, & nihil impossibile vobis erit.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus, &c. Ioan. xj. historia huius Euangelij facta est anno Christi xxxiij. ij. Idus Martij, feria vj. lun. j. Ante initium huius Euangelij scribit sanctus Ioannes in eodem capitulo quòd Christus dixit discipulis suis, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis quia non eram ibi: sed eamus ad eum. Venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies in monumento habentem, &c. Tunc sequitur euangelium istud, a [Dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus.] Thom. quasi dicat, Tu es fons vitæ: ergo mors non habuisset locum in præsentia tua. b [Sed & nunc scio.] licèt frater sit mortuus & sepultus fide certa teneo. c [Quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.] quasi dicat, Poteras repellendo mortem vitam conseruare: potes & vitam perditam instaurare, vnde Augustin. Non dixit, Rogo te vt resuscites fratrem meum: non enim sciebat si resurgere fratri suo vtile erat. d [Dixit ei Iesus, Resurget frater tuus.] Lyr. sed illa intellexit hoc de resurrectione futura in fine mundi. Ideo sequitur, e [Dixit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.] Thom. quasi dicat, Scio resurrectionem generalem omnium hominum futuram: & nescio vtrum de illa generali loquaris, vel speciali fratris mei: sciebat autem de doctrina Christi, quia secundùm Chrysost. à Christo de illa generali resurrectione audiuit: vel etiam quia à scripturis legis & prophetarum de illa generali resurrectione edocta fuerat. f [Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita.] id est, causa resurrectionis quantùm ad corpus: & vitæ quantùm ad animam. g [Qui credit in me.] qui sum vita. h [Etiam si mortuus fuerit.] per peccatum in anima. i [Viuet.] scilicet, vita gratiæ in præsenti. k [Et omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum.] Thom. etsi moriatur morte corporis, non tamen animæ, quæ est mors gehennæ. l [Credis hoc?] August. Christus sciens fidem ipsius confessionem eius requirit: & hoc ad meritum salutis, Romanor. quinto, Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. m [Ait illi, Vtique Domine] super omnia credo. n [Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui.] Ly. scilicet, naturalis. o [Qui in hunc mundum venisti.] scilicet, per carnis assumptionem.

QVAESTIO XXXVI.

CIrca Euangelium de defunctis in quo dicitur, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die, &c. oritur quæstio, Vtrum omnia membra corporis humani resurgent? Arguitur quòd non: intestina non resurgent. Igitur: patet, si resurgent aut plena, aut vacua: non plena, quia superfluitates illæ, quarum sunt contentiua non resurgent: nec vacua, quia inconueniens est ponere vacuum. Igitur omnia membra corporis non resurgent. In oppositum magister Sententiarum, libro quarto, distinctione decimaquarta, capitulo vltimo, ait quòd homines resurgent sine diminutione membrorum omnia membra humani corporis habituri: igitur intestina resurgent. Ad argumentum dicitur quòd intestina non resurgent vacua: sed plena non sordibus: sed plena aere, vel puris humoribus. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricardum, super quartum librum Sententiarum, distinctione decimaquarta, articulo primo, quòd omnia

membra corporis resurgent: vnde in gloss. super illud j. Corinthior. ij. Mortui resurgent incorrupti. dixit scilicet, sine aliqua diminutione membrorum: cuius duplex est ratio: vna perfectio naturæ, alia rectitudo diuinæ iustitiæ: quæ exigit, vt omnia membra corporis, eò quòd ab anima fuerunt perfecta cum ea puniantur, aut præmientur.

Aliud Euangelium pro defunctis, secundùm Ioannem capitulo quinto.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Amen amen dico vobis, quia venit † hora, b & nūc est, [c] quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. d Sicut enim Pater habet vitam in semet ipso: [e] sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. [f] Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis est. [g] Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius: h & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: i qui vero mala egerent k in resurrectionem iudicij.

Venit hora & nunc est quādo. Quādo dominꝰ Iesus Xp̄s angelos suos mittet ad iudicium nūtiantes in sonum tubæ omnes mortui resurgent. Et in ꝓpriis corporibus viuent vnde Marci xiii. Tunc mittet angelos suos & congregabit electos suos à quatuor ventis à summo terræ ad summum cæli.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Amen amē dico vobis: quia venit hora, &c. Ioannis quinto hæc sequentia euangelia iuxta historias suas dicta sunt à domino Iesu Christo anno eius trigesimosecundo, decimoseptimo kal. Maij, Luna vigesimaquarta, Indictione quinta. Ante initium huius euangelij scribit sanctus Ioannes in eodem capitulo, quòd ipse Pater diligit Filium: & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini pro magnitudine: quasi dicat, Vos miramini quòd sanaui paralyticum qui habuit trigintaseptem annos in infirmitate sua sed maiora faciam: quia suscitabo mortuos. Tunc postmodum sequitur euangelij hodiernum. a [Amen amen dico vobis, venit hora.] scilicet in fine mundi. b [Et nunc est.] scilicet in præsenti. c [Quando mortui audient vocem filij Dei.] Lyr. quia ad vocem Filij aliqui in præsenti sunt resuscitati: vt filius viduæ vt patet Matth. ix. & etiam Lazarus: vt patet Ioannis duodecimo: sed in futuro & in fine mundi omnes resurgent, & transibunt de morte ad vitam: vnde apostolus j. Cor. decimoquinto, Omnes quidem resurgemus. d [Sicut enim Pater habet vitā in semetipso.] Gor. scilicet per essentiam. e [Sic dedit & Filio vitam habere in semetipso.] per essentiam: & per hoc Christus ostendit æqualitatem sui cum patre. f [Et potestatem dedit ei iudicium facere.] scilicet inquantum homo. Quia Filius hominis. Lyr. scilicet ab omnibus visibilis in iudicio bonis & malis. g [Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius.] hoc fiet in generali resurrectione omnium hominum quando omnes resurgent ad vocem eius, scilicet ad imperium eius. Vnde Psal. lxvij. Dabit enim voci suę vocem virtutis. h [Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ.] Ly. hoc addidit ad denotandum quòd fides sine operibus non sufficit ad salutem. i [Qui verò mala egerunt.] Tho. id est, mala acta per pœnitentiam non emendauerunt. k [In resurrectionem iudicij] id est, in æternam damnationem: vt habetur Mat. xxv. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

QUÆSTIO XXXVII.

CIrca Euangelium pro defunctis, in quo dicitur, Omnes qui in monumentis sunt. oritur quæstio, Vtrum corpora resurgentium resurgent cum deformitatibus suis? Arguitur quod sic, Cicatrices sunt deformitates corporis: sed corpus Christi resurrexit cum cicatricibus, ergo multo fortius alia corpora resurgent cum deformitatibus. In oppositum primæ Corint. decimoquinto, Mortui resurgent incorrupti: ergo resurgent sine deformitate prouenientе ex diminutione: ergo à simili sine deformitatibus aliis. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd cicatrices sunt in corpore Christi & in martyribus. Ad quæstionem respondendum est secundùm Ricar. vbi suprà distinct. decimaoctaua, artic. primo, quæstio. sexta quòd omnis deformitas reducitur vel ad illam quæ est ex parte coloris, vel ad illam quæ est ex parte figuræ, vel ad illam quæ est ex parte diminutionis partiū: vel ad illam quæ est ex parte superabundantis: loquendo de quacunque prædictorum modorum deformitate, corpora electorum sine omni deformitate resurgent: corpora verò damnatorum resurgent sine deformitate quæ est ex parte diminutionis partium, quia incorrupti resurgent: sed tamen resurgent cum aliis deformitatibus ad eorum confusionem & pœnæ augmentationem: tamen magister Sententiarum, relinquit hanc opinionem dubiam, ex qua aliqui dicunt quòd in reparatione corporis resurgentis magis attenditur naturæ perfectio, quàm conditio qua fuit prius.

Aliud euangelium pro defunctis, secundum Ioannem, v. capit.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorũ, [a] Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat, [b] sic & Filius † quos vult viuificat. [c] Neque enim Pater iudicat quemquem: [d] sed omne iudicium dedit Filio, [e] vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: [f] qui nõ honorificat Filiũ, nõ honorificat Patrem qui misit illum, [g] Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui me misit [h] habet vitam æternam, [i] & in iudicium non venit, [k] sed transit à morte in vitam.

† Fili⁹ quos vult viuificat. Necesse erat ad fidem probãdam q̃ Dominus Iesus aliquos mortuos viuificaret & a morte suscitaret: quidem viuificati à Deo suscitati de illo in veritate fidei testarent, vt Io. j. de Lazaro resuscitato quo viso multi Iudæorũ in Iesum crediderunt.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum, Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat, Ioan. v. Ante initium huius euang. scribit san. Ioan. in eodem capit. quòd Iesus sanauit quẽdam infirmum qui habuit trigintaocto annos in infirmitate sua: propterea persequebantur eum Iudæi: quia hæc faciebat. Iesus autem respondit, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor: propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo. Tunc postmodum sequitur euan. istud, a [Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat.] Lyr. quod est diuinæ virtutis b [Sic & Filius quos vult viuificat] scilicet per potentiam & æqualitatem. Vnde primo Regum secundo capitulo, Dominus mortificat, & viuificat, &c. Item Deuteronomij vigesimosecundo, Ego occidam, & ego viuere faciam. c [Neque enim Pater iudicat quenquam.] Ly. scilicet seorsum à filio, cum eorum sit vna operatio. d [Sed omne iudicium dedit Filio.] vt patet Act. decimo capitulo, ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. e [Vt omnes honorificent Filium: sicut honorificãt Patrem:] Tho. sicut enim Pater & Filius sunt æquales in auctoritate, & potestate: sic debent esse æquales in gloria & honore. f [Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum] Gor. ratio quare Pater vult Filium honorari: quia honor Filij est honor Patris, & econuersò. g [Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit, &c.] Ly. s. fide formata. h [Habet vitam æternam.] causaliter quia habet gratiam quę facit eum dignum vita æterna. i [Et in iudiciũ non venit.] scilicet condemnationis. k [Sed transit à morte.] Gor. id est de præsenti vita quę mors est. l [In vitam.] Lyr. quia oportet soluere debitum naturæ, vt veniat in vitam gloriæ.

QVAESTIO XXXI.

CIrca Euan. pro defunctis in quo dicitur, Pater resuscitat mortuos oritur quæstio, Vtrum omnes resurgent in eadem ætate? Arguitur quòd non: à resurgentibus nihil auferetur quod in eis fuerat dignitatis: sed sicut dicitur Prouer. v. Corona dignitatis senectus: ergo senes resurgent in senili ętate, sed iuuenes non resurgent in simili ætate: ergo non resurgent in eadem ętate. In oppositum ait magister Sen. in iiij. di. liij. ar. j. Omnes in eadem ætate resurgent in qua Christus mortuus est: & resurrexit cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Ad argumentum dicitur quòd senectus dicitur corona dignitatis non propter conditionem corporis, quia tunc est in defectu sed propter sapiẽtiam quæ in eis præsumitur maior propter multam experientiam ex temporis antiquitate. Ad q. resp. est secundum Ric. vbi suprà quęstio. viij. quòd ætas dupliciter accipitur: vno modo pro toto tempore quo vixit homo, vel quod fluxit ab instanti suæ firmationis, vsque ad instans suæ formationis: & sic non omnes in eadem ætate resurgent. Alio modo capitur ætas pro statu corporis, vel virtutis quæ ex annis in humano corpore relinquitur, & sic omnes in eadem ætate resurgent quia omnes resurgent in statu corporis & naturalis virtutis quę habituri erant si tantum vixissent, vel habuerunt quantum vixerunt, scilicet in eadem ætate & robore ad quam Iesum Christum peruenisse cognouimus: nam ille status est optimus, & est in termino motus proficiendi, & vocatur status plenitudinis ætatis.

Aliud euangelium, pro Defunctis secundum Ioannem, vj. cap.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, [a] Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, [b] & eum qui venit ad me [c] nõ eiiciã foras, [d] quia descendi de cælo, [e] non vt faciã voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. [f] Hæc est enim volũtas eius qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, [g] sed resuscitem illum in nouissimo die. [h] Hæc est autem volũtas Patris mei,

Eum qui venit ad me nõ eiiciã foras. Quicũque corde contrit⁹ & ore confessus aut confiteri mente proponẽs ad Christũ ...ãm piè corde con

qui me misit, vt omnis qui videt Filium, [i] & credit in eum, [k] habeat vitam æternam. [l] Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

uertitur de peccatis suis remissionem & veniã consequetur: quoniã dicit Dominus, Eum q venit ad me nõ eiiciã foras. Quia talis Xpi minister est, & Christus secũ vult suum ministrũ & pro eo orat. Vnde Ioã. xvij. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego & illi sint mecum. & de remissione peccatorũ dicitur de pœ. dist. i. ca. i. Quacunque hora peccator cõuer-sus fuerit, &c.

POSTILLA.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Omne quod dat mihi Pater ad me, &c. Ioan. vj. Ante initium huius Euangelij dixit Iesus discipulis suis, Ego sum panis vitæ. qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet vnquam. Tunc sequitur Euangelium istud. a [Omne quod dat mihi Pater ad me veniet] per fidem formatam. Nam fides est fundamentum omnium meritorum. b [Et eum qui venit ad me.] Tho. id est, ad fidem & gratiam meriti. c [Nõ eiiciam foras] id est, nunquam subtraham ei gratiam, nec amicitiam meam ab ipso diuidã; dummodò ipse per peccatum gratiam meam non expellat. d [Quia descendi de cælo] id est naturam humanam assumpsi. e [Non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me Patris.] Tho. Ecce per omnia voluntatem humanam subiecit voluntati diuinæ. Matt. xxvj. Non mea voluntas sed tua fiat. f [Hæc est enim voluntas eius qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.] Lyra, quia si talis prędestinatus aliquando cadit in peccatũ mortale finaliter tamen resurget: vnde Ambrosius, Certus sum quòd Deus nullum electorũ suorum cadere permitteret, si eum meliorẽ à casu suo resurrecturum non sensisset. g [Sed resuscitem illum in nouissimo die.] Thom. scilicet de morte ad gloriosam vitam. h [Hæc est autem voluntas Patris mei, qui me misit, vt omnis qui videt Filium.] Tho. sic passibilem & mortalem & cum hoc miracula facientem. i [Et credit in eum] id est adhæret sicut vni vero Deo, per miracula ductus ad fidem. k [Habeat vitam æternã.] Lyra, si perseueret: quod est ineffabiliter verum in prædestinatis, de quibus Christus hic loquitur. l [Et ego resuscitabo eum in nouissimo die] quo ad corpus vt simul gaudeatis in corpore & anima.

QVAESTIO XXXIX.

CIrca Euangelium pro defunctis in quo dicitur, Et resuscitabo eum. oritur quæstio, Vtrum omnes resurgent in sexu virili? Arguitur quòd sic: sexus fœmineus non est necessarius nisi pro vita animali: sed homines non resurgent in vita animali: quia ait Apostolus j. Corinth. v. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale: ergo sexus fœmineus nõ resurget. In oppositum Augustinus xxj. de Ciuitate Dei, cap. xvij. Mihi melius sapere videtur qui vtrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd Maior est falsa. Ad quæstionem respõdendum est secundùm Ricard. vbi suprà quæst. x. quòd non omnes resurgent in sexu virili: sed viri in sexu virili, & fœminæ in sexu fœmineo. Patet, quia hoc exigit natura indiuidui, & congruit perfectioni speciei, & erit occasio laudandi sapientiam Dei: non enim omnium indiuiduorum natura vnum exigit sexũ: sed natura quorundã exigit sexum masculinum, & quorundã natura fœmineum, & ille sexus fœmineus non est vitiũ: sed gradus conueniẽs perfectioni speciei. Et est notãdum quòd neque mẽbra virilia neque fœminea erunt accõmodata veteri vsui.

In festo sanctissimæ Trinitatis, Euang. secundùm Ioan. xv.

Cùm venerit Paracletus, &c.

Aliud Euangelium in eodem festo secundùm Ioannem, iij cap.

IN illo tempore, [a] erat homo [b] ex Pharisæis [c] Nicodemus nomine [d] princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte [f] & dixit, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. [g] Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo. Respondit Iesus & dixit ei, [h] Amen amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, [i] non potest videre regnum Dei. [k] Dixit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo renasci cũ sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci? Respõdit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit [l] ex aqua & Spiritusancto: [m] non potest introire in regnum Dei. [n] Quod enim natum est ex carne, [o] caro est, [p] & quod natum est, ex spiritu, spiritus est. [q] Non mireris, [r] quia dixi tibi oportet vos nasci denuò. [s] Spiritus vbi vult spirat, [t] & vocem eius audis, [v] sed nescis vnde veniat aut quò vadat. [x] Sic est omnis qui natus est ex Spiritusancto. [o] Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras. [a] Amen amẽ dico tibi, quia quod scimus loquimur, [b] & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

Nisi quis renat⁹. Quicũque vult ad beatitudinẽ cæli peruenire primò credat in Christum: & in sanctã ecclesiam catholicã deinde bapt. sumat alioqui saluus fieri nõ poterit. Vñ Marci vlt. q crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit.

c Si terrena dixi vobis, d & nō creditis quomodo si dixero vobis cęlestia credetis? e Et nemo ascēdit in cælum f nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo: g & sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, h ita exaltari oportet filium hominis: i vt omnis qui credit in ipsum k non pereat, l sed habeat vitam æternam.

POSTILLA.

IN illo tempore, erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, &c. Ioan. iij. Historia huius Euāgelij facta est anno Christi xxxj. kal. Maij. fer. iiij. Indict. iiij. luna v. Ante initium huius Euangelij scribit S. Ioannes in præcedēti capite, Cum Iesus esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderūt in nomine eius vidētes signa quæ faciebat. Tunc postmodum sequitur Euāgelium hodiernum. a [Erat homo] iste enim fuit vnus illorū de quibus Ioan. ij. dicitur multi crediderunt in Iesum videntes signa quæ faciebat: sed propter Iudæos non confitebantur, vt de synagoga non eiicerētur. b [Ex Pharisæis.] Thom. hæc secta erat probabilior inter omnes sectas Iudęorum. c [Nicodemus nomine] ipse enim postmodum sepeliuit Christum: vt habetur Ioā. xxix. d [Princeps Iudæ] fuit enim magnus inter Iudæos & honoratus. e [Hic venit ad Iesum nocte] timuit enim venire in die, ne incurreret indignationem Iudæorum qui iam conspirauerant Ioan. ix. vt si quis eū confiteretur Christum extra synagogā fieret. f [Et dixit ei, rabbi scimus quia à Deo venisti magister.] Lyra, certum est mihi quòd tua doctrina est vera & à Deo data, & non humanitus conficta. g [Nemo enim potest, &c. Respondit ei Iesus & dixit.] Lyra, hîc exponitur Christi responsio: quia viderat Nicodemum fideliter & veraciter quærere doctrinam quantùm ad secreta fidei: & ideo incœpit à primo sacramento, scilicet baptismo qui est regeneratio spiritualis: & per consequens necessaria ad salutem. h [Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò] iterum per generationem spiritualem. i [Non potest videre regnum Dei.] Lyra, visio enim Dei non potest hominibus competere nisi per gratiam consequendam. Et ad gratiam consequendam, requiritur generatio spiritualis per quam homines fiunt filij Dei & per consequēs hæredes vitæ cælestis. k [Dixit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo, &c. Nunquid potest in ventrem matris suæ ite. &c.] quasi dicat, Non quia quantitas non permittit. l [Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto,] quasi dicat, De carnali generatione intelligis, quam ego de spirituali generatione dico: nisi quis renatus fuerit de spirituali generatione quæ fit ex aqua & Spiritusancto. m [Non potest introire in regnum Dei.] Ex hoc habemus quòd baptismus est quædam spiritualis generatio & est primum sacramentum & ianua omnium sacramētorū: & sine eo nullus saluatur. n [Quod natum est ex carne] secundùm virtutem carnalis generationis. o [Caro est] id est cōstituitur in vita carnali tantum. p [Et quod natum est ex spiritu, spiritus est] id est constituitur in vita spirituali. q [Non mireris] id est non debes admirari. r [Quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò] non loquor de generatione carnali, de qua tu arguis, sed de spirituali. s [Spiritus vbi vult spirat] scilicet dando gratiam cui vult. vnde ad Rom. ix. Cui vult miseretur, & quem vult indurat. t [Et vocē eius audis] scilicet in prædicationibus: vt patet Matth. ix. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. v [Sed nescis vnde veniat, aut quò vadat] vnde August. dicit quòd illa verba de Spiritusancto intelligenda sunt, qui in prophetis & Scripturis sacris loquitur: sed principium huius scripturæ, scilicet Spiritussanctus & eius finis, scilicet beatitudo cælestis nobis occultatur: & sola fide tenetur. x [Sic est omnis qui natus est ex spiritu] scilicet sancto in vita spirituali constituitur. y [Respondit Nicodemus & dixit ei: quomodo possunt hæc fieri?] Gorra, in hoc notatur diligentia Nicodemi, quia non cessauit quærere donec intelligeret. z [Respondit Iesus & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras.] Gor. quasi dicat, Te Iudęi magnum doctorem reputant & tamen ignoras fidei initia & viam salutis. a [Amen amen, &c.] scilicet ego & mei Apostoli. b [Et quod vidimus testamur. Et testimonium nostrum non accipitis] sicut probatum & certum. c [Si terrena dixi vobis.] Thom. de generatione baptismi quæ fit in aqua & spiritu. d [Et non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis?] e Et nemo ascendit in cælum] id est nemo habet virtutem illuc ascendendi propria potestate. f [Nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo] per præsentiam & immēsitatem diuinitatis: ergo quilibet homo qui ascendit & saluatur ascendit per Christum. g [Et sicut Moyses exaltauit serpentem. Hic Christus agit de sua passione à qua virtutem habet baptismus & omnia alia sacramenta dicens, Sicut Moyses exaltauit serpentem.] Vnde legitur Num. xxj. murmurantibus Iudæis contra Deum & Moysem & dicentibus, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, immisit Deus serpentes ignitos, qui eos interficiebant. Clamante autem Moyse ad Dominum iussit Dominus serpentem fieri æneum: & affigi in palo vt aspicientes in eum percussi sanarentur. Hic serpēs fuit figura passionis Christi: quia serpens æneus affixus in

Quō visio Dei nō potest competere hominibus.

Diligētia Nicodemi.

palo fuit Christus affixus in patibulo crucis. ad cuius aspectum, scilicet, per fidem & amorem saluatur in nobis venenum peccati & ignitæ concupiscentiæ. h [Ita exal. opo. fi. ho] Thom. hic ostendit modum suæ passionis. Voluit autem Dominus noster Iesus Christus illo modo mori, scilicet, exaltatus in cruce, vt sicut terram purgauerat sua conuersatione, ita purgaret aerem & omnia cælestia sua passione & terrena cum cælestibus pacificaret. Et stetit quasi medius inter cęlum & terram: vt patet per apostolum dicentem ad Coloss. j. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ sunt in terris siue quæ in cælis sunt. i [Omnis qui credit in ipsum.] scilicet, vera fide. k [Non pereat] morsu serpentum, id est, dæmonum, infectione vitiorum & morte suppliciorum. l [Sed habeat vitam æternam] hic in spe, & posteà in re. Circa præsens Euangelium vbi dicitur, Nisi quis renatus fuerit. notandum quòd Hugo de Prato dicit, quòd Deus à principio mundi vsque modò contra peccatum originale tollendum remedia ordinauit. Nam homo fecit morbum, & Deus fecit medelam. Et inde est quòd antiqui Patres Deo sacrificium offerebant. Si autem paruuli moriebantur ante vsum liberi arbitrij, sufficiebat eis fides parentum: vt sicut fuit à parentibus introductum peccatum, ita per eosdem deleretur. Si autem parentes paruulorum qui moriebantur non erant fideles, paruuli non saluabantur. Secundum remedium fuit circuncisio tempore Abrahæ, quia Deus mandauit Abrahæ quòd ipse & posteri eius debebant circuncidi. Tertium remedium fuit baptismus quem Christus instituit: quia non solùm purgat peccatum originale & actuale: sed etiam aperit cælum, quod circuncisio non fecit. Et hoc facit baptismus in virtute passionis Christi: & in signum huius exiuit de latere Christi sanguis & aqua.

QVAESTIO XL.

Circa Euangelium sanctissimæ Trinitatis in quo dicitur, Non creditis, &c. oritur q. Vtrum credere sit meritorium? Arguitur quod non: principium merendi est charitas, sed fides est præambula ad charitatem sicut & natura: ergo sicut actus naturæ non est meritorius, quia naturalibus non meremur: ergo nec actus fidei. In oppositum ad Hebr. j. Sancti per fidem vicerunt regna adepti sunt repromissiones, quod non esset nisi credendo mererentur: ergo credere est meritorium. Ad argumentum dicitur quòd natura comparatur ad charitatem quæ est merendi principium, sicut materia ad formam: fides autem comparatur ad charitatem, sicut dispositio præcedens vltimam formam: manifestum est autem quòd subiectum vel materia non potest agere nisi virtute formæ sic ergo neque natura neque fides sine charitate possunt producere actum meritorium: sed charitate superueniente actus fidei fuit meritorius per charitatem sicut & actus naturæ & naturalis liberi arbitrij. Ad quæstionem respondendum est secundùm Thom. ij. ij. quæst. cxiiij. arti. iiij. actus nostri sunt meritorij inquantum procedunt ex libero arbitrio moto à Deo per gratiam. Vnde omnis actus humanus qui subiicitur libero arbitrio si sit relatus in Deum potest meritorius esse: ipsum autem credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motę per gratiam, & sic subiacet libero arbitrio in ordine ad Deum: vnde actus fidei potest esse meritorius.

In festo Dedicationis Templi, Euangelium secundùm Luc. xix. cap.

IN illo tempore, ingressus Iesus perambulabat Iericho [a] Et ecce vir nomine Zachæus, [b] & hic erat princeps publicanorum, [c] & ipse † diues, [d] & quærebat [e] videre Iesũ quis esset [f] & non poterat præ turba, [g] quia statura pusillus erat. [h] Et præcurrens [i] ascendit in arborem sycomorum, [k] vt videret illum, quia inde erat transiturus. [l] Et cùm venisset [m] ad locum suspiciens Iesus vidit illum, [n] & dixit ad eum, [o] Zachęe festinans descende [p] quia hodie in domo tua oportet me manere, [q] & [r] festinans [s] descendit, [t] & excepit illum [v] gaudens. [x] Et cum viderent omnes [y] murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. [z] Stans autem Zachęus dixit ad Iesum, [a] Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, [b] & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. [c] Ait Iesus ad eum, quia hodie salus huic domui facta est, [d] eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. [e] Venit enim filius hominis [f] quærere, [g] & saluum facere quod [h] perierat.

† Princeps Publicanorum & ipse diues. Dñs Iesus quia summus medicus est, vt omnes sanaret suscipiebat, & neminem misericordium potestatẽ dedignatus est peccatores excipiebat, quos iustificauit iustos visitabat: quos iustitia fœlices effecit: viros ecclesiasticos pastores & cęteros quõ se gererent docuit, Io. xiij. Exemplũ enim dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, ita & vos faciatis.

POSTILLA.

IN illo tempore, egressus Iesus perambulabat Iericho, &c. Luc. xix. Historia huius Euangelij facta est ann. Christi xxxj. kal. April. lu. vij. Ind. vj. Ante initiũ huius Euan. scrib. S. Lu. in præced. c.

quòd quidam adolescens interrogauit Iesum dicens, Magister, quid faciendo vitã æternam possidebo? Dixit autem Iesus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi est? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo: & veni, sequere me. His ille auditis contristatus est quia erat diues valdè. Videns illum Iesus tristem factum dixit Quã difficile qui pecunias habẽt in regnũDei intrabunt. Ly. difficile dicit & nõ impossibile: quia difficile est diuitias possidere & non teneri nimis amore earũ. Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare regnum Dei. Lyr. Hoc non intelligitur de quolibet diuite: sed de diuite cõstituente finem in diuitiis & totam confidentiam suam: ergo Mat. x. dicitur ꝙ difficile confidẽtes in pecuniis intrabunt in regnũ Dei. Ly. Possessio diuitiarum reddit hominem difficilem ad defectionem requirendam non tamen facit impossibilem: quia Abraham fuit diues valdè, non tamen fuit perfectus: habetur Gen. xvij. Et ideo dicitur Eccl. xxj. Beatus vir diues, qui inuẽtus est sine macula. Et sequitur, Et quis est hic, et laudabimus eum. q. d. Cum difficultate inuenitur. Et auditis his discipuli mirabantur valdè, dicentes, Quis ergo poterit saluus fieri? Ait illis, Quæcunque impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud Deũ. Quia sicut dicit Ber. Deus potest à cupiditate terrenorum cõuertere ad cupiditatem æternorũ, vt patet Sap. xiij. Potens es domine ex omnibus saluare: vnde & illi qui quod superest pauperibus tribuunt: & eos sibi amicos constituunt regnum cælorum intrare possunt, vt patet Luc. xvj. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Similiter qui diuitiis suis etiã opera misericordiæ exercent, s. cibando esurientem, potando sitientem, hospitando peregrinũ, vestiendo nudum, & sic de aliis: vnde Mat. xxv. Esuriui & dedisti mihi manducare, &c. Venite benedicti Patris mei, possidete vobis regnum paratum à constitutione mundi. Tunc postmodũ sequitur euangelium hodiernum, Ingressus Iesus perambulabat Ieri. quæ ciuitas distat ad vnam dietam à Ierusa. a [Et ecce vir nomine Zachæ.] Gor. Nominatur expresse tanquã dignus: quia in libro vitæ scriptum erat nomen eius. b [Et hic erat princeps publican.] Lyr. nõ tamen publicanus, sed princeps publicanorũ. In quo apparet maior misericordia Dei in eius vocatione: vbi abundauit delictum superabũdaret & gratia. c [Et ipse diues.] Ly. quia auarus fuit in acquirendo. d [Et quærebat] i. desyderabat. e [Videre Iesum quis esset] in persona, & hoc ex deuotione. f [Et non poterat præ tur.] ex quo patet deuotio populi ad Christũ. g [Quia statura pusillus erat.] s. statura corporis. h [Et præcurrens.] præ aliis. i [Ascendit in arborem sycomorum.] Gor. vt quod natura minus haberet, ascensu arboris suppleret. Sycomor⁹ est arbor moro similis in foliis, sed altitudine præstans, & interpretatur ficus fatua. Et significat crucẽ Christi quæ gentibus stultitia est, Iudæis verò scandalum, Christianis autem dulcedo & honor. k [Vt videret illum: quia inde erat trãsiturus] s. ex parte qua erat sycomorus. Quæritur quis mouit eum ad hoc vt sic desyderaret videre. Iesum Respõdetur secundũ Aug. ꝙ ipse auditus. Audiuit enim famam vndique circunuolãtem de Iesu quòd solo verbo infirmos curaret: ergo desyderabat ipsum videre. l [Et cum venisset.] s. Iesus. m [Ad locum, suspiciẽs Iesus vidit illum.] non tamen visu corporis sed etiã respectu pietatis & misericordiæ. n [Et dixit ad eum] tanquam iam dignum diuino eloquio. o [Zachæe festinãs descende.] vocat eum ex nomine ad ostensionem suæ infinitæ sapientiæ, qua nos omnes nouit & nominat. p [Quia hodie in domo tua opor. me manere.] Lyr. in domo materiali propter refectionem Christi & discipulorum suorum, & in domo spirituali conscientiæ per gratiæ infusionem. q [Et] s. Zachæus r [Festinans.] Gor. non procrastinans, non se excusans. s [Descendit.] non tantum descensu locali: sed & mentali per humilitatem. t [Et excepit illum.] s. Christum. v [Gaudens.] s. de tanti hospitis aduentu. x [Et cum viderent omnes.] i. pharisæi & alij malignantes, s. quod intrauit domum publicani. y [Murmurabãt dicen. quòd ad hominem peccatorẽ diuertisset.] Lyr. & hoc irrationabiliter fecerunt, quia null⁹ rationabiliter põt murmurare, si medicus visitaret ægrotum ad ipsum sanandum. Insuper falsè iudicauerũt de Zachæo qui iam peccator non erat, sed verè pœnitens. z [Stans autem Zachæ. dixit ad Iesum] quasi paratus ei obedire. a [Ecce dimi. bono. meo. Domine, do paupe.] non dicit, Dabo in futuro, scilicet post mortem meam, sed dicit Do in præsenti, quia vnus denarius in vita plus valet quam mille post mortẽ. b [Et si quid aliquem defrau. reddo quadru.] etiam in quantuncumque modico. In hoc autem quod ponit sub dubitatione dicens, Si quid aliquem defraudaui ostendit se nõ multũ defraudasse. [Reddo] non dicit, Reddam quia tenetur homo statim restituere res iniustas iuxta omne posse suũ. Vnde Aug. Nõ dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. [Quadruplũ] vtinã vsurarij raptores, &c. redderẽt simplũ. c [Ait aũt Iesus ad eũ: quia hodie huic domui salus à Deo facta est.] Gor. i. toti familiæ & spiritualiter cõscientiæ Zachæi quæ facta est domus Dei per gratiam inhabitationis. d [Eò quòd ipse sit filius Abrahæ,] Vnde Beda, Zachæus fili⁹ Abrahæ dicitur, nõ quia de stirpe eius genitus: sed quia est fidem eius imitatus: & sicut ille terram & domum paternam deseruit, ita iste Zachæus dimidiã partem bonorũ suorũ pauperibus distribuit. Ex his vi-

Per istam auctoritatem notatur quod eleemosyna cadit sub præcepto legis diuinæ.

Triplex est domus scilicet supernaturalis, spiritualis, & materialis Denis. in sermõe de Dedicatione Ecclesiæ.

detur quòd non fuit Iudæus, sed paganus: quia omnes Iudæi de stirpe Abrahæ descenderunt. Et idem videtur dicere Ambrosius. e [Venit enim filius hominis.] Gor. de cælo in mundum per humanitatis assumptionem. f [Quærere] per doctrinam suam. g [Et saluum facere] per gratiam. h [Quod perierat,] per culpam.

QVAESTIO XLI.

CIrca Euangelium dedicationis templi in quo dicitur, Salus huic domui facta est. oritur quæstio de ecclesia, Vtrum ad adorandum Deum necessarium fuerit ecclesias inuenire? Arguitur quòd non: illud non est necessarium quod potuit & potest aliter fieri: sed Deus potuit, & potest adorari absque ecclesiarum inuentione, cùm sit vbique. Igitur. In oppositum nihil ab ecclesia fuit inuentum quin fuerit licitum inueniri atque necessarium: sed ad Deum adorandum inuentæ sunt ecclesiæ materiales. Igitur. Ad argumentum dicitur quòd procedit de necessario simpliciter dicto & non cõditionato. Ad quæstionem respondendum est secundùm magistrum Ioannem Nider in Pręceptorio suo, cap. xiij. quòd necessarium fuit capiendo necessarium pro congruo, id est congruum fuit ad Deum adorandum ecclesias inuenire: & hoc propter tria. Primò si non esset aliquis locus deputatus orationi tunc nesciretur verũ homines orarent vel non, & multi orare omitterent tamen orationes in omni loco possunt fieri, nihilominus fructuosius in ecclesia effunduntur. Secundò quia vadens ad locum orandi plus laborando amplius meretur. Tertiò vt orationis locus ad orandum excitet & moueat tam orantem quàm videntes orare: sicut locus comedendi excitat appetitum cibi, & mensale ad idem, & comedentes incitant alios ad comedendum: similiter dicendum est de orantibus in ecclesiis, quare dixit idem Nider in principio capituli prędicti quòd ecclesia est frequentanda propter Sanctorum reliquias, sacramentorum efficaciam, officiorum frequentias, angelorum residentias, multas indulgentias, mortuorum indigentias: & licet Deus sit vbique, non tamẽ ista omnia sunt neque fiunt vbique: corpus enim Christi sub hostia cõsecrata ponitur in ecclesia materiali, quare ad orandũ Deũ congruum fuit ecclesias materiales inuenire.

FINIS HVIVS OPERIS.